2 Edition de Plaisance,
a partir de la page 1165 (Tome II)

SICILIA SACRA
DISQUISITIONIBUS,
ET
NOTITIIS ILLUSTRATA,

Ubi Libris quatuor, postquam de illius Patriarcha, & Metropolita disquisitum est, a Christianæ Religionis exordio ad nostra usque tempora cujusque Præsulatus, Majorumque Beneficiorum institutio, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, singulorum jura, privilegia, præclara monumenta, Civitates Diœceseon cum præcipuis earum templis, religiosisque familiis, atque Viri Siculi vel sanctitate, vel doctrina illustres continentur, explicantur,

AUCTORE ABBATE NETINO ET REGIO HISTORIOGRAPHO

DON ROCCHO PIRRO

S. T. ac U. J. D. Regio Capellano Canonico, Apostolico Protonot. atque in Sancto Quæsitorum fidei Tribunali Censore, & Consultore.

Editio Tertia emendata, & continuatione aucta cura, & studio

S.T.D.D. ANTONINI MONGITORE

Metropolitanæ Ecclesiæ Panormitanæ Canonici, Judicis Synodalis, & in SS. Inquisitionis Siciliæ Tribunali Qualificatoris, & Consultoris.

A C C E S S E R E

Additiones & Notitiæ Abbatiarum Ordinis sancti Benedicti, Cisterciensium, & aliæ, quæ desiderabantur Auctore P. Domino

VITO MARIA AMICO

A Catana S. T. D. ac Decano Casinensi.

TOMUS SECUNDUS.




PANORMI, Apud hæredes Petri Coppulæ MDCCXXXIII.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

ROCCHI PIRRI.

Abbatis Netini, & Regii Historiographi,

PACTENSIS ECCLESIÆ EPISCOPALIS NOTITIA QUARTA.



ILLUSTRIS.MO ET REVERENDIS.MO DOMINO

D. VINCENTIO DE NEAPOLI, PACTENSI EPISCOPO,

ABBAS D. ROCCHUS PIRRUS S.



Æc Pactensis *Ecclesiæ Notitia ad te sua sponte accurrit (Illustrissime Antistes) nimirum fuisset illa satis obscura, nisi è multiplici tui nominis lumine illos hausisset nitores, quibus apud eruditissimos nostri avi homines illustrior redderetur. Præsenserat verò illa in te redundare, quos mortales suspiciunt, tum nobilissimorum natalium, tum virtutum, tum doctrinæ splendores, didicerat gentilitio tuo decente sidere in te velut in throno suo familiæ tuæ præclarissimæ * jubar enitere, & quod admirabilius est, in pectoris augustissimi gremio te virtutis heroicæ fovere solem, cujus fulgentissimos radios quamvis per Christianam animi demissionem concludas, erumpunt tamen illi, atque prudentiæ singularis, candidissimæ integritatis, profusissimæ liberalitatis, indefessæ custodiæ, zeli denique animorum ardentissimi fulgores, quasi clarissimæ lucis linguæ loquuntur. Testis est* Pactensis *Ecclesia opem à te frustra implorasse neminem, omnibus etiam tua, hoc est ipsissima beneficentiæ manu ad copiam usque subventum. Testis tota* Sicilia *in alienas, Christi tamen oves, derivatam be-*

* Equites S. Jo: Hierosl. 1. F. Thomas de Neapoli ann. 1475. ex lib. Lingua Italiæ fol. 6.
2. Fr. Joan. Anton. de Neapol. ann. 1477. lib. f. 21.
3. Fr. Franc. Mar. de Neapi ann. 1571. lib. f. 25.
4. Fr. Isidorus de Neapoli infrà f. 638.
5. F. Flamin. de Neap. infr. f. 648.
6. F. Lactantius de Neap. ann. 1601. lib. Italiæ f. 13.

Equites S. Jacobi de Spata. 1. D. Hieron. de Neapol. & Princeps Resuttanæ. 2. D. Anton. de Neapol. & Princeps S. Stephani. 3. D. Joseph de Neap. Dux Campibelli, & Conc. Supremi Ital. primus Regens.

tam benignitatem tuam: Testis orbis terrarum universus, cui tua dudum decora fecundissimo omnium rumore officiosa tibi fama promulgavit. Quare ex tanta luce est, quod obscuritati meæ grātuler: est quod ex istarum commemoratione rerum Notitiam hanc, claritatis nomen e tuo lumine mereri, & quasi stellulam in Pactensi *hoc cælo soli suo jure obsequi existimet posteritas. Tu igitur lucis tuæ radios ambientem complectere, quæ humanitas tua est, opellam hanc meam, & qui jam orbi explicuisti vel invictus nitores tuos, hoc observantiæ erga te meæ obscurissimum monumentum illustra. Vale, atque* Siciliæ, *nedum Ecclesiæ tuæ bono diutissime fælix vive.* Panormi *Kal. Martii ann. sal.* 1641.

PACTÆ, nunc Urbis *Magnaminæ* titulo insignitæ, flexuoso in sinu sunt conditæ, & à mari quingentos circiter passus recedunt. Nullum veterum scriptorum earum meminisse, neque nominis rationem ab aliquo traditam testatur Fazelus dec. 1. lib. 9. c. 6. Prima earum mentio ad annum salutis 1094. occurrit; cum Rogerius primus Siciliæ Comes cœnobium ibi ordinis S. Benedicti regio plane sumptu à fundamentis excitatum Divo Bartholomæo Apostolo dedicavit, atque alteri ejusdem nominis, & religionis quod Liparæ est, bonorum societate conjunxit. Deinde Episcopalis quoque dignitas ibi constituta urbis auxit nobilitatem, atque hominum frequentiam.

I. F. AMBROSIUS ordinis S. Benedicti monachus primus fuit hujus monasterii Pactensis Abbas. Cum enim Robertus, ejusque frater Rogerius Northmanni Duces ab Insula Liparitana Saracenos ejecissent*, monachis Benedictinis ibi eremitico more degentibus cœnobium, & templum D. Bartholomæo sacrum erectum est à Rogerio Comite, subjectumque fuit F. Ambrosio viro integerrimo, uti declarant diplomata ipsius Rogerii dat. Mileti an. 1088. & PP. Urbani II. ibidem scriptum 3. nonas Junii 1091. quæ integra leguntur in tabulis Ecclesiæ Pactensis, & nos afferemus in Notitia Ecclesiæ Liparensis. Anno vero 1094. idem Rogerius apud Pactas aliud ejusdem nominis & instituti cœnobium exædificavit, eidemque Abbatem F. Ambrosium constituit. En diploma ex tab. Pact. Eccl.

* Ex eodem Fazel. dec. 1. lib. 1.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Ego Rogerius Calabriæ Comes, & Siciliæ, frater domini Roberti Guiscardi gloriosissimi Ducis Apuliæ: anno ab Incarnatione Domini 1094. *indict.* 2. *passus multas inopias, & labores, & meo sanguine fuso acquisita tota Sicilia, Saracenorum termositate, & in Christianos eorum tyrannide cum grandi detrimento Christianorum, & parentum nostrorum occisione vehementi funditus annihilata, armis divinæ potentiæ munitus & brachio victorioso fortitudinis roboratus, spiritnali quoque gratia cooperante, & præcedente, per totam Siciliam pacem posui continuam; Ecclesias quoque ab impietate nefanda Saracenorum dirutas, ad honorem Dei, & Dom. Nostri Jesu Christi, & genitricis Virginis Mariæ, & omnium SS. & pro remedio animæ meæ, & animæ Roberti Guiscardi probissimi fratris mei, & gloriosi Ducis Apuliæ, in pristinum statum restitui, ditavi muneribus, ampliavi possessionibus, & speciosis decoravi ornamentis, liberas ab omni servitute constitui. Deinde vero mihi placuit, ut ad honorem Dei, & Dom.*

A *Nostri Jesu Christi, ac genitricis Virginis Mariæ ex beneficiis meis ædificarem Monasterium Monachorum in Pactes in honorem S. Salvatoris; cui Ecclesiæ, & donno Ambrosio ejusdem Monasterii primo Abbati, & omnibus ejus successoribus dono, & habere concedo in proprium jus, quidquid infra subscriptos continetur, aut continebitur terminos. Quorum videlicet terminorum principium est: ad grandem Scalam de veteri civitate*, sicut via scandit sursum ad Turonem altum, qui est supra mare, & ascendit, hæc divisio ad cristam de Scala desuper civitatem vadens cristam sursum us-* B *que ad tres montes, inde vero transit ad profundam, & obscuram cavam, vadens ultra ad Turrem de Voab* & ascendit sursum ad altum montem de Egiro, inde vero sursum per criptas, & Brachali, & ad fontem, qui est in plano, transiens flumen de Pactes*, ultra ad cristam de Sancto Epinico usque ad sursum ad montem de Fulchero; inde autem descendit crista grandis ad viam de Arangeriis, vadens ad flumen de Botania, sicut flumen hoc vadit iusum in mare. Teste me dante, & concedente, & conjuge mea Adalayde Comitissa, Joffrido infante filio meo. Episcopo Messanensi in cujus est diœcesi. Roberto Borello. Rogerio de* C *Tuschet. Rogerio de Barnavilla. † Episcopi Traginensis. † Comitissæ Adalaydis. † Goffridi infantis. † & ego Ansgerius Episcopus* feci hanc crucem.*

* Eaest Tyndaris à Pactis recedens 6 m. p. diruta; de qua Strabo Plinius, & Cic.

* Nunc de Prolo.

* Olim flumen Thimeti ex Ptolomæo & Strabone, & Plin.

* Catanensis.

Hoc diploma licet jure spectet ad Ecclesiam Liparensem, hic exscripsi; quia bona hæc juris sunt hodie Ecclesiæ Pact. Id Robertus Episcopus Messanensis, & Troinensis eidem Fr. Ambrosio utriusque monasterii Liparensis, atque Pactensis Abbati hoc dedit diploma.

In nomine[b] *Sanctæ, & individuæ Trinitatis,* D *Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Venerabilis, & gloriosissimus Rogerius Calabriæ Comes, & Siciliæ, frater domini Roberti Guiscardi gloriosissimi Ducis Apuliæ, Anno ab Incarnatione* 1094. *ind.* 2. *domino Urbano II. Romanæ Sedis Pontificatum gerente, multas inopias, & labores passus, & multo sanguine suo tota Sicilia Saracenorum termositate, & in Christianos eorum tyrannide cum grandi detrimento Christianorum, & parentum suorum occisione vehementi funditus annihilata, armis divinæ potentiæ munitus & brachio victorioso fortitudinis roboratus, spirituali quoque gratia cooperante, & præcedente, per totam Si-* E *ciliam pacem posuit continuam; Ecclesias quoque ab impietate nefanda Saracenorum dirutas, ad honorem Dei, & Dom. Nostri Jesu Christi, & genitricis Virginis Mariæ, & omnium SS. & pro remedio animæ suæ, & animæ Roberti Guiscardi probissimi fratris sui, & gloriosi Ducis Apuliæ, in pristinum statum restituit, ditavit muneribus, ampliavit possessionibus, & speciosis decoravit ornamen-*

b Autogr. inter tabular. Pact.

Anno Christi 1094.

Ordo constitutionis sedium Episc. Siciliæ à Comite Rogerio.

namentis. Primum vero Traginensem [a] *Ecclesiam, in qua dominum, & venerabilem Robertum primum constituit Episcopum, deinde Agrigentinum* [b], *& Mazarensem* [c], *sequenter autem Catanensem* [d], *ad ultimum quoque Syracusanam* [e], *constituit Ecclesiam, & Episcopum, quibus pro tempore, & opportunitate constitutis, & dispositis placuit iterum venerabili, & glorioso præfato Comiti Rogerio, ut per Siciliam in territoriis Episcopalium Ecclesiarum libera constitueret Monasteria Monachorum pro Dei amore, & animæ suæ remedio, & domini Roberti Guiscardi gloriosissimi Ducis Apuliæ, & pro animabus omnium parentum suorum in hac terra conquirenda occisorum. Unde primo quam omnium Northmannorum prior factus est Siciliæ Comes, & Calabriæ* *, *dominum Robertum Traginensis Ecclesiæ primum Episcopum interpellavit, & ab eo super hoc negotio consilium, & laudationem quæsivit, uti videlicet liceret illi in Episcopatu suo in Pactes scilicet Monasterium de suis constitueret beneficiis. Ego itaque prædictus Robertus Messanensis Ecclesiæ primus Episcopus & de hac re primum à venerabili, & glorioso Comite nostro Rogerio advocatus laudavi spiritum ejus bonum & gloriosam intentionem suam; & consilium in hac re contuli, & Ecclesiam de Pactes de consilio Comitis, & pro amore suo, & pro remedio animæ suæ, atque omnium parentum suorum: in primis vero pro amore Dei, & salvatione animæ meæ liberam constituo donationem domino Ambrosio Abbati Liparensis cœnobii, & ejus successoribus decimas de Pactes, & alias Ecclesias, quas idem Abbas tenet in diœcesi nostra cum decimis de earum Ecclesiarum territoriis: videlicet Ecclesiam S. Luciæ* * *sitam in Campania Milatii, & Ecclesiam S. Nicolai suburbio Giracii, præter Nasum* *, *in quibus decimas omnes retineo, & de proprietate ipsius Abbatis, & de redditione ipsius villæ, & præter decimam villanorum, quos villanos tunc temporis Abbas habebat in Geracio, vel habiturus est de reliquis; & si quis aliquando alicubi in Episcopatu meo, prædictæ Abbatiæ pro amore Dei, & animæ suæ remedio, villanos dederit, quorum decimas, & redditiones, quas prius dare solebat, habebo; præter hoc daturus est mihi, meisque successoribus prædictus Abbas, ejusque successores unam unciam auri per singulos annos in Pascha, vel ante quindecim dies, vel post totidem; præ cæteris Abbas Ecclesias Pactas liberas habeat cum omnibus decimis suis, ita tamen quod si Abbatis Liparensis quandoque in Pactas Ecclesiam conversa fuerit, ego prædictus Episcopus, & mei successores, Abbates omnes ejusdem Abbatiæ Pactas consecrabimus; ex hac autem hora monachos ejusdem Ecclesiæ si consecrandi erunt, consecrabimus, oleum, & chrisma à nobis accipient, & illorum monasterium, & Ecclesia à nobis consecrabuntur, presbyteri, qui in partibus Pactas erunt, ad nostram venient Synodum, quos instruemus, & à delictis corrigemus secundum Dei justitiam; & nullum terrenum lucrum ab illis quærentes. Hæc tamen beneficia Abbati, & ejus fratribus concedo hoc pacto, ut neque Abbas, vel sui successores aliquam capiant pecuniam ab ipsis presbyteris, aut à populo villæ si pec-*

a Ann. 1081. b Ann. 1091. c Eod. anno mense Sep. 9. ind. d Eod. mense Martio ind. 2. e Ann. 1094. mense dec. ind. 3.

* Rogerius factus est Comes à Roberto fratre circiter annum 1081.

* S. Luciæ, quæ modo est nullius diœcesis olim Messan. post Pactensis fuit juris.
* Nunc Nasus dicitur, ac titulo Comitatus cohonestatur.

A *caverint, Teste eodem Comite Rogerio, & Goffrido infante filio suo, Comitissa, Episcopo Cataniæ, Roberto Borello, Willelmo de Altavilla, Roberto de Muerbino, Riccardo de Meritorio, Rogerio Bonello, Willelmo de Grois* [f], *Ugone de Alcione, Henrico* [g] *fratre Comitissæ, Falcone Capellano, & Medico ejusdem Comitis Rogerii, qui hoc scripsit privilegium in Messana Civitate in Quatragesima 6. die Martii. † Rogerius Decanus ejusdem Ecclesiæ. † Ego Odo Archidiaconus. † Ursus Canonicus. † Willelmus de*

B *S. Ægydio.*

f Nunc Lagrua quæ est nobiliss. fami. Principum Carinensium. g De Henrico, ejusque filiis dicemus in monast. S. Nicolai de Arena.

Pientissimus Rogerius Comes cœnobium Liparitanum, cui id nostrum Pactense adjunctum fuit, aliis donis, ac prædiis ditare voluit; ut ex hoc constat diplomate.

In nomine [h] *S. & individuæ Trinitatis, Patris, Filii, & Spir. Sancti. Notum sit omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis tam præsentibus, quam futuris. Quoniam ego Rogerius Dei gratia Comes Calabriæ, & Siciliæ pro salute animæ meæ, parentum etiam, & filiorum, fratrum, & con-*

C *sanguineorum meorum, & uxorum* * *mearum, & pro remedio præcipue fratris, & domini mei Roberti Ducis, concedente filio, & hærede meo Goffrido, & uxore mea Adalayde Comitissa, dono Monasterio S. Bartholomæi Apostoli, quod in Insula Lipari per nos nostris temporibus per Dei gratiam constitutum est; cui venerabilis Abbas Ambrosius præest, Castellum quod Fatalia dicitur cum appendiciis suis omnibus, & medietatem Castelli, quod Nasa nuncupatur, id scilicet, quod in dominio meo tenebam cum appendiciis suis om-*

D *nibus, & centum villanis in Pactis, & octo ad Tumas, & unam culturam super Tormam: dono etiam in civitate, quæ Therma vocantur, totam decimam ejusdem civitatis* *, *ac sex villanos in civitate Mazariæ, & Castellum quod vocatur S. Salvatoris* * *cum pertinentiis suis; dederunt etiam eidem Barones mei de rebus suis, quorum donationes ego concedo, & confirmo una cum uxore mea, & filio. Rogerius de Barnavilla, assentiente Eliusa uxore sua, dedit in territorio de Ca-*

E *stronovo Ecclesiam S. Petri cum terris, & viginti villanis, & in territorio Giracii in Sicilia Ecclesiam S. Trinitatis cum terris, & vineis, & sex villanis. Guillelmus Malus spatarius, concedente domino Roberto Trainensi Episcopo, & clericis ejus, dedit Ecclesiam S. Philippi in Monte Argyro cum terris, & quinque villanis, & etiam partem omnium decimarum terrarum suarum, quas habet in territorio Montis Argyri, & in territorio Mariæ; dedit in Nasa unum Judæum cum filiis suis, & in Fatalia unum villanum. Goffredus Borellus dedit in territorio Milatii Ecclesiam*

F *S. Luciæ* * *cum terris, & cum septem villanis, & uxoribus eorum, & filiis. Amellinus Gastinellus dedit in territorio Giracii tres villanos. Robertus de Brocato dedit duos villanos in Brucato, consentiente Maria uxore sua. Goffredus de Sageyo dedit tres villanos in Caccamo, concedente Adelasia uxore sua. Rogerius Marcnisi dedit duos villanos, unum in Fatalia, & alterum apud S. Philippum de Monte Argyri. Radulphus Bonellus dedit in Carinis Ecclesiam S. Laurentii cum terris, & vineis, & centum villanis. Odaldus de Cala-*

xibeth

Anno Christi 1094.

h Autogr. in Eccl. Pact. extrictu lib. Privl. fol. 85. & lib. mon. fol. 42.

* Rogerius duas habuit uxores primam Eremburgam, ex qua suscepit Jordanum, & Goffridum, secundam Adelasiam.

Monast. Liparense à Comite Rog. extructum.

* In diœcesi Panor. vide litem de hac re in Not. Panor.
* Castell. S. Salvat. nunc oppidum est juris Eccl. Pactens.

* Id nunc est oppidum S. Luciæ Milatii juris regii.

Anno Christi. 1094.

xibeth dedit unum villanum. Rogerius de Sardavalle dedit unum villanum. Has igitur donationes tam meas, quam Baronum meorum dono, concedo, & confirmo supradicto Liparensi monasterio, concedente filio meo Goffrido, & uxore mea Adelayde Comitissa, ut eas omnes quiete in perpetuum possideant ad usus fratrum ibi Deo servientium. Nec sit, qui eas audeat auferre, vel diminuere, nisi iram Omnipotentis Dei vult incurrere. Facta est autem hac concessio, & confirmatio in præsentia domini Ambrosii Abbatis ejusdem Monasterii, & in præsentia Primi, & Adelelmi monachorum ejusdem monasterii, & in præsentia Goffridi Militensis[a] *Episcopi, & Falconis Medici, & Capellani, qui hanc cartam manu propria scripsit.* † *Signum Rogerii Comitis, & Adelaydis Comitissa.* † *Signum Goffridi filii Comitis. Huic confirmationi testes affuerunt hi: Rogerius de Barnavilla, Rogerius de Marchisi, & filius, Robertus Bonellus, Robertus de Sardevalle, Radulphus Bonellus, Guillelmus Senescalcus, Rogerius de Torceto Aquinus, Ugo Ruffus filius Guillelmi de Altavilla, Robertus Butiri Messanensis Straticotus, Robertus Stratus, Robertus de Minoartino, Belingarius Maledoctus, Guillelmus filius Elia, Ugo de Putheolis, Martinus Faber, Rodulphus de Angamarra, Guillelmus Bonellus, Lucas Bovensis Episcopus, Ranulfus Tabanus, Rogerius Naveronus, Radulphus Pothonus, Gualterius de Canna, Harchimus Patramotarius, Brogo Saracenus, Rogerius Colcheberet, Ildebrandus Lombardus, Nicolaus Camberlanus, Goffridus Senescaldus, Robertus Gabreto, Ramicindus Astaris. Anno ab Incarnatione Domini Jesu Christi* 1094. *Ind.* 2. Id diploma fuit in publicis tabulis exscriptum anno Domini 1282. Ind. 1. die 26. Junii, PP. Nicolai IV. Pontif. anno 1. Lib. prælæt. fol. 154. & Mon. f. 42.

[a] Militensis in Calabria.

Hic inserendum operæ pretium est aliud diploma Comitis Rogerii, quo nonnulla jura in Sicilia concedit Monasterio Liparensi, quod unitum deinde est Pactensi. En illud.

Sicut splendor solis suis radiis fundentibus lumen universum mundum illuminat, instar fluminis excaturit, ita & potestas mea serenitatis beneficentiam omnibus subditis donat. Quia in mense Novembris VIII. Ind. sedente me Rogerio Comite in magna Civitate Panorm. venit ad me Abbas dom. Ambrosius Monasterii S. Bartholomai de Lipari, & rogavit simul cum omnibus ejus fratribus à mea serena Potestate facere eleemosynam Monasterio Sancti Bartholomai, quia in terra Liparea vivere non possunt animalia supradicti monasterii, cum illic existat locus angustus. Et ad hoc petimus, & rogamus sanctam, & serenam tuam potestatem dare nobis locum parvulum pro habitantibus, & facere Casalem pro servitio S. Monasterii, & locum ad pascendum animalia, & agros ad faciendas culturas, & montem ad siliquas pro porcis. Ego autem assentiens eorum precibus confirmavi, & dedi eis tenimentum Melvisum, ut extitit confinium talis tenimenti ab Oriente, sicut descendit magnum fluvium, & ascendit ad magnum montem. dehinc autem, ut ascendit rivus magnus, & concludit ad locum dictum Vall.

Anno Christi. 1094.

A *Istum autem locum habeat dictum monasterium agros ad faciendas culturas. Dehinc autem sicut ascendit ad viam regiam, usque ad confinium de Argiriis, dehinc ut ascendit sena*, potiùs Serra, *usque ad locum dictum Saracenica; dehinc descendit rivus magnus dictus Vinas, & concludit usque ad magnum fluvium: hoc est tenimentum istius confinis, quod dedi ego Comes Rogerius monasterio S. Bartholomai pro salute anima mea, & meorum propriorum filiorum. Orate semper, & continue. Et ad majorem fidem firmam factum fuit,* B *& datum præsens sigillum tibi Abbati Ambrosio, quod scriptum fuit manu Notarii Joannis Calabri. Siquis apparuerit pro tempore impedire tale sigillum, condemnabitur ad regiam Cameram decem mille... & sic confirmata erunt suprascripta, & authenticata anno sex mille quingentis sex. Ego Rogerius Comes signum meum mitto, & confirmo.* Hoc sane diploma ex græco forte in latinum translatum in archivio Ecclesiæ Pactensis extat, & in lite inter Episcop. Pactensem & Juratos oppidi Giusæ Guardiæ exscriptum an. 1598. C & 1599. In M. R. Cur. 6. Feb. 1598. Sed indiget magna animadversione; primum quid sit *tenimentum Melvisum*: contendit autem Episcopus esse *oppidum Giusa Guardia* sui adhuc juris. Sed Oppidani Guardienses, fuisse quoddam feudum, quod hodie ipsa Pactensis Ecclesia possidet, in territorio S. Angeli confinante cum territoriis terrarum S. Petri supra Pactas Libritii, & Raccudiæ. Item in annorum numero error irrepsit, numerat enim mundi annum 6506. is vero incidit in Christi annum 998.[a] at Panor- D mus sub tyrannico dominatu Saracenorum ad an. 1071. perduravit[b], & tamen hic dicitur: *Rogerio in Civitate Panor. sedente.* Adde quod neque bene congruat 8. ind. in qua dicitur accessisse Abbas, cum eo anno. Subdubito, an hoc diploma idem sit illi, quod infra referam anno 1143. vel saltem exscribentium vitio partem ex uno, partem ex alio desumentium male permixtum, confusumque sit.

[a] Vide de hac computatione lib. 1. nostrum

[b] Ibid.

Anno 1104. ind. XII. huic monasterio, ac ejus Abbati Ambrosio Robertus primus Ecclesiæ E Messanensis Episcopus nonnulla jura concessit, quæ in sua diœcesi existebant, uti in notitia Messanensi retulimus ab ann. 1104. ad ann. 1148. 1104.

Anno 1111. eidem Ambrosio Abbati, ejusque successoribus dedit Raynaldus Avenellus quædam jura in Casali Partiniaci nunc diœcesis Monteregalensis, eaque confirmavit deinde Joanni successori Abbati Rex Rogerius. Hæ sunt diplomata ex autograph. in Eccl. Pact. 1111.

Concessio Casalis Mitti.

In nomine Sancta, & individua Trinitatis anno ab Incarnatione 1111. *Ind.* 3. *Regnante in* F *Sicilia Rogerio Comite, & Adelayda matre ejus, filio Rogerii Comitis fratris Roberti Guiscardi Ducis. Ego Raynaldus Avenellus, concedente uxore mea Fredesenda, fratribusque meis Roberto, & Dragone dedi, atque concessi libere, & absolute Ambrosio Liparitano Abbati, ejusque successoribus in perpetuum Ecclesiam, qua est in Casali meo sub Partiniaco, & Molendinum, quod est juxta Ecclesiam, & decem villanos cum omnibus rebus suis, & familiis, & duas terra culturas, unam supra viam publicam, alteram inferius*

Anno Christi. 1111.

rius juxta fontem, & vineam, quæ est sub Ecclesia. Uxor vero mea Fredesenda dedit unum villanum cum omnibus filiis suis, & rebus, Guernerica miles similiter unum, Sanson similiter unum. Hujus rei etiam testes Ego ipse Raynaldus, qui feci hanc donationem Monasterio S. Bartholomæi Liparitanæ Insulæ pro anima Rogerii Comitis terræ acquisitoris, & anima mea, & parentum meorum. † Fredesenda. † Drogo Avenellus. † Robertus Avenellus. † Sanson. † Raynaldus de Terrone. † Radulphus de Nonanto. † Joannes de Partiniaco. † Juditta filia Comitis. † Alchemius de Ficaria, † Ambrosius Liparitanus Abbas. † Blancardus monachus. † Andreas monachus. † Joannes Monachus. Coram his omnibus testibus supradictæ Ecclesiæ S. Bartholomæi post mortem meam, & concessit libere, & absolute, & habere concedente uxore mea Fredesenda, & fratribus meis Roberto, & Drogone in camera domus, quam habeo Panormi, Casale Mirti cum omnibus appenditiis suis. Hæc anno 1133. confirmavit Rex Rogerius ut infra.

1118. Adelasiæ Comitis Roge. II. uxoris obitus.

Anno 1118. celebris quoque fit Pactensis urbs Adelasiæ Rogerii Siciliæ Comitis secundæ uxoris, ac Rogerii Regis matris sepulchro, quod in templo cathedrali ab omnibus spectatur; hac epigraphe inscripta.

Hic jacet corpus nobilis dominæ Andilasiæ Reginæ matris Serenissimi domini Rogerii primi Regis Siciliæ, cujus anima per Misericordiam Dei requiescat in pace. Amen. M. C. XVIII.

a Ex Falcando, & Fazell. 2. lib. VII. cap. 1. f. 419.

Adelasia hæc filia Bonifacii Marchionis circiter annum 1090.[a] nupserat Rogerio Comiti, post obitum primæ uxoris Eremburgæ, ex quo suscepit Simonem, & Rogerium II. qui Rex fuit; ipsam vero Adelasiam post obitum primi Rogerii duxit uxorem Arduinus Hierusalem Rex, ideoque Reginam nuncupari sæpe invenimus, quæ à Regno Hierusalem in Siciliam transmeans, multis affecta molestiis apud Pactas obiit, & sepelitur.

b Vid. Not. 1. lib. 1. ad eum ann.

c in not. Mess. ad an. 1131.

II. F. JOANNES *Monachus Benedictinus* Abbas II. fuit monasterii Liparensis, atque Pactensis. Anno 1130. 8. ind. ejus meminit quoddam privilegium transactionis inter Petrum Archiepiscopum Panormitanum, ipsumque Joannem Abbatem de decimis Thermarum[b]. Subscribitur Joannes in diplomate Hugonis Episcopi Messanensis an. 1131. ind. 10. mense Septembri de quibusdam juribus monasterii S. Salvatoris Linguæ Phari. *Ego Joannes Liparensis Abbas*[c]. Abbatis nomen, ut vides, Joannes retinebat ad an. 1131. mense Septembri. Sed deinde Hugo Mess. Antistes diplomatis Anacleti II. Antipapæ auctoritate suffultus, nostrum Joannem Episcopum constituit proximo mense Octobri; has tabulas, quarum authographa apud Ecclesiam Pactensem inveniuntur, attuli integra in Messanensi Notitia ad annum 1131. nu. 3. & 4. eamque Liparensem Ecclesiam suffraganeam fecit[d]. En diploma Hugonis Pseudoarchiepiscopi.

1131. Jo. primus Antepisc.

d Piccol. de antiq. jure Sic. fol. 99.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris Domini Nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus 1131. ind. X. mense Octobri. Ego Hugo Dei gratia Messanensis humilis Archiepiscopus. Cum unusquisque fidelium Ecclesiæ suæ provectui debeat providere, Episcopus maxime ad Archiepiscopatum noviter promotus, pro dignitate Ecclesiæ suæ adipiscenda plurimum debet elaborare. Idcirco Ecclesiæ Messanensis dignitati augmentandæ discrete providentes; quia sine aliquantis suffraganeis honorifice consistere non posset; Liparitanam Ecclesiam consilio Messanensium & Troinensium Canonicorum, utriusque denique conventuum, Episcopatum perpetuo constituimus. Ideo frater in Christo carissime Joannes, nunc ejusdem Ecclesiæ Abbas, te Liparitanum Episcopum eligi concedimus, ita sane, ut tam tu, quam tui successores in nostra obedientia in posterum permanentes, à nostris manibus, nostrorumque successorum, tamquam nostræ Ecclesiæ suffraganei debeatis consecrari. Statuimus quoque, & præsentis privilegii auctoritate tibi, tuisque successoribus in Parochiam totam Insulam Liparitanam perpetuo jure habendam, & possidendam, & Pactas cum omnibus suis pertinentiis, cæterisque locis jus universum Episcopale absque omni nostra, nostrorumque successorum calumnia, seu contrarietate. Siqua autem in posterum magna, humilisque persona hanc nostram constitutionem scienter violare præsumpserit à gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ aliena fiat, donec congrua satisfactione de perpetrata iniquitate pœniteat. Ad hujus nostræ concessionis indicium subscriptis testibus præsentem cartam inscribi, nostroque sigillo plumbeo insigniri præcepimus.

Anno Christi. 1131.

Episc. Mess. quando pseudo archiepis.

† Ego Hugo Messanensis Archiepiscopus † Ego. VV. Rhegensis Archiepisc.

† Ego M. Catanensis Episcopus. † Ego G. Balneariæ Prior.

† Ego L. prior Cataniæ. † Ego T. Messan. Cantor ss.

† Ego P. Trainensis Archidiaconus. † Ego H. Rhegensis Cantor.

† Ego G. Messan. Canon. † Ego VV. Mess. Can. † Ego R. Cresp. Mess. Can.

† Ego VV. Deotot. testis sui. † Ego R. Monachus Capell. domini Regis.

e Autogr. in tab Eccl. Pact. & lib. Reg. Can. eo ann.

f Autogr. in tabul. [illegible] Pact.

Eodem fere anno Comes Henricus Manfredi filius quemdam terrarum tractum in oppido Buteræ Joanni præsuli concessit, id anno 1319. die 11. Maji ind. 2. publicis in tabulis exscriptum est[e]. An. 1133. Rogerius Rex eidem Joanni diploma Raynaldi confirmavit.

In nomine[f] Domini Dei æterni, & Salvatoris Nostri Jesu Christi, anno Incarnationis ejusdem 1133. Ind. 11. Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ, & Italiæ Rex Rogerii primi Comitis hæres, & filius. Si justa postulatio voluntatis omnibus Dei cultoribus, locisque venerabilibus studio debet prosequente compleri, illis præcipue, qui pro peccatis nostris assidue vigiliis, & orationibus Dei misericordiam invocant piæ postulationis affectum jugiter impendere debemus. Ea propter Venerabilis Pactensis, & Liparensis Joannes Episcope, tuis petitionibus clementius annuentes pro salute animæ nostri patris gloriosæ memoriæ Rogerii Comitis, matrisque nostræ Adelaydæ Reginæ, & nostræ, nostrorumque parentum, concedimus Ecclesiæ S. Bartholomæi de Lipari, & tibi, tuisque successoribus præsentisque privilegii auctoritate firmamus Casale Myrtæ, quod Raynaldus Avenellus Eccle-

Anno Christi 1134.

Ecclesia S. Bartholomai de Lipari consensu uxoris suæ Fresendæ donavit cum omnibus suis pertinentiis & finibus, quos fines Gregorius Amiratorum Amiratus cum esset Stratigotus [a] *Catinæ cum aliis ejusdem Provinciæ Catinæ majoribus natu Christianis, & Saracenis, quorum nomina subscribuntur, designavit. Incipiunt itaque fines hoc modo à via Billiana usque ad idem Casale Villiana ad magnum flumen, & inde revertitur ad magnum fontem, qui vocatur de Irachi, & inde dividit per medium Lumarge, quod Pantanum, vel terra sylvestris latine nuncupatur, usque dum venit ad nemus, & inde exit ad fontē qui vocatur Ebesseul cum conjunctione aquarū de aqua Myrta, & aqua districti, quæ nomen habet Vinien, & inde ascendit, sicut aquæ ascendunt, usque ad magnum fontem, qui vocatur Plato, qui est ad montē, & campum, qui vocatur Mehedep, & terras, quæ vocantur de Saffaf, quæ recognoscuntur de Myrta. Ecce completis finibus. Nomina eorum, qui fines istos denotaverunt, & qui interfuerunt, postmodum scribantur. Prædictus Georgius nunc Amiratorū nostrorū Amiratus, tunc vero Catinæ Stratigotus interfuit, Joannes Miles de Parthеniaco jussu domini sui Roberti Avenellæ interfuit. Arnulphus Panormitanæ Eccl. Canonicus. Guarnerius de Sartilleo, Robertus magister Castelli Jacinensis. Saracenorum autem testium nomina sunt hæc: Gaitus Micheret de Jatino, & plures alii Saraceni Mirtenses. Siquis autem hujus nostræ concessionis paginam ausu temerario violare præsumpserit, sciat se iram nostram incurrere & auri libras decem componere: medietatem Curiæ nostræ, & aliam prænominatæ Liparitanæ Eccl. præsensque privilegium pristinum robur obtineat. Porro ad hujus nostræ concessionis, & confirmationis inditium per manus .... nostri notarii scribi, & nostro typario bulla plumbea insigniri præcepimus. Dat. Messanæ per manus Guarini Cancellarii 4. Kal. Martii an. regni nostri 3.*

a Catana habuit Strategum.

Atque etiam idem Rex eidem Joanni, quæ fuerat elargitus pater, confirmat.

In nomine [b] *Dei æterni, & Salvatoris Nostri Iesu Christi anno Incarnationis ejusdem 1134. Ind. 12. Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ, & Italiæ Rex Rogerii primi Comitis hæres, & filius. Si justa postulatio voluntatis omnibus Dei custodibus, locisque venerabilibus studio debet prosequente compleri, illis præcipue, qui pro culpis, & offensionibus nostris Dei misericordiam invocant, postulationis affectum jugiter impendere debemus. Propterea Joannes tam Pactensis, quam Liparensis Monasterii Dei gratia venerabilis Episcope, petitionibus tuis, fratrumque tuorum clementius annuentes pro salute animæ patris nostri gloriosissimæ memoriæ Rogerii Comitis, matrisque nostræ Adelaysiæ Reginæ, & nostræ, nostrorumque omnium parentum concedimus eidem monasterio, & tibi, tuisque successoribus, & præsentis privilegii auctoritate firmamus tenendi, habendi, & perpetuo possidendi omnia illa quæcumque pater noster magnificæ memoriæ Rogerius Comes, & bonæ memoriæ Robertus Guiscardus, seu alii Principes, Duces, Comites, & Barones, seu utriusque sexus prædecessores prænominato S. Bartholomai Pactensi, & Liparensi monasterio dederunt, & suis privilegiis confirmaverunt, videlicet Liparam* *, *Vulcanum, Salinam, Panariam, Strongilon, Arcudi, & Filicudi Insulas cum omnibus pertinentiis suis. Pactas quoque, & Ecclesias de Pactis cum decimis, terris, & sylvis, aquis, pascuis, & suis omnibus pertinentiis, & Ecclesiam S. Luciæ in Campo Militii; item & Ecclesiam S. Mariæ de Buterio, & Casale Mirti, & Ecclesiam S. Trinitatis de Sicro, Ecclesiam S. Mariæ de Tusa, Ecclesiam S. Eliæ in territorio de Grattera, & Casale Trabilis, & obedientiam in territorio Mazariæ, & Ecclesiam S. Laurentii, & Ecclesiam S. Ægydii de Thermis, & obedientiam de Gratteri, & Ecclesiam S. Petri in territorio Castrinovi, Ecclesiam quoque S. Nicolai in Comitino, & Ecclesiam S. Mariæ de Mazarino, & Ecclesiam S. Crucis in territorio Bruccati, & Ecclesiam S. Joannis in territorio Vizini, & Ecclesiam S. Praxedæ, & Ecclesiam S. Nicolai de Valle, & Ecclesiam S. Nicolai de Salter in territorio Styli, & obedientiam S. Angeli in territorio Godeseri Casali Nicosiæ, Ecclesiam S. Sofiæ in territorio de Mesalton in territorio Vicari, Ecclesiam S. Philippi in Monte Argyri. Istas itaque prænominatas Ecclesias, & obedientias, terras, & casalia cum villanis, terris, sylvis, aquis, & pascuis, ac molendinis denique cum omnibus eorum pertinentiis suis, & cum omnibus privilegiis à prædicto patre nostro magnifico Rogerio Comite, & Roberto Guiscardo Duce patruo nostro magnæ strenuitatis viro, à cunctis etiam prædecessoribus, & Baronibus nostris supradicto S. Bartholomai Liparensi monasterio factis, & confirmatis, habenda, tenenda, & perpetuo possidenda, & dominanda concedimus; confirmamus etiam eidem Pactensi monasterio omnes retroprincipum, Ducum, Comitum, & Baronum, seu aliorum quorumcumque hominum utriusque sexus concessiones, donationes, & confirmationes, conditiones, commutationes, seu quovis alio titulo acquisitiones ipsi monasterio juste, & canonice factas, seu datas. Confirmamus etiam in ipso monasterio totum illud, & integrum, quod ex illa nostra liberalitate ipsum monasterium habere, & obtinere dignoscitur. Postremo confirmamus in eodem monasterio omnes possessiones, & universa jura ipsi monasterio suis privilegiis pertinentia, & quidquid in antea concessione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium juste, & canonice poterit adipisci: ea videlicet omnia, & totum illud integrum, quod in ipso monasterio confirmavimus, sicut superius scriptum est, semper sit in potestate ipsius monasterii omni nostro, nostrorumque successorum tempore, seu cujusvis alterius personæ acquisitione, contradictione, seu molestatione remota. Siqua vero (quod absit) magna, humilisque persona hujus nostræ concessionis & confirmationis paginam etiam in aliquo violare præsumpserit, sciat se compositurum auri purissimi libras viginti, medietatem palatio nostro, & aliam medietatem prædicto monasterio; præsens privilegium pristinum robur obtineat. Porrò ad hujus nostræ concessionis, & confirmationis munimen per manus Guidonis magistri notarii scribi, nostrique typarii bulla publica insigniri præcepimus. Dat. Panormi per manus Guarini nostri Cancellarii 4. Kal. Maji anno regni nostri 4.* Id diploma græcè scri-

b Ibidem, & lib. privil. fol. 114.

* Has insulas nunc possidet Liparensis Ecclesia, sed Concessionis privilegia desiderantur.

Anno Christi 1134.

scriptum, latinitati datum est auctoritate Papæ Nicolai IV. an. 1285. lib. Prel. fol. 154. Anno 1134. coram Rege Rogerio actum est in controversia de jure Nasi, quæ excitata est inter Joannem nostrum Præsulem, & Gualterium de Guantes. Deventum tunc est ad transactionem; en tabulæ.

Rogerius [a] *in Christo Deo fidelis, & potens Rex. Quia in mense Feb. instantis xii. Ind. commorante potentia nostra .... venit Liparensis Episcopus Joannes cum reliquis fratribus contra Gualterium de Guantes de Naso .... Cum teneat ecclesia jura, quæ prius habebat ecclesia donata ei a beato patre meo, & possessa per eam usque ad diem .... per violentiam, & usurpationem accepisse. Gualterius autem de Guantes constitutus coram potentia nostra, & interrogatus respondit dicens, non vera esse ab Episcopo dicta, & sic amborum verba audiens potentia nostra decrevit sic, ut si potuerit Deo dilectissimus dominus Joannes ostendere per fideles testes, qui viderunt ecclesiam tenentem, & possidentem hæc, quæ petebat dictus Episcopus, etiam & quod fuit tunc temporis quando beatus pater meus concessit ea Sanctæ Ecclesiæ Dei & hac certificatus ab eis, sicut decet, quod restituantur sacro monasterio sicut prius, Gualterius autem non cessabat dicendo & his contraire, & obstare: euntibus itaque ambabus partibus consultari de his, convenerunt, & concordati sunt bona voluntate, & proprio consilio sic; quod de petitis ab Episcopo habeat Sancta Ecclesia in perpetuum apud Nasum, de Blando quidem medietatem, similiter & de introitibus Fori tertiam partem, de nemore autem statutum est sic: quod tempore impinguantis, homines Episcopi habitent intus in Naso, ponant proprios eorum porcos, quos oporteat impinguari; hoc autem faciant & homines Gualterii (ut diximus) proprios eorum solummodo; qui autem superent ex ipso nemore, ponat in eo Gualterius proprios porcos suos: hæc autem acta sunt sic. De Terris autem Flomaria ordinatum est sic: quod quantacumque homines Episcopi habeant, remaneant apud eos absque damnificatione, in perpetuum teneant, & cognoscant ea tamquam ab Episcopo; similiter autem homines Gualterii quanta ab eo possident, remaneant apud eos, ut superius diximus; omnia autem superflua ipsarum terrarum sunt communia: his autem ordinatis, & ambabus partibus ubi fuerunt consultati redeuntes petierunt potentiam nostram confirmare ea per privilegium in pacto tali, si aliquo quocumque tempore inventus fuerit dictus dominus Joannes Episcopus volens violare quæ bona voluntate, & proprio consilio sunt concessa, & pacta coram potentia nostra, non audiatur, sed condemnetur fisco potentiæ nostræ custodia adeo in libra auri una, videlicet in numismatibus septuaginta duobus. Propter quod ad abundantiorem certitudinem, & cautelam præsentem, a potentia nostra concessum est pactum, & sigillatum certa bulla datum dicto Episcopo domino Joanni, & reliquis fratribus mense, & indictione præscriptis anno 6642.*

[a] lib. 2. mon. f. 98. vide lib. prel. fol. 138. quomodo correspondent.

Anno 1139. sicut Hugo Mesanensis dejectus est ab illo fastigio Archiepiscopalis honoris ab Anacleto II. Pseudopontifice collati, ita & Joannes ab episcopali dignitate, quam ab Hugone Pseudoarchiepiscopo obtinuerat, Innocentii II. & concilii Lateranensis X. sanctionibus; eas in not. Messan. ad an. 1139. & 1148. attuli: en diploma Rogerii Regis an. 1143. Joannem Abbatem, & non Episcopum appellantis.

Anno Christi 1143

In nomine [b] *Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Sicut radius solis, totum mundum illuminat, tamquam flumen implens locum sui cursus, ita potestas mea serenitatis gratias omnibus subditis donat, quia in mense maji vi. Ind. sedente me Rogerio magno Rege in magna Civitate Panormi venit Abbas Joannes monasterii S. Bartholomæi de Lipari, cum fratribus petens cum planctu, & magna humilitate orans facere eleemosynam monasterio Sancti Bartholomæi jam in magna paupertate constituto de territorio: quia non habens utilitatem, ut modium unum frumenti, neque siliquas pro porcis, neque campum, neque medium unum pro servitio Sancti monasterii: serio venit, & manifestavit nobis omnes caussas sancti monasterii: assentiendo autem precibus ejus, & fratrum suorum, confirmat, & donat, & firmiter jubet serena mea potestas, ut habeat sanctum monasterium omne tenimentum, quod pater meus dedit monasterio Sancti Bartholomæi, manens prope locum Pactensem, nuncupatum Meluisum; & ego ejus filius Rogerius magnus Rex confirmo, & eundem campum, & tenimentum ab Oriente sicut descendit & ascendit usque ad locum, qui dicitur Carpilius, & vadit per locum dictum Vali, eundem locum confirmo; ut habeatis campos ad seminandum, & facere culturas, & montem pro porcis; dehinc autem, ut ascendit via regia, & applicat ad confinium Alerii, & dehinc autem ascendit Serra, & applicat ad locum dictum Sarachinas, & dehinc descendit ad confinium dictum Vinas, & concludit usque ad magnum flumen, hoc est tenimentum, & campus, quem ego Rogerius magnus Rex do monasterio Sancti Bartholomæi pro salvatione animæ meæ, & meorum genitorum, & propriorum filiorum, ut oretis pro mea serena potestate die, noctuque. Istud est tenimentum, & terra, quam dedi ego Rogerius magnus Rex Abbati Joanni monasterii S. Bartholomæi cum famulis Pactensibus, & ad majorem fidem factum est præsens sigillum, & datum fuit tibi Joanni Abbati S. Bartholomæi de Lipari à me Rogerio magno Rege, & cum meis baronibus, & nobilibus meæ serenæ majestatis, & ab hodierna die, & hora ut habeas idem tenimentum in libertate, facere quidquid vis, & siquis pro tempore appareat impedire præsens sigillum, sit anathema & semper anathema à patre, & filio, & Spiritu Sancto, & à trecentis decem, & octo Sanctis patribus, ut sit anathema Judæ Iscariothæ, & cæterorum, qui crucifixerunt Dominum, & sint condemnati vigintimille aureis regiæ Cameræ applicandis, & Tosfra terra Giracii. Anno sex mille sexcentis quinquaginta .... vi. Ind. ex scripturis Episcopatus Pactensis existentibus penes notarium Hieronymum Morello secretum Terræ Librizi extracta est præsens copia. Jo. Matthæus magister notarius.* 1143. Simile huic diploma relatum est supra sub primo Abbate Ambrosio, sed in multis à hoc differre clarum est.

[b] lib. mon. fol. 48.

Anno Christi 1148.

Anno 1148. Joannes, Abbas Liparensis, & Pactensis ecclesiæ nuncupatur in actu transactionis inter Arnaldum electum Messanensem, & ipsum Joannem mense Feb. ind. xi. his verbis: *ego prædictus Messanensis electus spontanea & libera voluntate, fretus consilio, & deliberatione prædicti Messanensis, & Troynensis Capituli remisi jam prædicto Joanni Lipar. & Pact. Monasterii Abbati, & successoribus quiete, & absolute omni sopita calumnia usque ad id temporis inter nos agitata, duas partes decimæ Sataria & mediam partem decimæ S. Petri de Ficarria, & medietatem Solariæ, & totam decimam Tonnariæ Oliverii, & ecclesiam S. Mariæ, quæ est sita in Portu Milatii cum tertia parte Tonnariæ ejusdem portus, sicut præfata ecclesia Pactensis antiquitùs tenebat & Joannes Abbas &c.* Id integrum leges in Not. Messan. ad an. 1148. Tandem Joannes iste circiter an. 1149. senectute confectus decessit,

III. GILIBERTUM („ Ord. S. Bened. ex „ Ugell. t. 1. f. 778.) *Electum Pactensem* lego in tabulis ecclesiæ Panormitanæ subscriptum ante Robertum Episcopum Messanensem in diplomate concessionis Bruccati ecclesiæ Panormitanæ an. 1157. mense Decemb. 6. ind. in Not. Pan. ad

1157. an. 1157. *Ego Gilibertus Pactensis electus testis*

1166. *sum*. Anno circiter 1166. Pactensem, & Cephalædensem Ecclesiam Episcopalis dignitatis diploma impetrasse à S. Sede Apostolica arbitror; idque persuadent, quæ de Nicolao archiepiscopo primo Messanensi ad eum annum scripsi, & diploma Cephalædensi Episcopo datum, quod in ejus Ecclesiæ notitia afferam; Pactensis verò Episcopi diploma adhuc requiro. Neque huic meæ opinioni obstat, quòd anno, ut dixi, 1157. Gilibertus dicatur Electus Pactensis, & inter Episcopos subscribatur: nam eodem anno, eidemque diplomati subscribit pariter *Boso Cephaludensis electus*. Crederem ergò jam tum a Sede Apostolica spem ejus dignitatis datam, atque ob eam caussam Abbates dicebantur Electi, & inter Episcopos recensebantur, vel similis alia ejus appellationis ratio est, vel forte ab Eug. Pp. III. aliquam obtinuerit facultatem, ut latiùs in Not. Lipar.

Quando eccl. Pactensis fit suffragan. a Messanensi monast. S Phil. de S. Lucia.

IV. STEPHANI *Pactensis, ac Liparensis Episcopi* meminere quidem tabulæ Messanenses, Stephano enim anno 1180. Nicolaus Messanen-

1180. sis primus Archiepiscopus litem intendit de decima S. Petri de Ficarra; eodem anno Stephanus Abbati S. Philippi de S Lucia ordinis S. Basilii quædam jura de Pactensis Ecclesiæ jurisdictione

1185. concessit in Reg. Canc. Anno 1185. Ex diplomate Lucii III. Pontificis (id retulimus in not. Mess. eo anno) huic Episcopo commendatur, ut debitum honorem, ac reverentiam exhibeat tamquam suffraganeus suo Archiepiscopo Messanensi. Anno 1199. quemdam monachum sui monasterii Pactensis, præficiendum curavit ecclesiæ S. Luciæ in agro Milatii. An. 1200. nostro Præsuli Fridericus Rex dato dipl. Panormi mense novemb. 3. ind. sui regni an. 2. concedit aliam medietatem Nasi, iis verbis.

S. Lucia Milat. juris eccl. Pactensis olim.

Quia[a] *Stephanus venerabilis Pactensis Episcopus fidelis noster in necessitatis articulo decem & septem tarenorum millia Gualterio*[*] *dilecto consiliario, & Cancellario fideli nostro pro servitiis nostris satis liberaliter, & libenter exhibuit, & pro nostris dedit servitiis exequendis; concedimus ipsi Stephano, & successoribus ejus medietatem aliam terræ Nasi, quam videlicet Abbas de Guerras tenuit, & ex judicio domini Imperatoris*[*] *divæ memoriæ patris nostri rationabiliter, & justè amisit, pro eo quòd proditor ejus fuit; post modum autem ipsam Filiancellus Pisanus tenuit, & possedit, & quia similiter proditor noster inventus est; fuit ea justo judicio destitutus; ipsam siquidem medietatem Nasi concedimus, & donavimus integrè & sine aliqua diminutione cum omnibus justis tenimentis, & pertinentiis suis tam in demanio, quam in servitiis &c.* Circiter an. 1206. è vita discessit Stephanus, & sede episcopali vacante, magnum intulit damnum Rex Fridericus, qui Gregorio Mustacio Casale S. Luciæ de Milatio juris Ecclesiæ Pactensis concessit lib. mon. fol. 256.

a Autogr. in eccl. Pact.

Anno Christi 1185.

* Is fuit Gualter de Palena.

* Henr. VI.

S. Luciæ Milatii Casalis ædificati jus amisit Pact. episcopus.

1206.

1208.

V. ANSELMUS *Pall. & Lipar. Antistes* fuit, cui Rex Fridericus pro ecclesia Pactensi concessit viginti marinarios (ita appellat) in Casali S. Luciæ de Milatio juris ecclesiæ Pactensis; anno verò sequenti Rex ipse, ac ejus uxor Constantia scripto Panormi privilegio mense sept. ind. 13. regni Friderici an. 12. illam medietatem Casalis Nasi cum Castello, ac pertinentiis suis, cujus præcessor episcopus possessionem non fuerat consequutus, elargiuntur, atque confirmant lib. præl. f. 157. autogr. in tab. eccl. Pact. S. Antonius Paduanus Pactas venit, ibi extra urbis mœnia sui ordinis extruxit tempore D. Francisci an. 1222. cœnobium, quod Papa Gregorius IX. deinde suo diplomate tutatus est; ne ab ullo clericorum sæcularium molestiis afficeretur: [b] fuit B. Antonius Anselmo præsuli gratissimus, quarè invidiæ stimulis quidam adactus, Antonii honori parat insidias; invitat eum ut secum pranderet die veneris, recumbenti autem altilem apposuit caponem: dicens, evangelicum esse præceptum: *manducate quæ apponuntur vobis*, nec id licere Antonio transgredi, ac perinde omnino illum quantumvis sexta feria debere carnibus vesci; ille explicato evangelico textu propter corporis imbecillitatem, avem comedit. Clam hospes statim cum suis cæpit murmurare, & ad episcopum pergens, ipsius avis ossibus fidem facturus non adeò sanctum esse hominem, qualem populus cogitabat, versis statim ossibus in squamas piscium homo obstupuit, obmutuitque, ac rediens domum suam, culpam detexit, veniamque poposcit. Ita Waddingus in suis Annal. Minor. lib. 1. sub an. 1225. num. 20.

S. Antonius Paduanus excitat cœnob.

b Ex hist. Seraph. Wadding. lib. annal. sub anno 1222. n. 48. & an. 1225. n. 2.

1218

VI. JACOBUS *Pall. & Lip. Episcopus* oppidum S. Luciæ de Milatio juris ecclesiæ Pactensis, quod Fridericus Rex perperam concesserat Gregorio Mustacio, revendicandum curavit, transactione facta[c] duo millia tarenorum exegit Antistes. Is ad ecclesiam Capuanam translatus est[d] („ Ab Honorio III. Pont. 7. Kal. Octob. „ 1225. ex ejus epistola apud Ughellum *tom. 1. „ Ital. Sac. f. 490.* editionis recentioris, & to. „ 6. f. 334. At recipi in Ecclesia Capuana vetuit „ Fridericus II. Imp. ne jus suum læderetur, ut „ innuit

c In lib. R. mon. f. 256.

S. Luciæ oppidum

d Ex lib. Apost. Cancel. apud ibidil. Monterest

Anno Christi. 1228.

„ innuit Richardus à S. Germano in Chron. ad A „ an. 1225.)

VII. PAGANUS Electus, mox ut ecclesiæ Pactensi, ac Liparensi præfectus est, ad Fridericum II. Imperatorem adiit; ita ipse ait: *Nostra*[a] *Majestati humiliter supplicavit, ut villas, casalia, possessiones, & omnia quæ Pactensis ecclesia à tempore Comitis Rogerii, Regum Guill. I. & II. prædecessorum nostrorum recolendæ memoriæ usque ad hæc tempora felicitatis nostræ tenuit, & possedit, nunc etiam tenet, & possidet, necnon & privilegia ipsi ecclesiæ ab iisdem prædecessoribus, aut à progenitoribus nostris divis augustis indulta sibi, & ecclesiæ supradictæ confirmare de nostra gratia dignaremur, nos confirmamus. Dat. in Castris ante Socellam an. Domin. Incarn.* 1229. *mense Octob.* 3. *Ind. Imperii ejusdem an.* 9. *Regni Jerusalem an.* 4. *Regni Siciliæ an.* 32. An. 1236. ecclesia Pactensis, ac Cephalædensis suffraganeæ confirmantur ecclesiæ Messanensi ex dipl. Gregorii IX. dat. Romæ 9. Feb. Pont. an. 10. id leges in not. Mess. ad an. 1236.

a Ex tab. eccl. Pact.

1236.

B

VIII. RINALDUS, seu RANUNTIUS *Aheretinus* fit Episcopus Pactensis, vel Syracusanus: is ultimo febr. 1248. Panormi consecratur ab Raynaldo Acquaviva Episcopo Agrigentino facta facultate à Berardo Archipræsule Panormitano ex not. Agrig. ad an. 1248.

C

1248.

IX. PHILIPPUS *Pact. & Lip. Antistes* transactionis tabulas, quas in injuriam ecclesiæ suæ scripserant præcessor Episcopus Jacobus, & Gregorius Mustacius de Casali S. Luciæ de Milatio, irritas esse contendens, Imperatorem adivit. Is loco oppidi S. Luciæ, quod pro deliciis regiis habuit, aliud Sinagræ cum juribus suis, & partem nemorum Ficarræ dedit, ut ex diplomate[b] satis constat.

D

b Autog. in tab. eccl. Pact. exscrip. in mon. f. 256. c Lib. R mon. f. 255.

In nomine[c] *Domini Nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus* 1250. *mense decemb.* 9. *Ind. Imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictiss. Romanorum Imperatore semper Augusto, & magnifico Jerusalem, & Siciliæ Rege, imperii ejus an.* 31. *Regni Jerusalem* 26. *regni verò Siciliæ* 53. *feliciter amen. Dum nos Riccardus de Montenigro magnæ Imperialis curiæ Magister Justitiarius dudum apud Melfiam curiam regeremus assidentibus nobis Roberto de Panormo, Andrea de Capua, & Durando de Brundusio ejusdem Curiæ Judicibus: Joannes Gallina procurator domini Gregorii Mustacii, quod constitit contra Jacobum clericum procuratorem domini Philippi venerabilis Pactensis Episcopi, libellum proposuit in hunc modũ. proponit Joannes Gallina procurator domini Gregorii Mustacii, quod constitit contra Jacobum clericum procuratorẽ domini Pactensis Episcopi, de quo similiter constitit, dicens quod cùm idem Gregorius teneret, & possideret ex dono, & concessione domini nostri Serenissimi Imperatoris Casale Sanctæ Luciæ cum omnibus juribus, justitiis, & pertinentiis suis; propterea quia licèt in Pactensi Ecclesia, ad quam ipsum Casale pertinere dignoscitur, tunc esset electus, quia tamen plenam administrationem non habebat ipsius Casalis; collatio ad dominum nostrum Imperatorem spectabat ex antiqua dignitate, quam habet in ecclesiis vacantibus Regni, sicut Imperialis Majestas in privilegio exinde sibi indulto, non ad supplicationem ipsius Gregorii, sed ex mera liberalitate sua manifestè declarat, idem dominus Episcopus suggerens Imperiali majestati, quòd eadem ecclesia non vacaret tempore concessionis ipsius, & contra verum assereret in eadem electum, & confirmatum esse, obtinuit, & impetravit litteras imperiales ad Comitem Capuæ, ut super hoc veritate quæsita, si de suggestione facta per eumdem Episcopum constaret, possessionem ipsius Casalis sibi restitueret, & sic idem Comes ipso Gregorio absente, & non citato, neque legitimè vocato, & ejus rationibus inauditis mandavit eumdem Gregorium destitui possessione Casalis prædicti, & assignari eam parti dicti Episcopi per dominum Guglielmum Villanum Justitiarium in Sicilia citra flumen salsum, qui dominus Guglielmus eumdem Gregorium possessione Casalis ipsius destituit, assignans eam parti Episcopi memorati, & sic idem Gregorius possessione dicti Casalis fuit per injuriam destitutus, præsertim cum idem Episcopus ante prædicta tempora impetratis litteris ab Imperiali Majestate, quòd idem Gregorius ad imperialem curiam citari deberet, cùm dominus noster feliciter ageret in partibus Lombardiæ, ad transactionem cum ipso deveniret, ac idem Episcopus perinde recepit ab eodem Gregorio duo millia tarenorum, & quæstionem ipsam remiserit, & juraverit se contra ipsam remissionem aliqualiter non venturum. Cùmque prædictus Episcopus Casale prædictum possideret, ut dictum est, suggerendo principi per se, & Capitulum Pactensis ecclesiæ quòd ipsum Casale ad Pactensem ecclesiam pertineret, excambium sibi dari in valle Damenum ab Imperiali excellentia postulavit, quod esset ipsi ecclesiæ nomine, & ratione vicinitatis, & Casale prædictum cùm esset Imperialibus solatiis utile, idem dominus retineret in manus Curiæ; ad cujus postulationem, & suggestionem dominus Imperator mandavit per suas litteras domino Guglielmo Villano Justitiario, & Joanni pu..... camera regionis, ut Casale prædictum pro parte curiæ reciperet, & idem camera illud pro parte curiæ procuraret inventurum locum alium in Valle Dæmenum, qui non esset solatiis domini nomine Castrorum munitionibus deputatis, in quo ergo casali prædictæ ecclesiæ in competenti excambio providerent, à quibus facta provisione juxta mandatum in loco prædicto pro Curia, Pactensis Episcopi nomine ipsius, & pro parte ecclesiæ supradictæ recepit in eodem loco pro excambio res subscriptas. Unde petit dictus procurator Gregorii Mustacii pro parte ipsius possessionem earumdem rerum, quæ in excambium data sunt ecclesiæ supradictæ, & prædicto Episcopo, à dicto verò procuratore ipsius Episcopi pro parte ejusdem sibi restitui salvo jure, & ...... Res autem sunt hæc: Casale Synagra, cum omnibus juribus, justitiis, rationibus, & pertinentiis suis & pars nemorum Ficarriæ; petit etiam restitui sibi pro parte dicti Gregorii Mustacii à procuratore dicti domini Episcopi, & pro parte ejusdem subscriptas res mobiles, quas idem dominus Episcopus percepit, & percipi fecit post factam destitutionem prædicti Casalis Sanctæ Luciæ, ut dictum est, ab eodem loco videlicet de frumento salmas centum viginti quinque, quod frumentum dictus Episcopus percipi fecit, & percepit de salmis*

E

F

Anno Christi 1248.

Concessio casalis Sinagræ.

S. Luciæ Casale pro delitiis Regis.

Anno Christi. 1250.

frumenti duodecim, & dimidiæ seminatis in terris, & tenimento Casalis prædicti Sanctæ Luciæ ab eodem Gregorio pro parte sua, item de hordeo salmas 14. item de linusa salmas 15. quas æstimat tarenos sexaginta, item de vino salmas 180. quas existimas uncias triginta sex, item de porcis, quos receperat Gregorius à Burgensibus dicti Casalis ratione decimæ in anno quintæ indictionis, & in custodia ipsorum dimiserat porcos sexaginta de duobus annis auri tarenos quatuor, pro uno quoque porco tarenos 60. item de palia mille retia ad valens tarenos quinquaginta, item percepit, & percipi fecit dictus Episcopus proventus, & redditus omnes dicti casalis per decem menses, quos æstimat uncias auri 39. & tarenos 25. quos petit restitui, ut est dictum. Prædictus procurator domini Episcopi litem contestando confitetur dictum episcopum, & Pactensem ecclesiam tenere, & possidere Casale Synagræ cum justitiis, & pertinentiis suis, & confitetur dictum episcopum, & conventum commutasse Casale Sanctæ Luciæ cum domino Imperatore, & recepisse in commutatione dictum Casale Synagræ salvis executionibus suis. Lite igitur coram nobis legitimè contestata, juramento calumniæ à principalibus delato, dato termino ad probandum, productis hinc, inde testibus, & eorum dictis in judicio publicatis, Curia Fogiæ procedente, ubi assistebat nobilis Ioannes de Marturana, ejusdem Curiæ judex cum judicibus supradictis, disputatione habita inter partes super efficacia probatorum, antequam lis prædicta suo marte decurreret, prædictis domino Episcopo, & Gregorio Mustacio existentibus in Curia, idem Gregorius spontanea voluntate sua prædictæ quæstioni, & liti motæ coram nobis in curia prædicto Iacobo procuratori dicti domini Episcopi pro parte ipsius renuntiavit expresse quod haberet, aut consequi posset contra eumdem dominum Episcopum occasione prædictæ quæstionis propositæ ab eodem Gregorio contra procuratorem ipsius domini Episcopi, vel etiam proponendo. Nos verò, qui suprà Magister Iustitiarius, & Judices nullo alio de principiali causa discusso, attendentes solam renuntiationem ejusdem Gregorii legitimè factam coram nobis, ut præscriptum est, dictum Jacobum procuratorem dicti domini Episcopi nomine ipsius & eumdem dominum Episcopum à dicta quæstione proposita sententialiter duximus absolvendos, ad cujus rei memoriam, & perpetuam firmitatem præsens scriptum per manus Jacobi de Rocco magnæ Imperialis curiæ actorum notarii fieri fecimus nostris subscriptionibus roboratum. Actum Fogiæ anno, mense, & indict. præscriptis. Ego Riccardus de Montenigro magnæ Imperialis curiæ Magister Justitiarius. Ego Joannes de Martorana magnæ Imp. Curiæ Judex. Ego qui suprà Andreas de Capua m. Imp. c. Judex. Ego Magister Robertus de Panormo m. Imp. c. Judex qui supra. Ego Durandus de Brundusio m. Imp. C. judex. Philippus plura ecclesiæ bona dissipavit; obiit an. 1254. („ Ante ann, 1253. ex Ughello t, 1. Sicil, „ sac. f 778.)

Commutatio Casalis S. Luciæ Milatii.

X. F. BARTHOLOMÆUS *Varellis Siculus de Leontino ordinis Prædicatorum* („ Anno 1252. „ electus Pactensis, & Liparensis Episcopus, „ ab Innocentio IX. Capitulo Pactensi commen„ datur ex Ughello loco cit.) subscribitur in diplomate erectionis Monasterii sui ordinis in urbe Messana [a]. Fuit in hoc regno Quæsitor de rebus fidei; bona suæ ecclesiæ malè alienata à prædecessore Philippo recuperanda maximè curavit, & ab Alex. pp. IV. litteras scriptas Anagniæ 8. Kal. Septembris anno sal. 1254. pontif. anno 1. exoravit, quòd Margaritus Archidiaconus Panormitanus ea de re judicaret. Jura quoque oppidi Nasi ipsi episcopo, ac Baroni communia, dividenda ex instrumento [b] voluit. A Carolo Andegavensi id obtinuit privilegium ex l. mon. fol. 264. *In nomine Domini amen. Anno Dominicæ Incarnat. 1266. primo die mensis Novembris x. Indict. regnante domino nostro, domino Carolo Dei gratia excellentissimo inclyto Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Andegaviæ Provinciæ, & Floceller Comite regni ejus an. 2. feliciter amen. Dum nos Philippus de Monteforte domini Regis per totam Siciliam Vicarius apud Castrum Joannis essemus pro justitia administranda, accessit ad præsentiam nostram venerabilis pater Pactensis Episcopus, & præsentavit nobis regias litteras in hac forma. Carolus Dei gratia Rex Siciliæ &c. Philippus Monteforte &c. Ex parte patris Pactensis Episcopi fuit expositum coram nobis, quòd licèt Pactensis ecclesia ab iis, quæ pro ratione marinariæ pro lignaminibus de mandato nostræ curiæ exiguntur, penitus sit immunis, officiales tamen decreto curiæ eumdem Episcopum, & ecclesiam super iis indebitè molestare præsumunt. Ideoque fidelitati tuæ committimus (si ita est) non permittas eumdem Episcopum, & ecclesiam ab eisdem officialibus contra tenorem privilegiorum ipsius ecclesiæ, & consuetudinem hactenus observatam indebitè molestari. Dat. apud Jaminum Pansulem 26. Aug. IX. Ind. an. 2. Regni nostri.* Id ecclesiæ privilegium publicis in tabulis conscribendum curavit antistes iste an. 1279. 19. Febr. 2. ind. in lib. R. Canc. eo an. f. 264. atque aliud decimarum tynnariarum diœcesis suæ confirmandum ab eodem Carolo voluit [c]. Eodem anno confirmavit beneficium ecclesiasticum S. Luciæ de Milatio [d]. An. 1281. Bartholomæus, ac frater Bon Joannes Marinus etiam dominicanæ disciplinæ à Siculis oratores ad Martinum IV. Pont. & Carolum Regem deputantur, ad Gallorum in Sicilia feritatem, & tyrannidem studiosè proponendam; mox Romam adierunt, & coram Martino pp. & Carolo legationis suæ munus intrepidè obeunt, ac sic incæpisse fertur Bartholomæus [e]: *Miserere mei fili David, filia mea malè à dæmonio vexatur.* Inde suo ordine enormes libidines, rapinas, & cætera id genus Gallorum crimina retulit [f]. Ii duo Siculi oratores è Pontificio recedentes palatio ab Administris, & satellitibus Caroli ignominiosè capiuntur, vinculis obscurissimis mancipantur, quibus miserrimè aliquandiu affliguntur, tandem Bon Joannes Roma in Siciliam transfugit; Episcopus verò noster magna pecuniarum summa redemptus, angustiis affectus in suam rediit ecclesiam; ibi mox ultimum conclusit diem („ De „ Bartholomæo Ughellus tom. 1. Ital, Sac. fol. „ 778. & Fontana in Theat. Dom. p. 1. f. 257.)

XI. MATTHÆUS *Pact. & Lipar. Episcopus* ex Bibliotheca Vaticana [g]. („ Sed ex Ughello cit.

Anno Christi. 1254.

1266.

1280.

1281.

a In tab ejusdem monast.

b In Reg. Cit.

c Ibidem ex transumpto an. 1280.

d In tab. litis apud R. mon. ann. 1507. ex Simone Rao.

e Ex Fazel. dec. 2. lib 10. cap. 4.

f Vide in not. pan. ad annum 1282.

g Apud Bib. Montereg in m. f. Fazeli.

Anno Christi 1286.

„ cit. fol. 779. Bartholomæo Pandulfus suffectus A
„ est excluso Matthæo.)

XII. PANDULFUS („ Ex Apostolico Ca„ pellano Episcopus Pactensis & Liparensis ele„ ctus post Bartholomæum ab Honorio IV. annò „ 1286. nonis Martii; Ughell. cit. fol. 779.) suæ ecclesiæ Pactensis, ac Liparensis privilegia ex græco in latinum transferenda auctoritate Apostolica, ut publicæ essent fidei, curavit. Papa Nicolao IV. concedente, ac rem demandante Cardinalibus Joanni Tusculano Episcopo, Fr. Matthæo tit. S. Laurentii in Damaso, ac Jaco- B bo tit. S. Mariæ de Via lata, uti ex diplomate scripto Reate 26. Junii ind. 1. an. sal. 1289 constat [a]. Eo præsule an. 1294. fædere inter Bonifacium VIII. pp. Carolum Juniorem Neapolis, & Jacobum Aragoniæ Reges inito, Pactensis urbs à Friderico II. Siciliæ Rege defecit, & Jacobo se dedit, sed deinde Friderico uti vero domino obtemperavit [b]. („ Variis calamitatibus, „ animique perturbationibus affectus, Romam „ adiit, à propriis Ecclesiis exulare coactus. „ A Nicolao IV. Turritanæ Ecclesiæ in Sardi- C „ nia Administrator constitutus est ann. 1296. „ & à Bonifacio VIII. Anconitanæ Ecclesiæ præficitur ad beneplacitum apostolicæ sedis. „ Triennio eamdem Ecclesiam rexit, & exinde „ Romam rediit, ibique decessit, ac sepultus „ est in Ecclesia S. Agathæ in Suburra, cum epi„ taphio à Floravante Martinello exscripto *in* „ *Diaconia S. Agath. in Suburra f.* 41.

„ *Hic jacet D. Pandulphus Episcopus Pacten*„ *sis, cujus anima requiescat in pace.*)

XIII. JOANNES II. *Pact. ac Lipar. Antistes* D Dominicanus [c], patria Catanensis, Archidiaconum suæ ecclesiæ Crescentium de Magenza Ripernensem, ac Rectorem ecclesiæ S. Agathæ Catanæ ex litteris Apostolicis Bonifacii VIII. 7. Julii 1299. habuit. Is episcopus an. 1316. magno ecclesiæ Pactensis detrimento in gratiam Hieracensis Comitis Podium, sive Collem S. Petri de Ipsigro juris ejusdem ecclesiæ cum tractu terrarum juxta Casale, quod nunc Castellum-Bonum nuncupamus, permutavit [d], servato tamen jure ecclesiastico in ecclesiis S. Mariæ, ac S. E Magdalenæ ejusdem [e]. Noster Præsul, ac ejus Canonici ab ecclesia, & urbe Pactensi, ut Regis Friderici II. rebelles ejiciuntur; sed quando in eas revocati fuerint, non constat: illud est certum ann. 1318. 2. primæ ind. pp. Joannis XXII. pont. an. 20. suæ ecclesiæ jam restitutos, pœnæ subjecisse excommunicationis oppidanos Casalis Zappardini; quia jura debita suæ ecclesiæ persolvere denegabant, ut legi in monumentis litis incæptæ [f] ann. 1445. & absolutæ anno 1476. inter Episc. Pact. & oppidanos Gioyusæ. Obiit F æt. an. 75. vitæ integritate præcipuus, sepultusque est in suo cathedrali templo. („ Ordinis „ Prædicatorum fuisse hunc Joannem scripsit „ Pirrus, quem sequitur Fontana in Theatro „ Domin. par. 1. tit. 337. f. 215. & tit. 446. fol. „ 257. at ex Ughell. tom. 1. f. 779. fuit Romæ „ Liberianæ Ecclesiæ Canonicus, à Benedicto „ XI. ann. 1304. Kal. Febr. his Ecclesiis Episco„ pus datus: præfuitque annos ferè 38. ac obiit „ sub Clemente VI. anno 1343.)

[a] Autogr. in tab. eccl. Pact. exscrip. in lib. præl. 1.159. & lib. mon. f. 98.

[b] Ex Maurol. l. 4. fol. 186.

[c] Ex m. s. P. Thomæ Schifaldi de viris illust. dom.

[d] ex Lello p. 1. f. 61.

[e] ex tab. eccl. Pact. & visit. regiis.

[f] in tab. magna B. C.

Anno Christi 1325.

XIV. F. PETRUM *Ordinis Prædicatorum* anno sal. 1325. utramque unitam ecclesiam Pactensem, & Liparensem rexisse lego; qui sub Regibus Friderico II. & ex Petro II. ejus filio antiquã suæ ecclesiæ jurisdictionem in cognoscendis Judæorum suæ diœcesis caussis temporis lapsu deperditam, revocandam curavit. Lib. Monar. f. 292. 1342. („ De Petro Fontana loc. cit. at è Ca„ talogo Episcoporum Pactensium & Liparen„ sium hunc delet Ughellus cit. f. 779. nam Joan„ ne defuncto Vincentium sequentem eidem su„ fectum comperit.)

XV. F. VINCENTIUS *ex ordine Minorũ* („ a Ne„ biensi ad Marianensem, &) a Marianensi ad Pactensem, & Liparensem ecclesiam translatus est à pp. Clemente VI. datis litteris 5. Kal. decembr. 1342. ut legere est apud Annal. Minorum Lucæ 1342. Waddingi ad eum annum n. 4. („ De eo Ughellus „ to. 1. Ital. Sac. f. 779. & to. 4. f. 1000. & con. & Ca„ gliola in manif. Prov. Sic. Min. Conv. expl. 6. ma„ nif. 9. f. 178. qui an. 1346. decessisse tradit.) Ejus 1346. obitu sufficitur

XVI. PETRUS *de Pernis Theutonicus* nuncupatus ejusdem Minorum ordinis à Clemente pp. VI. per hoc diploma: ex lib. 2. ep. 63. an. 1346. ex regist. Pont. apud Wadd. lib. 3. f. 335. *Dilecto filio Petro dicto Theutonico electo Pactensi. Sollicita considerationis indagine perscrutantes, quàm sit onusta periculis, quàm plena dispendiis, quantaque secum incommoda protrahat Ecclesiarũ vacatio diuturna &c. Dudum siquidem bon. mem. Vincentio Episcopo Pactensi regimini Pactensis ecclesiæ præsidente, Nos intendentes eidem Ecclesiæ, cum vacaret per Apostolicæ Sedis providentiam, idoneam præesse personam, provisionem ipsius ecclesiæ dispositioni nostræ &c. reservandam decernentes ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Postmodum verò præfata ecclesia per obitũ ejusdem Vincentii, qui nuper extra &c. Demum ad te ordinis fratrum Minorum Professorem, in Sacerdotio &c. direximus &c. Datum Avinione* 15. *Kal. Martii an.* 4. Aliæ sunt litteræ Apost. ejusdem formæ perscriptæ Archiep. Messanensi Metrop. Vir fuit Petrus litterarum peritia ac virtutum exemplo præclarus, Regis Ludovici Capellanus Major. [g] obiit 21. Januar. 7. ind. 1354. ut ex lib. prot. 1353. f. 273. & Regiæ Cancell. eod. an. fol. 53. constat. („ De Petro Cagliola cit. fol. 179.)

XVII. B. PETRUS *Tomasius* [h] *ordinis S. Mariæ de Carmelo* in Aquitania, nobilissima Galliæ Provincia; ignobilis, & obscurus erat vicus Salinarum [i] in Præfectura Petracoriensi. Meliori tamen fortuna sortem mutavit, & illustre nomen obtinuit, ab illustri partu, & ab insigni pietate viro, qui plus patriæ reddidit, quam accepit. Cum ab infantia litterarum studio esset deditus, & eximia pietate, ac præcipua erga B. Virginem devotione niteret, in Condomensi cœnobio an. 1336. religioso instituto Carmelitano initiatus est; in Aginensem profectus urbem, ibi artes liberales tres annos magno juvenum profectu prælegit: ad sacerdotium invitus promovetur: indignum quippe se dicebat, qui ad sublime hoc fastigium, Angelis reverendum, eveheretur. Alio [K] missus Theologicis studiis operam daturus, tanta laborabat rei necessariæ penuria, ut his curis agitatus B.

Virgi-

De B. Petri Thomasii, sive Thomæ.

[g] ex lib. Prot. anno 1353. f. 59.

[h] Thomas aliqui Saracenus ex novo Carm. brev.

[i] Condoni Breviar. Carm.

[K] Lutetiam ex Brev.

Anno Christi. 1354.

Virginis Mariæ patrocinium imploraret; ipsa post matutinas horas apparuit, ut bono animo esset, admonuit, atque ultrò promisit studiis prosequendis [a] non defutura necessaria. Hoc excitatus oraculo spem meliorem concepit, redditurusque pro tanto beneficio, quas posset gratias, summo mane Missæ Marianæ pio affectu obtulit sacrificium. Vix prius absolvit, cùm à quodam probo viro [b] tantum auri acceperit, quantum indigentię sufficiebat depellendę. Per id tempus æmulorum passa invidiam magnis premebatur adversitatibus Carmelitana religio. Matri compassus pius alumnus preces fudit ardentes ad B. Virginem, ut solito succurreret adjutorio; apparuit in somnis [c] B. Virgo ipsa nocte Pentecostes, spopunditque pium institutum suo cultui addictissimum, nullis malis conterendum, sed perpetuo duraturum [d]. Ita frequenter suo illum dignata est aspectu, semper in penuriis benefica, semper in tribulationibus propitia. His, aliisque acceptis beneficiis Sanctissimæ devinctus, ita incredibili erga eam exarsit devotionis affectu, ut visum quippe sit ejus cordi insculptum sacratissimum nomen Mariæ, sed tempore Clementis VI. pp. Avinionem profectus, ut sui sodalitii negotia procuraret, nullo suo studio, sed manifesta virtute Talairandi Comitis Petracoriensis, Cardinalis S. Petri ad Vincula, & mox Stephanum Lemovicensem Episc. Ostiensem Sacri Collegii Decanum, & summum Pontificem suum habuit benefactorem. Post Clementis obitum, episcopus Ostiensis creatus pp. Innocentius VI ab eo primum an. 1353. ad Januenses, & Mediolanenses, paulò post ad Joannam Neapolitanam Reginam orator est missus [e]. Deinde anno sequenti 1354. per obitum Petri Thentonici Minoritæ ad EPISCOPATUM PACTENSEM, & LIPARENSEM unitos assumitur, sub hac forma: *Innocentius &c. Venerabili fratri Petro Episc. Pactensi, & Liparensi Salutem. Pastoralis officii &c. Dudum siquidem bon. mem. Petro Pactensi, & Liparensi ecclesiarum invicem canonicè unitarum præsidente, Provisionem ipsarum ecclesiarum ordinationi, & dispositioni nostræ ea vice duximus specialiter reservandam, decernendo ex tunc irritum, & inane, si secus super iis &c. Postmodum verò præfatis ecclesiis per obitum ejusdem Petri Episc. qui extra Rom. Curiam diem clausit extremum &c. ad te ordinis fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo Professorem in S. Theol. Mag. & in sacerdotio constitutum, cui de religionis zelo &c. direximus oculos nostræ mentis. Dat. Avinione 16. Kal. Decemb. anno 2.* sal. 1354. ex lib. an. 2. f. 57. & apud Wad. de vita & gestis B. Petri f. 83. Eodem anno Innocentius Nuntium misit ad Stephanum Rossiæ Regem simul cum Bartholomæo Minorita Episcopo Traguriensi [f] atque cum F. Stephano ord. minor. electo Zagabriensi Pacificatorem ad Hungaros, & Venetos amandat [g]. Anno eodem destinatur Petrus ad Imp. Grecorum Joannem Palæologum. Aliisque & quidem nobilissimis perfunctus legationibus, an. 1359. ab episcopatu Pactensi, ad aliā pinguiorem & commodiorem ecclesiam Coronēsem sub Archiepiscopatu Patracensi Venetis subjectam transfertur, ex dipl. ejusdem Innoc. VI. dato Avinione 6. id. Maji an. 7. [h] Deinde plenam ei commisit PP. legati Apostolicæ Sedis auctoritate in amplissimo Patriarchatu supradicto, in Regnis Cypro, Cretensi, &c. atque Inquisitorem generalem instituens, multis privilegis, variaque facultate decoravit. Ab Ecclesia Coronensi ad Archiepisc. Cretensem, deinde anno sequenti assūptus ad Patriarchatum Constantinop. concessis etiam in magnorum, quos subire oportebat, sumptuum subsidium redditibus ecclesiæ Coronēsis, & Nigropontis, amplissimas legationi Urbanus V. facultates addidit [i]. Legatus apost. sedis pro transitu ad terram sanctam missus, multùm consilio, & singulari sua prudentia sanctum illud opus promovit, sæpiusque cum Cypri Rege Petro conflictui præsens non semel victoriam ab hoste reportavit; tandem plenus dierum, & bonorum operum, ipso, quo decubuit die, cœlesti didicit oraculo tempus suæ vitę. Pręfixum, & horam, qua erat decessurus, multisque prædixit, præsertim Petro Marvellio Regis cubiculario, se diem mortis, in quem incidit Epiphanię solemnitas octavo idus Jan. non præteriturum præmissis omnibus pietatis officiis sanctissimè obiit Famagustę hora noctis 2. an. sal. 1366. Multis in vita, & post mortem clarus miraculis, ingentem in regno Cypri obtinuit venerationem; cujus incolæ opportunū semper ejus auxilium sēserunt, maximè in depellenda Epidimia. Epitaphii loco hæc duo inculta carmina e discipulo Jo. Hildesheimensi incisa referuntur.

Virgo virum rege Virgineum, qui Virginis alma
Conspicuum titulū gerit, huic sibi da loca palma.

Libros scripsit de Conceptione B. Virginis, super sententias lib. 4. sermonum lib. 2. & quędam similia. Plures conscripsere de hoc S. Petro Thomasio. Joannes Molanus in addition. ad Martyr. Usuardi 8. id. Jan. 2. Philippus Mazzerius Cancellarius Regis Cypri 3. Io: Faventius [k]. 3. Petrus Galesinus in annot. ad Martyr. Rom. 8. id. Jan. qui falsò vocat *Famagustæ Epis.* 4. Philippus Ferrarius in Catal. San. eo die & in Topog. in martyr. Rom., eum malè *Episc. Constantin.* appellat. 5. noster Octavius Cajetanus in idea operis f. 78., is malè *sub an. sal.* 1384. statuit. 5. speculum ord. Carmelit. in apol. pro Carmel. *S. Petrum Thomam* nominat, & perperam *Patriarcham Alexandr.* scribit. 6. Fasciculus Temporum sub Innoc. VI. sub Urbano V. 7. Iacobus Phil. Bergomensis l. 13. supp. chron. ad an. 1200. 8. Baptista Mantuanus, qui *Petrum Thoma* vocat. 9. Stephanus Lusignanus Cyprius in lib. coronarum corona V. & in Chorog. & hist. Cypri., & male *Martyrem* prodidit. 10. Sylvester Maurolycus (non Marulus) Mess. in mari oceano rel. tit. ord. Carm. is pro Pactensi *Precacensem Ep.* & quod Fāagustæ fuerit vulneratus, & obiit an. sal. 1376. gratis dixit. 11. Io. Grossus Carmelita in virid. ord. Carm. erravit in patriarchatu Alexandrino. 12. Io. Paleonydorus Batavus de antiq. Erem. monac. Carm. l. 3. c. 12. 13. Guglielmus Eysengrenius in Catal. testium verit. ad annum 1548. is ad an. 1361. obiisse falsò credit. 14. Trithemius de scrip. eccl., qui ait claruisse temporibus Caroli Imp. & Clementis pp. VI. sepultum in Cypro an. 1350. idem 15. Petrus Lucius Belga in Biliot. Carmel. 16. Antonius Possevinus in apparatu sacro. 17. Conradus

Anno Christi. 1359.

[a] non relevanda personali, sed cognobiticas indigentias ex multis.

[b] mercatore ex Brev. Angelo ex Saraceno.

[c] oranti, ex multo- multis.

[d] alii ex Brev. Carmel. dant de Elis.

[e] vide ex regestr. Vatic. sub secr. anni primi f. 190.

[f] dat. dipl. 8. Kal. Jan. an. 2. lib. sec. f. 212 Wad. f. 83. & in annal. eo anno n. 2.

[g] ibid. anno 1359.

[h] habes integrum f. 190. apud Wad. de vita B. Petri.

[i] vide eund. in f. 161. sub an. 1364.

[k] in annot.

Anno Christi. 1359.

radus Gesnerus in bibl. iste pro Pactensi *Pacensem* scripsit. 18. Thomas à Iesu lib. 1. antiq. Carm. c. 6., is mortuum tradit Famagustæ sub Carolo IV. Imp. & Clemente VI. an. 1350. Sed novissimè, & accuratissimè P. F. Lucas Waddingus minor. obser. *de vita, & rebus gestis B. Petri Thomæ Aquitani*. imp. Lugduni an. 1637. cujus diligentia, & verbis etiam usus sum. („ Vitam à Philippo Mazzerio „ scriptam edidit Bollandus to. 2. SS. Ian. f. 995. & „ seorsim Godefridus Henschenius notis illustra- „ tam Antuerpiæ 1659. eamdem etiam scripsit „ Ioannes Carmessonius in lucem emissam Antu- B „ erpiæ 1666.)

1359. XVIII. F. JOANNES III. *Graffeus Siculus ordinis Minorum* ob Petri Thomasii præcessoris ad Crotonensem eccl. promotionem, ex dipl. Innoc. VI. 16. Kal. augusti pontif. an. 8. apud tab. eccl. Metrop. Messan. („ De Joanne Cagliola in ma- „ nif. Prov. Sic. Min. conv. expl. 6. manif. 9 f. 179. u- „ bi ex typographi lapsu an. 1564. pro 1364. Joã- „ nem decessisse legitur: ut etiam apud Ughellum „ extat Joãnem patria Massariensem pro Maza- „ riense.)

XIX. F. FRANCISCUS II. *ord. Prædic.* mox ac C Pactensem & Liparensem eccl. est assecutus, suum constituit procuratorem ad jura suæ ecclesiæ in Insula Liparensi consequenda, Simonem de Maniscalco Canon. S. Petri de Palatio Panor. ut ex litteris regiis perscriptis Archiep Mess. Metro-

1358. pol. dat. Mess. ult. novemb. 7. ind. 1368. In lib. Cancell. an. 1364. in quibus Simon cogitur ad rationem prædictorum jurium reddendam, patet. An. 1371. Franciscus eligente, atque postulante Mazarensium Canonicorum Capitulo, Urbanoque D pp. VI. transmissis ad Archiep Panor. Metrop. litteris 4. nonas maji confirmante, Ecclesiæ Mazarensi præficitur. Ex tab eccl. Pan. („ De Francisco „ Fontana in Theat. Dom. par. 1. cap. 5. tit. 374. f. „ 231. & tit. 446. f. 257.)

1371. XX. F. UBERTINUS *de Corleone Siculus S. T. M. Minorum ordinis*, vir magnæ æstimationis, ac in rebus gravibus peragendis eximius fuit; à Friderico III. Siculo Rege ad firmandas fœderis pactiones cum Joanna Neapolitana Regina missus est, & cum eo Iacobus Pisigne miles E mag. not. ac Bartholomæus de Papaleone Mess. V. I. D. & Iudex M. R. C. nomine quidem Ioannæ F. Jacobus Episcopus Graminonensis à confessionibus, & Sacell. Major ejusdem Reginæ, atque Leo de Lamberto Neapol. miles V. I. D. nomine verò Pontificis Joannes Episcopus Sarlatensis; nostrum tamen Ubertinum (quem Ubertum vocat m. s. Petri Vicentii ex reg. Neapol.[a]) munere summi sacellani Regis Neapolis perfunctum, episcopum Cortocensem, capellanum & Nuntium suum appellat Fridericus Rex in pro- F curatorio apud Mess. an. 1372. 2. martii xj. ind. hæc leges apud lib. prot. an 1380. fol. 122. & litteras pontificias, hac de re capitula apud Bzovium an. 1373. n. 18. & 28. atque Wadding. eo anno n. 22. Cæterùm hac fortè ex occasione Martinus Rex à pp. Bonifacio IX. ut dignitatem episcopalem Pactensem deponeret, curavit, ex Prot.

1392. I. an. 1392. f. 92. Appellat tamen idem Rex per suas litteras an. 1393. 21 april. in Reg. Canc. eo an. f. 251. *Episcopum Liparensem*, ecclesiæ verò

a De eccl. Sicil. ad ann. 1380. & 1381. apud Vinc. Tortoretum de sacel. reg. c. 3. fol. 66.

A Pactensi successorem Joannem præficiendum curavit Martinus. („ Ubertinus verò semper Pa- „ ctensem & Liparensem Episcopũ se subscripsit „ usque ad mortis annum 1393. ex Cagliola in „ manif. Prov. Sic. Ord. Min. Conv. expl. 6. ma- „ nif. 9. f. 179., & 180.) Anno Christi. 1393.

Joannes III. de Aragonia Regum Aragoniæ, ac Siciliæ consanguineus, filius Vinciguerræ de Aragonia, Magni Amirati Siciliæ, Domini Oliverii cum tonnaria, ac turris (hæc concesserat Fridericus III.) fraterque germanus Comitis Bartholomæi de Aragonia, domini Ficarræ, Broli, Galati, Racudiæ, Turturici, Castri-Nasi, & Capitis Orlandi, qui velut hæres patris Vinciguerræ in Turri Brizzi oppidum, quod nunc *Terram delli Brizzi* appellamus, exædificavit; fuit etiam Joannes frater Friderici de Aragonia domini S. Fratelli, ac de Longe. Cùm ergo noster Joannes ætatis annorum 18. esset Canonicus Panorm. à Regibus Martino, ac Maria *Administrator ecclesiæ Pactensis* degnatur cum ejus proventibus, datis litt. in obsidione Panormi 17. April. 1392. in reg. Canc. unde per suas litteras pp. Bonifacium IX. sic exorat: *Commendasse, & commisisse recolimus egregio viro, & dilecto consanguineo & familiari nostro JOANNI de ARAGONIA administrationem, & regimen Episcopalis dignitatis S. Bartholomæi[b] in regno nostro Siciliæ, ideo ad ætatis defectum dispensare dignetur sanctitas vestra &c. Dat. Catanæ 29. jan. prima Ind.* 1392. Summus vero Pontifex id renuit, sed ut alium deligerent, præcepit.

b ... Pactens.

Anno quidem 1393. hæc Aragonia familia, de qua loquimur, rebellis, & omnibus bonis privata à Rege Martino edicitur; Civitati scilicet ipsa Pactensi, Tyndario, Naso, aliisque oppidis, etiã æde magna Panormi sita in Cassaro juxta templũ S. Georgii, quam dedit rex Berengario Ruit Barchionensi[b]; omnia enim hæc juris erant Comitis Bartholomæi, qui in Castellum Capitis-Orlandi aufugit, ibique a Bernardo Caprera copiis regiis devictus est. Sed anno 1394. cùm Rex Syracusis mense aprili Comitia Regni coegisset, ibi Messanenses suppliciter à Rege postulavere, ut scilicet Comiti Bartholomæo Aragonio, ejusque filio Vinei, & fratri Friderico indulgeret, iique uti Cives Messanenses haberentur[c], Joannes quoque noster *Pactensis, ac Liparensis Episcopus* confirmaretur[d]. Annuit Martinus his adjectis conditionibus, si à pp. Bonifacio confirmationis beneficium Joannes impetret; & dummodo Comes Bartholomæus fratri germano Friderico sua bona donet, ipse verò cum centum equitibus è Regno discedat[e].

Civitas Pactensis juris Barthol de Aragon.

b Ibid. lib. 1398. Ind f 133.

c Ibid. l. an. 1394. f. 41.

d Ibid. l. an 1391. 1394 & 1395. f. 41.

F. Joanni Thausi. ord. Minorum Catalan. suo confessario interea ecclesiam hanc commendari voluit Rex per litt. Catanę 20. octob. 4. ind 1395.[f]. Cum proventuum ejus perceptione existentium *Panormi*, *Trayna*, *Mazariæ*, *Castrinovi*, *Caccabi*, *Thermis*, *Castelliboni*, *Pittinei*, *Bochertii*, *Platia*, *Marinai*, *Licodiæ*, *& Nicoxiæ*. Sed precibus Regis Benedictus XIII. antipapa *F. Joannem de Caussa S. T. M. Minorum ord.*[g] Pactensi ac Liparensi ecclesiis præficiendum decrevit. pp. verò Bonifacius.

e Ex Maurolyco lib 5 f 170.

f Canc. eo an f. 124.

g Lib. Prot. an. 1395. f. 41.

XXI. FRANCISCUM quemdam, qui benefi- 1393. cium

Anno Christi. 1393.

S. Mariæ de Pal. Tusæ.

cium *S. Mariæ de Palatiis in oppido Tusa* Joanni de Gangis contulit, Rege volente per suas litt. Catanæ 22. junii 1397. 7. ind. Prot. lib. an. 1408. f. 338. & Mon. f. 375. quòd bona illius beneficii Julianus Vigintimilius Vicarius Comitatus Hiracis restitueret Antonello Jaconiæ. Hic ann. 1399. à vinculo ecclesiæ Pactensis absolutus, solùm Liparensi præfectus remansit, ut infra.

Primus Episc. Pactensis solum.

XXII. FRANCISCUS III. *Hermemir V.I.D. Tarraconensis* Protonotarius Apostolicus vir doctrina, & prudentia insignis à Bonifacio IX. Rom. Pon. orator mittitur in Siciliam ad Regem Martinum, à quo benignissimè acceptus, familiaris intimus, atque consiliarius regius designatur, & florenis 1500. donatur, ex litt. 15. maji 2. ind. 1394. Prot. l. 1394. f. 39. & in Canc. l. 1393. f. 8. & l. 1394. f. 128. & 129.; deinde ab eodem Rege sub protectione Cardinalis Bari orator destinatur ad eumdem Pont.[a] Cùm verò Roma rediret ad Martinum, ad regendam ecclesiam Syracusanam, cujus Antistes F. Thomasius apud Africam captivus detinebatur, eligitur[b]. Deinde à pp. Bonifacio IX. Pactensi ecclesiæ (facta jam divisione ab illa Liparensi) præficitur. En diploma ex autogr. in Eccl. Pact.

a Prot. an. 1394. f. 3.

b In not. eccl. Syr. id. an. 1393. nu. 5.

Pact. & Lipar. ecclesiarum divisio & constitutio primi Episcop. Pactensis.

Bonifacius servus servorum Dei dilectis filiis Capitulo Ecclesiæ Pactensis salutem, & Apost. Bened. Apostolatus officium quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini præsidemus, utiliter exequi coadjuvante Domino cupientes solliciti corde reddimur, & solertes, & cùm de ipsarum regiminibus agitur committendis, tales etiam in pastores præficere studemus, qui commissum sibi gregem dominicum, sciant non solùm doctrina verbi, sed exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico, & tranquillo velint, & valeant duce Domino salubriter regere, & feliciter gubernare. Hodie siquidem attendentes, quòd in civitatibus, & diœcesibus Pactensis, & Liparensis adeò, sicut notorietas facti manifestat benedicente Domino crevit populi multitudo, quòd unius pastor singulorum vultus etiam propter locorum distantiam nequibat inspicere, aliasque partes boni pastoris implere; eratque difficile in locis tam populosis, & distantibus inter se, ad unum tantum à tot personis ecclesiasticis, & mundanis haberi recursum. Ex præmissis, & aliis etiam certis rationibus, suadentibus caussis volentes super hoc salubriter providere, de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine, ad Dei laudem, & gloriam, divinique cultus augmentum, & salutem fidelium animarum, Pactensis, & Liparensis ecclesiarum olim invicem unitarum unionem dudum factam duximus dissolvendam, & venerab. fratrem nostrum Franciscum Liparensem tunc Pactensem, & Liparensem Episcopum, licèt absentem, à vinculo, quo dicta Pactensis ecclesia dumtaxat, cui tunc præerat, tenebatur, de eorumdem fratrum consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine duximus absolvendum. Cùm itaque præfata Pactensis ecclesia secundum præmissa vacare noscatur; Nos ad provisionem ejusdem Pactensis eccl. celeri, & feliciter paternis, & sollicitis studiis intendentes post deliberationem, quam de præficiendo eidem ecclesiæ Pactensi personam utilem, & etiam fructuosam cum dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad dilectum filium Franciscum Hermemir clericum Tarraconensem legum Doctorem, Notarium nostrum, in minoribus dumtaxat ordinibus constitutum, cui de vitæ munditia, honestate morum, spiritualium providentia, & temporalium jurium spectatione, & aliis multiplicium virtutum donis apud nos fide digna testimonia perhibentur, direximus oculos nostræ mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona ipsius Francisci Ermemir nobis, & eisdem fratribus ob dictorum suorum exigentiam meritorum acceptæ eidem Pactensi ecclesiæ de dictorum fratrum consilio, auctoritate Apostolica providimus, ipsum illi præfecimus in Episcopum, & pastorem, curam, & administrationem ipsius Pactensis ecclesiæ sibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quòd dicta Pactensis Ecclesia sub suo felici regimine, gratia sibi assistente divina prosperè dirigetur, & salubria in eisdem spiritualibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Francisco electo, tamquam patri, & pastori animarum vestrarum humiliter intendentes, ac exhibentes sibi obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam, ejus salubria monita, & mandata suscipiatis devotè, & efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem electus ritè tulerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Romæ apud S. Petrum XVI. Kal. Maji Pontificatus nostri anno decimo[c].

c An. fol. 1399.

Has Bonifacii Apostolicas litteras suis hisce confirmat Rex.

Anno Christi. 1399.

Reverendo[d] *domino Francisco Hermemir Episcopo Pactensi Martinus &c. Universis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Abbatibus, Vicariis, Archipresbyteris, & aliis personis ecclesiasticis, nec non nobili dicti Regni Magistro Justitiario consanguineo, & Judicibus M. R. C. Consiliariis Ecclesiasticis, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Bajulis, Judicibus, Juratis, & Officialibus quibuscumque nostri Regni, & præcipuè totius diœcesis Pactensis Ecclesiæ fidelibus nostris, tam præsentibus quàm futuris, ad quos præsentes pervenerint, gratiam nostram, & bonam voluntatem. Cum per Sanctiss. nostrum in Christo patrem, & dominum dom. Bonifacium miseratione divina Sacro Sancta Rom. & universalis Ecclesiæ IX. Summum Pont. Reverendus in Christo pater FRANCISCUS Hermemir in Episcopũ majoris Pactensis Eccl. fuerit, & sit creatus, & canonicè confirmatus, prout in opportunis bullis sibi factis nostra curia præsentatis quatenus inspici, examinari, & videri fecimus diligenter, clarius continetur. Quarum tenorem devotè exequi cupientes, vos Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, & personas Ecclesiasticas hortamur, vobisque Comitibus, Baronibus, & officialibus nostris nobis subditis fidelibus, & subjectis de dicta nostra scientia firmiter, & expressè mandamus: quatenus de cætero eumdem reverend. in Christo patrem Franciscum, in novum, & legitimum Episcopum dictæ Pactensis Ecclesiæ, qua decet reverentia, retinentes,*

d Cancell. 1399. fol. 179.

Anno Christi. 1399.

tidentes; eique obedientes, & singulis auxiliis, consiliis, & favoribus assistentes dicto Episcopo, & suis procuratoribus: & de omnibus, & singulis redditibus, proventibus ipsius Pactensis Ecclesiæ, ubique existentibus, & de toto eo, quod ipsi Ecclesiæ debetur, & debebitur in futurum, respondeatis, & responderi sine diminutione quacumque integrè, & completè, effectualiter faciatis, & vos officiales nobis subditi, & fideles ad simplicem requisitionem dicti reverendi Episcopi, & suorum procuratorum circa præmissa omnia, & quorumlibet præmissorum, nostrum brachium seculare debeatis, auctoritate præsentium favorabiliter impertiri. Dat. Catan. die 13. Jun. 7. ind. Anno Domini 1399. Rex Martinus.

Fuerant temporibus Regis Friderici III. Mariæ filiæ, & Martini ob Siculas turbas multa bona occupata, & usurpata Ecclesiæ Pactensi,
1401. quarè per litteras dat. Catanæ 6.feb.8.ind.1399. Prot. eo an. fol. 61. Rex præcipit, ut omnia illa omnino Francisco novo Episcopo restituantur, qui eamdem rexit ecclesiam ad an. 1401. mox ad aliam transfertur.

XXIII. F. PHILIPPUS *de Ferrario Siculus Calataniscettensis S.T.M. ordinis Carmelitarum* ex patre Simone de Ferrario viro honesto, cui ob filii promerita annuos 500. aureos dedit Martinus Rex; eximius fuit verbi Dei ecclesiastes, post obitum F. Nicolai de Marino Catanensis totius Siciliæ sui ordinis Prior Provincialis, atque Vicarius [a] in Regnis Siciliæ, & Cypri [b], vir quidem magnæ æstimationis, ac nominis, quare Martinus Rex datis litteris Catanæ 8. apr. 1. ind. 1396. in reg. Canc. lib. an. 1396. fol. 130. & 131. Bonifacio IX. atque Cardinalibus Monopolitano, Florentino, & Novoniensi commendat, ut Philippus ob ejus promerita primùm vacaturæ Ecclesiæ in Sicilia præficiatur. F. verò Joannes de Raude Prior Generalis ordinis S. Mariæ de Carmelo, scriptis litteris in cœnobio Silvarum Provinciæ, & Tusciæ 18. Maji 1399. ad eumdem Pontificem transmisit ad canonizationem (ut vocamus) B. Alberti de Drepano Carmelitæ promovendam [c]: tunc idem Rex gravissima negotia sui Regni, peragenda demandavit apud Bonifacium, à quo
1402. ob promotionem prædecessoris Francisci, consecratur Episcopus Pactensis, uti ex litteris Apostolicis executioni datis mandato regio Catanæ 8. septembris xi. ind. 1402. satis liquet. Prot. an. 1402. fol. 370. & Cancell. lib. an. 1401. fol. 144. & lib. Monar. fol. 421. Mox fit aulæ regiæ Sacellanus Major obitu Archiepiscopi Messanensis, ac eleemosynarius, datis litt. Catanæ 12. jan. 1402. Prot. f. 3. reg. Canc. eodem anno. Datur ei hospitium, seu Castellum Pactarum ab eodem Rege scriptis litt. Catanæ 3. apr. an. 1403. ibid. lib. an. 1402. f. 47. An. 1405. litem intendit Episcopus Abbatissæ oppidi S. Salvatoris de jurisdictione illius, & de ea caussa scriptum fuisse video à Martino ad Capitaneum Pactarum 20. sept. 14. ind. lib. Canc. eo an. fol. 153. & mon. lib. fol. 14. Noster Antistes, ejusque famuli Castellum Pactense inhabitabant, utque amplioribus fruerentur ædibus, Rex an. 1407. concessit eidem illas, quæ fuerant Comitis Bartholomæi de Ara-

a Prot. lib. an. 1396. f. 37. & Reg. Canc. eodem an. f. 70.
b Prot. 1412. fol. 247.
c Ex tabul. Carmelit.

Anno Christi 1407.

A gonia in civitate Pactensi, atque annuas uncias 100. exigendas à Curia Regia per biennium [d]. An. 1412. Philippo & Ubertino Archiepiscopo Panormit. totius Regni nomine legationem fungentibus apud Regem Ferdinandum [e], munus Capellani Majoris regii extorsit Tomas Chrysaphi Archiepiscopus Messanensis; quarè sic perscripsit Rex datis litt.[f] Cæsaraugustæ 12. maji an. 1414. *Per venerab. in Christo patrem Oratorem, & consiliarium nostrum dilectum Episcopum Pactensem fuit Majestati nostræ nuper hu-*
B *mili expositione narratum, ipso tenente, & possidente pacificè, & quietè ab annis duodecim citra vigore regiæ provisionis illustrissimi Principis domini Regis Siciliæ Martini nostri consobrini celebris memoriæ officium Magistri Capellanatus Regni Siciliæ ad vitæ ipsius exponentis cursum, facta pridem nobis instantia pro parte Reverendi in Christo patris Archiepiscopi Messanensis, qualiter dictum officium Magistri Capellanatus jam vacabat; nulla facta mentione de possessione & titulo exponentis ejusdem; Archiepiscopus tacita*
C *veritate, nostri rescripti provisionem obtinuit à nostra Majestate, non sine gravi præjudicio juris ipsius Episcopi & possessoris ejusdem &c. Ideo pro supplicante prædicto declaramus, & vobis dicimus quod nostræ intentionis numquam fuit de dicto officio alicui providere cum juris alieni præjudicio &c.* Eodem anno ad Sedem Agrigentinam translatus est Philippus, in qua dum sedebat multis honorum gradibus est cohonestatus: tandem an. 1421. ad aliam nobiliorem evehitur [g].

XXIV. BERNARDUS *de Figuera Hispanus* à
D sacris [h], & eleemosynis Regis Martini, cum quo in Siciliam transmeavit; primùm Cantor Regii Sacelli S. Petri de Palatio Panor. Beneficiarius S. Pancratii juxta oppidum S. Philadelfi, ac S. Trinitatis Deliæ juxta Castellum-Veteranum de patron. reg. fuit, mox Generalis Collector [i] jurium, ac subventionum à viris ecclesiasticis exigendarum à Rege Martino constitutus est; vide hac de re Prot. an. 1392. lib. 1. fol. 43. 44. & 91. Anno 1414. designatus est Antistes Pactensis, 1414.
qui die xi. aug. 8. ind. Oliverii Tonnariam, oppidum, ac Turrim Brizzorum, quæ juris fue-
E rant suæ ecclesiæ, & ab Aleonora Centelles, & nomine regio ab Belingario Orioles detinebantur, revocanda curavit, exoratis litteris regiis Catanæ 12. Maji [k].

XXV. F. MATTHÆUS II. *de Catania Siculus Catanensis Dominicanus* ex historia ord. Prædic. Razzi, & Pii Bononiens. [l] quem falsò Episcopum Passi in Græcia fuisse arbitratur Joannes Marietta [m]. Fuit Quæsitor in Regno Siciliæ auctoritate Apost. ac litteris Reg. Mart. datis Cat.
F 8. octobr. 1397. 6. ind. & aliis 27. augusti [n] an. 1399. 7. ind. ac sui Ordinis provincialis prior. Hujus Matthęi meminerunt sæpe tabulę Siculę: anno scilicet 1415. Fortilitium (ita vocant) seu castrum Pactarum, quod ante turbas Siculas possidebat ecclesia Pactensis, sibi revocandum curavit: item datis literis Catanæ 15. Martii 9. ind. permisit Rex, hac adjecta conditione, quod Castellanum illius possit eligere, & homagium, seu fidelitatis juramentum præstaret Proregi [o]. Eo prȩsule an. 1419. eligitur Pactensis Archidiaconus

d Lib. Canc. eo an. f.
e Surita tom. 3. c. 36. lib. 12
f Autogr. in tab. Eccl. Agr. & in mon. Mess. ad ann. 1413. & lib. mon. fol. 457.
g In Not. Agrig. eo anno.
h In not. Mazar. eo an.
i Lib. protom. e anno 1392. fol. 113
k ibid. anno 1390. f. 78.
1415.
l Ibid. anno 1413. fol. 271. & in Reg. Canc. eod. an. fol. 9. & 13.
1415.
m In eod. lib.
n Lib. Canc. an. 1401. f. 73. & 109. & 1390 f. 211. lib. an. 35. ibidem an. 1393. 96. 97. fol. 164.
o Lib. Reg. Canc. anno 1415. fol 127.

Anno Christi 1431.

conus Antonius de Gala exscriptis Apost. litteris 6. maji 13. ind.[a] Obiit Matthæus mense majo x. ind. 1431. („ De Matthæo Fontana in Theatr. Domin. par. 1. c. 5. tit. 446. f. 257.) Quarè canonicorum capitulum postulavit Episcopum *F. Gerardum de Drepano* ordinis Carmelitarum, sed id non admisit Rex, scripsitque sui jurispatronatus esse electionem, ac voluit, ut decedentis præsulis spolia exigeret nomine Regio Vicesecretus Pactarum. Prot. an. 1431. fol. 101.

Archias, seu *Archidas*, cujus meminerunt litteræ Alphonsi Regis dat. 4. decembris 15. ind. 1436. in lib. proton. anni 1436. fol. 42. eligendus proponitur: fuerat is an. 1426. electus Archiep. Messanensis.

F. ANTONIUS *de Stabili Pactensis S. T. M. ordinis Minorum* ex nobilibus Comitissa de Pactis, & Petrono de Stabili, patreque Juliano de Stabili familiaribus Regis Friderici III.[b] à Canonicorum Pactensium Collegio electus placuit Petro Infanti vicesgerenti Regis patris, ideoque perscripsit, ut in ecclesiæ Pact. possessionem ritè immitteretur[c]. Sed Antonius cum intra duos annos post captam possessionem & bona ferè omnia ecclesiæ in eam intrusus dissipasset, & criminibus se multis commaculasset, è summo pontifice confirmationis beneficium exorare nequit; mox ergo ab sede episcopali dejectus est. („ De eo Wadingus Ann. Min. t. 5. an. 1431. n. 7. & „ Cagliola cit. f. 130. qui addit, causam suam Romæ egregiè propugnasse: at post regressum Pactas breviter acri morbo perculsum decessisse.)

1437. XXVI. JOANNES V. *de Interbartolis Siculus Policiensis V. I. D.* nobili ex genere procreatus per diploma pp. Eugenii IV, Florentiæ 5. nonas octob. an. 1435. Rege assentiente per suas litt. 3. decemb. 1436. in prot. 10. Junii 1437. fol. 43. sed eodem anno vita functus est.

1438. XXVII. JACOBUS II. PORCUS *Messanensis* ex Baronibus Protonotarii Nicolai filius, & Genutii Porco germanus[d]: fuerat is Archidiaconus, ac canonicus ecclesiæ Messan.[e] & in ejusdem sacello Guidocti Archiep. beneficiarius, Regisque Alphonsi Sacellanus Major; à quo Pact. Antistes eligitur, & ab Eugenio IV. consecratur, ut litteræ Apost. Bononiæ 15. Kal. jan. 1437. exscript. in prot. 14. aug. 1. ind. an. 1438. fol. 183. produnt. Eodem anno idem Rex facultatem illi fecit eligendi Capitaneum, Judicem, cæterosque sæculares administros in oppidis juris eccles. Pactensis[f]. Anno 1449. ad Metropolitanam Messanensem translatus obiit[g].

1450. XXVIII. LEONARDUS GOCTUS *nobilis Messan.* qui mox è vita decessit mense octob. 15. ind. 1450. ut ex successoris litteris Apos. constat.

XXIX. F. DOMINICUM XARACH, seu *Xarath Barcinonensem* Cisterciensem monachum monasterii SS. Crucium Terraconensis dioec. aulę regię Alphonsi sacellanum majorem canonici Pactenses Panormi agentem 15. octob. 1450. elegerunt episcopum. Is cum Metropolitano Messanensi subjici recusasset, se ea dignitate abdicavit; & an. 1451. Agrigentinę pręficitur ecclesię.[h]

XXX. F. CONRADUM CARACCIOLUM *ordinis* .... ex illustri genere Neapolitanum designavit Alphonsus Rex datis Neapoli litteris 24. decemb. xv. ind. 1451. exscriptis Panor. 3. feb. Prot. eo an. f. 180. & Reg. Canc. f. 194. cui spolia decessoris Leonardi etiam concessit. An. 1457. Conradus fratrem Joannem Cineri Pactensis ecclesiæ prioratu privavit, concessitque fratri Benedicto Barbarà; sed cum ille questus esset apud Regem, ut ei possessio redderetur dignitatis, episcopo de ea re perscripsit Rex Neapoli 15. aug. 5. ind. lib. Reg. mon. An. 1466. Prorex datis litteris 25. Junii commendat huic episcopo, ac Abbatissæ S. Salvatoris caussam cujusdam eorum (uti loquitur) vassalli. Eodem anno Conradus Pontificis Max. Pauli II. necessitudine fretus subjectionem suo metropolitano Jacobo de Tudischis, tunc Archiepiscopo Messanensi respuebat, eaque de caussa iste Metropolitico jure, Conrado ecclesiæ communionem interdixit; lites hinc exortæ plurimæ, atque Pontificis litteris[i] primo martii 14. ind. ejus rei quæstio demandata est Abbatibus S. Philippi de Fragala, & S. Mariæ de Gala; sed inde in Curia Romana res acta est, ut ex litteris, quas in Messan. Not. ad ann. 1466. retulimus, constat, & pro Archiepiscopo decretum est. An. 1468. suam item Prorex firmandæ Præsulum paci operam adhibuit Prot. eo an. f. 136. & 141. Anno 1472. cùm Præsul iste Castellum Pactense ex antiquo jure inhabitasset, idque ruinam minaretur, scripsit Prorex, ut à ditioribus incolis Pactarum mutuas acciperet uncias centum ad Castelli restauranda ædificia. Anno 1477. 21. maji præficitur Comitiis Panormi coactis, fitque primus (ut vocant) Regni Deputatus, absente tunc Archiepiscopo Panormitano Philippo de Aragonia, & Navarra. Sequenti anno è vita decessit; ejus bona spoliorum jure apud se habebat F. Paulus de Cornito Prior, & Archidiaconus Pactensis, sed an. 1480. 19. sept. 14. ind. Prot. eo an. f. 42. ut ea regiæ curiæ restitueret, decretum est. 1478.

XXXI. JOANNEM VI. CORTELLIS, Sixtum pp. IV. præfecisse ecclesiæ Pact. legimus in Bibliotheca Vaticana[k]. Sed is possessionem non assequutus, ne præjudicium fieret juripatronatui Regio, fit tamen episcopus Agrigentinus. Vide in ea not. an. 1472. 1479.

XXXII. F. JACOBUS III. *de S. Lucia Messan. S. T. M. ordinis Minorum* in Jacobi de Tudischis Archiepiscopi Messan. demortui locum à Sixto IV. suffectus fuerat, datumque est ea de re Apostolicum diploma[l]; sed cum ab Messanensibus suis civibus respueretur, quia Regi non placuerat, qui Petrum de Luna tunc delegerat archiepiscopum, anno 1480. delectus est Antistes Pactensis, ex Regiis litteris scriptis Toleti 20. maji exscriptis Panormi 4. sept. Prot. an. 1479. fol. 148. & an. 1480. fol. 170. confirmante Sixto per litt. Apost Romæ 9. Julii an. 1480. pont. 9. sed cùm semel spem illius Archiepiscopalis sedis animo concepisset, ut ad eam tandem evaderet[m], ad Pontificem Romam adiit, cum de regio consensu Ferdinandum de Vita, & F. Paulum de Cornito Priorem Pact. Vicarios, ac Administratores suæ ecclesiæ reliquisset[n]. In alma urbe tunc decessisse Jacobum credimus. („ Hic Jacobus non Messanensis, sed „ ex oppido S. Luciæ creditur à Cagliola cit. „ explor. 1480.

Rex spolia concedit.

a ibid. eo an. f. 302.
b Prot. lib. an. 1362. f. 43.
c ibid. l. an. 1431. f. 41.
d Cancel. l. an. 1413. f. 24. & an. 1424. f. 314.
e ibid. f. 144.
f ibid. eodem anno.
g Inen not.
h In tab. eccl. Pact.
i In lib. Sen. anno 1464. 7 Maii.
k ex Fascic. m. f. apud bibl. Montereg.
l in not. ilis Mes. ad ann. 1471.
m In secret. reg. an. 1468. p. ind. fol. 141. & l. b. minorum Pan. 1468. 3. Junii.
n Prot. ann. 1483. f. 30

Anno Christi 1482.

„ explor. 3. manif. 1. f. 88. at sibi contrarius „ expl. 6. manif. 6. f. 174. Messanensem putat „ De eo iterum idem Cagliola expl. 6. manif. 10. „ 180. Wadingus to. 6. ann. Minor. an. 1474. „ n. 21. & to. 7. an. 1479. n. 16. & Biblioth. Si„ cul. to. 1. f. 302.)

XXXIII. JOANNES VII. de ARAGONIA Neapolitanus Regis Ferdinandi filius, primùm fuit Abbas, & episcopus Cavæ ordinis S. Benedicti, cui subjecta erant monasteria in Sicilia S. Mariæ de Scalis, S. Andreæ de Paternione [a]; fuit etiam Abbas S. Trinitatis Mileti cum adnexis in Sicilia lib. prot. an. 1482. f. 124. postea Cardinalis primùm Diaconus S. Adriani, deinde presbyt. S. Sabinæ à Sixto IV. an. 1478. id. decemb. creatur; fuit etiam à consiliis Friderici III. Imperatoris [b], atque Archiepiscopus Tarantinus teste Joanne Juvene lib. VIII. de antiq. & variis fort. Tarant. Jam cùm ætatis esset annorum 22. Administrator est constitutus ecclesiæ Pactensis, Rege Siciliæ Ferdinando II. volente, & Sixto IV. pont. confirmante, datis litt. Romæ Kal. novembr. 1482. exscrip. in prot. eo an. fol. 250. & an. 1484. f. 27. & in Reg. Canc. f. 18. ultimo decemb. primæ Ind. mox litteras confirmationis ab eodem Rege exoravit de antiquis regiis privilegiis, ac præcipuè, *ut Castellanus Pactarum, ejusque familiares, & famuli arma deferre possint*. Patre adhuc superstite, ex hac vita abiisse an. 1484. [c] scripsit idem Joannes Juvenis apud Ciacconium fol. 977. & sepultus est sub abside tituli suæ ecclesiæ ex eodem Ciac. f. 1008.

a in secret. II. in. 1492. 15. Jan. 5. ind. fol. 36.

b ex Ciac. fol. 977.

1. Card. Pact. ep.

c Prot. an. 1482. f. 13.

XXXIV. JOANNES VIII. *Moles à Margaritis Hispanus* civis, & Episcopus Gerudensis, fuerat clericus Cameræ Apostolicæ, & Orator Regis Ferdinandi, ac deinde presbyter Cardinali S. Balbinæ an. 1483. pontif. an. 13. 7. Kal. Jan. à Sixto IV. anno verò sequenti fit EPISCOPUS PACTENSIS, ut ex litt. Apost. successoris satis constat. Eodem anno 1484. ætatis annorum 80. obiit: jacet Romæ in ecclesia S. Mariæ de Populo, ut videre est apud Ciacconium eo anno fol. 1267. Is verò generis nobilitatem utriusque juris, Theologiæ, & Cosmographiæ peritia multū illustravit, auctore Garimberto in Hist. Hisp.

2. Card. ep. Pact.

XXXV. JACOBUS ANTONIUS *de Leofante Panormit*. Nicolai Regii Thesaurarii filius, & Alpharii de Leofante locumtenentis Thesaurarii nepos [d], ex rescripto pp. Innoc. VIII. sufficitur Cardinali Margarit, dato Romæ 5. idus Feb. 1484. pont. an. 1. eum offerente Ferdinando II. Rege transmissis litteris Hispali 29. decemb. 1485. 1486. exscrip. in prot. 12. Julii 4. ind. f. 87. Fuerat is Regii sacelli Pan. canonicus, S. Mariæ de Itria Beneficiarius, S. Gregorii Castri Saccæ de jurepat. reg. capellanus; sed cùm creatus fuisset episcopus, ad ea regia beneficia prorex obtulit Petrum de Naso canonicum Mazariensem [e]. Nostri Præsulis sollicitudine, ac opera Pactis an. 1487. cœnobium fratrum S. Francisci de Obser. sub titulo S. Mariæ de Jesu excitatum est [f]. Defunctus est mense jan. 12. ind. 1494. & assentiente Rege suam ille Bibliothecam ecclesiæ Pactensī legavit. Prot. an. 1494. f. 53.

d in Reg. Canc. anno 1485. f. 19.

e Prot. an. 1486. fol. 218.

f ex Hist. Seraph. & prot. eo an. fol. 130.

XXXVI. F. JOANNES IX. *Marquet, Lusitanus ordi. Predic. S. T. M.* ex nobilissima familia Raymundi Marquet Barcinonensis, qui sub Rege Petro I. Siciliensium triremium fuerat Dux [g], eligente Ferd. Rege scriptis Sagobiæ litteris 15. Julii 12. ind. exscrip. in prot. 11. martii 11. ind. 1495. f. 50. & confirmante pp. Alex. VI. per dipl. Romæ Kal. Julii 1494. pont. an. 2. Moritur Joannes mense april. 2. ind. 1499. Prot. an. 1499. f. 19. („ De Joanne Fontana in Theatro Dom. par. 1. „ p. 257.)

Anno Christi 1494.

g ex Maurol. l. 4. fol. 111.

XXXVII. MICHAEL *de Figuèroa Hispanus* ex illustri stirpe Ducum Feriæ, Magister ob ejus singularem doctrinam nuncupatus, offertur à Ferd. II. Rege ex litteris Granatæ 27. aug. 1499. exscriptis in prot. 21. sept. 4. ind. 1501. fol. 34. & ab Alex IV. admittitur, datis litt. Romæ pridie nonas sept. pont. an. 9. Constituitur Vicarius generalis ab Alphonso de Aragonia, uti Archiepiscopo Montisregalis, cujus facultate templum Sancti Sepulchri Messanæ juris Montisregalis confirmavit anno 1507. fratribus S. Francisci de Paula [h]. Idem Alphonso Archiepiscopo Cæsaraugustano datus est Coadjutor, seu Assistens volente Rege Ferdinando patre, à quo Michael facultatem testandi de bonis suis obtinuit, receptis litteris Sagobia 3. sept. 1505. exscriptis in prot. 7. april. 1507. fol. 154. Non fine magna ecclesiæ jactura feuda nuncupata S. Eliæ, ac S. Petri in agro Castri boni pro annuis unciis viginti Marchioni Hieracensi concessit anno 1508. die primo aprilis in tab. eccl. Pact. & visit. Regiis. Contendebat anno eodem ad se ex antiquo jure spectare visitationem monasterii monialium ordinis S. Benedicti oppidi Caccabi diœcesis Panormitanæ, sed illius Archiepiscopus Joannes de Paternione sui juris esse ex judicium decreto 8. novembris 12. ind. anni ejusdem ex lib. mon. f. 762. evicit. An. 1517. 10. maji è vita excessit Michael. („ Post Michaelem fuit electus Episcopus Pactensis à Catho„ lico Rege F. Vincentius Bettinus Lilybœta„ nus Ord. Præd. S. T. M. vir generis claritate, & „ doctrina insignis. Prudentia eximius com„ missarium Generalem ordinis sui egit, & Quæ„ sitorem de rebus fidei in Sicilia: at morbo gra„ vatus Romam adire haud potuit, ut conse„ craretur: & anno 1519. non fine suorum do„ lore decessit. Ex relatione D. Rosarii Bettini „ equitis Lilybœtani, qui historiam Lilybœta„ nam molitur.)

h in notitia Mess.

Testandi facultas a regibus.

XXXVIII. FRANCISCUS IV. *Urries Hispanus* nobilibus exortus parentibus, primùm Canonicus Jacensis, & Decanus de Gorga ecclesiæ Savocensis, atque regiæ aulæ Sacellanus, ex præsentatione Regis fit Episcopus, illique dati sunt proventus omnes sedis vacantis, adjuncto tamen onere solvendi annuam pensionem aureorū 600. Alphonso Aragonio Archiepiscopo Cæsaraugustano scriptis litteris Cæsaraugustæ 22. maji exscriptis Panor. 9. aug. 5. ind. 1518. in Prot. fol. 105. confirmante Leone pp. X. Romę 11. Kal. julii ejusdem an. pontif. 6. in Canc. eo an. fol. 555. Episcopus iste ira incensus in Capitaneum (ut vocant) Pactarum manus injecit, & virgam jurisdictionis insignem fregit sub Prorege Duce Montisleonis: ea de caussa in carcerem Castelli Matagrifonis Messanæ die 21. jan an. 1523. conjectus est ex lib.

1518. 1. sept.

Anno Christi. 1534. lib.mon.fol.947. Sed an.1533. ecclesię Urgellensi in Hispania suffraganeę Archiep. Tarracon. pręficitur, ex Prot. an. 1534. fol. 141.

XXXIX. ARNALDUS, sive *Hernandus Albertinus V.I.D. Majaricensis* civis, & Decanus, in caussis fidei Quæsitor Valentiæ, post Siciliæ, ac simul designatus est Antistes Pactensis, consentientibus Carolo V. Imper. uti Trinacriæ Rege, litteris Toleti 21. maji 1534. datis, Panormi 30. octob. 8. ind. exscriptis fol. 141. & Paulo III. pontifice ex dipl. Romæ 4. Kal. sept. eodem anno, pont. an. 1. Anno 1536. absente archiepiscopo Pa-
1536. nor. Jo. Carandolet, Arnaldus templum illius cathedrale, ac altare majus consecravit. De eo, ac ejus Vicario Francisco Rabazza Majoricensi Decano conquestus est archidiaconus Pact. quòd expoliatus esset antiquo jure cognoscendi caus-
1538. sas concubinatus per diœcesim[a]. Anno 1538. die 29. aug. 11. maji. ind.[b] ex litt. regiis in Valleoleti 21. maji 1537. fit *Regni præses* ob Ferdinandi Gonzagæ Proregis discessum, atque ex aliis eodem tempore datis[c] constituitur *totius Siciliæ Generalis Quæsitor*, iis verbis: *Hernandi virtus, doctrina, & rerum experientia ubique floruit*; à rege quoque conceditur ipsi 27. aug. eodem anno[d] plenum jus dicendi (quod merum, & mixtum imperium dicimus) in oppidis ejus ditioni temporali subjectis. Quo etiam anno pp. Paulus III. litt. in *forma brevis* sub annulo Pisc. 21. sept. pont. an. 4. transmisit eidem Arnaldo, tunc Præsidi Siculo, quas exscribendas jussit in prot. 12. octob. 12. ind.[e] ut mittere Romam curaret decem millia sagmata frumentorum è Sicilia jure sibi debita. An. 1544. Comitiis Panormi
1544. coactis interfuit, fitque Deputatus; sequenti verò anno moritur[f], & in D. Mariæ de Gratia sacello cathedrali ponitur cum calice, qui ad-
1545. huc visitur; desuper depicta est imago S. Arnal-
1546. di Episcopi. („ Obijt Arnaldus Panormi 7. Octob. 1544. & loco depositi sepultus est in Ecclesia S. Dominici, ex libris defunctorum Ecclesiæ Cathedralis. De eo plura cum laude Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispana to. 1. f. 133.)

XL. HIERONYMUS *de Sigismundo Catanensis V. I. D.* monachus Benedict. in eccl. Catanensi, in qua fuerat Canonicus, Cantor, & Vicarius episcopi Jacobi Ramires, item & Prior S. Gregorii[g] prope Catanam, & alterius in Platia, quibus in dignitatibus coadiutorem *F. Andream Sigismundum ex fratre nepotem* etiam monachū, & Can. Catan. obtinuit à pp. dato Romæ dipl. an. 1536. 8. Decembr. pontif. Pauli III. an. 3. exscrip. 17. April. 1537. in Prot. ingravescente ætate, doctrina, & prudentia clarus, Pactensis designatur Antistes à Carolo V. ex litt. Coloniæ 16. august. 1545. exscrip. in lib. prot. ultimo jan. 4. ind. 1546. fol. 314. imposito tamen onere solvendi annuam pensionem aureorum 600. Joanni Urries clerico Cæsaraugustano, & 500. Joanni Mohedano episcopo Bunello[h]; atque à Pont. Romano Paulo III Romæ pridie nonas decemb. 1545. pont. an. 12. inauguratur[i]. Mox regressum habuit ad Cantoriam Catanensem facta facultate ab eodem pp. Romæ 9. decemb. anno eodem; sed ætate confectus episcopus, & cantor suum obiit diem an. 1548.

a monast. f. 1538.
b Prot. f. 81.
Siciliæ Præses.
c ibidem.
d ibidem f. 148.
e ibidem f. 136. & 137.
f ibidem f. 27.
g ab an. 1510. ad 1538. in eo prot.
h ibidem f. 13. ind. 4.
i ibidem f. 314.

XLI. NICOLAUS *Vincentius de Bononia Panormitanus* ex nobili Bononiorum familia[k]. Fuit is Cantor Metropolit. Panor. inde simul Quæsitor in rebus fidei in Sicilia, scriptis litteris Caroli V. die 11. apr. 1547. à Quæsitore Majore in Hispania 12. junii 1546.[l] sed morte præventus possessionem non est assequutus. Anno Christi. 1548.

XLII. BARTHOLOMÆUS II. *Sebastianus Aragonensis, Turolii civis, V. I. D.* primùm Beneficiarius Ecclesię de Benalcazar, & Lasacosasse diœcesis Cordubensis, & canonicus Panorm. ac Quæsitor in Sicilię Regno, pòst Episcopus eligitur Pactensium à Phil. II. concessis etiam proventibus sedis vacantis ex litteris Bruxellis datis ult. april. 1549. exscript. in lib. prot. an. 1549. fol. 849. 17. julii 7. ind. inauguratur à Paulo III. Pont. Max. Romæ an. 1548. 5. idus Jan. pont. an. 15.[m] Eodem anno cùm Petrus Tagliavia, & Aragonia Archiepiscopus Panor. ab sua abesset ecclesia, & Concilio Trid. interesset[n], Bartholomæus præficitur Comitiis Siculis 3. apr. 7. ind. Panormi congregatis[o], efficiturque primus Deputatus; obtinetque facultatem jus dicendi plenè, seu merum, & mixtum imperium habendi in oppidis sui juris, datis litteris Panor. 24. april.[p] à Rege quoque licentiam testandi exoravit, exscriptis Pan. litteris 24. maji 8. ind. 1550[q], de bonis scilicet propriis, sed de acquisitis ex ecclesia solùm quatuor millia aureorum legare posset datis litt. Engante 3. aug. 1559. & exscriptis in prot. 25. april. 4. ind. 1561. fol. 635. an. 1554. Feuda S. Petri, ac S. Eliæ à præcessore Michaele de Figueroa concessa Marchioni Hieracensi revocare voluit suæ ecclesiæ, sed deventum est die 29. maji 12. ind.[r] ad transactionem, ut Marchio singulis annis uncias sexaginta persolveret. An. 1556. facultate facta à Rege, Canonicatum Panormitanum de jurepatr. reg. nuncupatū S. Joannis de Heremitis resignavit ex litt. Bruxellis 14. jan. exscriptis in prot. 14. ind. fol. 594. Eodem anno Prorex Joannes de Vega adversus nostrum Antistitem ad informationem, ac bonorum sequestrationem processit; qua de re maximè conquestus est Archiepiscopus, Cardinalis Panormitanus Petrus de Aragonia, illique Prorex litteras perscripsit, quas qui velit, legat in lib. protonotarii, scriptas Messanæ 3. oct. 14. ind. 1555. fol. 77. Rex verò datis Bruxellis litt. 23. 1555.
martii 1556. exscrip. in prot. 6. julii 14. ind. an- 1556.
ni ejusdem præcepit, ut de hac Episcopi caussa nihil agatur in Regno, sed de ea se certiorem fieri voluit. Bartholomæus decreto Regio interfuit anno 1563. Concil. Tridentino sub pp. Pio IV. Ter fuit Regni Præses, anno scilicet 1564.[s] datis litteris in Castello Jacis 22. feb. 8. ind. 1565. suffectus Proregi Joanni Lacerda[t] secundùm ob discessum Grassiæ Toleti 7. april. 8. ind. eodem anno Messanæ. Tertiùm anno 1566. 26. Martii 8. ind.[u] Eo anno cùm Lucianum Ruffum V. I. D. (fuit is deinde Episcopus Mazarensis) multis inflictis vulneribus, & impacto in caput gladii ictu nefarii homines perditum ivissent, noster Antistes litteras 20. maji[x] proregi transmisit, ut tam scelestos sicarios, qui virum probum Pactensem invaserunt, pœnis subjiceret sævissimis. Anno 1568. eligitur Archiepiscopus Tarraconensis, & 1568.

k vide Baldassarem de Bononia de hac familia fol. 24.
l ibid.
1549.
m ibid.
n in prot. Panor. an. 1549.
o Prot. eo an. f. 346.
p ibid. f. 119.
q ibid.
Testandi facultas.
r in vidit. ecclis.
Regni Præses.
s Prot. ann. 1564. f. 272.
t ibid. anno 1565. f. 37.
u an. 1566. fol. 145.
x lib. secret. an. 1566. f. 9.

Anno Christi. 1568.

ſis, & illuc ſe conſerens deceſſit è vita. In cathedrali templo condiderat ſepulchrum marmoreum hac epigraphe.

D. O. M. D. Bartholomæus Sebaſtian. Pactenſ. Epiſcopus in civitate Turolii Regni Aragoniæ, Provin. Hiſpaniæ ortus, Balſaricarum inſularum primo, Corduba, Granata, Siciliaque deinceps Regni cenſoris in hæreticos miſſione ſanctiſſime functus, ejuſdemque Regni Siciliæ præfectura ter integerrime adminiſtrata, hac æde, Sacelloque variè ornatis, adauctis, ac locupletatis, & Caſtro, Palatioque Epiſcopali inſtauratis, animam deo redditam ſui corporis reliquias hoc ſarcophago a ſe vivente, ſed mortis memore fieri facto ann. Dom. 1568. ſervari voluit. Obiit tamen ann. Dom. 1568. die 14. menſis Aprilis.

1569. XLIII. ANTONIUS II. MAURINUS *de Pazos Compoſtellenſis Hiſpanus de Pago Protovedra V. I. D.* adhuc florenti ætate in Bononienſi Collegio S. Clementis floruit maximè; mox fit Canonicus Doctoralis eccleſiæ Tudenſis, pòſt ſimul Quæſitor de rebus fidei Hiſpalenſis, inde Toletanus; vir quidem ſcientiarum peritia illuſtris, ac in negotiis peragendis impiger, à Philippo II. Rege deſtinatur orator ad Pium V. Pont. Max. ad cauſſam Bartholomæi Carranzæ Archiepiſcopi Toletani tuendam. Datur Epiſcopus Pactenſibus ab eodem Rege ex litt. 21. Novembr. 1568. exſcript. in prot. 31. Martii eo anno f. 343. cui inſuper dati ſunt annui aurei 200. adjuncto tamen onere ſolvendi Joanni de Raytana Clerico Calatagurenſi V. I. D. (fuit Raytana pòſt Quæſitor in Sicilia, & Archiepiſcopus Meſſ.) annuam penſionem aureorum 400. A Pio V. Rom. Pontifice inauguratur 10. Kal. Octob. 1568. pont. an. 3. Prot. anno 1568. fol. 100. Facultatem ei fecit Rex datis litt. Madriti 21. Novembr. 1572. exſcript. in prot. 31. Martii 2. ind. 1572. 1574. fol. 343. teſtandi de bonis eccleſiaſticis, & proventibus acquiſitis ad ſummam 5000. aureorum. Rem verò promovente Epiſcopo, Prorex ſcriptis litt. Pan. 27. April. 3. indict. 1575. Prot. anno 1575. fol. 134. ad augendam erga B. Mariam pietatem, die 15. Auguſti, in oppido Gioyuſæ juris Epiſcopi Pactenſis, ut fierent nundinæ, conceſſit: nunc ad diem 8. Septemb. translatæ ſunt in templum S. Mariæ de Tyndaro. An. 1576. Quæſitor maximus in rebus fidei 1576. demandavit Antonio, ut tribunal Quæſitorum Siciliæ luſtraret; & cùm Panormi ageret vacante ſede Archiepiſcopali per obitum Jacobi Lomellino, ipſe templum majus Panor. ſanguine cujuſdem clerici pollutum ritu ſolemni expiavit [a]. An. 1578. Conſilii Regii Caſtellæ Præſes, ac Abbas S. Mariæ de Parcu Siciliæ eligitur, inde Epiſcopus Abulæ in Hiſpania; ac tunc abdicavit à ſe præſulatum Pactenſem [b], & evectus eſt ad Cordubenſem: in ea eccleſia obiit, ac jacet. De tanto viro ſcripſit Ægydius Gonzales Regius Chroniſta in theatro laudum Madritidis fol. 376. qui aſſerit Maurinum Epiſcopum Pactenſem cum aliis præſulibus interfuiſſe baptiſmati Ferdinandi filii II. Regis Philippi II. an. 1571. die 4. Decembr.

a Ex ms. Cod. Jo: Bap. la Rosa Canc. Pan.

b Prot. lib. an. 1580. fo. 48.

1579. 12. Mar. XLIV. GILIBERTUS II. *Iſfar, & Corilles Panormitanus* ex illuſtri Siculianæ Baronū ſtirpe; primùm aulæ regiæ ſacellanus, ann. 1576. Epiſcopus Syracuſanus, anno 1578. deligitur Pactenſis à Rege Phil. II. & à Gregorio XIII. confirmatur diplomate Romæ 10. Kal. Feb. 1578. pon. an. 7. in lib. prot. 7. ſept. 5. ind. 1579. fol. 11. Mox integra jura ex oppidis Brizorum, atque Gioyuſæ diœc. Pactenſis revocavit [c]. Synodum diœceſanam coegit, typiſque decreta mandavit anno 1584. quorum aliqua ad canonicos ſpectabant, ac præſertim, ut Canonici ſuæ eccleſiæ verè monachi eſſent S. Benedicti, illiuſque diſciplinam profiterentur, laneaque ſubucula induerentur; idque confirmavit pontificio decreto Cardinalis Maffeo 22. Octob. [d] ratumque voluit Franciſcus Puteus Regius Viſitator 11. Febr. 10. ind. 1582. [e] maximis laudibus ſollicitudinem, ac zelum Giliberti extollens. Turrim campanariam in cathedrali templo conſtruxit. Anno 1593. Romam adiit, ubi nomine Archiepiſcopi Panormitani tunc Didaci de Haedo, ac Senatus Panormitani à pp. Clemente VIII. urgente rem, atque pro Panormitana gloria adlaborante Maria Pimintel de Fonſeca uxore Comitis Olivarenſis tunc Siciliæ Regni proregis, caput B. Nymphæ Virginis, ac Martyris Panormitanæ Panormum ſumma populi gratulatione invexit [f]; eam pompam licuit mihi è patria Neto tunc venienti intueri die 8. Septembris. Iterum Romam adiit an. 1600. ubi die 15. aprilis deceſſit, & in templo SS. Coſmæ, & Damiani poſt altare S. Mariæ Majoris tumulatur hoc epitaphio.

D. O. M. Gilibertus Iſfar, & Cruyllas Panormitanus ſplendiſ. natalibus, ac ſpectata religione clarus, Philippi II. Catholici Regis a ſacris, Epiſcopus Syracuſanus, poſt Pactenſis optimus Antiſtes. Obiit anno Jubilæi 1600. ætatis 72. die 15. Aprilis.

1601. Menſe Majo. XLV. BONAVENTURA *Secuſius Siculus Calatabieronenſis ordinis Minorum de Obſervantia*, egregius in primis eccleſiaſtes; fuit is in diœceſi Panorm. anno 1584. à Cæſare Marullo Archiepiſcopo conſtitutus Viſitator; in generalibus Comitiis ordinis anno 1593. Miniſter generalis eſt delectus, idque munus ſeptem annos adminiſtravit; interim a Florentino Cardinali legato ad fœderis pactiones inter Hiſpaniarum, & Galliæ Reges adhibetur, qua in re cùm egregiè ſuam navaſſet operam, à Clemente VIII. retulit, ut primùm Canonicus S. Petri Romæ, mox Patriarcha Conſtantinopolitanus, inde an. 1600. à Rege Phil. III. fieret Pactenſis Epiſcopus, dataque ſunt ei tria millia aureorum [g]. Inauguraturque à Clemente VIII. Romæ pridie Kal. Maii ann. 1601. pont. ann. 10. [h] Adeptus eccleſiæ poſſeſſionem ad numerum duodenarium perduxit regulares canonicos, ſed deinde à Pontifice quoque exoravit, ne deinceps canonici eſſent regulares, ſed ſæculares [i]. In templo cathedrali parochiam inſtituit, ac duos tranſmiſit ad D. Mariæ de Tyndaro canonicos. Anno 1603. mille aurei in ſingulos annos Meſſanæ Archiepiſcop. ex redditibus Pactenſis eccleſiæ ſunt attributi, ſcriptis Romæ litteris 16. Kal. Sept. Pauli V. an. 1. Prot. an. 1607. fol. 178. rem ipſo Bonaventura promovente, quòd dedeceret, ut ajebat,

Anno Christi. 1579. — 1584. — 1593. — 1600. — 1603.

c Ex tabul. Meſſ.

d In ſynodo Pactenſ.

e In viſ. reg. apud Reg. Conſer.

f Lege acta S. Nymphæ edita ab Octavio Cajetano.

g Lib. reg. Cancel. anno 1601. f. 29.

h Ibid. Ind. 14. fol. 88.

i Ex tab. eccl.

Anno Christi. 1605.

ajebat, majores esse suos suffraganei proventus, quàm metropolitæ; ann. 1605. 22. Septemb. ad illam evectus est Messanensem cathedram. Inde an. 1609. transiit ad Catanensem, ibique an. 1618. decessit, & sepelitur. Eligitur Vicarius Octavius Dominedò prior ecclesiæ, S. T. D.

1605. XLVI. JOANNES X. *Beltran.*, *& Guevara Hispanus* nobilibus ortus natalibus, Regii Patrimonii Rationum in Hispania Præses, hujus ecclesiæ cõstituitur Antistes nominatione Phil. III. Regis dat. litt. 15. Decemb. 1605. in proton. 27. Febr. 4. ind. 1606. fol. 331. & 333. tunc illi data sunt tria millia aureorum, sed antequam Pactensem videret ecclesiam, ad Archiepiscopalem Salernitanam evehitur. („ Exinde è Salernitana ad Pacensem sedem in Hispaniis „ translatus est anno 1612. Et ad Compostellanam an. 1614. Decessit Villalpandi an. 1622. „ Consule Ughellum tom. 7. Ital. Sac. fol. 443. „ & Nicolaum Antonium in Bibl. Hispan. tom. „ 1. fol. 499.)

1607. XLVII. F. JOANNES XI. *de Rhada Hispanus ordin. Minorum de Observantia* vir eximius, in theologica doctrina clarissimus, ab Hispania Romam accersitur, ut in celebri illa controversia de Auxiliis inter patres Societatis Jesu, & Dominicanos excitata Consultor esset, qua de re elegantissimè, ac eruditissimè scripsit. Apud Curiam Romanam procurator sui ordinis generalis constituitur, mox Archiepiscopus Tranensis (Archiep. Lancianensem, ac Salmanticæ Academicum illustrem appellat Waddingus in suis annal. lib. 2. ann. 1254. num. 49.) eoque retento Archiepiscopali titulo, fit Episcopus Pactensis præsentatione Phil. III. & confirmatione Pauli V. Romæ 26. Jan. 1606. in Reg. Cancel. attributis ex regia liberalitate aureis mille. Sed dum in Siciliam Roma transmearet, decessit in cœnobio S. Francisci de Paula in Calabria, ibique tumulatur 6. Jan. 1608. sedit anno 2. & mens. 9. („ De Joanne vide Ughellum tom. 7. Ital. sac. f. „ 914. Waddingum de Script. Minor. fol. 222. & „ Nicolaum Antonium in Bibl. Hispan. tom. 1. „ f. 586.) Post cujus obitum *Annibal Afflictus Panorm. Archiep. Rhegytanus* deligitur à Rege: eo lætissimo nuncio permoti Pactenses, præsertim Octavius Dominedo Vicarius sede vacante, ac Alexander Martianus Canonicus ad suum novum Antistitem consalutandum adiere; sed iis sic est allocutus Afflictus. *Nefas est mihi primam, licèt pauperem sponsam repudiare, ut alteram etsi ditissimam ducam*; eamque ob causam regiam electionem respuit. Is qua vixit sanctitate, eadem obiit Rhegii an. 1638. in parasceve.

1609. XLVIII. VINCENTIUS II. *de Neapol. V. I. D. Siculus Troinensis* ex splendiss. natalibus, sub Phil. II. & III. aulæ regiæ sacellanus, electus Pactensis Episcopus à Rege Phil. III. sub Paulo V. Romę à Cardinale Mellini consecrationis beneficium est assecutus, ex dipl. 4. nonas Decemb. anno 1609. exscript. in lib. Rationum Reg. Cancell. 23. Aug. 8. ind 1610. fol. 316. possessionem est assecutus an. 1609. 24. Decembris. Postquàm multis beneficiis suam affecisset ecclesiam, piissimèque rexisset, eam amoris ac pietatis significationem præsetulit, quod cum præsulatus Agrigentinus ditissimus, ac diœcesi amplissima ornatus anno 1625. à Rege efferretur, illum Pactensi posthabuerit. Pluries Siculis Comitiis præsuit; Anno 1630. die 15. Octob. Panor. sub prorege Duce Alburqueque, Messanæ an. 1636. 14. Decemb. sub Principe Paternionis, Panorm. iterum an. 1637. sub eodem, & rursus Messanæ sub D. Francisco de Mello prorege anno 1639. mens. Apr. („ Et anno 1642. 18. Aug. in Comi„ tiis Panormi coactis.) Sua liberalitate regio ærario, cum gravi urgeretur inopia, quatuor aureorum millia intulit * Ad Templum S. Mariæ de Tyndaro exornandum annuas uncias 110. erogavit, illudque presbyteris Oratorii S. Philippi Nerii concessit an. 1610. aliasque singulis annis uncias 108. S. Crucis Pactensi Nosocomio legavit. Cum nostro Præsuli fuisset in animo ecclesiam Pactensem ex monastico S. Benedicti ordine in sæcularem redigere, à Rege litteras exoravit ad Oratorem Regium apud summum pont. sed cum statim res non processisset, regularibus ferè omnibus Canonicis jam demortuis, Archidiaconum, & quinque Canonicos sæculares, & octo presbyteros ad administrationem Sacramentorum, atque canonicas horas de more recitandas suffecit („ Ex tabulis Placidi Tinghino „ 4. Junii 1648. quòd ut à Sancta Sede firmaretur curavit; at nonnisi post ejus mortem „ hoc assequutum, ex bulla Innocentii X. 24. „ Decem. 1649.) Tertio quoque anno ad limina App. visitanda, ut hoc anno, dum hæc scribo, adiit; multis semper est cumulatus honoribus à summo Pontifice.

Anno Christi 1630.

* Ex Vincentio Tortoreto de Sacello regio.

(„ Vincentius de Neapoli. Cùm anno 1648. „ Sicilia frumenti inopia laboraret, in nonnullis Sicilię Civitatibus turbę exortæ publicam „ Regni quietem exturbarunt; Episcopus ut „ furentem plebem compesceret, plura aureorummillia Civitatis Moderatoribus tradidit, „ ut frumentum emerent, ac pauperum inopiæ „ consulerent. Ipse etiam ingentem pecuniæ „ summam in egentes, & tumultuantes erogavit: ideoque popularium motuum ignis succensus breviter extinctus evanuit, ut tradit „ Ant. Collurafi in tumul. Panor. f. 61. ; additque eximiam semper pietatem detexisse in „ sublevanda puellarum paupertate, quibus sæpissimè dotem præbuit: imò afflictis omnibus, „ & inopia occultè pressis consulere impigrè „ studuit. A sæcularibus curis animum servavit „ alienum; ideoque vix pecuniæ valorem, & „ numerum callebat. Populi lites componere, & „ odia extinguere pro viribus conabatur. Facilitas semper optimo Præsuli inerat ad omnes „ audiendos, & dexteritas in eorum negotiis „ expediendis. Occultis delatoribus non facilè „ fidem adhibuit. A domesticis suis nedum malum, verùm etiam mali speciem avertere satagebat. Ministris integritate conspicuis, & „ à cupiditate alienis utebatur: at majoris ponderis negotia ipsemet peragebat; & inter majora recensebat ea, cùm pauperes à potentioribus opprimerentur. Censuariis pauperie gravatis solutionis cautionem lubenti animo, „ non soluta pecunia sæpius tradebat. Fontem „ ad publicam utilitatem excitavit: & ut omnia

„ verbo

„ verbo concludam, in Vincentio Præsulum A exemplar longè lateque enituit.

„ Ob translationem Ferdinandi Andradæ Archiepiscopi Panormitani ad Jaensem sedem in Hispania, noster Vincentius fuit electus Archiepiscopus Ecclesiæ Panormitanæ an. 1648. At ipse institutis undique publicis precibus, ut divinam voluntatem exploraret, dum infirmus, aeris mutãdi gratia, Jojusam oppidum inhabitabat, ex inopinato lapsu corpus contrivit, eoque casu ingravescente morbo, breviter obiit in eodem oppido 23. Augusti 1648. B non sine sanctitatis fama: corpus verò ad Catedralem Pactensem delatum est.

„ IL. LUDOVICUS RODULPHUS Florentinus, Octavii S. R. E. Cardinalis, & Nicolai Ord. Prædic., Sacri Apostolici Palatii Magistri, & Ordinis Generalis frater, primùm electus Prior SS. Trinitatis Deliæ, exinde Episcopus Pactensis, ex bullis apost. datis Romæ 14. Kal. Augusti 1649. exscriptis Messanæ 12. Augusti ejusdem anni in Cancellar. an. 3. ind. 1649. & 1650. f. 63. At paulò post, antequam C sponsæ faciem vidisset annum agens 63. decessit Romæ 17. Octobris 1649. sepultus in Ecclesia S. Mariæ ad Minervam juxta gentiles suos. De eo Oldoinus in add. ad Ciacconium t. 4. f. 489. noster Pirrus in not. Eccl. Agrig. ad an. 1625. & Ughellus Ital. sac. t. 8. f. 225.

„ L. LUCAS COCHILLA Messanensis V. J. D. Canonicus & Archidiaconus Ecclesiæ Messanensis, fuerat Commissarius Tribunalis S. Officii Siciliæ, Abbas S. Michaelis de Fulgerino, & S. Mariæ de Castania, Prior S. Mariæ D de Gibilmanna, & tertium Vicarius Generalis Capitularis Sede Vacante Ecclesiæ Messanensis, ex nostro Pirro in not. Eccl. Messan. f. 385. & lib. 4. de Abbatiis f. 147. & 150. Ad Pactensem sedem evectus est ex literis Catholici Regis datis Matriti 9. Augusti 1650. & bullis apostolicis datis Romæ 3. Kal. Martii 1650. exscriptis Panormi 14. Martij 1651. in offic. Proton. eodem an. f. 272. Pactis decessit anno 1652. mense Octobris.

„ LI. LUDOVICUS ALPHONSUS DE LOS E CAMEROS Hispanus, de quo in notitia Ecclesia Monti regalis. Anno 1652. ad Pactensem sedem à Catholico Rege promotus, & ab Innocentio X. electus ex bullis apostolicis Romæ datis pridie Julii Januarij 1653. exscriptis Messanæ 6. Febr. 1654. in offic. Proton. eodem anno f. 132. Oneris Episcopalis excusationem obtinere curaverat Ludovicus à Catholico Rege Philippo IV. attamen eandem non excepit prudentissimus Rex, ut patet ex ejus Epistola 24. Maii 1653. apud Vincentium F Tancredum quæst. mor. par. 1. tr. 2. quæst. 48. f. 173. Adepta Ecclesię possessione, regendo gregi totas animi vires admovit. Clericorum Seminarium à prędecessore inceptum perfecit. Nonnulla decrevit ad decus, & observantiam Canonicorum: prę sertim 8. decemb. 1654. constituit, ut integra medietas omnium fructuum dignitatum, & Canonicorum esset pro distributionibus. Et anno 1655. 2. sep. stipendia Canonicis, Capellanis, Choristis, & Sacristis à prædecessore Neapoli constituta, clarius declaravit. Novem Capellanos, sive, ut vocant, Vivanderios, aliis sex adjunxit ad Ecclesiæ decus, & divini cultus splendorem: & 26. Aug. 1659. easdem quindecim Capellanias in perpetua beneficia simplicia erexit: eorumque duos Capellanos Personati nomine instituit, quorum primus Subcantor, secundus Terminator, sive Magister Cæremoniarum appellari mandavit.

„ Eo Præsule S. Febroniæ Pactensis Icon ab ejusdem Ecclesia, temporis injuria jam diruta, in Cathedrale templum invecta est: & in sacello eidem à fundamentis erecto propè sepulchrum Adelasiæ constituit. At dum pietatis operibus, promovendo divino cultui, & sublevandæ pauperum inopiæ sedulò incumberet, anno 1656. ad Archiepiscopalem sedem Montis regalis translatus est, ut in ejus notitia jam satis diximus.

„ LII. SIMON RAUS nobili genere exortus Panormi 18. Julii 1609. parentibus Josepho Rao, & Anna Isabella Requesens Ferulæ Marchionibus: vir sanè eximius, Sacræ Theologiæ doctor, tum gravioribus, tum politioribus literis excultissimus, à poeticis præsertim studiis Etrusca, Siculaque lingua exaratis, meritò ab omnibus commendatus, ut latè scripsi in Biblioth. Sicula t. 2 pag. 231. In Ecclesia Mazarensi Vicarium Generalem egit Jo: Dominici Spinola S.R.E. Card. & Episcopi Mazarensis, & Didaci Requesens ejus Patrui, qui in eamdem sedem successit. Cùm ad Catholici Regis aulam se contulisset, ea ex causa, quam leges apud Hieronymum Brusonum in histor. Italiæ lib. 18. & in vita Joannis Austriaci pag. 196. ibi suus detectus est innocentiæ candor, & doctrinæ inclytus decor; ideoque à Philippo IV. primùm inter Regios Capellanos cooptatus est; exinde Abbas S. Crucis electus; demum Episcopus Pactensis ex Apostolicis bullis Alexandri VII. datis Romæ,. idus Julii 1658. exscriptis Panormi 30. Julii ejusdem anno in Reg. Cancell. f. 174. Ab eodem Pontifice, cui percarus fuit, Nuntius Apostolicus designatus est. Ecclesiæ possessionem adeptus, statim ut collapsam disciplinam instauraret, & Ecclesiasticorum honestatem promoveret, sedulò studuit. Justitiæ tenacissimus ad nullius preces adduci potuit, ut Archidiaconatum digno conferret, prætermisso digniore. At dum multa ad Ecclesię bonum molitur, & pauperum inopiæ consulere curat, vix elapso mense septimo ab inita pastorali vigilantia, vivere desiit 20. Sept. 1659. & in Cathedrali sua Ecclesia conditus est. In Pactensi Ecclesia funus celebratum: ut etiam Panormi in Ecclesia S. Nicolai de Kalcia opera Francisci Vetrani Parochi, cui Vicarias curas demandaverat Simon; & funebri oratione Præsulem celebravit Philippus Setaiolus cler. Reg. Panormitanus, quam edidit cum suis orationibus par. 2. à pag. 252. Reaccensorum Academia Panormitana sodali olim suo benemerentissimo justa persolvit, & in ejus laudem orationem habuit Hyacin-

„ tus Ma-

„ tus Maria Fortunius Panormitanus, vir eruditione clarus.

„ *Laurentius Scavonus* Messanensis, Ecclesiæ Messanensis Canonicus, & Philippi IV. Catholici Regis Capellanus, mense Maii 1660. electus Episcopus Pactensis: at paulò post obiit Matriti, ex Stephano Mauro in sua Messan. cap. 28. f. 267.

„ LIII. IGNATIUS DE AMICO Catanensis J. V. D. Petri de Amico Tribunalis Consistorii Sacrę Regię Conscientię Prę̨sidis filius, doctrina, & vitæ integritate conspicuus. Fuerat Cathedralis Ecclesiæ Catanensis Canonicus, & Vicarius Generalis. Anno 1662. præficitur Ecclesiæ Pactensi ex bullis apost. Alexandri VII. datis Romæ pridie Kal. Augusti 1662. exscriptis Panormi 26. Augusti 1662. in offic. Proton. an. 1663. f. 487. Dum Romæ pro consecratione sua Ignatius morabatur, Ascanius Ansalonius, in supremo Italiæ Consilio Regens in Hispaniis, à Catholico Rege coemerat Pactensem Urbem, ex instrumento & privilegio dato Matriti 29. Sept. 1655. etsi Regni Capitula obsisterent, quibus cautum est, ne Regiæ Civitates distraherentur. At Pactenses ne Ascanio subiicerentur, emptionis pretium obtulere, constanti animo persistentes ne in privatæ personę dominium transirent. Diu de hac re disceptatum; tandem è Regia Aula mandata advolarunt, nimiùm obstringentia, ut Ascanius Urbis possessionem obtineret: ideoque Ferdinandus de Ayala, Ayalæ Comes, Siciliæ Moderator, Antoninum Lazzarum Messanensem, Magnæ Regiæ Curiæ Judicem Pactas misit, ut Ascanio Urbis possessio traderetur. Re præcognita cives, clausis januis, ad arma accurrerunt, ne quisquam ingrederetur, ut possessionem Ansalonii nomine acciperet: ideoque Lazzarus per plures dies in oppido Montanes otiosus persistens, demum officialibus Urbis exilium indixit, ut etiam Ecclesiasticis, tanquam Regiæ Monarchiæ delegatus. Tunc Prorex secretè civium studia fovere curavit; etenim absonum sibi videbatur, Civitatem Regiam, & Episcopalem, ab immediato Regis dominio excidi. Id ipsum nec multis Regni Dynastis, ac Regiis Ministris arridebat. Hac de causa Nicolaus Fernandez de Castro, Proregis consultor, eidem Proregi consultationem obtulit 11. Martii 1656. tres etiam Tribunalium Præsides Petrus de Gregorio Magnæ Regis Curiæ, Alphonsus Agraz Regii Patrimonii, & Didacus Marotta Concistorii, consultationem aliam eidem Proregi porrexere 25. Martii 1656. ut regia mandata suspenderentur, nam ob enormissimam læsionem nullius roboris fuerat emptio. Ignatius Præsul è Romana urbe omni studio Pactensium causam propugnavit, ac pretii haud modicam obtulit partem, ne civitas Ansalonis Dominatui cederet. Res demum post diuturna jurgia consopita est Ansalonis morte, quæ obtigit Matriti an. 1662. & civitas sub Regis dominio remansit. Consule Vincentium Auriam in hist. Chronol. Proreg. Sicil. pag. 132. & Allegationes pro Civitate Pactensi editas Matriti an. 1659. à lic. Antonio Munnoz Bermudez.

„ Ignatius Episcopus pastorali vigilantia clarus, libros fere obliteratos de censibus, juribusque Episcopatus reparavit, & à temporis injuriis vindicavit. Literatos à literatoribus distinguebat: Seminarii alumnos, alioquin idoneos, in collatione beneficiorum cæteris præferendos ajebat, ut præferebat. In excipiendis aliorum consiliis docilitate præstabat, at consiliorum qualitatem antea maturius expendebat. Divini cultus nitorem promovit: animarum zelum, & in pauperes liberalitatem mirè detexit. Nonnulla edidit statuta ad Ecclesiæ, & omnium bonum 14. Sept. 1664. Anno 1666. ad Episcopalem Sedem Agrigentinam translatus est, ut in ea notitia diximus.

„ *P. D. Carolus Thomasius* Ragusæ in Sicilia natus, vir doctrina, & sanctimonia clarissimus, olim Princeps Lampidusæ, & Dux Palmæ, exinde Clericus Regularis, an. 1666. ab Anna Maria Regina Hispanæ Monarchiæ Gubernatrice, Episcopus Pactensis designatus est. At vir eximius, qui sæculi honores contempserat, oblatam infulam constantissimè rejecit, ut leges in ejus vita edita Romæ an. 1702. à P. D. Joanne Bonifacio Bagatta Veronense *par.* 1. *cap.* 24. Consule & nostram Bibliothecam Siculam. *tom.* 1. *f.* 130.

„ LIV. JOANNES ANTONIUS GELOSUS Panormitanus S. T. & V. I. D. Abbas S. Lucæ Pittinei, Panormitanæ Ecclesiæ Canonicus, Decanus, Thesaurarius, & demum Cantor, & Abbas S. Nicolai Regalis. A multis obitis præclarè muneribus conspicuus: pluries enim fuit Maragmetis Præfectus, cum magno Ecclesiæ Panormitanæ beneficio: examinator, & Judex Synodalis tum in Panormitana, tum in Monteregalensi Ecclesia: ter Regni deputatus: Vicarius Generalis Archiepiscoporum Panormitanorum Joannettini Doria S. R. E. Cardinalis, Ferdinandi Andrada, & Petri Martinez Rubio; ut etiam Francisci Peretti Card. Archiepiscopi Montisregalis. Ter etiam præfuit Vicarius Generalis, sede vacante, Ecclesiæ Panormitanæ. Demum anno 1668. ab Hispaniarum Regina nominatus est Episcopus Pactensis, & à Clemente IX. electus ex bullis apost. signatis Romæ 17. Junii 1669. exscriptis Panormi 23. ejusdem mensis in Offic. Proton. an. 1669. f. 386. At cùm Pactensem Cathedram vidisset, & celebrationem Synodi, aliaque meditaretur, vix quatrimestri spatio ab inita possessione elapso, obiit Pactis 3. Nov. 1669. annum agens 85. & in sua Ecclesia conditus est.

„ LV. VINCENTIUS MAFFIA Panormitanus Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magister doctissimus, Consultor, Censor, & Judex ordinarius S. Officii Siciliæ: Cœnobia S. Citæ, & S. Dominici Prioris munere rexit, ac Siculæ provinciæ præfuit: à prudentia, ac doctrina laudatus, Pactensis Episcopus est electus anno 1671.

Eccl.

Ecclesia sibi creditam pastorali vigilantia, ac virtutum exemplo gubernavit. Ob profusam in pauperes liberalitatem Patris Pauperum nomen sibi conciliavit. Conservatorium pro puellis orphanis sub nomine S, Rosæ Limensis jerexit Seminario Cleric. Ecclesiam S. Th. Aqu. extruxit. Ad Civitatis bonum aurea statuit mille pro frumenti emptione, (exinde subsequentibus temporibus adaucta) ut Urbis Magistratus publicæ utilitati consuleret. Bonorum amantissimus, & justitiæ propugnator eximius, sui venerationem excitavit. Decessit Pactis summo cum omnium dolore 16. Nov. 1674. ann. ętatis suæ 77. Ad ejus sepulchrum hoc fuit additum epitaphium,

Siste Hospes.

Piorum memoria recolendus hic tumulatus jacet Illustris. & Reverendiss. P.F.D. Vincentius Massa Ordinis Prædicatorum Episcopus Pactensis, scientia insignis, pietate præclarus, sanctimonia, & virtutibus ornatus, pauperum Pastor, proborum amator, Justitia vindex, pastorali sollicitudine, & beneficentia præditus, cui nihil de Episcopalis muneris plenitudine desiderium remansit, nisi vita prolixior. Inter ovium suarum lachrymas exemplari morte sublatus est anno 1674. die 16. Novembris ætatis suæ 70. Vixit in Episc. annos 3. menses 6. dies . .

De eo Joannes Michael Cavalerius in libro: *Galleria de' Pontefici &c. Domenicani to. 1. cent. 5. n. 146. f. 631.*

Joseph Castellus, nobilis Messanensis, Eccl. Messan. Canonicus, & Friderici Sfortiæ S. R. E. Card. & Archimandritæ Vicarius generalis, post Massiam ann. 1676. a Carolo II. Catholico rege nominatus est Pactensis Episcopus; at in bello Messanensi a Gallis hostibus captus, dum in custodia detineretur, Rex huic sedi Antoninum Bichettum præfecit; ipse verò Castellus libertatem adeptus, regius Capellanus electus, annua 600. aureorum pensione cohonestatus, dum hanc, vel aliam infulam se obtenturum sperabat, vivere desiit. *Ex Notit. famil. Castel edita Panormi an.* 1729. *p.* 4. & 5.

LVI. ANTONINUS BICHETTI Agrigentinus, nobili genere exortus, S.T. & V. J. D. Ecclesiæ Agrigentinæ Cantor, Philippi IV. Catholici Regis à Sacello. S. Officii Siciliæ Consultor, ac Vicarius Generalis Sede vacante Ecclesiæ Agrigentinæ, vir doctissimus, ad Pactensem Cathedram fuit evectus anno 1677. Romæ consecrationis beneficium assequutus, cùm in Siciliam remearet à Siculis triremibus vectus, propè Mylarum Urbem anno 1678. decessit mense Maii; antequam Sponsæ suæ faciem inspexisset. Ad suam Ecclesiam deductum cadaver conditum est in Cathedrali templo, postea à Josepho Martiano tumulo, & hoc epitaphio cohonestatur.

D. O. M. Heu quam tenui tenetur urna nitidissimum Siciliæ lumen, celeberrimum Sapientiæ columen Illustrissimus Dominus Antonius Bichetti Episcopus Pactensis, vir probus atque probatus, genere magnus, virtute major, legum peritus, omnibus notus, non sibi soli natus: quem moribus, doctrina, ingenio grandem conspexit Agrigentum, maximum mirata est Roma. Dum sacram suam Sponsam petebat Antistes inopinanter migravit ad Sponsum, suæ ætatis anno 71. Pios cineres V. J. D. D. Joseph Martiani Canonicus & Archipresbyter, ab eodem Procurator, & V. G. à longè designatus eminus advehendos curavit, justisque egregiè persolutis, marmoream hanc perennitatem dedit, anno salutis MDCLXXVIII.

LVII. FRANCISCUS MARTINELLI Panormitanus, V. J. D. præcipuus causarum Patronus tum Romæ, tum in supremis Siciliæ subselliis; ideoque primùm Panormitani Prætorii, exinde Tribunalium Concistorii, & magnæ Regiæ Curiæ Judex electus, doctrina, & integritate inclaruit. Syndacum etiam, & Armorum Capitaneum egit in Sicilia, cum potestate, ut vocant, meri & mixti imperii. Archiepiscopi Panormitani fuit etiam Assessor. Rejectis exinde sæculi honoribus Congregationem Oratorii est ingressus Panormi. At Jacobus de Palafox Archiepiscopus Panormitanus Vicarium Generalem sibi delegit anno 1677. A Carolo verò II. Hispaniarum Rege Pactensis Episcopus nominatus anno 1679. ab Innocentio XI. electus est ex bullis datis Romæ 11. Kal. Februarii 1679. exscriptis Panormi 13. Febr. 1680. in offic. Proton. f. 18. Possessionem verò est adeptus 19. Februarii 1680. Ecclesiam S. Mariæ Agonizantium excitavit, cui omnia post mortem reliquit. Deiparæ cultor eximius, eidem regiminis sui directionem enixè commendabat. A cupiditate aliȩnus sacros Ecclesiæ proventus, non in suorum, sed in Ecclesiæ bonum erogare summoperè studuit. Dum prudentis, ac vigilantis Pastoris partes explere contendebat, mortalitatem exuit apud Ecclesiam suam 3. Aprilis 1681.

LVIII. MATTÆUS FATIUS Panormitanus Ordinis Prædicatorum S. T. Magister doctissimus, Sancti Officii Siciliæ Consultor, Censor, & Judex ordinarius, Prioris munere præfuit Cœnobis Panormitanis S. Dominici, & S. Citæ. Siculam Provinciam etiam rexit, & Generalem Ordinis definitorem egit. Ex nominatione Caroli II. Catholici Regis, ad Sedem Episcopalem Pactensem evectus est ab Innocentio XI. ex Bullis Apost. datis Romæ 7. Kal. Februarii 1682. exscriptis Panormi 10. Februarii 1682. Vicarium Generalem sibi delegit Vincentium Fatium nepotem. In regenda sibi tradita Ecclesia doctrinam, in rebus agendis dexteritatem, & justitiam, in elevandis pauperum ærumnis liberalitatem, in propugnandis Ecclesiæ juribus zelum, in vitiis eliminandis vigilantiam, in christiana disciplina promovenda sedulam adhibuit operam. Diœcesanam Synodum celebravit 30. Novembris 1687. quam edidit Panormi an. 1688. typis Jacobi Epiro. Episcopatus annuos proventus ad plura aureorum millia adauxit. Seminarii ædes amplificavit, ejusque alumnos philosophicis, & theologicis studiis erudiendos curavit. Demum

„ mum Pactis vitam laudabili fine conclusit 6. Septembris anno 1692. in cujus sepulchro hoc legitur epitaphium.

„ *Illustriss., & Reverendiss. Dominum Rev. D. Matthaeum Fatio Panormitanum ex ordine Praedicatorum Pactensem Episcopum, moribus, & vita integerrimum, scientia praeclarum, in Ecclesiasticis tuendis juribus inconcussum, in vitiis affigendis infractum, Praesulem undequaque perenniter recolendum marmor ipsum, & recondit emortuum, & immortalitati commendat. Ob. VIII. Idus Septemb. MDCXCII. Ætatis suae LXIII.*

„ De eo in Bibliotheca Sicula par. 2. fol. 57. nonnulla dedimus. Ipsum laudat Jo: Michael Cavalerius in libro; *Galleria de' Pontefici &c. Domenicani tom. 1. cent. 5. nu. 188. f. 661.*

„ LIX. JOSEP MIGLACCIUS nobilis Panormitanus S. T. D. Baucinae Principis filius, Abbas S. Mariae de Fico electus anno 1682. ad Episcopatum Pactensem evectus est an. 1692. ex nominatione Catholici Regis Caroli II. ex Bullis Apost. Innocentii XII. datis Romae 18. Maii 1693. executis Panormi 30. ejusdem mensis in offic. Proton. eodem an. f. 82. Romae consecratus 24. Maii, sedis possessionem est adeptus 7. Junii ejusdem anni. Vincentii de Neapoli Praedecessoris cadaver invisere curavit; ideoque reserato sepulchro mense Martii 1694. incorruptum, & odore fragrans invenit, cum adstantium insigni consolatione. Odoris suavitas per Ecclesiam effusa ad plures dies, Praesulis sanctimoniam confirmavit, & miracula tunc edita comprobarunt. Anno 1698. Joseph ad Metropolitanam Ecclesiam Messanensem transiit, ut in ea notitia diximus.

„ LX. FRANCISCUS GIRGENTI Panormitanus, Congregationis Oratorii Panormitani Sacerdos, natus 20. Maii 1639. ex Vincentio Girgenti Tribunalis Regii Patrimonii Praeside, S. T. & juris utriusque laurea insignitus claruit, Sancti Officii Siciliae Consultor, & Censor fuit, ut etiam Abbas S. Jacobi de Calo; bis Congregationi suae praefuit Praepositi munere, & Vicarium Generalem Ferdinandi de Bazan Archiepiscopi Panormitani laudabiliter egit. A Carolo II. Catholico Rege Pactensibus Episcopus donatus, ab Innocentio XII. electus est ex bullis apost. signatis Romae 11. Aprilis 1699. exscriptis Panormi 28. ejusdem in offic. Proton. eodem an. f. 109. Romae 12. Aprilis 1699. Dominica die Palmarum consacratus. Panormum regressus est primo Junii: exinde sequenti mense ad suam Ecclesiam se contulit, ut ejusdem regimini invigilaret. Plura meditabatur ad Ecclesiae bonum. Charitate in pauperes, benignitate in omnes eluxit. Exacto pastoralis curae biennio graviter aegrotavit: octavo morbi die cùm convaluisse se putabat, & è lecto tanquam sanus surrexisset, repentina morte sublatus est 25. Septembris 1701. in sua Cathedrali conditus. Canonicorum capitulum Sede vacante Vicarium delegit Antoninum Accardinum Archidiaconum.

„ Anno 1702. Pactensis Episcopus designatus est *Joseph Filingeri* nobilis Panormitanus S. T. D. filius primogenitus Principis S. Flaviae; vir morum sanctimonia, & virtutum splendore clarissimus, qui ut Deo solùm viveret, primogeniturae juribus se abdicaverat, clericalem militiam amplexus. Panormi Pauperum Refugium juxta Molem Panormitani portus excitavit, in loco, cui nomen *Sefontes*; & Congregationem Clericorum Conviventium fundavit, exinde in Siciliam diffusam. At vir eximius oblatam dignitatem constanti animo respuit. Obiit magna sanctitatis fama Panormi 5. Octobris 1704.

„ *Franciscus Giglio* nobilis Panormitanus, Ecclesiae Panormitanae Archidiaconus, qui Sede Vacante Vicarium Generalem ejusdem Ecclesiae egerat, ut etiam F. D. Joseph Gasch Archiepiscopi Panormitani, Pactensis Ecclesiae Episcopus anno 1703. fuit designatus. Sed & ipso aetate gravatus, onus pastorale subire noluit.

„ LXI. HECTOR ALGARIA nobilis & ipse Panormitanus, S. T. D. Parochus S. Nicolai de Albergaria, Synodalis examinator, & Monasteriorum Visitator, Pactensi Ecclesiae praeficitur ex bullis apostol. Clementis XI. datis Romae 18. Decemb. 1703. Panormi exscriptis 5. Januarii 1704. in Cancellar. Regia f. 183. Pactas appulsus 5. Martii 1704. pastoralis vigilantiae partes explere curavit, à morū integritate clarissimus. Obiit Jojusae 34. Julii 1713. Ejus cadaver Pactas translatum in Ecclesia Cathedrali sine sepulchrali inscriptione conditum est. At Petrus Galletti ejus successor & consanguineus hoc epitaphio Hectorem cohonestavit.

„ *Illustrissimi, & Reverendissimi Praesulis, D. Hectoris Algaria sacros cineres Illustrissimus, & Reverendiss. D. D. Petrus Galletti in hac sancta Pactensi Ecclesia omine felicissimo successor Episcopus, ipsique consanguineus, digniori sarcophago servandos voluit, & aeternitati lapidem P. Vixit in Pontific. an. 10. Obiit. anno Domin. 1713. 24. Jul. aetat. suae anno 66. & Mens. 10.*

„ LXII. PETRUS V. GALLETTI claro genere exortus in oppido S. Cataldi, de cujus generis claritate, muniisque gestis plura diximus in Catanensi notitia, ex litteris Caesareis Caroli VI. Imp. & Siciliae Regis datis Luxemburgi 12. Junii 1723. & Apost. Bullis Innocentii XIII. Romae signatis 30. Augusti ejusdem anni, exscriptis Panormi 25. Sept. ad Pactensis Ecclesiae sedem evectus est. A Cardinali Albaro Cienfuogos consecrationis beneficium 5. Sept. accepit, & 27. ejusdem mensis Ecclesiae possessionem est adeptus. Panormum regressus, & à Senatu Panormitano, Capitulo Cathedralis Ecclesiae, & dynastis veneratus, pluries de licentia Ordinarii Pontificalia exercuit: nonnullos Ecclesiasticis ordinibus initiavit, & Ecclesiam S. Mariae Pietatis Monialium Ord. S. Dominici solemni ritu consecravit 20. Novembris 1723. Pactas adiit 6. Decembris ad magna paratus,

„ ut

„ ut Ecclesiam per decennium viduatam in- A
„ stauraret. Vicarium sibi delegit P. D. Caje-
„ tanum Pilum Panormitanum Clericum Re-
„ gularem. Episcopium vetustate penè colla-
„ psum magno sumptu restituit, & ædium ac-
„ cessione, ac ornamentis ad splendidiorem
„ formam redegit. Clericorum Seminarium
„ jam deletum sedula instauravit cura, & ip-
„ sius Scholas firmavit. Cathedralem Eccle-
„ siam ab antiqua venustate collapsam, squali-
„ damque, magno sumptu marmorata calce,
„ historiis, emblematibus graphicè depictis, B
„ ornavit; in eaque divi Antonii Patavini Sa-
„ cellum, cum ejusdem statua noviter excita-
„ vit. Maximam aram statuis ex ligno sculptis,
„ ac deauratis splendidiorem reddidit; eique
„ gradus ex diversicolori marmore addidit.
„ Præsulum prædecessorum sepulchra, olim
„ inordinata composuit: quatuor de novo ex-
„ truxit; aliaque pro viris, fœminis, Cleri-
„ cis, & pueris scorsim effecit. Exteriores etiam
„ templi parietes, ædesque Canonicorum in-
„ stauravit. In Canonicorum sepulchro hæc C
„ apposita inscriptio.

„ *Quorum cor unum, & unus Chorus, ac*
„ *sub uno Capite Capitulum faciebat, vasa lutea,*
„ *& moritura, sub marmore hoc ad ultimam vo-*
„ *cem digniori humo servari jussit Illustrissimus,*
„ *& Reverendissimus D.D. Petrus Galletti Episc.*
„ *Pact. Ecclesia instaurator, ac vindex: ad cu-*
„ *jus munificentia gratam memoriam, dum vi-*
„ *xerit unum salve; post funus unum deprofun-*
„ *dis, se quotidie recitaturos capitulariter omnes*
„ *decrevere Ann. Dom. MDCCXXV.* D

„ In alio Mansionariorum hæc legitur.

„ *Capellanorum, & Vivandesiorum Cathe-*
„ *dralis hujus, quorum animas Charitatis vin-*
„ *culo nexas aeternitas habet, temporales cineres*
„ *Illustrissimus, & Reverendissimus Dom. D. Pe-*
„ *trus Galletti Pastor piissimus lapide hoc clau-*
„ *dendos voluit, Anno vita MDCCXXV.*

„ Vincentii de Neapoli (è cujus sorore noster
„ Episcopus suam traxit originem) corpus in
„ decentiorem locum transtulit. Urbis Pacten-
„ sis visitationem aggressus, malis exortis, ob E
„ longam Ecclesiæ viduitatem, eliminatis,
„ multa ad Ecclesiarum, animarumque bonum
„ decrevit. Diœcesim exinde eadem sedulita-
„ te, parique beneficio perlustravit. Sacras
„ Missiones per totam diœcesim peragendas di-
„ rexit. Sacra supellectili Cathedralem exco-
„ luit. Theologalem præbendam instituit, &
„ ad eamdem provexit Josephum Arlottam Ec-
„ clesiæ Pactensis Canonicum.

„ Panormi in Ecclesia Ss. Salvatoris de li-
„ centia Ordinarii 66. altaria portatilia conse- F
„ cravit 28. Novembris 1723. Præfuit Regni
„ Comitiis Panormi coactis 20. Junii 1728.
„ Nonnulla Sanctorum officia recitanda in
„ diœcesi Pactensi obtinuit à S. R. C. præsertim
„ S. Cataldi, & S. Agrippinæ 15. Julii 1724.
„ Expectationis Partus B. Mariæ Virginis 10.
„ Martii 1725. & S. Rosaliæ 21. Martii 1729.
„ Eodem anno ad Catanensem Sedem transla-
„ tus est, ut in ea notitia diximus. Nunc
„ Pactensis Ecclesia hoc anno 1730. vacat.

AUCTARIUM SACRUM

Ecclesia, & Diœcesis Pactensis.

§. 1. PActensis Ecclesia D. Bartholomæo Apost. sacra, cujus dedicatio 25. aug. celebratur. Reliquias SS. habet *de Lacte B. Virginis, de Ossibus Bartholomai Ap. & de Costula S. Blasii.*

§. 2. Metropolitanæ Messanensi suffragatur. In Comitiis Regni ejus Præsul septimo sedet loco. Dominus est in temporalibus cum mero, & mixto, (ut vocant) imperio, Oppidorum Brizorum, Giusæ, & duarum partium Salvatoris, alia vero pars juris est abbatissæ oppidi S. Marci. Præsentatur à Reg Hispaniarum Jure Regni Siciliæ. Parvam habet diœcesim.

1. *Pactensem Civitatem*, cujus lares sunt 1759. incolæ 6642. Parochiæ vero, prima *D. Bartholomai Apost.* in cathedrali instituta ab episc. Bonaventura Secusio. 2. *S. Hippolyti*, cujus Rector, & 16. capellani habent unc. 194. societas *SS. Sacramenti* unc. 28. 6. de aliis infrà. Diœcesis

§. 3. Annui Ecclesiæ hujus proventus sunt sc. 12344. 1. 10. sed ex nova relatione unc. 6002. Onera verò. Pro divino cultu, & Canonicorum alimentis scut. 950. Proventus annui.

Pro cera, & oleo sc. 150.
Pro ecclesiæ fabricis, & ornamentis sc. 450.
Pro Magistro scholæ sc. 30.
Pro organista sc. 30.
Pro seminario sc. 625.
Pro expensis sacristiæ sc. 50.
Pro Archiep. Messan. metropol. sc. 1000.
Pro dandis Regiis sc. 678. 3. 17.
Pro dandis deput. Regni sc. 505. 4. 16. sive unc. 1134.
Acceptum ergo sc. 12344. 10. 1.
Datum sc. 4864. 3.
Reliquum sc. 7479. 10. 10. seu unc. 4877. 12.

§. 4. Porrò hæc Pactensis ecclesia ab initio Regularis ordinis D. Benedicti fuit, & canonici uti verè monachi communi mensa, laneoque habitu utebantur, ut declaravit etiam pp. Gregorius XIII. ex dipl. 22. octob. 1580. in tab. eccl. Pact. & referunt Gilibertus Episcopus in sua diœcesana Synodo, & Franciscus Puteus in sua reg. Visit. in Offi. Conserv. anno 1582. Cardinalis autem Matthæi nomine sacræ congreg. Card. perscripsit, quod si il canonici spontè laneis uti velint subuculis, id agant, secus ad id non cogat episcopus idem Gilbertus. Eorum habitus in choro, & per urbem rocchectum, & mantilectum nigri coloris erat usui. Habitus Canonicorum.

Sunt quatuor dignitates 1. *Prioratus.* 2. *Archidiaconatus.* 3. *Cantoria.* 4. *Thesaurarius*, seu *Sacrista Majoris*, & VIII. Canonici Monachi, uti in sua regia visitat. an. 1557. retulit Jacobus Arnaldus. Dignitates.

1. *Prioratus* est prima dignitas post Pontificalem, quæ initio ad nostra tempora solùm Canonicis Monachis conceditur. Hic, & ex tribus canonicis regularibus ab episcoco unc. 30. quilibet habet, & unc. 30. pro obsequio illorum, item idem prior alias unc. 11.

2. *Archidiaconatus*; ad quem aliquando hos monachos, aliquando presbyteros sæculares promotos esse video, uti hodie observatur. Anno enim 1361. *Simon Maniscalcus* Canonicus Regii Palatii Pan. erat *Pactensis Archidiaconus*, ac Beneficiarius Castelli Montis Albani ex lib. prot. anno 1355. litt. B. fol. 27, ita & an. 1500. presbyter sæcularis, & an. 1529. *Lopes de Ruiz de Contreras*, cui succedit *Bernardus Grancius*, post cujus obitum ab Episcopo Arnaldo 3. sept. XI. ind. 1537. confertur *Francisco Abbaza Majorcensi* ejus Vicario. Tandem post obitum Nicolai Proto protonotarii apost. ob eam caussam hæc dignitas fuit reservata sedi apost. ab Urbano VIII. datur *Francisco Corsello Abbati S. Luciæ de S. Philippo*; ob cujus resignationem ab eodem pont. confertur *V. I. D. Martino Cortulillo Pact.* obiit die 25. aprilis 1636. gladiis confossus à suis nepotibus; cui sufficitur à pp. Urbano VIII. *Jacobus Mangialardi Pacten.* provent. unc. 46. & unc. 20. ab Episcopo, & ejus dignitatis proventus annui sunt scut. 150. Tertia *Cantoria*, & 4. *Thesaurariatus*, deficientibus monachis, defecere. Anno 1602. decedentibus duobus Canonicis regularibus, duo sufficiuntur presbyteri sæculares ab Episcopo Secusio, eo animo, ut soli constituerentur sæculares, extinctis monachis. Anno 1629. post obitum regularium, Episcopus Neapolis sex adjunxit sæculares, quos canonicos appellari voluit, sine tamen præbenda, habituque Canonicali, & singulis attributi sunt ex proventibus, qui olim solvebantur, aurei quinquaginta, item & octo Capellanos, quorum primus *Capellanus Major* dicitur, ex iisdem redditibus, cuilibet aurei 45. vel 40. iique tenentur in Cathedrali, atque Parochiali ædibus & administrare Sacramenta, & interesse horis Canonicis. Sunt etiam quatuor sacristæ, quorum unicuique dantur unciæ novem; sex clerici, quibus dantur ab episcopo proventus, & merces unc. 14. 12. presbytero sæculari œconomo unc. 20. („ Extinctis Canonicis Regularibus, Episcopus Vincentius de Neapoli capitulum in sæcularem statum redegit ex tabulis Placidi Tinghini 4. Junii 1648. ac quatuordecim Canonicos instituit, inclusis quinque dignitatibus, nempe 1. Prioris 2. Archidiaconi 3. Cantoris 4. Thesaurarii 5. Archipresbyteri, cui animarum cura demandata est. His addidit sex Capellanos, tres choristas, & quatuor sacristas. Post Vincentii Præsulis obitum hanc sæcularizationem confirmavit Innocentius X. ex bulla data Romæ 24. decemb. 1649. exscripta Panormi 27. Sept. 1653. eamque integram habes in synodo Episcopi Fatii sess. 4. decr. 2. n. 15. f. 158. Canonicorum insignia sunt Mozecta, & Rochectum. Numerus Capellanorum, qui choro inserviunt, sex erant ex institutione & bulla: ac Episcopus los Cameros alios novem adjunxit, & 26. Augusti 1659. quindecim easdem capellanias in perpetua beneficia erexit: duo primi horum Capellanorum sunt Subcantor, & Magister Cæremoniarum.)

Canonici.

§. 5. Celebris est hæc Pactensis urbs ortu *D. Trophimæ*, seu *Triphomenes V. & M.* quæ passa est sub Imperatoribus ecclesiam persequentibus anno circiter 304. die 5. novemb.[a] & de ea in quodam m. s. apud Antonium Caracciolum cler. regul. in f. 88. hæc leguntur. *Hæc verò Sancta Tryphomenes virgo origine Sicula, fuit à Pacta urbe, ut Boluit. not. vide Frecciam lib. de subf. cap. de civit. Regni fol. 81. quòd Suardus Princeps Neapolis tyrrheni æquoris insulas, Ausoniaque universa loca circumiret, & quotquot corpora Sanctorum invenire posset, Beneventum cum debito honore deferret. Cùm Amalphitani cernerent talia, & metuerent, ne propria carerent patrona, scilicet S. Thryphomenes corpore, quod in portu Reginella illo tempore tegebatur: plebe jam ducta in consilium decreverunt, ut illud in Amalphium transferretur. Sicque factum est. Nam dantibus operam majoribus natu Amalphitanorum, antequàm ipsa civitas ab inclyta gente Longobardorum desolaretur, ablatum est à propria aula, ubi erat nativa pinus, & cum ingenti honore Amalphiam delatum, atque in ecclesiam B. Virginis Mariæ ejus sacrum corpus Amalphitani honorificè collocaverunt.* Hæc ibidem. Ejusdem Sanctæ translationis, ac miraculorum celebris est memoria in Minora Promontorii Minervæ, ut notat Marius Conradus. Sed Cajetanus in sua idea fol. 30. ait: *Triformia, & Febronia apud Pactenses commemorantur. An Triformia, eadem, quæ Triphima, aliis Trophimine? Febronia verò diversa à Trophima, cùm diversus sit utriusque natalis dies? attamen nihil statuo, ab aliis requiro.* Item & *S. Febronia V.* cujus festus dies apud Pactenses 23. junii[b] celebratur. Ædes uncias habet 37. („ De S. Febronia sive Triphomena consule Cajetanum to. 1. SS. Sicul. f. 131. Ejus festum Pactenses, qui civem suam fuisse non ambigunt, peragunt 5. Julii quando passa est; & 25. Junii pro liberatione à peste an. 1500. Plures Pactenses ejus vitam scripsere, nempè Placidus Agitta ord. Cler. Reg. Minist. Infirmis, Philippus Pisciotta junior Canonicus Pactensis m. s. Franciscus Protus etiam Pactensis Canonicus m. s. nunc eamdem eruditione refertam scribit Blasius de Benedictis Pactensis ord. Cler. Reg. Min. Infirmis. Ughellus in Ital. Sac. to. 7. f. 282. historiam Inventionis & Translationis ejusdem in Minorensi urbe edidit ex codice Minorensi. Addit & Nicolaus Coletus ibidem f. 319. ejus vitam evulgasse Joannem Bap. de Afflicto Dominico Mennæ Episcopo Minorensi dicatam: is enim præsul plurimum insudavit apud Romanam curiam pro ampliando S. Triphomenæ cultu.) III. Eccl. Paroch. *S. Michaelis Archangeli*, cujus Rector & 7. Capellani unc. 66. sacellum SS. Sacramenti unc. 8. IV. *S. Nicolai* cujus Rector unc. 68. 27. cum octo presbyteris. *Domus Hospitalis* unc. 213. 23. hospitale peregrinorum in æde *S. Mariæ Consolationis* unc. 12. („ Hic Societas pro morti damnatis excitata. Est unita Societati Albatorum Panormi, & Societati, quam *degli Azzurri* Messanæ vocant. In ea nonnisi nobiles admittuntur.) Mons Pietatis in æde *S. Blasii* unc. 18.

[a] ex m. s. eccl. Pan. & Minoritan.

[b] ex monu. eccl. & Cajet. in idea fol. 90.

Abbatiæ.

Abbatiæ juris ecclesiæ Pactensis. Prima *D. Mariæ de Palatio*, seu *de Palatiis* secundo lapide a Thusa, in feudo ditionis Episcopi, quod

d edit

dedit Rex Rogerius, ut suprà an. 1134. f. 393. ibi multa pervetusta monumenta leguntur secus majorem portam in pariete,& prope gradus, quibus ad aram majorem ascenditur, eaque apud Gualtherium in antiq.tab.Sic.fol.46.leges. Ordinis erat Benedictini; & ad nostra tempora duo ibi cœnobitæ degebant; nunc uti simplex beneficium ab Episcopo anno 1632.collatum est Vincentio Agnello Thusensi.

2. *S. Maria de Mallimachi ord.S.Basilii* olim, juxta oppida Salvatoris, & Castaniæ, cujus collationem ad se spectare contendebant Archiepiscopus, & Archimandrita[a] Messanenses, sed præcipui juris est Episcopi Pactensis, ut legere est in tabulis litis inter eos in archi. Mon.. Invenio tamen anno 1526. à Rege datum *fratri Jacobo Perrono Basiliensi*, qui fuit etiam Abbas S. Marinæ de Castania.

a vide in not. de suffrag. Archim. Mess.

3. *S. Marina de Castania Basilian. ord.* olim collationis Antistitis Pactensis fuisse an. 1466. 4. ind. lego in tabulis secret.apud Reg.Canc.ita etiam testatur Franciscus de Puteo in regiis visit. an. 1583.[b] sed eodem an. 1466.jurispatronatus Domini oppidi Castaniæ, nostris vero temporibus ab Archiepiscopo Messanensi, in cujus continetur diœcesi, confertur, ut in Not. Mess. eo loco dicemus.

b apud Conserv. Regal.

4. *S. Maria de Furio* in oppido Brizorum, ab eodem Pact.Antistite confertur, uti an.1635. *V. I. D. Benedicto Flori* civi & can. Pactensi, cujus proventus sunt nunc unc. 7. 25. templum ruinæ proximum cum alio Benef.*S.Mariæ deCarmino* in agro Pactensi dicta *delli Murcri* unc.6. Ecclesiæ annexæ. 1. *S. Maria de Tindaro* à Pactis ad b. m. p. recedens templum pervetustum; ubi prostrata cernitur antiqua *Tyndaris* urbs[c], & solum legimus infra iconem B. Virginis miraculis celeberrimæ, litteris jam adesis *Minorico*... *P.. Antonio*... ubi ante Saracenorum tyrannidem sedes fulgebat Episcopalis, de qua latius nos in lib.2.*de Præsulatibus deperditis* Not.V.Nostra verò tempestate id templum pietate accolarum frequens, & nobilissimum, ab Episc.Neapoli annuis unciis 110. auctum est. Tres olim canonici Regulares in eo officia divina celebraverant. Sed ab an. 1628.pastorali sollicitudine ejusdem Præsulis fundata est Congregatio Oratorii S. Philippi Nerii, rem promovente S.T.D. P. Gregorio de Xacca viro pio, & docto nunc Vicario gen. hac tamen adjecta ab Episc.pactione, ut saltem 6. sacerdotes, & duo laici ejusdem Oratorii inservirent. Nunc novem cum unc. 125. 3. intersunt.

c vide Pen. & Capibr. eccl. f. 184. I

Congregatio Oratorii.

2. *Sacellum S. Petri* nuncupati *della Xumara* in agroCastrinovi.Vide not. Agr.deCastronovo.

3. *S. Bartholomæi* in feudo ejusdem nomini in territorio Mazaræ.

4. *S. Laurentii* prope oppidum Carinis Mazar.dioec.

Franciscani.

1. *Minorum Convent. S. Francisci* cœnobium extra mænia anno 1222.vivente eodem Francisco Patriarcha constructum est[d]. Hic D.Antonius Paduensis operatus est miracula, & monumenta reliquit suæ sanctitatis; hodie verò antiquitate quassatum ruinam minatur. Hujus loci filius fuit *M. F. Franciscus* cognomento *Musca* ob ingenii lumen, & in disputando acumen ubique, sed præsertim in Conc. Trirer.celeberrimus fuit. Hodie in media urbe Fratres 8. cum unc. 144.

d vide suprà.

2. *Minores Observ.* in *S. Maria de Jesu* an. 1487. („ 1478.ex Wadingo Annal.t.7.an.1478. „ n. 75.) 7. maji[e]. Anno verò 1627. *Reformati*; inter eos floruit *F.Franciscus Marsiglia Pact. S. T. Lector*, à Secretis Commissarii Generalis ordinis Fratris Benignis Januensis à Panor. Definitor Provinciarum Italiæ. Item *F.Timotheus Constantius* à Confessionibus Marci Antonii Columnæ Proregis, atque *F. Ignatius Pisanus* S. T.M.sui ordinis bis minister provinc.fratres 12.

e Ex hist. Seraph.

3. *Minores Observ. Refor.* in *S.Antonini* an. 1635.opera Episcopi Neapolis. fratres 10.

4. *Capuccini* in *S.Maria* ad p.500. ab urbe an. 1562.Hic vitæ sanctitate claruit an.1572.*F.Augustinus à Pactis*[f]. Item & *Hieronymus à Pactis* tertii ordinis, qui cum 24.annis,in Gibilmannæ conventu suum fratribus ministerium exhibuisset,in eo tanto mentis candore, vitæ innocentia, simplicitate, humilitate versatus est, ut perfectum virtutis exemplar præseferret. Castitatis acerrimus tam propugnator fuit, ut mulieres illum ad turpia allicientes, non semel fugaverit, tandem sanctimonia clarus obiit,& apudCapuccinos sepelitur, cujus post mortem corolla pleraque miracula parantur.[g] 3. *F. Petrus Pactensis Novit.* mentis puritate, animi simplicitate, omniumque virtutum studio præclarus, anno probationis necdum peractoß.Virginem sibi in morte occurrentem his verbis: *o dulce bonum meum, o unica spes mea, o virgo beatiss. ter, milliesque benedicta, jam me in sinu tuo suscipe*, excepit anno 1600.ex Chr. Capuc. tom. 2. f. 654. num. 25.

f ex hist. Capucc. fol. 715.

g Ibidem n. 2. an. 1596. n. 51.

Hic olim fuisse *Præceptoriam ord.S.Jo. Hieros.* cujus ædes prostrata visitur, leges in libris Cancell. apud Capibr. eccl. f. 229.

Commenda S. Jo.

Item fuit *Prioratus S. Spiritus* subjectus Archihospitali S. Spiritus de Saxa in urbe, sed processu temporis, & jura,& titulum amiserat. Anno tamen 1635. F. Philippus Bolognesi Panorm. ex ordine Eremitarum Reformatorum, in quo vocabatur F. Simon, facta à Pont.facultate, electus est prior S.Spiritus Pactensis, cùm prioratum illum Andreas Bolognesi, & Francisca de Joanne parentes F. Philippi annuis aureis 100. pro ecclesia ipsa, & duobus pro Archihosp.Romano ratione recognitionis dotarunt,servato tamen suæ familiæ jure præsentandi Priorem; ut constat ex litt. Stephani Vaji Utr. sig. Referend. Secret. prot. apost.præceptorisque ejusdem Archihospitalis datis Romæ 1.novembr.3.ind.1635.Urbani VIII.an.13.exscriptis.in secret. Regni an. 1636.

Monasterium *Clarissarum* sub tit. *S. Februniæ* pervetustum est,in eo hodie 77.sorores cum unc. 781. 11. degunt.

Præsules. 1. *V. I. D. Blasius Proto Archiep. Messan.* ab an. 1625. In notitia Mess.

De Præsul. & script. Pact.

2. *F. Antonius Stabilis civis & Episc. Pactens.* ab an. 1431.

3. *Lucianus Russus* primùm *Episc. Juvenatii*, anno 1589. *Mazarensis*[h].

h In ea not.

4. *V. I. D. Franciscus de Elia, & de Rubeis* ab anno 1639. *Episc. Syracusanus*.

Scriptores 1.*Franciscus deVita Polintius Franciscanus de civitate Pactarum olim Tyndaris* scripsit

psit de Justificatione lib. 1. de Confessionis vetustate codicillum, & de Eucharistica veritate contra hæreticos, & hæreses hujus temporis impr. Venetiis ann. 1598. claruit maximè in Concil. Trident. & apud Petrum Aragonium Card. & Archiep. Panor. lege Henricum Vuillet Belgam, & hist. Seraphic. Tusignani l. 3. f. 315. Hunc putant, sed falsò fuisse Episcopum Cephalædensem.

2. *Franciscus Siculus Pact. Minorita* typis dedit Antvverpiæ de orbis situ, & descriptione, dicavitque Archiep. Panor.

3. *Jo. Martinus Gaglio S. T. & Artis Med. D.* scripsit de semine, de febre maligna, de puerperiis, & enixis, plurimaque consilia medica. Obiit anno 1626.

4. *F. Antonius à Pactis Minorita Obser. Refor.* edidit de Hierusalem Triumphante sermones. („ Super Regulam Reformatorum, & de Purgatorio, & Inferno. Consule Biblioth. Sic. to. 1. f. 71)

Oppida. Secundum Diœcesis oppidum *Goiusa Guardia* anno 1366. à Vinciguerra de Aragonia conditum, ob cujus filii Comitis Bartholomæi rebellionem ditionis fuit Regiæ, & Ecclesiæ Pactensis (lis pendet) cum laribus 538. & accolis 2120. habet Eccles. Paroch. *D. Nicolaa Episc.* sacram; hujus antiquitatem docet quædam ædicula *S. Nicolai de Monte*. Hic sacræ Reliquiæ *Hiacynti*, *Ursula*, *& Rosalia V.* Jura Archipresbyteri unc. 24. 23. sexdecim Capellanorum unc. 138. Item & *Patres Oratorii S. Philippi Nerii* in *S. Maria de Jardino* ab oppido ad triplicem lapidis jactum, Virginis marmoreum signum miraculis clarum, festum solemni ritu, & processione 5. augusti celebratur: primi patres fundatores anno 1610. Mense Novembr. fuere S. T. D. Dominicus Ferlaci, Gregorius Xacca, Petrus Pisano, & V. I. D. Antonius Scirotti, ope Episcopi Neapolis primum benedicentis lapidem, nunc patres 5. cum unc. 98. 16. („ Hodie hæc „ congregatio extincta ex Synodo Pactensi Ep. „ Fatii ses. 4. decr. 4. f. 230.)

III. *Brizorum* anno 1380. circiter à Comite Bartholomæo de Aragonia exædificatum [a] cum laribus 324. & incolis 1241. nunc juris Ecclesiæ Pact. habet eccl. Paroch. *S. Michaelis Archangeli*; ejus Rector, & Capellani unciar. 45. 2. *Carmelitæ* nunc fratres 3. cum unc. 34. in agro oppidi degunt.

[a] Vide supra ad ann. 1398.

IV. *S. Salvatoris* Castellum anno 1094. dedit Comes Rogerius Ecclesiæ Pact. cujus lares sunt 504. oppidam 1724. ædes. Parochialis *S. Salvatoris*; ejus jura sunt unciar. 88. 13. Archipresbyteri unc. 12. undecim Sacerdotum à populis unc. 51. hæc ædes, 2. *S. Catherina V.* 3. *S. Margarita*. 4. *S. Maria de Jesu* jure medii oppidi subiiciuntur Episcopo Pact. *Minores Conv.* sunt 4. cum unc. 33. nunc hospitium hoc suscepere. 5. *Capuccini* ab ann. 1586. ex his *F. Constantinus à Salvatore* jugi orationi deditus, ita ut in ejus facie sæpius splendor clareret, dum coram Eucharistiæ Sacramento preces funderet, Athanasium Capuccinum Randacensem, splendidam è cœlo ad se venientem columbam anno 1582. conspexit. Pluribus ægrotis crucis signo sanitatem confert. Obitum suum anno 1586. in Fracanensi Conventu Siciliæ prænuntiat. Ex Chron. Capuc. tom. 2. eo ann. fol. 202. n. 47.

Moniales *Benedictinæ* ab ann. 1403. in S. *Bartholomai* sunt 18. cum unc. 137. 22.

(„ *Thomas* ord. Præd. ex oppido S. Salvato„ ris *Episcopus Minorensis* an. 1512. Ex Ughel„ lo tom. 7. Ital. sac. f. 313.)

V. *Regia Montanea* Casale, cujus Parochialis Ecclesia *D. Maria Nova* est sacra, & annuis unc. 50. dotata, Archipresbyter cum 22. Sacerdotibus à populo unc. 32. 12. exigit. Alia est *D. Annuntiata* dicata, ejus Rector unc. 30.

VI. *Surrentinorum* ruralis, parochialis ecclesia *D. Nicolai*; Rector cum sex Capellanis ab incolis habet unc. 21. 9.

Memoriæ revocandum existimavi, quod P. Octavius Cajetanus in sua Idea operis [b] impr. Panormi an. 1613. testatur: *Terramotu scilicet qui in Christi morte extitit, intercissus Mons Saturnius, Messanam inter & Tauromenium: eodemque fortassis motu, media Tyndaris abrupta est*. Eaque in mari oppressa adhuc prospicitur. Id his affirmat verbis Cl. Marius Aretius de situ Siciliæ imp. Mess. ann. 1537. *Heliconis superato ostio Tyndaris urbs in parvo tum sita tumulo mari imminebat: nunc penitus eversa, quam à Tyndaro Leda patre conditam ferunt. Tyndarum hodie locum vocant: diva Maria ubi ædicula, ac nundina anniversaria celebrantur, antiquitatis monumentum*. In ea urbis parte in colle sita suam habuisse cathedralem sedem episcopum Tyndaritanum credimus, eamque Pactas pòst nomen recepisse contendunt plures.

[b] 1613.

(„ De civitate Tyndaritana, & Deiparę vir„ ginis simulacro miraculis claro lege Cajeta„ num tom. 2. SS. Sicul. f. 287.)

IN PACTENSI DIOECESI

LARES, ANIMÆ, OPPIDA, ABBATIÆ, MONASTERIA, *Religiosique sunt.*

Lares numero 2930. animæ numero 11827.

Civitas *Pacta* tantùm.

Oppida III. *Giusa Guardia*, *Brizium*, *& Medietas* S. Salvatoris.

Casalia, seu Rura II. *Regia montanea*, *& Surrentinorum*.

Abbatiæ IV. S. *Maria de Palatiis*, S. *Maria de Mallimachi*, S. *Marina de Castania*, & S. *Maria de Furio*.

Prioratus II. *Ecclesia Cathedralis*, & S. *Spiritus*.

Ædes Oratorii S. Philippi Nerii II. S. *Maria de Tyndaro Pactarum*, & S. *Maria de Jardino Giusa* cum 12. patribus.

Franc. Conv. II. *Pactarum*, & S. *Salvatoris* cum frat. 12.

Franc. Observ. I. *Pactarum*. cum fr. 14.

Franc. Reform. I. ibidem cum fr. 15.

Capuccinorum I. ibidem cum fr. 12.

Carmelitarum I. *in Brizio* cum fr. 3.

Monialium Bened. I. *in S. Salvatore* cum monial. 18.


Monial. Franc. I. *Pactarum* cum sororibus 77.

ROCCHI

ROCCHI PIRRRI,

Abbatis Netini, & Regii Historiographi,

CEPHALÆDITANÆ ECCLESIÆ EPISCOPALIS NOTITIA QUINTA.



ILLUSTRISS.MO ET REVERENDISS.MO DOMINO

D. PETRO CORSETTO, CEPHALUDENSI EPISCOPO, SICILIÆ GUBERNATORI AMPLISSIMO

ABBAS D. ROCCHUS PIRRUS S.



Ullum me tuæ amplitudini munus (Illustrissime Præsul, & Gubernator) nunc offerre, sed abs te accipere velim existimes, dum brevem hanc historiæ meæ partem de his Præsulibus, qui longo ordine ad tuæ Ecclesiæ gubernacula adsederunt, tuo inscriptam nomini in lucem hominum profero. Tuus enim animus ab omni honoris ambitu alienus, jam majora fugere assuetus, non amat inanem hanc gloriam, quæ grandioribus inscriptum characteribus nomen tenui præfigit papyro, majora nempe, ac diutiùs duratura tua tibi virtus spondet gloriæ monumenta; mihi verò quàm commodissimè obtigit, ut te potuerim inter gravissimos tuæ Ecclesiæ Antistites recensere. Cùm enim historia humanæ vitæ sit speculum, in quo dum aliorum mores lector intuetur, suos, si sapit, ad rectæ rationis amussim conformabit, gaudendum profectò mihi est, quòd in meis Notitiis, quæ historiæ quoddam veluti rudimentum sunt, & apparatus, te, tuosque honores, & mores potuerim posteris ad vir-

tutum

tutum studium commendandum proponere. Vidimus enimverò in plerisque præclaris viris virtutum laudes non contemnendas, sed eas sæpe dejectas, honoribus vel nullis, vel admodùm exiguis exornatas doluimus: suspeximus aliquando in aliis dignitates, ac magistratuum honores, sed quamvis virtutum specie commendarentur, incertum tamen erat, an eos honores virtus peperisset, an iis illa jam aliunde comparatis accesserit: te verò unum admiramur omnes honorum gradus decurrisse, nec alio te usum aut in acquirendis duce, aut in confirmandis patrono, quàm singulari morum integritate, moderatione animi in prosperis, constantia in adversis, pietate, innocentia, justitia laude, adblandiente denique virtutum omnium gratia. In te profectò celeberrimum illud humanæ vitæ salutare pronunciatum, honor umbra virtutis est, suæ veritatis dignitatem à plerisque oppugnatam, egregiè tuetur: quid enim (Præsul, & Gubernator Illustrissime) te ad tot honorum fastigia evexit, quot bene longo catalogo in tuæ vitæ breviario, sub hujus Meæ Notitiæ finem vix potui comprehendere? non te veteres, aut novæ amicitiæ, non cæcus fortunæ impetus, non pretiosa dona, non magnificæ sponsiones, non suscepta vitæ pericula, non ambitus sustulere. Numquam sanè in toto tuæ vitæ curriculo major, sed melior fieri curasti; in vario ætatis flexu idem semper, tuique semper similis fuisti; virtutes tuæ, quas in te nunc admiramur, non sunt novæ, nec in te sene adolescunt; te senectus prudentem, aut temperantem non effecit, sed invenit; virilis ætas tuo animo constantiam non attulit, sed ab adolescentia accepit, quod tueretur, & ad senectutem transmitteret; Ecclesiasticæ denique dignitates non pietatem in te excitarunt, sed à sæculari statu delatam amplificarunt. At jam sentio meam hanc epistolam, si fortè ad tuas veniat manus, multum tibi molestiæ allaturam, quæ tua est modestia, animique moderatio in tuis laudibus respuendis. Sed, ut dicebam (Illustrissime Præsul) non hæc ego scripsi munusculum oblaturus, sed accepturus; accipio verò dum per me posteris exemplar objicitur, ubi addiscant, virtutis viam ad honores esse tutissimam, tibi verò, ut quidpiam tuæ modestiæ deferam, id nunc solùm indulgeo, ne plura ad tuarum commendationem virtutum aggeram, quamvis posterorum incommodo id fiat. Nunc enim satis nobis est, quod fama celebrat, experientia testatur, & in omnium oculis, ac luce geritur. Aditus ad te cunctis patet, quæ tua est humanitas, quicumque tandem veniat sive cùm velit, sive cùm potest: tam assiduè inter innumeras interregni difficultates res Siciliæ curas, ut quod credi vix potest, non tu caussis, sed tibi caussæ desint, quas dirimas; nulla tibi effluxit hora, quæ sit beneficio sterilis, nulla, quæ sit laude vacua. Quarè (Præsul Illustrissime) id te unum oro, ut quâ facilitate, & patientiâ aures præbes omnibus, qui ad te accedunt, eadem & meam hanc Notitiam excipias, & siquid molestum hæc epistola afferat, ut aliis per te mihi prodesse liceat, patiaris. Vale, ac diu felix vive. Panormi *Kal. Februarii* 1641.

CEPHALÆDIS, cui urbis *placentis* agnomen A additum est, à capite, quod Cephalen Græci appellant, nomen traxit, quippe in præruptæ rupis olim vertice sita erat, atque littus illi rupi subjectum, in quo nunc extructa est, in mare longius procurrit. Frequens illius apud scriptores [a] mentio est; & antiquitatis, ac nobilitatis vestigia facilè reperies. Sacerdotii Maximi dignitatem, teste Cic. 5. in Ver. habuit. Saracenis Siciliam tenentibus circiter an. sal. 868. *Cephaladii Præsulem* invenio, Niceta auctore, inter duodecim Episcopos, qui B cum S. Ignatio Patriarcha Constantinopol. adversus impium Photium Pseudo-patriarcham fuerunt in Synodo VIII. Constant. act. 3. Sub Leone quoque Imp. cui Sapientis, seu Philosophi nomen dederunt, Antistiti Syracusano cum cæteris Siciliensibus Episcopis *Cephaladensem* subjici lego apud Miræú l. 2. f. 115. Ceterum de hoc Præsulatu nihil præterea ad meas pervenit aures: nec in sacris Conciliis, aut apud ecclesiasticos scriptores est aliquid antiquius invenire. Illud verò certissimè constat Cephalædem temporum C injuriis affectam, exiguum oppidum evasisse; donec à Rogerio primo Siciliæ Rege in augustiorem formam redacta, & Episcopali honore nobilitata, celebrior redderetur. Hic enim cum anno primo sui Regni tribus cum navibus [b] Neapoli in Siciliam solvisset, circa Salernitanum pelagus sæva oborta tempestate, duos dies incerta navigatione periclitans, Deo spopondit, ut ad quod primò littus incolumis appulisset, ibi templum omnium Servatori, & Apostolis sacrum se conditurum, ac paulò pòst secundo flante vento, evitatoque naufragio, die Transfigurationis Domini in Cephalædis sinum se recepit; mox ad ipsius rupis radices, quæ maris fluctibus alluuntur, D. Georgio [*] sacram ædem construxit, & ad rupis angulum novæ construendæ Civitatis, & in ea Sanctiss. Salvatori templi ex voto erigendi consilium cepit. Quod celeberrimum quidem maximis columnis è veteri templo comparatis, ac musivo, & vermiculato opere exornatum condidit, ac Episcopali dignitate exornavit. In eo epigraphen hanc legimus:

Hoc Sacrum Templum a pio Rogerio primo Siciliæ Rege ab anno MCXXXI. ad MCXLVIII. fundatum, ornatum, dotatum fuit, sedente Innocentio VI. [*] *Pont. Max. ex privilegio, sicut Romæ signatur plumbo.*

(„ I. *NICETAS*; & si noster Pirrus tradat „ an. 868. Præsulem Cephaledii inveniri, Nice„ ta auctore; at verius legendum; Nicetam „ Episcopum eo tempore præfuisse Ecclesiæ Ce„ phalæditanæ; in concilio etenim VIII. Con„ stantinopolitano subscribitur: *Niceta deo a„ micissimo Episcopo Cephaludii*: ut Vincentius „ Auria notat. in hist. Cephal. cap. 2. f. 40.)

II. F. JOCOELMUS *ex ordine canonicorum S. Augustini* fuit Prior in monasterio S. Mariæ de Balnearia constructo, ac mox electus est Episcopus in Cephaludensi ecclesia. Id verò ita accidit. Cùm Rex Rogerius Episcopali Sedi Cephalædi erigendæ, Deo inspirante, operam navaret, monasterium S. Mariæ de Balnearia ordinis Canonic. S. Augustini [c] diœcesis Militensis in Cala-

[a] Ptolem. lib. 3. Plin. l. 3. c. 8. Pomponius Mela 2. Cic. 4. in Ver. Strab. lib. 6. Cephalodium appellat. Diod. l. 14.

[b] ex Petrl. dec. 1. l. 4. c. 3. & Baro. in annal. tom. 11. anno 1130.

[*] nunc S. Leonar. ad portum maris dicitur.

[*] lege II.

[c] ex dipl. ep. Clem. 3. dat. 7. id. dec. 1188. apud tabulas S. Petri de Balnearia Panor.

Anno Christi 1131.

Calabria adiit. (Hoc in die dedicationis templi mense octob. ann. 1117. ind. 10. cùm interesset idem Rogerius II. Comes suo diplom. dato, multis donis, beneficiisque auxerat[a].) Inde ergo 1130. ind. 8. *F. Jocœlmum* illius cœnobii priorem, ac nonnullos monachos secum transtulit Cephalædim, tunc diœcesis Messanensis; ac præsente Hugone Messan. Antistite, in die Pentecostes anno 1131. ind. x. primum jecit templi lapidem in honorem S. Salvatoris, & BB. Petri, & Pauli App. & ad pauperum, & peregrinantium substentationem, uti ipse Hugo testatur, concedens diploma erectionis, ex facultate sibi facta ab Anacleto II. Pseudo pontif.[b] Anno insequente Jocœlmus Panormum ad Regem se contulit, a quo confirmationem subjectionis Monasterii Balneariæ, huic ecclesiæ Cephalædensi uti Capiti, obtinuit: atque dotationem locupletem ipsius Ecclesiæ exoravit. Hic ad firmandam rem, privilegii partem affero, alteram integram in alio privilegio ejusdem Rogerii ad an. sal. 1145. infrà leges: *Quapropter Ego Rogerius Rex potens in Christo, & fidelissimus hac prædicta non ignorans unà cum aliis Christianis, qui ea ore fideli, & devoto profitentur, feci ædificare templum Episcopatus ab initio fundationis suæ in loco, qui dicitur Cephaludum in nomine, & honore Salvatoris, ad gloriam Dei, & salvationem hominum; nec in hoc tantum stetit desiderium meum; quia bonum hoc non esset integre adimpletum, sed dedi prædictæ Ecclesiæ Episcopali cum aliis necessariis homines, qui perpetuo nomine in platia alia conscribuntur, cum iis etiam dedi ei terras in loco qui dicitur Mutata suis limitibus conscripta. Præterea dedi eidem ecclesiæ mandram unam, quæ post ultra Flumen Tortum &c. Dat. mense martii x. ind. anno ab initio mundi 6640.* Eodem an. & die in privilegio græco, ac Saracenico Rogerius sic ait: *Donamus Episcopatui ad honorem & gloriam suam. In primis de Portu Tonnariam, & totam piscariam maris ad opus suum, & eorum, qui sunt in eo, & propria navigia sua &c.*

Anno 1135[c], mense jan. ind. 14. David S. Trinitatis Militensis monasterii Abbas consilio, & consensu monachorum, & Rogerii Regis auctoritate, ecclesiam S. Joannis juxta mare Roccellæ, & ecclesiam S. Cosmæ, quas in Sicilia habebat, cum vineis, agris, & villanis, quæ Cephaludensis ecclesia in Calabria possidebat, commutavit. An. 1140. eidem Jocœlmo electo, ejusque ecclesiæ quædam prædia conceduntur hoc diplomate.

1140.

In nomine[d] P. F. & S. S. amen. Ego Adelecia neptis domini Rogerii gloriosissimi Regis Italiæ ratum ducens, quod felix est: ea rerum terrenarum translatio, quæ sic charitativa diligentia dispensatur, ut possint cælestia sub terrestrium commercio vindicari, Ecclesiam S. Petri quæ sita est in Collisano, quæ à dom. Droga venerab. Squillacensi Episcopo convocato à domino Jocalmo vener. Cephaludi Electo, curavi, & studui dedicari intuitu, & favore ipsius dom. Rogerii magnifici Regis Italiæ, quin etiam pro tranquillitate pacis, & gloria, atque exaltatione sua, & salubri beatitudine animæ suæ, & progenitorum suorum, & omnium parentum nostrorum, concessi, idque in perpetuum tradidi pro dote ipsius Ecclesiæ; & ut curiosius in ea divinis vacetur obsequiis furnum quoddam in Collisano, & villanos sex. Præterea quasdam de terris Carpiniani de nemore nostro in reparationem ejusdem ecclesiæ impendendas, cùm necesse fuerint lignamina; & in terris nostris maritima, seu in montanis libera pascua ovibus, & omnibus pecudibus ipsius ecclesiæ S. Petri. Siquis autem aliquo tempore hujus donationis, & concessionis nostræ violator, aut contradictor extiterit, coram summo Judice in districti judicii examine requiratur, & à fidelium consortio segregatus, à Dei misericordia fiat penitus alienus. Factum anno Domin. Incarnat. 1140. mense junii ind. 2. ✠ signum propria manus Adeleciæ neptis dom. Rogerii gloriosiss. Regis Italiæ. ✠ Ego Adam Avenelli filius dominæ Adeleciæ[e] ✠ Ego Drogus Episcopus Squillaci convocatus ad dedicationem prædictæ ecclesiæ, præcepto dom. nostri Rogerii, & prece Jocalmi vener. Cephaludi electi.

Eadem Comitissa Adelecia anno, & mense prædictis sic loquitur: *Ecclesiam[e] Sanctæ Luciæ de Syracusis, quam progenitores mei fundaverunt, & ego de meis bonis à Deo datis decoravi cum omnibus juribus, dignitatibus, & pertinentiis suis, & cum Casalibus Cirepici, Cardinalis, Aguliæ & Mactila cum villanis eorum, dono, & concedo Cephalud. Ecclesiæ, quam invictissimus Rex Rogerius dominus, & patruus meus ad honorem, & laudem Salvatoris fundavit: ad exaltationem, & salutem animæ suæ, & progenitorum suorum, & omnium parentum meorum, concessi; ut curiosius vacetur officiis. Item & domos, quas habeo in Civitate Syracusarum cum omnibus juribus, & finibus ejusdem ecclesiæ memoratæ.* Eidem ecclesiæ S. Luciæ Adelecia restituenda præcepit prædia, quæ injustè possidebat Gaimarius filius Alphani[f].

Eidem ecclesiæ Cephalæd. ac Jocælmo Electo hæc dantur. *Ego Lucia[g] de Camarata dono Dei, concessu & voluntate domini mei gloriosiss. Regis Rogerii concedo in territorio, quod est super Camaratam, Ecclesiam, quam ædificavi ad laudem, & gloriam nominis Dei, & B. Mariæ semper Virginis, cujus est ecclesia ipsius vocabulum, & omnium SS. Dei, quin etiam ad honorem, & laudem dom. invictissimi Regis Rogerii, cujus ope, & voluntate constructa est ecclesia, hanc quidem pro remedio animarum videlicet Roberti Guiscardi nobiliss. Ducis Apuliæ, & Rogerii strenuissimi Comitis Siciliæ, nec non & dom. mei gloriosiss. Regis Rogerii, & successorum suorum, & pro redemptione animæ meæ, & filiorum meorum, ecclesiam ædificatam, & ornamentis ornatam amplificare volui possessionibus cum voluntate, & habita licentia à domino meo Rege Rogerio, concessu tamen Adæ dilectissimi filii mei. Cui circa Camaratam terras donavi, & donatas per præsens scriptum privilegium assignans testibus confirmavi; divisiones sunt hæc &c. igitur memoratam ecclesiam cum suis, ut dictum est, pertinentiis, & omni jure suo, Ecclesiæ S. Salvatoris per manus domini Jocœlmi ejusdem ecclesiæ venerab. electi assignavi; & tradidi ejus Capitulo, & potestati perpetuæ subditam &c. † Ego Lucia de Camarata signo manus meæ confirmavi. † Ego Adam de Camarata volui. † Ego Galgana concessi.*

Anno Christi 1140.

[a] Ibidem.

[b] habes integr. in not. Mes. ad ann. 1131.

Cephal. eccl. primum dat Rex Rogerius.

[c] In iisdem tab.

Cephaludensis eccl. habuit ecclesiam S. Cosmæ

[d] Ibidem.

Cephal. eccl. conceditur eccl. S. Pet. Collisani cum juribus.

[e] Adelecia fuit uxor Roberti Avenelli, ex iis Adam. In not. Catan. ad an. 1134.

[e] In tab. eccl.

Cephal. eccl. conceditur eccl. S. Luciæ de Syrac.

[f] Ibidem

Ceph. eccl. dantur eccl. Camaratæ.

[g] Ibidem.

Anno Christi. 1145.

† Ego Sibilla volui. † Ego Asquetinus testis. † Ego Guido testis. † Ego Leonardus testis. † Ego Rogerius testis. † Ego Jordanus testis. † Ego Joannes testis. † Ego Guido testis. † Ego Arnolphus testis. Factum feliciter anno domin. incarnationis 1141. mense augusto 15. ejusdem regnante dom. Rogerio Rege Sicilia, ducatus Apulia, Principatus Capua.

1145.

Rex verò Rogerius ficut nobilissimis ædificiis templum amplificaverat, ita & donis ditare voluit amplissimis, hoc diplomate ª.

ª extat hoc privileg. apud eccles. Cephal. exscrip. in lib. Privil. 116. in Fazell. dec. 1. lib. 9. c. 3. & in Piccolo fol. 76.

*In nomine Dei æterni, & Salvatoris Nostri Jesu Christi Rogerius divina clementia Sicilia, & Italia Rex, Ducatus Apulia, & Principatus Capua. Dignum, & rationale fore duximus ad Salvatoris nostri honorem, domum construere, & ad illius gloriam, aulam fundare, qui nobis & honorem contulit, & nostrum nomen laude regia decoravit: cui dare est munus centuplicatum accipere, & post mortem, vitam mereri. Hac itaque ratione ducti ex longo jam tempore * ad honorem S. Salvatoris proposuimus ecclesiam construere in civitate Cephaludi, in qua Canonica religionis observantia coleretur. Quam volente Deo, & Salvatore nostro cooperante fundavimus, atque construximus; concedente tamen, & confirmante Hugone tunc Archiepiscopo Messanensi, & ejus loci Metropolitano ᵇ, assensu quoque tam Messanensium, quàm Traynensium Canonicorum, in eodem loco Episcopatum fieri, ipsumque perpetuò, & inviolabiliter permanere. Ea propter pro anima patris mei pia memoria Rogerii primi Comitis, matrisque mea Adelasia Regina, mea denique redemptione, ac omnium peccatorum meorum liberatione, haredum quoque meorum prosperitate, & salute; Concedimus prafata ecclesia totam Civitatem, & mare cum eorum pertinentiis quietè, & liberè possidenda, eique ut in perpetuum tam in temporalibus, quàm in spiritualibus obediant. Redditus quoque, ac jura ipsius Civitatis, & maris quacumque ad nostram dominationem pertineant largitione perpetua eidem donamus, salvis tamen regalibus nostra Majestatis: fellonia videlicet, traditione, & homicidio. Sarcophagos verò duos prophyriticos ᶜ ad decessus mei signum perpetuum conspicuos in prafata ecclesia stabilimus fore permansuros, in quorum altero juxta Canonicorum psallentium chorum post diei mei obitum conditus requiescam: alterum verò tam ad insignem memoriam mei nominis, quàm ad ipsius ecclesia gloriam stabilimus. Ad augmentum quoque ecclesia pradicta suorumque bonorum augmentationem concedimus civibus Cephaluditanis ibidem perpetuò, Deo annuente, permansuris suisque haredibus, ut absque omni inquietudine, & sollicitudine curia nostra vivant, neque mari neque terra in exercitum eant: & ut nihil in introitu, vel exitu Cephaludi mari, vel terra tribuant. Ligna quoque ad construendas domos eorum, & alia necessaria domuum suarum, & victualia pro eorum usu sine datione aliqua afferant. Concedimus quoque eis, ut domos, & vineas, & terras suas cultas, & incultas, & sylvas suas quas possident, quibus voluerint, vendant in civitate tamen mansuris, & in ecclesia perenniter permansuris, & ecclesia perenniter responsuris. Nullum hominem in Civitate Cephaludi captum teneat Ecclesia pradicta, si sufficientes fidejussores dare poterit; exceptis (ut jam diximus) fellonia, traditione, & homicidio. Pracipimus quoque, ut nulli omnino hominum liceat prafatam ecclesiam temere perturbare, aut possessiones ejus minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed integra, & illibata servetur circa ea, qua pro illius gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, & suis usibus profutura. Verum ut pradicta omnia validiora semper & inexpugnabiliter munita existant, & in perpetuum rata, & firma permaneant; prasens scriptum per manus Petri Notarii nostri, & bulla plumbea regio typario impressa muniri fecimus. Dat. in Urbe Panormi per manus Roberti Cancellarii nostri anno Incarn. dominica 1145. mense aprili ind. ix. Regni verò nostri Sicilia, & Italia anno 15. feliciter amen.*

* ab an. 1130

ᵇ vide illud privileg. in not. Mon. ad ann. 1131.

ᶜ ii translati sunt deinde ad templum Pan. infrà.

Anno Christi. 1146.

1146.

Anno 1146. Jocælmus electus acta omnia, & pactiones inter ecclesiam Cephalædensem jam Caput, & Matrem constitutam ecclesiæ S. Mariæ Balneariæ, & ipsos canonicos, seu confratres ejusdem Balnearensis ecclesiæ uti filię designatæ anno 1131. firma voluit, ac rata diplomate regio. Jocælmus &c. post multa addit: *Ea, qua semper observata est à pradecessoribus meis, in perpetuum potestas observetur statuendi & ordinandi in ipsa ecclesia Priorem canonicè. Sed quòd tempore Prioratus praedicti Harduini super his inter confratres Ecclesia Balnearia altercatio facta est: quibusdam eorum, qui, dum hac gesta sunt, nondum fraternitatem Balnearia adepti fuerant, dissentientibus; plurimis verò eorum Senioribus dignitate morum, & vita honestate praditis, prafata confirmantibus: tam ego, quàm & pradictus Prior * simul cum fratribus nostris Bernardo scilicet Cellerario Cephaludi, Urso, Huberto, Joanne de Mileto, Joanne de Montealto, Guidone, Gualterio, Herberto, Rogerio Corniti quondam electo benignitatem Regiam in Urbe Panormi mense apr. ind. ix. adivimus; ante cujus conspectum caussa diligenter ventilata, & inquisita veritate, opus proprium exercentes ipse Prior, & Confratres nostri, & sui, qui prasentes aderant, pramemorata omnia vera esse proferentes, manibus eorum denuò in meis repositis manibus promiserunt se, & omnes confratres, & successores suos in perpetuum Cephaludensi Ecclesia & mihi, ac omnibus successoribus meis verè obedientes existere, & qua pradicta sunt, observare. Quibus ad domum Balnearia recedentibus, reliqui confratres coadunati, eorum manibus in manibus meis iterum positis, pradictam obedientiam ecclesia Cephaludi, & mihi, & omnibus successoribus meis veraciter promiserunt: super quibus privilegium mihi fecerunt, eorum, & quorumdam vicinorum manibus subnotatum, & bulla plumbea eorum typario impressa sigillatum. Verum ut prafata omnia validiora semper, velut muro inexpugnabili circummunita existerent, & in perpetuum illibata manerent; ut iterum super hoc numquam altercaretur, liberalitatem Regiam supplex exoravi, ut juberet privilegium fieri regia bulla munitum confirmans scriptum, quod prafatus Prior & Conventus Balnearia mihi, & successoribus meis fecit, & corroborans prasens scriptum à me, & Ecclesia Cephaludi, ecclesia Balnearia factum. Quod sua solita benigni-*

* Harduinus.

Anno Christi. 1146.

nignitate nostris precibus favens, effectum dedit. Hoc autem scriptum scribi feci per manum Jocalmi Capellani nostri sub notatione confratrum nostrorum, & aliorum, confirmatum bulla plumbea nostro typario impressa sigillatum. Anno Incarnat. Dom. M.C.XLVI. mense April. ind. ix. anno verò regni domini Rogerii, Domini gratia, magnifici, & gloriosissimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ XVI. feliciter Amen.

Hujus vero privilegii Regiæ confirmationis autographum [a], cujus meminit Jocælmus electus Cephaludensis, datum est mense madio anno 1146. in quo hi scribuntur.

a apud tab. eccl. Ceph.

† *Ego Rogerius Dei gratia Dux Apuliæ ss.* † *Ego VV. Dei gratia Neapolit. Dux, & Capuanus Princeps.* † *Ego Rogerius Panorm. Electus ss.* † *Ego Hugo Dei gratia Trojanus Electus ss.* † *Ego Stephanus Militensis Episcopus ss.* † *Ego Rogerius Rheginus Archiepiscopus ss.* † *Ego Octo Rheginus Can. testis sum.* † *Ego Eurardus S. Eufemiæ Abbas testis.* † *Ego frater Basilius Scribanus testis.* † *Ego F. Petrus Monachus S. Euphemiæ testis.* † *Ego Harduinus Capellanus de S. Leonardo, & Fr. Balnearia testis sum. Idem Harduinus supra scriptus Prior Balnearensis ecclesiæ, & omnes fratres mei huic privilegio subscribimus.* Postquàm hoc templum completum est, iis carminibus exornatur.

Rogerius Rex egregius plenus pietatis:
Hoc statuit templum motus Zelo Deitatis.
Hoc opus dictat variis, varioque decore.
Ornat, magnificat in Salvatoris honorem.
Ergo structori tanto Salvator adesto.
Ut tibi submissos conservet corde modesto.

Anno ab Incarnatione Domini M.C.XLVIII. ind. XI. Anno vero Regni ejus XVIII. hoc opus musei factum est.

Sed noster electus Jocælmus, quem Bartholomæus Carundinus in descriptione ecclesiæ Cephalæd. *Jocellinum* appellat, anno 1150. hoc se abdicavit præsulatu, ex tabul. eccl.

III. F. HARDUINUS *Canon. S. August. Prior S. Mariæ Balneariæ*, de quo suprà mentionem fecimus, nostræ Cephalædensi præficitur ecclesiæ. Eodem electionis anno eidem Harduino hæc conceduntur: *Anno ab incarnatione Dom.* 1150. *ind.* 14. *Ego Lucia Dei, & Regis gratia Domina Camaratæ rogata à domino Harduino Cephaludi Electo, & domino Boson ejus Cancellario; quatenus concederem eis dominium quorumdam burgensium habitantium in territorio S. Mariæ* [a], *quam dudum pro redemptione animæ meæ ad honorem Dei, & ipsius genitricis ædificaveram; ego verò cum filio meo Adam concedo &c.* Id sanè templum D. Mariæ Camaratæ precibus electi, atque Luciæ, de consensu Decani, & Canonicorum Agrigentinæ Ecclesiæ, in cujus diœcesi erat situm, auctoritate quoque Regis an. sal. 1153. ab Joanne Archiepis. Barensi consecratum est [b]. Sed eidem Electo Harduino [c] Riccardus concessit *Terram de Pantano, quæ erat juxta terram ecclesiæ in eodem Pantano*: in agro scilicet Roccellæ, ubi hodie sunt vineæ subjectæ ecclesiæ Cephal. in decimis, aliisq; juribus. Adelecia etiam Regis Rogerii neptis in suo dipl. ait: *Ego* [d] *pro anima felicissimi Regis Ro-*

1150.

a Camarata.

1153.

b Ibidem. c Ibidem.

d Ibidem.

A *gerii bon. mem.* [a] *& filiorum ejus videlicet beatissimi Rogerii, Tancredi Principis, & Anfusi, & pro salute Regis VVillelmi, & omnium antecessorum meorum; insuper & pro redemptione animæ meæ dono & concedo ecclesiæ S. Nicolai, quam Joannes de Brucato in territorio Politii construxit, terram eidem ecclesiæ adjacentem, cui nomen est Malvicinum cum quatuor villanis.* Anno verò 1156. eadem Adelecia eidem Harduino electo, *saltum molendini in flumine Politii* elargita est. Porrò, ut initio scripsimus, hanc Ce- B phalædensem ecclesiam auctoritate Pseudoarchiepiscopi Messan. Hugonis erectam fuisse, facta facultate ab Antipapa Anacleto II. tum primus Jocælmus electus, tum hic Harduinus secundo electus non inaugurati obiere.

Anno Christi. 1153.

a Obiens an. 1150. Regesta.

Malvicini concessio: 1156.

IV. F. BOSO *de Gorram Canonicus etiam Regul. S. Augustini, atque Cellerarius Cephaledensis monasterii* an. 1157. uti electus subscribitur in tabulis ecclesiæ Panorm. [e] Anno 1159. mense Jan. ind. 7. Will. Regis an. 8. Rogerii filii Ducatus Apuliæ an. 4. [f] concessit Boso in civitate C Cephalædensi Roberto Messanensi Episcopo, ejusque successoribus ædes, quæ erant Bosonis de Gorram ejus germani, hac adjecta conditione, ut Robertus *in solemnitate S. Salvatoris tres libras incensi solvere quotannis promittat* [g]. Bosonis electi, ac Nicolai Mess. primi Archiepisc. auctoritate an. 1166. templum S. Mariæ, & S. Dominicæ in agro Politii Martinus de Bisigna extruxit. An. 1167. ab eodem Bosone facta facultate, Petrus de Tolosa juxta portam Civitatis Cephal. domum hospitalem 8. Kal. Martii 15. D ind. exædificavit.

1159.

e In eo eccl.

f in tab. Eccl. Cephal.

g Autogr. Ibidem.

1166.

1167.

Boso fuit primus auctoritate Apostolica Alexandri pp. III. episcopus consecratus; eidemque Bosoni Nicolaus Messanensis primus legitimus Archiepiscopus concessit diœcesim, ut ex diplomate, quod affero, satis liquet.

Cephal. Eccles. legitima erectio quando fuit.

Alexander Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Bosoni Cephaludensi Episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Quoniam sicut rerum gestarum memoria, & reverenda SS. Patrum institutio evidenter declarant: semper sedi Apostolicæ licuit non solum E *Sedes Episcopales de novo in locis idoneis instituere, verùm etiam conjunctas disjungere, & disjunctas unire. Nos, qui ex injuncto nobis à Deo summi Pontificatus officio pro universarum statu Ecclesiarum debemus, quantum Deus dederit sollicitè cogitare, Cephaludensem Ecclesiam, ad cujus regimen disponente Domino nuper vocatus fuisti, & in Episcopum consecratus, Pontificalem sedem duximus statuendam. Ita quidem quod Cathedralis ibidem sedes perpetuis temporibus obser-* F *vetur inviolabiliter. Statuimus etiam, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia impræsentiarum justè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci; firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Civitatem ipsam Cephaludensem, sicut à Regibus Siciliæ cum omnibus pertinentiis suis prædicta Ecclesia Cephaludensi conces-*

Anno Christi 1167.

*concessa est; & sui privilegii munimine roborata. Casale de Arsa cum omnibus pertinentiis suis, Casale de Polla cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam S. Luciæ de Syracusa cum Casalibus, & omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam S. Mariæ de Camarata cum omnibus possessionibus, & pertinentiis suis. Nihilominus etiam diœcesim cum decimis, & omni jure Episcopali, quemadmodum à Messanensi Ecclesia commissa tibi Ecclesia concessa est; eidemque Ecclesiæ auctoritate Apostolica confirmamus: prænominatam videlicet Civitatem Cephaludensem cum omnibus pertinentiis suis, Mistrectum cum suis, Thusam cum suis, Pollinam cum suis, Gratteram cum suis, Roccam Asini cum suis, Collisanum cum suis, Politium cum suis, Calatabuturum cum suis, Sclafanam cum suis, Alcusam * cum suis, & ut flumen Torta incipit, & ad mare descendit, & à mare usque ad Cephaludum *. Statuimus præterea, & per hujus scripti paginam stabilimus, ut Ecclesiæ, quæ in tua sunt diœcesi constitutæ occasione temporalis obsequii, in quo aliis respondere noscuntur; tibi in spiritualibus obedientiam non audeant denegare. Præterea justas donationes ab illustris recordationis Rogerio, & Vuillelmo quondam Siciliæ Regibus præscriptæ Ecclesiæ factas, ratas, & firmas habemus, & eas auctoritate Apostolica roboramus. Ad hæc, immunitates, & libertates rationabiles à prænominatis Illustribus Siciliæ Regibus tibi, & successoribus tuis concessas, nostro privilegio confirmamus. Statuimus insuper, ut nulli Archiepiscopo, Episcopo te, & domum tibi commissam indebitis, & inconsuetis exactionibus, seu gravaminibus liceat fatigare. Adjicimus etiam, & auctoritate Apost. interdicimus, ne cui Ecclesiæ tuæ Canonicos sive Conversos liceat absque consensu tuo, vel successorum tuorum ad conversionem suscipere, nisi forte ad arctiorem voluerint religionem transire. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed illibata omnia, & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apost. auctoritate, & Messanensis Archiepiscopi canonica reverentia. Siqua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit; secundò, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei & Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.*

* Nunc feudum Calcusa dictum. * Vide in not. Mess. sed an. 1131.

Ego Alexander Catholicæ ecclesiæ Episcopus subscripsi. Ego Bernardus Portuensis, & S. Ruffinæ Episcopus ss. Ego Odo Tusculanensis Episcopus ss. Ego Jo. presbyt. Card. SS. Jo. & Pauli tit. S. Pi- A *machii ss. Ego Ildebrandus Basilicæ 12. Apr. presb. Cardin. ss. Ego Jo. presb. Card. tit. S. Anastasiæ ss. Ego Albertus pres. Card. tit. S. Laurentii in Lucina ss. Ego Guill. presb. Card. tit. S. Petri ad vincula ss. Ego Boso presb. card. tit. S. Pudentianæ, & S. Past. ss. Ego Petrus presb. Card. tit. S. Laurentii in Dam. ss. Ego Jacintus Diac. card. S. Mariæ de Cosmedin. ss. Ego Ardicio Diac. Card. S. Georgii ad vellus aureum ss. Ego Hugo Diac. card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ ss. Dat. Tusculani per manum Gratiani S. R. E. Subdia-* B *coni, & Notarii V. idus Aprilis ind. 4. Incar. Domin. an. 1171. Pontif. verò dom. Alex. PP. III. anno XII.*

Anno Christi 1171.

Hic animadversione dignum duxi, quòd Papa Alex. III. in hoc suo concessionis Episcopalis sedis diplomate ait: *quemadmodum à Messanensi ecclesia commissa tibi ecclesia concessa est*. Si ad Hugonem referas, licet fuerit Archiepis. auctoritate Anacleti Antipapæ, erat tamen episcopus legitimus: ideò quæ ille concesserat, dicuntur à Messanensi ecclesia concessa & fortè in C Hugonis odium, ipsius nomen reticetur.

Bosonis * precibus Willelmus II. Rex anno 1172. regni ejus an. 7. ecclesiæ S. Luciæ Syracusarum juris Cephaludensis concessit aliquot agros de *Pantano in Casali Agulia, quæ est inter mare, & viam publicam, quæ ducit Syracusam à puteo super terras salinæ Episcopi Syracusani, & turri lapidea, quæ vocatur Agulia, usque ad caput Pantani versus Syracusas; pro vineis plantandis, & hortis, & à manibus Gaufridi de Iemera Syracusarum Stratigoti assecutus est possessio-* D *nem Magister Rogerius S. Luciæ Syracusarum Prior*. Eodem anno Boso & Capitulum suæ ecclesiæ Guillelmum II. Regem, ac ejus matrem Reginam Margaritam supplices rogarunt, iis verbis; *manifestum* * *est, quod fel. mem. Rex Rogerius avus vester Civitatem Cephaludi à fundamentis readificavit, & ecclesiam in honorem S. Salvatoris cum multa expensa extruxit, in qua duo lapidea monumenta fabricari fecit, ad hoc ut corpus suum in uno eorum, & filius suus, qui post eum regnaturus erat, in altero sepelirentur. &c. Ideò è Cephaludo non tollantur*. Boso in ecclesia E Cephauludensi è vita decessit anno 1173.

* Autogr. in tab. eccl.

1172.

Syracusarum Stratigotus. Prior S. Luciæ Syrac.

* Ibidem.

1173. Mense Junio.

„ (V. JOANNES sive GUIDO BEVERA à „ Pirro prætermissus, qui eumdem forsan ac „ Guidonem de Anania censuit; de quo infra. „ Joannes Cephaliditanam sedem tenuit anno „ 1171. ex Bartholomæo Carandino, in Descr. Eccl. Cephal. f. 110. Benedicto Passafiumine de „ orig. Eccl. Cephal. f. 65. & Auria hist. Cephal. „ f. 72. At si hoc verum, Bosum non anno 1173, „ ut Pirro placet, sed antea defunctum censen- F „ dum est: nec 18. annis huic Ecclesiæ præfuisse ab an. 1157. ut Passafiumen tradit. Fuerat „ Canonicus ejusdem Ecclesiæ, & Cellerarius; „ & post annum Præsulatus decessit.)

VI. F. GUIDO *de Anania* Cephalædensis ecclesiæ canonicus, & Cellerarius, à Capitulo designatus est episcopus; uti scribit Rex, *Guillelmus* * *Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Universo Capitulo Cephaludensi fidelibus suis salutem, & dilectionem. Litteras vestras, quas per Canonicos, & Confra-*

* Ibidem.

Anno Christi 1177.

Cephal. Episc. electio est de jurepat. regni Siciliæ:

Confratres vestros Majestati nostræ misistis, benignè recepimus; & earum bene novimus continentiam. Petitionem autem vestram tam per easdem litteras, quàm viva voce ipsorum Confratrum vestrorum nobis expositam pro pastore vobis concedendo benigne exaudivimus. Ipsi enim Confratres, & Canonici vestri inter alias personas, quas pro ipsa electione facienda nominaverunt, personam Guidonis venerabilis Cellerarii ipsius ecclesiæ fidelis nostri, in qua magis concordabant, mandaverunt. Sed quia in ejusdem personam magis conveniebant, & instantiùs ex parte omnium vestrum eam pari voto, & desiderio in pastorem petebant, accipientes etiam bonum, & laudabile testimonium de vita, honestate, & probitate sua, & quod satis idoneus, & sufficiens esset ad regimen ipsius Ecclesiæ; ipsum vobis juxta petitionem vestram in pastorem concessimus. Mandamus itaque honestati vestræ, ut congregato Capitulo, sicut omnes unanimiter in eum convenistis, de eo juxta consuetudinem in Ecclesia vestra solemniter, & canonicè electionem celebretis, & deinde sibi tamquam patri, & pastori vestro reverentiam in quibus debetis, exhibeatis. Dat. Panormi 25. die mensis Junii ind. 8. Guido cum cæteris Siculis Præsulibus an. 1177.[a] interfuit coronationi Reginæ Joannæ filiæ Henrici Angliæ Regis; dum Panormi nuptiæ cum Guillelmo II. Siculo Rege celebrarentur. Anno 1178. ab Alex. PP. III. ecclesiæ Cephalædensis jura confirmanda curavit, hoc dato diplomate.

a In Pan. not. ad anno 1177. nu. 11.

1178.

Alexander[b] *Episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri Guidoni Cephaludensi Episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Ex injuncto nobis Apostolatus officio fratres, & coepiscopos nostros tam vicinos, quam longè positos syncera charitatis affectu diligere debemus, & in ecclesiis, in quibus pro Domino militare noscuntur, suam dignitatem, & justitiam conservare: æquum enim, & rationabile est, ut qui B. Petro, ejusque Vicariis devotiores etiam noscuntur, & S. R. Ecclesiæ patrocinio cupiunt confoveri, ejusdem matris uberibus nutriantur, & in suis rationalibus petitionibus exaudiantur. Quapropter, venerabilis in Christo frater Episcope, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & Cephaludensem ecclesiam, cui auctore Deo præesse dignosceris, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque personas & quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste, & canonicè possidet; aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant; de quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Civitatem ipsam Cephaludensem (sicut ab illustribus Regibus Siciliæ concessum est) cum omnibus pertinentiis suis, Casale de Pollina cum omnibus pertinentiis suis, quidquid nobilis mulier Adelesia neptis bonæ memoriæ Rogerii quondam illustris Regis eidem ecclesiæ rationabiliter contulit, sicut in scriptis autenticis exinde factis continetur*[c] *beneficia, Collisani, Calatavuturi, Politii, & Mistrectæ; ecclesiam S. Nicolai de Malvicini, sicut Joannes de*

b Autogr. in tab. Ceph. exscriptum lib. Prælat. f. 129.

c Data ab Adelasia an. 1140.

A *Bruccato tenuit cum omnibus possessionibus, & pertinentiis suis, Ecclesiam S. Nicolai de Camarata, quæ est in loco Politii cum omnibus possessionibus, quæ Tertiariæ nuncupantur, ac Ecclesiam S. Luciæ de Syracusa*[d] *cum casalibus, & pertinentiis suis, Ecclesiam S. Mariæ de Camarata*[e] *cum omnibus possessionibus, & pertinentiis suis, Ecclesiam S. Mariæ de Gibilmanna cum omnibus possessionibus, & pertinentiis suis, Ecclesiam S. Coni de Grattera cum omnibus possessionibus, & pertinentiis suis, Ecclesiam S. Joannis de Roccella*[f] *cum omnibus possessionibus & pertinentiis suis, Ecclesiam S. Salvatoris de Capiccio cum omnibus*
B *possessionibus, & pertinentiis suis. Nihilominus etiam diœcesim cum decimis, & omni jure episcopali, quemadmodum commissæ tibi ecclesiæ concessa est, eidem ecclesiæ auctoritate Apostolica confirmamus; prænominatam videlicet civitatem Cephaludensem cum omnibus pertinentiis suis, Mistrettum cum suis, Collisanum cum suis, Alcusam cum suis, Gratterium cum suis, Roccam Asini*[g] *cum suis, Thusam cum suis, Pollinam cum suis, & ut Flumen Torta incipit, & ad mare descendit & ad mare usque ad Cephaludum. Statuimus*
C *præterea, & per hujus scripti paginam stabilimus, ut Prior S. Gregorii de Grattera, & ecclesiæ, quæ sunt in diœcesi constitutæ, occasione temporalis obsequii, in quo aliis respondere noscuntur, tibi in spiritualibus obedientiam non audeant denegare. Præterea justas donationes ab illustris recordationis Rogerio, & Guillelmo Regni Siciliæ Regibus præscriptæ ecclesiæ factas, ratas, & firmas habemus, & eas auctoritate Apostolica roboramus. Ad hæc, immunitates, & libertates rationabiles à prænominatis illustribus Siciliæ Regibus tibi, successoribusque tuis concessas, vobis præsenti privilegio confirmamus; statuimus etiam, ut*
D *nulli Archiepiscopo, & episcopo, te, & domum tibi commissam indebitis, & inconsuetis vexationibus, seu gravaminibus liceat fatigare. Adjicimus, & auctoritate Apost. indicimus, ne cui ecclesiæ tuæ Canonicos, sive conversos liceat absque consensu tuo, vel successorum tuorum ad conversionem suscipere, nisi fortè ad arctiorem voluerit regulam transire, constitutionem quoque quam de Sacerdotibus loco defunctorum canonicorum instituendis de communi consilio, & assensu Capituli tui pro decedentium salute fecisse dignosceris, ratam habemus, & firmam, eamque auctoritate*
E *Apost. confirmamus. Prohibemus autem, ut infra Episcopatum tuum nullus ecclesiam, vel oratorium absque assensu tuo, vel successorum tuorum denuo ædificare audeat; salvis privilegiis Romanorum Pontificum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, seu ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra, & illibata serventur; & eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis*
F *profutura; salva Sedis Apost. auctoritate, & Messanensis Archiepiscopi canonica reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam venire tentaverit, secundò, tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione corre-*

Anno Christi 1178.

d Data ab eadem anno 1140.

e A Lucia de Camarata an. 1142.

f Hæc ecclesia dedit monasterium S. Mariæ de Balnearia an. 1135.

g Nunc Asinellus dicitur.

Anno Christi 1180. *correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sanctiss. corpore, & sanguine Dei domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructus boni operis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æterna pacis hauriant. Amen.*

Ego Alexander catholicæ ecclesiæ episcopus. Ego Vubald. Ostien. eccl. episc. Ego Jo: presbyt. card. SS. Joannis, & Pauli tt. Pamachii. Ego Boso presb. card. tt. S. Theodori. Ego Petrus presb. card. tt. S. Susannæ. Ego Jacobus Diac. card. S. Mariæ de Cosmodin. Ego Arduinus Diac. card. tt. S. Theodori. Ego Sanchius Diac. card. tt. S. Adriani. Ego Liberius Diac. card. S. Mariæ in Porticu. Ego Dianerius Diac. card. S. Georgii ad vellus aureum. Dat. Romæ apud S. Petrum per manus Alberti S. R. E. presbyt. cardin. & Cancellarii 7. Kal. Maii ind. xi. an. dom. Incar. 1178. *dom. Alex. PP. II. an.* 19.

1180. Sub eodem Pont. Max. Alexandro an. 1180. in concilio Lateranensi & nostrum Episcopum Guidonem, & Archiepisc. Messanensem Nicolaum adfuisse testatur Joannes Piccardius in notis Gaufridi Naubrig. hist. Anglic. An. 1183. Robertus de Golisano, qui à Guidone clericalem susceperat habitum, ei multa prædia juxta molendina Ecclesiæ Cephal. apud Roccellam dedit ex tab. eccl. Eodem anno à pp. Lucio III. sui pont. an. 3. Cephalædensi, ac Pactensi Præsulibus, qui Messanensi denuò in Metropolitanam erectæ subjiciuntur, datis litt. Apost. Velletri 5. idus febr. præcipitur, ut Richardo Archiep. Messan. obedientiam præstent[a]. An. 1186. mense jan. Guido à Gualterio Alphani filio injustè occupata prædia in agro Goripoli sita ad jus Ecclesiæ S. Luciæ Syracusarum revocavit ex tabul. Cephal. An. 1189. à pp. Clemente III. pontificium exoravit rescriptum, in quo illud Alexandri III. confirmatur. Sed post annos 20. sui præsulatus fato cessit Guido an. sal. 1193.

1189.

1193.

VII. BENEDICTUS *Romanus canonicus Regularis S. Augustini in Cephaladensi cœnobio* præsul deligitur, qui omnes annuos proventus matricis ecclesiæ tam ex oblationibus quotidianis, quam ex aliis mortuariis (ut vocant) provenientes, deductis tamen expensis pro cera, & Capellano, expendendos pro infirmis decrevit. Sedit anno, & mensibus sex.

VIII. JOANNES *Cicala* cognomento *Venetus*[b] Pauli de Cicala Comitis Collisani, & Aliphiæ germanus frater, fit Cephaludensis Episcopus, de quo Henricus VI. Imper. per suum dipl. mense jan. 13. ind. 1194. ait: *Joannem venerab. Cephal. Episc. fidelem nostrum, & ecclesiam suam Cephalad. cum terris, & obedientiis, tenimentis, & pertinentiis suis, & cum omni jure, & libertate sibi pertinente sub nostra protectione recipimus, ut ea omnia sicut tempore Regis Rogerii soceri nostri usque ad obitum Regis Guillelmi II. præfata ecclesia Cephal. juxta continentiam privilegiorum suorum tenuit, & possedit auctoritate perpetua confirmamus.* Constantia

1194.

etiam Imperatrix suo diplomate an. 1196 nonnulla ejusdem ecclesiæ jura confirmat, *quæ in terris Demanii tenebat in Politio, Calatavuturo, Collisano* (hodie sunt jura Canonicæ portionis debita Episcopo ad summam sc. 100.) *& aliis terris sive ex donatione vel emptione, sive possessiones forent, sive decimæ, sive molendina, & alia jura tam spiritualia, quam temporalia.* Eodem anno Imperii quinto, regni Siciliæ 2. mense martii 14. ind. noster Episcopus receptis litteris Imperatoris Syracusas se contulit, prædia ecclesiæ S. Luciæ ad suum jus spectantia lustraturus, eaquè omnia notanda curavit; tunc beneficium S. Luciæ Canonico Henrico Tartaro contulit[c]. Per id temporis Imperatrix Cephalædensi Ecclesiæ molendinum Scillati, quod tribuerat eidem Adelecia Regis Rogerii neptis, restituendum præcepit[d], sed hodie non possidet. Tunc *Gualterius Luppo sacri Imperialis palatii Comestabulus, atque ejus uxor Maria, filiaque Jordana precibus Euardi Comitis, & Magistri Justitiarii dedere episcopo, ejusque ecclesiæ omnia jura patronatus ecclesiæ S. Iconii* (nunc Coni in agro Gratterii) *cum tenimentis suis*[e]. Gilibertus quoque de Monteforte dominus Gratteriæ concessit *pro salute Impp. Henrici, & Constantiæ, suorumque parentum, ecclesiæ S. Mariæ, quæ sita est in oppido Gratteriæ ab ipso episcopo Jo: consecratæ, decem salmatas terræ in tenimento Casalis sui, quod dicitur Deer, &c. & quòd subjiciatur ecclesiæ Cephalæd.*[f] Anno 1198. dato Panor. privilegio mense majo primæ ind. regni Constantiæ an. 4. ejus filii Friderici primo confirmantur eidem Antistiti, ejusque successoribus *concessiones factæ à Rogerio Rege patre, Guillelmo I. fratre, & Guillelmo II. nepote, aliisque Baronibus, sed denuò conceditur Casale, quod dicitur Odesuer cum juribus suis.* Id temporis cursu Casale *Sinescalci* nunc *Bonfornellum* nuncupatum est, & concessum ad emphyteusim Arnaldo Sanctæ Columbæ. An. 1201. regni vero sui an. 4. dato Panor. diplomate mense junio ind. 4. Fridericus I. Rex *easdem regias largitiones & Odesuer, quod est ad flumen Sinescalci* (nunc flumen grande dicitur) *à matre Constantia datum* confirmat, elargiturque *in dotem*[g] *totum illud, quod de Portu Cephaludi curia nostra à tempore avi nostri usque ad tempora aliorum Regum prædecessorum nostrorum, & domina Imperatricis carissima quondam matris nostræ inclytæ recordationis ad manus suas retinuit. Item & Castellum Pollinæ cum tenimentis, & pertinentiis suis, & tenimentum quoque Odesuer, & tenimentum Harsiæ, ut illud de cætero totum, & integrum habeat ipsa Cephaludensis eccl. cum omni jure, & libertate sua; sicut umquam melius in demanio Regum semper existere consuevit.*

Joanni, atque Archiepiscopo[h] Rhegyensi caussam decimarum inter Monteregalensem, & Rossanum dirimendam Innocentius pp. III. demandavit. Ita in tabulis eccl. Cephal. etiam legimus. *Anno* 1205.[i] *mense febr. Friderici Regis an. 6. Paulus de Cicala Collisani, & Aliphiæ Comes, ac Regiæ privatæ Masnedæ Magister Comestabulus ei, qui est Salvator omnium, & qui me non*

Margin notes: Anno Christi 1196. — 1198. — 1201. — 1205. — Gratterium. — Ceph. datur Pollina.

[a] Habes integ. in not. Messan. ad an.
[b] Ex Bibl. Vatic. apud bibl. Montisreg in Passello.
[c] Vide in Not. Syr.
[d] In tab. Cephal.
[e] Ibidem.
[f] Ibidem.
[g] Lib. Priv. fol. 126.
[h] In cap. cum causa de off. & pot. jud. deleg.
[i] Autog. in Cephal. exscrip. in libro.

Anno Christi. 1215.

me non solùm à multis periculis salvum fecit, sed A *in die sancto festo suo in Comitem exaltavit, pro sempiterna requie incluti Regis Rogerii, qui sacrosanctam Cephaludensem Basilicam in honorem Sancti Salvatoris à primario lapide in opus erexit, à populis per cuncta sæcula venerandum; pro salute, & exaltatione domini nostri Regis Friderici, & genitricis suæ dominæ Constantiæ; pro salute quoque nostra, & charissimæ consortis nostræ Spæ, filiæ quondam domini Riccardi Muscæ; & ut ipse Salvator Mundi filios, & hæredes nostros conservet nobis, & sua pietate multiplicet,* B *offerimus, & donamus sacrosanctæ matri nostræ Cephaludensi Basilicæ in perpetuum de tenimento nostro Collisani Roccellam, & totum tenimentum, quod habemus in demanio nostro: à flumine Gratteriæ in loco, qui dicitur Pantanum, usque ad flumen Sinescalci, & vadit usque ad mare, & deinde per maritimam, & littus maris revertitur per Roccellam usque ad prædictum flumen Gratteriæ*, & usque ad Pantanum cum omni jure, & libertate sibi pertinente, absque omni servitio, & nulla nobis, & heredibus, vel successoribus nostris reservata recognitione.* C *Volentes, ut de ipso tenimento petatur illud, quod Cephaludensis Ecclesia ad opus suum tenuerit, reliquum concedat ad usum & sustentationem Hospitalis sui Cephaludi, atque Roccellæ, quod annuente Deo, dominus Joannes Dei gratia venerabilis episcopus frater noster ad usum pauperum, & sustentationem egenorum ampliare disponit.* Innocentius pp. III. domum hospitalem Cephaludi, atque Roccellæ cum omnibus juribus suis sub B. Petri, & sua protectione suscepit, præsertim à Joanne Cephal. Episcopo, & nobili viro Comite Paulo ejus fratre concessa. D Dat. Firentini 3. Kal. novemb. pon. an. xi. Huic Paulo Cicalæ Januensi civitatem Cephalædensem concessam lego in lib. privil. Ecclesiæ fol. 34.

Cephal. ecclesiæ datur Roccella.

* Modo Sumen de Fiuto.

Cephal. eccl. ſ uti de mns hospitalis egenorum condita est.

Noster Joannes, ac Fridericus Imperator musivo opere in templi pariete hac inscriptione depicti visuntur. *Vade in Babyloniam,* dicit Fridericus Joanni, *& Damascum, & filios Paladini quære, & verba mea audacter loquere, ut statum ipsius valeas melius reformare.* Dum autem Joannes hac fungeretur legatione, Fridericus illa duo porphyretica sepulchra à Rogerio ejus avo in Eccl. Cephalud. condita, in Panormitanum Archiepiscopale templum mox transferenda præcepit. E E legatione in suam reversus Ecclesiam Joannes, Regem excommunicationis gladio vulneravit, ita ut donec ad pristinum locum sublatos sarcophagos non deferret, absolutionis beneficium non esset consequuturus. Tandem his additis conditionibus, ut Panormitana Ecclesia illos haberet, & Cephaludensi F feudum Culturæ daretur*, pax unà cùm absolutionis dono inita est. An. 1215. mense Sept. Joannes Præsul statuit, *ut Presbyteri, & clerici omnes, qui in choro Ecclesiæ Cephal. ad assiduum & quotidianum Ecclesiasticæ necessitatis ministerium exequendum assisterent, consequerentur de redditibus Ecclesiæ tarenos 300. inter se distribuendos, quousque majoribus augerentur beneficiis.* Non multo post anno 20. sui Præsulatus è vita decessit mense Septembri.

Cephal. ad templum Panor. duo porphyretica sepulchra transferuntur.

* Pirrell. deo. 1. l. 9. c. 1. & ex tabulis Ceph.

1215.

IX. HARDUINUS II. Cephaludensi præficitur Ecclesiæ, cujus auctoritate[b] Riccardus de Andelhit in Casali Cardinalis*, quod erat juris Ecclesiæ Cephal. ac S. Luciæ Syracusarum, baptisterium construxit in Burgo, quod dicitur Scintati sub annuo censu quinque librarum ceræ, quas solveret Ecclesiæ Cephal. in festo S. Luciæ. Honorius[c] pp. III. scripto diplomate Lateran. 13. februarii ind. xi. Incarn. dom. an. 1223. pont. an. 7. adinstar prædecessorum Alex. III. ac Clem. II. omnia jura Ecclesiæ Cephaledensis Harduino confirmat; atque addit: *Adjicimus & auctoritate Apost. interdicimus, ne cui Ecclesiæ tuæ canonicos, sive conversos liceat absque consensu tuo, vel successorum tuorum ad conversionem recipere, nisi fortè ad strictiorem voluerit religionem transire. Constitutionem quoque, quam de sacerdotibus loco defunctorum canonicorum substituendis bon. mem. Guido prædecessor tuus de communi consilio, & assensu Capituli sui pro decedentium salute fecisse dignoscitur, ratam habemus, & firmam eamque auctoritate Apost. confirmamus.* („ Consule *cap. rogamus de offic. & potest. Judicis* „ *delegati*, & Gonzalez Tellez in com. decretal. „ t. 1. par. 2. in c. citatum.) Fuerat Harduinus Friderici II. Imper. opera ab Ecclesia ejectus, & exilio multatus[d], Castello Cephalæhensi, atque bonis omnibus spoliatus, quòd bona Ecclesiæ dilapidaret. Romam adiit episcopus ad pp. Honorium, & coram consistorio DD. Cardinalium suæ relegationis caussam proposuit. Summus Pontifex Lucæ Arciepiscopo Cusentino rem demandavit dato diplomate Romæ 11. Kal. april. pont. an. 7. sal. 1224. sed Archiepiscopus ægritudine præpeditus, auctoritate apost. magistrum Bartholomæum Thesaurarium Cusentinum in Siciliam transmisit, qui adscito sibi assessore Jucundo Abbate S. Joannis Heremitarum Panor. caussam agitavit. Harduinus petebat sibi restitui *Civitatem Cephaludii cum pleno jure, libertate, & dominio juxta donationem Rogerii Regis tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, redditus civitatis ab Ecclesia subtractos, exactiones factas ab hominibus Cephaludii, & Pollinæ per secretum regium, quæ juris erant episcopalis. Item ablata ab episcopo, & Ecclesia per administros laicos: scilicet pecora, vinum, pecuniam, argentum, tonnariam, Ecclesias Politii, Collisani, decimas Mistrettæ, Calatabuturi, Gratteriæ, Castellum Cephaludi, quod est demanium Ecclesiæ, navigium, quod abstulit Secretus. Item & damna, quæ passus fuerat, quòd captus in Urbe, oportuit se redimere à Romanis 800. unciis auri; expensas quoque factas cùm adiit, & rediit à Romana Curia tempore tribulationis, quo fuit à Frid. relegatus in exilium, item & redditus omnes, quos receperant Castellani Cephaludenses à promotione sua, usque ad hanc diem; id est per septem annos & amplius.* His auditis Apostolicus delegatus Drepanum ad Imperatorem accessit; eumque de restitutione alloquitur; Imperator verò omnia, quæ judicis decreto deberet, se restitutorum promisit, suumque procuratorem pro re agenda Notarium Henricum constituit. Is adversus episcopum proponebat, *quòd bona Ecclesiæ dilapidasset, nihil in utilitatem Ecclesiæ expen-*

Anno Christi 1217.

[b] In tabul. Cephal.

* olim id erat oppidum in agro Netino, nunc solo æquatum, feudum est ibidem.

[c] ibidem.

1223.

Quando Cephal. ecclesia castello Cephal. aliisque bonis fuit spoliata.

[d] Pirrell. deo. 1. l. 8. c. 1.

1224.

Siculi sub Fri. imp. à Romanis captivi fiebant.

1232.

Anno Christi 1232.

expendisset, cùm septem per annos plus quàm 70. millia tarenos percepisset, & quod alienasset possessiones Ecclesiæ, & domos contulisset Christiano, & Leoni affinibus suis; molendinum cuidam Marino, tenimentum Roccellæ dedisset fratribus Montis Virginis. Contra verò Episcopus partes suas tuebatur: *quòd domos episcopales reparavit, Ecclesiam Cathedralem ceperat reparare, Castellum Pollinæ à demanio Ecclesiæ alienatum redemit tarenos* 800. *multa Ecclesiæ ornamenta fecisset; fecit molendina, reparavitque molendinum Roccellæ, acquisivit Ecclesiam S. Mariæ Roccellæ, revocavit tenimenta, & Casalia S. Luciæ de Syracusa, alienata à suis prædecessoribus, Mistrettum quoque, Capitium, & Camaratam, & Calatabuturum, & molendinum in Calatabuturo, & Scillato, & quòd oportuit ire in Alamaniam* (ante an. 1224. Imperatore ibi tunc degente suffectus fuit Siciliæ Preses Petrus Archiepiscopus Panor.)[a] *Viterbum, Romam, & in Apuliam ad D. PP. & Imper. pro juribus Ecclesiæ, tempore belli occupatis à militibus, & alienatis*. Tandem Delegatus Judex concilio habito cum Jucundo Abbate & F. Bonifacio monachis S. Jo. Heremit. Fratre Leone Priore Castri Joannis assessoribus; eodem an. mense decembri xii. ind. hanc protulit sententiam: ut *fructus & pecunia Episcopo restituerentur; in reliquis ab Episcopo prætensis absolveretur Imperator*. De Civitate Cephaludi, jam ut restitueretur juri Episcopi, decreverat Pontifex; Castellum verò ab Imperatore custodiri, præsertim quòd ante destitutionem Imperator fuerat in possessione, & quòd exactiones fuerant factæ pro utilitate Siciliæ contra Saracenos, & datam spontè Ecclesiam Collisani adjudicavit Episcopo. Anno 1228. Harduinus noster Ecclesiam S. Mariæ de Gibilmanno, in qua meritis B. Virginis Deus multa miracula operabatur, in Prioratum constituit sub habitu B. Augustini, Anno circiter 1238. iterum à Friderico Imp. exilio multatur cum aliquibus Archiepiscopis, & Episcopis, ut notat Fazellus dec. 2. c. 8. f. 279. *nonnullos exilio multavit, in quibus fuerunt Cephaludensis, & Catanensis*.

Montis Virginis fratribus Roccella à quo datur.

a ibidem & m. f. in append. f.

Ceph. eccl. restitutio bonorum per sententiam PP. Hon. II.

1228. S. Mariæ in Gibilmanno ecclesia quando in Prioratum erigitur. 1238.

X. JOCÆLMUM II. *Campanum* ad annum 1240. tabulæ Cephal. Ecclesiæ referunt.

1249. a ex tab. eccl. Ceph.

XI. F. RICHARDUS *Grizetta S. T. M. Messanensis religiosus ord.* [1] ...[b] Episcopus creatus, malè se gessit cum canonicis Cephaludensibus; cumque vix transacto anno expulere, multa enim Ecclesiæ privilegia eripuit, Messanamque secum detulit; nunc Rhegii in Calabria inveniuntur. Anno eodem mense octobri Nicolaus de Panormo Regis Friderici Capellanus spontè in manibus Richardi electi, Ecclesiam S. Luciæ de Syracusa una cum casalibus, & pertinentiis resignavit; ea enim hactenus Nicolaus possederat. Interim *Harduinum* Ecclesiam rexisse Cephal. apud ejus tabulas invenio. Sed fortè eum ad subeundas Richardi vices delegerunt canonici; nam an 1253. 10. julii xi. ind.[c] Regis Conradi an. 3. iterum Ricardum Episcopum reperio, qui à Basilio S. Petri Palatii Panorm. cantore Ecclesiam S. Mariæ de Politio revocavit, quòd eam contra jus Cephal. Ecclesiæ, S. Petro univerat R. Fridericus. Eodem anno diem clausit extremum Richardus. [2]

Anno Christi 1249.

1253. c ibidem.

1254. d ibidem.

XII. JOANNIS II. *Neapolitani* primam habuimus notitiam ex hoc Apost. rescripto: *Alexander*[d] *Quartus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio O. Sanctæ Mariæ in Via lata Diac. Card. Apostolicæ Sedis Legato sal. & Apost. bened. Cùm, sicut venerab. frater noster Joannes Cephal. Episcopus nobis exposuit: Universitas hominum Cephalud. Castrum Cephaludi, quod est ipsius Episcopi speciale, detinere præsumant in ipsius Episcopi præjudicium, & gravamen; discretioni tuæ per Apost. Scripta mandamus; quatenus si est ita, dicto Episcopo restitui facias Castrum ipsum, sicut de jure fuerit, & videris expedire. Contradictores &c. Datum Neapoli xi. Kal. Junii pont. nostri anno primo*. Deinde legimus eumdem Pont. datis litt. Lateran. 8. jan. an. pon. 2. præscripsisse *dilectis filiis potestati, consilio, & communi Panormitano, ut Castrum & Roccam Cephaludi, quæ apud se retinebant, eccl. Cephaludensi restituerent*. Idem statutum esse legi. *Radulphus miser. div. Episcopus Albanensis Apost. sedis legatus nobili viro, & in Christo chariss. domino Philippo de Monteforte Vicario Regio in Sicilia salutem, & sinceritatis affectum. Nobilitatem vestram rogamus, qua fungimur, vobis, auctoritate mandamus; quatenus Castrum Cephaludense, quod ad eccl. Cephal. dicitur pertinere, venerabili fratri nostro Joanni Episcopo Cephal. restituatis. Quod si pro vestra, ac illustris Regis Siciliæ securitate vos retinere contingat; illud usque ad nostrum adventum faciatis fideliter custodire, interim non permittendo prædictum Episcopum à Castellano & servientibus dicti Castri in aliquo molestari. Dat. Melphiæ x. Kal. sept. x. ind. pont. Clementis PP. IV. anno 2.* Quòd

(1) Adde *Miserum* ex Philippo Cagliola in manif. Prov. Sic. Ord. Min. expl. 6. manif. 10. f. 180. & Auria in hist. Cephal f. 74. Ejus doctrinam, Sanctimoniam aliaque, præclarè gesta commemorat Cagliola.

(2) Julius Ambrosius Lucenti in Ital. Sac. de Episcopis Humanatensibus n. 11. f. 283 ait: *G. Episcopus Cephaludensis in Sicilia ad Humanatensem cathedram translatus prid. Kal. Julii* 1252. at falsò nostræ Cephaleditanæ Ecclesiæ adscribitur. Ughellus in nupera editione Coleti to. 1. col. 745. rectè ait: *G. quendam Episcopum Cephalonensem huc transtulit Innocentius II. an.* 1252. *prid. Kal. Julii ex reg. Vat. ep. 1. f.* 196. *an.* 10. fuit etenim Cephalonensis Ecclesiæ in Epiro, non Cephaledensis in Sicilia Episcopus, etenim in hac nostra Ecclesia ab anno 1249. ad an. 1253. sedit Richardus. Post Richardum Episcopum statuit Aydonum de Capua Carandinus in delect. Eccl. Ceph. f. 120. & ex eo Auria in hist. Cephal. f. 72. an. 1250. at nec Pirrus, nec Passaflumen in Catalogo Episcoporum exhibuere. Sanè an. 1250. vivebat Richardus, qui obiit anno 1253.

F. THOMAS DE BERTA nobilis Romanus Ord. Prædicatorum, vir doctissimus Episcopus Cephalæditanus post Richardum constituitur à Passaflumine De orig. Eccl. Cephal. f. 66., qui F. Thomam Fuscaberta vocat & post annos decem Cephaledis decessisse tradit. Auria cit. anno 1253. electum putat, & post annum obiisse Cephaledii. At veriùs ex Ughello Ital. Sac. to. 3. f. 557. electus Cephaledensis Episcopus, ad Senensem Ecclesiam assumptus est, & ea in sede meritis plenus decessit an. 1273. Fontana in Theatro domin. par. 1. c. 5. tit. 159. f. 163. ait, quòd electus Episcopus Cephaledensis à capitulo, electionem Innocentius IV. non approbavit, sed ad Senensem Ecclesiam evexit. Ideoque nil mirum si à Pirro prætermissus sit. De eo idem Fontana, cap. 4. tit. 89. f. 99. Galleria dom. Chronol. 1. cent. 1. n. 31. f. 19.

Anno Christi, 1266.

Quòd id Castelli jus ad Ecclesiam Cephal. spectaret, ita invenimus; *Anno 1266. mense Julio, Rege Carolo regni ejus anno primo &c. De mandato domini Aimonis de Aquino Regii Justitiarii in Sicilia citra flumen Salsum, recepti testes dixerunt, quòd terra Cephaludi cum Castro, & hominibus dicta terra, & omnibus juribus, & proventibus ipsius non spectat ad demanium, sed à tempore Regis Rogerii per eumdem Regem Episcopo, & ecclesia Cephal. sunt donata. Proventus autem ipsius terra Fridericus Rex sibi usurpaverat à tempore coronationis sua usque ad obitum, & post* B *eum Rex Conradus, & dominus Manfredus eadem jura pro ipsis percipi fecerunt. Quamquam Fridericus Rex, & Imp. mandatum dederit Panormitano Archiepiscopo* Petro an. 1224. *tunc temporis Balio Sicilia Generali, per quod mandabatur eidem, ut jura ipsius portus, qua erant in manibus ejusdem, Harduino Cephal. Episcopo restitueret, & abinde prædictus Episcopus percepit prædicta jura usque ad tempus expulsionis prima dicti Episcopi; post expulsionem vero ejusdem, idem Imperator in odium ipsius revocari fecit eadem jura* C *prædicti portus ad ipsius proprietatem, &c.* Accesserat Joannes Episcopus Neapolim ad Carolum à quo duas obtinuit litteras datas ibidem 8. april. XIII. ind. perscriptas Justitiario Siciliæ alteras, de jure Castri Cephal. alteras: *quòd cum proventus Portus Thusa, seu Dohana maris ejusdem terra Cephal. diœcesis de jure ad eamdem ecclesiam pertinuerint, ac eos perceperit pacificè, & quietè, à tempore cujus non extat memoria, usque ad tempus, quo Henricus de Vigintimilliis dictus Comes tenebat dictam Ecclesiam occupatam,* D *proventus hujusmodi; nec ad opus curia procurentur. Petiit, ut sibi restitui de benignitate regia mandaret.*

Ceph. ecclesię consecratio an. 1267.

Idem Albanensis Episcopus Templum Cathedrale consecravit, uti ejus diplomatis verba demonstrant. *Radulphus &c. Universis Christi fidelibus per Regnum Sicilia constitutis salutem in domino. Inter catera incrementa, quibus tamquam sponsus procedens de thalamo suo Dominus unicam sponsam suam ecclesiam & munit, & ornat, dedicatio templi meritò habetur insignis. Cùm-* E *que per Christi ministros in illa visibiliter exhibeatur, in templo fideles anima divinitùs peragantur; & qua ibi cernuntur exterius, facilè ad internorum amorem humanum .... intellectum. Quarè dignum, ut dedicationis solemnia celebrantes, pro temporali solemnitate, quam peragunt, speciali dono gratulentur, & recipiant veniam peccatorum, qui sacra mysteria venerantur. Cùm itaque nos ecclesiam Cephaludensem in honorem Salvatoris omnium, cujus est eadem ecclesia insignita titulo 4. idus aprilis duxerimus consecran-* F *dam, ut Christi fideles per pramia, quasi ad merita invitentur. Omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui die dedicationis ipsius Ecclesia, & usque ad octavas festi inventionis B. Crucis proximè futura unum annum, & 40. dies; illis verò, qui in anniversario ejusdem, annis singulis cum devotione prædictam Ecclesiam visitaverint, 100.* A *dies de injuncta eis pœnitentia, de Omnipotentis Dei auctoritate misericorditer relaxamus. Dat. Cephaludi 3. idus april. pont. domini Clemen. V. PP. ann. 3.*

Anno Christi 1268.

Anno 1268. Joannem nostrum Messanæ in æde D. Mariæ de Parisccio mense martio adfuisse testantur Cephalædenses tabulæ: eo anno vel obiisse, vel ad aliam translatum ecclesiam credo; (1) cui successit 1268.

XIII. PERPERS seu *Petrus Taurs Gallus* in quodam instrumento [a] an. 1269. die 26. feb. B xii. ind. scripto in gratiam presbyteri Nicolai de Costa civis Cephaludensis, ac Beneficiarii Metropol. eccl. Panormit. ita subscribitur, *Perpers de Taurs Archid. & epis. Cephal.* Hunc eumdem esse, ac *Petrum de Thurino* Archidiaconum eccl. Cephaludensis, qui ex priore S. Petri de Urbe ad sedem Cephal. evectus est, facilè crediderim; ad annum 1274. vixit. sedit an. 5. 1274.

[a] Autogr. servatur in tabulario eccl. Panor. in archivio marg.

XIV. JOANNES III. *Romanus* regni Caroli anno XI. sedebat. idem an. 1279. 2. maji 7. ind. 1275. una cum septem suis canonicis, dato privilegio, 1279. C Fratrem Philippum canonicum Cephal. ecclesiæ S. Mariæ de Gibilmanna Priorem elegit ex tab. eccl. Ceph.. Anno 1282. Archiepiscopo Panor- 1282. mitano Romæ apud pp. Martinum II. agente, Joannes iste die 10. augusti Petrum Aragonium Siciliæ Regem Panormi coronavit [b].

[b] Faz. dec. 2. c. 1. l. 9. & Tellus de eccl. Montereg.

XV. M. JUNCTA *Panormitanus* Petri Siciliæ, ac Aragoniæ Regis Capellanus, quem *Infulam* falso appellat Fazellus dec. 2. l. 9. c. 2.. Eo 1284 Antistite, Constantia Aragonum, & Siciliæ Regina Petri R. uxor: *Intelleximus*, ait, *quòd* D *Henricus Tartaro Syracusanus Canonicus, & vice Archidiaconus Messan. clericus, & familiaris dom. Regis Manfredi fel. mem. patris nostri habuit, & possedit canonicè beneficium S. Lucia de Syracusis, & postmodum adveniente dominio Caroli Provincia Comitis hostis nostri ob fidem probandam dicto domino Patri nostro fuit destitutus, ac possessione dicti beneficii sine caussa cognitione spoliatus. Ideò volumus, ut jus suum audiatur coram judice suo &c. Dat. Messana an. dom. 1284. 17. novembr. 13. ind. Aragonum regnorum an. 4.* E *Sicilia an. 3.* [c]. Id beneficium denuo eidem Henrico concessit Juncta dum Syracusis ageret, scripto privilegio ibidem anno 1285. 15. augusti 1285. XII. ind. Regni R. Petri Siciliæ an. 3. *Nos Juncta, ait, permissione divina Cephalud. Episcopus, ac ejusdem Regis Capellanus, & familiaris præsenti pagina omnibus patefiat; quod cum essemus apud Syracusam in Ecclesia S. Lucia de eadem terra, ad nostram Collationem, & dominium nomine nostra prædicta Cephal. Eccles. ex antiquo & pleno jure rationabiliter spectante, & ipsam ecclesiam S.* F *Lucia vacantem invenissemus, & ferè destructam; nec non domos ipsius dirutas, & dissipatas, tum propterea quòd ab ea per multas dietas distamus, & ipsam propterea providere de suis necessariis (ut condecet) non possumus, tum etiam propter imbecillitatem temporum, qua satis ardua, & asperrima fuerunt: stante super eam Spiritu Sancto, nomine Salvatoris, qui cuncta gubernat, nec non ob merita,*

[c] in tab. eccl. Cephal.

(1) *Joannes Frangigena* Episcopus Cephalæditanus constituitur an. 1266. a Carandino cit. f. 120. & Auria cit. f. 73. post Joannem Neapolitanum: at quia Joannes Neapolitanus usque ad annum 1268. Cephalæditanam rexit Ecclesiam, teste Pirro, eumdem esse censeo ac Joannem Neapolitanum.

Anno Christi. 1286.

rita, & preces beatiss. Virginis Luciæ, quæ in eodem loco coronam gloriæ suis meritis acquisivit, affectuosissimè invocando, &c. ipsam ecclesiam in beneficium elargimur nobili viro Henrico Tartaro clerico vener. Syracusano Canonico, dummodò teneatur anno quolibet in die Transfigurationis Domini Ecclesiam nostram Cephal. tamquam matrem suam, & nos, atque successores nostros visitare, nec non coram nobis cum encenio unius unciæ aureæ in festo prædicto de proventibus ipsius ecclesiæ S. Luciæ pro recognitione, & debita reverentia per se, vel per suum legitimum procuratorem præsentare, atque constituere.

1286. Anno 1286. die 2. Feb. Panormi Jacobum Infantem Petri secundogenitum corona, & diademate decorarunt Juncta [a] noster, Philippus Squillacensis, Tancredus Neocastrensis Episcopi, Archimandrita quoque Messanensis cum abbatibus suffraganeis. Quod ægerrimè ferens Honorius IV. Pont. Max. die 18. novembr. Junctam cum aliis dignitate Episcopali [b] spoliavit, atque ad deponendum eum Gerardum Card. Blancum sedis Apost. [c] Legatum transmisit. Anno 1289. Jacobus Rex has dedit litteras Messanæ 7. Maii 1. ind. regni ann. 1. *Ricardo de Passaneto militi, Justitiario Vallis Agrigenti, Comitatus Giracii, partium Cephaludi, & Thermarum &c. Pro parte venerab. patris domin. Junctæ Cephal. Episcopi fuit nobis supplicatum. Quòd cùm Cephaludensis Ecclesia, & prædecessores sui ab immemorabili habuerint Tonnariam in districtu maritimæ ejusdem eccles. a Flumine Torto usque ad locum, qui dicitur Colubra, & proventus ejusdem Tonnariæ sine contradictione perceperint; nunc Gabellotus Tonnariarum Curiæ nostræ in Sicilia ultra Flumen Salsum asserens dictam eccl. nullam habere Tonnariam in dicta maritima, nisi Tonum tantùm unum, impedit constructionem Tonnariæ in præjudicium ecclesiæ memoratæ. Quarè facias inquisitionem. &c.* & facta [d] inquisitione, decretum est Tonnariam ad eccl. spectare per litteras dat. Messanæ 20. Maii 3. ind. ann. 1290. à Berardo de Ferto milite ejusdem Regis consiliario, familiari, & M. C. Magistro Rationali, sub ejus sigillo munitas.

1293. Anno 1293. Juncta supplicante, Fridericus Infans Regis Aragonum, & Siciliæ, Jacobi fratris sui in Regno Siciliæ generalis locumtenens Secretis, & Magistris Procuratoribus Siciliæ perscripsit, *ut integras decimas veterum gabellarum, & jurium curiæ terrarum Politii, & Calatabutturi, Episcopo, & Ecclesiæ Cephal. solverent. Dat. Panor. penul. Decemb. 7. ind.* Easdem litteras idem Fridericus postea Rex electus dedit in Castris in obsidione Castri Castilionis 17. Aug. 10. ind. regni anno 2. De Juncta nostro ita scribit pp. Bonifacius VIII. Cantori Eccl. Panormitanæ; *Magister [e] Juncta olim Cephal. episcopus post latam in eum auctoritate Apost. per fratrem nostrum Gerardum Sabinensem Episcop. tunc in Sicilia Apost. Sedis Legatum, depositionis sententiam propter suos enormes, & manifestos excessus; possessioni episcopatus Cephal. spreta eadem sententia, incumbere non formidans, Nicolaum Ada canonicum ecclesiæ Cephal. canonicatu, & præbenda, quam in eccl. Cephal. canonicè fuerat assecutus, de facto, cum de jure non posset, contra justitiam post appellationem ab eo ad sed. Apostol. propria temeritate spoliare præsumpsit. Quare dictum canonicatum restituas &c. Dat. Later. 10. Kal. Martii pont. an. 1.* An Juncta suæ fuerit pristinæ dignitati, auctoritate Apostol. restitutus, & de ejus obitu nihil est apud me certum.

a Fazell. l. 8. Hieronymus Surita & alii.
b ex Lell. in hist. Monter. p. 2. fol. 49.
c In Bibl. ejus. Monteregal.
d In tab. eccl. Ceph.
e Ibid.

Anno Christi. 1304.

1304. XVI. JACOBUS *de Nernia* Friderici II. Regis Capellanus, fit Antistes an. 1304. cui mox Alphonsus Ferrandus Dominici Episcopi Syracusani Vicarius, ac ejus Canonicorum Capitulum ecclesiam S. Luciæ Syracusarum, uti de jure Cephalædensis Eccl. restituit [f], & per diploma ejusdem Regis 14. Maii, regni ejus ann. 15. jura antiqua eccl. Cephalædensis, quæ *assas super gabellis universitatis Cephaludii* appellant, revocantur. Eodem anno 1. Aprilis nostro Jacobo per apost. rescriptum dat. Avinione [g] à pp. Clemente V. ut caussam de Casali Permenini inter Arnaldum Monteregal. Archiep. & Cambinum Panorm. adjudicaret, præcipitur. Anno 1321. noster Præsul de consensu sui Capituli Castrum Pollinæ juris suæ ecclesiæ, cujus annui proventus erant 30. vel 40. auri unciæ, eæque ad custodiam illius, & ædificiorum reparationem expendebantur, permutavit cum duobus Casalibus *Femenino & Veneruso juris Francisci de Vigintimilio Comitis Giraci, quorum redditus exigebantur tunc singulis annis unciæ auri 60. hac tamen pro Ecclesia adjecta conditione, ut penes ipsam remaneat possessio, ac plenum dominium Tonnariæ, nuncupatæ de Rays Chelbi* in Pollinæ territorio. Anno 1320. auctoritate hujus Antistitis Raynaldus de Bentivegna miles Cephalæd. ejusque uxor Joanna sacellum S. Crucis Cephalædii construxere, bonisque locupletavere. Per id temporis anno eodem ind. 3. suam perlustrans diœcesim, cùm Politium adiisset, ubi à clero, populoque illius rogatur, ut venerabile corpus *B. Gandolphi ord. minorum*, qui anno 1260. obierat, & tam in vita, quam post eam, multis coruscabat miraculis, exhumaretur & honorifico, atque decenti locaretur sepulchro; precibus eorum se præbuit difficilem, ne levitatis insimularetur, quòd corpus viri pii, cujus sanctitas testibus non fuisset comprobata, colendum exponeret. Attamen voluit Deus, ut quem gloria, & honore coronaverat in cœlis, homines venerarentur in terris. Divinitùs ergo monitus est Antistes, agnovitque ex Dei voluntate non esse populi petitionibus resistendum; ergo tum de vitæ sanctitate, tum de prodigiis diligenter inquirens, publicis omnia tabulis consignari voluit, ac de tota re dialogum ipse conscripsit; sed cultum illum Deus novo prodigio comprobavit; dum enim fossores operi incumberent magna sollicitudine, ullo absque labore pretiosum detexerunt thesaurum odoriferis repentè flosculis gelsominis exornatum: tantæ rei monumentum tabula prope sepulchrum conscripta testatur. Hæc autem inventio accidit an. 1320. 17. Maii. („ De „ B. Gandolpho consule Waddingum tom. 7. „ Annal. Minor. an. 1260. fol. 214. Cajetanum „ tom. 2. SS. Sicul. fol. 209. & Scriptores Seraphici

f Ibid.
g Ex Lello in hist. Monter. p. 2. f. 89.

Pollina commutatur cum duobus casalibus Vigintimiliorum.

De B. Gandolpho.

Anno Christi. 1324.

„ phici Ordinis.) Eo præsule, Sancius ex illegitimo thoro Regis Friderici II. germanus frater, omnia fere prædia ecclesiæ Cephalæd. sibi occupavit [a]. Obiit Jacobus noster an. 1324.

[a] Ibidem.

1324.

XVII. ROGERIUS *de Sancto Joanne Messanensis* civis & canonicus Friderici II. ac ejus filii Petri II. Regum facellanus, à Canonicorum Capitulo Cephalæd. die 22. Jan. sub pp. Jo: XXII. electus Antistes, à Guidocto Archiep. & Metropol. Messan. confirmatur [b]. Iste Henrico Comitis Francisci de Vigintimiliis ex pellice filio, nemora *Bisantia* juris hujus ecclesiæ gratis concessit, quæ ab eodem mox fuere usurpata. Hunc Rogerium non diu episcopum egisse facilè existimaverim.

[b] Ex bol. ecclesiæ Mess.

1329.

XVIII. F. THOMAS *de Butera Siculus* canonicus Syracusanus ac Archidiaconus [c] Montisregalis, deligitur Antistes à Canonicorum Capitulo, & ann. 1329. penultimo junii à Guidocto Archiepisc. Messanensi [d], cui uti suffraganeus, fidei præstitit juramentum, confirmatur. Sed id ratum noluit pp. Clemens VI. ut in electione successoris legere est apud Lucã Waddingum in Annal. minor. tomò 3. fol. 234. sed Thomas electus præcessorum Præsulum cadavera in cathedrale templum atque honorificum transtulit locum; ut non minus verò animis, quàm corporibus consuluisse videretur, aliquot presbyteros quotidianas missas celebraturos instituit. In libro quoque, quem *Rollum Rubeum* appellant, omnia privilegia, ac jura ecclesiæ hujus exscribenda curavit. Corpus etiam B. Gandolphi in hospitali Politiensi inventum, die Sabbato Pentecostes 17. Maii in ædem majorem honorificentissimè detulit. Sed nunc hujus translationis, & inventionis festus feria 2. post Domin. Pentecostes, dies verò obitus dominico die 3. Sept. agitur. Noster Thomas pro tuendis suæ Ecclesiæ juribus multa perpessus est, sed tandem post duos annos non obtenta pontificia confirmatione præsulatus electionem respuit.

[c] Ex tabul. Montr. 1. Aug. & ... & Lib monasteri fol. 109.
[d] In tabul. Mess.

B. Gadolphi translatio.

1333.

XIX. F. ROBERTUS *Campulus ord. Minorum S. Franc. Messanensis* ob obitum Rogerii ex apost. litteris 2. id. Octob. anno 1333. apud Waddingum lib. 3. fol. 402. iste an. 1323. fuerat sui ordinis Minister in Provincia Sicula, unde falsò Carandinus in descript. eccl Cephalæd. an. 1323. episcopum egisse statuit; & Fazellus dec. 2. lib. 9. cap. 4. *Romualdum* appellat; hic verò scribit eum Francisco Vigintimillio Comiti Hieracensi, qui à Rege Petro II. defecit, adhæsisse; atque anno 1337. primo Febr. in arce Hieracensi apud Comitem eundem, atque Emanuelem ejus filium suasionibus effecisse, ne mandatis regiis obtemperarent, quam ob causam cùm paulò pòst à Regis militibus [e] obsidione premerentur; Comes per loca avia, ac prærupta aufugere coactus est, & prope Collisanum interiit ab hostibus trucidatus. Episcopus verò noster, quem Fazellus loco cit. & Maurolycus lib. 3. f. 165. proditionis auctorem vocant, è sede Episcopali dejicitur. Obiit tandem anno 1342. ut lego apud Wadding. eo anno fol. 475. („De eo Cagliola in Manif. Prov. Sic. Ord. Min. „ Conv. fol. 181.) Interim *F. Petrum de Calatabierone Franciscanum* [f] eligunt canonici Cephaled. & capitulum Messanense sede vacante pro metropolico jure confirmavit; quia verò pp. Clemens VI. sibi provisionem Præsulatuum reservaverat, hanc respuit electionem.

1337.

[e] Fazel. sed ... m. & Platin p. ... 5.

Anno Christi. 1342.

[f] Ex tab. Cephal.

1342.

XX. F. GALGANUM *Blasium de Florentia* itidẽ *Franciscanum* infulis pontificalibus exornavit Clemens, dato dipl. 10. Kal. Maii, pont. anno 1. ex Wadding. ad eum annum num. 4. („Et in reg. fol. 272.) qui translatus fuerat ab eccles. Alariense in Insula Corsica sub Archiep. Pisano. Mox sub Rege Ludovico multis comprobavit testibus *Tonnariam juris suæ Ecclesiæ à Flumine Torto super Thermas incipere, & ad Columbaram usque, prope Caroniam protrahi.* [g] Hujus Galgani ad annum 1346. meminerunt tabulæ Cephaludenses. („Hic Galganus Joan„ ni XXII. apprimè gratus Aleriensi Ecclesiæ „ præficitur anno 1330. ex Waddingo cit. ann. „ 1330. num. 12. & Ughello tom. 3. Ital. Sac. „ fol. 503. Cephalædi decessit ann. 1351. ex Ca„ gliola in manif. cit. explor. 6. manif. 10. fol. „ 182. Blasio quemdam Hugonem anno 1355. „ suffectum tradit Passaflumen de orig. Eccl. „ Cephal. fol. 68. & Ecclesiam quatriennio per „ procuratorem gubernasse. At nec a Pirro, „ nec à Carandino, nec ab Auria citatis memo„ ratur: immo ann. 1352. immediatè post Gal„ ganum reponunt Nicolaum.)

[g] In tabul. Monasch.

1352.

XXI. NICOLAUS datus est Antistes Cephaludensibus a pp. Innocentio VI. Pontificatus an. 1. ut ex monumentis Bibliothecæ Vaticanæ constat [h]. Eo Præsule an. 1359. prid. Kal. Martii decessit è vita Cephaludi Euphemia Friderici III. Regis soror, ac Siciliæ Vicaria. Noster Nicolaus ita in administrando Episcopali officio præclarè se gessit, & semper invictus, & fortis fuit, ut quàm illustria, fama adhuc prædicet, & testibus pluribus [i] comprobata legamus. Maximè cùm quidam potentiores, nobilioresque viri (quorum nomina, cognomina, & res contra Cephalædum gestas, exscripta reliquit Rex Martinus per suas litteras dat. Catanæ anno 1398. [k]) præter alia jura Ecclesiæ Cephal. ab ipso Episcopo *Roccellam* extorquere vellent, uti antea *unam ex tribus sacris spinis Coronæ Jesu. dom.* juxta traditionem manu ductam ad nostra tempora, profusis lacrymis optimus Pastor coram S. Salvatoris Tutelaris imagine; id utilitati, & dignitati ecclesiasticæ repugnare percipiens, adeo illorum cupiditati constanter obstitit, ut neque pollicitationibus, neque terroribus à sententia decedens, in castellum proprium Gratterii duceretur, & ibi in carcerem obscurum pulsus sit, ubi longa custodia maceratus, vitam tot ærumnis affectam, cum alia æternis gaudiis plena commutavit. Cujus cadaver curvatis genibus, erecta ad cœlum cervice inventum, funebri lacrymarum pompa à clero, populoque diœcesano in Cathedrale templum translatum est, & honorificè in loco, ubi hodie Episcopalis extat thronus, cruce porphyretica signato sepelitur. („ At an. 1642. Epi„ scopus Petrus Corsettus in Ecclesiæ sacra„ rium transtulit; cùm decentiore loco di„ gnum, ob sanctimoniæ famam censuisset.)

1359.

[h] In Bibl. Montilis.

Euphemiæ Siciliæ Vicariæ obitus.

[i] In processu litis de ... ecclesia juris eccl. Cephal.

[k] Infra ad eum an.

Anno Christi. 1388.

XXII. F. GUILLELMUS *de Salamone ord.* ... [1] *Siculus Politiensis* ex spectabili genere natus ab Urbano VI. 24. Martii anno sal. 1388. pont. verò anno 10.[a] huic ecclesiæ præficitur; fuerat regius Capellanus ex Cancell, & Prot. Anno 1392. precibus hujus Præsulis Martinus, & Maria Siciliæ Reges hoc diplomate *confirmarunt ea privilegia Cephaludensi ecclesiæ concessa per Regem Rogerium Ecclesiæ ejusdem fundatorem, & Impp. Henricum, Fridericum, & Constantiam, confirmata per Innocentium, & Honorium pp. videlicet Cephaludi, Casale de Caica, Casale de Pollina, & quidquid Adelesia neptis regis eidem ecclesiæ contulit beneficia Calatabuturi, Politii, Mistrecta, ecclesiam S. Luciæ de Syracusa, eccl. S. Mariæ de Camarata, Eccl. S. Nicolai in loco Politii, Eccl. S. Mariæ de Gibilmanna, eccl. S. Iconi di Gratterio, eccl. S. Joannis de Roccella, eccl. S. Mariæ de Binsirico, eccl. S. Salvatoris de Capitio cum omnibus eorum juribus, possessionibus, & pertinentiis; nec non diœcesim cum decimis, & juribus Episcopalibus, quemadmodum à Messanensi Ecclesia concessa erant. Arcusam, Casale de Bato, Montem majorem, Constansinum, Casale Odosuer, decimam omnium veterum gabellarum terræ Politii, Calatabuturi, Collisani, Gratteri, Asnelli, Sclafani, & Montis majoris. Dat. Panormi.* 10. *Junii ind.* 15. *anno* 1392. *regni verò an. primo, & Reginæ an.* 15.

a Ex tabul. Cephal. 1392.

Aliis ex litteris eodē tempore habitis, iidem Reges Cephalædensem ecclesiam, ejusque Antistitem sub regia suscepere protectione. Anno 1398. 7. ind. idem Martinus ratum voluit beneficium *S. Mariæ de Binsirico in partibus Castelliboni diœc. Messanensis*, quod tanquam de jure ecclesiæ Cephalæd. contulerat Guillelmus [b]. Eidem Rex per aliud diploma 14. Decemb. 1396. 5. ind. privilegia iterum confirmat [c]. Deficiens noster Antistes à Rege Martino, Episcopali dignitate, ac illius bonis per has privatur litteras: *Presbytero* [d] *Conrado de Pretioso, & Vicesecreto Cephalud. Attendentes ecclesiam Cephaludensem ob ejus pastoris crimen rebellionis contra Majestatem nostram commissum, fore, & esse ad præsens eodem suo pastore destitutam; cujus occasione bona, & redditus ejusdem Ecclesiæ multipliciter deseruntur. Vos procuratorem, & administratorem duximus creandum, ut de bonis ecclesiæ medietas pro vita vestri presbyteri Conradi, & aliorum canonicorum, & presbyterorum Ecclesiæ servientium, alia medietas Castellani castri Cephalud. cùm ex auctoritate Apost. nobis concessa tempore necessitatis nostræ pro conservatione Reipublicæ, & status pacifici Regni nostri de bonis quarumcumque ecclesiarum vacantium in eodem Regno possimus licitè dictis nostris necessitatibus venire. Dat.* 28. *Maii* 6. *ind.* 1397.[e]

b In Canc. eo anno. 1396.

c Ib. lib. an. 1396. f. 408.

d Ibid. l. an. 1397. f. 33.

e Ibid. lib. an. 1397. fol. 340

XXIII. F. JULIANUS [f] cognomento *à Mileto S. T. D. Dominicanus* sufficitur Guillelmo. En Regis litteras: *Venerabilibus capitulo, & canonicis, & singulis aliis personis ecclesiasticis ecclesiæ Cephal. ac capitaneis, & cæteris officialibus Cephaludi, vel ejus diœcesis tam præsentibus, quàm futuris devotis oratoribus nostris gratiam nostram, & bon. vol. Dum ecclesiarum, & negotiorum earumdem continuis studiis vigilemus, cùm igitur dicta civitas Cephaludi, & ecclesia cathedralis ob æmulorum calumniantium rebellionem incautam, & maximè Antonii de Vigintimillis olim Comitis Collisani, & ejus cognationis etiam, qui ad eamdem civitatem, dum sub nostro nomine regio regeretur, tyrannicè intraverunt, ipsam rapuerunt & tenuerunt spatio certi temporis occupatam, & viam de Samiani, prout vulgariter dicitur, devastaverunt, & bonis suis spoliaverunt, etiam restantibus nudis parietibus dimiserunt totaliter denudatam, occasione præmissorum ea etiam rebellionis caussa per GUILLELMUM de SALOMONE episcopum ipsius ecclesiæ contra nostras excellentias, statumque pacificum nostri Regni, & potissimè civitatis ejusdem fuit excitata. Qui in prædictis disturbationibus fuit principalis, tamquam prædo calices, cruces, vestimenta, jocalia surripuit, ac eis eamdem ecclesiam spoliavit; & ideò eum privamus, ac F. JULIANUM de MILETO Ordinis Prædicat. Provincialem* [*] *donec à Sede Apost. fuerit provisum, eligimus, ut dictam ecclesiam, diœcesim, episcopatum, & omnia, & singula eorum bona habere, regere, gubernare, administrare, fructusque, redditus, proventus, & jura percipere, consequi, & habere, omniaque alia facere, & procurare possit, prout & cæteri Episcopi prædecessores ecclesiæ, & episcopatus ipsius rexerunt, & procuraverunt &c. Dat. Catanæ primo Julii vi ind.* 1398.[g] Quoniam verò cum Guillelmo Antistite ferè omnes ejus diœcesis clerici Antonio de Vigintimilio adhæserant, & à Rege defecerant, clericis, sed non Episcopo Martinus rebellionis noxam remittit his verbis: *Cùm Episcopus Cephaludi, ac omnes clerici in civitate Cephaludi, Politii, Nicoscia, ac in Comitatu comitis Antonii de Vigintimiliis, quàm Comitis Henrici ejus fratris existentes, rebellionem contra nostras Majestates commiserint, eis indulgeo, & remitto. Datum Catanæ* 10. *Octob.* 5. *ind.* 1396. Canonici vero habitis regiis litteris nec Juliano proventus dare, nec illi obedire voluere. Unde Rex per alias literas 28. Maii anno 1397. in Cancel. lib. anno 1393. 1396. & 1397. fol. 227. iisdem præcipit, ut saltem dentur unciæ 24. & per alias ann. 1401. & 1402. ibidem an. 1401. f. 20. & 42. l. anno 1402. fol. 73. & lib. Mon. fol. 394. scribit ut omnino Julianum, tamquam suum pastorem, & Præsulem habeant, & redditus omnes Ecclesiæ cedant. Ita & Regina Blanca Martini junioris uxor per litt. 4. Junii an. 1405. ibidem l. an. 1405. fol. 11. præcepit F. Antonio Gilio Canonico, & Vicario Cephalædensi, ut jura Ecclesiæ exigat, & Juliano præbeat. Per id temporis beneficium S. Mariæ de Camarata diœc. Agrigentinæ, quod uti de jure Eccl. Cephalæd. concesserat Rogerio de Vacaloro civi Cephalædensi Cantori Regii Sacelli Panor. præcessor

f Razzi in hist. dom. 1398.

Anno Christi 1398.

Ceph. ecclesiæ Episcop. Guil. à Rege defecit.

* Electus Provincialis ann. 1393. & confirmatus à R. Mart. 10. Ap. lib. R. Canc. f. 203.

g Lib. an. 2. Can el. anno 1397. f. 345.

1 Adde Minorum, ex Passaflumine cit. f. 68. & Cagliola in manif. cit. expl. 6. manif. 10. f. 182. At perperam ait, Martino & Maria Siciliæ Regibus faventibus Episcopum electum ab Urbano VI. 24. Martii 1388. Martinus etenim nondum eo tempore Siciliæ Coronam acceperat. Eo teste fuit Theologus, & Ecclesiastes celeberrimus, Regi Friderico III. percharus.

Anno Christi 1410. cessor suus Guillelmus, confirmavit Julianus A ex Capib. fol. 288. Huic jam senectute confecto datus est coadjutor, & Vicarius *F. Philippus de Butera canonicus Cephalud.* ac familiaris Regis; ut vices illius in Cathedrali æde subiret ibid. l. anno 1360. & 1366. fol. 90. & 97. & Prot. 29.
1410. Anno 1410. ut patet ex lib. canc. ind. 6. f. 148. è vita decessit Julianus, quem falsò *Joannem à Mileto Calabrensem* Joannes Michael Pius vocat de hist. p. 1. lib. 2. fol. 176. Vir fuit doctrina illustris, genere Siculus, Prior regius Monialium S. Catherinæ de Cassaro Panor. constitutus à Rege Martino per litt. 8. Decemb. 1397. canc. fol. 103. Prior quoque sui ordinis in Sicilia, eodem lib. ann. 1396. fol. 21. & Quæsitor de rebus fidei generalis sub Bonifacio pp. IX. lib. anno 1392. f. 96. („ De Juliano Fontana in Theat. Domin. „ par. 1. f. 163.) Canonicorum verò capitulum.

XXIV. F. Philippum admittere recusans, *Andream de Campisio Politensem* delegit; quem Andream noluit Regina Blanca, perscripsitque, ut denuò *F. Philippum* deligant canonici, missis litt. Tauromenio 20. aug. 4. ind. 1411. in capib. fol. 123. & de more in Antistitem recipiant; Jurati quoque Cephalædenses commendatum habeant, & illi proventus Ecclesiæ tribuant, donec à Romano Pontifice solemni ritu fuerit inauguratus. Sed canonicorum in capitulo congregatorum major pars elegit *Andream de Campisio*, minor *Petrum de Virsione Canon. Panorm.* filium Rogerii de Virsione viri nobilissimi, nullum verò pro Philippo datum est suffragium. Displicuit Reginæ, suam commendationem nihil profuisse; alias ergo Tauromenio 23. aug. eodem anno transmisit litteras canonicis, voluitque ut iterum convenientes coadunati canonicam peragerent electionem, ac hortabatur, ut haberetur ratio de plurimis *F. Philippi* promeritis, quem jussu regio commendatum volebat; electio verò præterita nullius juris, & contra canonum decreta dicebatur. Major enim canonicorum pars cum apud Reginam in comitiis Regni generalibus esset, capitulo non interfuerat, nec fuerat evocata, uti de jure præscriptum est: sed interim etiam Regina *F. Philippum*, datis litt. Nicosciæ 14. sept. 5. ind. 1412.
1412. vicarium Cephaludensem designat cum medietate redditUum. Cæterum mutatis rebus, cùm *Petri de Virsione* pater multùm apud Siculos prævaleret, in iis Comitiis Petrus postulatur Episcopus; permota precibus Regina Leontini 22. octob. Canonicis assensit, ut Petrum admitterent, & in possessionem præsulatus immitterent. Philippus tamen Episcopum agebat, suam possessionem legitimam esse contendens. Interea cessit Blanca Regina electo Regi Ferdinando, I. qui per suas litt. 6. novemb. 7. ind. 1413. œco-
1413. nomos Ecclesiæ Cephalæd. constituit F. Antonium de Gilio canon. Ceph. & presbyterum Antonium Passaflumine, ut nomine regio omnes redditus, proventusque Ecclesiæ exigerent, expenderentque pro necessitatibus presbyterorum inservientium Ecclesiæ, pro F. Philippo Episcopo unc. 25. & pro Petro electo unc. 15. singulis annis; qui Petrus de consensu Philippi coadjutor, Vicariusque Ecclesiæ destinatur. Anno Christi 1416.
Anno 1416. Philippus cum suis Canonicis [a] convenit, ut iis pro annua provisione uncias quatuor, salmas vini decem, & frumenti tres daret. Tandem anno 1421 mortuus est. („ His in „ rerum fluctuationibus post obitum Juliani „ electus est Episcopus Cephalæditanus F. Joannes de Paludibus ord. Min. ejusdem diœcesis „ IV. idus Febr. 1411. Ex Wadingo t. 5. ann. „ Min. anno 1411. n. 2. f. 78. qui etiam addit „ an. 1413. n. 6. f. 82. post eundem Julianum „ electum nostræ Ecclesiæ Episcopum F. Anto-B „ nium de Florentia V. idus Martii 1413. Sed „ utriusque electio non est admissa.) 1421.

Quarè *F. Philippum Gambacurtam ordinis Prædicatorum* à consiliis, & confessionibus suis Rex Alphonsus, datis litt. Neapoli 26. feb. 1422.[b] Administratorem, ac Commendatarium Ecclesiæ Cephalæd. constituit, ut redditus illius exigeret. („ De Philippo Fontana in Thea- „ tr. cit. p. 1. cap. 5. tit. 159. f. 163.)

XXV. F. ANTONIUS *Ponticorona S. T. M. Dominicanus* ex nobili genere *Panormitanus*, 1423. C cujus avus Guillelmus Ponticorona anno 1329. [c] & pater Gandulphus anno 1350. [d] Prætoris Panormi munere perfuncti sunt, frater verò Joannes Ponticorona an. 1422. Prior S. Annæ de Scalis, & an. 1430. Prior Trinitatis Deliæ, & Cantor Panormit. Ecclesiæ. Fuit Antonius prudentia & litterarum peritia singularis, atque Ecclesiastes eximius, in Sicilia sui ordinis Prior Provincialis, & an. 1416. datis litt. Catanæ ultimo martii 9. ind. in Cancel. l. an. 1415. fol. 213. D Quæsitor generalis de rebus fidei, Regis Alphonsi Confessarius, ac Consiliarius, a quo per suas litt. datas in Castro Civitatis Augustæ 1. novemb. 1. ind. 1422. ibi. l. an. 1422. f. 144. & 243. & in prot. f. 85. Episcopus Cephalædensis pp. Martino III. oblatus est, a quo confirmatus, ut in possessionem immittatur, scribit *Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum &c. Venerabili in Christo Patri, nobilibus, dilectis, consiliariis, Viceregibus nostris in Regno Siciliæ gratiam nostram, & bonam voluntatem. Nuper Sanctissimus dominus Papa Vener. Religioso, & dile-*E *cto confessori, oratori, & consiliario nostro fratri ANTONIO PONTICORONA ordinis Prædic. S. T. M. de Episcopatu Cephaludi duxit communiri providendum, prout in bullis Apost. confectis hæc, & alia plenius asseritur contineri. Quapropter volentes, prout tenemur, provisionibus Apost. obedire, vobis dicimus, & mandamus de certa scientia, & expressè: quatenus ad acquisitionem possessionis dicti Episcopatus, & perceptionem ejus fructuum medii temporis, quam omnium aliorum jurium suorum, quoties opus fue-*F *rit, & extiterint requisiti, eidem Episcopo, seu aliis loco sui vestrum sæculare brachium favorabiliter impendatur juxta dictarum bullarum continentiam, & tenorem &c. Dat. in Castro novo Regali Neapolis 26. feb. an. dom. 1423. Rex Alphonsus. Exscript. in Cancell. 14. Maii 1423. fol.* 243. Capta possessione mox Antonius suum constituit vicarium Antonium Passaflumine canon. Cephalæd. Nostrum Antonium falsò genere *Lombardum* in sua hist. domin. p. 2. l. 3. f. 99. scripsit

[a] In tab. eccl.
[b] Ibid. l. an. 1421. f. 144.
[c] In tab. urbis Panor.
[d] Ibidem.

Anno Christi 1424.

scripsit Jo: Michael Pius. An. 1424. mense januario de consensu Capituli concessit ad emphyteusim[a] *feudum Sinescalci juris Ecclesiæ Cephal. situm prope flumen Sinescalci ex oriente, & Bruccatum ex occidente* Arnao de Sanctacolumba, domino oppidi Sanctæ Columbæ, nunc Isnelli, Guillelmo ejus filio, & hæredibus, onere tamen adjecto, singulis annis solvendi 25. salmas frumenti ipsi Episcopo, & successoribus: qua de re Cephalædenses cives apud Infantem Petrum Regis Alphonsi fratrem & in Regno vices agentem conquesti sunt; quòd Episcopus bona ecclesiæ dissipasset, ruinis templi non occurrisset, eosque maximè vexasset[b]. Per id temporis, cùm vigeret Schisma inter *Joannem XXIII*, & Petrum de Luna, qui *Benedictus XIII. dicebatur*, pseudo pontificem, ab Alphonso Rege ad Concil. Constantiense Antonius Episc. transmissus est; in eo de nostro Episcopo hæc in sess. 30. habentur tom. 4. Concil. gener. *Die Mercurii decima mensis martii fuit sessio generalis in majori Ecclesia Constantiensi solemniter celebrata, in qua quidem sess. Rever. Pater dominus Antonius Episcopus Cephaludensis officium missæ de Spiritu Sancto devotè decantavit*. De Rege verò Alphonso hæc leges: *quoniam inter alia virtuosa, & laude digna, quæ piæ memoriæ quondam Ferdinandus Rex Aragonum, & Siciliæ pro extirpatione execrandi schismatis, quod ab octo ferè lustris non permisit Ecclesiam catholicam sub unico gubernari pastore, dignoscitur peregisse ordinationem; quòd nullus Benedicto obedientiam præstaret*. Sequitur: *ordinationem prædictam à quondam Ferdinando Rege justè, & legitimè editam & promulgatam fuisse, ac per eum, ac Illust. Principem dominum Alphonsum ejusdem Ferdinandi primogenitum, & Regem modernum servatam*. Cæterùm nescio quomodo se habeat quod Michael Pius Bononiensis in hist. dom. p. 2. l. 3. fol. 18. memoriæ proditum reliquit: *F. Dominicum Pupium diœc. Senensis ordinis Prædic.* fuisse constitutum Episcopum Cephalædensem an. 1430. à pp. Martino V. ex dipl. pont. ejus an. 13. quod adhuc servatur in cœnobio Senensi, ubi dominicanam professus fuerat disciplinam. Invenio enim hisce temporibus nostrum Antonium Ponticoronam ad annum 1445. Ecclesiæ huic præfuisse: anno 1433. Antonius litem intendit in Romana Curia Abbati Montismajoris suæ diœcesis. En sententia lata. *Christi*[c] *nomine invocato. Amen. Nos Nicolaus de Tudiscis*[d] *Abbas Maniacensis, & Cameræ Apost. Generalis Auditor, unus ex regiis Consiliariis &c. In quæstione vertente inter Rev. patrem dom.* Antonium *Episcopum Cephalud. auctorem & appellatum ex una, & fr. Salvum assertum Abbatem Monasterii S. Mariæ Montismajoris conventum, & appellantem parte ex altera, & terminata per venerab. virum Franciscum de Ursone vicarium Rev. patris, & domini dom. Archiep. Panormit. Commissarium, & delegatum in hac caussa per Sanctiss. patrem dom. dom. Eugenium PP. IV.*

a In actis Not. Ricardi.

Isnelli casalis concessio.

b In R. Canc. eo an. f. 69.

Ferdin. I. & Alphon. filii laudes in conc. Constan.

An Pupius fuerit Episc. Cephal.

1430.

1433.

c Lib. Mon. fol. 378.
d Lib. Mons. fol. 438.

Anno Christi 1433.

A *prout plenius, & serius constat ex actis dictæ caussæ. Visis, & recensitis omnibus actis prioris instantiæ, & auditis partibus, quæ proponere voluerunt, consideratis potissimè quæ movere solent animum audientis; Sententiam latam à dicto domino Francisco de Ursone commissario prædicto, quatenus concordat cum infrascripta nostra sententia, confirmamus, quatenus verò discordat, infirmamus. Nostra autem sententia hæc est. Nam condemnamus dictum F. Salvum assertum* B *Abbatem dictæ Ecclesiæ S. Mariæ de Montemajori, & possessorem dictæ Ecclesiæ nomine ipsius ecclesiæ ad dandum, solvendum, & tradendum præfato dom. Episcopo Cephalud. seu ejus procuratori pro eo canonicam portionem, videlicet quartam partem omnium relictorum, & datorum eidem Ecclesiæ S. Mariæ per quondam dom. Guarnerium de Vigintimilio:*[e] *relictis à jure privilegiatis dumtaxat exceptis: & hoc ea potissimum sententiamus ratione, quoniam exemptio dicti asserti monasterii alligata per dictum F. Salvum, tamquam obreptitiè obtenta, juribus, & effectu prorsus caret, reservata dicto dom. Episcopo potestate agendi* C *contra dictum F. Salvum, seu ejus successorem ad liberam relaxationem dictæ Ecclesiæ &c. lata lecta, & pronuntiata Messanæ 23. decembr. xiii. ind. præsente procuratore dicti Episcopi, absente tamen Abbate prædicto, & contumace, ut constat*. De appellatione hujus sententiæ vide lib. Reg. Canc. eo anno & Mon. fol. 481. Auctus deinde promeritis noster Ponticorona, per diploma pp. Eugenii IV. 10. Kal. Aug. 1445. à vinculo hujus Ecclesiæ absolutus, antequam pontificiam obtinuisset confirmationem, in Agrigentinam se intrusit Ecclesiam, ut ibidem latiùs diximus, D attulimusque absolutionis formam. Sed nescio quare hoc tempore Michael Pius in sua dom. hist. de viris illust. tab. 1. & p. 2. l. 2. fol. 176. *F. Joannem à Mileto Calabrensem* à Cephalædensi ad Agrigentinam translatum Ecclesiam tradiderit. („ De Ponticorona Fontana in Theatro „ cit. part. 1. c. 5. tit. 12. f. 116. & tit. 159. f. 163. „ qui ibidem notat Ugurgerium in Pompis Se„ nensibus Episcopum hujus Ecclesiæ constitu„ ere Dominicum Puppium ord. Præd. at ad„ vertit Fontana, vel à Pseudopontifice tempo„ re Schismatis electum, vel falsam esse subscri- E „ ptionem Dominici ab Ugurgerio adductam, „ qua Episcopus Cephalędensis nominatur.)

XXVI. F. LUCAS *de Zarzano Siculus Agrigentinus ord. Minorum*[1] sufficitur præcessori Antonio ab Eugen. pp. IV. Legere est autographum litterarum Apost. in tabulis Agrig. quod ait ita: *Ecclesia Cephaludensi pastoris solatio destituta, quòd nos hodie Antonium Episcopum à vinculo, quo Cephaludensi Ecclesiæ, cui præerat, tenebatur, absolventes ad Ecclesiam Agrigentinam tunc vacantem transtulimus, Ecclesiæ Cephaludensi LUCAM de Zarzana* F *electum ordinis fratrum Minorum præficimus. Dat. Romæ apud S. Petrum anno sal. 1445. x. Kal. Augusti pontif. anno xv.* Illud autem in primis præcipuè bene-

e Hic erexit monasterium illud S. Mariæ Montis majoris.

1445.

[1] S. Th. Magister: præcipuas ordinis Academias doctrina illustravit. Romæ diu vixit, & in Siciliam reversus Siculam Provinciam ab anno 1426. ad 1432. rexit. De eo plura Vvaddingus ann. Min. t. 5. an. 1438. n. 26. & an. 1445. n. 11. & Cagliola in manif. Prov. Sic ord. Min. explor. 6. manif. 10. f. 182.

Anno Christi 1445

benevolentiæ argumentum erga Cephaludenses A noster Lucas exhibuit, quòd eorum civitatem proprio ære redemit, quæ licèt initio plenè fuerit data Ecclesiæ ipsi Cephaled. inde à Friderico II. usurpata; eam tamen invenio primùm concessam fuisse à Rege Siciliæ Paulo Cicalæ Januensi; ann. 1271. Tesco Bonforti[a], à cujus ditione an. 1343. redempta est. Anno 1430.[b] Joanni Abatelli cum pleno jure, quod merum, & mixtum imperium vocant, facultateque exædificandi; an. 1441.[c] Bernardo de Riquisens; post Antonio de Vigintimilio ab Alphonso B Rege pro mille florenis. Cùm igitur Cephalædium noster Antistes redemisset, eam adjici voluit à Rege conditionem, ut nullo umquam tempore quavis de caussa Cephalædum vendi posset; ita cautum est in regiis litteris datis Neapoli 12. julii 14. ind. 1541. in Canc. eo an. f. 79. ad quam rem conficiendam Episcopus omnes suæ Ecclesiæ redditus, juraque venum dedisse simulabat, ac testabatur clam nec sibi necessaria alimenta præstare, nec ruinis, quas templum patiebatur, occurrere posse: sed de- C tecta fraude, quòd pro mille florenis, quos persolverat, omnia Ecclesiastica bona sibi usurpasset, Prorex datis litteris Pan. anno 1457. ibidem fol. 168. œconomum Ecclesiæ V. I. D. Bartholomæum de Faccio ad proventus exigendos, & templum reparandum constituit. Post multas ærumnas an. 1471. senectute confectus è vivis decessit Lucas; ac statim Prorex Panormo 8. Maii 1. ind. 1472. lib. secr. eo anno fol. 160. perscripsit Fratri Joanni de Passafiumine Priori ejusdem Ecclesiæ, ut proventus omnes nomine D regio exigat, & ædificiis provideat, aliaque curet necessaria.

a In Registro eccl. fol. 22. b Canc. f. 216. c Ibidem f. 131

Cephalædum pluribus venditum.

1457.

1472.

(„ XXVII. GUIDO II. Lucæ sufficitur „ Episcopus an. 1471. qui infra annum decessit, „ & in sua Ecclesia conditus est. Hic à Pirro „ prætermissus, à Carandino in Differ. Eccl. „ Cephal. fol. 124. Passafiumine de orig. Eccl. „ Cephal. fol. 69. & Auria in hist. Cephal. fol. „ 76. suppletur.)

XXVIII. F. JOANNES IV. *Gattus Dominicanus* Messanæ anno 1440. nobilibus ortus natalibus ex patre Gerlando Gatto Agrigentino in- E cola Mess.[d] vir fuit omnium scientiarum peritia præditus, de quo præclara scribunt Maurolycus lib. v. hist. Sic. f. 168. Fazell. dec. 1. de Messana f. 50. Michael Pius de viris illust. dom. p. 2. l. 3. f. 44. *Theologiam profitebatur. Sed nec minus cæteras Philosophiæ partes callebat, pontificii, Cæsareique juris erat peritissimus, Astronomus, Rhetor, ac præter latinas græcis, hebraisque litteris ornatus; Mathematicus etiam non obscurus fuit. Florentiæ, Bononiæ, & diutiùs* F *Ferrariæ ære publico docuit; discendi, & retinendi vis, qua quidquid semel, atque iterum perlegebat, felicissimè, fidelissimè animo imprimebat, proferebatque, tanta admirationi omnium fuit, ut cùm Romæ in generalibus Dominicanorum Comitiis coram Nicolao V. Max. disputaret, à PP. interrogatus fuit, num publico Decreto Doctor pronuntiatus fuisset, respondissetque Joannes nullo adhuc Doctoris decoratum esse privilegio, mox Pontifex imposito illi apice doctorem pronuntiaverit; ibi Bessarionis Cardinalis Nicani auspicio SS. Petri, & Pauli Alyensis sive de Itala, ac simul SS. Petri, & Pauli de Agro fit Abbas an.* 1469. Inde Ferdinando II. Rege volente, à Sixto pp. IV. per dipl. Romæ Kal. junii pont. an. 1. in prot. exscripto 9. julii an. ejusdem confirmatur his verbis: *Hodie Cephaludensi per obitum Lucæ Episcopi vacanti de persona dilecti filii Joannis electi Cephal. providimus &c.* ad quem Romanum Pontificem idem Rex Joannem Oratorem transmisit, ut electionem Archiepiscopi Messanensis à Pont. factam in sui jurispatronatus odium, impediret, promoveretque electionem Regiam pro Petro de Luna; sed nihil ad Regium votum obtinuit noster Episcopus[e]. Iterum an. 1475. à Primoribus Siculis ad eumdem Pont. destinatur Orator de gravibus pertractaturus negotiis per litt. proregis datas Catanæ 26. April. 8. ind. in regist. Secret. Magri eo anno. Sed ibi Joannes, decedente Francisco de Campulo Episcopo Catanense, eum Catanensem exoravit præsulatum à Pont. Sixto IV. ut latius diximus in Not. Catan. qua de re certior Rex factus, ac de suo jurepatronatus sollicitus, Joannique subiratus, ne in Catanensem novam, nec in Cephalædensem antiquam admitteretur ecclesiam, imo ad Regnum ne accederet, perscripsit; ut ex litteris 5. octob. 9. ind. liquet. *Bernardus* verò *Margarit Benedictinus* electus à Rege ad ecclesiam Catanensem, interim Cephalædensi præficitur. Verùm an. 1478. litteris regiis confirmatis Drepani die 7. decembr. 12. ind. in prot. eo anno fol. 66. Bernardus permotus, eumdem Joannem in suam Cephalædensem admisit Vicarium; eodem fanè anno regio decreto Tortusæ habito 13. aprilis ibidem fol. 69. Bernardus jus ecclesiæ Cephalædensis in gratiam Joannis; hic verò jus Ecclesiæ Catanensis in illius gratiam resignavit; & sic in suam rediit Cephalædensis eccl. possessionem noster Joannes.

d Canc. anno 1442. f. 72.

Anno Christi 1472.

e In Notit. Mess. eo anno & in Canc. eod. f. 180.

Anno 1479. iterum ob dexteritatem in rebus peragendis, regio nomine apud pp. Sixtum IV. noster Joannes legatione functus est. Idem à Jacobo Sardo feudum *de Famino* de jure suæ Ecclesiæ eidem Cephalædensi revocavit Prot. anno 1471. fol. 181. Templi cathedralis Porticum pro cœmeterio eleganter construxit; illudque terra sancta, quam Regis Rogerii præcepto ab Hierusalem transportarant, implevit: in eum sanè hodierna docet experientia, quòd illata cadavera, ad tertium diem carne, & nervis penitus exuta, ossaque nuda reperiuntur. An. 1484. ætate, & ægritudine affectus patriam urbem Messanam adiit, suoque dominicano in cœnobio, in quo sacris religionis, simul & doctrinæ fuerat initiatus, febris atrocitate confectus, summum clausit diem, publicoque luctu, ac funere, in æde illius Metropolitana humari voluit in marmoreo sepulchro contra suggestum juxta aliud Alcherii fratris germani Archiepisc. Mess.[f] Guidocti. Illud verò an. 1585. (teste Bonfiglio in sua Mess.) divini cultus commoditati, ac templi decori, amplitudinique prospiciens Senatus Mamertinus devastavit. Edidit Joannes quasdam orationes magna eruditione locupletes coram Rom. Pont. habitas,

Cephal. eccl. cæmeterium prodigiosum.

1484.

f Ex Maurolyco lib. 6 fol. 38.

Anno Christi 1485.

tas. („ De eo Fontana in Theatr. dom. par. 1. A
„ c. 5. tit. 159. f. 164. & in nostra Biblioth. Si-
„ cula t. 1. f. 317. Interim Joannes Rex Episco-
„ pum delegit *Henricum de Aragonia* filium no-
„ thum Regis Alphonsi, tunc Abbatem S. Ma-
„ riæ de Catalonia: at tantùm electus obiit, ex
„ Surita to. 4. Ann. Aragon. lib. 20. cap. 62.)

1485. XXIX. F. FRANCISCUS *Vitalis de Nova Apulus ord. Minor.* celeberrimus Theologiæ, & Artium Doctor Parisiensis; in *Scoti* doctrina, cujus libros doctissimis exornavit apostillis, eximius, Regis *Ferdinandi* Magister, & à secretis, B atque Archidiaconus Syracusanus fuit. Cephaludii constituitur Præsul à Pont. Max. Innoc. VIII. ex litt. Romæ 26. novembr. an. 1484. Prot. l. an. 1485. f. 190. oblatus à Rege Catholico. Mox suo Canonicorum Capitulo de juribus Ecclesiæ perceptis litem intentavit ex lib. Mon. f. 695.; caussa hæc V. I. D. Francisco de Jacobo est demandata. Noster Præsul. apud Valentiam urbem
1492. agens, paralysi affectus 18. april. anno. 1492. moritur. („ Celeberrimam Bibliothecam suam
„ Cephaleditanæ Ecclesiæ reliquit. De eo Wa- C
„ dingus to. 7. ann. Min. an. 1484. n. 56. & Ca-
„ gliola in manif. cit. expl. 6. manif. 10. f. 183.)
Hunc Franciscum genere Appulum; *Franc. Politium* patria *Panormitanum* falsò scripsit in sua Majest. Panorm. Franciscus Baron. l. 3. f. 128.

1492. XXX. FRANCISCUM II. *de Ursinis Romanum* Francisco Vitali suffectum vidimus in libris litis causs. delegat. Regni sub anno 1492. qui eodem sanè anno suæ possessionis vitam cum morte mutavit.

1493. XXXI. F. PAULUS Ferdinando Rege II. eligente, & Alex. pp. IV. confirmante per diploma Romæ 3. Kal. apr. an. sal. 1493. pont. 3. in prot. die 16. Julii 7. ind. 1495. fol. 53. hac episcopali dignitate illustratur. In qua alienatis mox ab eo bonis Ecclesię multis obiit, & successit D

XXXII. LAZARUS, cujus & tabulæ Cephalædenses, & successoris apostolicum rescriptum memorantur.

(„ XXXIII. *FRANCISCUS DE LUNA* ori-
„ gine Hispanus Lazaro sufficitur an. 1494. qui
„ triennio Ecclesiam rexit. Hujus nobilissima E
„ stemmata spectantur in disco chori cathedra-
„ lis Ecclesiæ: in fonte marmoreo: & in tecto ma-
„ joris aulæ Episcopalis, teste Passaflumine de
„ orig. Eccl. Cephal. f. 70. quem Auria *in hist.*
„ Cephal. f. 76. sequitur. Editis pietatis offi-
„ ciis Cephalædi decessit.)

XXXIV. F. RAYNALDUS *de Montauro*, seu *Montoro, & Landolina S. T. M. ordinis Prædicatorum Netinus* ex nobili genere natus; licèt historiæ Dominicanę[a] duos constituant *Rainaldos* utrosque episcopos Cephalædenses, alterum F *de Monteauro*, alterum *de Landolina*, sed vere unus atque idem est de Montoro, & Landolina: de Montoro ex paterna stirpe; de Landolina (quæ est nobilissima, & antiquissima familia Neti) ex materna, ut ejus insignia affixa organo Cathedralis templi Cephalædi docent. De eo pręclara scribunt; Lucius Marineus lib. V. epist. famil. *omni litteratura præstantissimum* vocat, Petrus Pipi Netinus in suis epist. ab an. 1500. ad 1503. tandem Vincentius Littara concivis noster de reb. Netinis, *Floruit Raynaldus* (inquit) *sub Ferdinando II. Rege in omni scientiarum genere admirabilis, ingenii acumine præclarissimus, suam dedit in matrimonium sororem Mainicto Landolina Baroni Burgi viro nobilitate insigni: religione piissimus, Philosophus, & Theologus professione disertissimus, in negotiis gravibus gerendis agilis, & dexter, hinc sæpissime à Siculis transmissus est Orator ad Regem. Plura conscripsit: 4. volumina super lib. 4. sententiarum, quæ in cænobio S. Dominici Salmanticæ, ubi publicè docuit, asservantur; Typis dedit de Reductionibus Natural. de futurorum contingentium difficultate, atque orationem funeralem, quam Panormi habuit 16. novemb. 1497. in obitu Joannis Aragonii filii Regis Ferdinandi II.* Multis fuit honoribus cohonestatus, Prioratus Provincialis sui ordinis non semel, Quæsitoris de rebus fidei, ac primùm solus in Sicilia, post simul cum Petro Bellorato Archiep. Messan.[b] qui ex regiis litteris ad statuendum id sanctū Tribunal Neapoli, è Sicilia trajecere. Mox eodem Ferdin. II. Rege offerente, & pp. Alex. VI. confirmante per dipl. Romæ 4. idus octob. 1496. pont. an. 6. in Reg. Canc. fol. 342 & proton. f. 178. fit *Episcopus Cephaladensis*; & cùm invenisset aliquot prædia juris suæ Ecclesiæ, à præcessoribus suis Francisco, Paulo, & Lazaro malè alienata, ut jurè ea restituerentur, rescriptum obtinuit apost. transmissum Priori S. Nicolai de Caccabo datum Romæ Kal. januar. 1496. in Cancel. 1497. 1497.
24. April. fol. 40. exscriptum. Eodem anno designatus est *Generalis Commissarius Sanctæ Cruciatæ* tam in Sicilia, quàm in ejus coadjacentibus Insulis, atque *Collector decimarum* ex redditibus Ecclesiasticis pro Rege Ferdinando in auxilium belli Africani per litt. Apost. 4. Martii in tab. Cephal. eccl. Inde in Patriam Netum, quam titulo *Ingeniosissimæ urbis* nobilitandam à Ferdinando obtinuerat[c], rediit, ubi an. 1499. nomine Dalmatii etiam episcopum Syracusanum egit. Eumque idem Alexander pp. per dipl. 27. novembris 1500. Judicem sedis Apost. delegatum constituit ad decidendam caussam Quartæ debitæ episcopo Agrigentino, tunc Joanni de Castro Cardinali ex viginti millibus aureis, quos locis piis legaverat Nicolaus Peralta Calatabillottæ Comes[d]. An. 1503. pp. Julio II. datis litteris Apost. exscriptis in cancell. fol. 625. fit Raynaldus Abbas Monasterii patrii S. Mariæ de Arcu; impetravitque à Rege etiam per litt. in Medina del Campo 8. febr. 1504. in cancel. 19. april. 7. ind. fol. 214. celeberrimam præcessoris episcopi Francisci de Vitali bibliothecam, qua suam & auxit, & insignem reddidit, post obitum huic legavit Ecclesiæ. Jurisdictionem maris Thusæ ad thynnos capiendos adversus Jo. Antonium Resignanum an. 1507. tutatus est[e], revocavitque jura suæ Ecclesiæ à Barone Roccellæ usurpata[f]; suum habuit Vicarium V. I. D. Nicolaum de Castellis Netinum concivem, quem constituit Abbatem S. Mariæ Montis Majoris in suæ diœcesi[g]. Organum, iconem S. Salvatoris, chorumque templi cathedralis exornavit, & sua affixit insignia. Tandem dum nomine Siculorum apud Regem Ferdinan-

Anno Christi 1496. 1497. 1499. 1500. 1502. 1504. 1507.

a Pii de viris illustr. dom. p. 2. l. 3. f. 8. in tab. 1. epist.
b ex Paramo de Orig. inquis. f. 12. & hist. dom.
c apud Littaram.
d in tab. Cephal.
e in hoc apud tab. monast.
f ibidem.
g in cancel. ann. 1500. f. 24.

Anno Christi 1511. dinandum in Hispania ageret, mense octob. an. 1511. morte deletur; ita scripsit epistolam ad Petrum Pipi Netinum Marianus Accardus, ex hist. Netina Littaræ fol. 141. („De Raynaldo „ Fontana in Theat. Domin. par. 1.f. 164. & Bi„ bliotheca nostra Sicula t. 2.f. 197.) Vicarius sede vacante electus F. Franciscus de Brucchato prior ecclesiæ Cephalædensis.

1511. XXXV. JOANNIS V. *Riquisens* ex illustri genere Barcinonensis germani fratris Bernardi Riquisens Strategi Messanensis meminerunt tabulæ Siculæ. Joannes in Sicilia natus, admotus fuit regimini Ecclesiæ à Rege Ferdinando II. sed eo Rege defuncto, cùm populus Cephalædensis turbas concivisset, atque F. Franciscum Brucchatum priorem, ac œconomum Ecclesiæ ejusdem, Antistitem elegisset, is pontificio corporis cultu ornatus per urbis vias de more perrexit ad cathedrale templum, ibique in cathedra sedit; commovit ea res proregem, mox ergo litteras transmisit, ne Franciscus episcopus haberetur[a]; Joannes verò de regio consensu præsulatu se abdicavit sub Leone X. Pont. Max.

a Prot. lib. an. 1517. f. 314. 361.

1517. XXXVI. JONNES VI. *Sanches Cæsaraugustanus* Aloysii Sanches Siciliæ regii thesaurarii frater, Abbreviator, & Camerarius Apostolicus post plurimos honoris gradus; quippe anno 1495. fuerat Cantor Regii Sacelli S. Petri de Palatio; pòst anno 1506. simul abbas S. Mariæ de Altofonte, seu de Parco Panor. item an. 1507. abbas S. Mariæ de Roccadia, ac prior S. Andreæ de Platia; ad Cephalædensem tandem præsulatum evehitur eligente Rege Catholico, & Leone X. pp. confirmante, datis Romæ litteris 17. novembr. anno 1517. pont. an. 5. in prot. 4. decembr. 2. ind. fol. 87. & cancel. f. 241. mox de consensu regio beneficiis in gratiam Ambrosii Sanches resignatis, senio confectus Romæ an 1518. suum clausit diem.

1518. XXXVII. GUILLELMUS RAYMUNDUS *de Vich Valentinus presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli*[b] pluribus honorum ornamentis præclarus Rege[1] Philippo II. promovente, à Leone X. Cephalædensi Ecclesiæ præficitur: scripto Corneti diplomate 10. Kal. novembr. an. 1518. pont. an. 6. in lib. prot. ultimo novembr. 11. ind. 1520. fol. 196. & alio ejusdem Pontificis 8. april. 1520. pon. an. 8. in tab. eccl. Cephalud. Cardinalis hujus præcepto Cœnobium ordinis prædicatorum sub titulo S. Blasii, quod olim extra mænia civitatis Cephal. erat, transfertur ab Hieronymo Vitali Liparense ejusdem ordinis fratre intra urbem sub nomine SS. Trinitatis. Idem Cardinalis assentientibus Rege, ac Clemente VII. pp. ex litt. Romæ 3. octob. 14. ind. 1525. in gratiam successoris resignavit. Cardinalis factus Antistes Barcinonensis suum clausit diem Verulis in monasterio Casæmaris eodem anno 1525. 8. Kal. aug. inde Romam corpus delatum, in æde S. Crucis in Hierusalem humatum est.

Cardin. Cephal. — b Ciaccon. sub ann. 1517. — 1520. — 1525. — 1525.

XXXVIII. FRANCISCUS III. *de Aragonia Neapolitanus* Taranti natus ex Francisco Alfonsi II. Regis Neapolis filio; admotus est gubernaculis Ecclesiæ Cephalæd. à Carolo V. datis Madriti litt. 25. febr. 1525. & Clemente VII. pp. Romæ 7. Kal. Junii pont. an. 2. in prot. 3. octob. 14. ind. fol. 12. Idem Pontifex alio diplomate 23. maji an. 1530. pont. anno 7. præcepit, ne Franciscus cogi possit ad solvendos ultra centum aureos pro fabricis Ecclesiæ[c]; perscripsitque Rex litteras Augustæ 22. decembr. 1550. atque transmisit rescriptum Julii III. dat. Romę 18. Kal. decembr. an. eodem (in eo Carolus *Cristianissimus* à pp. nuncupatur) præcepitque, ut quamprimum ad concilium Trident. adiret; mox Romæ 15. julii anno eodem ab Julio vivæ vocis oraculo Franciscus pronuntiatur presbyter Cardinalis tit. S. Angeli[d], sed nescio, quarè purpuram non induerit. Mox ut rediit, suis canonicis regularibus S. Augustini vetuit officium Gallicanum, quod ex more recitabant, ut Romano deinceps uterentur, præscripsit[e]. Feudum S. Petri cum molendinis juri antiquo suæ Ecclesiæ restituendum ab Helisabetha de Abbatellis curavit[f]. Obiit Cephalædi 11. Kal. Julii 1561. sepelitur in marmoreo sepulchro juxta altare SS. Petri, & Pauli. Eligitur iterim.

Card. Cephal. — Anno Christi 1525. — c In tab. eccl. Ceph. — d In vita Julii III. — Quando officium Gallican. sublatum in eccl. Cephal. 1559. — e In tab. eccl. f Prot. ann. 1559. fol. 611. 615. & 616.

XXXIX. FR. OCTAVIANUS *Praconius Siculus Castroregalensis ordinis Minorum*, qui mox ad Eccl. Panormitanam[g] evectus est.

g In ea not. ad an. 1561. — 1561.

XXXX. ANTONIUS II. *Pharaonius Messanensis* S.T.D. genere nobilis, sed virtutibus nobilissimus, è regio sacello, abbas primùm S. Mariæ de Bordonaro; fit Antistes Cephalædensis datis regiis litteris Toleti 18. martii 1561. in prot. 17. sept. 5. ind. anni ejusdem fol. 574. & Pontificis Pii IV. Romę 1. Kal. maji pont. an 3. 20. novembr. fol. 150. & 383. Fuit quoque Abbas SS. Petri, & Pauli de Italà, quam abbatiam reservatis pro se annuis 300. aureis de regio assensu renunciavit, scriptis litteris Madriti 26. febr. exscriptis ultimo Julii 1563. in prot. f. 29. Vir omni virtutum genere præclariss. & suorum canonicorum statuta reformavit, & templi pavimentum restauravit; in quo hæc leges: *Antonius Pharaonius Mess. Episcopus Cephal. pavimentum hoc refici curavit in* 1566. Quadragesimali tempore anni 1567. apud Politienses diœcesanos conciones de more habuit cum maximo illorum fructu: ædem extra mœnia *D. Antonio Abbati* dicavit, dotavitque. An. 1568. ad Catanensem transfertur ecclesiam. Ibi sepultus est.

1563. — 1566. — 1568.

1569. XXXXI. RODORICUS *Vadillas Hispanus Arevalensis monachus ordinis S. Benedicti Congregationis Vallisoletanæ S. T. M.* antè in Hispania sui instituti Præpositus[h] Generalis. Hic caussam Archiepiscopi Toletani Carranzæ apud Rom. Pont. Regis nomine acriter defendit. Factus est episcopus ex litt. Pontificiis Romæ 5. idus febr. anno 1568. in proton. 22. martii 12. Ind. 1569. fol. 300. Rege eligente, adjecto onere solvendi annuos aureos 200. Antonio Lombardo episcopo Mazariensi, & totidem Gilliberto Isfar, & Corillies Siculis[i]; ob ejus doctrinæ præstantiam, plebem sibi commissam verbo, & exemplo incessanter aluit; sui templi pavimentum perfecit, ut ex inscriptione constat: *D. D.*

h VVion. de ligno vitæ lib. 2. c. 19. Illescas lib. 6. c. 16. — i In Prot. f. 390. & 394.

1 Verius Carolo V.

Anno Christi. 1573 *Rodericus de Vadillo Episcopus Cephal. Hispanus Arevalensis hoc perfecit pavimentum an.* 1573. post leges: *perfecit hoc pavimentum per Hieronymum de Narnia suum vicarium generalem anno*
1575. 1575. Ob resignationem Matthæi Catalani Syracusani, Archidiaconatum Cephal. contulit 3. decembr. 1576. Alphonso Diaz vicario[a] generali: mirum est quòd famulatu solùm duorum puerorum mutorum usus fuerit, magnis sumptibus è longinquo aquarum cursum in urbem, ac episcopale palatium deduxit. A Gregorio
1576. XIII. diploma datum Romæ 2. octob. an. 1576. impetravit, ut quisquis sacerdos, qui sacra perageret in altari S. Salvatoris templi cathedralis, perinde ac in altari S. Gregorii Romæ ea peragerer, eo sacrificio animam noxas in igne luentem infero liberaret. Ætatis suæ an. 70. subita morte correptus Kal. feb. an. 1577. exspiravit, spolium relinquens regio ærario sc.4532. corpus Roderici in decessorum sarcophago repositum est hac inscriptione,

Roderico Vadillo, & Francisco Aragonio Cephaludensibus Episcopis, quorum cadavera humi sepulta citra condignum honorem, citraque communem notitiam pedibus ante calcabantur; Joannes Philippus Ferrarius sede vacante Vicarius, & Silvius Ruffinus capituli prior, ut decuit, posuere, anno MDLXXVII.

1578. XXXXII. OCTAVIUS II. *Praconius Siculus Castroregalensis* ex fratre nepos F. Octaviani Præconii Archiepiscopi Panormitani, primum aulæ Regiæ Philippi II. sacellanus, inde prior S. Andreæ de Platia, anno 1570. Abbas S. Michaelis de Trayna, tandem eodem Rege eligente, atque Gregorio XIII. pont. confirmante, datis Romæ litteris 3. idus augusti 1578. in regia cancell. ultimo maji hunc præsulatum assecutus est. Anno 1579. 18. sept. lustrans diœce-
1579. sim, sacellum B. Gandulphi, ac ejus corpus in arca clausum visitans aperuit, præcepitque, ut caput Beati thecis argenteis includeret, reliquiæ verò intra arcam tribus clavibus clausam asservarentur in lib. processus fol. 238. Multa in cœnobio, & templo Cephalædensi visuntur opera Præconii confecta: ædes scholarium scilicet, in quibus hæc videntur carmina cum gentilitio Gallo: *Rogerii cecinit Praco à tempore Regis. Venisti, sileo, gallus & iste canit. Qui posuit me hic Rex hunc pradisse videtur. D. Octavianus Praconius* 1580. Vestibulum templi nobi-
1580. litavit, & auxit, ubi hæc leges: *Si modò vestibulum videor formosior olim, Antistes formam sic mihi Praco dedit.* Milatii obiit anno 1587. in-
1587. ventis ex spolio sc.6525. in cathedrali jacet cum hujusmodi Epitaphio,

D. Octavianus Praconius episc. Cephalud. integerrimus Fratris Octaviani Praconii Archiepiscopi Panormitani nepos, qui Roma Revertens Milatii obiit die aprilis XI. an. MDLXXXVII. atatis sua XLIV. regii ararii impensa, ac abbatis Octaviani Pyrelli opera huc translatus, sua Ecclesia restituitur.

Nepotem habuit etiam nomine *Octavianum Praconium* Abbatem S. Salvatoris de Placa ordinis Basiliani ab anno 1589. ad an. 1598. ut in ea notitia dicemus.

XXXXIII. F. FRANCISCUS IV. *Gonzaga Mantuanus* ex serenissima Ducum Mantuæ stirpe. Gonzaga hic ortus in Gazulæ oppido Principis Caroli ejus patris die 31. Julii an. 1546. nominatus Annibal, ex matre Æmilia Gonzaga Boschecti; adhuc adolescens spretis hujus vitæ illecebris sponte, & hilari animo Franciscanorum de observantia ordini nomen dedit apud Hispanos in civitate Alcala in templo S. Mariæ de Jesu pervigilio Pentecostes 17. maii 1562. nomine *Francisci* assumpto, litteris, & vitæ sanctitate clarus, fit mox Sancti Antonii Minister Provincialis, post die 6. junii 1579. Lutetiæ vel in Parisiorum Comitiis Generalis; quo in munere octo annos feliciter versatus, exactissimum de ipsa Franciscana religione volumen conscripsit, Romæ an. 1587. typis datum his carminibus,

Consecro dive tibi primò Gonzaga Minister,
Post decies quintum sextus, & ipse patri,
Octo sustinui quos annos mille labores
Tum successores hac monitura meos.
Annue Francisci voto, Francisce, tuosque
Servare aternum scripta notata jube.

Tandem Rege Phil. II. volente scriptis litteris Madriti 5. decemb. 1587. in prot. fol. 215. die 2. martii 1. ind. 1588. datisque à Rege 5000. aureis ad bullas apost. obtinendas, aliisque pro sumptibus, adjecto tamen onere solvendi annuam aureorum 500. pensionem Paulo Camillo Sfondrato, Romę 7. Kal. novemb. 1588. pont. Sixti V. an 3. inauguratur ex litt. in prot. exscript. [b] 18. jan. 1. ind. 1588. fol. 130. 144. & 146. Cephaludem Roma transmeavit & magna populi gratulatione 19. Feb. eodem anno pontificali more ingressus suum constituit Visitatorem V.I.D. Octavium de Roccho Panorm. pietate, & doctrina præditum, qui præcepto Gonzagæ diœcesim perlustrans, Politii an. 1590. 17. sept. arcam 1590.
B. Gandulphi aperiendam curavit, ex qua autographa pervetusta ibidem asservata extraxit, ut dispositio testamenti Helisabethę Lafarina nobiliss. fœminæ Politiensis, quæ magnam pecuniarum ad canonizationem (ut dicimus) ejusdem Beati summam legaverat, executioni daretur. Nostri Episcopi pręclara queque in ecclesia hac fulgent; *Salvatori Deo Sacellum hoc venerabile dicatum Illustriss. & Reverendissimus D. F. Franciscus Gonzaga Episc. Cephalad. adhibito hoc tabernaculo Choro translato, sic illustravit an. 1588. sedente Sixto V. Pont. Max. & regnante Philip. II. Hispaniarum Catholico Rege.* Item templum ipsum cathedrale ad novam Romanę ecclesię formam, & morem redegit, ad cujus decorem, diebus festivis ad canendum musicis instrumentis, viros in arte musica peritos propriis sumptibus adjunxit. Clericorum Seminarium primùm in Sicilia erexit. Obeunte Duce Vespasiano Gonzaga, Principe Fundi, &c. consobrino, bona illius hæreditaria jurè sibi succedentia respuit; sed quantum pecuniæ recepit, tantum mox pauperibus diœcesanis, ac cœnobio sui ordinis ab ipso sub tit. S. *Nicolai* constructo, distribuit, & Ecclesiasticum beneficium pro celebrandis missis in suffragium animæ Principis in ipsa ęde cathed. instituit. Tāta séper fervuit charitate, ut suis manibus quotidie nudis pedibus ince-

Margin notes: Anno Christi 1581. — 1588. — a in tabul. eccl. — b integr. in eccl. Ceph.

Anno Christi. 1590. incedens, eucharisticum sacramentum infirmis A administraret, illisque eleemosynas præstaret largissimas. Hæc & quàm plura verbo, & exemplo memoranda reliquit. An.1593. ad Papiensem,
1593. post ad Mantuanam, ubi requievit in Domino an.1620. 11.maji, translatus est Ecclesiam. De illius vita inter Beatos connumerandos egit primùm Radulphus in hist. Seraph. lib. 2. fol. 199. nunc latiùs F. Benedictus à Cephalude an.1636. (" & in libro de orig. Eccl. Cephal. f. 73. Auria " in hist. Cephal. f. 79. Ughellus Ital. Sac. to. 1. " f. 874. & 1109. Marraccius in Antist. Mar. cap. B " 6. §. 19. f. 192. & Lucenti in Ital. Sac. f. 1290. " & 1424.)

1594. Mens. Julio. XLIV. NICOLAUS II. *Stizzia Catanensis* ex senatorio ordine V. I. D. celeberrimus, è sacris Philippi II. Regis, primus fuit in Regno Siciliæ ordinarius judex (ut dicunt) Monarchiæ [a], & Abbas S. Philippi de Grandis anno 1579. deinde an.1582. Abbas S. Mariæ Novælucis, an.1591. Archimandrita Messanensis, an. verò 1593. episcopus Cephalædensis, datis Regiis litteris in Cœnobio S. Laurentii 10. sept. exscriptis 18. Julii 7. ind. 1594. lib. 2. rationum Reg. Canc. fol. C 305. & Apostolicis Clementis VIII. Rom. 10. Kal. julii an. 1594. pont. 3. ibid. fol. 111. Postquàm an. 1. & menses 7. sedisset, Cephalædi decessit è vita 17. feb. an. 1595. relictis ex spolio sc. 1487. 6. ibique sepelitur hac inscriptione.

[a] In lib. 2. notar.

D. O. M. Illustrissimi, ac Reverendissimi D. Nicolai Stizzia nobilissimi Catanensis Abbatiæ Novælucis, Archimandritæ Siciliæ, & Calabriæ, Episcopi Cephaludensis, miræ pietatis, integritatis, & Religionis Antistitis, cæteris maximis virtutibus, Ecclesiasticis dignitatibus etiam Monarchiæ in regno ornatissimi, cumulatissimique viri, D *Romæ, ac Hispaniis celeberrimi, pii, optimi, vigilantissimi præsulis æterna memoria, ac æmulatione dignissimi mausoleum. Obiit 17. Febr. An. 1595. suæ ætatis LV. cura alta Gregis, cura spes inopum.*

1597. 14. Jan. XLV. EMANUEL *Quero Turillo Hispanus Anduxarensis V. I. D.* Vierensis Ecclesiæ Decanus, designatur tertius Siciliæ Judex ordinarius Monarchiæ [b], & Abbas S. Mariæ de Terrana anno 1588. Prot. 1588. 2. ind. fol. 24. Ex privilegio E in comitiis Panormi coactis 25. Martii 1589. fit Regnicola ib. an. 1589. f. 58. An. 1592. Consultor Proregis Albædelistę Comitis [c]. An. 1597. die 14. jan. Ecclesiæ Cephalædensis præsulem agere cæpit ex electione regia, & Clementis VIII. confirmatione Romę 15. decemb. 1596. in reg. Canc. 13. Ian. 1597. Musico concentu proprio ære Ecclesiam auxit, transferendum curavit altare S. Salvatoris, cui Gregorius XIII. pp. anno 1576. 20. octob. privilegium expiationis animarum purgatorii concesserat, quia ibi sacellum SS. Sacramenti exædificatum est, in aliud S. Petri ejus- F dem cathedralis templi, facultate facta à Clemente VIII. 22. januarii 1597. Quo Anno lustrans Politium civitatem diœcesis 29. octob. xi. ind. aperiri fecit argenteam arcam, in qua erat corpus B. Gandulphi, illudque recognovit simul & monumenta [d]. Sacellum, & altare D. Franc. de Paula dicavit, nobilitavitque, ubi hoc epitaphio inscripto jacet.

[b] lib. notar. 2.

[c] Prot. anno 1592. fol. 125.

[d] lib. Processus fol. 245.

D. O. M. Don Emanueli de Quero Turillo Hispano Anduxarensi, Episcopo Cephaleditano viro suorum honorum meritissimo Franciscus Ocariz de Lignam Termitanæ arcis præfectus illi benevolentissimus M. P. Obiit 8. Anno sui Episcopatus, Anno Domini 1605. ætatis vero suæ LIII. Quarto Nonas Septembris. Anno Christi. 1605.

Ex spolio Emanuelis exegit thesaurarius regius sc. 6472. 6.

XLVI. MARTINUS *Mira Siculus Bicarensis* patria, privilegio Panormitanus [e] S. T. D. ex honestis parentibus natus, primùm eligitur Magister capellanus, pòst canonicus, ac præfectus ædificiorum Ecclesiæ Metropolitanæ Panor. atque Seminarii clericorum Rector, sub Archiepiscopo Haedo Monialium monasteriorum Deputatus (ut vocant) & examinator generalis, sub Prorege Duce Maquedæ designatur à Rege Philippo III. Abbas, seu Magister Capellanus S. Luciæ de Milatio, eamque dignitatem spontè recusavit. Anno 1604. ejusdem Archiepiscopi Haedi fit Vicarius generalis rem urgente Duce Feriæ prorege, à quo proponitur Regi ad præsulatum Cephalædensem, eumque præter omnium opinionem elegit Philippus III. & Paulus V. consecravit Romæ 4. Kal. feb. 1606. pon. an. 2. in prot. 17. Martii 1607. Vir fuit mitis, placidique animi, aspectu ferè humili, omnibus gratus. Eodem anno perlustrans diœcesim, Politii 26. Octobr. argenteam arcam ad cernendum corpus B. Gandulphi aperuit, illudque adorans recognovit ex lib. processus fol. 251. Die 5. aug. 1618. diœcesanam Synodum coegit, quam Panormi an. 1619. typis dedit, Sacellum SS. Sacramenti in cathedrali maximè nobilitavit, ibique hoc epitaphio sepelitur. 1607. 1618.

[e] In tab. urbis 4. Julii 1572.

D. O. M. Martinus Mira multiplici Doctorum laurea, & illustri Munerum cumulatione perillustris, Cephaludensis tandem Antistes non sibi, sed Viatoribus, sed Pauperibus occidit. Hic situs est, ubi duodecim annos præfuit, ubi septuagesimum supra tertium explevit: tu Viator perviæ urbis hospitem munificentissimum, tu Pauper perviæ domus Dominum amantissimum collacryma.

XLVII. F. STEPHANUS *de Muniera Hispanus* in oppido de Alcaraz diœcesis Toletanę natus ex Didaco Fernandez Ximenez, & Helisabetha Anna de Muniera nobilibus parentibus; in cœnobio Vallisoletano ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum habitum suscepit, & solemnem professionem emisit. In philosophiæ, & theologiæ studiis profuit maximè, Ecclesiastes fuit celebris, vicarii generalis totius ordinis in Italia procurator constitutus est, dum Romæ ageret confessarium Francisci de Castro Comitis Castrensis Oratoris Regii apud Pontificem; inde eo munere se abdicavit, & in Siciliam venit cum eodem Comite jam electo Prorege, qui nostro Muniera rem maximè urgente xenodochium pro militibus Hispanis infirmis condidit Panor. an. 1618. ob promotionem F. Francisci de Ribera (erat is supremus ordinis Generalis) ad episcopatum Guadalaxarę, fuit motu proprio à pp. Paulo V. vicarius apostolicus generalis deputatus, sed id munus ad F. Ambrosium Marchin priorem monasterii Barcinonæ (quod est totius ordinis caput) spectare con- 1621. 27. Apr.

contendebatur, re delata mandato pontificis ad Franciscum Genninum Ameliæ episcopum, & in Regnis Hispaniæ Nuntium, pro Ambrosio, Rege sic volente, decretum est. Quarè vacante Cephalædi episcopatu, Prorege Castro favente, Munieram elegit Rex datis litteris 21. octob. 1620. & mandato pp. Gregorii XV. in templo S. Jacobi de Urbe nationis Hispaniæ consecratur; possessionem præsulatus 27. apr. 1621. adeptus, Orationem, quam vocant, quadraginta horarum in suo instituit episcopatu; sacrosanctam eucharistiam cùm ad infirmos deferretur, perpetuò comitatus est; quo piissimi Præsulis singulari exemplo cives omnes excitati summa devotione præ manibus cereos accensos gestantes, eumdem imitabantur. Cathedrale templum non sine magnis sumptibus ad honorem Dei, & Sanctorum ejus novis, & elegantibus nobilitavit sacellis; quinque exstruxit templa, eaque propriis redditibus auxit. Sancti Petri Nolaschi ordinis sui fundatoris, monasteriumque ejusdem fratribus adjunxit. Palatium episcopale nobilissimis illustravit ædificiis, & aquarum fontibus. Mistrectæ civitatis dioec. suæ maximum templum suis pænè sumptibus innovavit. Seminarium clericorum juxta ædes episcopales transtulit. Civitatem Cephalædensem, quæ venalis erat ad Regii Patrimonii opem in bellis sustinendis, magna ex parte propriis pecuniis, ac suo hortatu nobilium ac civium ære redemit.

1630. Comitiis generalibus 13. maji 1630. Panormi coactis præfuit, fitque primus Regni Deputatus. Charitatis, ac pietatis operibus claruit; quotidie summo mane de ægrotis pauperibus in civitate inquirebat, quibus, etiamsi essent in magno numero, nummos, cibaria, dulciaria, & gallinas (ob id in suo viridario magna gallinarum, & avium pro infirmis nutriebatur copia) nec non ex sua officina aromataria, quæ opus erant, hilari fronte asportari jubebat: viduarum, ac nobilium inopiæ singulis mensibus nummos, ut honestè vivere possent, suppeditabat, omnibus diebus dominicis, & festivis plusquam quinquaginta pauperes ad prandium invitabat. Pauperes non paucos ex sui episcopatus civitatibus, & oppidis, & in sola Cephalædi urbe tempore paschali, & in Nativitate Domini singulis annis 400. aliquando 500. vestibus donabat. Vidi egomet post ejus obitum in arcis Panormum delatis plusquam 500. subuculas puerorum, virorum, ac mulierum, quæ ad eorum necessitates levandas servabantur. Aliquando mendicus quidam Messana illac pertransiens cùm eleemosynam ab hoc Præsule petiisset, duos tarenos recepit; post gratiarum actionem subjunxit, domine Episcope, qui alios (ut audio) non adeò indigentes, sicuti me, indui præcipis; mihi dari jube aliquos calceos; nam, ut vides, nudis pedibus incedo: cui respondit Muniera, certo tibi dico, frater mi, quòd nec meliores, nec deteriores, quam quos gesto, habere credo, eos accipe, & vade in pace, mansitque ita sine calceis, donec à famulo alii lacerati, qui sub lecto erant, deportarentur. Episcopales proventus duobus millibus annuis scutatis auxit. Anno 1631. dioecesim suam lustrans, primo die octobris ad locum & prædium antiquissimum à se restauratum, nobilitatum, ac maximè ditatum, cui nomen est Bonvicino 7. p. m. Cephalædio distans gressus suos direxit, ibique duodecim dies moram traxit. Die dominico ut ad oppidum Isnell. (distabat ad p. m.) proficisceretur ad missam celebrandam, sacra visitaturus, & Confirmationis Sacramentum administraturus, non assumpto gestatorio, aut sella, ne (ut ipse postea dixit) gestatoribus esset molestus, quia corpulentus, & maximi ponderis erat, voluit ea die equitare, & commodatum equum à viro nobili Joseph Cocchia inscendit: equus albis Episcopi vestibus territus ascensorem projecit, quo lapsu contusus, sua confessus peccata apud P. JosephumCarusum confessarium die martis hora 4. ætatis suæ anno 63. sal. 1631. animam Deo reddit: inde corpus in cathedrale templum delatum in pavimento sui sacelli, donec magnificus, & marmoreus fiat tumulus, jacet. De ejus vita, & gestis scripsit F. Bernardus de Vargas Hispalensis S. T. M. & typis dedit Panormi anno 1632. plura etiam de eo in hist. Mercenariorum p. 2. a fol. 400. ad 413.

XLVIII. OCTAVIUS *Brancifortius Panormitanus* ex Illustrissimorum Comitum Camaratæ stirpe Herculis Ducis S. Joannis, ac Agathæ Lanciæ Principis Trabiæ Cæsaris filiæ ex comitibus Misilimerii filius, Panormi anno 1599. natus, fratrem habuit Antonium Scordiæ Principem; ut verò Octavius puer adolevit, manifesta futuri præsulatus signa dedit: inter Panormitanos erat admiratio tam præclaræ indolis, & cùm apud patres Societatis Jesu studiis bonarum artium, Philosophiæ, ac Theologiæ operam daret, multorum oculos in se convertit, ob singularem modestiam, pietatem, ac ingenii acumen; adolescens Regiam adivit curiam, ubi à Philippo IV. discessu Hieronymi Columnæ (mox Cardinalis S. Agnetis) Præfectus Regiarum cortinarum designatur; post cùm ætatis annorum 33. esset Episcopus Cephalædensis fit, & ab Urbano VIII. magno honore inauguratur [a], atque Assistentium sanctitati suæ collegio adscribitur. Anno 1636. mensis februarii sub Duce Alcalà Prorege; & iterum an. 1637. Siciliæ præside Principe Paterniocis, Comitiis Panormi coactis præficitur. („ Erga „ pauperes liberalitatem detexit magnam. Argenteas duas statuas Ecclesiæ suæ donavit. „ Palatii Episcopalis partem, quæ ad Boream „ vergit, exstruxit. Ibique adhuc familiæ suæ „ stemmata spectantur, cum hac epigraphe: „ *Don Octavius Branciforti MDCXXXVI.* Ma„ jorem

1633. 13. febr.

1636.

[a] Ex apost. bullis dat. Romæ 4. idus Jan. 1633. in Proton. f. 66. & Cancell. 16. febr. 1633. Pro expeditione bullarum, & expensis itineris obtinuit fructus quatuor mensium sedis vacantis, dummodo non excederent aureorum tria millia ex lit. regiis 23. Octob. 1632. in Cancell. 28. febr. 1633. f. 238. cum onere solvendi aurea 500. pensionis annuæ Antonio Minutolo Lucensi, ex lit. reg. 23. Octob. 1632. & bullis 8. Dec. 1636. exscriptis in Cancell. ann. 1637. fol. 108. & aurea 500. Carolo de Neapoli ex aliis regiis litteris 13. Novembr. 1633. in Cancell. 28. Martii 1634. fol. 525. Apud eumdem Pontificem in summa existimatione fuit.

Anno Christi 1636

„ jorem Ecclesiæ Campanam refecit an. 1638. „ eamque S. Agathæ dicavit, ut ex hac inscri- „ ptione eidem addita.

„ *Prius hic cantus non tam divina est laudis* „ *decantatio, quam lugubris dæmonum lamen-* „ *tatio* ✠ *Octavius Branciforti anno à Partu* „ *Virginis MDCXXXVIII. Pontificatus sui V.* „ *edidit, sacravit, & Agatham nominavit.* „ *Franciscus Pirolus fecit.*) Ad ecclesiam Catanensem elatus, fuit à vinculo eccl. Cephal. absolutus ab Urb.8. die 21. martii 1638. & possessionem Catan. adeptus die 25. maii eodem anno. Id verò memoria dignum est; Quoniam Octavius die 21. Martii fuerat a vinculo Eccl. Cephal. absolutus, jam proventus illius, qui sunt dotes præsulis, ut cautum est in jure, non Octavii, sed Regii ærarii sede episcopali vacante esse debuissent, eoque die Capitulum Canonicorum eligere poterat suum Vicarium. Unde Octavius à die 21. martii, ad diem possessionis Ecclesiæ Catanensis utriusque redditibus carebat: sed precibus illius Capitulum elegit Vicarium V. I. D. Martinum Cælestem Syrac. ipsius Episcopi antè Vicarium, & proventus Cephalædensis ad 25. maii permisit regia munificentia.

1638.

1638.

XLIX. PETRUS II. *Corsettus Panormitanus* Cephalædensem administrat ecclesiam ab anno 1638. Ejus parens Octavius generis nobilitatem non minus excellenti doctrina, & in primis juris prudentia, quam virtutum, integritatisque laude exornavit; Antonius etiam Corsectus V. I. D. & Episcopus Melitensis, quem inter præstantissimos Italiæ viros adnumerari meritò posse alibi [a] dixi, hanc familiam maximè illustravit; sed his, aliisque prætermissis ad Petrum venio; ipse enim sua sat clarus luce. Percurrit ille, quod singulare est probitatis exemplum, & indicium, omnes Regiorum magistratuum gradus: fuit olim in juventute judex primùm in Prætoriana Panormitana Curia, iterum in Consistorio, ac tertiùm in Magna Regiaque, ut vocamus, Curia; Fisci item Patronus in duobus Tribunalibus Patrimonii, & Regiæ Curiæ, Magister Rationalis Regii Patrimonii, & Præses in Consistorio. Hinc verò ad Regentis dignitatem in supremo Italiæ Consilio apud Regem Hispaniæ evocatus est; quo in munere cùm ejus doctrinam, prudentiam, fidemque omnibus opibus potiorem multos annos Hispaniæ Senatus probasset, illum, postquàm in Siciliam rediit, Præsidem in Regio patrimonio constituit; designatum deinde Justitiæ, seu Magnæ Regiæ Curiæ Præsidem sublimior honor evexit, ut mox dicam. Sed priusquàm hinc abeam duo sunt, quæ posteros edocere vellim: primum est bonorum censum Petro fuisse tenuem, eumque numquam auctum; præclaro enim viro neque ipse plurium filiorum amor, neque familiæ decus, quod volens nolensque auxerat, suadere unquam potuerunt, ut in iis, quæ se ultro inter illa dignitatum fastigia honestæ etiam occasiones sese dabant, rationem aliquam augendarum divitiarum iniret; intelligebat scilicet animum ea cupiditate semel imbutum facilè in illo rerum articulo

[a] In Notit. Syrac. cùm de Nicto ejus patruo agerem.

A ad injusta rapi, periculum quidem certè ne prolabatur vix effugere; in periculum autem qui se volens conicit, casui propiorem esse, quàm credat. Auri planè cupiditas aureum est vinculum ferreo durius, quique aureo isto tenetur compede integram animi libertatem falsò jactat. Alterum, quod dicebam, est non ascendisse Petrum ad hos honorum gradus aut pecuniæ largitione, aut pænè servili obsequiorum famulatu, aut adulantibus saltem verborum lenociniis, quæ omnia a severioribus ejus B moribus aliena sunt; imò aliquos ex his magistratibus sponte oblatos non per superbam indignationem, aut majorum bonorum ambitionem, sed quòd liber à cupiditatibus animus nihil ibi quod saperet, reperiret, & mens recti tenax, quæ sæpissime difficultates ingruerent, fastidiret. Evexit ergo hominem doctrina inprimis excellens, usu comparata rerum experientia, ignara munerum manus æquè dandis, ac recipiendis donis insueta, in audiendo facilitas, in comprehendendo celeritas, in investi- C ganda veritate solertia, sed præsertim in judicando æquitas inconcussa, animusque sibi constans, sui semper similis, & periculis major; verbo dicam, virtus animi evexit, vitæque integritas: non ipse honores ambivit, sed ipsum honores. Quæ hic attigi cursim, exemplis, rebusque gestis singillatim possem luculentiùs explicare, sed calamum metus cohibet, ne hominis modestiæ displiceam. Jam reliqua prosequor. Anno 1636. cùm ejus uxor Laurietta Tignoso nobilis, prudensque fæmina decessisset, D Petrus facta ab Urbano VIII. Pontifice facultate brevi ad sacerdotium promotus est eo consilio, ut Deo magis adhærescens cælestibus animum caduca fastidientem deliciis oblectaret, pedemque sensim à Regiorum administratione munerum referret. Designatur tamen paulò post à Rege, ut innuebam, Justitiæ, seu Magnæ Regiæ Curiæ Præses, & Oratori suo apud Pontificem agenti Rex imperavit, ut exoraret è Pontifice, ne sacerdotii sanctitas ab ea administratione Petrum arceret; annuitque Urba- E nus. Sed dum hæc agerentur, novo consilio Rex anno 1638. Petrum nec opinantem Cephalædensis Ecclesiæ Antistitem deligit; ipse accepto nuncio libellum statim conscripsit, quem *Episcoporum ideam* appellavit, ubi dum quos mores in Episcopo requirat Paulus Apostolus latius explicat, quid sibi agendum, quæ vitæ ratio sequenda non solùm didicit, aliosque docuit, sed etiam quem se in posterum esset exhibiturus, publicè spopondit, eoque consilio dicebat ad libelli editionem impelli, ut ab iis, quæ scri- F psisset, desciscere puderet, eoque pudoris metu animum in officio faciliùs contineret. Scripserat etiam olim duos libellos *de magnanimitate, & virtute heroica*; *Propugnationem* etiam *Vectigalis ab Excellentissimo Prorege Duce Ossuna impositi*; *Annotationes* item *ad Consilia Octavii parentis*; *plurima* demum scripsit *opuscula*, & *Tractatus*, quibus ultimam imponere manum, & in lucem edere neglexit. Delectus ergo Antistes Romam contendit, ibique honorificè Pontifex, cùm doctrinæ laudes, gestorum munerum

Anno Christi 1638.

Anno Christi 1638.

rum dignitatem, vitæque integritatem rescis-
set, illum excepit. Die festo Nativitatis S. Jo.
Baptistæ, quo eodem die ante duos annos Lau-
riettam conjugem amiserat, sacris insulis co-
honestatus spirituale matrimonium cum Ce-
phalædensi Ecclesia celebravit: consecratus est
Romæ à Blasio Proto Archiepiscopo Messanensi,
Assistentibus Didaço Requesens Carthaginiensi
Archiepiscopo, & Archimandrita Messanensi,
atque Thoma Anchora Tranensi Antistite:
(„ adepta sedis possessione per procuratorem 23.
„ Julii 1638.) die 20. Aug. pontificio ritu Cepha-
lædem ingressus est; statim verò disciplinam
Ecclesiasticam in suis, aliorumque moribus re-
quirere, sacrarum rerum studiis mentem addi-
cere, Christianam doctrinam in Cathedrali pue-
ros edocere cum plurimorum quidem admira-
tione, sed Angelorum plausu; sacris officiis
interesse frequentissimè, lites componere, sin-
gulis, quà posset, prospicere, pauperum ino-
piam suis proventibus sublevare, pietatem de-
mum ubique ac semper fovere. („ Clericorum
„ seminarium perfecit, & aperuit, ut ex hac
„ inscriptione marmori insculpta in aula ejus-
„ dem legitur,

„ *Omnia ex alto.*
„ *Petrus Corsettus Panhor. Episc. Cephal.*
„ *Romæ consecratur die 24. Junii.*
„ *Primum suam diœcesim die 20. Aug. ingreditur.*
„ *Residentiam auspicatur die 10. Octobris,*
„ *Constructum, instructumque prabet,*
„ *Alumnos, Conviventesque postliminio reducit*
„ *In pervigilio Natalis domini*
„ *Anno salutis MDCXXXVIII.*
„ *opeque divina audet dicere:*
„ *Veni, Vidi, dominus perfecit.*
„ *Sanctorum Angelorum tutelam deprecatur.*

„ Sacellum Sanctis Angelis Custodibus in Ca-
„ thedrali Ecclesia dicavit, & ornavit.) Ad
Passionis Dominicæ memoriam sæpius excitan-
dam Cruces certis in locis distribuit, ultimam-
que ipse suis impositam humeris illacrymante
populo ad dulcissimum pietatis sensum, clero-
que ritè procedente detulit, erexitque. His
ille detinebatur pietatis officiis, & sæculares
curas jam exuerat; sed excellentissimus Domi-
nus D. Franciscus de Mello Siciliæ Prorex è Re-
gno nostro discedens Mediolanum aditurus,
II viris, quos Gubernatores, & Capitaneos
Generales appellavit, Siciliæ regimen deman-
davit; res quidem bellicas D. Raymundo Car-
donæ equiti Hierosolymitano, & Panormitani
Castri Præfecto Ducis Suessæ filio; cætera verò
quæ ad omnem Siciliæ politiam, seu status, ut
ajunt, Gubernationem Antistiti Petro Corse-
cto; voluitque, ut in Regio Palatio degerent.
Die 23. Augusti hujus anni 1640. præstito de
more solemni sacramento in S. Petri de Palatio
magistratum inivere.

(„ Annum agens 74. humanis posthabitis
„ curis, Episcopale onus deponere statuit, &
„ jam facultatem à Rege obtinuerat: ac ante-
„ quam id fecisset Panormi decessit 23. Octo-
„ bris 1643. Magnificentissimo funere cohone-
„ status, in Sacello S. Annæ, quod ipse vivens
„ exornaverat in Ecclesia S. Zitæ Ord. Præd.
„ sepultus est. Ad ejus sepulchrum exinde ab
„ Octavio Corsetto ejus filio, Villæaltæ Co-
„ mite, hæc apposita est inscriptio.

„ *D. O. M. Parenti optimo, incomparabili*
„ *D. Petro Corsetto Episcopo Cephalud. in Reip.*
„ *luce dignitate, & Magistratibus aucto. Te-*
„ *tius Regni Proregi Gub. & Generali Armorum*
„ *Moderatori, sepulchralis honoris memoriam,*
„ *quam idem paterni Sacelli instaurator contem-*
„ *psit septuagenario majori moriens anno 1643.*
„ *Octavius Corsettus filius Comes Villalta, pieta-*
„ *tis, & officii memor, restituendam curavit*
„ *1646.*

„ In ejus funere luculentam habuit oratio-
„ nem Ab. Bernardus de Collo Panormitanus,
„ quam Romæ edidit an. 1644. Reaccensorum
„ Academia fundatori benemerentissimo justa
„ persolvit, & in ejus laudem latinam oratio-
„ nem dixit Ab. Vincentius Tortoretus. De
„ eo plura in nostra Bibliotheca Sicula tom. 2.
„ fol. 135.

„ L. MARCUS ANTONIUS GUSSIUS
„ Nicosiensis U. I. doctor, Regius Capellanus,
„ Abbas S. Mariæ Mandanicis, & S. Michaelis
„ Traynæ, Corsetto Episcopus suffectus est.
„ Cùm etenim Corsettus per literas datas 4.
„ Martii 1643. facultatem exorasset à Rege,
„ ut sibi assignata congrua substentatione posset
„ à Pontifice veniam petere, ut se Episcopatu
„ abdicaret, annuit Rex, & Corsetto concessit
„ annua aurea quatuor millia, libera à quo-
„ cumque onere, etiam dandarum: Episco-
„ patum verò Cephalędensem Gussio concessit.
„ Cui addidit, ut possit sibi retinere Abbatias
„ prædictas, ac pensionem aureorum 400. ex
„ proventibus Abbatiæ S. Philippi Argyrensis,
„ durante vita Corsetti, ut ex literis datis 10.
„ Julii 1643. in Reg. Cancell. 29. Aug. 1643.
„ f. 198. At defuncto, ut dicebam, Corsetto,
„ Gussius iterum Episc. renunciatus est, ex
„ literis datis Cæsaraugustæ 9. Decemb. 1643.
„ in offic. Proton. eodem an. f. 39. qui ex aliis
„ literis ibidem datis 20. Febr. 1644. in Cancell.
„ 18. Junii 1644. f. 218. obtinuit, ut possit fa-
„ cere inventarium suorum bonorum pro spo-
„ lio, non obstante quòd percepisset fructus
„ Abbatiarum: & pro bullarum expeditione
„ habuit fructus quatuor mensium Sedis Va-
„ cantis, ex literis expeditis Matriti 11. Febr.
„ 1644. ibid. 17. Junii 1644. f. 161. Romæ Gus-
„ sius exceptis Bullis Urbani VIII. datis 10.
„ Kal. Junii 1644. exscriptis Messanæ 15. Junii
„ 1644. in offic. Proton. eodem an. f. 35. à S. R.
„ E. Cardinalibus Montalto, & Alburnoz,
„ consecratur in Ecclesia S. Annæ in Monte
„ Quirinali. Cephalædium appulsus, Clero,
„ Populoque plaudente 26. Junii 1644. Eccle-
„ siam est ingressus. A regiminis sui exordio
„ statim pastoralem vigilantiam detexit; vix
„ enim excurso mense Ecclesiæ visitationem
„ aggressus, mox magno labore diœcesim per-
„ lustravit cum maximo ovium beneficio. Pie-
„ tatis operibus addictus in publico Urbis Xe-
„ nodochio sodalitium sub S. Didaci nomine
„ instituit, in quo se inscriptum voluit cum
„ clarioribus Civibus: ipse verò qualibet sexta

„ feria

feria ægrotorum servituti assistens, una cum sodalibus hymno, & antiphona S. Didaci recitatis, in ejusdem Hospitalis Cæmeterio nocturnum defunctorum persolvebat. Ecclesiasticæ disciplinæ zelo flagravit: voluit enim, ut omnes Ecclesiasticas leges observarent; ut & ipse omnium primus observavit. Nonnullis illustravit ornamentis Cathedrale Templum, præsertim majus sacellum: & tribunam picturis, & marmorata calce, auro tecta, insignivit: ideoque in eo hæc legitur inscriptio.

D. O. M.
Marcus Antonius Gussius Episcopus devote decoravit.

Orphanarum puellarum domum construxit, ut earumdem honestati consuleret an. 1648. In ea hæc spectatur inscriptio.

D. O. M.
Domicilium hoc Orphanarum pereuntium ab Illustriss. & Reverendiss. Domino D. Marco Antonio Gussio Cephaleditano Præsule,
dispersas in oves vigilantia mirifica,
animique indigentes propensione ingenita,
construitur, & dicatur,
x. Kalend. Martii à Partu Virginis
Anno MDCXLVIII.

Episcopale palatium instauravit. Sacellum deiparæ Virgini Sacrum construxit. Annuos mensæ proventus adauxit. Ecclesiasticæ immunitatis se acerrimum propugnatorem detexit. In Regni Comitiis Panormi coactis anno 1648. pro brachio Ecclesiastico præfuit. Prudentia, zelo, & beneficentia in pauperes hanc Ecclesiam sexennio rexit; & anno 1650. ad Catanensem sedem translatus est, ut in ea notitia diximus. At sepulchrum in primæ sponsæ sinu exoptavit: ideoque duplicem sibi paravit urnam in majori Sacello, cum duplici inscriptione. In una hæc habetur.

D. O. M.
Marcus Antonius de Gussiis Herbitensis Cephaluaensis, inde Catanensis Antistes,
Caduca non immemor vita
Sub Sponsa sprimava sinu post mortem quiescere decrevit vivens
MDCL.

In alia, ut in ea cor suum reconderetur, hæc extat inscriptio.

D. O. M.
Marci Antonii de Gussiis Herbitensis Cephaleditani, deinde Catanensis, Episcopi
Hic accumbere extra
Hic cor post exaratos vitæ labores non accumbere gratulatur Sponsa.

,, LI. FRANCISCUS GISULFUS, ET OSORIUS nobilis Panormitanus, Juris utriusque doctor, cùm ad aulam Catholici Regis se contulisset, inter regios Capellanos cooptatus est; & an. 1643. Abbas S. Mariæ de Gala constituitur. [1] Anno verò 1647. ad Archimandritatus dignitatem evectus. Translato Gussio ad Catanensem Ecclesiam, noster Gisulfus Ecclesiæ Cephalæditanæ præficitur ex regiis literis Philippi IV. datis apud Pardum 15. Jan. 1650. & Apostolicis Bullis Innocentii X. datis Romæ 11. Kal. Decemb. 1650. exscriptis Panormi 22. Decembris ejusdem anni in offic. Proton. an. 1650. fol. 151. Cephalæditanam Ecclesiam ingressus est 26. Junii 1651. & ob prudentiam, zelumque in Ecclesia regenda, doctrinam, ac integritatem, magnam promeruit laudem. Cùm an. 1656. 12. Octob. Panormi decessisset Joannes Tegles Giron Osunensis Dux, Siciliæ Prorex, noster Franciscus Siciliæ Moderator præficitur, qui à 12. Octob. usque ad 4. Nov. 1656. Regni gubernacula tenuit. In aula majori Canonicæ, ut vocant, magnæ molis fenestram extruxit eodem anno: & in Cathedrali Ecclesia deiparæ Sacellum erexit, marmorata calce, & auro contectum. Aliud etiam condidit SS. Cajetano, & Andreæ Avellino sacrum, simili ornamento insignitum. In hoc hæ leguntur inscriptiones, nempe in dextera parte.

Beato Cajetano Thineo
Clericorum omnium Regularium Principi,
Theatini Ordinis Institutori
Excellentissimus & Reverendissimus Dom. D. Franciscus Gisulfo, & Osorio tenens
Anno MDCLVI.
Sedem Regiam, & Episcopalem
D. D.

In læva parte.

Beato Andreæ Auellino Clericorum Regularium omnium virtutum Martyri,
& Gratiæ Prodigio,
Idem Franciscus hujus Urbis Antistes,
& Agrigentinus renuntiatus
Anno MDCLVI.
P. P.

Anno 1658. ad Agrigentinam Ecclesiam evectus est, ut in ea notitia jam diximus.

,, LII. JOANNES ROANO ET CORRIONERO Salmaticensis vir nobilitate, & doctrina clarissimus, ab obitis muneribus celebratus, ut in notitia Ecclesiæ Montis Regalis latiùs habes. Post Gisulfum Ecclesiæ Cephalædensi præficitur ex Bullis Apostolicis Alexandri VII. datis Romæ 14. Kal. Martii 1659. exscriptis Panormi 9. Martii 1660. in Reg. Cancell. fol. 160. Romæ consecratus ab Antonio S. R. E. Card. Barberino 7. Martii ejusdem anni, 3. Junii ad suam Ecclesiam venit, & 6. ejusdem mensis solemni more ingressus, statim pastoralis solertiæ partes regendis ovibus adhibere curavit. Nonnullis præclarè gestis Ecclesię suę splendorem adauxit. Proprio sumptu fontem e marmore ante Cathedralis Ecclesiæ aream exstruxit, in quo hæc habetur inscriptio: *Illustriss. Dom. D. Joanne Roano Corrionero Episcopo Cephaleditano Anno MDCLXVIII.* ejusdem Cathedralis parietes, adhuc ab origine rudes, marmorata calce operuit: columnas expolivit: vitreis fenestris ornavit: sericis ornamentis instruxit: Sacellum auro contectum in Immaculatæ Conceptionis deiparæ honorem in eadem

[1] Ab. Pirr. lib. 4. de Abb. 5. M. de Gala.

eadem Ecclesia excitavit, & in eo ejusdem Virginis simulacrum constituit. Ideoque in ejusdem Sacelli lateribus hæ spectantur inscriptiones; nempe una.

D. O. M. Deipara absque originali labe concepta, Civitatis, ac Regni hujus Patrona, totiusque Orbis Domina, ac Numini Tutelari, ut Fideles ante oculos perpetuò haberent suorum Advocatam Peccatorum. Ad majorem Dei gloriam. Anno Domini M.DC.LXX. Regnante Invictissimo Catholico Rege Carolo Secundo.

Alia verò hæc est.

Illustrissimus D. D. Joannes Roano Hispanus insignis Majoris Collegii Sanctæ Crucis Collega, à supremo Catholici Regis Consilio, primariis non semel Cathedris, & Sacræ Scripturæ, in Salamantina, & Vallisoletana universitate decoratus, illustratis columnis, expolitis Ecclesiæ suæ Sponsæ altaribus, & muris, fulgentibus vitris (quod nunquam antea) fenestris exornatis hoc sacellum pari munificentia, & pietate dicat.

A primæva sui fundatione Cathedralis Ecclesia à Canonicis Regularibus Ord. S. Augustini exculta fuit, teste Pirro. Exinde deficientibus paulatim Canonicis Regularibus, ad eum numerum hi redacti erant, ut ecclesiasticis muniis obeundis non sufficerent. At ne divinus deficeret cultus, presbyteri sæculares adhibiti sunt. Pluries à prędecessoribus nostri Episcopi tentatum opus, ex Catholicorum Regum voluntate, ut capitulum ad sæcularium Canonicorum numerum redigeretur; pręsertim urgentibus literis Philippi III. Datis Matriti 11. febr. 1619. exscriptis Panormi 21. Jan. 1621. in lib. Mercedes eodem an. lit. B. f. 178. Idipsum nostro Joanni plurimum commendavit Philippus IV. Joannes verò cùm in ipso Ecclesię ingressu nonnisi duos ex Canonicis Regularibus, senectute confectos comperisset, omnem movit operam, ut res ad optatum finem perduceretur. Ideoque instante Carolo II. Hispaniarum Rege, ac nostro Joanne Episcopo, post quinquennium ab incepta re, demum prodiit bulla sęcularizationis Clementis X. Pont. Max. data Romę 10. Kal. Octob. 1671. exscripta Panormi 3. Martii 1672. Hujusce bullæ partem, qua rei summa complectitur, tabulę marmoreę insculptam, juxta Cathedralis portam locavit Episcopus: in ea hęc habentur.

In Dei nomine Amen.

Clemens Decimus Episcopus ad perpetuam rei memoriam &c. Carissimus in Christo filius Carolus Hispaniarum Rex Catholicus, & Ven. Frater noster Joannes Roano & Corrionero Episcopus Cephaludensis, nobis exponi fecerunt, ut in Ecclesia Cephaludensi Nomen, Titulus, ordo, conventualitas, & essentia regularis supprimeretur, & in statu Canonicorum sæcularium reduceretur, ac in ea quatuor dignitates erigerentur ob pristinam regularis disciplinæ observantiam tepefactam; ut igitur in eadem Ecclesia Cephaledensi divinus floreat cultus, omnem statum, & essentiam regulares (firmo tamen remanente habitu quoad chorum, & capitulum, & alios capitulares actus; ac votis substantialibus per canonicos regulares remanentibus) penitus & omnino apostolica auctoritate perpetuò supprimimus, & extinguimus, ipsumque statum regularem prædictorum canonicorum antiquorum mutamus, & ad statum canonicorum sæcularium reducimus, & pro majori magnificentia ejusdem Ecclesiæ unum decanatum, qui prima & post Pontificalem major, & capituli caput existat, & unum cantoratum, qui post Archidiaconum, & ante Theologum prebendatum locum habeat. Ita tamen, ut tam de decanatu, quàm de Archidiaconatu quomodocumque, & quandocumque vacantibus per Sedem Apostolicam dumtaxat disponi possit. Cantoratus verò, & Theologalis prebendæ collatio, & dispositio regulis Cancellariæ perpetuò subjaceant, necnon octo canonicatus, qui cum supradictis dignitates obtinentibus, capitulum componunt, quorum collatio quandocumque, & quomodocumque ad pro tempore existentem ordinarium loci intra tempus à jure præfixum spectet, auctoritate Apostolica perpetuò erigimus, instituimus; & prout in Bulla Apostolica quæ incipit. Experientia. Dat. Romæ Kal. Octobris 1671. exequuta in Regno Panormi die 3. Martii 1672. latius habetur.

Hujus bullę vigore, electis à Sum. Pontifice quatuor dignitatibus, nempè Decano, Archidiacono, Cantore, & Theologo prębendato, & à nostro Episcopo octo Canonicis, decantato Te Deum laudamus, ex solemni missa in gratiarum actione celebrata die 7. Martii 1672. exinde Sabbato Sancto ejusdem anni fuit eisdem data possessio, & habitus canonicalis ab eodem Episcopo, ideoque in alia tabula, ad perennem rei memoriam, marmori insculpta fuit, & juxta portam Cathedralis affixa hęc inscriptio.

Ad majorem Omnipotentis Dei optimi Maximi, ac Sanctissimi Salvatoris Tutelaris gloriam, & honorem.

Cunctis pateat ab hinc centum circiter annos fuisse perquisitum à Catholicis Hispaniarum Regibus, plerisque hujus civitatis Episcopis, deficiente Religionis observantia, ut Canonica Regularis ob exiguum Canonicorum numerum ad statum sæcularem reduceretur, ipsaque Cathedralis dignitatibus decoraretur, idque invictissimus tandem Carolus Secundus Hispaniarum Rex catholicus, ejusque Serenissima Mater Gubernatrix, Illustrissimo & Reverendissimo Domino Episcopo D. Joanni Romano Corrionero per literas Supremi Concilii commendarunt, à quo exuperatis difficultatibus apud sedem Apostolicam, cum assistentia Rev. D. Vincentii Græco Prioris S. Mariæ de Gibilmanna ejus Regentis fuit non solùm obtenta gratia Sæcularizationis prædicta, sed etiam augmentum, & nova erectio quatuor dignitatum RR. Decanatus, Archidiaconatus, Cantoratus, & Prebendæ Theologalis, quibus beneficia Prioratus S. Mariæ de Gibilmanna, proventus Archidiaconatus, Prioratus S. Mariæ de Cacciapensieri Cammarata, & Abbatia S. Mariæ de Vocanti fuerunt unita, & aggregata: unde festo divi Thomæ Aquina-

„ *tis, ejusdem Illustrissimi Episcopi Consecrationis* A
„ *anniversarium, cum universali lætitia hujus*
„ *Placentissima Civitatis fuit decantatum sole-*
„ *mniter Te Deum Laudamus, & Missa progra-*
„ *tiarum actione, quam singulis annis per Reve-*
„ *rendum capitulum & clerum eodem die gratiosè,*
„ *in memoriam tanti beneficij, decantare ad in-*
„ *tentionem ejusdem Illustrissimi Episcopi fuit sta-*
„ *tutum, & Sabbato Sancto Resurrectionis eisdem*
„ *dignitatibus, & octo Canonicis electis per dictum*
„ *Illustrissimum fuit tradita possessio, & habitus*
„ *Canonicalis, ut in actis M. E. C. sub die decimo* B
„ *sexto Aprilis decima indictionis* 1672. *melius*
„ *apparet.*

„ Seminarium Clericorum ad meliorem for-
„ mam redegit, & in eo Philosophiæ, Theolo-
„ giæ, tum Scholasticæ, tum moralis studia in-
„ stituit, assignato Lectoribus egregiis stipen-
„ dio. Peritissimos etiam præceptores in eo
„ constituit pro civili & Canonica lege, Medi-
„ cina, & musica. Magnæ trabis mole Cathe-
„ dralis tectum munivit, amota veteri, tem-
„ poris lapsu corrosa. In ea legitur; *Joanne* C
„ *Roano Corrionero Episcopo XIII. Kal. Septem-*
„ *bris* 1668. Siciliam an. 1671. & 1672. ob fru-
„ menti inopiam dira fames invasit: ideoque
„ noster Episcopus omnem adhibuit curam, ne
„ oves sibi creditę perirent: pauperes præsertim
„ omnes in unum congregavit locum, quibus
„ necessaria ad vitæ conservationem quotidie
„ attribuit: ac sæpius una cùm majoribus cle-
„ ri, & præcipuis civibus inserviebat, & sola-
„ batur. Bis etiam, non sine periculo, Panor-
„ mum adiit, ne ad populi alimoniam necessaria D
„ impedirentur: ideoque in communi ærumna-
„ rum molestia à diœcesi sua famis incommoda
„ eliminare studuit. Demum meritis plenus
„ anno 1673. ad Metropolitanam Montis rega-
„ lis Ecclesiam evectus est: & 6. Jan. 1674. cum
„ omnium dolore discessit, ut latius in ea noti-
„ tia diximus. De eo vide Ab. Michaelem de
„ Iudice in addit. ad hist. Montis Reg. Jo: Aloy-
„ sii Lelli par. 2. f. 117. & seq.

„ LIII. MATTHÆUS ORLANDUS Sicu-
„ lus Hyccarensis Ordinis Carmelitarum. De eo E
„ plura cum emerita laude scripsimus in nostra
„ Biblioth. Sicula to. 2. f. 58. Hic verò juxta no-
„ stri instituti leges exponam, quod inter Car-
„ melitas Magistri laurea insignitus, Schola-
„ sticam Theologiam Regentis munere in cœ-
„ nobiis Neapolis, Florentię, & Romæ docuit:
„ ob egregiam doctrinam, qua excelluit, in
„ Theologos, & Consultores Sacrę Congrega-
„ tionis de Propaganda fide cooptatus est, &
„ gravioribus rebus adhibitus. Daciæ, Hiber-
„ nię, & Romanę Provinciis pręfuit: ac Or- F
„ dinis Procuratorem Generalem egit. Demum
„ 12. Junii 1666. ad ejusdem Ordinis supremum
„ Generalis gradum evectus est, quem non si-
„ ne profectu, & beneficio, sexennio rexit.
„ Iterum confirmatus ex Decreto Clementis X.
„ elapso biennio, à Catholico Rege anno 1674.
„ Episcopus Cephaludensis nominatus est & ab
„ eodem Pontifice electus ex bullis apost. datis
„ Romę 7. Kal. Julii 1674. exscriptis Panormi
„ 31. Julii ejusdem anni in Reg. Cancell. ann.

„ 1674. f. 194. In Ecclesia S. Mariæ Majoris 1.
„ Julii consecrationis beneficium obtinuit. Ec-
„ clesiæ possessionem adeptus 22. Julii 1674.
„ exinde Cephaledum venit 20. Iunii 1675. &
„ solemni ritu est ingressus 24. ejusdem mensis.
„ Prudentia, doctrina, vigilantia, aliisque
„ eximiis pastoris dotibus oves sibi creditas gu-
„ bernare studuit.

„ Etsi insigni humanitate polleret, ac man-
„ suetudine, attamen ob arbores aliquot ne-
„ morum sui Episcopatus incisas, nonnullas ha-
„ buit cum Regii Patrimonii Ministris conten-
„ tiones, ut videre est apud Iosephum Sumam,
„ qui pro regia jurisdictione ea in causa tunc
„ scripsit, edito libro hispanica lingua inscripto:
„ *Patrocinio de la Jurisdicion Regia*. Panormi
„ 1686. in fol. ac doctissimus Episcopus obiectis
„ satisfacere studuit edita Responsione Romæ
„ anno 1687.

„ Ad Christianæ, & Ecclesiasticę disciplinę
„ instaurationem anno 1693. diœcesanam Syno-
„ dum celebravit, quam typis tradidit Panor-
„ mi an. 1694. typis Augustini Epiri in 4. Cha-
„ ritate excelluit: erga pauperes egestate pres-
„ sos liberalitatem detexit eximiam: orphanis
„ puellis dotem sępius numeravit: viduas de-
„ fendit. Pluries etsi febre correptus ordi-
„ nationes perhumaniter habuit, commiserans
„ itinerum labores, & expensas ordinandorum.
„ Etsi senectute gravatus, in deliciis habuit
„ Philosophicas & Theologicas lectiones quoti-
„ die tradere honorariis servis, Seminarii, &
„ ingenuæ conditionis adolescentibus.

„ Episcopale palatium amplificavit, cui æ-
„ des addidit pro hiberno tempore: alias verò
„ extruxit terraneas æstivo tempore inhabi-
„ tandas. Cathedralis Sacrarium ornavit. In-
„ nocentio XI. Pontifice Max. Romam adiit, ut
„ Ecclesiæ suæ jura, propugnaret contra quem-
„ dam, qui annuam pensionem super Cephalę-
„ densem Episcopatum percipere pertentabat:
„ at ea doctrina rem tractavit, ut sententia
„ fuerit Episcopo adjudicata. Ad Ecclesiam re-
„ meavit, & statim Ecclesiam S. Luciæ, ad
„ passuum mille ab Urbe Cephalædensi dissitam,
„ à fundamentis reædificavit, Sanctæ Marty-
„ ris statua, aliisque ornamentis insignitam,
„ ut ex hac inscriptione patet.

„ *D. O. M. In honorem S. Luciæ Virg. & Mar.*
„ *Siculæ Templum hoc à fundamentis erectum so-*
„ *lemni ritu benedixit Illustrissimus & Reveren-*
„ *dissimus F. d. Mattheus Orlando Carmel. Episco-*
„ *pus Cephaludii, Regiæque Catholicæ Majesta-*
„ *tis Consiliarius, populo sibi credito hoc pacto*
„ *lucernam accendens, ut luceat omnibus, nec*
„ *ullus sit fidelis, qui in tenebris sedens, in tri-*
„ *bulatione se abscondat à calore, & lumine Vir-*
„ *gineæ hujus lucernæ, quæ non extinguetur in*
„ *nocte, sed in diei perpetuam plebi sibi devotæ*
„ *fulgebit æternitatem. Tanto ergo Pastori, Pa-*
„ *trono, hoc grati animi monumentum addictissi-*
„ *mus cliens Joannes Baptista Trugonus D. D. D.*
„ *Anno Domini M. D. C. LXXXV.*

„ Dote etiam hanc instruxit Ecclesiam ex
„ hac alia inscriptione.

„ *D. O. M. Vetusto S. Luciæ irreparabiliter col-*

labente Templo, Illustrissimus & Reverendissimus Fr. d. Matthaeus Orlandus olim Carmelit. Generalis, nunc Cephaludii Episcopus ad fidelium devotionem conservandam novi hujus Sacelli fundamentis ab eodem designatis, primum lapidem à se benedictum propriis manibus posuit: illudque construi magna pietate curavit: & pro celebranda missa quolibet Festivo die in perpetuum, ac luminibus, & paramentis emendis congrua eleemosyna dotavit, ex instrumento rogato in actis not. Jacobi Neglia Cephaludensis die 28. Decembris 1685. ind. 9.

„ Plura aureorum millia Romam misit, ut Eucharisticum Tabernaculum ab ipso inceptum in Ecclesia Carmelitarum, perficeretur. Nonnullis ędificiis patrium Cęnobium ordinis sui adaugere curavit. Per aliquot menses ante mortem omnia, quæ in ordine suo acquisierat, eidem Cœnobio donavit: & pecuniam omnem in pauperes, & indigentes familias erogavit. Sacram verò supellectilem Cephaledensi Ecclesiæ concessit. Vicarios Generales habuit Josephum Ciminum, & Petrum Mazaram Canonicos Cephalædenses. Demum luminibus ferè captus, anno ætatis suæ 85. 10. Novembris 1695. apopletico ictu consossus, obiit Cephalædi 13. ejusdem Novembris, & in Cathedrali Ecclesia conditus est. In ejus sepulchro è marmore, quod sibi vivens extruxerat, hoc legitur epitaphium.

D. V. T.

Illustrissimus Præsul D. Matthaeus Orlandus
cognomento, ac mente virilis, patria
Hyccarensis,
Ne suus Trinacriæ deesset Elias, progressus
est ad Carmelum,
Ibi profundiora Cœli scrutans arcana, Orthodoxi tripodis oraculum fuit.
Bis Provincialis, bis ordinem moderatus,
è Cœnobio concessit ad insulas.
Nec invidit Hyppona Aurelium Cephaledis,
Urbs Caput sanans, Rectorem sortita totum
prudentiæ Caput.
Verè zelotes æmulatus Tesbyten
Flammantes in hæreses, rorantes in fidem demisit imbres.
Nusquam, nunquam obscurus, qui terras ardere, Cœlum replevit lumine.
Ne tanti ignis tendentis ad centrum disperderetur cinis,
Hanc Sponsa Mater sinu paravit urnam,
Jugi virtutum celeusmate venerandam.
Vixit Annos XVC. IX. III. devixit XIII.
Novembris M. DC. VC.
Episcopus XXI. III.

„ Annuum censum emit, ut anniversaria mortis suæ dies quotannis celebraretur. In lucem emisit *Cursum Theologicum in Tertiam Partem divi Thomæ*, editum Romæ 1653. De eo plura cum laude Daniel à Virgine Maria in speculo Carmelit. to. 1. par. 2. lib. 1. n. 563. & to. 2. par. 5. lib. 3. n. 3316. & lib. 5. n. 3746. & 3759. Joseph Maria Fornarus in Anno Memor. Carmelit. to. 6. 29. Martii, & 25. Junii f. 354. & 194. aliique.

„ Matthæo ætate, & cæcitate gravato, Catholicus Rex Carolus II. Episcopum Cephalæditanæ Ecclesię nominavit *Vincentium Regnum* Neapolitanum, Ord. S. Benedicti Congreg. Casinen. tunc Episcopum Oppiden. At vir à generis nobilitate, doctrina, aliisque animi dotibus clarissimus, Matthæi mortem prævenit; decessit etenim anno 1693. De eo Coletus in addit. an. to. 9 Ital. Sac. Ughelli col. 421. & to. 10. col. 306.

„ LIV. FR. JOSEPH SANZ DE VILLARAGUT Hispanus, Theologus eximius ordinis Observantium S. Francisci, Placentiæ in Regno Aragoniæ claro genere exortus, inter suos doctrina excultissimus, Philosophiam, ac Theologiam docuit, & lectoris Iubilati gradum est assecutus, Ecclesiastes egregius regii concionatoris titulum à Catholico Rege Carolo II. promeruit. Romam à Provincia sua missus est, ut apud Sacræ Inquisitionis Judices obiectionibus responderet, quibus Revelationes Ven. Mariæ de Agreda oppugnabantur; quod doctrina, & eruditione cum magna sui laude præstitit. Primùm Cajetæ Episcopus electus 6. Decembris 1683. exinde ad Puteolanam Ecclesiam translatus 2. Januarii 1693.[1] utramquem Ecclesiam laudabiliter rexit; & animarum zelo clarus, Ecclesiarum jura contra seculi petentes infracto animo propugnavit. Demum ad hanc Cephalædensem sedem Carolo II. Rege petente transiit, ex bullis apostolicis Innoc. XII. datis Romæ 18. Junii 1696. Panormi in Eccl. S. Erasmi fidei professionem edidit in manibus Ferdinandi de Bazan Archiepiscopi Panormitani 20. Julij 1696. Mox discedens Cephaludensem Urbem ingressus est 25. ejusdem mensis. Qua pastorali vigilantia excelleret, statim aperuit. In reformandis ovium moribus, & vitiis eliminandis totus fuit. Pauperes, & loca pia levare profusis eleemosynis studuit. Diœcesis causas forenses impigrè curabat, ut quàm celeriter absolveret. Seminarium clericorum, hospitalem domum, Orphanarum Refugium sæpissimè perlustravit. Cathechismo, lectionibus Philosophiæ & Theologiæ moralis interfuit semper. Studuit ut Gratterii Dominus Ecclesiam novi oppidi Lascaris, necessariis Ministris instrueret, eisque annuum proventum assignaret. In Ecclesia regenda severitate excelluit potius, quàm benignitate; præsertim promovendos ad Ecclesiasticos ordines, & Confessarios approbandos rigidiori examini subiecit. Ecclesiasticam immunitatem summo propugnavit studio. Capitaneo & Juratis Cephaludii inhibuit, ne divinis officiis tecto capite assisterent, ut solebant; at his reclamantibus, re in judicium deducta, Episcopo sententia adiudicata est anno 1697. Siciliæ Magnatem (nomini parcimus) 7. Junii 1697. censuras in bulla cœnæ contraxisse declaravit ob læsam ecclesiasticam immunitatem, cum nonnullas Ecclesiæ suæ arbores obtruncasset. At cùm ille ad regium Monarchiæ tribunal confugisset, & 30. Julii Sententiam sibi faventem obtinuisset, decrevit, ut septem ex suis Episcopale palatium

[1] Lucentii Ital. sac. fol. 41. Nic. Coletus in add. ad Ughellum to. 1. f. 306. & to. 6. Lapo.

„ tium adirent, & literas Judicis dicti Tribunalis Episcopo deferrent: quod ea temeritate primo Augusti præstitere, ut armis muniti, impio ausu, usque ad Pastoris cubiculum irrepserint, & mandata enormi insolentia exequerentur. Inopinata hæc irruptio Episcopum ita exterruit, & Ecclesiæ zelus à prępotenti oppressæ adeo ejus humores concitavit, ut 2. Augusti in febrim prolapsus, viribus enervatus jacuerit. Hinc 27. ejusdem mensis à Vicario Generali in lecto jacens inventus est oculis in Christi Domini è Cruce pendentis imagini defixis, & in lachrymas effusis. E lecto surgens versiculum 23. cap. 38. Eccl. in cartula scripsit: *memento judicii mei, sic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie*: & tacitè Vicario cartulam tradidit, qua nedum suam, quàm Principis sibi infensi mortem prænunciasse videtur (is post 15. dies ab obitu Episcopi è vita sublatus est.) Noctu morbi vis aucta, Sacramentis ritè munitus 29. Augusti 1698. in Domino sanctè quievit: & in sacello SS. Sacramenti conditus est cum hac inscriptione.

„ D. O. M.
„ *Illustrissimus Fr. D. Joseph Sanz de Villaragut*
„ *Regalia generis Stemmata*
„ *Seraphica vertens in stigmata,*
„ *Romæ Sororis Mariæ de Agreda probitatem*
„ *Strenuè propugnando, retexit suam.*
„ *Cajetæ, Puteolis, Cephaludi*
„ *Sacris redimitus infulis*
„ *Pater, Pastor, Præsul*
„ *Egenis, Gregi, Refractariis*
„ *Assiduè*
„ *Pius, vigil, Justus,*
„ *Fato cessit anno vulgaris æræ M. DC. IIC.* 4.
„ *Kal. Septemb.*
„ *Omnes jacerent cum ipso virtutes,*
„ *ni optimo parentassent Antistiti.*

„ LV. FR. MATTHÆUS MOSCELLA, à Sancto Stephano dictus, Messanensis ordinis Observantium S. Francisci, honesto genere exortus, in regularem familiam cooptatus est, cùm Messana turbis agitata, Hispani Dominii jugum excusserat: ideoque non Matthæus à Messana, sed à S. Stephano appellari voluit. Vir insigniter doctus sapientia undique inclaruit: nam, ut in Bibliotheca Sicula *t. 2. f.* 59. diximus, doctrina satis excultus, vix vigesimo ætatis anno expleto, Neapoli Philosophiam triennio docuit: ibidem, ut etiam Romę in cœnobio Arçcœli Theologiam per plures annos magna cum ingenii laude tradidit: & anno ætatis suæ 34. lectoris Jubilati gradum promeruit. Inter suos ad gradus Custodis, Visitatoris, Provincialis, Definitoris Generalis, evectus est. Demum Seraphico Ordini Minister Generalis præficitur. At cum regularem familiam summa cum laude moderabatur, à Carolo II. Catholico Rege nominatus est Episcopus Cephalædensis: sed ob ejusdem Regis, & Innocentii XII. mortem protracta est ejus consecratio: ideoque Matthæo licuit ordinis gubernium absolvere. Deposito Generalatus onere Episcopus Cephaludensis renunciatus est ex bullis apostolicis Clementis XI. datis Romæ 25. Sept. 1702. exscriptis Messanæ 24. Octob. ejusdem anni in offic. Proton. an. 1703. f. 21. Romæ in Ecclesia Aræ Cœli 1. Octob. 1502. consecratus Episcopus, possessionem per procuratorem adiit 2. Nov. 1702. exinde Cephaludensem Ecclesiam vidit 1. Ianuarii 1703. & pontificali more ingressus est 7. ejusdem mensis. In ovium beneficium pastorali sollicitudine impigrè desudavit: ideoque diœcesim perlustrare curavit. Synodum diœcesanam celebravit anno 1706. quam edidit Panormi apud Nicolaum Buam 1707. in 4. Episcopale palatium novis ædificiis egregia munificentia amplificavit, & exornavit. In Monasterio S. Catherinæ Çephaludii ad monialium commodum nonnullas ædes proprio sumptu condidit; & earumdem Ecclesiæ duos dedit ex argento magni ponderis lychnos, ac casulam auro contextam. Sacellum SS. Virgini de Rosario, in Ecclesia Fratrum Ord. Præd. dicatum, inauravit. Sacellum etiam in Ecclesia Fratrum Conventualium S. Francisci extruxit, Immaculatæ conceptioni Deiparæ sacrum. Collatis eleemosynis mirificè Fratres strictioris observantiæ S. Francisci juvit, ut eorum novum cœnobium S. Petri de Alcantara numeris omnibus strueretur: quod nunc ædificatur.

„ Politico etiam Urbis regimini invigilare non neglexit; paterna etenim cura publico omnium beneficio, tanquam proprio, consulebat: ideoque tum literis, tum pecunia publicam utilitatem curabat. In pauperes liberalis, angebatur, quòd sibi ulteriores non essent proventus, ut omnes ab ærumnis liberaret. Præsertim in annonæ egestate eleemosynas profusè erogavit; & ut frumenta ad civium levamen coemeret, non semel argentea vasa sua fœnori dedit. Vigilantia eminuit: tum in negotiis absolvendis, tum in decretis curiæ edendis aderat indefesso labore: chorum frequentavit, & ecclesiastica munia obire semper studit. Demum hydropisi affectus, toleratis heroica animi constantia ægritudinis molestiis, & medicorum dilaniationibus, decessit Cephaludi 22. Junii 1716. & in Cathedrali Ecclesia sepultus est. Extructo exinde sepulchro, marmoribus, ejusque effigie eleganter exornato, Marcellus Moscella Canonicus Cephalæditanus Episcopi nepos, eidem hoc addidit Epitaphium.

„ D. O. Æ.
„ *Patruo, Patrono, Pastori,*
„ *Veritatis speculo, Tutaminis Scuto, Justitiæ scopulo,*
„ *Cephaledii, Zangles, Triquetræ,*
„ *Iridi, luminari, Coronidi,*
„ *Illustrissimo ac Reverendissimo Don Matthæo Moscella,*
„ *A S. Stephano credito, Messana tamen prodito,*
„ *S. T. Lectori Jubilato, Seraphiciq; Macrocosmi Protheduci, Antistiti Cephaludensi,*
„ *Scientiarum Pharo, Sapientiæ Phosphoro;*
„ *Scholarum Phœbo,*

„ Ut,

„ *Ut, cui Jun. 22. 1716. venenatus libitinæ mor-*
„ *sus XX. lustr. Ann. III. Mens. XI.*
„ *Episcopatusque XIV.*
„ *Ex unico charitatis, Religionisque sinu invidè*
„ *averruncans, haud mederi valuit,*
„ *Immortalitati servetur,*
„ *Sacrum marmor*
„ *Obsequen. Marcellus Canonicus Moscella*
„ *D. S. P.*
„ *A. O. R.*
„ *M. DCCXVII. Maii XX.*
„ Nunc Sede Vacante Ecclesiam Cephaluden-
„ sem gubernat D. Paulus Orioles S.T. & V. I.D.
„ Canonicus, & Vicarius Generalis.)

AUCTARIUM SACRUM

Ecclesiæ, atque Diœcesis Cephaladitanæ.

CEPHALÆDENSIS hæc Ecclesia Quinta est inter Sicilienses Episcopales; ejus Præsul in Generalibus Regni Comitiis, octavo sedet loco. Messanensi Metropolitano suffragatur. Etsi in Tractatibus legalibus *DD. de numero & tit. Cardinalium, de ordine Patriarchar. & de nomine Archiepisc. & Episc. universi orbis*, legatur quòd: *in Sicilia Papa habet duos Episcopatus; scil. Cephaludensem, & Pattensem*, semper fuisse tamen jurispatron. Regum Siciliæ jam vidistis.

De ejus civitatibus, & oppidis, atque XIII. Abbatibus, & Prioribus diœcesanis dicemus suis in locis. ii sanè Abbates, & Priores tenebantur in die festo S. Salvatoris Ecclesiæ Cephalædensi interesse, eamque tanquam matrem agnoscere.

Cephal. eccl. antiqua jura.

Hujus Ecclesiæ primæva jura vidistis plura superiùs. Sed ad nostra etiam tempora ex antiquo jure, & præeminentia, Episcopus cognoscere potest omnes caussas civiles appellationis à curia Cephalædensi sæculari. Item jurisdictionem contentiosam contra laicos in his caussis, quæ concernunt victualia. Item ut coram ipso Episcopo, vel ejus vicario administri urbis creentur. Item pœnæ impositæ ab urbis fisco pro delictis, contraventionibus, & contumaciis, cameræ episcopali applicentur.

Proventus annui.

Annui proventus ad annum 1621.4. indic. ex libris patrimonii erant scutata 9706.6.4. industria verò episcopi Munieræ addita sunt alia scut. 2000. sunt ergo sc. 11706. 6. 4.

Onera in singulis annis. Pro præbendis canonicorum in pecunia scut. 335. 3. 13. Eisdem canon. sagmata tritici 162. tum. 8. pretium est sc. 438. 11. Eisdem pro carne porcina sc. 177. 7. 5. Eisdem pro vino sagm. 28. scut. 123. 4. 18. Eisdem pro leguminibus, & oleo sc. 73. 4. 4. Clericis communeriis* sc. 113. 9.

* Li Communerii dicuntur.

Pro hostiis, & vino missarum	sc. 15.
Pro cera, & oleo Eccl.	sc. 300.
Pro fabricis, & ornamentis Eccl.	sc. 500.
Pro Organista.	sc. 50.
Pro Seminario Clericorum.	sc. 200.
Pro concionatore quadr.	sc. 50.
Pro cantandis completoriis.	sc. 7.6.
Pro sacello Corporis Christi.	sc. 20.
Pro æstimatoribus glandium;	sc. 10;
Pro Custodibus nemorum.	sc. 42.6.
Pro Collectis Regiis.	sc. 788.5.5.
Pro Collectis Deputationis.	sc. 368.9.5.
Acceptum ergo.	sc. 11706.6.4.
Datum.	sc. 3822.7.
Reliquum.	sc. 7884.

De Canon.

Cephalæditana Ecclesia à prima fundatione anno 1130. ad nostram usque ætatem sub canonicorum Regularium ord. S. Augustini capitulari regimine semper fuit. ii sanè numero incerto. Anno 1557. Arnaldo visitatore Regio, octo tantùm[a]. Quòd isti nullo modo ad Cathedralis Ecclesiæ munia omnia obeunda sufficerent, Martinus Mira Episcopus suorum præcessorum vestigiis inhærendo, alios canonicos sæculares presbyteros instituendi consilium cœpit[b], obtentis prius pontificiis, atque Regis litteris, ne interim hæc Cathedralis suis administris, & functionibus careret; vigintiquatuor cum stipendio, ut infrà, quam præbendam vocavit, & almutio nigro insignitos delegit: isti insigniti, seu præbendati dicuntur (non sunt de capitulo canonicorum) continuo chori obsequio astricti, canonicorum regularium vices accuratè supplent. ex quibus duodecim missas canonicales, & vesperas solemni ritu celebrant, habentque & alii duodecim insigniti à mensa Episcopali integram præbendam ad summam unc. 9.10. pro quolibet: cæteri sex addicti Ecclesiæ mediam præbendam unc. 5.4.10. omnes numero triginta exigunt unc. 287. 3. videlicet ex tonnaria unc. 24. ex legatis piis unc. 256. 16. ex aliis juribus unc. 137. ex sacello S. Antonii de Padua unc. 46.16. quæ summa ad unc. 742. 3. 18.3. dividitur inter omnes tum Canonicos, tum inter sacerdotes, Diaconos, & Subdiaconos, qui in Communitate suis quisque diebus Ecclesiæ inserviunt. Obeunte Mira, ejus immediatus successor Muniera Regulares Augustinianos voluit novos canonicos, illosque vestibus religionis induit numero octo, & professionem ex more antiquo emittendam statuit; quorum adhuc quatuor vivunt, alii defecere. Anno 1638. 12. octob. de consensu Capituli Corsectus Episc. alios quatuor Novitios addidit, quos pòst ejecit. Ii cœnobitarum more degunt in ædibus Ecclesiæ adjunctis, quas Canonicam appellant; aluntur communi mensa ex proventibus mensæ episcopalis ad summam unc. 239.2. Habitus horum Canonicorum tam in choro, quàm extra, & ubique est Rochettum cum mantiletto nigro. Alii verò insigniti in choro, & processionibus tantùm Almutio nigri coloris, à Mira concesso utuntur. Omnes horis canonicis, quas multo mane de more recitant, interesse solent. Dignitates duæ tantùm. Prima post pontificalem *Prior* Regularis, qui olim quolibet biennio à canonicorum regul. eligebatur capitulo, modò semel electus ad vitam perdurat. Prior absente Episcopo, ejus vices subit, totius capituli caput; cui primam sedem tenenti, & in cunctis actionibus locum, subsunt, obediuntque cæteri. Hujus est capitulum cogere, ut divina officia debita religione celebrentur, utque sua quisque munia accurate peragat diebus singulis, præcipuè solemnibus, missasque celebrandi partes

a In tabul. Conservat.

b Vide ejus Synodum p. 3. c. 11. f. 38.

Habitus Canon.

Dignitates.

De Priore.

partes distribuere. Secunda est *Archidiaconus*, cujus locus in choro, & processionibus est post Regulares Canonicos, qui ab antiquo tempore presbyter sęcularis esse solet ex pontificia collatione. Is primus est ex insignitis, Præsuli pontificalia exercenti assistit, festorum cultui invigilat, pœnas à transgredientibus per edictum impositas exigit, & substitutos per diœcesim deligit. Judicium verò pœnarum in urbe est Vicarii generalis, in diœcesi Archipresbyterorum loci [a]. Proventus sunt ex iis unc. 159. 18. & unc. 1. 24. ex annexione beneficii S. Blasii in agro Cephalæd. („ At redacto ad statum Canonicorum „ Sæcularium Capitulo, ex bulla Clementis X. „ data Romæ 10. Kal. Octob. 1671. exscripta Pa- „ normi 3. Martij 1673. quatuor in ea constitu- „ tæ sunt dignitates, nempè Decanatus, Archi- „ diaconatus, Cantoratus, & Prębenda Theo- „ logalis, cum octo Canonicis, ut jam diximus, „ ubi de Episcopo Joanne Roano.)

De Archid.

a In Synodo p. 1. cap. 12. fol. 19.

De Clero.

De Clero duo sunt dicti Personatus. 1. *Magister Cæremoniarum*, cui permittitur interior violacei coloris vestis, super quam, dum divina officia celebrentur, superpellicio indutus almutio ejusdem coloris decoratur. 2. *Thesaurarius* seu *Sacrista Major*, curat ipse omnem templi supellectilem. Duo sacerdotes, qui *Communerii* dicuntur: & ex antiquo ritu singulis annis in octava D. Augustini a Capitulo, & Clero designantur. Istorum est jura dividere, ac ea exscribere. Sunt & duo Diaconi, duo Sacristæ, & quatuor Melinglerii nuncupati ab initio Ecclesiæ hujus. Est hic Beneficium S. Nicolai valoris annui unc. 50. de jurepatron. nunc Principium Catholicæ familiæ de Bosco.

§. 1. Cephalædensis Ecclesia plures, & quidem celebres olim habebat subjectas, & adnexas Ecclesias. 1. *S. Maria de Balnearia cum cœnobitis* in Calabria. 2. *S. Lucia Syracusarum*. 3. *D. Maria de Camarata diœc. Agrig.* 4. *D. Maria de Gratterio*. 5. *D. Iconi de Gratterio*. 6. *D. Maria de Gibilmanna*. 7. *S. Salvatoris de Capizzio*, quorum meminit pp. Alexander III. in suo diplomate anno 1178. nunc solùm SS. *Cosma*, & *Damiani* scil. *S. Martha*, & *S. Mariæ de Vocante*, & *Malvicini*.

§. 2. I. CEPHALÆDUM ergo Civitas lares 1325. cives verò 4916. recenset.

Ejus Cathedrale, atque parochiale templum *S. Salvatoris ab Rogerio Rege anno 1131. dicatum, anno 1267. 3. id apr. consecratur; ac consecrationis dies festus 10. april. solemni ritu celebratur* [b]. *Plurimis illustratur SS. Reliquiis: insigni S. Crucis salutifero ligno* thecis argenteis incluso. *Tribus sacris Spinis Corona Christi* olim, quarum una sacrilega manu in Gratterii oppidum translatam prędicant: nunc duabus in pretioso cristallo asservatis. *Ex Veste B. Virginis*. *Duobus ossibus Abraham, & Isaac*, hęc simul & tunicam Regiam Rogerium dedisse ferunt. *Ossibus App. Fabiani, & Sebastiani, Laurentii, Stephani, Cosma, & Damiani, Blasii MM. Nicolai Conf. atque SS. Virginum*. *Pede integro cum pelle B. Matthæi*. Item & *B. Maria Dei genitricis imagine à D. Luca Evangelista* ex traditione *depicta*. Proventus fabricæ sunt unc. 214. Sodalitatis verò *SS. Sacramenti* unc. 120. 11.

b apud Cajet. eo die.

Seminarium Clericorum primum in Sicilia ab Episcopo Gonzaga extructum, à Muniera juxta cathedrale templum translatum, à Corsecto anno 1639. nobilitatum cum 12. Alumnis, Rectore, aliisque Administris; qui præter antiquas annuas unc. 221. 6. ex juribus exigendis in diœcesi, prioratum, seu beneficium SS. Cosmæ, & Damiani valoris unc. 24. post obitum Dominici Piovani Lucensis anno 1639. 21. junii addidit.

§. 4. Prioratus iste SS. Cosmæ, & Damiani ab urbe ad p. 2. m. initio juris fuerat Monasterii S. Trinitatis Mileti in Calabria, ut legimus in privilegio Comitis Rogerii anno 1101. ind. ix. mense junio, his verbis: *Item Cephaludi concedimus ecclesiam SS. Cosma, & Damiani, & S. Anastasia cum juribus, & pertinentiis earum, qua distinguuntur in tabulis monasterii S. Trinitatis*. Sed anno 1135. mense jan. 14. ind. eumdem prioratum, atque *ecclesiam S. Joannis juxta mare Roccella* David S. Trinitatis Abbas cum Episc. Cephal. Jocœlmo commutavit cum vinetis, & agris, quæ Ecclesia Cephalæd. ex dote habebat in Calabria. Inde ad eamdem Cephal. eccl. pertinuisse vidimus, sed (ut suprà) post obitum Piovani unitur ab Episc. Corsecto, clericorum seminario. Hujus templi dedicatio 1. julii celebris est, ex Kalen. Cephal.

Prioratus alter S. *Maria Gibilmanna*, ab Harduino II. Epis. constitutus est sub disciplina Augustiniana canon. Regul. anno 1228. recedit ab urbe 5. m. p. semper fuit collationis vel Pontif. Romani, vel Antistitis Cephal. per tempora à pp. obtinuit Paulus de Angelis Narensis, qui deinde cessit auctoritate Apost. suffultus Lucæ Cochillæ Archid. Messan. Hic colitur antiquissima, miraculis semper clarissima *B. Virgin. de Gibilmanna*, dictæ, in pariete depicta imago, ejusdem D. Mariæ marmoreum simulachrum affabre sculptum est, quò undique ad pietatem fovendam confluunt populi. Ab anno 1564. patres Capuccini ibidem degere cæperunt.

S. Mariæ de Gibilmanna miraculis clarâ.

§. 5. 1. *Franciscanorum Conv.* cœnobium anno 1225. circiter ab Antonio Paduano hic agente constructum, atque propriis manibus cypressum plantasse, & ultra 300. annos viruisse testatur Waddingus in Annal. Min. lib. 1. sub anno 1225. n. 20. nunc etiam malum aureum, cujus folia sunt ad hominum salutem, ab eodem plantatum fama est constans. Hic colitur *os S. Rosalia V. Panor.* ob aeris inclementiam solum sex fratres cum unc. 71. 22. inhabitant.

Cœnobia. 8.

S. Anton. Pad.

2. *Franc. Observant. in S. Maria de Jesu* an. 1590., sed antè sub tit. S. *Nicolai* exædificavit, doteque auxit Franciscus Gonzaga ejusdem ord. Episc. Ceph. Hujus superpellicium, quod ad Sacramenta administranda utebatur, magna est in veneratione. Floret *F. Benedictus Passafiumine à Cephal.* vir eruditus, qui typis dedit Vitam Francisci Gonzagæ Præsulis præstantissimi. („ Et *de origine Ecclesia Cephaladitana*. Vene- „ tijs 1645. in 4.

„ *Franciscani Strictioris Observantia* Cœnobi- „ um nunc extruunt S. Petro de Alcantara di- „ catum.)

3. *Capuccinorum* cœnobium ab anno 1564. in æde

ædc *D. Maria de Gibilmanna* ab urbe ad p. m. 5. distitum ad pietatem promovet; hoc mater fuit fecundissima plurium fratrum optimorum, & vitæ exemplo eximiorum, quos suis in locis referes m. Solum *de F. Leone Drepanense sacerdote*, qui non modo apud suos, sed cunctos ferè Siculos nomen summæ probitatis est adeptus. Cùm enim Guardiani munere fungeretur, & tota Sicilia ingenti fame premeretur; meruit videre Christum decori adolescentis specie ante cœnobii portam cophinum pane plenum gestantem. Post Leonis obitum anno 1553. fune, quo ipse cingebatur, præcinctus Balthassaris Indulcii filius ab hydropisi, qua ad mortem vexabatur, evasit. Fratres 20. qui etiam in urbe hospitium haud ignobile habent.

a In histor. Ca. pucc. fol. 196.

4. *Dominicani* anno 1521. habentes agrum S. Blasii ad p. 2. sedem fixerunt in *S. Trinitatis*. Anno 1540. opera F. Hieronymi Vitalis Liparensis intra mœnia commigrarunt, sub nomine *S. Rosarii*, seu *S. Dominici* fratres 9. cum. unc. 209. 25. Reliquiæ *S. Vincentii Fer.* coluntur. Hic Societas *Rosarii* cum unc. 11. 12.

5. *Augustiniani* duas constituere conventuales domos: alteram extra urbem *S. Maria de Jesu*, quæ virum litterarum, & rerum omnium peritia illustrem *M. Milesium Cessendi à Cephalude* peperit („ Consule Torellum Secul. August. t. 8. „ f. 425.) Is Orator constitutus est à Rom. Pont. in societate Cardinalis Olivio ad electionem Imperatoris. Secundam *S. Maria de Portusalvo* in urbe anno circiter 1605. frat. 6. cum unc. 64. hic est cum unc. 25. 17. societas confr.

6. *Carmelita* ab anno 1576. opera M. Alberti de Monacho Bicarensis excipiuntur in *S. Sebastiani*, cujus reliquiæ, ac aliorum SS. à Sardinia benignitate M. Salvatoris Vinci Provin. translatæ, coluntur. Fr. 4. cum unc. 40. 12.

7. *Mercenariis Reformatis* sub. tit. *S. Petri Nolaschi religionis fundatoris* anno 1629. fundata est ædes, atque splendidè dotata a Stephano Muniera ejusdem instituti fratre, ac Cephal. Episc. frat. 12. cum unc. 143. 18.

8. *Sacrarum Virginum Monasterium Benedictinum* sub nomine *S. Catherina V. & M.* ab Episc. Cephal. tunc Pharaonio haud exigua propriæ pecuniæ summa exædificatum, adhuc degunt in eo Moniales consecratæ, omnesque strictiores disciplinæ observantes, hodie nu. 51. cum unc. 543. 8.

Hospitalem domum cum beneficio S. Niccolai de Legisco fundatam à Notario Pluxo de Placentino, datam esse à Rege Martino anno 1400. b. 14. april. lego. Hanc esse Hospitium Peregrinorum tit. S. *Nicolai de Bario* cum unc. 69. 22. credo. *Mons* etiam *Pietatis*, ac *Nova domus hospitalis* unc. 201. 6. habet. *Caritatis Societas* in *D. Maria de Itria* cum unc. 25. *S. Jo. Evangelista* cum unc. 16. 21. *Annuntiata* cum unc. 27. In æde S. Stephani sub nomine *Mortis*, seu *Nigrorum* sunt in honore reliquiæ *de S. Petri Apost. & S. Stephani sanguine*, atque *de ossibus S. Rosalia V. Pan.* Redditus unc. 69. 10. hic quotidie plures celebrantur missæ.

b In Canc. lib. anno. 1400. f. 240.

In antiquissimo Castro urbis undique ad m. p. ex lapidibus ab ipsa natura munitissimo duo sunt templa: alterum *S. Venera* de jurepatron. reg. cujus benef. anno 1451. in canc. fol. 78. datur à prorege. Alterum *S. Anna* ejusdem Regii juris, uti edisCimus ex Visitationibus Regiis Franc. Venti anno 1542. &c. Item & benef. *S. Margarita*, ex declaratione facta, causa litis anno 1466. c. Atque *S. Maria Magdalena*, cujus ædes nunc in platea urbis sita est, ob rebellionem F. Antonii de Gilo, una cum alio benef. *S. Thoma de Cephal.* datur à Rege Martino anno 1397. in canc. fol. 169. & proton. f. 185. Rogerio Vaccaloro Cephal.

Regis benef.

c lib. Monet. ...

Viris etiam sanctitate, ac episcopali dignitate illustribus prælucet Cephalædis. *Antonius lo Duca civis & presbyter Cephal.* triginta ante annos prædixit templum D. Virginis Angelorum in Thermis Diocletianis extruendum, pietate in pauperes, atque in pia loca singularis; suis opibus domum hospitalem auxit. Romæ degens, fama sanctitatis, qua obiit 30. octob. anno .... & sepelitur, ut elogium sepulchri ibidem docet, omnibus fuit clarus. („ Consule Cajetanum t. „ 2. SS. Sicul. f. 270.) *Fr. Henricus à Cephalude ord. Minor. Anno* 1334. fuit *Episcopus* d *Melitensis*; & *Petrus Guerrerius* anno 1618. *Episcop. Ugenti*. („ De quo Ughellus to. 9. Ital. *Sac. f.* „ 112. qui perperam Petrum Hispanum dixit. „ *Rogerius à Cephaledio* Episcopus Melitensis „ an. 1253. est in Melitensi notitia.) Item *P. Petrus à Cephal. ordinis Pradic.* in Regione, seu valle Nemorum, datis litt. Catanæ 4. maij x. ind. 1462. e. *Quasitor de rebus fidei*. Cephaludi natum *Lisciam philol. & oratorem celeberrimum* tradunt aliqui.

De viris illust.

d In ca Notitia.

e In Canc. anno 11. f. 96.

II. POLITIUM urbs *Generosa* in edito colle sæpe caligine cooperto, inter duo Himeræ Flum. capita sita (quam à Palicis diis, sive à Polluce nomen sortitam credit Aretius f) originem ad Rogerium Siciliæ Comitem refert; qui cùm Saracenos ad verticem Nebrodidis nunc Maduniæ, fugasset, in clivio quodam edito ad montis radices arcem extruxit, quæ adhuc superest. Inde hostes sæpe adortus, in montis planitie, quæ adhuc *la piana della guerra* patria lingua nominatur, eos superavit. Id oppidum anno 1177. ditionis erat Rogerii de Aquila Comitis Avellanæ, anno 1471. Manfredi Claramontani g. Nunc Regii demanii. Lares habet 1728. cives 6653. olim frequentiori, ac nobiliori civium copia, præsertim Reginæ Blancæ longo incolatu illustrabatur.

f de Situ insulæ Siciliæ fol. 21.

g in Canc. fol. 250.

In Templo Max. ac Paroch. *D. Maria Assumpta* sacro, cujus *capillus* 15. Aug. solemni pompa deducitur, & colitur. *S. Crucis lignum* & *Pollex B. Guill. Polit.* datus à Marchione Hieracensi, ejus translationis festum die 3. paschatis Resur. sed præcipuum est *B. Gandulphi Conf. Corpus* in pretioso tumulo sinistri sacelli, sublimi, & exornato loco conditum. Fuit Gandulphus de Benasco patria Lombardus ord. Minor. S. Francisci, vitæ austeritate, charitate, ac zelo salutis animarum eximius: dum quadragesimales sermones ad populum Politiensem haberet, in hospitali æde S. Nicolai (nondum Franciscanorum hic erat hospitium) anno 1260. die sabbatho sancto febri affectus requie-

B. Gandulphi vita & obitus.

quievit in Domino. Hinc magna populi frequentia, & pietate in ædem hanc maximam, ubi humi decenter sepelitur, delatum est. Sed cùm anno 1320. Jacobus Episcop. Cephalæd. perlustrandi caussa diœcesim, apud Politienses versaretur, ab illis, lacrymarum, & precum copia excitatur, ut sacrum corpus è terra in nobilius sepulchrum transferret. Mox Antistes B. Gandulphi acta, gesta, & miracula pluribus comprobans testibus, librum de eo novem lectionibus compactum per modum dialogi conscripsit. Ut etiam testatur P. Lucas Wadding. in suis annal. Minor. lib. 3. anno 1260. num. 41. Beati festus dies primùm 17. sept. nunc die dominico 3. sept. scripsere de B. Gandulpho Bartholomæus de Pisis, qui diu in Sicilia degit, in conform. S. Francisci 2. p. de prov. Sic. fol. 64. & fol. 110. lib. 1. fructu 11. Rodulphus Tussignanus lib. 1. hist. seraph. & Franciscus Gonzaga de orig. serap. relig. p. 1. fol. 94. Fazellus de reb. Sic. lib. 1. fol. 211. Bartholomæus Carandinus de descript. eccl. Cephalæd. fol. 13. Octavius Cajet. in Idea fol. 13. 57. 67. 78. 96. & 117. („ & tom. 2. SS. Sicul. f. 209.) novissimè est liber impr. Politii anno 1632. hac inscriptione: *Processus auctoritate ordinaria, & delegata à Sancta Sede Apostolica formatus per Illustriss. & Reverendiss. Fr. D. Stephanum Munyera Episc. Cephaludens. super sanctitate vitæ, miraculis, & veneratione piæ memoriæ B. Gandulphi à Binasco, patroni generosæ Civitatis Politii ord. minorum S. Francisci*. Qui Antistes cùm Politii esset in discursu Visitationis die 21. novembr. 5. indict. 1621. facta sibi facultate à Greg. XV. per dipl. Romæ 6. april. 1621. decrevit, quòd *deinceps circa venerationem prædictam, & cultum publicum, celebrationem Missarum, & festivitatem 17. die sept. & in festo Pentecostes, & aliis diebus solitis serventur ea, quæ hactenus servata fuerunt ex immemorabili consuetudine jam satis ostensa, usque ad aliud mandatum Apost.* Id sane sacellum *B. Gandulphi* fuit dotatum à nobili fœmina Politiensi Helisabetha la Farina, annuis unciis 451. ex tabulis not. Jo. Francisci Erranti Polit. 3. junii 15. ind. 1557. & aliis unc. 17. 18. à presbytero Ambrosio Lalimo. Proventus verò ipsius ecclesiæ sunt unc. 77. 27. sacelli SS. Sacramenti unc. 71. Sunt & aliæ duæ ecclesiæ, unde Sacramenta petuntur, scilicet *S. Ursula*, cum unc. 18. & 2. *S. Joannis*, olim *S. Maria Magdalena* cum unc. 8. 3. cum annexione societatis Sacramenti unc. 18. 25. quæ ab Episcopo Muniera pro civium utilitate, atque commoditate ann. 1624. mense novembr. institutæ sunt.

Cœnob. 8. S. Crucis Polit.

3. *S. Crucis de Politio ordinis S. Benedicti* initio constitutum est; ac dotatum cœnobium à Regina Blanca anno circiter 1412. id à Politio p. m. recedit. Nucum arboribus ager est consitus, aquis exundans; in ejus templo pervetusto adhuc ipsius Reginæ imago depicta conspicitur: de fundatione nihil invenire potui, nisi in sanctimonialium etiam Benedictinarum monasterio Politiensi S. Mariæ Magdalenæ, ab eodem Regina exædificato, & unito isti S. Crucis, quoddam chirographum professionis monachi in manibus prioris S. Crucis, Cœnobitæ ad annum 1478. hic degisse crediderim; inde id reliquerunt ob loci infestum aerem, alimentorumque inopiam, & electus est Abbas commendatarius à Rege Ferdinando II. tamquam de jure patronatus Regis Siciliæ, *Franciscus Guastalaqua Politiensis*, qui anno 1487. privatur ea dignitate à Vicario Ecclesiæ Cephalædensis, ut legi in lib. proton. eo anno fol. 306. & ab Episcopo Fr. Francisco Vitali contendente ad ecclesiam Cephalædensem spectare; confertur *Fr. Antonio de Negla Canon. Cephalud.* cui collationi uti cum præjudicio juris Regii factæ obsistentes Jurati Politii, ea de re Juliano Centelles tunc Siciliæ Proregi perscripsere; Prorex verò per litteras dat. Panormi 4. febr. 6. indict. 1487.[a] præcepit, ne Antonium admitterent, sed ipse nomine regio scriptis litt. 3. junii, 6. indict. 1488. in Canc. fol. 473. ob privationem Guastalaquæ, delegit *presbyterum Antonium de Miroldo*, quem tamen, ne suæ ecclesiæ injuria inferretur, instituere noluit Episcopus Vitalis. Tandem litigatum est de hoc eligendi jure, & decisum est die 4. augusti 7. indict. 1489. pro jure regio[b]. Post obitum Antonii Miroldi à Carolo V. anno 1522. datur *Philippo Zamberio de Signorino*, & eo decedente *Firibentio Signorino*, qui decessit ann. 1558. & à Prorege scriptis litteris Messanæ 22. april. ind. 1. eodem anno[c] in commendam datur *Marino Pallisi*, ob obsequia præstita in visitatione ecclesiarum jurispatronat. reg. Didaco Arnaldo visit. sed Rex *Stephano Mistretta Polit.* dedit per litt. 10. decembr. 1588. exscript. in prot. 23. apr. 3. indict. 1560. fol. 1620. ann. 1565. *Philippo Mistretta Polit.* qui virtutibus clarus & senectute confectus obiit anno 1573. & sepelitur in æde S. Francisci Politii. Huic ex præsentatione regia 24. maij 1574. in prot. 18. decemb. 3. indict. fol. 113. successit *Vincentius Calatafati Syracusanus*. Huic anno 1580. *Michael Guarnutus Politien.* oblatus à Rege Philip. II. die 16. Julii in prot. 28. Octob. an. ejusdem f. 65. & ab Episcopo Cephalæd. confirmatus 20. Octob. sed gravescente ætate id resignans anno 1607. Politii obiit, sepultusque est in æde majori: ob eam resignationem per litt. regias 11. Martii 1607. in prot. 18. Januar. 11. indict. dict. 1608. fol. 140. datur ejus nepoti *V. I. D. Petro Guarnuto Polit.* tunc apud regiam curiam agenti, uti hospitalario Italorum; qui fuit etiam Abbas S. Mariæ Mandanicii. Etsi olim proventus istius Abbatiæ erant annuæ unc. 4. 17. ut videre est in visit. Francisci de Puteo; Petrus auxit nemus excolendo ad uncias 12. annuas, obiit Panormi anno 1633. sepultusque est in æde Franciscana Annunciatæ. Anno 1633. datur *Francisco Trullo Panor.* in curia Regia tunc degenti. („ Ex lit. 6. Maii 1634. 12. reg. Canc. 15. „ Jun. 1635. f. 134. Obiit an. 1644.) Hujus ergo monasterii abbas nuncupatus commendatarius est præsentationis regiæ. Parlamento nunquam interfuit, licet ex indulto Principis Paternionis tunc Siciliæ Præsidis anno 1637. per procuratorem adfuerit; qua de re certior factus Rex per suas regias litt. decrevit, quòd nec ipse[d], nec alii quatuor, quibus hæc nova facultas facta fuerit ab eodem Principe, deinceps interessent,

[a] Lib. secret. Regia Bartholomæi [illegible] apud Canc.

[b] In lib. sec. Lucæ Polistra apud Canc.

[c] Lib. sec.

[d] Ex lit. prot. anno 1638.

ressent, proventus olim erant annuæ unciæ 4. 17. opera Abbatis Guarnuti sunt unc. 12. hodie; ob quorum tenuitatem nec spolio, nec dandis regiis subest Abbas iste. Pro festo S. Crucis unc. 2. expenduntur. Templum antiquissimum sub tit. prioratus etiam est *S. Petri* extra urbem, cujus ager est Beneficiarii cum unc. 11.

2. *S. Maria de Eremitis*, *sive de Latina* extra Politium, hospitium erat cœnobitarum ord. S. Benedicti subjectum abbati S. Philippi Agyrionis, seu S. Mariæ de Latina in Hierusalem, ut patet ex privilegio pp. Alexandri III. dato Sangiæ 8. idus martii an. 1172. lib. Præl. Sic. f. 557. 558. & 559. quod confirmavit Henricus VI. Imp. anno 1195. indict. 13. 3. Kal. jan. ibidem f. 560. sed Fridericus Rex III. per diploma dat. anno 1366. ut legere est in lib. prot. eo anno fol. 376. feudum vocatum S. Marię de Latina, hodie etiam S. Coni in agro Politiensi, quod erat de jure hujus hospitii S. Mariæ, concessit Monialibus S. Margaritæ ejusdem Politii, idque hodie possident onere tamen adjecto, ut earum sumptibus missæ celebrentur in æde S. Mariæ de Latina.

3. *S. Trinitatis Teutonicorum* ędes antiquissima, quam olim Matricem Ecclesiam fuisse tradunt, ex suffraganeis sacræ mansionis Panormi, multa jura habet in civitate Politii; id templum collapsum sub Cardinali *Doria* Commendatario sacrę mansionis restauratum est. In Visitationibus Regiis habetur, quòd Commendatarius habet unc. 15. ex his pro festo unc. 2. pro capellano unc. 8. 24. expendat. („ De hac Sacra æde, „ quæ à sui origine in hoc loco semper fuit, plu„ ra collegi in monumentis Sacræ Domus Man„ sionis cap. 13. §. 13. f. 213.)

4. *S. Joannis Baptistæ de Ponte* ordinis hospit. Hierosolym. Commenda ad aureos annuos mille, fuit fundata anno 1177. mense decemb. indict. xi. à Rogerio de Aquila Comite Avellinæ, domino Politii in tabul. prioratus Messanæ. De hac commenda sępe fit mentio in libris cancellarię subest hodie prioratui Messanensi.

(„ *Collegium Societatis Jesu* excitatum ann. „ 1681.)

5. *S. Francisci* conventus Politii prima fundamenta habuit sub anno 1300. ut inscriptio illius campanæ docet; fortè ob devotionem B. *Gandulphi* ejusdem minorum ordinis; eius imago in pariete hujus templi depicta maximam redolet antiquitatem [a]. Astruunt Rodulphus, & alii à Regina Blanca circiter annum 1412. exędificatum, sed crediderim potiùs reędificatum, auctum, & dotatum fuisse. Fratres 6. provent. unc. 55. Reliquiæ sunt S. Crucis ab eadem Regina datæ, *dens molaris S. Francisci de Paula*, *cilicium S. Bernardini*, & aliorum. Hìc floruit *M. Balthassar Lacutrana* [1] prior provincialis anno 1570. *M. Jacobus Roseus* celeberrimus Ecclesiastes, ut infrà. („ Randatiensem fuisse de„ monstrat Cagliola in manif. Prov. Sic. ord. „ Min. Conv. expl. 3. Manif. 1. f. 79.)

[a] In sua histor. Seraphic. provinc. Siciliæ custod. Agrig.

6. *Minores Observantes* in *D. Maria de Jesu* extra mænia ad 500. p. ex diplomate pp. Alexand. VI. anno 1501. hìc *Icon B. Virginis* in tabula depicta antiquissima, ac celeberrima colitur, quam divinitùs allatam navi quadam in Siciliam ferunt. Ego vidi nobilissimam hanc Virginis imaginem in sacello exornato familiæ antiquissimæ, & nobiliss. la Farina. Genuit hoc cœnobium viros litterarum peritia claros; *F. Vincentium Marinum*, qui primum socius ministri generalis, pòst suas vices interdiu subiit. fratres 12.

7. *Capuccini* primam sedem fixere in loco dicto *Brucarà* ab urbe 500. p. inde anno 1603. in æde *D. Annuntiata* opera Francisci Guagliardi nobilis Politiensis, dum hæc scribo, intra urbem prope ædem matricem in ædes familię la Farinæ transiere, rem promovente F. Urbano Capuc. Polit. Coluntur *de Ligno Sanctæ Crucis insigni*, *de Nervis D. Bartholomæi Apost.* & aliæ reliquiæ SS. dat. à F. Hieron. à Pol. general. ord. Hic jacet *F. Antonius à Politio laicus*, qui suum corpus gravi inedia, & asperrimo cilicio semper domans dœmonibus evasit horribilis, in vita, & morte miraculis claruisse dicitur. Obiit anno 1550. [b] Floruit *P. Michael Angel. à Politio* anno 1608. *Provincialis*.

[b] In histor. Capuc. fol. 18.

8. *Dominicana familia* ab anno 1431. in æde *Sancti Spiritus* auctore F. Jo. Licio Caccabensi viro sanctitate præcipuo ex Pio lib. 3. p. 2. f. 17. reliquias habet *S. Jacynthi Dom. Romæ* translatas à Vincentio de S. Philippo Polit. datas à P. Petro Alagona societ. Jesu Syrac. summo pœnit. fratres 10. provent. unc. 195. estque adnexa societas Rosarii cum unc. 18. 24.

9. *S. Maria de Monte Carmelo* fratres extra mænia antiquissimum habent cœnobium. Hic floruit *F. Hieronymus Carnba Polit. Carmelit.* qui licèt litteris haud esset excultus, sed in rebus mechanicis, horologiis summa arte fabricandis, aliisque hujusmodi conficiendis, acumine ingenii fuit singularis, Regi Philippo II. charissimus, à quo Abbatia S. Mariæ de Bordonaro juxta Messanam est donatus; ætate jam ingravescente an. 80. ab Hispania in patriam transvehitur, & domum hospitalem erexit, dotavitque anno 1570. è vita decessit, & in templo majori sepelitur. Fratres 6. provent. unc. 71. 19.

Monialium Benedictinarum olim erat cœnobium in æde S. Petri extra urbem juxta aliam S. Michaelis jam collapsam, quò adhuc inceditur processione religiosorum in die S. Marci, inde ob loci incommoditatem moniales translatæ sunt in aliud *S. Margaritæ*. 1. Istud ergo *S. Margaritæ*, quod hodie *L' Abbatia vecchia* appellant, ante annum 1366. extructum fuisse clarissimè constat ex litteris Regis Friderici III. in prot. eo anno fol. 376. per quas iisdem monialibus conceditur feudum S. Mariæ de Latina juris Ecclesiæ S. Mariæ de Latina nunc S. Philippi Agyrionis; sed fama prædicat constructum fuisse à Regina Blanca anno 1412. quando potius auctum, & donis locupletatum, ac cœnobio S. Crucis ejusd. ordin. subjectum fuisse crediderim; cujus moniales sunt 59. provent. unc. 543. 26. 2. *S. Maria de Gratia* nunc *l' abbatia nova* ejusdem ord. bened. suum agnoscit auctorem non ante annos 100. huic *Lignum S. Crucis* elargitus est P. Joseph Lamarina Polit. Jesuita. Moniales 40. novitiæ

1 Dele, *prior provincialis an.* 1570. & adde ex correctionibus Pirri; eximius concionator Catanæ decessit an. 1624.

novitiæ 5. proventus unc. 408. 3. *S. Catherina Puellarum* ære publico extructum habet unc. 50. puellæ sunt 8.

Duæ domus hospitales. 1. *D. Nicolai* antiquissima à Petro de Tolosa an. 1167. condita, facta facultate ab Episcopo Bosone. Hic an. 1360. animam Deo reddidit B. Gandulphus, ut diximus; & colitur *dens molaris ejusdem D. Nicolai confess.* Nunc est hospitium pauperum, & ægrotantium mulierum. De hoc *D. Nicolai in loco Politii* templo forte fit mentio sæpe in Apostolicis, & Regiis [a] litteris; ob concessionem factam ecclesiæ Cephaludensi. 2. *S. Jo. de Deo*, à fratre Hieronymo Caruba Polit. Carmelita fundata, dotata, dataque *fratribus B. Joannis de Deo*, à quibus anno 1591. 14. julii 4. ind. capta est possessio: Jurato Vaspisiano Perdicaro. Fratres 4. cum unc. 48. 29. 3. *Mons Pietatis* sub tit. *S. Crucis* habet annuas unc. 73. *Congregatio S. Gandulphi* cum unc. 79. 19. Item *S. Brancati* cum unc. 35. 15. & *S. Maria de Porta* cum unc. 13.

a vide ad an. 1192.

Politium illustratur maximè, quòd *Guillelmus Abbas è Gnessiorum familia Politiensis* cœnobiarcha floruit sub Rege Friderico II. anno 1315. in eremo juxta Castellum bonum sub titulo S. Mariæ à Partu, concedente Francisco de Vigintimiliis Comite Hieracensi, monasterium ordinis S. Benedicti unà cum quinque monachis fundavit, ibi vitæ sanctitate, & miraculorum gloria diu coruscavit, obiitque 10. Kal. maji, & corpus ibidem magna asservatur veneratione. Politii in æde D. Mariæ de Partu, imago, & in æde matrici digitus coluntur. De eo scripsere Wion in suo Martyr. monastico, Molanus in addit. ad Usuardum, Felix, Galesinus in martyr. Maurolycus, novissimè P. Cajetanus in sua idea fol. 57. 78. 96. & 113. Politii in hac D. Mariæ æde jacet *P. Blasius Sancius genere Hispanus e Societate Jesu* vir pietate & doctrina illustris, obiit mense majo anno 1576. De eo multa leguntur in monumentis Societatis Jesu. Fuit hoc sacellum dotatum ab Jo. Antonio Mancuso unc. annuis 60. 19.

De P. Guillelmo.

Præsules 1. *F. Guillelmus de Platamone nob. Polit.* Anno 1388. fuit *Episcopus Cephaludensis*. vide suprà ad eum annum. 2. *Joannes de Notarbortolo nob. Polit.* anno 1437. *Episcopus Pactensis* [b]. 3. *F. Thomas de Mistretta Polit. Dominicanus* anno 1468. *Quæsitor de rebus fidei in Sicilia*, ut patet in lib. secret. eo anno fol. 32. 4. *F. Hieronymus Errante à Politio Capuccinus* ante V. I. D. vir prudentia, vitæ candore, ac litterarum peritia præclarus fuit. In Sicilia anno 1579. & Calabria provincialis, & commissarius generalis, apud Curiam Romanam procuratorio munere perfunctus triennio. An. 1587. in festo Pentecostes Romæ sui ordinis *Minister generalis* ad an. 1593. dum commissariatus fungeretur munere obiit Drepani anno 1611. mense janu. scripserat in regulam FF. Minorum, teste Henrico Vuillet Belga. De Hieronymo præclara leges in histor. Capuc. tom. 2. anno 1587. num. 1. à f. 242. 5. *M. Jacobus Rosens Siculus Politiensis Franciscanus* celeberrimus Theologus, litteris cultissimus, sed moribus cultior interfuit Concil. Trident. obiit Paduæ ætat. annorum 75. an. sal. 1548. 16. Kal. Junii, ex eodem Henrico. („ sed ex Thossiniano & Cagliola loc. cit. Randatiensis.) 6. *F. Angelicus Rampulla Polit. Ord. B. Joannis de Deo, seu Bonorum fratrum*, vir dexteritate, rerum agendarum prudentia, & nobilitatis genere conspicuus, *Prior cœnobii Panor. Provincialis*, & die dominico 2. maji an. 1639. Romæ *Generalis* creatur. („ Decessit Panormi 1675.)

De præsulibus & scriptoribus.

b in sua Notitia.

III. MISTRECTA Civitas *Imperialis*. Misistratum appellat Polybius lib. 1. Amestratam Cicero, & Plinius; hujus nomen adhuc ædis ibi D. Catherinæ retinet; oppidum fuit pervetustum, cujus circa montem propinquum plura spectantur monumenta & arx vetustissima. Id antiquam *Amastram* putat Aretius de situ Sic. fol. 35. aliquando è Rege concessum Comiti Francisco de Vigintimiliis [c], pòst Petro Sancio [d], anno 1635. venditur Gregorio Castello Januensi, sed an. 1637. redimitur, & in regium iterum devenit demanium. Id cum suis Casalibus recenset lares 1565. & cives 5271. Templum majus parochiale *S. Luciæ V. & M. Tutelari* sacrum, ruinis collapsum opera, & ære publico, & Munieræ Episcopi Cephalęd. construitur, amplius redditur, atque nobilitatur anno 1630. Ejus Archipresbyter annuas uncias 149. exigit, sed onera solvit unc. 127. hic est sacellum SS. Sacramenti cùm unc. 16. 12. hic jacet *Jacobus Scadutus Mistrectensis Presbyter* [e] fama sanctitatis illustris, de quo præclara dicuntur.

c In Canc. regiis. anno 1188. 1192. f. 33
d ibidem anno 1192. f. 116.
e ex Cajet. in idea fol. 42.

Lego tamen in quodam privilegio Comitis Rogerii dat. an. 1101. ind. 9. 10. mensis junii, quod extat in tabulis monasterii S. Placidi Messanæ exscriptum in lib. Mon. fol. 60. eumdem Comitem concessisse monasterio S. Trinitatis Mileti in Calabria: *Insuper Villam Mistrecta cum Castello, & nemoribus, & saltis aquarum molendinorum, & herbagis, & villanis, & omnia alia bona, quæ ego habebam in nostro dominio ibidem prope prædictam terram Mistrectæ Ecclesiam S. Stephani cum villanis, & vassallibus, & cum omnibus aliis juribus, quæ distinguuntur in alio privilegio nostro*. Id privilegium invenire non potui. Item lego fuisse concessum monasterium S. Trinitatis prædictæ cum adnexis prioratibus in Sicilia *F. Durando*, sive *Dinerio Marumellis de Neapoli monacho Bened.* ex litt. Regis Martini anno 1392. in prot. fol. 38. sed cùm prioratus iste S. Stephani de Mistrecta datus etiam fuisset *F. Tomæ de Magna*, litigatum est de vero possessore coram eodem Rege Martino in prot. eodem anno fol. 81. Inde idem Rex concessit eadem monasteria S. Trinitatis, a S. Stephani de Bosco in Calabria cum ecclesiis adnexis in Sicilia *F. Joanni Meli Catalauno electo Episcopo Squiliacensi familiari Cardinalis Petri Serræ, Administratori ecclesiæ Montisregalis* [f] ex suis litt. Catanæ 19. junii anno 1397. In cancell. fol. 9. & prot. lib. anno 1400. fol. 10. in his fit mentio inter alia adnexa *de feudo S. Anastasiæ in terra Castriboni, ac ejus Abbatia in terra Giracii, atque alterius S. Stephani Mistrectæ*. Post obitum Joannis anno 1405. electus Abbas S. Trinitatis *F. Robertus* concessit prioratum S. Stephani Mistrectæ ord. S. Benedicti sibi subjectum *Fratri Thomæ de Mileto*, in

de Prioratu S. Stephan. Mistrectæ.

f ex Lello in hist. Montereg. p. 2. 1.63. f. 128.

to, in Canc. eo anno fol. 127. & prot. fol. 163. sed Martinus dedit eumdem prioratum *Francisco de Foglseda scholari Regia Capella*, ibidem & prot. fol. 92. Anno verò 1454. *Ignisius de Gravara Decanus ecclesia Cordubensis, & Abbas Commend. Monasterii S. Trinitatis Mileti* auctoritate pp. Nicolai V. per bullas dat. Romæ 5. april. 2. ind. pont. an. 8. exscriptas in prot. 2. julii anno 1454. fol. 726. *ad emphyteusim, seu in feudum concessit, & dedit religioso viro F. Francisco de Anixito Priori Monasterii S. Anastasia Messan. diœcesis præsenti, & stipulanti pro se, & suis in dicto Monasterio Prioribus, & successoribus: videlicet omnes, & singulos fructus, & redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quorumcumque beneficiorum S. Stephani de Mistretta, & S. Vincentii de Mistretta, & S. Georgii de Thusa Cephal. & S. Basilii de Naso Mess. nec non S. Joannis de Catalanis de Calataníxetta Agrig. diœc. &c. adjecto onere solvendi anno quolibet unciam unam &c.* Inde semper hi duo prioratus Mistrettæ fuerunt adnexi monasterio S. Anastasiæ. Cui cùm præesset ex regia provisione *Antonius Fasus Siculus Cacabensis* litem intendit adversus Juratos Mistrettæ, ac ad suæ ecclesiæ jura revocavit *Territorium de Cuncunello*, lata sententia 21. junii xv. indict. 1572. exscripta in prot. eodem anno fol. 663. Reliqua leges, cum agemus de Abbatia S. Anastasiæ Castelli-boni. Benefic. *S. Vincentii* in civitate Mistrettę cum unc. 16. Item & *Abbatia S. Maria de Vocante* in dicta civitate Mistrettæ olim monasterium monachorum fortè Basiliensium erat, cujus collatio ad Episcopum Cephalædensem spectat: Collabentem vidimus eam, nunc Beneficiarius est Antonius Passaflume, cujus proventus sunt unc. 38. *Franc. Obser. Refor.* in *D. Maria de Jesu* anno 1610. fratres 18.

Quando prioratus S. Stephan. unitur illi S. Anastasiæ.

Capuccini suum constituere cœnobium extra urbem ad jactum lapidis in D. *Maria de Angelis* anno 1570. circiter. Fratres 18.

Monialium ordinis S. Benedicti nunc sub tit. *S. Maria del succurso* cum æde adnexa in oppido Regitani, nomine *S. Maria de Jesu*. Hic monachæ 24. novitiæ 4. conversæ tres, cum unc. 361. 24.

Domus hospitalis in æde *S. Salvatoris* uncias annuas habet 120. 19.

Olim *S. Dominici* conventus, ex paupertate defecit anno 1587.[a] Hic floruit *F. Thomas à Mistretta Domin.* qui fuit constitutus Vicarius in officio Inquisitoris in oppido Politii lib. secr. anno 1468. n. 42. f. 32. In Castello erat benef. regium S. Mariæ datum Jacobo de Adversa regio capell. ut in lib. cancell.

a ex Pio in hist. dom.

Princip. 1. I. *Mistretta* Casale S. STEPHANI nuncupatum à Patrim. regio fuit venditum Antonio de Neapoli, à quo an. 1639. 12. Martii *Principatus* cohonestatur tit. Ædes paroch. *S. Nicolai* unc. 26. pro Rectore, & unc. 43. pro Communitate presbyterorum habet templum *S. Stephani* initio juris monasterii S. Trinitatis *Mileti*, post S. Anastasiæ, ut supra diximus. Hic olim *Dominicana ades S. Rosarii* anno 1553. exædificata opibus Vincentii Larcara Baronis, nunc, recedentibus fratribus, ex Pio in histor. dom. p. 1. simplex est beneficium. Extant tamen *Franciscani Conven.* num. 4. cum unc. 39. 19. in *D. Maria de Catena*.

Non longè (licèt in diœc. Messan.) gaudet *Joseph de Neapoli & Barresio* ab anno 1623. 7. jan. titulo *Principatus Resutani*.

Dux verò primus *Campi belli* ab an. 1638. 12. jul. *Joseph de Neapoli* vir eximius nunc Supremi Concilii Ital. Regens, Antonini pater, & Josephi avus.

II. REGITANUS opp. novum juris Francisci Romani, & Columnæ cum laribus 400. & incolis 1412. cum eccl. paroch. *S. Erasmi* patroni, cujus Rector unc. 18. 14. habet. Sacellum *S. Sacramenti* unc. 9. 22. *Carmelita* verò fratres 3. unc. 35. 5. *Ducatus* titulo an. 1639. („ 12. Martii exscrip. in Cancell. 2. Mai 1641. f. 119.) illustratum est.

I. MONTIS MAJORIS opp.[b] Guarnerius de Vigintimilio dominus monasterium or. S. Benedicti sub nomine *S. Maria* ann. circiter 1417. exædificavit; sed anno 1598. 19. julii honore *Marchionatus* à Mariano Miglatio nobilitatur, nunc cum 187. laribus, & 694. oppid. possidet Marianus II. tertius Marchio, & primus Princeps Baucinæ. Ædis paroch. *S. Agatha V. & M.* Rector exigit unc. 18. 10.

b de eo anno 1652.

March. 2.

Monasterium ergo est de Jurepatron. nunc Marchionis oppidi; & primus Abbas anno 1419. *F. Salvus* de exemptione ab jurisdictione ordinarii Episcopi Cephaludensis coram Nicolao de Tudiscis contendit, ut legistis suprà ad an. 1433. ita etiam explicant litteræ Apost. Alex. VI. exscriptæ in lib. canc. anno 1500. 3. indict. fol. 247. *exhibita quidem nobis nuper pro parte dilecti filii Nicolai de Castellis presbyteri Syracusana diœcesis* Netini *petitio continebat: quoniam alids monasterium S. Maria de Montemajori ordinis S. Benedicti Cephalud. diœc. quod de jurepatronatus laicorum ex privilegio Apostolico hactenus in aliquo derogatum non est; cui quondam Manfrè ipsius monasterii Abbas dum viveret, præsidebat &c. frater noster Raynaldus Episcopus Cephalud. illud sic vacans eidem Nicolao regendum, & gubernandum ad sex menses ordinaria auctoritate commendavit &c. datum Roma apud S. Petrum anno incarn. dom. 1499. 8. idus Julii pont. an. 7.* Adhuc confertur hæc dignitas presbyteris professionem S. Benedicti emittentibus, illiusque habitum gestantibus, ut hodie extat Gerardus Trabona Panormitanus, præsentatus à Marchione Mariano II. Miglatio cum institutione Episcopi diœcesani Cephalæd. Valet quolibet anno sc. 75. ex proventibus clausulæ, & Molendini, & aliis juribus; onera sunt sc. 32. 6. de more utitur pontificalibus. Non subest spolio, neque regiis collectis.

5. Maria de Monte majore Abbatia.

S. Maria mercedis fratres sex sub tit. *Animarum S. Purgatorii* auctore F. Josepho Zizzo Panormit. die 3. febr. anno 1632. sunt. Hic colitur in ædicula *simulacrum S. Crucifixi* magna devotione. cui Violanta Miglatio & Marullo etiam Marchionissa legavit unc. 18. anno 1532. 5. sept. & 200. ære publico dotatur. Proventus unc. 40.

Monialium ord. benedict. sub tit. *Conceptionis B. M. V.* fundatum anno 1261. à Lucretia Miglatio, & Conte Marchionissa oppidi cum unc. 54.

ex O-

ex Oliverio, & Baronia Baydæ, & unc. 92. ex ipso oppido Montis-majoris; nunc proventus annui sunt unc. 179. 12. moniales 14. est ædes *SS. Crucifixi* magnæ pietatis nunc fundata & dotata annuis unc. 10 à presbytero Josepho Cangelosi.

a Anthus fol. 86. nu. 6.

II. MOTTA[a], *Fermi sive de Affermo* juxta Pitineum oppidum antiquum titulo *Marchionatus* anno 1607. 2. junii opera V. I. D. Modesti Gambacurta Regentis apud consilium supremum Italiæ, post cujus filii Marii Gambacurta obitum, juris fuit Montis pietatis Panormi, nunc exemptione Gregorii Castellæ Januensis. Lares habet 221. oppidanos 834. Ecclesiam paroch. *S. Maria de Angelis* cum unc. 10.

Monasterium habet non longè ab oppido *S. Maria de Sparto ordin. S. Benedicti* suffraganeum Ecclesiæ Cephalædensi. Fundationis, ac dotationis auctorem non agnoscimus. Et licèt aliquando hanc dignitatem datam esse à Proregibus Siciliæ inveniam: ut anno 1470. *Fratri Jacobo de Mazotta*, & pòst ex litt. 23. novemb. 6. indict. 1487. in prot. fol. 7. & cancell. fol. 161. attamen de more eligi solet a domino oppidi prædicti cum institutione Episcopi Cephalæd. Abbas benedictinam adhuc profitetur disciplinam, habituque induitur ejusdem instituti: pontificalia etiam de more exercet, non subest spolio, nec regiis dandis. Anno 1636. fuit permissum à Principe Paternionis præside, ut interesset Siculis Comitiis, sed deinde regio præcepto inhibitum[b]. Hodie est Abbas Paulus Daynus Vicar. Gener. Jura habet annuas unc. 47. & domum pro abbate, Onera unc. 12. Hinc celebrantur tres processiones; in die Annunciationis, tertio die paschatis, & die festo S. Cataldi 10. maji. In æde S. Rocchi societas animarum purgatorii. *Moniales Franciscanæ* sub tit. *S. Francisci* 12. pauperes.

b lib. Prot. an. 1635.

Comitatus 3.

I. COLLISANUS tit. Comitatus ab an. 1305. illustratus oppidum est antiquum, nec non porphyretica lapidicina nobile; cujus vetus regio Bayharina adhuc vocatur. In antiqua arce, quæ hodie templi parochialis turris est campanaria, ad fenestram hoc fragmentum inscriptionis legitur: *me fecit anno domini* 1060. Ad occidentem collis incumbit, ubi diruti oppiduli cadaver (id fuisse Halesam exstimant aliqui, sed malè apud Aretium de situ Siciliæ) visitur, è cujus reliquiis *Tholisanum* conditum prædicant oppidani. An. 1360.[c] conceditur Comiti Francisco Vigintimilio, nunc est Aloysii Moncatæ Princ. Paternion. cum 1288. laribus, & 4538. accolis.

c Reg. Canc. fol. 131.

1. Templum majus paroch. *D. Maria de Nova* atque *SS. Petri & Pauli* consecratum est tempore Episcopi Cephalæd. Jocælmi an. 1140. à Dragone Episcopo Squilacensi, atque dotatum ab Adelesia domina oppidi, ut diximus suprà ad eum annum, sed quia ruinam passum est, anno 1548. 8. aprilis à Mariano Mano Episcopo Tribuensi nostro Siculo Saccensi iterum consecratur. Regitur à Vicario amovibili Sacramentorum administratore, qui solùm percipit unc. 7. proventus verò Ecclesiæ sunt unc. 96. 12. inserviunt 4. capellani, & 34. presbyteri habentes annuas uncias 319. 13. Sacellum SS. Sacramenti unc. 57. 12.

2. Paroch. *S. Mariæ Veteris* sub tit. *de Assumptione* in terra veteri, quod initio fuit majus, ab Adelesia Comitissa nepte Regis Rogerii domina Collisani excitatum in antiqua arce: hic colitur simulacrum *S. Virginis* marmoreum magna pietate. Estque societas SS. Crucifixi.

Abbat. S. Mariæ de Pedali.

3. Monasterium ordinis S. Benedicti sub tit. *S. Mariæ de Pedali* ad m. p. a Collisano distans hodie dirutum; tantùm ejus templum extat; fundatum facilè crediderim anno 1130. circiter à Comitissa Adelesia prædicta: fuerat enim fœmina religiosissima, & quàm plura in Siciliæ locis suæ ditionis cœnobia benedictina construxit, dotavitque, ut sparsim in Notitiis nostris diximus. Sed anno sal. 1347. *N. Abbas* ejusdem B. Mariæ de Pedali ordinis S. Benedicti à Rege Friderico III. obtinuit pro suo monasterio quasdam *butticellas tynnina* singulis annis ex diplomate dat. Cephalædii 2. feb. 4. ind. anno 1347. ut videre est in lib. Regiæ Cancell. fol. 2. anno vero 1386. cùm esset Abbas *F. Petrus*, à Comite Collisani hoc obtinuit donationis privilegium.

d Habes in lib. actorum vis. Nicolai Danti anno 1599.

In nomine[d] Domini Nostri Jesu Christi amen. Anno Incarnationis ejusdem 1386. *XIV. mensis Aprilis nona ind. Regnante Serenissima domina, domina nostra Regina Maria Dei gratia Excell. Regina Siciliæ, & Athenarum, & Neopatriæ Ducissa, Regni vero ejus anno 9. feliciter amen. Nos Franciscus de Vigintimiliis Comes Comitatus Giracii, & Gulisani, Regni Siciliæ unà cum sociis Vicarius Generalis, Venerabili Fratri Petro Abbati monasterii S. Mariæ de Pedali territorii terræ nostræ Gulisani in Christo honorabili tam, quam patri salutem in Domino Nostro Jesu Christo. Quia in dicta Ecclesia S. Mariæ de Pedali singularem devotionem gessimus, & gerimus; considerantes nihilominus quòd tu, & monachi tui non sic habiliter de proventibus ecclesiæ vivere potestis; volentes devotionem nostram operibus comprobare; tibi nomine, & pro parte dicti tui monasterii de nostra mera, pura, & libera libertate liberè pro animabus parentum nostrorum, atque nostra concedimus, & perpetuò donamus, atque largimur quoddam feudum situm, & positum in territorio nostro dictæ terræ nostræ Gulisani prope dictum monasterium infrascriptis finibus limitatum, cum omnibus juribus, rationibus, proprietatibus, pertinentiis, & justis divisis suis; cum hac lege, & conditione quòd anno quolibet, in quo glandes fuerint, tempore glandis usque ad festum S. Nicolai de mense Decembris non ultrà, porci nostri, & curia nostra possint, & valeant in dicto feudo in dictis glandibus pascua sumere, unà cum porcis aliis tui monasterii jam dicti, & in hoc genere animalium, ut putà porcorum, & non alio dictam conditionem reservavimus, ac reservamus; in reliquis verò dictum feudum liberè volumus pœnes dictum monasterium remanere, & nulli alii servituti nobis facere, ac in signum veræ, & perfectæ donationis, atque concessionis, & pro parte dicti tui monasterii per lapillum, ut juris est, possessionem dicti feudi corporalem, & effectualem consequeris. Nos hæredes, & successores nostros ex tunc in antea à dominio, & pro-*

prietate, & quolibet alio jure dicti feudi, salva conditione jam dicta, totaliter expoliantes, ipsumque in dictum monasterium exinde transferentes; promittentes tibi, & successoribus tuis per nos, heredes, & successores nostros in perpetuum in verbo veritatis dictam donationem, largitionem, & concessionem nostram, omnia, & singula supradicta firma, rata, & accepta habere, tenere, & observare, & in nullo contrafacere, vel venire aliquo modo, jure, titulo, ratione, caussa, de jure, vel de facto contra predicta. Ideò universis, & singulis officialibus nostris dicta terra Golisani, aliisque officialibus nostris præsentibus, & futuris, ad quos cum repletione proventuum dicti feudi dignoscitur pertinere, eorum officiis vigore damus expressiùs in mandatis, ut de dicto feudo, salva conditione jam dicta, de cætero intromittere se non audeant, alienare, vel impedire: quinimo si necesse fuerit super pacifica tenuta, & possessione ipsius feudi cum juribus suis omnibus prædictis tibi, & successoribus tuis favorem præbeant & auxilium opportunum. Fines verò dicti feudi sunt hi, videlicet: versus Aquilonem est lapis vocatus la Petra della Monacho, & de dicta petra itur ad vallonem, qui vocatur Candiblaruvia, & de dicto vallone itur per vallonem vallonem usque ad flumen, qui venit de Gulisano. Item versus Orientem extenditur per flumen Gulisani, & itur usque ad flumen vinearum Gulisani, qui vocatur li Irebbi. Item versus meridiem itur per duos fines vinearum, ascenduur per serram serram, & itur usque ad petram dictam, seu nominatam Petram Staștentes in frontispicio dicta terra Gulisani; de dicta Petra itur ad sarram, qua est juxta dictam Petram, & ascenditur per serram serram confinantem cum plano vocato Isparato usque ad Busurrubbu; qui Busurrubu est versus Orientem, & de Busurubbu ascenditur ad Serram magnam, seu Montagniolam, ibi sistentem, & de dicta montagniola itur per terram, qua est supradictum monasterium Sancta Maria, usque ad dictam petram, dictam la Petra delle Monacho. In cujus rei caussa, tui monasterii jam dicti cautela, & fide in posterum adhibenda præsentes nostras in forma patentum litteras exinde fieri fecimus nostris sigillo solito pendente, & subscriptione munitas. Dat. in terra nostra Gulisani anno, mense, & indictione præmissis, Nos Franciscus de Vigintimiliis Comes prædicta omnia acceptamus, ratificamus, nostra manu subscripsimus. Nos Antonius de Vigintimilliis Comes prædicta omnia acceptamus, ratificamus, & nostra manu subscripsimus. Nos Gilibertus Santiglia Comes de Gulisano, & Terra Petralia confirmamus omnia prædicta, & nostra propria manu subscripsimus. Eu Petru di Cardona Conte di Gulisano li premissi confirmo. Fuit autenticatum in actis Notarii Paschalis de Leo Panormitani die 17. Junii an. sal. 1465. xiii. indict.

Anno 1398. *F. Anellus de Caprera* eligitur Abbas, & confirmatur à Rege Martino per suas litteras exscriptas in lib. prot. eodem anno fol. 70. his verbis: *Ad humilem supplicationem Magnifici Antonii de Vigintimilio majoris Camararii, & Consiliarii nostri dilecti, electionem in personam F. Anelli firmamus; &c.* Inde crediderim, quòd monachi Benedictini defecerint, Nam anno 1448. *presbyter Philippus de Bonifacio* Abbatem agebat, nescio verò qua ratione hanc obtinuerit dignitatem à Vicario ecclesiæ Catanensis, ut legimus in lib. mon. fol. 553. An. 15... *Michael Algezerius*, post cujus obitum an. 1536. *Aurelius Notarbartolus Politiensis*, qui fuit præsentatus ab Artali de Cardona Marchione della Pedula Comite Collisani, magno Ammirato & Comestabulo Siciliæ ex instrumento, eodem anno 5. novembr. indict. 10. acto in Civitate Puteolorum, & bullis pp. Pauli III, datis Romæ 12. Kal. octob. pont. anno 3. exsc. Panor. 23. jan. 1537. in quibus valor expositus est ducatorum cameræ 100. aureorum. Sed cùm is abbas ad obtinendam hanc dignitatem donasset Comitis uxorem aliquot donis scutatorum 100. cùm id sibi ob simoniam displicuisset, absolutionem ab eodem pont. per bullas Romæ 3. id. junii anno pont. xi. exscript. in lib. secret. 14. Julii 5. indict. 1545. obtinuit. Obiit Politii, in æde majori sepultus est. Anno 1589. *Jo. Baptista Pallavicinus S. R. E. Cardinalis Episcopus Alexandrinus* ex nominatione Comitis Collisani. Cardinalis a Rege litteras datas in Pardo 6. Novembr. 1591. in cancell. 19. Junii 1592. exoravit, in quibus eximebatur à solutione dandarum regiarum, quas ratione hujus Abbatiæ solvebat. Post precibus Antonii Moncatæ, & Aragoniæ Principis Paternionis, Comitisque Collisani in gratiam successoris resignavit, retenta sibi annua pensione scut. 300. Cameræ. Anno 1612. mense Novembr. *Michael de Syracusa de Haredia S. T. L. Valentinus* à confessionibus ejusdem Comitis, à quo fuerat oblatus. Sed anno 1619. favente Duce Ossunæ, Neapolit. Prorege, qui oratorem ad Paulum V. eum miserat, præsulatum Theanensem prope Neapolim obtinuit, ob cujus promotionem anno eodem *V. I. D. Gaspar Romanus Siculus Calataxibettensis* ex provisione ejusdem Principis Antonii cum onere solvendi eandem sc. 300. auri pensionem Erasmo Pallavicino Episcopo Alexandrino, ex bullis Pauli V. datis Romæ an. 1619. pontif. anno 4. id. April. exscript. in secret. mense Aug. anno eodem. Sed an. 1634. mense Novembr. eidem Romano assumpto ad Abbatiam S. Spiritus Calatanixettæ pinguiorem jurispatronatus ejusdem Principis, successit *S. T. D. Jo. Baptista Camaccio Hispalensis* ex nominatione Aloysii filii Antonii, cum bullis pp. Urbani VIII. datis Romæ anno 1634. octavo idus Septembris pont. anno 12. exscript. in secret. regni 5. Martii 1635. cum onere solvendi prædictam pensionem scut. 300. eidem Erasmo Pallavicino. Camaccius erat perpetuus capellanus S. Petri Hispalensis, ac Archipresbyter S. Mariæ la Catholica Rhegii. („ Obiit anno 1640.) Hujus ergo Abbas ab anno 1440. circiter est Commendatarius, præsentationis Comitis Collisani cum litteris Apostolicis; intervenit Comitiis Siculis in loco 58. subest regiis dandis in unc. 25. 15. & 4. ex consuetudine (cujus vestigium est antiquissima tiara, & baculus pastoralis monachorum in ecclesia hac asservata) pontifica-

tifica-

tificalia exercet, est valoris cum onere pensionis unc. 274. sed in bullis 400. aurei de camera exponuntur. Non subest spolio. Ædem *D. Maria delo Reto*, seu *Ardoino* sacram à monasterio 1500. p. distantem, & *Michaelis Archan.* habet adnexas. Hodie inserviunt duo capellani cum unc. 40. pro mercede.

Prioratus de Burgitabus.

2. *Prioratus S. Maria de Burgitabus ordinis S. Benedicti* cœnobium antiquissimum, hodie pœnè collapsum abest à Collisano ad p. 3. m. situm in oppido Bruccato, quod cùm à Petro Siciliæ Rege ad Gallos [a] defecisset, funditùs deletum est. Hujus monasterii auctorem, atque tot bonorum datorem non invenio. Scio tamen, ut scripsi in Not. Catan. fuisse ab anno 1432. unum ex prioratibus adnexis Ecclesiæ Catanensis sub regula benedictina, atque ex præsentatione regia. Ibique semper cœnobitæ Benedictini degebant usque ad annum 1558. ut refert in sua Visitatione [b] Regia Jacobus Arnedus. Anno enim 1470. *F. Benedictus de Rinibai Benedictin.* erat *Prior*, post cujus obitum electus est Prior Commendatarius *Bernardinus de Bononia civis, & Canon. Panorm.* ex bullis pp. Sixti IV. Romæ pridie idus Novembr. anno sal. 1478. in prot. 26. Decembr. indict. 12. fol. 18. & 153. his verbis: *Prioratus S. Maria de Burgitabus ordin. S. Bened. diœc. Cephaludensis*. Sed quia Vicarius Generalis Episcopatus Catanensis contulerat cuidam F. Joanni, uti beneficium unitum mensæ episcopali, & jam possessionem fuerat adeptus; orta est lis inter ipsum Joannem, & F. Paulum de Richulis monachum Eccl. Catanensis contendentem, unitum fuisse per pp. Nicolaum Thesaurario cathedralis Catan. & pro ipso de Richulis decretum est, ut in lib. eodem prot. fol. 30. An. 1487. *F. Adrianus Alliata ord. minor.* Abbas S. Mariæ de Angelis Baydæ Panormi fit prior hujus monasterii; an. 1514. *Nicolaus de Castellis Siculus Netinus*, tunc abbas S. Mariæ Montismajoris, Cantor Ecclesiæ Panorm. ac Vicarius Cephalædensis ex præsentatione regia, & bullis apost. Romæ 6. Kal. Decembris anno eodem constituitur Prior, qui ut posset resignare in gratiam successoris litteras regias à Carolo V. datas Madriti 19. Sept. 1528. in cancell. 15. Jan. 2. ind. 1529. fol. 239. obtinuit. Anno 1529. *Florentinus Quoquerel presbyter diœcesis Ambian. procurator generalis Archiepiscopi Panor. Jo. Carandolet* de regio consensu prædicto, & litt. apostolicis pp. Clementis VII. Romæ 15. Kal. Novembr. 1528. pont. anno 5. in eadem cancell. 22. Martii 2. indict. 1529. fol. 338. & prot. fol. 175. hic fuit deinde Archiepiscopus Surrentinus, & gubernator Archiepiscopatus Panormi in lib. mon. f. 1333. Datur an. 1536. *Joanni Carandolet Arch. Panor.* cum onere solvendi pensionem Joanni Priori de Lora, ibidem fol. 1343. Antè priores titulares cum monachis benedictinis assistebant, ut notat in sua visitatione [c] regia Franciscus Ventus. Recedentibus cœnobitis, monasterium versum est in mapalia pastorum, præsertim cùm à Rege electus est prior anno 153.. *Gerardus Spatafora Panormit.* cui obeunti 8. Sept. 1. indict. 1543. [d] successit *Martinus de Figueroa Salaminiacensis regius sacellanus*, ex regia præsentatione cum proventibus sedis vacantis à die obitus prædecessoris (tunc eorum valor erat unc. 85.) scripta Gantes 13. Jan. an. 1544. in prot. 7. Novembr. 4. indict. & bullis apost. Romæ Kal. Junii 1545. ibidem 5. Decembr. ejusdem fol. 243. Hic regio permissu in gratiam successoris per suum procuratorem Franciscum de Riba de Vexra Archid. Palentinum Romæ agentem anno 1548. resignavit. An. 1548. 12. Jan. 7. ind. *Michael Jannegriis*, sive *Giringiis V. I. D. Calataguranus Reg. Capel.* per bullas Pauli III. Romæ 6. idus Maii an. sal. eodem pont. an. 13. in cancell. ult. Augusti 6. ind. Interim hunc prioratum à pontifice impetrarunt *Florentius de Fraxino clericus Ambianensis & Franciscus Suya Episcopus Cristopolitanensis*: inter hos magna [e] exorta est lis in Regno pro bullarum executione; tandem illæ Michaelis ob regium adhibitum consensum executioni datæ fuerunt, post adeptam possessionem an. 1558. obiit. Eodem anno *Bartholomaus Boers de Exa Hispan.* à prorege dat. litt. Messanæ 6. Sept. 2. ind. in prot. fol. 37. sed Rex per suas litteras *Michaelem Majorem* voluit, qui anno 1563. è vita decessit. Et sufficitur per litt. regias, & Bullas pontificias Pii IV. Romæ idibus Maii anno 1564. pont. an. 5. in prot. 4. Aug. 7. indict. fol. 472. *Joannes Bellumvia V. I. D. Civis, ac Canon. Panor.* qui fuit Vicarius Generalis Archiepisc. Panorm. F. Octaviani Præconii; hic decedens an. 1574. ærario regio ex spolio unc. 920. reliquit. Rege præsentante successit *V. I. D. Vincentius Lanza Siculus*; is anno 1578. consultoris munere apud Nicolaum Danium regium visitatorem perfunctus est [f]. Post cujus obitum prioratus iste à Rege Philip. II. confirmante pp. per bullas Apost. Romæ 1. Martii 1578. in prot. I. an. 1579. datur *S. T. D. Sebastiano Ugolino Siculo Scicelensi. reg. Capel.* huic etiam data sunt à Rege scutata 300. ex proventibus sedis vacantis pro construendo monasterii templo jam collapso per litt. Madriti 24. Martii 1577. in prot. 28. Julii ejusdem fol. 414. fuit etiam ex regia munificentia Beneficiarius regiæ Capellæ S. Joannis Regii Palatii Messanæ. Ei obtulerunt incolæ annuas uncias 220. cum onere etiam singulis annis solvendi gravamina ecclesiæ, si ad perpetuum censum concederet nemus ejusdem prioratus, ut legere est in litteris regiis datis in cœnobio S. Laurentii 10. Sept. anno 1616. in prot. 27. Feb. 1617. fol. 145. & cancell. fol. 91. Vir fuit Ugolinus litteris, & virtutibus præditus, libros edidit eruditissimos, obiit Romæ 22. April. 1621. Tunc ob obitum in Curia Romana contendebant ad pp. spectare provisionem hujus prioratus, sed Rex tamquam de jurepatronatus regii successorem elegit *Ioannem Montoyam Neapolit.* Regentis Montoyæ Hispani apud consil. supremum Italiæ filium, per litt. Madriti 25. Maii an. 1621. & bullas apost. Romæ 3. id. April. 1622. pont. an. 2. in prot. cum proventibus sedis vacantis, ex litt. regiis 20. Sept. 1624. in eodem prot. 20. Decembr. 8. ind. f. 153. Evenit sub eo primore anno 1624. ut in monasterium confugientibus quibusdam viarum aggres-

[a] Faz. dec. 2. lib. 9. c. 3. in fine.

[b] in titul. Cancel.

[c] in tabulis Confess. ann. 1542.

[d] in lib. protonot. an. fol. 162.

[e] in instr. bul. exec. deleg. Sicilia.

[f] in lib. Vi. sit. Danii.

gressoribus; ad eos capiendos Dux armorum, magnam illius partem combusserit, qua de caussa Episcopus Cephalædensis gladio excommunicationis eum percussit, & ad reædificandum condemnavit. Montoya adhuc vivit.

S. Mariæ de Burgi- tab. miraculis clara.

Hoc in cœnobio B. Virginis antiquissima imago est magna pietate culta in tota Sicilia, & frequentia populi, præsertim in die illius Assumptionis 15. augusti, quando nundinæ celebrantur solemnes. Prior olim monachus benedictinus; & monachi inserviebant [a], sed hodie est clericus sæcularis commendatarius; & duo presbyteri etiam sæculares inserviunt; præsentatur à nostro Rege cum confirmatione sedis Apost. Subest spolio. Non accersitur ad Parlamentum: Jura exigit annua sc. 619. 11.7. solvit onera pro cera & oleo sc. 12. 6. pro ornamentis sc. 22.6. pro dandis regiis sc. 78. 4.7. pro duobus presbyteris ibidem assistentibus sc. 85. pro seminario Cephalæd. sc. 12. 6. summa est sc. 230. 10. pro ipso priore scut. 389. 1. 7. in ultima relatione un. 130. 12. ex quibus deducuntur onera unc. 43.

a Ex visitatione Arnaldi anno 1551.

3. *Minorum Conventualium S. Francisci* anno 1451. exædificatum est cœnobium à Giliberto Centelles Comite Collisani, ex bullis pp. Eugenii IV. („ ex Thossiniano l. 2. hist. Seraph. sed „ rectius, Nicolai V.) olim erat templum S. Jacobi. Hic jacet Petrus de Cardona ejusdem oppidi Comes. Fratres 5. cum unc. 86.

4. *Minorum Observantium Reformatorum* sub tit. *S. Maria de Jesu* extra oppidum 500. p. ab an. 1614. Fratres 12. („ ex Tognoletto in Pa- „ rad. Seraph. par. 1. lib. 4. cap. 76. f. 539. anno „ 1611. Hic jacet *Soror Innocentia Federico* Mi- „ nistra oblatarum Strictioris observantiæ S. „ Francisci, à virtutibus, & miraculis clara „ decessit 6. Aug. 1682.)

5. *Capuccini* nunc in *D. Maria de Miraculis*, cujus imago multis miraculis claret, patrona Collisani, festum solemne cum magna populi pietate & frequentia 27. aprilis, (inde repetunt miraculorum initium) celebratur. Huc venere anno 1603. ab antiquo loco sub vocabulo *S. Elia*, ubi primùm incoluere *Dominicani*, quibus successerunt *Carmelitæ*, iis recedentibus *Capuccini*. Num. 16.

6. *Dominicani* priùs sub tit. *Annunciata nova*, & *S. Rosarii* intra oppidum anno 1520. sed extra, ubi fuerant Capuccini anno 1553. fundatrice Susanna Gonzaga Comitissa, opera F. Vincentii Saladini: in hist. dom. Pii t. 1. fratres 6. cum unc. 98. hic est Societas Rosarii.

7. *Carmelitæ* olim extra oppidum in loco dicto *li Capuccini vecchi*, quia iisdem Carmelitis recedentibus Capuccini successerunt. Sed inde & ipsi ab oppido etiam recessere, translatis imaginibus SS. in cœnobium S. Mariæ de Itria Panormi Ordin. Carmel.

Monialium Benedictinarum cœnobium anno 1530. in æde *S. Rocchi*, sed anno 1560. transfertur in aliud *S. Catherinæ V. & M.* fundatum, dotatumque ab Joanne de Jorno nob. Collisanensi. Moniales 27. conversæ 3. proventus unc. 358. Mons Pietatis, & hospitale unc. 55. 24.

Præsules habuit *Andream Mastrillum Archiep. Messanen.* ab anno 1618. ad 1624. [b]. qui in hoc oppido Collino natus est patre Mario illius oppidi gubernatore, sed oriundus Panormi. („ At vere Panormitanus ex his, quę idem „ Pirrus protulit in Notit. Eccles. Messan., & „ ex ejus epitaphio illic allato.) 2. *Aloysium de Amato S. T. D. capell. reg. Cantorem Panorm. Priorem S. Andrea de Platia, & electum Episcopum Agrig.* anno 1589. [c]. („ Illustratur præcipuè „ ortu SS. Sabę junioris Abbatis ord. S. Basilij, „ *Christophori* eius Patris, & *Marij* fratris „ eiusdem Sabę, etiam Monachorum, ex cod. „ m. s. Monasterii S. Elię Carbonensis, nunc „ Romę in Cœnobio Basiliano. Memorantur à „ Petro Mauriti Abb. Generali eiusdem ordinis „ in didacterio Basiliano f. 476. 485. & 491.)

b Vide in Not. Mess.

c Vide in Not. Agr.

II. SCLAFANIS ab anno 1330 *Comitatus* titulo nobilis [1] sub ditione hodie est Aloysii Moncatæ Principis Paternionis cum 755. laribus, & 1331. oppidanis. Ecclesia paroch. *S. Maria Majoris*, cujus Rector habet unc. 32. 12. sacellum *SS. Sacram.* unc. 9. 24. *Monialium Clarissarum* in æde *S. Sebastiani* extructum à Sebastiano Lachiana vicario oppidi an. 1620. sorores 18. cum 150. unc. *Domus hospitalis*, & *Mons Pietatis* in æde *S. Nicolai* cum unc. 38. 15.

III. ISNELLUS opp. nunc, ASINELLUS vulgò; quod ab Asine flumine, de quo Plinius meminit, nomen traxisse dubitat Arezius [d], ad radices Montis Nebrodis, sive Madoniæ; id fuit concessum Ecclesiæ Cephalæd. quæ an. 1424. concessit Arnao de Sanctacolumba, & is vocavit *Sanctam Columbam* aliquando, nunc hujus familiæ Petri est juris cum tit. *Comitatus* ab an. 1625. 15. feb. laribus 878. & oppid. 2937. Ejus ædis paroch. *S. Nicolai* Rector exigit unc. 49. 29. sacellum *S. Sacramenti* unc. 24. 8. *Minor. Convent.* in S. *Maria Magdalena* ab an. 1572. fratres 4. cum unc. 36. 4. ad annum 1587. *Dominicani* [e], qui ob paupertatem loci recesserunt. *Domus hospitalis S. Michaelis Archangeli* cum unc. 24. 20.

d De situ Sicil. fol. 35.

e Ex Pio lib. 1. Domin. 8.

I. THUSA inter duos fluvios à mari duobus milliaribus sepositum opp. cui nobilis arx, sed parvum frumenti emporium subest. Multis ab hinc annis ditionis semper fuit familiæ Vigintimiliorum Marchionum Hiracensium, nunc Francisci III. cum laribus 797. accolis 3126. Ædes major paroch. *S. Maria Assumpta*, cui Episcopus Cephal. Mira *de Ligno Crucis* est elargitus, habet unc. 75. 22. sacellum *S. Sacramenti* unc. 45. 15. („ Nunc hoc oppidum iuris familiæ la „ Torre, venditum Horatio la Torre Magnę „ Regię Curiæ Præsidi, ex tabulis Josephi „ Martini Moscata Panormitani 14. decembris „ 1669.)

De pervetusto monasterio Benedictino D. *Georgii* in Thusa suffraganeo Cœnobio S. Trinitatis

1 *Adde ex addit. Pirri:* Matthæo fortè de Thermis, nobilitate claro, conceditur à Rege Friderico II. inde ipse ac ejus frater Gerardus, atque mariti suarum filiarum, ut nos in Chron. Regum diximus, ac nepotes de Sclafano à comitatu dici voluere: ita ipse comes in suo primo testamento sub anno 1333. præcipit: in eo enim habetur multò ante exædificatum, & pro sustentando Sacerdote, loci Parocho, legavit uncias 50. ad emptionem possessionis, & uncias centum pro constituendo ponte subtus Sclafanum.

nitatis Mileti in Calabria fit mentio in litteris Apost. Nicolai V. Romæ 5. april. 2. indict. anno 1454. in proton. f. 726. per quas id unitur prioratui S. Anastasiæ de Castello bono.

Duo sunt hic antiquissima cœnobia. 1. *Ordinis S. Benedicti* sub invocatione *S. Mariæ de Palatio*, sive *de Palatis Annuntiationis B. M. V.* situm in feudo ditionis Episcopi Pactensis secundo recedens lapide à Thusa, quod Rex Rogerius univit anno 1134. ecclesiæ Pactensi, ut latiùs diximus in ea Notitia [a], nunc est simplex benef. quod ab Episcopo Pactensi datur, cujus proventus sunt unc. 20. 2. *Ordinis Cisterciensis* sub tit. *S. Mariæ de Altoplano*, situm in agro Thusano ad 3. m. p. à S. Mauro oppido, quod Guarneria Comitissa Giracii domina amborum oppidorum in hospitium, Grangiam, seu prioratum concessit monasterio Panormitano S. Spiritus ejusdem ord. Cister. tunc Abbate F. Alexandro, eidemque per tabulas publicas 21. novembr. 3. indict. anno 1196. quas legi apud Carolum de Vigintimiliis nobilissimum æquè, ac doctissimum virum, elargita est *annuos tarenos* 100. *pro alimentis xii. monachorum*. Lego etiam quòd anno 1387. Abbas ejusdem F. Hieronymus concessit hunc prioratum annexum suæ abbatiæ *F. Thomæ de Cephalœde* monacho suo cum regia confirmatione, ut in tabulis prot. eodem anno fol. 54. Cùm verò abbatem S. Spiritus ageret F. Antonius Ringalla an. 1407. 1. indict. à Comite Hieracensi Joanne de Vigintimiliis pro hoc prioratu revocavit annuas uncias sex, ut vidi in tabulis Dominici Aprera Notarii Panor. die 20. novembr. 12. indict. 1418. nunc sola ædes antiqua extat, circùm cœnobii diruti fundamenta prospiciuntur; ejus proventus sunt annuæ unciæ 300. hospitalis Magni Panor. ex adnexione, ut diximus in not. Panor. de monasterio S. Spiritus.

2. *Augustinianorum Convent.* ædes à dominis oppidi antiquis conditæ sunt. Hic jacet *F. Salvator Gagliosus* anno 1609. obiit, & vixit, uti magnus Dei servus. Fratres 6. cum unc. 46. 20. („ Consule Torellum in Sæcul. Aug. t. 8. an. 1530. „ f. 169.)

3. *Franciscanis Conventualibus* datus est anno 1561. locus *S. Michaelis*, anno verò 1563. alius *S. Leonardi*, tandem ille, quem olim habebant Capuccini sub tit. *Nominis Jesu*. Fratres 4. cum unc. 53.

4. *Capuccinis* datus est locus *S. Leonardi*, ad jactum lapidis ab oppido, fundatore F. Jo. Maria à Thusa anno 1563.

Monasterium *Benedictinarum* sub tit. *S. Mariæ la Rito* antiquum in ædibus presbyteri Gregorii Gratteri Thusensis fundatum. Moniales 22. provent. unc. 116. 19. *Mons Pietatis, & domus hospitalis* sub tit. *S. Trinitatis* habet unc. 84. Viros illustres habuit *F. Joannem Mariam de Thusa Capuccinum* (in sæculo vocatum Annibalem, filium Joannis Majoris, & Rosæ Relbruno) is *virtutibus omnibus praecellens, concionatoris munere clarus, Provincialis in Provincia S. Angeli: cùm orasset in templo cum Hieronymo à Montesiorum ordinis Generali, visa est ardens quædam flamma ex tecto Ecclesiæ erumpere: sed cùm fratres ad extinguendum incendium currerent, nullum ignis vestigium, aut odorem præsentientes, hos solùm duos invenere, item Provincialis generalis in Sicilia (tunc enim indivisæ erant, quæ nunc tres sunt Provinciæ) ab anno* 1578. *ad* 1581. *ad generalis Procuratoris in Romana Curia munus assumitur, tunc magna cum PP. Gregorio XIII. familiaritate devinctus, an.* 1581. 13. *maji indict.* 9. *Romæ in Comitiis gener. omnium fere suffragiis eligitur Generalis, aliquando Gregorio familiariter dicenti: caput Joannis Mariæ cardinalicio galero aptum conspicere, mox respondit: pace tua, beatiss. pater, Deus certè, & B. Franciscus illud tantùm Capuccio aptum dedere. Ad ultimam triennalis metam pervenit. Anno* 1584. *generali Capit. Romæ indicto, cùm in Romano Conventu ad mortem ægrotasset, præsente F. Ludovico à Catana Provinc. Messanæ; intuens in cœlum, exclamavit: quid fratres, an non patrem nostrum Franc. ac S. Augustinum cernitis, qui me in suam vocant societatem?* In ejus exequiis F. Petrus Trigosius illustriss. Capucc. elegantem, & pium de eo habuit sermonem. Audito istius obitu F. Petrus Florentinus agens Guardianum in conventu Gibilmannæ Cephalœdii, in oratione prospexit animam ejus cœlesti gloria donatam. Hæc ex hist. Capucc. tom. 2. anno 1584. num. 10. fol. 95. Fr. Jo. Mariæ socius fuit *F. Salvator Muglius à Thusa laicus, humili genere natus à puero pascendis boum armentis operam dedit, primùm Tertiarius S. Francisci, pòst ad Capuccinorum religionem migravit, & numquam litteras didicerat, neque ulla litteraria studia leviter attigerat, id tamen ex assiduo orandi studio divini muneris assecutus fuerat, ut non modò litteras nosset, ac latini idiomatis peritiam haberet, verùm & genuinos sacrarum scripturarum sensus tam facilè explicaret, ut non longè doctissimus videretur, raptus, & ecstases haud raro in oratione patiebatur, & à fratribus cerneretur. Catanæ ægrotans, cùm consuetas B. Virgini horas persolvere non valeret: Angeli è cœlo ad eum accedentes, suam illi in eo exsolvendo operam præstabant, prophetico à Deo spiritu illustratus, plura prædixit, & hominum cogitationes penetrare noverat; in vita, & post miraculis claruit. Obiit Messanæ anno* 1598. *unde ejus Caput, intercedente Principe Castelli-boni in Thusam asportatur.* Hæc ex Chron. Capucc. tom. 2. anno 1598. fol. 606. num. 23. („ Consule Bibliothecam Sicul. tom. 1. f. 351.)

II. PITHINÆUM, cujus populi à Plinio dicuntur [1] *Pithinenses* [b], optimo oleo celebre, est hodie sub ditione Jo. Francisci Ferrerii cum laribus 427. & 1569. oppid. Templi majoris paroch. *D. Mariæ de Gratia* Rector præter unc. 11. cum clero ex primitiis, ex mortuis unc. 2. Ecclesia verò ipsa unc. 55. habet. Oppidi patronæ *S. Oliva V. & M.* reliquiæ *ex brachio* die 2. maji translationis magna solemnitate octo diebus coluntur, ejusque signum eleganter sculptum circumfertur; in æde hac D. Olivæ Soc. est cum unc. 32. 14.

[a] Meum ... (margin note, partly illegible)

De viris illustr. (margin note)

[b] Apud Aretium fol. 15. num. 46.

(1) At perperàm Plinius ab Aretio adductus; à Plinio etenim Phintiantes tantùm memorantur: Phintia verò nunc Alicata, quæ longè distat, ex Cluverio Sic. antiq. lib. 1. cap. 16. f. 213. Pithinæum sanè oppidum non vetustum. Consule Auriam in hist. Cephal. f. 56. & 57.

32.14.(„ S.Olivam V.& M.Panormitanam in op-
„ pido Pithinei natam somniant incolæ: at si per-
„ pendas Pithineum ætate S. Olivæ Panormita-
„ næ (ad Cælum hæc evolavit anno 463.) non
„ adhuc fundatum, facili negotio comperies,
„ se deceptos. Adde S. Olivæ Panormitanæ
„ corpus adhuc non inventum: at reliquiæ in
„ hoc oppido asservatæ, non S.Olivæ Panormi-
„ tanæ, sed alterius Hispanæ esse certum est,
„ cujus festum 2. Maji, ut in hoc oppido, ce-
„ lebratur. De hac Ferrarius in Catalog. SS.
„ extra Mart. Rom. 2. Maji f. 177. Tomajus in
„ Mart. Hispano t. 3. f. 40. Sanè ob soli uberta-
„ tem, Olivarum arboribus refertissimi, Oli-
„ vam in Patronam sibi adoptasse Pithinenses,
„ & ex patrona Civem falsò dixisse, compertum est.)

Monasterium, sive Abbatia sub tit. *S. Lucæ Evangel.* ordinis Benedictini fundatum, & dotatum à F. Carithæo de Crione ordinis S. Bened. Pithinense, ut constat ex privilegio dato in Cephalædensi palatio Episcopali ultimo decembris 11. indict. 1514. quod in tabulis Ecclesiæ Cephal. & in lite anno 1625. cum episc. Muniera, & Antonio Geloso electo Abbate in tab. Monar. integrum extat, estque huiusmodi.

S. Lucæ Pithinæi Abbatia.

Nos Jo. de Riquisenz Dei, & Apost. Sedis gratia Cephaludensis Episcopus, venerabili religioso fratri Carithæo de Crione ordinis S. Benedicti de terra Pittinei nostræ Cephaludensis diœcesis in Christo dilecto salutem in Domino sempiternam. Ob nimiam devotionem, quam meritò habes erga omnipotentem Deum, gloriosam genitricem Virginem Mariam, & gloriosum S. Benedictum, intendis impensis tuis ædificare, & de novo facere, & constituere quamdam Abbatiam extra mœnia dictæ terræ Pittinei, & in Ecclesia S. Lucæ sub vocabulo, & titulo dicti S. Lucæ, & sub regula, & religione dicti S. Benedicti, quam dotasti, & in dotem ipsius Abbatiæ constituisti omnia bona tua in dicta terra Pittinei, & ubique existentia tam mobilia, quàm stabilia, & se se moventia juxta infrascriptam supplicationem & capitulorum expressionem nobis ex parte tua oblatam, cujus tenor de verbo ad verbum talis est. Reverendissime & multum sp. domine comparens coram Reverendiss. D.V. frater Carithæus de Crione vester in omnibus servus, habitator terræ Pittinei &c. Primùm petit, ut consignet, & assignet locum liberum, & omni alio onere vacuum, jure diœcesano tibi salvo pro dicta Abbatia construenda confratriam, seu Capellam, quæ nunc est S. Lucæ in dicta terra Pittinei extra muros cum suis juribus, & pertinentiis, in qua, & juxta quam dictus Carithæus possit construere dictam Abbatialem Ecclesiam. Secundùm, ut in ea eligatur Abbas canonicè, & confirmetur ab episcopis Cephalæd. Item, ut ipse Carithæus constituatur primus Abbas perpetuus cum illis juribus, pertinentiis, insigniis, & aliis Abbatiali dignitati spectantibus. Item, quòd pro se, & suis consanguineis proximioribus in genere sit juspatronatus dictæ Ecclesiæ saltem in his, in quibus de jure laici intervenire possunt procurando, & administrando temporalia in dicto monasterio de consensu dicti Abbatis, seu Capituli vacante Ecclesia, &c. Ita adhuc est de jurepatr. familiæ Alserorum, uti anno 1625. Abbas S.T.& V.I.D. Antonius Gelosus civis Canon. Decanus, & vicarius Panor. electus à patrona Benedicta de Alseris, & Durante. Hic abbas professionem & habitum bened. desert. Ejus jura ex Oliveto, & aliis juribus unc. 26. 20. onera unc. 12. 24. sunt.

Capuccinorum cœnobium an. 1592. extra oppidum ære publico constructum. Fratres 16.

Monasterium Benedictinarum *S. Marci* strictioris ordinis antiquissimum, aliquot juribus auctum est à familia nobili *Ruffinorum*, cujus stirpis soror Obedientia Abbatissa corpus patris Fabii, quod anno 1591. 3. april. positum in S. Mariæ de Carmelo Panor. fuerat, huc transferendum, atque hoc Epitaphio decorandum curavit.

D. Fabio Ruffino, non minus generis, quam virtutis laude conspicuo, in regium Capellanum cooptato, Abbati Sanctæ Mariæ de Parco Netino. D. Obedientia Ruffino legitimis orta natalibus, obsequentissima Filia moerens, non sine multis lacrymis, hunc statuit tumulum, quem & sibi praoptat, ne se se mors distraxisse taliter, quos pietas, & amor conjunxerat. Obiit Anno MDLXXXX.

Item & *V. I. D. Silvius Ruffinus*, qui fuit Abbas S. Lucæ, Prior, & Vicarius Cephalædens. obiit summæ bonitatis fama ult. jan. 8. ind. ann. 1580. Hic nunc sorores degunt 18. cum unc. 267. Aliud. ordinis Franciscani in *D. Michaelis Archang.* fundandum, & oliveto, atque vineis dotandum sanxit Ruffinus ex tabulis not. Pauli Ganguzæ 27. jan. 1565. auxitque annuis unc. 29. 26. ex eodem notario anno 1586. 7. maii; sed cùm moniales claustro astringi recusarent, ex Apost. facultate factum est beneficium simplex.

III. CALATAVUTURIS Saracenicæ appellationis oppid. in edito situm monte juris nunc Aloysii Moncatæ Principis Paternionis lares 1160. & incolas 4195. recenset. Ædes major paroch. *S. Bartholomæi* reliquiis ejusdem *Apost. Hieronymi, Nocasii, & Rosaliæ V. Panorm.* illustrata unc. 70. habet, sacellum *S. Sacramenti* unc. 19. 20. Secunda paroch. *SS. Petri, & Pauli* ab Episc. Gonzaga pro populi commoditate erecta est.

Prioratus S. Barbaræ ex suffraganeis Monasterii S. Trinitatis Mileti Calabriæ initio, pòst annexus est Abbatiæ S. Anastasiæ de Castellobono, ut in ea notitia. Proventus sunt hodie sc. 40.

Alter Prioratus, quæ *Abbatia S. Antonii Abbatis* appellatur extra mœnia; ejus Rector seu Abbas presbyter Antonius de Mayo Calatabuut. ex antiquis juribus unc. 26. 11. exigit.

Augustinianorum Conventus sub dominatu Spataphoræ conditus est in æde S. *Jo. Baptistæ*. Fratres 6. cum unc. 51. 17. *Minorum Refor. Obser.* in *S. Maria de Jesu* ad primum lapidem ab oppido, ære publico anno 1625. erectum cœnobium, ibi *S. Crucifixi* simulacrum maximo cultu venerantur. Fr. 12. *Moniales Benedict.* in *S. Maria la Nova* studio, & ære Spataphoræ, oppidi domini, claustris sacris mancipatæ nunc sunt 33. cum unc. 400. *Domus Pietatis & hosp.* cum unc. 80.

IV. POL-

IV. POLLINA, de qua Franc. Maurolycus de locis Siciliæ l. x. c. 21. *Apollonia*, ait, *quæ nunc Pollina juxta Cephaladem ex reliquiis antiquioris Apolloniæ, quæ fuit in agro Catanensi, condita*: fortè hausit ex Fazello dec. 1. l. 2. c. 10. afferente fuisse juxta Centuripen; Cluverius verò Apolloniam unam in Sicilia non in agro Catanæ, sed juxta Calactam, & Aluntium, hanc eamdem *Pollinam* fuisse probat. Apolloniæ meminit Diodor. lib. 16. c. 20. & Cic. in Verr. lib. 3. c. 5. oppidum est parvum à montis cacumine, densisque nemoribus mare perspectans. Id Fridericus Rex anno 1201. dedit Ecclesiæ Cephal. quæ anno 1320., cum Francisco Vigintimilio Comite Hieracensi commutavit; nunc hæreditario jure Franciscus III. possidet cum 329. laribus, & 1234. incolis. Majoris paroch. Ecclesiæ *S. Petri Apost.* proventus sunt unc. 29. 29. *Domus Hospitalis*, & *Montis Pietatis* in æde Spiritus Sancti unciæ 11. 15. *Franciscanorum Convent.* Cœnobium est antiquissimum, sed jam defecit.

V. GRATTERIS antiquum oppidum à Cratere ob perennem stillantem aquam celebri dictum, Berillo lapide nobile, nunc juris Caroli Mariæ de Vigintimiliis, habet lares 487. & oppidanos 1630. à quo parum recedit ad maris Tyrrheni oram Roccella, cui subest arx, & Ecclesia S. Jo. juris Ecclesiæ Cephalud. ædes Paroch. *S. Michaelis*, cujus proventus vix unc. 4. sacelli SS. Sacramenti unc. 8. 23. ejus societatis unc. 3. 21. præcipuis exornatur SS. Reliquiis scilicet *Spinis Coronæ domini*, *dente molari S. Annæ*, *costula S. Jacobi Apostoli*, *&c.*

Præmonstrat. ordo olim in Sicilia.

Monasterium *S. Georgii de Grattera ordinis* primùm *Præmonstratensis*, pòst *equitum hospitalio Hierosol. S. Jo. Baptistæ* extructum, dotatum à Duce Rogerio filio primogenito Rogerii primi Siciliæ Regis anno circiter 1140. ut per suum hoc diploma testatur Tancredus filius nothus Ducis Rogerii. *In nomine*[a] *Dei æterni, & Salvatoris Jesu Christi. Amen. Tancredus divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ. Etsi de innata nobis mansuetudinis gratia, benignitate procedat, ipsius intuitu, cujus clementia præside Nos adjuti, solii ad fastigia conscendisse cognovimus, sacrosanctas Ecclesias Regni nostri, & loca venerabilia divino cultui dedicata munifica liberalitate respicere, & congruis beneficiis ampliare; illis tamen Ecclesiis, & locis venerabilibus propensiori cura, & speciali quodam favore convenit benignius providere, quas Progenitorum nostrorum recolendæ memoriæ, & præcipuè domini Ducis Rogerii illustris Patris nostri inclytæ recordationis largitionibus, & beneficiis cognovimus fuisse fundatas. Inde est quod cùm, tu Salatiel venerabilis Prior Monasterii S. Georgii in Grattera, celsitudini nostræ devotiùs supplicares: quatenus ipsi monasterio, quod illustris Pater noster ædificasse dignoscitur; de munificentia nostra gratia, de aliquo beneficio provideremus; preces devotionis tuæ & supplicationes benigno favore admittentes intuitu Dei, & pro remedio animæ inclyti patris nostri felicis memoriæ concedimus, & perpetuò donamus tibi, & successoribus tuis, atque prædicto monasterio Casale, quod dicitur Amballua, quod fuit olim Simonis Senescalci, cum justis tenimentis, & pertinentiis suis de liberalitatis gratia, & dono Majestatis nostræ liberè possidendum. Ad hujus autem nostræ devotionis, concessionisque memoriam, & immutabile firmamentum, præsens privilegium per manus Sansonis Notarii, & fidelis nostri scribæ, & bulla plumbea nostro typario impressa jussimus roborari, anno, mense, & indictione subscriptis. Dat. in Urbe felici Panormi per manus Matthæi Regii Cancellarii anno dominicæ incarnat. 1090. primo mensis maji 9. ind. Regni verò domini nostri Tancredi Dei gratia magnifici, & gloriosi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno 2. feliciter amen. Ducatus verò domini Rogerii Dei gratia gloriosi Ducis Apuliæ filii ejus anno primo prosperè. Amen.* En quam longè aberrent plurimi cum Fazello afferentes Tancredum Regem fuisse filium nothum Rogerii Regis, cum hinc apertissimè constet Rogerii Ducis filium fuisse. Dixi fuisse fundatum cœnobium an. circiter 1140. quia fuit confirmatum à pp. Innoc. II. qui sedit ab an. 1130. ad 1142. ut clarè constat ex alia pontificia confirmatione. En illam. *Lucius*[b] *Episcopus ser. ser. Dei dilectis filiis Joanni Priori, & fratribus ecclesiæ S. Georgii in Cavea Gratteriæ tam Præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum religiosam vitam degentibus. Apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos à proposito revocet, aut robur (quod absit) sacræ religionis infringat; eapropter dilect. in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuentes, & præfatam ecclesiam, in qua divino estis obsequio mancipati, ad exemplum prædecessorum nostrorum sanctæ recordationis Innocentii, & Lucii * Romanorum Pont. sub D. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam, atque institutionem Præmonstratensium fratrum in eadem ecclesia noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur, &c. Confirmamus omnes possessiones concessas, & concedendas à Regibus, Principibus, &c. de quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo præfata Ecclesia sita est cum omnibus appendicibus suis, Ecclesiam S. Leonardi Asinelli cum molendinis, & cæteris pertinentiis suis, Possessionem S. Petri de Prato Ganga cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Nicolai de Grattera cum possessionibus suis, & ecclesiam S. Catalai Partinici cum molendinis, & possessionibus suis &c. Datum Velletri per manum Alberti S. R. E. Card. & cancell. 12. Kal. Januarii ind. 1. Incarnationis domin. anno 1182. pontif. verò domini Lucii III. anno 2.* Quo in diplomate Lucius, & XII. Cardinales subscribuntur. Huic cœnobio Gilibertus de Monteforte Comes Petraliæ, atque Regis Friderici I. Senescalcus, ejusque uxor Comitissa Isabella concessere quædam prædia in oppido Petraliæ, datis litt. anno 1200. 1. martii 4. ind. quas legi in tabulis eccl. Cephalædensis. Anno 1393. *F. Benedictus de Ginestra ord. Canon. regul. S. August.* Regius Capellanus Prior de Garaff diœc. Barcinonen. eligitur à Rege Martino Seniore *Abbas S. Georgii de Grat-*

Datur Casale Amballua.

Tancredus Rex filius Rogerii ducis.

a Extat in tab. Eccl. Cephal. & in litibus Baronis Gratterii cum Relig. Melitens.

b Autogr. in tab. eccl. Cephal.

de Gratterio datis litt. Catanæ 24. novembr. 1392. in Reg. Cancell. 1393. fol. 280. tanquam de jurepatron. regio. Sed quia fuerat etiam præsentatus à Rege Martino *F. Petrus de Raymundo ejusdem ord.* unà cum beneficio S. Barbaræ Calaxibettæ, & *S. Maria de Gangio* [a], scribit Rex Catana 24. junii 1396. 5. ind. in Cancell. fol. 76. Antonio de Vigintimilio Comiti Collisani, atque utriusque Petraliæ, item & Episcopo Cephalædensi 10. aug. 7. ind. 1402. [b], ut amoto quocumque illegitimo detentore, F. Benedictus, seu Bernardus in sua redintegretur possessione. Qua sanè ratione Præmonstratenses defecerint, & iis fratres equites Hierosolymitanæ domus S. Jo. Baptistæ successerint, mihi non constat.

[a] Prot. I. an. 1395. fol. 71.

[b] Prot. fol. 360. & canc. 1401. fol. 143.

Franciscani Conventuales sub tit. *S. Mariæ de Jesu* inter Oliveta extra Oppidum, pervetustum habent cœnobium, fratres 4. cum unc. 68. 29. Hinc ortum habuit *F. Sebastianus à Gratterio sacerdos Capucc.* qui fuit sui ordinis in Sicilia tertius provincialis, à Minorum observantium ordine in ipsis Capuccinorum primordiis ad eos accessit: ejus vita, & mors maximis illustrata miraculis fuere, itaut in missæ sacrificio, dum *Agnus Dei* pronuntiaret, ei Christus corona spinea imposita, atque flagellis vulneratus, prout à Pilato fuerat populo prolatus dicente, Ecce Homo, apparuit in hostia, & sæpe B. Mariæ apparitione. Sebastianus fruebatur F. Obiit in Castellobono anno sal. 1562. ex Chron. Capucc. anno eodem.

VI. CASTELLUCIUS opp. juris est Erasmi Cannizarii cum 536. laribus, & 1805. oppidanis. Est ecclesia paroch. *Nativitatis B. M. V.* cujus proventus sunt un. 4. 9. pro quolibet sacerdote de communia, cum sacello SS. Sacramenti unc. 60. Ædes S. *Mariæ del Soccorso* anno 1595. à domino oppidi data est fratribus Reform. Franciscanis; iis an. 1634. recedentibus successere *Fratres Observantes* nunc 8. cum unc. 35. *Domus hospit.* jam collapsa cum unc. 3. 3.

VII. XILLATI juris Aloysii Moncatæ Principis Paternionis cum 110. laribus, & 435. incolis ædes est dicata *S. Mariæ de Catena*, de jurepatr. Principis, reliquias habet *SS. Cosmæ, & Damiani*; capellani proventus sunt unc. 16. 18.

VIII. *Admenusa* feudum, ubi est ædes *S. Annæ* cum annuis unc. 8.

(„ IX. *Lascaris* oppidum recentissimum, ju„ ris Baronis Gratterii, cujus lares 90. acco„ læ 212.)

IN CEPHALÆDENSI DIOECESI

LARES, ANIMÆ, CIVITATES, OPPIDA, ABBATIÆ, *Monasteria, Religiosique sunt.*

Lares numero 11768. Animæ numero 43674. Civitates III. *Cephaladum, Politium, & Mistretta.*

Principatus II. *Resutanum, & S. Stephanus.*

Ducatus II. *Campusbellus, & Regitanum.*

Marchionatus II. *Mons-Major & Motta fermi.*

Comitatus III. *Collisanus, Sclaphanum, & Isnellus.*

Dominatus VII. *Thusa, Pithinaum, Calatavunturum, Pollina, Gratterium, Castillucius, & Xillatum.*

Abbatiæ VII. *S. Maria Montis major. S. Maria de Sparto Motta, S. Maria de Pedali coll. S. Lucæ Pittinei, S. Antonii Calatav.* olim *S. Georgii Gratterii ordinis Præmonstratensis. S. Maria de Vocante Mistr.*

Prioratus VII. *SS. Cosmæ & Damian. S. Maria de Burgitabus jurispatr. reg. S. Maria de Gibilmanna. S. Crucis Politii jur. pat. reg. S. Stephani & S. Vinc. Mistr. adnexa* Abbatiæ *S. Anastasia*, olim, *S. Maria, & S. Petri Latina Polit & S. Barbara Calatavu.*

Commendæ S. Jo. Melitæ II. *S. Jo. de Politia & S. Georgii de Grattera.*

Commendæ olim Teutonicorum I. S. *Trinitatis Politii.*

Dominicanorum III. *Cephal. Politii, & Collisani.* Cum fratr. 25.

Francisc. Convent. VII. *Cephal. Politii, S. Stephani, Collisan. Isnel. Thusa, & Gratter.* cum fratr. 33.

Franc. Observ. II. *Cephal. & Politii.* Cum fr. 20.

Franc. Observ. *Refor.* III. *Collisani, Mistretta, & Calatavu.* cum fr. 34.

Capuccin. VI. *Cephal. Politii, Mistretta, Collisan. Thusa, & Pittin.* cum frat. 82.

Carmel. Conv. III. *Cephal. Polit. & Regit.* cum fr. 13.

August. Conv. IV. *Cephal. 2. Thusa, & Calatav.* cum fr. 20.

Mercenar. Conv. I. *Montismajoris* cum fr. 6.

Mercen. Refor. I. Cephaludi cum fr. 12.

Bonorum fratrum B. Jo. de Deo I. *Politii* cum relig. 9.


Monialium Benedict. VIII. *Cephalad. Politii 2. Mistretta, Montemaj. Collisan. Pithin. & Calatavu.* cum soror. 280.

Monial. Francisc. II. *Motta fer. & Sclafani* cum sor. 30.

Educandarum puell. I. *Politii.*

MAZAREN.

MAZARENSIS
ECCLESIÆ EPISCOPALIS
NOTITIA SEXTA:
ABBATE NETINO D. ROCCHO PIRRO AUCTORE:



EMINENTISSIMO DOMINO
D. JOAN. DOMINICO SPINOLA
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,
EPISCOPO MAZARENSI.



UAM de Tua Mazarensi *Ecclesia (Eminentissime Cardinalis) Notitiam à me diuturna defatigatione comparatam, ut aliis prodessem evulgare statui, eam tibi offerre, insita quadam cordis vis ad obsequentis animi declarationem amicè compellit; & lubens huic audaciæ indulgeo, nam ab amantissimo suæ ecclesiæ Pastore, quidquid ad eam exornandam utrumque faciat, hilari excipiendum manu confido. Sed de meo hoc opusculo id ferè velim sentias, quod de Chamæleonte scripsit Tertullianus* Lib. de pallio cap. 3.: Chamæleontem (*ait*) qui audieris, haud antè gnarus, jam timebis aliquid amplius cum Leone; at cum offenderis apud vineam fermè sub pampino totum, ridebis illico audaciam Græci nominis; quippe nec succus est corpori: Chamæleon pellicula vivit, capitulum statim a dorso, nam deficit cervix: circumspectu emissitii ocelli, imo luminis puncta vertiginant; hebes, fessus vix se a terra suspendit: molliter incessum stupens promovet, gradum magis demonstrat, quam explicat, jejunus scilicet, & indefectus. Chamæleon mutare totus, nec aliud valet; nam cum illi coloris proprietas una sit, quid accessit, inde suffunditur. *Quamvis enim præclarum, ac maximum quidpiam is opusculi titulus*, Mazarensis Ecclesiæ Notitia, *spondeat, nam pleraque in ea sunt non mediocriter illustria; nil tamen eximium, ut mihi arrogem, mei tenuitas permittit ingenii, parvo foliorum numero libellus continetur: nullus in illo eloquentiæ succus: aridam pœnè dixerim narrationem, & Antistitum catalogum sine ulla*

digressionum pompa exhibet; circumspicere quidem tentat omnes istius Præsulatus annos, sed vereor, ne parum videat, pauca certè refert: quarè non deerit fortè qui hebetem, tardigradumque compellet. Sed quamvis hæc excuset vitia, rerum inprimis in plurium annorum caligine involutarum obscuritas, tum earumdem rerum dignitas, ac multitudo, scriptorum diligentiam supergressa, ac demum mei operis moles, quæ dum omnes Siciliæ *Præsulatus complectitur, minorem singulis curam partitur, ac in mea præsertim virium imbecillitate: non ita tamen me meorum amor cepit, quin hæc adesse vitia sentiam. Sed illud mihi commodè accidit, quod à splendidissimo tua purpura nitore, tuaque humanitatis luce possit hæc Notitia jucundissimè exornari. Contendit sanè* Plinius[a] *Chamæleontem quoscumque colores reddere præter rubrum candidumque; neque ego diffitebor meum hunc libellum non satis aptè tuæ purpuræ crocum excipere, neque capere posse quantam tui nominis claritas dignitatem afferat: at satis, superque mihi sit, si fulgorem aliquem è tui amplissimi nominis radiis excipiat. Id ergo te, Cardinalis amplissime, oro, obtestorque, ut quâ morum facilitate, amabilique comitate excellis, eadem meam hanc tuæ Ecclesiæ Notitiam excipias, nec illam è tuo sinu repellas, eo saltem nomine, quòd obsequium tibi, tuæque Ecclesiæ conetur offerre; ita enim fiet, ut tuis illustrata radiis, minus obvia livori, & honor aptior per doctiorum hominum manus deferatur. Vale Cardinalis amplissime, ac diu felix vive.* Panormi *idibus Aprilis ab orbe repar.* 1641.

a Lib. 8. c. 33.

Emin. vestræ

addictissimus servus

ABBAS D. ROCCHUS PIRRUS.

MAZARA *inclita* Urbs, vel cùm Selinis staret, oppidulum illud erat, & Emporium ad fluvium cognominem, quod ab Annibale nullo negotio captum est, ex Diodoro lib. 14., vel eadem erat ac Selinis Urbs è Megarensibus, teste Strabone lib de situ orbis; ita Raphael Velaterranus lib. 6. de locis Siciliæ sentit. Alii[b], quod magis arridet, fuisse tunc à Pammilo Megarensium Imper. exædificatam crediderunt; cùm ii Megara expulsi Selinim habitarunt. Nomen utrique urbi à suo cuique flumine Selini, & Mazaro desumptum reor[c]. Sed plerique scribunt nomen ei fecisse Mazanum Ducem exercitus ab Afrorum Rege transmissi; Is enim cùm circiter annum sal. 826. reliqua Sicilia occupata, Mazaram in eam amplitudinem ac formam, qua adhuc claret, auxisset, & Urbi, & regioni universæ nomen indidisse dicitur. Rogerius autem Northmannus Siciliæ Comes, superatis ac pulsis è Sicilia Saracenis, & tandem anno 1075.[d] Teniminio Africanæ classis navium 150. Præfecto; mœnibus cinctam, & arce munitam Regiam sibi constituit[e]. Robertus enim Guiscardus Panormum solam sibi delegerat, reliquamque Siciliam Rogerio fratri tradiderat; ex voto etiam Christo omnium Servatori, ejusque virgini matri Rogerius anno 1093. Cathedrale templum testudinato opere extruxit[f]. Quarè in tantæ victoriæ, & beneficiorum monumentum, marmoream Rogerio statuam, quæ adhuc extat, affabrè efformatam in foro posuerunt cives Mazarenses.

b Adde de Topog. Maz. Aretius de sit. Sic. fol. 36. Fazel. dec. 1. l. 6.

c Ex Ptol. de situ Sici Aret. & Faz.

d Faz. dec. 2. li. 1. Lupus Protosp. apud Caruc. f. 112.

e ex iisdem, & Vincentio Tortor. de erect. e cl. Calat. § 3.

f ex lib. Regum fi. 153. c. 1.

Anno Christi. 1093.

I. STEPHANUS *de Ferro*, genere *Gallus Rhotomagensis* Comitis Rogerii consanguineus (uti ex antiquissimo instrumento die 5. julii ind. 5.[g] scripto, ubi idem Stephanus facta à Comite Rogerio consanguineo facultate, concedit germano suo Joanni de Ferro quosdam terræ tractus, apertè constat) primus fuit Antistes Mazarensis ab eodem Comite electus, & Urbano II. pp. consecratus. En diploma autogr. in eccl. Maza. exscrip. in li. præl. Sic. fol. 129.

g ex scripturis ant quis existentibus in curia Iurator. Panormi an. 1430 12. sept. 9. ind ex quibus claret nobilit. Beati dominorum de Ferro familiam ab Jo. hoc origi. nem trahere.

In nomine æterni, & Salvatoris Jesu Christi. Amen. Ego Rogerius Calabriæ, & Siciliæ Comes A *divino munitus præsidio, gladio superna gratia cinctus, galea & scuto bona, & laudandæ intentionis adornatus, Siciliam petii contra nefandam Saracenorum feritatem pugnaturus; quos septiformi conciliante gratia, quos cooperante, quinimo omnia efficiente Divina misericordia, expugnavi, & expugnans eorum superbiam, & injurias nostræ fidei, & instantem audaciam minoravi, & (veriùs loquar) penitus ad nihilum redegi. Quis etenim visa Castellorum, & Civitatum earum ampla, & diffusa ruina, & palatiorum suorum studio mirabili compositorum ingenti destructione percognita, Saracenorum, quorum usibus superfluis hæc deserviebant, in commoditates non attendat esse multiplices, miserias magnas, & detrimenta innumerabilia? Horum igitur potentia, horum contra Christicolas vehementi insania potentialiter annihilata, & tota Sicilia mihi, & meis obediente imperatibus per omnia; Ego Rogerius*[h] *prædictus Comes anno* 1093. *ab incarnatione Dom. nostri Jesu Christi: Urbano II. Apost. Sedis Præsidente, Rogerio Duce Calabriæ ducatum regente, & Apuliæ, in acquisita Sicilia Episcopales ecclesias ordinavi, quarum una est Mazariensis Ecclesia, cujus Episcopus vocatur* STEPHANUS; *cui in parochiam assigno quidquid infra fines subscriptos continetur, videlicet à loco, in quo Belich*[*] *fluvius mare ingreditur, usque ad cavam desubtus Corleonem, quæ cava durat usque ad petram de Zineth, & a Zineth tendit hæc parochia usque ad divisionem Jatinæ, & Cephalæ: videlicet usque ad grandem Cristam, & à crista tenditur usque ad Saganam, & à Sagana usque ad Carines, & à Carinis usque ad districtum arenosum, ubi est divisio Panormi, & Carinæ. Inde verò usque ad mare: inter quos fines est Civitas Mazaria cum omnibus suis pertinentiis. Marsala cum omnibus suis pertinentiis. Trabolis cum omnibus suis pertinentiis. Calatub.*[*] *cum omnibus suis pertinentiis. Parthenich*[*] *cum omnibus suis pertinentiis. Gulmes,* alibi lego Cinos[*], *cum omnibus suis pertinentiis. Carine cum omnibus suis pertinentiis. Jath*[*] *cum omnibus suis pertinentiis. Calathazarath*[*] *cum omnibus suis pertinentiis, Belich cum omnibus suis pertinentiis, & reliqua omnia, quæ sunt, vel quæ deinceps facta fuerint:*

Anno Christi. 1093.

h Habes in lib. monum. fol. 133.

* Nunc solum arx dicta Calatum.
* Nunc sola Partanici.
* Nunc Cinisi.
* Nunc Grati subditione Archiepis. Monter.
* D. Calatau-nith.

Anno Christi. 1100.

*fuerint: seu urbes, seu Castella, vel casalia, vel quaque sint mansiuncula seu magna, seu modica: vel monasteria, vel ecclesia, vel capella cum omnibus decimis omnium quorumque fuerint in propietate STEPHANI Episcopi, & aliorum successorum, post eum venientium Episcoporum. Do & concedo Casale Bizir * cum villanis centum. Horum verò omnium si aliquis aliqua pradicta ecclesia, & Episcopo suo abstulerit, vel injustè retinuerit, qualiscunque persona fuerit, anathemate damnetur. Ut hac igitur nostra concessionis devotio in perpetuum, robur obtineat firmitatis: prasens privilegium eidem Episcopo, & sua Mazariensi Ecclesia fieri feci mea bulla plumbea communitum. Datum in civitate Mazaria per manus Roberti de Urbè Capellani, & Cancellarii nostri anno dominica incarn. 1093. mense octobri prima indictionis.*

* alibi lego Buxel.

Hæc omnia suis apostol. litteris confirmavit Paschalis II. pont. Max. iis verbis.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei dilecto fratri Stephano Mazariensi Episcopo, ejusque successoribus canonicè [a] *promovendis in perpetuum. Omnipotentis Dei nutu mutantur tempora, transferuntur regna. Hic est, quod magni quondam nominis nationes dejectas, & depressas, viles verò, atque exiguas nonnumquam legimus exaltatas. Hinc est, quòd in quibusdam regionibus christiani nominis potestas paganorum terras occupavit; in quibusdam iterum paganorum tyrannidem christiana potentia dignitas conculcavit; sicut nostris temporibus gloriosissimorum Principum Roberti Ducis, & Rogerii Comitis fortitudine superna dignationis miseratio omnem Saracenorum violentiam in Sicilia Insula expugnavit, & antiquum ecclesia sancta statum pro voluntatis sua beneplacito reparavit. Unde & ipsius ineffabili misericordia gratias agimus, & ipsius gratias super illos egregios fratres: alterum jam defunctum, alterum ipso prasente superstitem imploramus; & ad ecclesiarum, qua in eadem Insula sunt, ordinationem, seu confirmationem pro nostri officii debito anhelamus. Sicut igitur annuente Deo & Mazariensis, & caeterarum Parochia per Apostolicum bon. memoria Urbanum pradecessorem nostrum disposita sunt, ita & nos Mazariensis, cui auctore Deo prasides ecclesia, diœcesim prasentis decreti auctoritate firmamus; statuimus enim, honorande frater, & coepiscope Stephane, ut tibi deinceps, tuisque legitimis successoribus episcopali jure regendum, ac disponendum perpetuò maneat quidquid intra fines subscriptos continetur: videlicet à loco, in quo Belich fluvius mare ingreditur, usque ad cavam desubtus Corleonem, qua cava durat usque ad petram de Zineth, à Zineth tenditur hac parochia usque ad divisionem Jatina, & Cephala: videlicet usque ad grandem cristam, è crista tenditur usque ad Saganem, à Sagana usque ad Carinas, à Carinis usque ad districtum arenosum, ubi est divisio Panormi & Carina; inde verò usque ad mare. Intra quos fines est Mazaria cum omnibus suis pertinentiis; Marsalia cum suis, Trabolis cum suis, Calathameth cum suis: Calathabubi cum suis, Cinos cum suis, Carine cum suis, Jab cum suis, Calathac Zaruch cum suis, Belich cum suis omnibus pertinentiis; & reliqua omnia, qua sunt, vel deinceps facta fuerint Castella, seu Casalia, sive urbes. In proprio autem tam tuo, quàm successorum tuorum jure Casale Buxei cum centum villanis sicut à supradicto filio nostro Comite Rogerio traditum est, conservetur. Praterea quacumque in posterum liberalitate principum, vel oblatione fidelium eadem Mazariensis ecclesia justè, atque canonicè poterit adipisci, firmam tibi, tuisque successoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temerè perturbare, vel ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur tam tuis, quàm clericorum, & pauperum usibus omnimodis profutura. Siqua igitur in posterum ecclesiastica, sacularisve persona hanc nostra constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiòve commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque à sacratiss. corpore, & sanguine Dei, & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena sit: & in extremo examine districta ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesia justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi: quatenus & hic fructum bona actionis percipiant, & apud districtum judicem pramia aeterna pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.*

[a] autogr. in eccl. Maz. exscrip. lib. monum. fol. 31.

Ego Paschalis catholica ecclesia episcopus ss.

Ego Albericus cardin. presb. tit. S. Petri ad vincula ss.

Ego Oddo Ostiensis episcopus huic privil. ss.

Ego Milo Pranestinus episcopus ss.

Ego Joannes Tusculanus episcopus ss.

Ego Albertus Sipontinus Archiepiscopus ss.

Ego Robertus cardin. presbyt. de tit. S. Eusebii ss.

Ego Robertus Mess. Episc. ss.

Ego Rogerius Syracusanus episcopus ss. In sigillo, verbo domini cœli firmati sunt S. Petrus, S. Paulus. Paschalis PP. II. Datum Melfia per manum Joannis S. R. E. Diaconi cardin. idibus octob. ind. 8. incarn. domin. anno 1100. pontific. autem domini Pascalis PP. II. anno 2. („Anno 1096. Rogerius Siciliæ Comes ex consilio nostri Stephani, aliorumque Episcoporum, Scyllacensem Episcopatum adhuc Græcum, latinum voluit, ex diplomate apud Ugellum t. 9. Ital. Sac. f. 416.)

Anno 1124. Stephanus cum Guillelmo Episcopo Messanensi D. Annæ templum in eo terræ tractu, qui *Galat* prope Turturetum dicebatur, dedicavit [b]. Anno 1129. 15. maji TRISTANUM *Episcopum Mazarinum* coronationi Regis Rogerii interfuisse legitur in M. S. codice [c], sed ex exscriptorum imperitia corruptam nomen existimo: nusquam enim alibi in tot monumentis, quæ evolvi, ejus vestigium reperio. Per hæc tempora eruditus, ac nobilis in primis vir D. Aloysius Lasarina retulit se in autographo apud Camill. Tutinum Neapoli, Characteres vidisse ferè corrosos, ac dubitasse an legendum sit Augustin. vel Stephanus; ego verò Stephanum legerem. Is Stephanus senectute confectus obiit xi. Kal. januarii ex vetustissimo Kalend. Ecclesiæ Mazar. m. s. quo autem anno obierit, non liquet.

[b] Ibi. mon. fol. 50. & in not. Mess. ad eum an.
[c] in notitia Messan. ex s. a.

II. LIBER-

Anno Christi. 1144.

II. UBERTUS, five OBERTUS anno 1144. Mazarensem regebat ecclesiam. Eidem Rogerius Rex Comitis Rogerii filius diploma patris confirmavit, aliaque bona adjecit.

In nomine[a] *sanctæ, & Individuæ Trinitatis, amen. Rogerius Dei gratia Siciliæ, Calabriæ, & Apuliæ Rex. Regiæ liberalitatis munificentia, quos operis exhibitione fideles sibi noverit extitisse, dignis muneribus honorare, & eorum petitionibus, ut ad fidei flagrantiam animosiùs attendatur, misericorditer consuevit annuere; tunc enim bene fidei meritis respondet, cùm regalia beneficia transcedunt merita subditorum, maximè in his, quæ piis locis divino intuitu misericorditer conceduntur. Hinc est igitur, cùm, tu OBERTE venerabilis Mazariensis Episcope, dilecte familiaris noster, suppliciter ageres, & devotè Majestatis nostræ celsitudini supplicares; quatenus pia concessione diœcesis Mazariensis ecclesiæ tuæ, & casalis Bisir, quod illustris dominus Rogerius bon. mem. Calabriæ, & Siciliæ Comes genitor noster in prima ipsius ecclesiæ fundatione piè fecit, & devotissimè ordinavit; de nostra munificentia gratia confirmare collata, & augere de bono in melius dignaremur. Nos verò, ut in augendo simus participes præmii, & confirmando tanti patris bonæ voluntatis elogium observemus, intuitu Salvatoris mundi, qui nos fecit, cùm non essemus & redemit, cùm perditi essemus, nec non & intuitu fidelitatis, & servitii tui, super hac preces tuas, ut pote dignas benigne duximus admittendas: dantes in perpetuum tibi denuò, & successoribus tuis canonicè intrantibus decimas omnium Portuum, & Tonnariarum tuæ diœcesis, nec non & Tonnariam, quæ est in plagia Sibilianę inter Mazariam, & Marsaliam, & confirmantes omnia quę in privilegio ejusdem genitoris nostri facto eidem ecclesię vidimus contineri. Quod nobis tua devotio obtulit, & legi fecimus in prę sentia plurimorum; cujus tenor per omnia talis erat. Rogerius &c.* integrum attulimus suprà ad an. 1093. sequitur Rex. *Ad hujus autem liberalitatis, & munificentię nostrę, & pręsentis nostrę concessionis, donationis & pręfatę constructionis ejusdem domini Rogerii Comitis domini patris nostri recolendę memorię factę eidem Mazariensi ecclesię, & perpetuę confirmationis memoriam, & inviolabile firmamentum pręsens privilegium tibi dicto UBERTO venerabili Mazariensi Episcopo, & tuę prę nominatę Ecclesię per manus magistri Oddonis Remensis notarii, & fidelis nostri exinde scribi, & nostro signaculo insignitum, & bulla plumbea Majestatis nostrę typario impressa jussimus roborari. Datum in Urbe felici nostra Panormi per manus Roberti magistri Cancellarii domini nostri Regis anno Incarnationis dom.* 1144. *mense martii ind.* 7. *regni verò domini nostri domini Rogeri gloriosissimi Sicilię, Calabrię, & Apulię Regis, & principatus Capuę anno* 14 *feliciter amen.* Subscribitur: *Rogerius in Christo Deo pius, potens Rex & Cristianorum adjutor:* in sigillo: *dextera domini exaltavit me, dextera domini fecit virtutem. Reg. divina favente clementia Sicilię, Calabrię & Apulię Rex.*

Eodem anno, mense Julio inter Ubertum, & ministros Regios de finibus prædiorum ecclesiæ ortam controversiam Rex facilè composuit, accersito Episcopo, & Canonicis ex lib. mon. fol. 138. Suum clausit diem Ubertus Agrigenti 18. Kal. decembris[b]. quo verò anno non constat.

Anno Christi. 1157.

III. TUSTINUS, seu TRISTANUS[c] Uberto successit in Mazarensis ecclesiæ præfectura; sive quòd patria Lilybitanus, sive quòd Lilybitana antiqua & notior ecclesia sibi subjiceretur, ita subscribebatur: *Ego Tustinus Dei gratia Mazarensis qui & Lilybitanus.* Hujus primùm anno 1157. meninere tabulæ Panormitanæ Ecclesiæ, in quibus subscribitur in concessione feudi Bruccati à Rege Guill. ipsi Pan. ecclesiæ facta: *Ego Tustinus Mazariensis Episcopus interfui, & subscripsi*[d]. Is magnæ fuit auctoritatis, & nominis apud Guill. I. & II. Reges[e]. sub imperio Primi, Georgio Majoni Barensi Apulo, viro scelestissimo magno Regni Cancellario simulavit adhęsisse; ab illo in Melsiam, ac Apuliam Regis nomine legatus transmittitur, ut Apulos adversus Majonem ferociores mitigaret, & in fide contineret, sed perfidè Tustinus ad acerbiora, ac pejora in Majonis odium sollicitavit Apulorum animos anno 1166. Guillelmo II. fuit carissimus, & intimus familiaris, ac consiliarius, qui simul cum Romualdo Salernitano, & Rogerio Rhegyno Archiepiscopis Gentileque Episcopo Agrigentino regni curam gerebat. Anno 1168. Tustinus, ut majori devinceretur amoris vinculo cum Gentile, scriptis tabulis, ac ita subscriptis: *Ego G. Argigentinus Episcopus certus testis sum. Ego Tustinus Dei gratia Mazariensis Episcopus, qui & Lilybitanus,* utriusque ecclesiæ canonicos eo sædere, ac perpetua amicitia junctos esse voluit; *ut si Agrigentinus obiisset, etiam Mazariæ illius exequiæ celebrarentur, si Mazariensis, Agrigenti non secus fieret.*[f] Anno 1169. concessit jura decimæ, quæ in Casali Carubulæ nunc Pulici parochiæ, ac diœcesis Mazarensis habebat, Monasterio S. Mariæ de Latinis (nunc de Cancellario) quod exædificaverat Panormi Matthæus Cancellarius apud templum S. Eustachii in suis domibus in semita nuncupata *la Ruga Desatosa*, cui præfecit primam Abbatissam Morrotam; scripto diplomate[g] ab Archiepiscopis Gualterio Panormit. Rogerio Rhegyno, Episcopis G. Agrigentino, Joanne Maltæ, & ab ipso Tustino cum Goffrido cantore, Adam Archidiacono, Henrico Grammatico, Luca, Riccardo, Pagano, & altero Richardo canonicis Mazariensibus, mense decembr. ind. 3. id confirmavit pp. Alexander III. datis Florentinæ litteris Kal. febr. ind. 8. an. sal. 1174. pontif. anno 16.[h] An. 1176. mense octobri consentiente Capitulo, precibusque Guill. II. Regis Præsul noster concedit Theobaldo Episcopo, & Abbati Monteregalensi jura omnia, quæ Mazarensis Ecclesia habebat in oppido *Giati & Calatrasi*[i]: hæc enim duo oppida in diœcesi erant Mazarensi. *Giati* meminit Silius Italicus lib. 14. & Plinius l. 3. c. 8. nunc ibi tantùm visitur templum SS. Cosmæ, & Damiani; *Calatrasi* Saracenicum fuit oppidum, deinde Joannis Roberti, & Willelmi Malconventione[k]. Anno 1177. interfuit coronationi Joannæ filię Henrici Regis Angliæ, quæ nupsit Gillelmo II.[l]. Idem Epis-

Marginal notes: 1157. — 1166. — 1168. — 1174. — 1176.

a lib. mon. f. 121. 125. & 135. & lib. privil. f. 140.
b in ms. Kalen. Mazar.
c ex Fazello dec. 2. l. 7. c. 4. & Lello p. 2. f. 17.
d in Notit. Pan. ad an. 1157. nu. 6.
e ex Falcando in hist. sic. & Fazell. l. 6.
f instrum. in tab. Agrig. & Mazar. vide in not. Agrig. eo anno.
g autogr. in dicto monast.
h ibidem.
i autogr. in tab. eccl. Monteregal. ex Lell. p. 2. fol. 19.
k ex Lell. l. c. fol. 13.
l in not. Panor. ad eum an. nu. 2.

Anno Christi 1180.

Episcopus Concionatorum suggestum octo columnis innixum condidit in suo templo Cathedrali: in eo enim legebatur: *prædica Evangelium meum universæ creaturæ. Ad cælum via non fuerat Babylonica Turris. Monstrat in hoc speculo sacra lex tibi scandere cælum. Omnipotenti Deo Tustinus Episcopus.* Ibidem suum clausit diem x. Kal. novemb. 1180, & in capsa marmorea servatur hac epigraphe. *Tustinus Episcopus, fratres orate pro me.*

1182.

IV. MATTHÆUS præerat Ecclesiæ Mazarensi anno 1182. mense martio ind. xv. qui ex dipl. ab eo, & suæ ecclesiæ duabus dignitatibus, sex canonicis, & octo presbyteris subscripto confirmavit jura oppidorum Giati, & Calatrasi, à prædecessore Tustino concessa Ecclesiæ Monteregalensi [a]. Nihil præter ea de Matthæo invenio.

a Autogr. in tab. Montereg. Lect. Ibid. & compendio privil. 13. & 15.

V. TROJANUS Episcopus erat Mazarensium anno 1199. cùm Fridericus Rex, ac ejus mater Constantia Imperatrix scriptis Panormi litteris mense Junio 2. ind. concessere Ecclesiæ Mazarensis Præsulibus decimas redditum omnium partium diœcesis ejusdem. Id privilegium in publicis tabulis Notarii Balthassaris Grilli Mazar. exscriptum leges die 23. Maii 1576. Idem Antistes anno 1199. cum Innoc. III. summo Pontifice, cardinalibus, atque aliis Præsulibus Siciliæ, & Calabriæ interfuit consecrationi templi S. Petri de Balnearia Panormi [b]. Fuit is fortè *Gualterius de Palena* Cancellarius Regius, ac Episcopus Trojanus, cui & Mazarensis Ecclesia fuerat demandata, & ideo dicitur Trojanus.

b In not. Panor. ad eum an.

1220.

VI. JOANNES circiter annum 1220. ad regendam hanc Ecclesiam transmittitur, ut ex bibliotheca Vaticana exscripsit Archiepiscopus Torres in suo Fazello [c]. Sed ibi hujus Antistitis nomen prima tantùm littera I expressa de more signatur: quarè dubito an ejus nomen sit Joannes, an Julianus, aliudve ab ea tamen littera cæptum.

c In biblio. Monterreg.

VII. BENVENUTI cujusdam Episcopi Mazarensis antiquissimum pergamentum in tab. eccles. Maz. anno circiter 1246. meminit. („ In „ additionibus M. SS. noster Pirrus hæc habet: „ *in M. S. legimus: Quintilius Episcopus Lilybæus fecit librum de donationibus factis Ecclesiæ Romanæ an. 1259. an sit Mazarensis?* tunc „ enim Lilybæi Episcopatum defecisse satis certum.)

1246.

VIII. LUCAS Antistes Mazaræ, & aliquot Mazarenses Canonici anno 1260. subcripsere in quibusdam instrumentis sua nomina.

IX. F. NICOLAUM *Monachum Cisterciensem* ex monasterio Savonensi à pp. Clemente IV. fuisse translatum in hanc Ecclesiam, eamque ad annum 1268. rexisse tradunt monumenta Ecclesiæ.

1268.

X. De BENVENUTO II. Mazarensi Præsule anno 1270. tabulæ ejusdem Ecclesiæ, & anno 1273. aliæ Ecclesiæ Panormitanæ mentionem faciunt. („ Cagliola in manif. Prov. sic. Ord. „ Min. Conv. expl. 6. manif. 11. f. 183. eumdem „ esse putat ac Benvenutum à Syracusis Ord. „ Min. qui anno 1266. Siculæ Provinciæ præ„fuit.)

1270.

Anno Christi 1274.

XI. JOANNES II. præficitur huic Ecclesiæ anno 1274. & à Carolo Andegavensi Rege Siciliæ anno 1280. litteras exoravit perscriptas *Petro* [d] *Clineto Magistro Forestarum Siciliæ* his ververbis: *Ecclesiam Mazariensem non molestari debere in possessione Casalis Bissir (quod dicitur Casale Episcopi) concessi à Comite Rogerio, & post confirmati à Rege Rogerio filio &c.* Joannem VIII. idus aprilis Panormi obiisse ex tabulis Ecclesiæ constat.

1280.

d Habes in recit. Neapolit. col. 69.

1282.

XII. WILLELMUS successit Joanni, & illius acta ad annum 1288. leguntur apud tabulas Ecclesiæ.

1288.

XIII. JO. III. *Fulvium*, seu *Fulcum* datum Mazarensibus ex bibliotheca Vaticana eruit Ludovicus II. Torres Archiepisc. Montereg. [e] sub hoc præsule, qui decessit è vita anno 1300. *Benedictum Clavem Decanum, & Canonicum Mazarensem* virum in litteris, ac prudentia eximium floruisse haurimus ex tabulario sacelli nostri S. Petri de Palatio Panormit.

e In annot. ad Fazell.

1300.

1305.

XIV. GOTHOFREDUS *de Roncionibus de Pisis*, quem aliqui *Gothocredeum*, alii *Thescum*, vel *Xhecum*, seu *Pheum* ex nomine per amanuensem in compendium redacto, appellant. Hanc Mazarensis Præsulatus fuisse possessionem assecutum anno 1305. hæc carmina æri campano dicto *Burgeto* ejusdem Ecclesiæ insculpta docent.

Sit Præsul vita, Gotofredo longè petita,
Anno triceno petit super atque mileno
Pontificis primo, indictionis, & trino.

In annum autem 1305. salutis incidit tertia indictio, atque primus annus pontificatus Clementis V.

1305.

Anno 1306. noster Episcopus pia sollicitudine pro sua Ecclesia ab Hæredibus Hugonis Thalac Baronis Arcudaci hæc obtinuit: *de summa unciarum auri quingentarum quinquaginta, quas ejus pater ex omnibus bonis sui præceperat per tabulas testamentarias (de unciis auri octingentis, quas Berardus de Ferro in ejus testamento Majori Mazar. Ecclesiæ seu ejus Prælato in suis bonis ad opus ejusdem ecclesiæ per eundem patrem Hugonis, & socios Epytropos, quos de ejus pecunia, quæ pervenerat ad manus ipsorum tribui, & exolvi mandavit) eo quòd prædictæ unc. 550. ad manus prædicti patris Hugonis pervenerunt de bonis communibus, ipsi Ecclesiæ Mazar. seu ejus Prælato per eum, & dictum fratrem suum exhibere rogavit; solvat ipsi ecclesiæ, seu ejus prælato ob caussam præmissam de prædictis unc. 550. ad eum, & dictum contingentibus unc. auri 200.* ex autographo testamenti apud Notarium Gervasium de Alamanno Mazariensem penes V. I. D. Josephum Centorbi Mazariensem eruto è Conventu S. Francisc. Maz. condito 20. Junii 4. ind. Anno 1312. ab eodem Clemen. Episcopus idem suæ Ecclesiæ duo obtinuit diplomata: alterum datum Viennæ 8. Kal. Decemb. de revocandis omnibus bonis concessis, à suis prædecessoribus. Alterum 5. idus anno 7. Pontif. pro confirmatione omnium privilegiorum Ecclesiæ Mazar. [f] Anno sequenti templum Majus Alcamense sub titulo S. Mariæ, quod deinde datum est fratribus Dominicanis, consecravit. Cùm ego perlustrarem

1306.

1312.

1313.

f Apud tab. Eccl.

Anno Christi. 1317.

rem diœcesim Mazarensem, uti Gubernator, & Visitator generalis nomine Francisci Sanches Episcopi absentis anno 1634. mense octobri in pervetusto marmore legi hæc.

Anno Domini MCCCXIII. Ind. XI. In Die Ascensionis Domini de mense maji hæc Mater Alcamitana Ecclesia B. Mariæ Domina Nostra Consecrata est per R. D. Gotofredum Mazariensem Episcopum, ac dat omnibus ad eandem Ecclesiam prædicto die ascendentibus XXXX. dierum Indulgentiam pie concessam.

Deinde moritur, & sepelitur in suo Cathedrali templo [a].

a Ibidem.

1317. XV. F. PEREGRINUS *de Pactis Messanen.* [b] ordinis Prædicatorum genere nobilis germanus frater Peregrini de Pactis Protonotarii Regni Siciliæ. Noster hic Episcopus, & Damianus Palicius à secretis Reginæ Constantię transmissi fuere oratores ad Jo. XXII. Rom. Pont. ut inito jam fœdere inter Fridericum II. Siculum, & Robertum ejus sororium Neapolitanum Reges, convenientibus sedis Apost. Nuntiis, Episcopo Tranensi, Stephano S. Maximiani, & Petro Testone, oppida omnia, ac Rhegyum à Friderico occupata, Roberto restituerentur [c]. Fuit Peregrinus in aula regia Friderici Capellanus Major. duos habebat generales Vicarios, alterum præfectum caussarum canonicorum, atque Clericorum Regii Sacelli S. Petri de Palatio [d]; alterum F. Nicolaum Ciminum sui ordinis Dominicani, virum sanè doctrinâ, ac prudentia clarum pro Mazarensis ecclesiæ regimine. Hic

b Ex Maurolyco in hist. sic. f. 158.

c Apud Sicul. hist. & in vita Io. XXII.

d In tab. ecclesiæ S. Petri.

1318. litteras regias 15. decembr. xv. ind. 1318. transmissas Bajulo, & Judicibus Mazaræ obtinuit, quibus decernebatur, caussas Judæorum Mazaræ ac ejus diœcesis ad Episcopum pleno jure spectare [e]. Eo anno ex Friderico II. & Aleonora Caroli II. filia, ac Roberti sorore natus infans Rogerius in Cathedrali templo abluitur sacro baptismate; & regio jussu nativitatis historia in tabula lignea, ubi Rogerius sub umbella prævio musicorum choro ad S. Baptismum deferendus depingitur hac inscriptione: *Rogerius Friderici II. & Aleonoræ Reginæ filius hic Mazar. ortus, & renatus anno 1318. die 8. maji.* Tunc dato dipl. 14. julii 1. indict. ad lætitiæ significationem Rex concessit, ut à dohanarum solutione eximerentur merces, quæ ad nundinas S. Salvatoris deportabantur [f]. Episcopus verò confirmationem privilegii decimę tonnariarum Bonagiæ, Cophani, S. Nicolai, Insulæ Favignanæ, & Castri ad mare de Gulfo impetravit, sub eadem forma, qua fuerant pręcessori Gothofredo concessa [g]. Anno 1325. Drepani confirmavit decimas Ecclesiæ, & die 13. novembr. 9. ind. [h] munus Protonotariatus Regni, quo ejus frater Peregrinus fungebatur, ejus nomine Regi restituit. Eodem obiisse anno facilè crediderim. („ De eo Fontana in Theatr. Domin. par. „ 1. cap. 5. tit. 374. f. 231.)

e In tab. eccl. Maz. exscrip. in lib. Monat. fol. 197

Rogerii filii Frider. II. nativitas.

f In iisdem tab.

g In tab. eisdem.

h In lib. protoqu.

1326. XVI. F. PETRUS *Roganus Siculus* fortè *Agrigentinus ordinis Dominicani*, cujus Vicarius F. Vitalis ab Agrigento ejusdem instituti anno

1327. 1327. mense januario xi. ind. litteras regias de cognitione caussarum Judæorum in publicis ecclesiæ Mazar. tabulis exscribendas curavit [i]. Præceperat quidem administris suis Rex Fridericus II. datis litteris Drepani 22. maji 4. ind. ne: *Judæi, qui servire Regiæ Cameræ dicuntur, coram Episcopo, vicario ejus, seu quacumque alia persona Ecclesiastica de quacunque caussa, & crimine, vel debito possint, vel debeant conveniri, &c.* Id contra jura ecclesiæ Mazarensis noster Antistes contendebat esse; sed adversus regium magistratum pro Episcopo judicatum est ex litt. Regis Petri II. in Reg. Canç. De Rogani obitu nihil certum invenio. („ De eo Fontana citat. „ par. 1. f. 231. qui Petrum an. 1330. decessisse „ putat.)

i Ibid. & in lib. Monat. fol. 199.

Anno Christi. 1331.

XVII. F. FERRARIUM *Abello Apulum Dominicanum*, Siciliæ Quæsitorem de rebus fidei, ad Ecclesiæ Mazariensis præsulatum fuisse evectum anno 1331. eruit è bibliotheca Vaticana Ludovicus Torres [k]. Anno 1334. iste ad Ecclesiam Barcinonensem transfertur. („ De eo Fontana cit. f. 137. qui an. 1344. obiisse tradit.) Interim Sede vacante à Canonicorum Capitulo eligitur Vicarius Andreas Thalac nobilis civis, canonicus, atque Cantor Mazarensis, Episcopus (uti appellant) annuli; ita constat ex tabulis Salvatoris de Noto tabellionis Mazar. in transumpto anno 1431. 7. decembris x. indict. in quo confirmantur à Thalac vicario omnia bona nunc annualium scut. 350. quæ Constantia priùs uxor Gilii Ximenes, pòst Francisci Maccagnonis genere nobilis Pisis oriundi dedit sacello S. Stephani in templo Cathedrali, servato tamen sibi, & successoribus jurepatronatus, cui successit familia Maccagnionis, ut in fine dicemus.

k In Famil. lib. Montisregalis.

XVIII. F. HUGO („ Vicentinus Ord. Prædicatorum ex Priore Provinciali Provinciæ „ Lombardiæ inferioris an. 1328. electus Episcopus Justinopolitanus, ex Ughello to. 5. „ Ital. Sac. f. 388. & Fontana in Fontana in Theatr. Dom. par. 1. cap. 5. tit. 307. f. 208.) anno circiter 1335. à Sede Justinopolitana, sive Istriæ ditionis Venetæ [l] in Mazarensem transfertur à pp. Benedicto XI. ex bibl. Vaticana [m]. De eo habetur notitia sub eodem anno, quòd facultatem fecerit Joanni Majoranæ equiti Montensi erigendi domum hospitalem in Monte sub tit. *S. Catherinæ* cum onere solvendi in festo Transfigurationis cereum. 1335.

l Ex Miraeo lib. 4. fol. 179.

m Apud Ferrel. Montereg.

XIX. BERNARDUS anno 1343. mense augusto indict. x. Octaviano de Labro tunc Canonico Mazarensi, civi Panormitano concessit ad emphyteusim ædes, quas Panormi agentes Episcopi Mazarenses incolebant, ex tabulis apud Agrigentum, ubi Octavianus fuit Episcopus, & pòst Panor. Archiepiscopus [n]. 1343.

n Not. Pani ad an. 1351.

XX. GUILLELMUS II. *Monstrius V. I. D. Catalaunus* ex familia pp. Clementis VI. à quo Antistes fuit inauguratus Mazarensis; atque Nuntius Apostolicus in Siciliam transmissus, mox apud eumdem Pont. nomine Regis Ludovici, legationis munere est perfunctus; decrevitque Rex, ut interea proventus Ecclesiæ pro eo exigerentur lib. Prot. an. 1351. f. 243. Anno 1352. ad Messanensem ab eodem Clemente; ann. 1363. ad Monteregalensem Eccl. ab Innoc. VI. transfertur. In iis notitiis de eo multa diximus.

Nuntius Apost.

1346.

1352.

XXI. F.

Anno Christi 1353. XXI. F. GREGORIUM à Regis Friderici II. A
sacris, & consiliis, Guillelmo in præsulatu Mazarensi successisse legimus in tab. eccl. Mazaræ. Idem anno 1353. & 1360. ab eodem Rege litteras dat. Drepani x. jan. indict. 13. obtinuit, ut bona suæ Ecclesiæ jam usurpata restituerentur.
1361. Obiit anno 1361.

XXII. FRANCISCUS *de Catania Messanensis*
1362. Regis Ludovici Sacellanus, ab eodem Rege cum Jacobo de Lamia regio majordomo, ac Roberto de Bononia regiæ curiæ Patrono ad pactiones initæ pacis inter Comitem Matthæum de B
Palitio, Comitem Manfredum de Claramonte, & Fridericum de Claramonte, cum Blasco de Alagona Mistrectæ Comite, atque Matthæo de Soltano, regio firmandas nomine transmittitur [a]. Ecclesiasticis beneficiis iisque plurimis fuit auctus: Archipresbyteratu Paternionis, Canonicatibus Mazarensi, & Panormitano, Cantoria S. Petri Regii Palatii, ac Beneficio S. Mariæ de Admirato, Rectoria quoque S. Joannis Evangelistæ Palatii Messan. [b] deinde fit à Romano Pontifice Episcopus Osseriensis in Lagonia [c]. C
Eodem decedente F. Gregorio Antistes Mazaræ Franciscus postulatur, eligiturque à Mazarensibus Canonicis, rem promovente Rege Friderico III. ex litt. Catanæ 7. sept. anno 1362. sed post-
1363. quàm rexisset ecclesiam, in ea obiit anno 1363.

a Fol. 14. lib. B.

b Fol. 45.

c Ibidem Fr. Mich. de Platia Conc. an. 1352. & 1354. fol. 127. & pt. f. 10. Eminus lib. 4. f. 220.

XXIII. F. ROGERIUS *à Platia Siculus ordinis Minorum S. Francisci S. T. M.* à Friderici III. sacello, primùm Episcopus Basorensis (Basora urbs est mercatu celebris haud procul a Sinu Persico ex Miræo lib. 5. f. 261.) post Mazarensis consecratus ab Archiep. Montereg. Guillelmo; illi data sunt omnia bona ex spolio præcessoris D
Francisci scriptis litteris à Rege 10. sept. anno 1365. Canc. lib. an. 1360. & 1366. fol. 305. & 306. hac conditione, ut redderet Violantæ Infantissæ sororis Regis ea, quæ fuerant concessa. De hoc Rogerio anno 1363. 6. Octob. 2. indict. mentionem invenio in tabulis montis S. Juliani, ubi tunc aderat [d]. An. 1372. apud Mazaram agebat
1372. Fernandus Massellus V. I. D. Archiepiscopus Terraconensis in eccl. Ilardensi capellanus, & Nuntius Apostolicus à pp. Gregorio XI. in Siciliam E
transmissus, ut pecuniarum summam, quam Fridericus cùm de tollendo à Regno interdicto ageretur, se solutorum promiserat, brevi exigeret; constat ex litteris ejusdem Regis datis apud
1374. Castrum ad mare Panormi 12. madii an. 1374. lib.
1375. Canc. anno 1373. & 1375. f. 153. Eo tempore regium suscepit diadema more majorum in urbe Panormo Fridericus III. Anno sequenti 4. Maji ex litteris Regiis facta est facultas nostro Episcopo extrahendi è portu Mazaræ, & Marsalæ salm. 100. tritici Canc. an. 1375. fol. 204. An. 1382. F
1383. pon. Urbani VI. an. 5. die primo junii cùm Drepani ageret Antistes Rogerius, elegit post obitum Abbatis F. Marci Fratrem Simonem Monachum Basiliensem in Abbatem S. Mariæ de Imariis, sive de Alto Mazaræ, tunc ordinis S. Basilii [e], cui data est possessio monasterii ab Antonio Moncata Cantore, & Guillelmo Roccaforte Canonico Mazarensibus. Rogerii decedentis 13. Kal. Januarii anno 1383. meminit Waddingus ad an. 1378. num. 12. ad quem ego transmisi notitiam de hoc præsule. („ De Rogerio Cagliola in manif. Prov. Sic. ord. Min. conv. ex pl. 6. manif. 11. f. 184.)

Quando Frider. III. coronatur Panorm.

d In tab. eccl. S. Philippi.

e In tab. eccl. Maz.

Anno Christi 1384. XXIV. F. FRANCISCUS II. *de Regno ordinis prædicatorum* deligitur, ac postulatur à Canonicorum Mazar. Capitulo, atque ab Urbano VI. confirmatur; uti ex historia Domin. Pii Bonon. p. 2. l. 3. fol. 30. & ex tabulis ejusdem de Episcopis Dominicanis, atque ex diplomate pontificio 4. nonas martii transmisso Archiepiscopo Panormitano Metropolitano constat: id autographum inter tabulas Panor. eccl. legi. Erat tunc is Franciscus Episcopus Liparensis, ac Pactensis. Nil præter hæc de eo inveni. („ Interfuit „ Concilio Provinciali coacto Panormi 10. Nov. „ 1388. sub Archiepiscopo Panormitano Ludovico Bonito, ut diximus in not. Panormitanæ Ecclesiæ. De Francisco Fontana in Theatr. Domin. par. 1. cap. 5. lit. 374. f. 231. & Ughellus to. 1. Ital. Sac. col. 780. Ex eisdem notandum an. 1371. è Liparensi, & Pactensi Ecclesiis ad hanc Mazarensem (non Messanensem ut perperàm Ughellus) translatum: ut etiam noster Pirrus in not. Lipar. tradit; ideoque ante Rogerium præcedentem Præsulem collocandum puto.)

XXV. FRANCISCUS III. *Vitalis Panormitanus* nobilis civis, canonicus, & postea Regii sacelli S. Petri de Palatio Cantor; anno 1391. 1391.
14 novembris à Rege Martino, scriptis litteris Barcinone lib. Prot. eo an. fol. 97. & lib. an. 1392. 1392.
f. 82. & 83. deligitur Episcopus Mazarensis à Canonicis. Schisma verò tunc in Romana ecclesia effecit, ne statim inauguraretur. Anno 1392. appellens in Siciliam Rex, & Maria regina statim ad Episcopum transmisit Bernardum de Figuera à sacris, ac eleemosynis regiis presbyterum (fuit is post Antistes Pactensis) ut ei daret Rationale divinorum officiorum, forte, ut sacros deferret libros ad solemne initi regiminis juramentum. Eodem anno 15. ind. 13. augusti Catana Rex perscripsit, instante ministro provinciali ordinis Minorum, ut monialibus monasterii S. Claræ Mazaræ, quæ ob seditiones, ac bonorum occupationem à Mazarensibus, in cœnobium Sanctæ Claræ Drepani tantùm translatæ fuerant, earum bona restituerentur Canc. fol. 46. & 49. & 131. Mazaræ verò civitatem, ejusque jura sub titulo Marchionatus ex litt. Catanæ datis 22. Augusti 15. indict. 1392. Rex dedit Nicolao Peraltæ filio Guillelmi ac Infantissæ Eleonoræ Comitum Calabilotthæ, Sclafani, & Calatafimi Cancell. f. 131.. Deinde 10. Aprilis 1. ind. concessit iisdem Civitatis Castellum ibid. anno 1393. fol. 242.. Cùm verò Mazarenses obsisterent, Rex Jacobum Maccagnonum Francisci filium, virum nobilitate, ac potentia præditum ad se accersit per litt. datas in obsidione Panor. 22. maii eo anno Prot. an. 1392. f. 25.. Dum Maccagnonus in itinere esset, Marchio Peralta in civitatis possessionem est immissus. Interea Episcopus diœcesim eodem anno lustrans, aliquot Neophytos multis hæresibus irretitos in oppido S. Juliani invenit, à Rege auxiliares litt. quas capitaneo, ac juratis illius oppidi transmisit Catana 1. sept. 1. indict. Prot. fol. 101.

Mazara sub titulo Marchionatus fit juris Nicolai Peraltæ.

De Neophytis in oppido S. Juliani.

Anno Christi, 1393.

fol. 101. obtinuit, ut faciliùs liceret eis debi- A
tas pœnas infligere. Cùm autem Peralta, ac
plures Siculi primores à Martino defecissent,
eorumque bona ea de caussa fisco adjudicata
fuissent, arrepta occasione Jacobus, & Giuffus
Maccagnonus pro Rege pugnantes, ut Mazara
ad jus regium rediret, conabantur, & viginti
Catalaunis, qui civitatis arcem nomine regio
tuebantur, opem præstabant. Jacobus verò à
Marchionis militibus captus capite plectitur[a],
bonisque privatur, quæ à Peralta data sunt Ni-
colao Ferro Regio Militi Marsalensi. Rex Ma- B
zaram destinavit, datis litteris Catanæ 26. se-
1393. pt. 2. indict. Canc. anno 1393. fol. 286. Bernar-
dum Capreram Motycæ Comitem ad res compo-
nendas, sedandasque: is sanè pacem inter Re-
1396. gem, & Marchionem reconciliavit anno 1396.
4. indict. scriptis litteris 26. julii. Sed cùm ite-
rum, sæpiusque turbæ suborirentur, illuc con-
tendit Martinus, & pulsis, fugatisque rebelli-
bus, Mazaram multis privilegiis exornat, suo-
que adjunxit, ut vocant, demanio, plenoque
jure subjecit; demortui etiam Jacobi Maccag- C
none filios, & Giuffum Maccagnone muneratus
est. Dum Martinus Catanæ ageret, Gilifortis
Archiepiscopus Panormitanus in Claramontano-
rum gratiam, ulus opera Archipresbyteri Alca-
mensis diœc. Mazaræ, illius oppidi Castellum ad
defectionem sollicitavit; quarè Rex Archipres-
byterum proventibus suæ ecclesiæ, Giliforte m
verò suo præsulatu privavit; id in Panor. noti-
tia, non scripsi: non enim adhuc legeram; sed
decretum postea revocavit Canc. eo an. f. 60.
1399. Anno 1399. 9. mense Octobri obeunte Villama- D
rini Antistite Canonici Panormitani, volente
Rege, 20. Novembr. Franciscum hunc Vitalem
elegerunt Archiepiscopum, uti ex litteris regiis
Catanæ 22. ejusdem ind. 8. constat; sed Marti-
nus post mutato consilio, ut Joannes Procyta
denuo deligeretur effecit[b]. Anno 1402. perscri-
psit litteras Panor. 5. decembris XI. ind. Rex E-
1402. piscopo, monens, ut quinque præbendas, quas
canonici suæ ecclesiæ ex proventibus decima-
rum frumenti, & hordei in oppido S. Juliani e-
xigere solerent, omni jure defenderet[c]. Plures E
Mazaræ, & Marsalæ versabantur tunc Judæi (ut
sæpè diximus;) ii ex privilegio Regis Friderici,
solium suorum Rectorum jurisdictioni subjacere
asserebant, Marsalenses verò eos cogebant, ut
adirent saltem in die S. Stephani Martyris ad tem-
plum majus S. Thomæ Apostoli ad verbum Dei à
concionatore audiendum: discussa res est coram
F. Matthæo Quæsitore de rebus fidei in Sicilia,
ac judicibus magnæ curiæ, per litteras 20. Feb.
1405. 1405. 14. ind. in reg. Canc. eodem an. fol. 152.
volente rege. Tisius de Philippo canonicus, & F
Cantor Mazarensis, uti clericus regiæ capel-
læ eximitur à jurisdictione Episcopi, subjicitur-
que Archiepiscopo Panormitano, ex litteris e-
jusdem Regis Catanæ 6. Novemb. 15. ind. 1406.
ibid. f. 21. an. 1406. Per hæc tempora florebat
Guillelmus Roccafortis civis, & canonicus Ma-
zarensis, ac Agrigentinus, Archipresbyter, &
Vicarius Saccæ, a sacris Regis, qui deinde fa-
ctus est Episcopus anno 1413. 8. Julii 2. ind. lib.
Prot. an. 1392. f. 33. Franciscus concessit facul-

[a] Canc. 1393. 7. ind. fol. 238.

Mazara regii juris fit. Gilifortis Archiep. Panor. quarè privatus sit archiep.

[b] In not. Panor. ad ann. 1400.

[c] Prot. eo an. f. 33 & Canc. f. 216.

De Quæsitoribus fidei.

Anno Christi. 1414.

tatem fundandi beneficium in templo S. Marti-
ni de Monte Drepani. Anno 1414. post obitum
ejus eligitur à Canonicis vicarius sede vacante
Petrus de Tubia canon. contendebat tamen Gua-
rinus de Bruno Archidiaconus sibi id munus
competere; sed ab Archiepiscopo Panormitano
Metropolitano pro Petro decretum est, ex tab.
eccl. Panor.

XXVI. F. JOANNES IV. *Rosa de Calatajero-*
no S.T.M. ordinis Minorum minister Provincia-
lis, vir magni nominis, doctrinaque præclarus
apud pp. Joannem XII. fit Episcopus, ob cujus
promotionem ad præsulatum Mazarensem, ab
Joanne presbytero Card. tit. S. Laurentii in Da-
maso ordinis S. Francisci Protectore sufficitur in
eo provincialatus munere F. Joannes de Ther-
mis, ex diplomate 16. Julii pont. Benedicti XIII.
ann. 21. sal. an. 1415. ind. 8. autogr. in tab. Cœ- 1415.
nob. S. Francisc. Panormi. Iste Joannes de Ther-
mis fuerat electus Archiepiscopus Panor. in
not. Pan. ad an. 1411. & lib. Canc. an. 1404. f. 178.
Noster vero Joannes eodem anno 28. martii 9.
ind. Canc. an. 1415. fol. 139. a Romano Ponti-
fice litteras obtinuit, ut sibi solveretur ca-
nonica portio ex omnibus piis legatis cœnobii
S. Mariæ Drepani. Suum constituit vicarium F.
Vincentium de Mirto Siculum virum apprimè
doctum, eloquentem, atque celeberrimum Ec-
clesiastem, qui magno plausu in cathedrali tem-
plo Panor. sæpe id muneris exercuit, fuitque
in Sicilia Provincialis, & in Rhegio urbe Quæ-
sitor de rebus fidei[d]. Eo absente constitutus est
Vicarius Mazaræ, ac Quæsitor Antonius de Ca-
taldo Canonicus, ac Archidiaconus Mazariensis
ex Prot. lib. an. 1422. f. 105. & Canc. f. 231. Ann.
1418. Rex Alphonsus recepta quadam pecunia- 1418.
rum summa à Raymundo Caprera Bernardi filio
Mohac Comite, ei Mazaram civitatem pignori de-
dit ex tab. not. Salvatoris de Noto Mazar. Mona-
sterium olim ordinis S. Basilii situm in eadem
civitate sub invocatione S. Nicolai de Regali in
præbendam, seu canonicatum suæ ecclesiæ Ma-
zarensis Episcopus erexit anno 1421. ex tab. 1421.
eccl. Id deinde uti beneficium simplex anno
1572. unitur Cantoriæ Panormitanæ ut in ea
notit. fol. 205. Anno 1428. ex tabulis Salvato- 1428.
ris de Noto Mazar. die 9. martii 7. ind. concedit
ad emphyteusim ædes episcoporum Mazarensi-
um sitas Panormi in semita Cassari juxta tem-
plum S. Barbaræ inferioris, & viridarium S.
Theodori, & plateam marmoream; in eo esse
loco credo, ubi nunc exstructa est domus hospi-
talis Hispanorum, Anno 1435. ex litter. pp. Eu- 1435.
genii IV. prioratum S. Annæ de Scalis, seu de
Portella mensæ Archiepiscopali Monteregalensi
univit ex Lello p. 2. eo an. Anno 1439. post obi- 1439.
tum Antonii de Cataldo cantoris Mazar. eam
dignitatem assecutus est Bartholomæus de S.
Clement, ante Archidiaconus, qui pontificio per-
missu solvit uncias decem Regi Prot. eo an. f. 393.
His temporibus adhuc Mazarenses Raymundo
Capreræ parebant, qui eorum privilegia confir-
mavit in l. Mazar. f. 15. Anno verò 1443. Rex Al- 1443.
phonsus, dato Panor. dipl. 22. Febr. 7. ind. in Canc.
f. 178. Facultatem fecit Mazarensibus, ut solutis
aureis XIX. millibus Raymundo de Caprera Comi-
ti Mo-

[d] Ex histor. domin.

Mazara juris fit Capreræ.

Anno Christi. 1444.

ti Mohac, quas Rex an. 1418. pro classe triremium expenderat, aliisque 4. millibus & quingentis Joanni Bernardo Raymundo filio, ea civitas ad jus rediret Regium, & non secus ac Panormus, & Messana unquam tempore vendi posset; cæterùm vix an. translacto idem Rex Mazaram Ximeni Petro de Corella Catalauno militi aureis 18. Millibus & 183. vendidit, ex publicis tabulis in Casali Petræ scriptis 3. Augusti 8. ind. 1445. & civitatis assecutus est possessionem, Rege jubente ex lib. Cancel. fol. 44. Corella. Ad Joannem Præsulem redeo, qui in subscriptionibus his characteribus tantùm utebatur, *Rosa*, qua de caussa multi existimavere alium esse *Rosam*, ab Joanne de Calatahierone. Ejus stemmata, quæ est rosa flos, adhuc in janua templi cathedralis ad occidentem visuntur. De nostro Joanne ad an. 1443. agunt tabulæ Protonotarii eo an. fol. 54. Suam nobilissimam familiam *Rosam*, Mazaram transtulit: ibi construxit in Basilica sacellum S. Vincentii Vincentius de Rosa regius miles, atque à secretis civitatis; in cujus marmoreo sepulchro hoc epitaphium legitur.

Mazara venditur.

Et pater, & Rector Patriæ Vincentius Ambros
Post bis tricenos hic Rosa candor eques.
Quique Magistratus, & qui tot gessit honores
Ter Vicena viro clausit arista diem.
Anno Domini M. D. XL.
Hic Rosa clarus eques situs est Vincentius Annos.
Post ter denos bis, post totidem titulos.

Nepotem ex fratre Hieronymum Rosam habuit noster Antistes; ille multis ecclesiasticis beneficiis a Rege fuit auctus, beneficio scilicet *S. Laurentii Marsale, canonicatu Regio, Prioratu S. Mariæ de Terrana* in propria patria Calatahierone in Reg. Canc. anno 1451. fol. 152. & 174. & an. 1456. fol. 195. & *S. Mariæ de Regina Catana*.

Hic obiter dicam Episcopum Mazarensem pleno jure jurisdictionem exercuisse in Judæos: & ut posteris sit notum, afferam quasdam litteras de jurisdictione hac lib. Prot. an. 1392. fol. 48. *Item & diffamationem matrimonii. Item quod possit & debeat cognoscere, & punire Judæum, & Judæam, Christianum, vel christianam, qui adulterium committat. Item in pascha resurrectionis dominicæ, & festo Sancti Salvatoris, & Nativitatis Domini anno quolibet habeat, & habere debeat ab universitate Judæorum curiæ nomine rotulum unum, vel duos piperis, secundum fuit hactenus consuetum, prout in quodam scripto hebraico, curiæ nostræ perinde ... plenius asseritur contineri. Item quod possit eligere, & approbare, & confirmare presbyterum Judæum, qui hebraice dicitur Hasem; ad cujus officium pertinet canere officia in Synagogis, & conficere contractus, & scribere instrumenta hebraica, & secundum ritum eorum. Dat. Catanæ 15. Decembr. xv. indict.* Redditus, qui exigebantur ab Judæis, dicebantur Sisia, uti constat ex his tabulis. („ Obiit Mazaræ an. 1448. „ ibique conditus est; etsi Waddingus to. 5. an. „ Min. an. 1415. n. 21. Romæ decessisse tradat.)

1449. c. maii.

XXVII. BESSARION *monachus S. Basilii* genere *Græcus Trapezuntius*, patria *Constantinopolitanus*, multiplici virtutum genere, ingenii A acumine, summa eloquentia, græcis, latinisque litteris clarissimus; unde de eo scripsit Laurentius Valla *Bessarion inter Græcos Græcissimus, inter Latinos latinissimus*. Cum esset Archiepiscopus Nicænus ad concil. Florentinum sub pp. Eugenio IV. coactum simul cum Imperatore & Patriarcha Constantinopolitanis, & Antistitibus Græcis venit; in eo inter Latinos, & Græcos magnis contentionibus agebatur de processione Spiritus Sancti. Bessarion veritatem agnoscens, suosque Græcos pertinaciæ damnans, Latinis adB hæsit, imo volumen edidit *de Spiritus S. processione*. Quare ab eodem Eugenio die 22. Novemb. 1439. ipse, ac Isidorus Rhutenus græcus doctrina præditus omnium patrum synodalium plausu adscribuntur sacro cardinalium collegio, Bessarion tit. duodecim Apost. Cardinalis Nicænus nuncupatus, & Græcos in fide continebant. In synodo Ferrariensi post obitum Josephi Patriarchæ Constantinop. assumitur, Joanne Imper. volente, ad eam patriarchalem dignitatem, ut in oratione græce, & latine exscripta C *de unione Ecclesiarum* patet. De eo præclara leguntur in VIII. synodo Generali, & apud Platinam, & Ciacconium in vita Eugenii IV. Garimbertum de vitis Card. & Bzovium anno 1438. nu. 10. an. 1349. nu. 78. & 79. Non multo post Rex Alphonsus in grati animi significationem erga tantum S. R. E. Cardinalem, Bessarionem Episcopum Mazarensem designavit scriptis litteris 16. aprilis 12. ind. 1449., & consequutus est illius præsulatus die 4. maji ex lib. Reg. Cancell. eo an. fol. 259. possessionem per Sanchectum D de Maurella regium Algozirium. Eo tempore Mazara juris erat adhuc Ximenis Petri de Corella; is eam civitatem vendiderat Bernardo de Caprera Comiti Mohac patruo Raymundi de Caprera, quam venditionem nullam voluit Rex, statuitque, ut Raymundo nepoti venderetur, ex litteris exscriptis 18. martii 13. indict. 1450. Cancell. fol. 184. Qui Raymundus ad gratiam regiam captandam constituit hæredem universalem suorum bonorum, & præsertim Mazaræ Ferdinandum Calabriæ Ducem, & Regis ex noE bili pellice filium, ut in lib. Rationum in regia cancell. eo anno patet; & Fabritius Caraffa capitaneus Mazaræ in quibusdam litteris 28. febr. 4. indict. 1455. Cancell. 256. anno 1455. appellat *Ferdinandum Calabriæ Ducem, & hæredem universalem quondam Raymundi de Caprera.* Eodem anno 3. junii exscriptis litteris 14. julii Rex filio Ferdinando domino Mazaræ facit facultatem construendi tonnariam in maritima ora Mazaræ. Bessarion vero per hæc tempora Bononiæ agebat, ex iis litteris datis ibidem 3. april. F 15. ind. 1452. *Bessarion miseratione divina Episcopus Tusculanus Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis in Civitate Bononiæ, Exarchatuque Ravennate, ac Provincia Romandiolæ Apostolicæ Sedis Legatus & in temporalibus Vicarius generalis, necnon EPISCOPUS MAZARIÆ venerabili viro in Christo dilecto domino Vicario in dicto nostro Episcopatu Mazariæ, &c.*[a]. Vicarius is, cujus fit mentio, tunc erat Episcopus quidam nomine Martinus, qui vices subibat tam in Mazarensi, quam in Monteregalensi ec-

Anno Christi. 1449.

Bessarion Cardinalis Græcus, seu Nicænus patriarcha Constant.

Mazara iterum sub ditione Capreræ.

1450.

Mazara juris fit Ferdinandi Ducis Calabr.

1452.

a Autogr. in tab. Maz.

Anno Christi 1455. clesia Alphonsi Coverruvias Archiepiscopi Montisregalis, ac procuratoris, & vicarii generalis Bessarionis; in cujus litteris agebatur de lite canonicatus Mazarensis præbendæ montis, tunc vacantis post obitum Francisci Stacchella Drepanensis: eam dignitatem concesserat Vicarius Guarnerio Pretaliæ Salemitano, ejusque rei quæstio demandata est Bartholomæo Sanctoclementi cantori, & Antonio de Putatore Decano Mazar. Florebat etiam eo tempore *Joannes de Milluxo Abbas, Regius Sacellanus, Archidiaconus, & Canonicus præbendæ Castri ad mare de Gulfo Mazarensis* ex Canc. eo anno fol. 61. Tunc Vicarium constituit Bessarion Paulum de Ramano abbatem S. Mariæ de Gructa ordinis Basiliensis ex Prot., eo an. fol. 319. atque celebrem iconem Transfigurationis Jesu Christi in cathedrali templo suaque stemmata depingi de-
1455. mandavit. An. 1455. legatione nomine sedis Apost. fungens, procuratorem in ecclesia Mazarensi ad proventus exigendos destinavit F. Philotheum Perricanem sui ordinis S. Basilii ex Canc. fol. 9 quo anno Alphonsus Aragoniæ, ac utriusque Siciliæ Rex Ferdinando filio Civitatem Mazaræ cum pleno jure, seu (ut vocant) mero, & mixto imperio confirmat 21. maji 3. indict. scriptis Panormi literis; & Ferdinandus
1456. Mazarensibus anno 1456. 23. junii in Castello novo Neapolis antiqua privilegia rata voluit, & nova concedit ex tabul. Mazar. Anno 1457. Bessarion ab eodem Rege multis ecclesiasticis beneficiis sui ordinis Basiliensis, cujus erat apud sedem apostolicam protector [a], auxit. Archimandritatus scilicet Messanensis ex literis 11. julii 5. ind. & 25. januarii in reg. Canc. eo anno f. 174. & 302. Abbatiarum quoque S. Angeli de Brolo, S. Philippi de Grandis, Sanctorumque Petri, & Pauli de Agrò: ille vero iis præfecit suo nomine, ac vices dedit Joanni Burgio Siculo, de quo mox dicemus, tunc Episcopo Sipontino, simul & Archiepiscopo Manfredoniæ ex reg. Canc. an. 1449. fol. 221. An. 1458. 10. julii decedente Alphonso Rege, Ferdinandus constituitur hæres Regni Parthenopei, qui suis Mazarensibus antiqua privilegia probavit in Castris felicibus juxta fontem populi 7. sept. 7. indict. ejusdem anni. („ Eodem anno decedente Archiepiscopo Pampellonensi, Carolus de Aragonia & Navarra „ in Sicilia agens, obtulit hunc Cardinalem, ut „ demortuo sufficeretur: at Joannes Rex pater „ noluit. Surita An. Arag. to. 4. lib. 16. cap. 53.)
1459. Anno [b] 1459. Marsalenses cives aliquot terræ tractus, ex quibus jura exigebantur ecclesiæ Mazarensis, usurparant, sed dum Mazarenses armis sua jura tuentur, in rixa plerique occiduntur: quare noster Episcopus litteras à prorege obtinuit 4. decembr. 8. indict. Canc. eo an. fol. 82. ut pœnas subiret magistratus Lilybitanus. An. 1461. tabulæ secretariæ Regni apud R. Canc. f. 50. & 65. meminerunt Bessarionis, tunc Episcopi Mazarensis, & Archimandritæ, & legati apostol. in Germania, pro expeditione contra Turcas. Fuerat præterea noster Antistes Episcopus Sabiensis, & sacri cardinalium collegii decanus; multa scripsit volumina græca, & latina, *de Processione Spiritus Sancti* contra Episcopum Ephesinum, super verbo *sic volo manere*; *& de laudibus Philosophiæ Platonis, de confutatione Impp. Græcorum, de Laudibus Patriæ*, multasque Epistolas & orationes: ea volumina nunc leguntur apud Senatum Venetum, cui suam legavit bibliothecam insignem, ac præ ceteris celebrem. An. 1464. cum à legatione Gallica rediret, ætatis anno 77. Ravennæ moritur 14. Kal. decembris, cujus cadaver translatum est in templi SS. duodecim Apost. Romæ sacellum à se extructum. Anno Christi 1464.

Ordinis Basiliensis protector.

[a] In notitia Messan. ad an. 1464.

Ferdin. Rex Neapol.

[b] Antiq. in lib. Civit.

Bessarion feci hunc Tumulum, qui conderet Ossa.

Venerat unde olim Spiritus Astra petet.

Nec silendum errorem Cicconii & Bzovii in annal. an. 1472. num. 20. qui Bessarionis sub an. 1474. scribunt obitum („ Et Suritæ lib. 19. cap. „ 47. Oldoini in addit. ad Ciacconium to. 2. f. „ 905. & in Atheneo Romano f. 138. aliorumque „ qui decessisse tradunt mense Nov. 1472.) Anno vero 1464. obiisse clare liquet; hoc enim anno Antonius Cardinalis Pauli II. nepos ob obitum Bessarionis factus est protector ordinis Sancti Basilii, ut diximus in not. Messan. ad an. 1464. Petrus Pitalæus Calaber deligitur Archimandrita ea not. ad an. 1464.. Joannes Burgius præficitur ecclesiæ nostræ Mazarensi. Eodem etiam anno 1464. 25. januarii Prot. an. 1465. f. 284. & in Canc. f. 174. Præses Siciliæ Comes Sclafani perscripsit Joanni Milluxo Archidiacono Mazariensi, ut nomine Regio spolia demortui Bessarionis Episcopi Mazarensis asservaret.

XXVIII. JOANNES V. *Burgius Siculus Calatahieronensis* antequam ecclesiasticum profiteretur vitæ institutum, medendi artem exercebat; de quo in tabulis patriis ita lego: *Nobilis, & egregius dominus Joannes Burgius artium, & medicinæ Doctor Syndicus fuit Civitatis Calatajeronis anno* 1446. Tunc transmissus est Orator ad Alphonsum Regem Cajetæ agentem cum annuis unciis 100. ex litteris 27. febr. x. ind. Canc. f. 200. & ab Rege litteras exoravit scriptas ibidem 27. junii, quibus posset construere quædam horrea in oppido Heracleæ, Cancell. ind. 9. fol. 90. & cum Rex ægrotasset, opera Joannis saluti restitutus est; unde Joannes Jacobus Adria in typographia Mazaræ de eo ait: *Joannes Burgius Episcopus Selinuntius, Princeps medicorum suo tempore fuit, quem propter ejus singularem doctrinam Rex Alphonsus Parthenopæus fecit Episcopum Selinuntium, inde Romæ sanavit summum Pontificem, quem fecit Archiepiscopum Panormitanum*. Verum Alphonsi Regis opera Burgius non Selinuntius tantum, sed Sipontinus, ac Manfredoniæ Antistes fuit circiter annum 1448. & Abbas Novælucis, ex tab. monast. mox patriam adiit, & ab Nicolao V. Pont. facultas conceditur, rem promoventibus concivibus Calatahieronensibus, dato dipl. Kal. maii an. sal. 1449. pont. an. 2. Prot. eo anno fol. 142. uniendi monasteria monialium Benedictinarum illius civitatis, scilicet S. Benedicti, S. Salvatoris, S. Claræ, & Sanctæ Mariæ Annuntiatæ. Per id tempus præfectus est rebus Cardinalis Nicæni Bessarionis Episcopi Mazarensis, Archimandritæ Messanensis, ac abbatis monasteriorum

Anno Christi 1464.

rum S. Basilii in Sicilia ex Cancell. an. 14.19. fol. 221. Anno 1457. facultatem ei fecit Rex Alphonsus in agro patrio nuncupato *Chisardi*, turrim exædificandi ad defensionem suorum bonorum ex Prot. eo anno f. 45. & pp. Callixtus III. ut *è Manfredonia civitate, cui præerat Archiepiscopus, plurimas SS. reliquias, ac præsertim ossis frustum è manu S. Jacobi Majoris Apostoli transmittat, valeat in patriam*, quas inde detulit Nicolaus Monteonius Archidiaconus Garganicus, & Canonicus Syracusanus, uti ex diplomate scripto Manfredoniæ 8. febr. anno eodem patet [a]. Anno vero 1464. precibus Ferdinandi Regis Neapolitani à Paulo II. Rom. Pont. in ecclesiam Mazarensem transfertur, fitque etiam abbas Sanctæ Annæ de Portella, sive de Scalis diœcesis Monteregalensis lib. secret. anno 1464. Mox à Siculis primoribus, qui Comitiis Regni intererant, ad Regem Joannem apud Terraconam in Hispania agentem Orator transmittitur pro Regni Capitulis, decretisque sanciendis ex Prot. lib. an. 1463. fol. 197., datæque illi sunt ad sumptus necessarios unciæ ducentę ex litt. Catanæ 5. novembr. 14. indict. 1465. Canc. eo an. f. 254.; ab Rege vero honorifice exceptus rem perfecit. Datæque sunt litteræ 3. decembris exscriptæ in lib. secret. Regni 14. augusti 13. indict. 1464. fol. 26. an. 1465.. Quin etiam obtinuit facultatem extrahendi sagmatas 400. tritici à portu Marsalæ, ac Drepani ex Canc. ibidem. Atque plenum jus, seu (ut vocant) merum & mixtum imperium in eos, qui Casali Beyziri juris ecclesiæ Mazar. inhabitabant, ex litt. Terraconæ 13. jan. & Barcinone 25. ejusdem mensis indict. 13. anni 1465. secr. eo anno fol. 13., his verbis: *Damus tibi & concedimus merum, & mixtum imperium, ejusque plenum usum, & exercitium, non secus quam nonnullis Baronibus nostri Regni per nostras provisiones concessum est*. Pro ecclesia sua beneficium *Terceria decima Tonnaria Bonagia Drepani*; idque fiat canonicatus, seu prębanda ecclesiæ Mazarensis, hac tamen conditione, ut jus præsentandi esset penes Regem Siciliæ, ex diplomate Terraconæ 10. jan. 13. indict. eodem anno, exscrip. Panor. 20. martii 15. indict. 1466. Canc. fol. 181. Pro suis Calatahieronensibus, *ut illa civitas ullo unquam tempore vendi posset* ex lib. secr. an. 1465., pro Netinis sibi carissimis facultatem habendi merum, & mixtum imperium; id est gladii potestatem more civitatis Catanæ, constituendique suos magistratus ea forma, quam usurpant Catana, Syracusæ, & Drepanum, inter quas urbes Netum populo, & divitiis uberiorem appellat Rex ex dipl. Terræ. 16. decembr. 1464. autogr. in tab. Not. & apud Littaram de reb. Net. f. 124. quem ex l. vocat Jacobum hunc Joannem. Pro Mazarensibus à Ferdinando Neapol. Rege, ac Mazaræ domino *confirmationem* [b]. *privilegiorum à præcessoribus concessorum*. Ea occasione, quod ipse Rex filiam Beatricem nuptui dedisset Matthiæ Regi Ungariæ [c], noster Joannes Episcopus ex Hispania appulit Messanam mense novembri, ibidem 14. ind. 25. ejusdem mensis 1465. secr. eo an. f. 25. à Prorege literas exoravit, ut in agro nuncupato de Deserto Juris ecclesiæ Mazar. exædificare Turrim possit. Vicarium constituit Raynaldum de Naso Canonicum, & deinde Archidiaconum Mazarensem. *Is fuit Archid. per obitum Joannis de Lusio* ex tab. eccl. Mazar. Eodem anno obiit Elisabetha Regina prima uxor Ferdinandi Regis Neapol. & Mazarię exequię regię celebrantur ibid. & ex Carillo. An. 1647. fit Archiepiscopus Panorm. an. 1469. die 16. Jan. obiit, & sepelitur in sua patria Calatahieronensi Burgius. („ Videquę de Joannè adnotavimus in Not. „ Eccl. Panor. & in Biblioth. Sicul. t. 1. t. 3. 41.)

[a] Autogr. in tab. Calat.

Episcopus Mazar. liaro Beyziri cum mero & mixto imp. Benef. Bonagiæ olim canonicatus Mazar.

[b] Ex autogr. in tabul. Mazar.

[c] Ex Surita Carillo lib. 5. an. 1464.

Anno Christi 1468.

XXIX. F. PAULUS *Viscontis*, seu *de Bisconte Panorm. S. T. M. Carmelita*, de quo ita scribit Trithemius de laude Carmel. *Paulus Biscontus Nicolai Quinti* [*] *quondam confessor, vir in divinis scripturis jugi studio exercitatus, & eruditus, ingenio subtilis, & clarus eloquio; fertur de variis rebus multa scripsisse opuscula, quibus nomen suum posteris notificavit; ego tamen usque ad hunc diem nihil eorum potui invenire, claruit anno* 1440. Antonius vero Possevinus Societatis Jesu in erudito illo apparatu sacro hæc habet: *Paulus Biscontus Siculus Carmelita, Nicolai V. & Pauli II.* [*] *Summorum Pontificum è confessionibus, Episcopus Mazariensis, ac deinde Archiepiscopus Panormitanus, ac SICILIÆ PRIMAS trecenta volumina cœnobio sui ordinis Panormitano reliquit, è quibus plura edidit*. Hæc equidem volumina diligenti studio in eodem Cœnobio perquisivi, in quo Paulus florenti ætate professionem emisit, & anno 1441. fuit prior ex lib. Prot. an. 1445. f. 94.; diuque vixit; sed ex fama apud antiquos patres loci illius comperi, celeberrimam bibliothecam magistri Pauli de Bisconte civis Panormitani incendio periisse. Anno 1461. Biscontus priorem provincialem in Sicilia, & Vicarium generalem sui ordinis in tota Italia egit ex lib. reg. secret. anno 1462. fol. 41. Anno 1467. ex apostolico rescripto pp. Pauli II. dat. 16. Decemb. exscripto Panormi 1. April. 1468. 1. ind. Prot eo an. f. 149. ob promotionem Joannis Burgii ad Panorm. eccl. præficitur ecclesiæ Mazarensi. Fitque prior S. Annæ de Portella, sive de Scalis diœcesis Montereg. ex tabul. Mazar. Mox suis profuit Mazarensibus; à Ferdinando enim Rege Neapolitano, ac Mazaræ domino confirmationem illorum privilegiorum scriptis Neapoli litteris 24. Maii 1. ind. eodem anno, multaque eis exemptiones ab eodem Rege obtinuit Salerni 13. Martii anno 1469. autogr. in tab. Maz. Post obitum deinde ejusdem Joannis Archiepis. Panor. ad eam metropolitanam ecclesiam evectus est anno eodem. Tunc ei facultatem fecit Rex Siciliæ & Aragoniæ Joannes, ut proventus è feudis Giracelli, & Xactabeni juris ecclesiæ Panormitanæ exigeret ad sumptus litterarum Apostolicarum, ex instrumento Petri Lelli mense Janu. 3. ind. 1469. in tab. litis Archie. Panor. 1618. apud Monarch. Obiit, & sepelitur Panormi anno 1473. hac epigraphe.

Hæc est requies Pauli, civis nostri, & præsulis de Visconte.

1. Apr.

[*] Sedis Nicolaus ab anno 1447. ad 1455.

[*] Paul. II. sedit ab anno 1464. ad 1470.

XXX. JOANNES VI. de *Monteaperto*, & *Claramonte V. I. D. Siculus Agrigentinus* antiquæ

1470. mens. Mart.

Anno Christi 1470.

quæ nobilitatis genere clarus, ex patre Joann. A
Gaspare Barone Resfaudalis, & matre Joanna Abbatellis de Comitibus Camaratæ; hæc familia est nostra tempestate titulo Marchionatus Montisaperti illustrata: fratres habuit strenuos equites Bartholomæum Baronem Resadalis, Aloysium Baronem Gruttarum, & Antonellum Castri Agrigentini præfectum [a]. Primum Canonicus fuit Agrigent. præbendæ parochialis S. Petri, & prior S. Annæ de Portella, seu de Scalis, post ob præclara merita à Paulo II. pont. præsulatu Mazarensi decoratur, di- B
plomate exscripto Drepani 27. Martii 3. indict. 1470. [b], in quo legitur: *cum summus Pontifex, inconsulto Rege, contulisset Abbatiam S. Mariæ Maniacis ord. S. Benedicti in Sicilia Roderico S. R. E. Cardinali tit. S. Nicolai in Carcere Episcopo Albanensi, viro extero, Regem Joannem scriptis litteris in Villa S. Matthæi* 12. *Febr.* 1461. *à Sede Apost. exorasse, ut omnia deinceps beneficia ecclesiastica Siciliæ Siculis tantum concederentur;* dipl. apostolicum ipsius Montisaperti est exscri- C
ptum 6. Junii 5. ind. 1471. [c].

a In Reg. Cancel. anno 1471. & 1470. f. 16. & 30.

b Ibidem in regist. Lucæ Pulafitæ.

c Ibid. anno 1471. fol. 111.

Anno 1477. evenit, ut quidam monachus S. Benedicti civis Drepranensis præficeretur monasterio S. Mariæ de Imariis, seu de Alto Mazariæ, uti abbas, & diplomate pontificio confirmaretur; id à Prorege Siculo executioni fuit datum, sed ad jura Gubernatoris Mazaræ, tunc Juncta nomine, pertinere eam exequendi diplomatis facultatem contendebat. Oborta lite decreverunt Vices-gerentes Regis Joannis Guillelmus Peralta, & Guillelmus Puxades 26. Julii x. indict. *de rescriptorum Apostolicorum* D
executione cognoscere solum Regis Siciliæ, ejusque administrorum esse [d]; addebant: *licet Ferdinandus concessisset plenum jus, seu merum, & mixtum Imperium Præfecto Mazarensis civitatis, subjecisset tamen eum Proregi Siciliæ in casibus criminis læsæ Majestatis, & denegatæ justitiæ,* ut ex privil. exscripto in lib. Conservatoris Siciliæ constat. Eo tempore Mazaræ solemnes celebrabantur dies festivi, quod ejus dominus Ferdinandus Neapolit. Rex secundam duxerat uxorem Joannam Joannis Aragonii Regis ex E
secunda uxore Joanna filiam, Ferdinandique II. nostri Regis sororem, & quod Alphonsus Neapolitani R. filius solemni ritu Capuæ Princeps constitueretur [e]. Hoc cum felici nuntio vehitur in Siciliam Raymundus Folch noster constitutus Prorex ab Ferdinand. II. R. nostro; a quo in obsequium Reginæ Joannæ huc fuerat ab Hispania transmissus: qua sane occasione noster Præsul suam ecclesiam Cathedralem reparavit [f], ut docet inscriptio hæc:

d Litteras habes integras lib Can. anno 1477 fol. 49 & in reg. Mon. fol. 839.

e Ex Surita l. 20. Mariana c. 19.

f Ex iisdem.

Joannes Agrigento oriundus Monteapertorum, F
Claramontanorumque [*] *propago antistes, civili, Pontificioque jure præditus, annuæ pensionis extinctor, jurisdictionis auctor hoc frontispicium ruina consumptum diruendum, erigendumque mandavit. Sixto Pont. Max. Romæ, Joanno Aragonia patre Filioque Siciliæ, Hispaniaque Regibus. Ferdinandoque Rege Parthenopæo hic Domino. Anno Domini MCCCCLXXVII.*

* Ex avia materna filia Joannis Claramontis.

1479.

Anno 1479. Ferdinandus Parthenopæus novæ sponsæ Joannæ, ex privil. dat. in Castronovo Neapolis 24. Maii Mazaram civitatem in Sicilia ad Reginæ sumptus suppeditandos, seu (ut ajunt) pro aula reginali concessit: cum in Neapolitano Regno Venafrum abstulisset, ut eum Aragoniis restitueret, ex instrumento 2. Febr. eodem anno [g]. Hæc Regina Mazarensibus 28. Junii 1480. & primo Septembris privilegia confirmavit, novaque dedit [h]. Joannæ fuit carus noster Antistes, diœcesanisque gratus siquis alius: vir doctus, studiisque deditus, præclaram habuit bibliothecam libris græce & latine m. s. s. auro ornatis locupletem; eam suæ ecclesiæ reliquit, & in amplissima aula, ab eo elegantissime constructa collocarat, eidem aulæ alteram, quam Thesaurum appellant, subædificavit. Ex his voluminibus aliquot præclara m. s. s. in Concil. Trid. ad patres translata fuisse ferunt. Virginitatem coluisse toto vitæ tempore, fama est. Pauperibus largas eleemosynas erogavit, easque clam noctu suppeditabat. Suæ ecclesiæ aulæa phrygio opere elaborata, argenteaque vasa, quibus utebatur, legavit, ex tabulis Antonii de Tudisco, & Joannutii de Celi 24. Octobr. 4. indict. 1485. inter tab. eccl. præcipitque ut crux, atque candelabra conficerentur, quæ nostram ad ætatem visuntur; quare Joann. Jacobus Adria in typogr. Maz. scripsit: *Joannes Monteap. Salvatorem instauravit, & fictilia, & argentea vasa opere Corinthio, & aurichlamidem Salvatori operatus est.* Tandem postquam xv. annos optime rexisset ecclesiam, plenus virtutum, & annorum die 25. Octob. an. 1485. quievit in domino. Tunc Cantoris munere fungebatur Andreas Crapanzanus vir nobilis Drepanensis, qui cum Canonicorum Capitulo 27. Octob. proventuum episcopatus possessionem contulit Francisco Deodato administro Regii ærarii [i]. Exoraverunt à Gaspare de Spe Prorege datis litt. 17. Novembr. [k] confirmationem donationis Episcopi, ne ea bona essent obnoxia regio spolio. Vicariatus munere fungebatur Archidiaconus Rinaldus de Naro Salemitanus, qui concessit quadraginta dies indulgentiæ visitantibus ecclesiam S. Juliani in die D. Joan. Baptistæ (licet hunc falso Episcopum Mazarensem appellet sua in hist. m. s. de Monte Drep. Antonius Cordici fol. 7.) mox obiit; sufficitur in ea dignitate Didacus de Leone. Antistes vero in sacello S. Mariæ del Soccorso cathedralis templi ab eodem nobilissime ornato humatur, hoc epitaphio adjecto.

Anno Christi. 1479.

Mazara juris Reginæ Joannæ pro aula reginali.

g In tabula Neapol.

1480.

h Autogr. in tab. Mazar.

Antistes fueram clara Selinuntos in Urbe,
Est Agras patria, est nomen, honorque mihi.
Nomine me cuncti vulgo dixere Joannes,
Et mihi cognomen mons adapertus erat.
Hoc tandem jussi vivens hæc ossa Sepulchro
Condi; marmorea hæc stat brevis arca mihi.

i In reg. Canc. eo an. f. 26.

k Ibid. f. 99.

1485.

XXXI. JOANNES VII. *Castriotus Neapolitanus* claris ortus natalibus ex patre Bernardo Castrioto Galatonis, & Cipertini Comite [l], cum ætatis annorum 18. esset, Ecclesiæ Mazarensis designatur administrator, obtinuitque, ut interim per Episcopum à se deligendum pontificalia exercerentur, donec 27. suæ ætatis annum attingeret, ex litteris pp. Innocentii VIII. Romæ 16. Kal. April. an. sal. 1485. pont. an. 2.

l Ex lit. pontif. in tab. eccl. Maz.

Anno Christi. 1496.

an. 2. in lib. Protonot. 30. Maii eodem anno fol. 390. Episcopali muneri præfecit quendam Episcopum Raynaldum Archipresbyterum [a], deinde Jacobum Carduinum Episcopum Liparensem, qui contulit beneficium S. Calogeri Mazaræ 25. Augusti 1496.[b]. Per hæc tempora magistrum, seu majorem capellanum aulæ regiæ Ferdinandi Neapol. agebat Castriotus, & mox Didaco de Leone Archidiacono Mazar. litem intendit, quod episcopalis juris esset, non autem archidiaconi festorum transgressoribus pœnas infligere, sed pro archidiacono decretum est datis litteris Panormi 2. Octobr. 5. indict. 1486. lib. mon. fol. 6. 7. & Capib. fol. 194. Sacellanum quoque S. Stephani in templo cathedrali eligere sui esse juris contendebat; at Archiepiscopus Panormitanus, uti Metropolitanus anno 1490. jurispatronatus familiæ Maccagnonis esse decrevit, & post obitum Berti Maccagnonis beneficiarii Jacobum de Falconibus Ferdinandi Acunnæ Proregis capellanum à Francisco Maccagnone filio Jacobi delectum confirmavit. Id decretum executioni dandum à Vicariis, Canonicis, & eorum Capitulo Mazar. perscripsit Prorex 8. Maii 8. indict. uti postea 17. Maii Petrus Augustinus Mazaræ Gubernator [c] Jacobum in possessionem immisit. Anno 1492. post obitum Andreæ Crapanzani fit Cantor Joannes Bononiensis tit. S. Mariæ Transtiberim Card. nuncupatus de Portogallo, post Gregorius Episcopus Albanensis Card. is in gratiam Christophori Castroni civis, & canonici Panormitani resignavit, ex rescripto Alex. VI. Romæ 16. Kal. Martii pont. an. 1. Prot. fol. 149. anno sal. 1493. post cujus obitum eligitur Cantor Franciscus de Neluense Remolinus presbyter Cardin. nuncupatus Card. Surrentinus, qui fuit deinde Archiepiscopus Panormitanus, ut legere est in not. 1. lib. I. Panor.

a Prot eo ann. fol. 118.

b ex tab. eccl.

c Ibid. fol. 666.

1492.

Mazara Cantores tres Cardinales.

1493.

Per hæc tempora *Ferdinandus Neapolis Rex, & dominus Mazaræ filium suum nothum Alphonsum connubio adjunxit filiæ Jofredi Principis Scillacis primogeniti Roderici Borgiæ* (is cùm creatus esset Romanus Pont. nuncupatus est Alexander VI.) *Sed anno 1494. 25. Januarii obeunte Ferdinando Rege tam in Regno Neapolitano, quàm in nostra Mazarensi civitate sufficitur Alphonsus, qui 8. Maii in Neapolitano Cathedrali templo, adstantibus uno Patriarcha, septem Archiepiscopis, & 43. Episcopis, procerum plurium, & populi frequentia, ab Joanne Cardinale Borgia à Latere Legato Apost. solemni ritu regia corona exornatur* [d]. *Mox adversa fortuna anno sequenti Carolus VIII. Rex Gallus, dum Romæ ageret, non solum Terracina, Spoleti, & Civitatis veteris Castella ab Alex. VI. PP. magna vi extorsit, sed eadem violentia regnum Neapolitanum invasit; quare Alphonsus tanto Gallorum timore perculsus, quasi in se cœlum, atque elementa conspirasse suspicaretur, Regno Neapolitano se abdicavit, & Ferdinando II. filio cessit* [e] *10. Kal. Febr. tabulas abdicationis, & translationis Regni dictante Joviniano Pontano in procerum consessu, litterasque ad principes, & præsertim ad Ferdinandum Hispaniarum Regem, quibus rei rationem explicabat, dedit; asserens id imbecilli valetudine, ac voti religione, compulsum fecisse, qua conscientiam* [f] *exonerare æquum erat, ac prorsus necessarium*, in nostram Mazaram *Siciliæ fuga se recepit, ubi ejus acta per annum 1495. Aguntur*, Subdit Bzovius: *Obiit Alphonsus non toto circumacto anno, ex quo Regni procuratione deposita*, scil. 1495. *vixit inter monachos Olivetanos*, potiùs Benedictinos in monasterio Monteregalensi Siciliæ [g] *veste sacerdotali instar assumpta, magnam præferens sanctimoniam, & in pauperes magnificentiam, propter quæ spectare licet ob anteacta vita pœnitentiam, Deum illi suam gratiam communicasse*. Eodem anno Alphonsus Messanæ agens decessit, & in æde maxima ad dexteram aræ sepelitur [h]. *Sequenti anno 1496. 7. Octob. Ferdinandus II. Alphonsi filius moritur Summæ, eodem die Neapolitani abhorrentes potentioribus Regibus Ferdinando Aragoniæ, & Siciliæ, vel Carolo VIII Galliæ subiici; elegere Fridericum filium Ferdinandi I. fratrem Alphonsi II. & avunculum Ferdinandi II.* [i] *Is Fridericus, volente PP. Alex. VI. Neapoli coronatur Rex an. 1497.* [K] Uxor verò Neapol. Ferdinandi II. Joanna Regina vidua anno 1500. 4. indict. 11. Augusti more regio Panormum ingreditur equitans, in cujus latere dextro Archiepiscopus Panormit. Joannes de Paternione, in sinistro Prorex, & post eam urbis Prætor equitabant [l], Panormo ad sui juris Civitatem Mazaram magno procerum equitatu se contulit, uti domina illius; recipitur à Simone de Magistro Henrico Decano Mazarensis ecclesiæ [m]: ejus enim Antistes Castriotus in regiis Castris apud Padulam agebat, ubi anno 1503. pp. Alexandri VI. dispositioni præsulatum Mazarensem à se abdicatum commisit. Dum Mazara potiebatur Regina ex Ferdinando II. vidua, *Neapolitanum Regnum magnas patiebatur seditiones; inito sane fœdere inter Ferdinandum Catholicum, & Ludovicum XII. Christianissimum Reges (successerat iste Carolo VIII. qui sine prole 7. Aprilis 1498. obierat) adversus Fridericum; quia à Thurcis auxilium expetierat, eo ab Regno abjecto illud sibi divisere, & anno 1504. à Gonzalo Ferdinandes de Corduba Magno Capitaneo nuncupato, nomine nostri Regis Ferdinandi Neapolis capitur, Fridericus vero iis angustiis pressus misere moritur* [n].

1494.

d Vide in not. ex 1. Montereg.

1495.

e Ex Phil. Commune lib. 2. Camillo Porcio de conjuratione procerum contra Ferd.

Anno Christi 1495.

f De vita Alph & Ferd. vide Bzovium an. 1495. & 1496. n. 12.

g Vide in not. Montereg.

h In notitia Mess.

1496.

i Ex Pandulph. c. 13. & Surita lib. 1. c. 11.

1498.

K Ex eodem l. 3. c. 63.

l Ex lib. urbis Panor. eo anno fol. 130.

m Prot. lib anno 1503. f. 175.

1503.

n Ex Surit. c. 82.

XXXII. JOANNES VIII. *Villamarinus V. I. D. Neapolitanus* Bernardi Villamarini, genere Catalauni [o], Capaducii Comitis, Regni Neapolis Amirati, totius maritimæ Classis Præfecti, ac Regis Ferdinandi vicem gerentis, filius; Mazaresis ecclesiæ fit Administrator, cum solum prima tonsura esset initiatus, Episcopi appellationem consecuturus, si ad sacerdotalem promoveretur ordinem ex indulto pp. Julii II. 4. Febr. 1503. exscript. in reg. cancell. 2. April. indict. 1504. f. 305. Non multo post noster Antistes Neapolim adiit ad Regem Ferdinandum Catholicum, qui anno 1406. 26. Novembris, decedente prima uxore Isabella, Germaniam filiam Joannis Narbonæ domini, filii Gastonis de Fox, nepotem Ludovici XII. Galliæ Regis, & Elisabethæ Navarræ Reginæ duxerat uxorem; eamque navibus illuc vexerat, ubi rebus Neapolitanis bene compositis sine controversia eis potiretur; sed

1504.

Mense apr.

o Ex Camillo lib. 3. f. 430.

1506.

Anno Christi. 1507. sed dum Antistes pro confirmatione privilegiorum apud Regem ageret, ex Hispania perlatus est nuntius, quod Philippus I. Hispaniarum Rex, cui nupserat Joanna filia Ferdinandi 25. Septembr. e vivis sublatus esset: ad regimen ergo Hispaniarum Ferdinandus cum uxore Germana atque Corduba Magno Capitaneo transmeavit, demandavitque Neapoli vices suas Raymundo Cardonæ, Suessæ, & Terrænovæ Duci [a], tunc litteras confirmationis privilegiorum Mazaræ datas in Castro Neapolit. 22. Octob. ann. 1507. ab Joanne Aragonia Empostæ Castellano, Neapolisque Prorege exoravit noster Episcopus [b]. De hujus recessu à Mazara, & accessu ad Neapolim urbem, ubi interfuit exequiis Beatricis Reginæ Ungariæ, & Boemiæ (quæ in Castello Capuano 13. Setemb. 1508. mortem obivit) scribit Adria in sua typograph. Mazaræ fol. 36. ubi multis carminibus extollit, atque lætitiæ significationibus attestatur Præsulis nostri reditum in ecclesiam Mazarensem; in ea mox elegantissime elaboratum è marmore sacrarium, ubi hodie Sanctissimum Christi corpus in Eucharistia colitur, effecisse hæc docet inscriptio: *Joannes Villamarinus V. I. D. sacellum hoc ob honorem Salvatoris nostri Jesu Christi, & ejus sacratissimi corporis construi fecit anno à partu virginis* 1509. *3. Aprilis*. Templumque ipsum reparavit, & sua affixit stemmata. Quo anno 1510. Romanus Pont. Julius II. Regi Catholico investituram (ut vocant) Regni Neapolis concessit [c], noster Episcopus 3. Febr. 13. indict. diplomata erectionis, & dotationis suæ ecclesiæ in publicas tabulas referri curavit ex l. Prælat. Siciliæ fol. 140. Per id tempus usque ad annum 1518. quando Joanna Regina olim Neapolis suo cessit fato, Mazara civitas nomine illius per Jo. Guill. Valguarneram Baronem Sicilianæ ex lite Reg. Jo. 18. decembr. 12. ind. 1512. in tab. Mazar., post per Gabrielem Purpugnanam Hispanum Regium militem, Comitemque Palatinum regebantur. Sed Siciliæ Prorex Montisleonis Comes audito Joannæ obitu, Panormo litteras 12. Sep. an. 1518. in reg. Cancellar. transmisit, ut amoto Purpugnana Bartholomæus de Marchisio nomine Regiæ Curiæ, atque Regum Hispaniarum, & Siciliæ Joannæ matris, & Caroli filii in possessionem Mazaræ immitteretur, illique præficeretur. Unde noster Antistes ab iisdem Regibus eodem anno 19. Octobr. confirmanda, & 10. Jan. 7. indict. in Prot. fol. 132. exscribenda privilegia civitatis, & ecclesię Mazarę curavit. Anno vero 1521. Mazara ab iisdem Regibus venditur Raymundo de Cardona Oliveti Comiti, & regis exercituum in Regno Neap. prefecto aureis quinquaginta millibus, reservato sibi jure presentandi Episcopum; ex reg. Canc. an. 1520. f. 403. & in tabul. Mazarę f. 107. Constat etiam ex literis Isabellę de Requisenz, & Cardona viduę ejusdem Comitis perscriptis anno 1527. 21. Joanni Gambino equiti Mazarensi, & vicegubernatori, & anno 1528. 2. Julii Beringario Riquisenz (quem germanum suum vocat) Mazarę Gubernatori [d]. Anno 1525. primo maji templum S. Bartholomęi Mazarę consecratum est ab Andrea Scurzo Episcopo Litrense permissu Villamarini ęgrotantis; qui eodem anno è vita decessit, & cùm cęteris Mazarensibus præsulibus sepelitur.

Margin (left): 1507. — 1508. — 1509. — 1510. — 1512. Mazara devolvitur ad jus regis Siciliæ. — 1521.

[a] Surita l. 8. c. 4. & Annal. Carlill f. 496.
[b] In tabul. Mazar.
[c] Sur. lib. 9. c. 16.
[d] Autogr. apud Valer. de Ferro.

Anno Christi. 1525. XXXIII. JOHANNEM IX. *de Aragonia Neapolitanum* ex patre Francisco Notho Alphonsi II. Regis Neapolis, fratremque Francisci Episcopi Cephalædensis, electum fuisse à pp. Clemente VII. eruit Torres ex bibliotheca Vaticana; sed is forte Mazarensis nostræ ecclesiæ possessionem non est assecutus.

1525. XXXIV. AUGUSTINUS *de Francisco V. I. D. Neapolitanus* ex Senatorio ordine Hieronymi de Francisco Cameræ Neapolis præsidis filius, ætate annorum 23. natus, constituitur hujus ecclesiæ administrator, fidelitatisque juramentum pro sede apost. præstitit coram archiepiscopis Neapolis, ac Taranti; cùm verò ætatis annum 27. attigisset, episcopus initiatur, ex litteris pp. Clementis VII. datis Romæ 12. Kal. Aug. exscriptis 12. Octob. 1525. in prot. fol. 33. post duos annos in gratiam successoris resignavit præsulatum.

1527. mense majo. XXXV. HIERONYMUS *de Francisco Panormitanus* prædecessoris consobrinus ex eodem pp. Clemente per diploma pridie idus decemb. 1526. pont. anno 4. exscript. 14. Maji 1527. in prot. fol. 433. sanctè juravit coram Archiep. Panormit. Natus Panormi Hieronymus fuit ex Antonio de Francisco germano Præsidis Cameræ Neapolis. An. 1528. mense decembri quindecim Turcarum triremes cùm promontorium *S. Viti* non longè Drepano distans invasissent, ibique templum illius S. Martyris Siculi, quod magnæ est venerationis apud Christi cultores, expoliasent, fædasentque, divino miraculo omnes pelagus absorbuit; pauci è Turcis, qui in quadam turri se tuebantur, à Siculis capti sunt [e]. Anno 1531. 24. Jan. Mazarenses solutis Comiti Albeti, sive Oliveti unciis auri mille & trecentis iterum ditionis, ac juris fiunt Regum Siciliæ, capta Mazaræ possessione nomine Regiæ curiæ à Bernardo Riquisenz Reg. Canc. & Vicario Proregis Ducis Montisleonis. Obitus Hieronymi 1530. fuit.

Margin (right): S. Viti martyr. Siculi miraculum. — Mazara ditionis regiæ. — 1531. mense sept.

1531. XXXVI. JOANNES X. *de Homodeis nobilis Panormitanus* [f] Joannis Homodei Regii Thesaurarii, Baronis Vallis Longę filius, & Antonii prefecti classis Siciliæ frater, litteris, ac virtutibus clarus, à Carolo V. Imper. datis Mantuę litteris 5. 18. & 23. Aprilis 3. indict. 1530. lib. secret. an. 1472. fol. 54. offertur Episcopus Mazarensis Clementi VII. pontifici, & ab eo confirmatur diplomate Kal. Jan. eo anno pont. anno 8. exscrip. Panormi 19. April. & 12. Septembris 4. indict. 1531. Prot. eo an. fol. 438. & in reg. Canc. f. 25. Cùm è Tuneto Carolus victor rediret, Panormi, ubi more regio exceptus est, fidem spopondit suam sacramento dato coram nostro Episcopo Homodeo anno 1535. die 12. Januarii, non coram Hieronymo de Franciscis (uti malè scribunt aliqui) qui jam ab ann. 1530. obierat, neque coram Joanne Carandolet Archiepiscopo Panormitano, ut moris est; Carandolet enim apud Austrios tunc agebat, nec ullo suæ vitæ tempore Panormitanam vidit ecclesiam [g]. Fuit noster Antistes vitæ candore illustris,

[e] Ex Maurol. lib. 6. f. 209.
[f] An. 1531. Francisc. de Homodeis prætor Pan. in eis tab.
[g] In not. Pan. not. de Chr. 125.

Anno Christi 1542.

illustris, humillimus, in cibo parcus, parvo servorum numero contentus, sed in eleemosynis erogandis tam pauperibus, quam ecclesiis largus, templum cathedrale pretiosissima auro contexta supellectili, atque candelabris, aliisque argenteis sacris vasis exornavit, ejusdem tectum reparavit: in iis visuntur illius stemmata. Anno 1542. primo Febr. rebus humanis exutum fuisse scribit Franciscus Ventus Canon. Mazar. in sua ecclesiarum jurispatr. regii visitatione, apud conservat. reg. & in præcessorum præsulum marmoreo sepulchro jacere tradunt tabulæ eccl. Mazarensis.

1542.

XXXVII. HIERONYMUS II. *de Terminis Panormit.* cujus præclaræ nobilitatis sæpissime meminerunt Siculi Annales, filius fuit Baronis Berribaydæ; nostra ætate ejus nepos principatu Castelli-Termini decoratur; antea Canonicus, Decanus, ac Vicarius generalis ecclesiæ Panormit. deinde Imperialis Caroli V. aulæ sacellanus; ut primùm ad Episcoparum Mazarensem evectus est, scriptis litteris Caroli ejusdem in oppido de Condero 27. Januarii exscriptis in prot. die 27. Sept. 1543. fol. 163. mox inauguratur à Paulo III. ex dipl. dato Perusii 8. idus august. pont. anno 3. ibid. exscrip. 5. novemb. 1. indict. f. 101. & ibid. an. 1543. 165. ab eodem pontifice data est facultas retinendi canonicatum ac Decanatum Panormitanum. Anno 1546. noster, atque Catanensis Episcopus interfuere generalibus Regni Comitiis ex cap. regni f. 557. Anno 1556. eis ecclesiæ Pan. beneficiis se abdicavit, & Caroli Imp. Bruxellis 14. Januarii Prot. eo an. f. 498. permissu concessit Ludovico Masbel; eodemque anno Messanam adiit, ibique Parlamento (ut dicimus) præficitur, in quo Philippi II. procuratori Friderico Henriquez Siculi primates fidei sacramentum præstiterunt, cui scilicet tradiderat Carolus regna omnia. Tandem Hieronymus cùm à Rege Philippo II. delectus fuisset Archiepiscopus Panor. antequàm impetraret litteras Apostolicas, die 27. Octobris 1561. moritur, & in sacello sui cathedralis templi ab eo nobilissimè exornato, ac SS. Crucifixo dicato conditur.

1543.

Episc. canonicus, & Decanus Panorm.

1546.

1556.

Clarissimum Antistitem Hymera * *Hieronymum a Terminis Panormitanum, qui cum multa in pauperes, & ædem Sacram beneficia contulisset, flamen cælo dedit. Franciscus Frater hoc condidit tumulo. Vixit Annos* 50. *Obiit die XXVII. Octobr. Anno XX. sui Episcopatus. M. D. L. XI.*

* Pro Mafari ex fluvio antiquo Himera.

Beneficia, quæ contulit noster Hieronymus, sunt plurima: scilicet pauperibus continuæ eleemosynæ, virginibus egestate pressis, ut matrimonio dentur singulis annis, domo hospitali Mazaræ unc. 29. 10. & etiam post ejus obitum unciæ auri 50. templo cathedrali sacra ornamenta serica, ac auro contexta; idque reparavit, atque novis picturis exornavit; templis parochialibus, cœnobitarumque civitatis, & Diœcesis vestes sacras dedit. Casali Bissir juris episcopalis, ac Antistitum palatio nova ædificia adjunxit: in iis ferè omnibus gentilia stemmata adhuc visuntur; super quibus galerum more Cardinalium primus post Cardinalem Bessarionem olim ejus ecclesiæ Episcopum, depingi voluit; præcessores sanè tiaram cum baculo pastorali pingere solebant: fuit is vir prudens, & gratus omnibus.

Anno Christi. 1562.

XXXVIII. JACOBUS *Lomellinus del Campo V. I. D.* genere Græcus Rhodius; sed quia prope Messanam in navi Religionis S. Joannis Baptistæ hospitalis Hierosol. primum infans è nobilibus parentibus in lucem venerat, dictus est Civis Messanensis: ipse ejusque germani Romanis Pontificibus grati fuere. Jacobus fit primum Apostolicus Referendarius, atque multis ecclesiasticis beneficiis in Sicilia, *S. Andrea de Paternione, & S. Agatha veteris de Catana*, &c. à Paulo IV. donatur ex lib. Reg. Canc. anno 1556. post Episcopus designatur Guardiensis Alseriæ suffraganeus Archiepiscopi Beneventani [a]; mox Præsul Mazarensis, ex litteris Regis Phil. II. Madriti 3. Julii 1562. in prot. 20. Octobr. 6. indict. fol. 122. & rescripto Pii IV. Romæ 15. Kal. Martii pont. anno 3. in eodem lib. prot. 26. Decemb. Canc. fol. 363. & 244. Mandato ejusdem Regis anno 1563. simulque Octavianus Præconius Archiepisc. Panor. Bartholomæus Sebastianus Pactensis Episcopus, & F. Desiderius de S. Martino Carmelita sapiens sane vir, civis Panormitanus (fuit post Antistes Ugentinus) ad Tridentinam Synodum mittuntur, datis Madriti litteris 14. Julii 1562. Canc. fol. 102. & 138.. Tunc usus est opera Pauli Pellicani viri industrii, (fuit is post Archidiaconus Panorm.) cui contulit beneficium Mazaræ S. Petri de Catharro. Tridento rediens noster Antistes diœcesim perlustravit, & juxta illius œcumenici concilii sanctiones, monialium disciplinam collapsam reparavit, pravasque abolevit consuetudines; præsertim eas sanctimoniales, quæ fratribus Dominicanis, Franciscanis, aliisque regularibus subjiciebantur, suæ subdidit jurisdictioni ordinariæ, ex litteris Pontificiis Pii V. Romæ 3. Junii 1568. XI. ind. pont. anno 3. in lib. secretariorum Siciliæ 11. septemb. 12. ind. eodem anno fol. 113. & 242. Apud eumdem Pontificem conquesti sunt Mazarenses Canonici, quod Lomellinus prisco ipsorum numero adjunxerit septem alios canonicos, unde Pius litteras Roma 4. April. pont. anno 3. Archiepiscopo Panormitano, uti Metropolitæ transmisit, ut aboletis septem novis, servetur antiquus canonicorum numerus [b]. Ex iis juxta Concilii Tridentini decreta sess. 24. c. 12. de refor. aliquot presbyteros, aliquot diaconos, aliquot subdiaconos constituit noster præsul; qui & cathedrale templum insignibus sanctorum reliquiis, sacris ornamentis, aula Thesauri, & novo pavimento exornavit; cernuntur adhuc in iis ejus stemmata. Cum anno 1568. Panormi ageret, ob obitum Octaviani Archipræsulis, Canonici de eligendo vicario sede vacante certabant; plures ex veteri more statuendos esse Vicarios asserebant, decreverantque; noster Jacobus inter suffraganeos Panor. ecclesiæ vicinior cum esset, id vicariatus munus canonico doctori Aloysio de Amato demandavit, ex sess. 24. c. 16. Conc. Trid. quod ratum habuit pp. Pius V. datis Romæ litt. 15. decembr. 1568. exscriptis Panor. 2. Febr. 1569. [c] Damnans antiquum morem illius eccle-

Mense decemb.

[a] Ex Uberto Miræo de not. Episcop. fol. 119.

1563.

Monial. subjiciuntur jurisdictioni ordinariorum.

1568.

[b] Secret. in quodam regist. addito f. 179.

1569.

[c] ibid. ind. 12 f. 219.

Anno Christi 1569.

ecclesiæ Panorm. ad quam deinde anno 1571. evectus est Jacobus. Sede vacante Mazar. elegere xi. Canonici Vicarium *V. I. D. Vincentium Ciaccum Motycensem* ex tab. Notarii Innocentii de Pomo, & sex canonici *Jacobum de Sancto Philippo*, qui Jacobus, ac sex sui canonici armata manu invasere Episcopale palatium: re ad Proregem delata, ut turbas compesceret, Judex ecclesiasticus Aloysius de Amato cum suffragio Judicum Mag. R. C. decrevit pro *Vincentio*, uti à majori parte canonicorum electo, ex litt. datis Pan. 17. Martii 13. indict. 1570. lib. secret. anno 1569. f. 110. post elegere *Antonium Manelli can. cantorem*. Fuit is etiam vicarius Archimandritatus Messanæ, Canonicus S. Mariæ Transtiberim, & obiit anno 1582. apud Regiam Curiam Regis sacellanus, ac electus abbas S. Mariæ Novæ lucis.

1572.

XXXIX. JOANNES XI. *Beltranus de Guevara Hispanus* nobilibus ortus natalibus V. I. Licentiatus, canonicus collegialis S. Bartholomæi, inde in rebus fidei Quæsitor Toletanus, eligitur Visitator Tribunalis Inquisitionis in Sicilia, ac Antistes Mazarensis ob promotionem Jacobi Lomellini ad sedem Panor. cum ab Hispania in Siciliam rem suam familiarem transmisisset, ipse senectute confectus mutato consilio venire noluit; sed ad ecclesiam Vicentinam evectus est ex bullis successoris Prot. fol. 175. anno 1572.

1573. 12. Feb.

XL. ANTONIUS *Lombardus Siculus Marsalensis V. I. D.* primum à Sacris Hieronymi de Terminis Episcopi Mazar. à quo fit canonicus cum præbenda decimarum Castriveterani, ac patriæ Archipresbyter, ab eodem præsule transmittitur in Regiam curiam ad gravia peragenda negotia: ibi tunc noster Antonius deligitur aulæ regiæ sacellanus, & mox Agrigentinus archidiaconus, in Siciliam transfretavit. Sed ob Sacri Concilii Triden. decreta, illius dignitatis proventibus imminutis, ad Hispaniam rediit, & abbatiam Sancti Gregorii de Gypso juxta Messanam assequutus est anno circiter 1563. dum Jacobus Lomellinus Præsul Mazarensis concilio Tridentino interesset, ejus vices in tota diœcesi gessit. Anno 1570. prior S. Andreæ de Platia [a]. Anno 1572. abbas S. Mariæ Novæ lucis Catanæ: scripserat enim prorex Marchio Piscariæ, proventus abbatiæ fuisse annua quatuor millia scutatorum; quare Rex duo millia pensionis nomine solvenda aliquibus decreverat. Hanc à prioratu translationem noxiam potius arbitratus est, quam utilem Antonius; contendebatque simul redditus utriusque beneficii retinere; qua de re certior factus Rex, ut 800. aureos annuos à spoliis Præsulum exigeret, scripsit ex Aranguez 27. April. [b] donec alio transferretur. Eodem anno promotus est è Mazarensi ad Panormitanam eccles. Lomellinus, & eligitur Episcopus Mazaræ noster Antonius, ex litteris Madriti 13. Octob. exscriptis Panorm. 13. Decemb. indict. 1. eidemque dantur à Rege proventus sedis vacantis, & alii mille aurei, atque ab Gregor. XIII. pont. inauguratur per dipl. Romæ 17. Kal. Febr. pont. anno 1. exscriptum 19. Febr. 1573. Prot. eo an. f. 373. Cum regere ecclesiam noster præsul cœpisset, ut mores depravatos frænaret, atque Concilii Tridentini observationi incumbens, anno 1575. mense martio Diœcesanam Synodum coegit, quam typis deinde dedit, in eaque plura sunt, quæ hominis prudentiam, & Christianæ religionis provehendæ studium egregie commendant. Suæ item ecclesiæ, ac diœcesis privilegia, jura, consuetudines, monasteriorum, confraternitatum, ac jurispatronatuum fundationes, & proventus describi voluit. Duos accersivit monachos benedictinos viros, sane disciplina regulari maxime instructos, ut ii moniales sui ordinis more monastico instituerent [c]. Anno 1577. Antonii industria in sacrarium illud elegantissime elaboratum, atque marmoreis lapidibus a præcessore Villamarini contextum (*Cuppulam* vulgo appellant) in Cathedrali templo sacratissimum Christi in eucharistia corpus transfertur, & ad elegantiam id pulcherrimis marmoreis signis S. Servatoris mundi, prophetarum Eliæ, & Moysis, App. Petri, Jacobi, & Joannis exornatur; & in templi tecto depingendas historias antiqui ac novi testamenti, suaque stemmata affigenda is curavit. Anno 1579. mense apr. Montem pietatis ad arctiorem redegit formam, illique omnia pia legata univit, ex proprio ære annuas uncias 12. attribuit, atque constituit confraternitatem in templo veteri S. Ægidii, nuncupato Hospitali veteri. Postquam optime quinquennio hanc ecclesiam rexisset, anno 1578. ad Agrigentinam translatus est, inde anno 1585. ad Archiepiscopalem Messanensem, in qua suum clausit diem 13. anno 1597. & in patrio templo Lilybetano S. Thomæ sepelitur. Epithaphium lege in notit. Agrig.

1579. 15. Jun.

XLI. BERNARDUS II. *Gasco V. I. Lic. Toletanus* in oppido Caralli Almeguerensi de Marchionatu Collegialis Canonicus Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ac post Canonicus Doctoralis Placentiæ, & Salamanticensis Lector fuit, item de rebus fidei Quæsitor primum in Regno Catalanniæ, post Siciliæ: huic Rex subsidium 300. aureorum elargitus est ex Prot. an. 1572. f. 70. Anno 1578. præficitur ecclesiæ Mazarensi, eligente Rege Philip. II. & confirmante Gregorio XIII. per diploma Romæ 30. Martii 1579. exscriptis Panorm. xi. Junii. id & alia 9. diplomata autograph. in tabulis ecclesi. Mazar. leguntur. Anno sequenti Clericorum seminarium juxta Concil. Trident. decretum exædificavit, Episcopali palatio antiquo, quod multum à Cathedrali templo distabat, relicto, novum construxit in platea juxta templum majus in ædibus, quas olim sanctimoniales ordinis Sanctæ Claræ habebant; hæ sanè sorores anno 1377. sub Friderico III. Rege rebellionum tempore Drepanum transmigrarunt in aliud ejusdem disciplinæ cœnobium; interea illud Mazarense collapsum est: sed Abbatissa, & Moniales Drepanenses à pp. Martino V. exoravere apostol. litteras transmissas Decano Mazar. dat. Florentiæ 15. Kal. Julii. 1417. quod hæc duo monasteria, ac eorum jura sint in futurum unita; ea Decanus univit, non servata litterarum forma; quare anno 1539. à Paulo III. rescriptum obtinuere Mazarenses transmissum Petro Ferreri Decano & Pe-

Anno Christi 1575. — Synodum diœcesanam coegit. — Mazar. & Drepanens. monasteria S. Claræ.

[a] Prot. ind. 14. an. 1571.

[b] ibid. xv. ind. 1572. fol. 334.

[c] Ex tab. ecclesi.

Anno Christi 1581.

& Petro de Gosecta Canonico, Mazarensibus, exscripto Messanæ 12. septembris anno eodem, quod auditis Mazarensibus, atque Drepanensibus de hac unione monasteriorum, certiorem faciant Pontificem a; sed ad novum palatium Episcopale redeo, in cujus aula majori nomina, cognomina, ac stemmata prædecessorum Præsulum depinxit. Gasco templo Cathedrali multas sericas vestes, ac argentea vasa elargitus est; simulacrum Christi cruci affixi græcè elaboratum, quod antea supra chori portam erat, transtulit in arcum tituli, ubi modo visitur; id pietate illustre simulacrum (ut fama refert) cum è navi veheretur alio, divino nutu Mazaram appulit; nec inde enavigare navis valuit, donec sacrum relinqueret pignus. Turrim Campanariam jam collapsam reparavit. Statuam Comitis Rogerii victoris, sub cujus pedibus prostratus ac victus Saracenus est, erexit in grati animi significationem, quòd Cathedrale Mazar. ex voto ob victoriam construxerat, hac subscriptione.

a In tabul. Mazar.

1581.

De SS. Crucifixo Mazaræ.

D. O. M. H. & G. Rogerius Northmannus magnus Siciliæ comes expulsis Saracenis hanc Episcopalem Ecclesiam fundavit, cui marmoreum hoc Bernardus Gasco Hispanus Episcopus Mazarensis gratus erexit Anno DOM. M. D. LXXXIV.

Anno eodem 8. Sept. die Nativitatis B. Mariæ diœcesanam synodum coegit, in ea sanctiones perutiles scripsit, impressitque Panormi apud Jo. Franciscum Carrar. Febre tandem correptus 14. Augusti 14. ind. 1586. relinquens ex spolio aureos 9660. obiit, & situs est in sacello S. Mariæ Cathedralis templi hoc Epitahio.

Quisquis ad hunc pergis Tumulum, subsiste viator,
Perlege, cui dederit grandia dona Deus.
Toletum genuit, meruit Catalonia primum
Hunc quæsitorem, Trinacria inde solum.
Septem annis coluit Pastorem læta Selinis,
Pergratum cunctis, ac bene pauperibus.
Clauditur hac tandem Gasco Bernardus in urna.
Astra tenent Animam, condit & Ossa Lapis.

Vicarius sede vacante deligitur *V. I. D. Philippus Oliverius* Decanus Ecclesiæ.

1589. 5. Martii.

XLII. LUCIANUS *de Rubeis Siculus Pactensis V. I. D.* clericali tonsura incedens à concivibus anno 1566. adeò multis est affectus vulneribus, ut de eo conclamatum esse videretur: qua de re scripsit Episcopus Pactensis ad Proregem 10. maj. 8. indict. lib. secret. anni 1568. fol. 7. postquam convaluit, ad sacerdotalem dignitatem evehitur. Neapolim, ubi aliquandiu vixit, inde Romam apud Cardinalem S. Severinæ, post Hispaniam peragravit, ibi titulo regii sacellani cohonestatur, atque Nuntii Apostolici in Hispania Auditor est effectus; mox Episcopus Juvenatii in Apulia; („ 20. Octobr. 1581. ex Ughello Ital. sac. t. 7. c. 745.) anno vero 1589. die 5. Martii præsulatus Mazarensis possessionem absque pompa pontificali ob senectutem, ne in vitę periculum incideret, est assecutus, ex Regis Philip. II. pręsentatione apud S. Laurentium 16. augusti exscrip. 3. Octob. 3. indict. Prot. eo an. f. 197. & Sixti V. pont. confirmatione Romę 10. Kal. Feb. exscr. 25. Febr. ibidem 170. ind. 2. Proposita deberet esse omnibus pręsulibus tamquam in imagine descripta vita Luciani, in qua,

Anno Christi 1580.

A velut in speculo refulget species regiminis, & forma virtutis; hinc sumerent exempla vivendi, quid corrigere, quid effugere, & quid tenere deberent. Is corde humilis, verbis gravis, animo prudens, in loquendo parcus, in legendo studiosior, bene velle omnibus, fugere jactantiam, rationem sequi, amare virtutem semper visus est. Suam perlustrando diœcesim, collapsam monialium disciplinam reparavit, & regulari observantię restituit. In Carini oppido è monasterio S. Mercurii ordinis S. Dominici, B quod tunc juxta templum S. Marię Rosarii erat, quatuor superstites moniales ęgras ob aeris inclementiam à vicino flumine corrupti, transtulit, cum proventibus unc. 50. in aliud Castelli veterani, ut ibi degerent, donec aliud novum in Carini construeretur. Pravas diœcesanorum consuetudines abolevit, nimiam clericorum frenavit vivendi licentiam, multa edidit perutilia decreta; in iis omnibus usus est opera doctoris Bartholomęi Ficani Sacensis viri optimę ęstimationis, suasque vices commisit, immu- C nitatis ecclesię defensor strenuus; in confessariorum, ac clericorum ad ordines promovendorum examine rigorem pręse tulit, clericorum Seminarium à Gasco inceptum perfecit, auxit ędificiis, ac divitiis, illuc primùm pueros educandos introduxit; multis sacris ornamentis, argenteis vasis, atque orbe, quam Sferam vocant, pro S. Eucharistico Sacramento deducendo ecclesiam suam exornavit; chorum canonicorum, suggestum concionatorum in eo loco, ubi fuerat constructum à III. Episcopo Tustino, huc, D ubi nunc visitur, transtulit. Baptismatis sacri Fontem fecit, templi *cupulam*, ac organum à Pręsule de Termine inceptum perfecit, auxitque sepulchra præcessorum Antistitum, quę juxta altare S. Agathę fuerant, ad portam templi majorem detulit; ibi hæc inscripsit.

D. O. M. Has arces, in quibus corpora multorum Episcoporum condita quiescunt, Lucianus de Rubeis Pactens, hujus Ecclesiæ Episc. pro ipsius Ecclesiæ ampliatione, & decoratione in hunc locum transtulit, & ob memoriam tantorum pa- E *trum istud mausoleum sic compositum erexit Anno Domini MDXC. præsulatus sui Anno II.*

1590.

Ex antiquo Episcopali palatio ædes sacras D. Agathæ V. & M. dicatas pro puellis pauperibus exstruxit, illis annuas uncias 91. attribuit, easque anno 1602. 23. Octob. illuc induxit; ædem quoque hospitalem in pervetusta S. Ægidii sub tit. D. Luciæ V. & M. erexit. Marsala dum diœcesim lustrabat, ad Insulam Pantellariæ suæ diœcesis transfretavit, Siculis triremibus vectus; ibi 8. diebus fuit optimi pastoris munere F perfunctus; sacra confirmationis unctione, qua diu caruerant insulani, linivit, aliaque pontificalia exercuit, eleemosynis, & sacris sermonibus refecit; prohibuit, ne infantes idioma arabicum, uti moris est in ea Insula, docerentur, neque vestibus ritu Maurorum induerentur. A patria urbe Pactensi secum transtulit nepotes ex una sorore Blasium Protum, & ex alia Franciscum de Elia: utrosque ad magnos præsulatus, suarum virtutum exemplo, eruditioneque direxit; Blasium ad Archiepisc. Messa-

1602.

Anno Christi. 1602.

nenf. Eliam vero ad Syracuf. Epifcopalem dignitates. Lucianus antequam in Præfulatus immitteretur poffeffionem, fuam rem omnem familiarem, fupelledtilem, argentea & aurea vafa, in tabulis publicis exfcribi voluit coram Regii Patrimonii adminiftro. Ætate confectus, atque facris ecclefiæ Sacramentis munitus, febre correptus die SS. Simonis, & Judæ 28. Octobris anno fal. 1602. ad cœlum evolavit. Ejus corpus in Cathedrali humatur. Sede vacante in electione Vicarii magna fuit controverfia inter Canocos: nonnulli Blafium Protum Cantorem delegere, plures Alphonfum Gafco Canonicum, non Doctorem, non licentiatum, fed alias idoneum; electio Blafii non placuit, tum quia florenti erat ætate, tum quia non erat de gremio Capituli; (dignitates enim non erant de Capitulo:) res delata eft ad Rom. Pontif. qui electionem Proti confirmavit, & biennio vacavit fedes.

XLIII. JOANNES XII. *Gantes Hifpanus S. T. Lic.* è Cajetana („ cui preficitur 27. Martij 1597. „ ex Ughello t. 1. Ital. Sac. f. 545. vel 25. maij „ 1598. ex Lucenti Ital. Sac. f. 437.) in Mazarenfem transfertur ecclefiam, volentibus Rege Pilip. III. & pp. Clemente VIII. ex litt. fcriptis Romæ 4. Kal. Junii 1604. pont. an. 13. exfcriptis 26. ejufdem Prot. fol. 495. & in Cancel. fol. 499. mox licentiatum Apparitium Galindum Vicarium, ac Procuratorem Mazaram transmifit; & ejus nomine poffeffionem eft affecutus. Interea dum iter pararet, febre correptus, fenex, 24. feptembris Cajetæ & obiit, & fepelitur. Fuit Joanes ecclefiaftes facundus, & lepore præditus. Sede vacante à Canonicis deligitur Vicarius V. I. D. Vicentius Manelli Cantor Mazarenfis, qui adveniente novo Epifcopo in ingreffu pontificali, ab equo prolapfus ætate jam fenili confectus, triduo deceffit è vita die 9. Decemb. 1605. („ Re„ ctius 24. Martii 1606.)

1605. 21. Decembr.

XLIV. MARCUS *Lacava Panormitanus V. I. D.* ex honefto parente Joanne Lilybitano ortus, diu apud magnam Siciliæ regiam curiam patroni munere functus, („ unus fuit ex fundatori„ bus focietatis nobiliffimę S. Marię de Pace Ur„ bis Panormi an. 1580.) ætatis annorum 38. clericali, ac deinde facerdotali gradu decoratur: anno 1597. cum Jo. Batifta Cælefti, tunc fupremi Italiæ Regii Confilii Regente in Hifpaniam adiit; ibi Auditor à Nuntio Apoftolico apud Regem Catholicum Dominico Gymnafio Archiepifcopo Sipontino (fuit is deinde Cardinalis S. R. E.*) deligitur: contendebat tamen aulæ regiæ capellanorum numero adfcribi, alii vero è facello dedignabantur generis ignobilitatem; quare cùm ex Proregis Siculi litteris de honeftate familiæ conftitiffet, rejecta eft calumnia, & in Regiam admiffus eft Capellam anno 1603. fed infequenti anno Antiftes Mazarenfibus datur à Philip. III. Rege Prot. eo anno f. 205. Romæ folemni ritu à Paulo V. Pont. Max. confecratur, fcripto diplomate 9. Decembr. ann. 1605. pont. an. 1. exfcripto 9. Junii 4. ind. 1606. in reg. Canc. eo an. fol. 499. Per procuratorem conftitutum poffeffionem adeptus eft die 21. decemb. Roma Panormum appulit menfe majo, ibique magno plaufu recipiur, eumque Dux

* Obiit Decanus facr. Card. Concilii anno 1639.

Anno Christi 1605.

A Feriæ Prorex fuo curru excepit; inde ad ecclefiam Mazarenfem profectus, e cœnobio Capuccinorum die 21. Maji pontificali more inceffit, cum populus frequentiffimus adfuiffet. In Marco omnes femper admirati funt quàm alienum animum gereret ab avaritiæ fordibus, divitiarumque cupiditate; quantum etiam commiferationis in pauperes in ejus pectore refideret; idque ab ipfis Præfulatus initiis ad extremum ufque fpiritum conftantiffime præ fe tulit: ergo egenis puellis dotem de fuo numerabat fæpiffi-

B me, ac præfertim in feftis Dominicę Palmarum, & Annunciatæ Virginis. Annuos proventus ferè omnes, fuum etiam eam ob cauffam fraudans genium, locis piis monialium, fratrum, & Capuccinorum, quos maximè venerabatur, & diligebat, nobilibus mulieribus, ac viris egeftate preffis diftribuit; ejus genitor Joannes cum decoxiffet, alieno ære gravatus obiit; quamvis verò Marcus ad id non adigeretur, voluit tamen pedetentim creditoribus, quod pater debuerat, folvere, expenditque duodeviginti au-

C reorum millia. Palatium Epifcopale novis ędificiis, & quidem elegantiffimè auxit, templum cathedrale pretiofiffimis ornamentis ad fummam fcutatorum 16. millium exornavit, facellum Christi Domini cruci affixi in Civitate Drepano fuæ diœcefis nobiliffimis illuftravit ędificiis. 1620.

(„ Fundationem Cœnob. Fratr. Tertij ord. S. Fran„ cifci in Civitate Aleani promovere ftuduit an. „ 1608. ex Bordono in Chron. Tertij ord. c. 25. „ f. 429. & in Archiv. in inftr. f. 825. ut etiam Cœ„ nobium ftrictioris obfervantię S. Francifci an.

D „ 1623. in civitate Salem, ex Tognoletto Parad. „ Seraph. par. 2. lib. 7. c. 4. f. 210. Beneficium „ fimplex Ecclefię S. Marię Gratiarum (de Giu„ bino vocant) inftituit in Civitate Calatafi„ mis: ibique deiparæ icon Miraculis illu„ ftrata celebris eft; ejufque hiftoriam enarrat „ Albertus in prodigiis dei in honor. virginis „ par. 2. c. 15. f. 134. Anno 1625. ne Mazaria „ pefte afficeretur, populos excitavit, ut ad „ Virginem doloribus transfixam in dominica „ Paffionis fupplices preces effuderent; & hac ex

E „ caufa, novendiales dies inftituit, ex edicto „ 16. Febr. 1625. & ut Urbem contra peftis mi„ nas, & infultus muniret, S. Rofalię Virgi„ nis Panormitanę Reliquias obtinere curavit: „ quas infigni pompa excepit. Ejufdem Virgi„ nis ftatuam ex argento confecit (cui adhuc „ addita fpectantur Pręfulis ftemmata) & in „ ejus pectore Reliquias occlufit. In tribus ejuf„ dem Urbis portis, nempe Panormi, Maritimę, & „ Moartæ alias etiam ejufdem S. Rofalię Reli„ quias collocavit, ubi marmori adhuc infcul-

F „ pta leguntur hęc verba. *R. S. Rofalia.* His „ præfidiis à peftis flagello immunem fervavit „ Urbem.) Duas coegit fynodos diœcefanas; alteram die S. Francifci anno 1620. in templo ejufdem Sancti, alteram die 4. maij anno 1623. impreff. Panor. apud. Angel. Orlandi an. 1624. Eadem paftorali follicitudine ne divino cultui miniftri deeffent in fua ecclefia, quinquaginta presbyteris Mazarenfibus, qui horis canonicis femper intereffent, annuos aureos mille, & fexcentos ex menfa Epifcopali exigendos in

perpe-

Anno Christi. 1626.

perpetuum designavit in distributiones quotidianas, ad id pontificio, ac Regio accedente consensu, ex litteris datis Lusitaniæ 16. Augusti 1619. exscriptis 7. novembr. 6. indict. anni ejusdem lib. Reg. Canc. eo anno. Diu opera Bartolomæi Ficani can. Maz. civis Saccæ usus est, cui vices suas dedit, ac diœcesis Visitatorem generalem constituit. Inter præclara nostri Præsulis gesta referendum est, quod eidem Visitatori uncias ducentas ad sustinendos visitationis sumptus præbuit, ne diœcesani aliquid solvere cogerentur: id equidem audivi dum eam diœcesim lustrarem anno 1634. quare tanti viri vestigia sequutus, nihil à clericis exegi. Post obitum Ficani viri virtutibus illustris, eligitur Vicarius Franciscus de Elia, & Rubeis Archidiaconus Mazarensis, cujus dignitati Episcopus anno 1626. 10. Aprilis ob obitum Pauli Pellicani Archidiaconi Panormitani, beneficium simplex valoris sc. 300. annualium S. Petri de Catharro univit. Tandem die 4. Augusti hora 22. indict. IX. anno 1626. obiit Marcus, & ex spolio, præter ea quæ secum attulerat exscripta priùs in libris Regii Patrimonii, & deinde sorori hæredi restituta, nihil reliquit: omnia enim juxta sacri Concil. Trid. dispositionem, pauperibus, locisque piis erogaverat. In cathedrali templo sepultus est.

Marcus La cava Panorm. Mazariensi Præsulatu ad vigesimum secundum annum laudabiliter gesto, sexagesimo tertio vita functus, largitatis memoriam suique desiderium cunctis reliquit pridie nonis Augusti 1626.

(„ Adhuc ejus sanctimoniæ opinio, & fama „ viget; & nonnullos, ad ejus sepulchrum accurrentes, curationes obtinuisse, non sine „ miraculo, tradunt. De eo plura diximus in „ Biblioth. Sicula tom. 2. f. 36. & de ejus singulari studio in Deiparam, cui addictissimus fuit, „ consule librum, cui titulum dedimus: *Palermo divoto di Maria V. tom. 2. lib. 3. cap. 10. §. 4. fol. 218.*)

A Canonicorum capitulo tunc V. I. D. Cantore & can. Vincentio Rini, Decano, & Can. Ascensio de Elia, & Rubeis, Thesaur. & Canonico S.T.D. Thoma Cusa eligitur Vicarius Franciscus de Elia, qui Diœcesim totam lustravit, Civitatem etiam Drepanitanam, quæ contendebat soli Episcopo visitationem ejus licere; sanxit vero multa & sane perutilia decreta.

(„ Hanc insulam Catholicus Rex Philippus „ IV. obtulit Ægydio Castillo Cardinalio Alburnos: sed eam Ægydius renuit: ideoque successori conceditur.)

1630.

XLV. FRANCISCUS IV. *Sanchez, & Villanova S.T. D. Hispanus* ex genere nobili (quod à Cæsaraugusta originem trahit[a]) natus Madriti, aulæ Regiæ Sacellanus, & Ecclesiastes, à Cathedra Archiepiscopali Tarantina ad Episcopalem Mazarensem transfertur, retento nomine Archiepiscopi, ex litteris pp. Urbani VIII. 9. Kal. Octobris anno 1630. In reg. secret. regist. Briandi fol. 264. *Nec non*, ait PP. *tibi quoad vixeris dictum nomen, & denominationem Archiepiscopi Tarantinorum retineas, ita ut te Archiepiscopum Tarantinum denominare, & inscribere,*

[a] Ex histor. Hispania & Manessa de rebus Neap. l. 6. ?.

Anno Christi. 1630.

A *& ab aliis denominari, & inscribi liberè, & licitè valeas, ac si ejusdem Ecclesiæ Tarantinæ adhuc verus Præsul existeres, &c.* Ad utrumque præsulatum evectus est ex Philippi IV. Regis præsentatione, dat. litt. Madriti 5. Feb. 1630. Taranto sufficitur Ægidius Castillus, & Alburnos Hispanus Cardin. („ cui ex duobus annis sedis „ vacantis solvuntur aurea 24. millia, ex lit. „ Matriti 11. Martii 1632. in Cancell. 20. Julii „ ejusd. ann. fol. 56. Francisco verò conceditur „ Episcopatus cum onere solvendi aurea 1200.
B „ Didaco Hurtado Mendoza & Toledo Clerico „ Toletano, ex lit. 20. Martii 1631. Ibid. 13. „ Novemb. fol. 4. & cum pensione aur. 700. Roberto Presbyt. Card. tit. S. Alexii Ubaldino, datis lit. 17. Martii 1631. Ib. 8. Decemb. „ fol. 282. & cum alia pensione aureorum centum solvenda Roccho Pisci Messanensi ex bullis 21. Sept. 1630. ibid. 5. Octob. 1634. f. 31, „ Ex addit. ejusdem Pirri.) Panormum cum venisset ter est eximie concionatus in templo S. Petri Regii Palatii, in Sancti Philippi societatis
C Jesu, & in S. Mariæ Conceptæ monialium cœnobio. Inde mense Martio suam adiit ecclesiam, constituitque Vicarium V. I. D. Franciscum de Elia Can. & Archid. Mazarensem, magnoque recipitur plausu à Canonicorum, ac clericorum cœtu, patribusque Juratis; die 25. ejusdem mensis festo Annunciationis B.V. concionem habuit ad populum in templo Cathedrali omnium admiratione. Inter præclara Francisci facinora, illud sane memoratu dignum est; die dominico in Albis, commota inter cives Mazarenses
D turba, quòd instante Jaymo Sala regionis illius præceptore, patres Jurati, cæterique civitatis consiliarii gabellam (ut vocant) macinæ augere decreverant: rem ægrè ferente populo, quidam, campanaria turri conscensa, campanæ pulsatione ad arma adversus Juratos, & Præceptorem incolas populares excitabat; furebat jam incensus populus, sed ut turbas rescivit Episcopus advolat, ac medius sese infert, blandaque verborum comitate exardescentem iram, ne in flammas erumperet, restinxit. Episcopus an-
E nuas 40. ex proventibus Episcopatus nomine pensionis tribuit Monti Pietatis, & hospitali Mazaræ. Diœcesim lustranti maxime displicuit Drepanensium (ut ipsi ajunt) consuetudo, qui Præsulem suum solemni ritu aliis consueto excipere nolunt: cujus rei occasionem esse dicunt, quod in ea urbe proprius olim fuerit Antistes, qui cathedram ibi constitutam haberet, ut liquet ex dictis in 2. lib. tom. 1. de Not. eccl. Drepan. Franciscus in Hispaniam rediit ad suos, relictis Vicario de Elia Archid. & Procuratore
F Petro Stella. Inde nepotem Franciscum Villanovam in Siciliam transmisit Gubernatorem, & Procuratorem, generalem Episcopatus: is constituit alterum Vicarium generalem Cosmam Gioffre Drepanensem; inter ipsum verò, & Franciscum de Elia exorta contentio est de Vicariatus munere; Prorege volente pro Elia decretum est. Villanovæ in Hispanias naviganti sufficitur, volente Episcopo, Didacus de Trasmeira Quæsitor de rebus Fidei in Sicilia. Interea perlatus est nuntius, quod nostro Sanchio datus

datus esset præsulatus Insularum Canariæ, si earum Antistes transire vellet ad Cathedralem Salamanticensem; tunc verò ad Mazarensem designatus est Blasius Protus Archiepiscopus Messanensis; sed neque Canariensis senectute confectus adire voluit ad Salamantic. nec Proto Messanensem relinquere placuit. Rebus sic se habentibus anno 1634. die 12. Septembris Trasmeira uti procurator generalis Sanches me auctorem hujus notitiæ elegit Gubernatorem, ac Visitatorem totius diœcesis; in ea inveni pleraque sanctionibus sacri Tridentini Concilii adversa, quæ corrigere studui, pro cujuscunque cœnobii monialium sanctitate legum maximè laboravi; & unicuique Deputatum sacerdotem pietate, & virtute præclarum, protectorem virum nobilem, ac Thesaurarium locupletem, ac probum presbyterum constitui, multorumque utilitati prospexi. Contendebant interim tum capitulum Mazarensium Canonicorum, tum Drepanenses non posse ab alio, quàm ab Episcopo Diœcesano visitari; ego vero à contentionibus maximè alienus, cum gravi etiam podagræ dolore prosterneter, Panormum redii. Mense Decembri Trasmeira Inquisitor, uti Episcopi procurator Drepanum se contulit, & re infecta Panormum quoque mox rediit, & Fr. Michaelem Caravaglium Hispanum de familia S. Mariæ de Mercede transmisit. Is sub nomine Delegati ad omnes caussas & Drepanum, & reliquam diœcesim peragravit. Dum hæc agerentur Sancius noster Antistes, quod ex regia præsentatione ad Canariæ Ecclesiam fuerat evectus, à vinculo Ecclesiæ Mazarensis Romæ absolvitur mense Julio: quare Canonicorum Capitulum, eumdem Franciscum de Elia Archid. elegit vicarium Sede Vacante. Proventus vero præsulatus à die absolutionis Sancii exiguntur spoliorum more à Thesaurario regio; contendebant tamen procuratores Episcopi ad eum spectare omnes reditus, donec possessionem novæ Ecclesiæ Canariæ assequeretur; ita enim in nostri Regni more positum dicebant; decretum tamen est in spoliorum numerum venire.

1635.

3. April. 2. Cardin. Mazar. a à PP. Urb. VIII. die 19. Januar.

XLVI. JOAN. DOMINICUS *Spinola Januensis Presbyter. Cardin. tit. S. Cæciliæ* a, non modo generis nobilitate, virtutum decore, sed multis aliis titulis illustris, fuit primum Archiepiscopus Materensis in Regno Neapolitano, deinde Episcopus Lunen. Sarzanensis in ditione Januæ anno 1626. à nostro Rege deligitur Archiepiscopus Messanensis, quod Blasius Proto Siculus nonnullas ob caussas à Messanensi ad Mazarensem transiturus credebatur, cum verò Protus in sua persistens sententia, nullo pacto Archiepiscopatu Mess. se abdicare voluisset, nostro Cardinali Mazarensis data est Ecclesia; sed quod exterus esset, & Siculo de more hæc Ecclesia tradenda tunc esset, ne nostratium jura læderentur, præsulatus Cephalædensis vacans, cui exterus præfici poterat, datus est Petro Corsecto Panormitano, habitis interim ab Urbano VIII. Apost. litt. exscriptis in Regno in secret. mense Martio anno 1637. Nomine Spinolæ die 3. April. 1637. possessionem est assecutus Gentulius Nardini procurator, & deinde Vicarius, vir virtutibus clarus. Janua duabus vectus triremibus Spinola Panormum appulit Mense Junio, & à Didaco Aragonio Duce Terrænovæ in suas magnificas ædes munificentissimè recipitur; iisdem vectus triremibus Mazaram adiit, ac solemni pontificali ritu, populi frequentia, & totius diœcesis plausu die 28. Junii suam est ingressus Ecclesiam; obeunte Gentulio suum elegit Vicarium doctorem, & Canon. Mazar. Josephum Lalamia Lilybet. Bis magno animarum profectu diœcesim perlustravit, palatium Episcopale nobilitavit, diœcesanam Synodum an. 1640. Mense Octob. coegit.

(„ JOANNES DOMINICUS SPINOLA „ Januensis nobilissimo exortus genere, literarum studiis addictus in Bononiensi Academia, „ omnium primus studiorum Rector constitutus est. Adhuc absens, & in ipso juventutis „ exordio inter Quæstores Ærarii Ecclesiastici „ à Paulo V. adscriptus est: exinde Romam „ veniens ab eodem Pontifice declaratur Apostolicæ Cameræ Clericus; mox Auditor, „ Vicelegatum Viterbii egit. Ab. Urbano VIII. „ Presbyter Cardinalis electus tit. S. Clementis „ 19. Januarii 1626. eumque titulum cum alio „ S. Cæciliç commutavit. Ex prçsentatione „ Catholici Regis 11. Decembris 1630. ad Archiepiscopalem Sedem Acheruntinam, & Materanam evectus; exinde 26. Aprilis 1632. „ ad Lunensem, & Sarzanensem Ecclesiam „ translatus est; demum Mazarensis Episcopus „ electus est ex literis Regiis datis 7. Martii „ 1636., & Apostolicis bullis 13. Decembris „ ejusdem anni, exscriptis in offic. Prot. 26. „ Martii 1637. fol. 154. At cum onere solvendi „ aureos mille suo ex fratre nepoti Joanni Bapt. „ Spinola, tunc Abbati S. Salvatoris de Placa, „ datis literis Matriti 7. Martii 1636. & bullis „ editis Romç primo Decembris ejusdem anni, „ exscriptis in Cancell. 13. Jan. 1639. fol. 137. „ & alia aurea mille Cardinali Ægydio Alburnos ex lit. Apost. primo Decemb. in Cancell. „ 7. Martii 1638. f. 226. Vicarium Generalem „ sibi constituit D. Iosephum Lamiam Canonicum Mazarensem, ut etiam D. Simonem Rao „ Panormitanum, tunc Parochum Ecclesię S. „ Nicolai de Calcia Panormi, exinde Episcopum Pactensem. Ad instaurandam Ecclesiasticam disciplinam diœcesanam Synodum „ coegit an. 1640. quam Panormi edidit 1641. „ typis Petri Coppola. Summa vigilantia diœcesim visitare studuit: prç͏cipue vero curavit, ut missarum onera à Testatoribus antiquitùs legata, debita executione persolverentur, & à Sancta Sede fuit delegatus, ut „ ad Eleemosynam tunc constitutam redigeret. „ Episcopale palatium instauravit, & ampliavit, & habita prius licentia à Prorege occludendi quam iam Urbis semitam ex literis 20. „ 20. Ianuarii 1640. in Cancell. fol. 132. nonnulla cubicula à fundamentis extruxit. Carceres etiam eidem Palatio conterminas condidit. Ædem et Cathedrali addidit pro Clero, „ ubi sub SS. Salvatoris Imagine hçc habetur „ inscriptio.

„ *D. O. M. Jo. Dom. Spinola S. R. E. Presb. „ Card.*

Anno Christi 1645.

„ *Card. S. Cæciliæ nuncup. Episc. Mazarien. an.* A „ *Domini MDXLV.*

„ Sacra, ac pretiosa supellectili Cathedralem Ecclesiam ditavit, cujus copia, ac magnificentia adhuc demiratur. Ejus etiam thesaurum candelabris sex argenteis, aliisque Sacris vasis affabre conditis adauxit: ac nonnullis Sanctorum reliquiis locupletavit. In amplissimo Bizir feudo ædes instauravit, aliaque addidit ad suum, ac successorum oblectamentum; ibique amplissimam instituit vineam. B

„ Anno 1644. interfuit Comitiis Pontificiis, in quibus 14. Septemb. Innocentius X. summus Pastor Ecclesiæ electus est. In Siciliam regressus 26. Novembris 1645. Panormi Ecclesiam S. Mariæ Angelorum ordinis observantium Sancti Francisci solemni ritu consecravit.

„ Anno 1646. Mahometus Celebì, filius primogenitus Regis Tuneti fuga dilapsus, ut Catholicam Religionem amplecteretur, Mazariam appulsus 6. Martii, magnis amoris, ac magnificentiæ argumentis exceptus, C & prosequutus est, tum à nostro Cardinali, tum ab omnibus Civibus; usque dum Panormum advectus sacro baptismate ablutus est, ut in ea notitia diximus. At proditorie Tunetum delatus, & si in antiquos legis suæ errores iterum corruisset, attamen ad Regium Tunetani Regni solium evectus, Mazarienses Christicolas servitutis vinculis mancipatos nonnullis benevolentiæ signis complectebatur beneficiorum memor; ut ex multorum D relatione testatur D. Leonardus Marchesius Civis, & Canonicus Mazariensis, vir sanè eximius literis, & eruditione insignis, qui fere omnes Mazariensium Præsulum notitias mihi amicè communicavit.

„ Capellaniam annuo censu aureorum quinquaginta fundavit, ut Sacerdos quotidie missæ Sacrificium offerret, & anniversarium mortis suæ diem celebraret, & lampadem accensam SS. Salvatoris imaginem teneret. Demum eminentissimus Præsul animarum zelo E insignis, ac eximia prudentia in monitionibus adhibendis, tum in pœnis infligendis, Mazariæ decessit 11. Augusti 1646. & in Sacello Cathedralis Ecclesiæ, tunc Sanctæ Mariæ de Succursu, nunc Divi Caetani, sepultus est, hoc epitaphio cohonestatus.

„ *Joannes Dominicus Spinola S. R. E. Presb. Card. titulo S. Cæciliæ, nobiliss. Genuen. comitate, prudentia nemini secundus, ad Mariam Austriacam Urbani VIII. Pontif. legatus, Materanensis primùm, deinde Sarzanensis,* F *tandem hujus Ecclesiæ Mazariensis decennis Antistes, religione, integritate, suavitate gratissimus, ante hanc Virginem, quam vivens ornaverat, mortuus tumulatur. Obiit XI. Augusti MDCXLVI. Æt. suæ LXVIII.*

„ De eo Augustinus Oldoinus in addit. ad Ciacconium tom. 4. fol. 554. in Athenæo Romano fol. 404. & in Athenæo Ligustico f. 346. qui perperam anno 1649. decessisse tradit: in eumdem errorem lapsus est Michael Justinianus de Script. liguris f. 372. Ughellus in Italia Sac. tom. 7. fol. 101. Julius Ambrosius Lucenti in Italia Sac. f. 1275. Marcus Battaglini in annal. Sacerd. & Imper. tom. 2. ann. 1626. n. 7. & an. 1646. num. 12.

Anno Christi 1646.

„ XLVII. DIDACUS REQUESENS nobilis Panormitanus, Antonii Requesens primi Pantellariæ Principis, & Comitis Buxemæ, ac Hippolytæ Marchesiæ ex Principibus Scalettæ filius, Panormi exortus est 26. Octobris anno 1594. Litterariis studiis à pueritia dicatus, doctrinæ radiis enituit. In Hispaniam profectus ibi à Philippo IV. Catholico Rege in aulæ regiæ Capellanos cooptatus est. Anno 1627. Abbas SS. Petri, & Pauli de Itala eligitur, & paulò post ad Archimandritatus Messanensis dignitatem evehitur ex litt. datis Matriti 8. Aprilis 1628. & bullis Apostolicis Urbani VIII. Romæ primo Augusti, in Cancell. 21. Aprilis 1635. fol. 190. ex Pirro lib. 4. f. 41. & 109. Panormum venit primùm, mox Messanam anno 1632. adiit à Prorege Ferdinando Alfan de Ribera Alcalæ Duce, & à Messanense Senatu honorificè exceptus, iterum Panormum rediit. Anno verò 1634. Romam se contulit, ubi ab Urbano VIII. Pont. Max. perbenignè excipitur, multisque privilegiis cumulatur; à quo ob ejus doctrinam, morum candorem, ac insignia promerita Archiepiscopus Carthaginensis electus, à Bernardino S. R. E. Cardinale, assistentibus Octavio Corsino Archiepiscopo Tarsensi, & Blasio Proto Archiepiscopo Messanensi consecratur 25. Octobris 1637. in Ecclesia Divę Mariæ de Scala Carmelitarum Excalceatorum. Demum ob mortem Cardinalis Spinulæ Episcopus Mazariensis eligitur ex litteris Philippi IV. & apostolicis bullis 7. Octobris 1647. exscrip. in off. Proth. 9. Nov. 1647. f. 105. ejus nomine possessionem adeptus est D. Simon Raus ejus Procurator 29. Decembris 1647. ex tab. Nicolai Martii Mazar. Parum temporis spatium Mazariæ resedit: & Cathedralem Ecclesiam nonnullis sacris rebus muneravit. Prudentia, ac morum integritate enituit. Panormi decessit in Cœnobio S. Antonii Patavini ordinis strictioris observantiæ 21. Martii 1650. & sequenti die in Ecclesia Domus Professorum Societatis Jesu sepultus est.

„ XLVIII. CAROLUS IMPELLIZZERIUS nobilis Netinus Capellanus Regius Catholici Regis Philippi IV. à quo Episcopus Mazariensis designatur ex litteris Regiis, & apostolicis bullis datis Romæ 14. Kal. Januarii 1650. executis Panor. 10. Januar. 1651. in offic. Proth. fol. 165. Episcopatus possessionem adiit ejus nomine D. Joseph Calamia 24. Jan. 1651. ex tab. ejusdem Nic. Martii. Transitum ex palatio Episcopali ad Ecclesiam Cathedralem extruxit, in cujus arcu gentilitia ejus stemmata spectantur, ut & an. 1654 Campanariæ Turris molem à fundamentis extruere statuit, at non absolvit; ideoque uti ejus opera, & sumptu, magnificentissimum Ædificium pervenit, hæc legitur inscriptio.

„ *D. Carolus Impellizzeri Netinus Episcopus*

„ *Ma-*

Anno Christi 1654.

A „ *Mazarienſis ad æternam SS. Salvatoris gloriam à fundamentis erexit anno ſui Præſulatus IV. Salutis humanæ MDCLIV.*

„ Pridie quam decederet conſtituit beneficium, ſive Capellaniam perpetuò, ut in qualibet hebdomada tres celebrarentur Miſſæ in Aris deſignandis ab Epiſcopo, ſive Vicario Mazarenſi, & ut Capellanus eſſet unus ex Alumnis Seminarii Clericorum, in concurſu electus, ut ex tabulis Nicolai Martii 30. Octobris 1654. Divini cultus Zelo flagravit; ideoque ut choro mancipati ea qua par eſt B frequentia perpetuo aſſiſterent, & divinæ pſalmodiæ diligentius incumberent, ſtuduit ut à Sede Apoſtolica confirmaretur id quod decreverat Catholicus Rex; nempe ut ex menſa Epiſcopali certa decerneretur pecuniæ ſumma pro quotidianis diſtributionibus. At morte præventus rem non abſolvit; deceſſit enim Mazariæ 31. Octobris anno 1654. & in eadem Cathedrali conditus fuit, hac inſcriptione cohoneſtatus.

„ *D. Carolus Impellizerius Netinus Epiſcopus* C *Mazarienſis, quem cùm eſſet ætatis annorum LV. & quarto ſui Præſulatus, mors invida Eccleſiarum utilitati, morum reformationi, & egenorum ſublevationi, communem Patrem deploratum eripuit 31. Octobris anno à Virgineo Partu* 1654.

„ IL. JOANNES LOZANO Hiſpanus ex oppido Cumiliæ in Regno Murſiæ, ordinis Eremitarum S. Auguſtini, vir doctiſſimus S. T. M. primùm Tropeæ in Calabria Epiſcopus, ad Sedem Mazarienſem translatus eſt ex lit- D teris Catholici Regis Philippi IV. & bullis apoſt. datis Romæ Kal. Junii 1654. exeq. Panor. 8. Aug. 1656. in offic. Proton. anno 9. ind. 1655. & 1656. f. 566. Epiſcopatus poſſeſſionem habuit 28. Martii 1656. ex tab. Nicolai Martii. Is Campanariæ Turris ædificium ab anteceſſore inceptum protraxit ac perfecit, ea magnificentia, ut omnium laudes promereat. In ea hæc legitur inſcriptio.

„ *Frater D. Joannes Lozano Hiſpanus ordinis Sancti Auguſtini Epiſcopus Mazarienſis anno* E 1658.

„ Magno æſtuavit amore erga SS. Euchariſtiam, ideoque Sacellum in Cathedrali eidem dicatum, à Marco la Cava inceptum, numeris omnibus abſolvit, ac marmorata calce, picturis ac auro exornavit. Ciborio etiam ligneo auro illito illuſtravit: ac altari Cancellos è marmore verſicolori addidit. Super Sacelli arcum hæc legitur Inſcriptio.

„ *Fr. Joannes Lozano Hiſpanus S. T. M. Ordinis Sancti Auguſtini Epiſcopus Mazarienſis,* F *Sacellum hoc à D. Marco la Cava inceptum refecit, inſtauravit, complevit Anno Domini* 1663.

„ Annuum cenſum inſtituit, cujus proventus à Cathedralis Maragmerio (ut vocant) diſtribuerentur his Sacerdotibus, qui umbellæ haſtas geſtarent, cum SS. Euchariſtia ad ægrotantes deferretur: unciam etiam unam, & tarenos quindecim aſſignavit ſingulo anno, cui deferre contingerit turibulum ea in re adhibendum.

Anno Christi 1668.

„ Mortis ſuæ memor annuum cenſum aureorum quadraginta conſtituit, ut miſſæ ab antiquiore Capellano curato Cathedralis offerrentur pro anima ſua, & anniverſarius dies obitus ſui celebraretur, ut ex tabulis Nicolai Martii 3. Auguſti 1664. Sepulchrum etiam è marmore verſicolore ſibi excitavit in læva memorati Sacelli, addita ejus imagine, & hac Inſcriptione.

„ *D. O. M. Fr. Joannes Lozano Hiſpanus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini S. T. M. Tropienſis primùm, nunc Mazarienſis Epiſcopus, inter hujus muneris vita vitam agnoſcens mortalem, hunc ſibi locum, quo quieſceret mortuus, vivens elegit. Anno Salutis MDCLX.*

„ Anno 1668. ad Archiepiſcopalem Sedem Panormitanam eſt evectus, ut in ea notitia fuſius diximus.

„ *Joannes Termine* Panormitanus, Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Panormitanæ, & ejuſdem Eccleſiæ Vicarius Generalis, ob translationem Lozani electus eſt Epiſcopus Mazarienſis: at eadem die, qua Panormi Regiæ litteræ appulere, deceſſit 6. Octobris 1669.

„ *Joannes Giſulfus* Panormitanus ordinis clericorum Regularium, doctrinæ ſplendore, ac virtutibus clarus, Eccleſiæ Mazarienſis Epiſcopus deſignatus eſt; qui de ſe humillimè ſentiens, Epiſcopalis oneris munus conſtantiſſimè ſubire noluit.

„ L. JOSEPH CICALA Panormitanus ordinis clericorum Regularium, vir doctrina, & ſacra eloquentia egregius, de quo plura in Not. Eccl. Meſſanenſi, anno 1670. Epiſcopus Mazarienſis eligitur, ex bullis datis Romæ pridie Kal. Julii 1670. exſcriptis Panor. 19. Julii 1670. In Reg. cancellariæ fol. 292. cum onere ſolvendi uncias quadringentas quolibet anno Alvaro Moncada, ex Apoſtolicis bullis datis Romæ 12. Decemb. 1670. ex ſcriptis in Regno 20. ejuſdem. Eximio animarum zelo æſtuavit: ideoque magna ſedulitate diœceſim viſitavit totam; nec Inſulam Pantellariæ reliquit, quæ à Mazariæ Urbe recedit ad 70. m. p. & ut ad eam navigaret, triremem à Siciliæ Prorege obtinuit: ibique inhabitantes, qui Paſtoris faciem per multos annos non viderant, conſolatione affecit. Paternam charitatem erga omnes mirificè detexit, præſertim erga pauperes: ideoque in ea frumenti inopia, qua Sicilia laboravit an. 1672. eo ſtudio Mazarienſibus conſuluit, ut iiſdem triticum venderetur tarenis ſeptem pro ſingulo tumulo, cum in civitatibus finitimis ad rationem tarenorum duodecim venderetur. Anno 1673. commota Drepanenſi plebe, deſudavit ut concitati civium motus ſedarentur, etſi irrito conatu.

„ Epiſcopale Palatium amplificavit, cui nonnullas addidit ædes pro familiæ inhabitatione: ejuſque faciem exornavit, ubi gentilitia ejus ſtemmata ſpectantur. In Cathedrali Eccleſia Sacellum excitavit Divo Cajetano ſacrum, marmorato, & picturis eleganter expolitum: ac cancellis è marmore inſigni ejus

altare

Anno Christi 1677.

altare conclusit. In eo hæc extat inscriptio. *Clericorum Regularium fundatori, Ecclesiastica disciplina Restauratori, Sacellum hoc à fundamentis erexit, exornavit Parenti optimo, humillimus filius Joseph Cicala Panorm. Episcopus Mazariensis an. salutis M.DC.LXXV.*

Panormi Ecclesiam S. Joseph Clericorum Regularium 23. Maij anno 1677. Dominica quinta post Paschaten Resurrectionis sollemniter consecravit.

Eo Præsule in Palatio Ducum Terrænovæ, in Civitate Castriveterani excitata est Collegiata S. Petri: sua etiam agnoscit primordia Collegium Mazariense Soc: Jesu, ut latius infra.

Sub Cicalæ præsulatu claruit P. Marcus de Xacca, Mazariensis Congregationis Oratoris Sacerdos, simplicitate, silentio, oratione, & charitate insignis. Magna sanctimoniæ opinione decessit Mazariæ 23. Junii 1671. ut etiam F. Franciscus Mazariensis ordinis Capuccinorum, ex familia Gioppo, Concionator Apostolicus, lacrymarum dono, regulari observantia, aliisque virtutibus insignis. Præfectus Missionis fuit in Insula Pantellariæ, pluries, ut vocant, Guardianus, & Tyronum Magister. Ab anno 1667. Panormitanam Provinciam rexit; Commissarium, & Visitatorem Generalem egit Provinciæ Messanensis. Iterum ad Panormitanam Provinciam gubernandam precibus expetitus, onus subire noluit, ne à rerum cælestium contemplatione abstraheretur. Meritis plenus Panormi denatus est anno 1679. Ejus opus posthumum prodiit italicè scriptum, cui titulus directorium Spirituale, & Instructio tyronum juniorum Capuccinorum Panormi typis Dominici Anselmi 1679. in 12. Hujus memini in Biblioth: Sicula to. 1. pag. 230.

Præsul Cicala Sepulchrum sibi paraverat in Cathedrali, in Sacello S. Cajetani: ibique hoc legitur epitaphium marmori insculptum.

Hic silet Tuba Evangelica Joseph Cigala & Statella Cler. Regul. Episcopus Mazariensis, quem mors à mortalibus abstulit anno ætatis sue . . : . . . .

At an. 1679. ad Archiepiscopalem sedem Messanensem translatus est, ut in ea notitia diximus.

Sede a vacante à canonicorum Capitulo Vicarius Generalis electus est D. Joannes Milazius Mazariensis, Prothonotarius Apostolicus, Canonicus & Cantor ejusdem Ecclesiæ, vir doctrina egregius, ut abundè testantur ejus volumina typis tradita, & inscripta: *Miscellanea Selectarum Juris utriusque Assertionum*. De eo vide Biblith: *cit. to. 1. pag.* 355. Dum idem munus exerceret, vivere desiit 26. Decembris 1679. & in Cathedrali Ecclesia Mazariensi sepultus est propè chorum sub hoc epitaphio.

Reverendissimus Dominus D. Joannes Milatius Vicarius Generalis Capitularis Apost. Prothon. Causidicus Physiologus, Theologus, hoc sub chernite situs, ovans lethi in prælio, prædo temporis molas, quæ contra folium ostendunt potentiam in foliis concussit: imo mors ejus confracta assertionibus, hoc in lapide illi canit adoreas. Archipresbyter Cleripedes, Canonicus, & chorlarca silens moderatur odaum. Fidei tandem Quæstor Pariis ex hisce poris rutilatque fulgetque, ignito Religionis studio, quod adhuc nutrit in lipsanis chrono ereptus ævo Dei hominis anno 79. supra Sæculum XVI.

Anno Christi 1679.

Ob Milatii obitum Vicarius Generalis electus est à capitulo D. Gaspar Sampson tunc Canonicus, & decanus, nunc cantor ejusdem Ecclesiæ, vir doctrina, & eruditione clarissimus, inter illustriores Mazarienses meritò cooptandus.

LI. CAROLUS REGIUS nobilis Panormitanus D. Stephani Regij Campifloridi Principis, Marchionis Cinestræ, Regiarum Rationum Magistri, filius. Fuit anno 1664. electus Ecclesiæ Panormitanæ Thesaurarius; & in Regia aula Catholici Regis Abbas S. Mariæ de Gala, S. Luciæ, & S. Mariæ de Roccamatore renunciatus est: mox Regiarum cortinarum Præfectus ejusdem Regis, eleemosynarius major, deficiente Indiarum Patriarcha, ac etiam Archimandrita Messanensis. Ea virtute in Matritensi aula vixit, ac modestia, ut sui laudem excitaverit, ac viri casti nomen sibi comparaverit. Episcopus Mazariensis electus est ex litteris Caroli II. Regis, & apostolicis bullis Innocentij XI. Romæ datis 28. Aprilis 1681. exscriptis Panormi 23. Junij ejusdem anni: ex procuratione condita in tabulis Jo: Emmanuelis Perez de Albiz notarij Matritensis 27. Junij 1679. exscripta Panormi in tabulis Josephi Casora 22. Octobris 1679. qua delegit Procuratorem Aloysium Regium fratrem Campifloridi Principem, & substitutione in personam memorati D. Gasparis Sampsonis, in ejusdem Casaræ tabulis 4. Julij 1681. possessionem Episcopatus adiit 15. Julij 1681. ex tabulis Sebastiani Vajasuso Mazariensis Notarij. Ecclesiam hanc summa prudentiæ laude, pastorali vigilantia, paterna charitate, ac insigni vitæ sanctimonia administravit. Negotiorum molem aliorum curæ remittere haud passus, penè omnia laudabili integritate pertractabat. Omnium sibi commissarum ovium condidit catalogum, ex integerrimis relationibus, ut emeritis præmia largiretur, malos ad meliorem frugem revocaret. In pauperes liberalis, nonnullas puellas aluit, à periculis liberavit. In corripiendis erroribus ita mitis, ac dulcis sese præbuit, ut sæpius admonitum in abdito palatij recessu deducebat, eoque adstante flagris in seipsum sæviebat, ut emeritam solveret pœnam: ideoque saxea etiam corda emollita doloris lacrymas largiter profundebant. Criminales processus rarò adhibuit, ne aliorum bono nomini derogaret. In crimina recidentes, qui improbitatis exemplo alios offenderent, securò plectebat. Mazariam Urbem plurimum dilexit. Viam à turri fluminis Mazaræ usque ad castrum contra mare explanavit, ut in ea currus commode veherentur. Aquam ad publicum omnium bonum in

Anno Christi 1683.

„ in Urbem deducere meditabatur: ideoque, A fontem è marmore excitaverat, ut in area Episcopalis palatij collocaret: ac morte præventus hoc aliaque non absolvit; etenim exacto vix regiminis biennio 14. Septembris 1683. mortalitatis cursum explevit anno ætatis suæ 42. ab omnibus illacrymatus: à P. Josepho Barbotta Congregationis Oratorii Drepanensis funebri oratione laudatus, quæ typis tradita est; & in Sacello SS. Eucharistiæ conditus est, cum hoc epitaphio.

„ *D. Caroli Regio ex Principibus Campifloridi, Regiarum cortinarum Præfecti, Episcopi Mazariensis mortalibus exuviis hic quiescentibus, non tam acutus alioqui dolor, quàm virtutes superstites excubant; & quæ viventem exornarunt, parentant extincto. Beneficentia in pauperes, honesti, rectique amor, & animi candor, quem in Deum, ejusque matrem charitas purpura coloravit nobilissima, ut vivant immortalitati, litterarum hoc marmor amantissimo Patruo posuit D. Stephanus Regio Princeps Acis, Dux Vallis viridis, ordinis Alcantara, & à cubiculo Cath. Regis Eques.*

„ In dextra altaris ejusdem Sacelli magnificus inspectatur tumulus, nonnullis statuis exornatus, in quorum medio ipsius Episcopi simulacrum: & in Tabula permagna nigra, litteris aureis hæc legitur inscriptio.

„ *D.O.M. Infulatum ex Oreto Solem mortis umbra obnubilavit Illustriss., & Reverendiss. Dominum D. Carolum Regio Panor. Mazarensem Episcopum, Catholici Regis Consiliarium, & olim à sacris cortinis Præfectum, S. Maria de Gala, S. Lucia, ac S. Maria de Roccamadore Abbatem, deindè Mamertinum Archimandritam, ex familia Campifloridi, Acis, SS. Antonii, & Philippi, & Catena Principum, ac Cinestra Marchionum. Ejus occasum gentilitia nobilitatis sydera prosequi voluissent: sed ex lucta in hoc marmore obriguerunt, dum flerent ereptum, ætatis anno XLII. à Partu Virginis. M. DC. LXXXIII.*

„ Duabus etiam scutis illic insculpta sunt carmina.

Mortis ab hoc speculo pietas addisce beatas
Et cinere è Caroli disce animare faces.
Mortis ad hunc scopulum Caroli constantia ludens,
Ast ego naufragii nescia, dixit, ero.

„ Et si sepulchro clausus, adhuc ejus memoria in Mazariensium cordibus vivit, ob sanctimoniæ famam, profusam in pauperes liberalitatem, Prudentiam, aliasque virtutes, quibus longè latèque effulsit: ideoque tanta veneratione ejus sepulchrum habetur, quod ægroti quamplures pulverem lapidi sepulchrali proximam colligentes, in morbis adhibent: ac quotidie curationes narrantur.

„ Defuncto Regio Canonicorum cœtus Vicarium elegit Gasparem Sansonem, nunc meritissimum ejusdem Ecclesię Cantorem.

„ *Joseph Boccadifuoco* Platiensis Cler. Reg. Theatinus, vir doctissimus, ac contionator disertissimus, S. Officii Siciliæ consultor, & ab anno 1679. Abbas SS. Petri, & Pauli de Itala, anno 1684. fuit electus Episcopus Mazariensis: at senio confectus, ac morborum pondere oppressus, oblatam infulam renunciavit: & paulo post Panormi decessit 28. Julii 1684. funebri oratione commendatus à P. D. Petro Paternò Cler. Reg. typis tradita Panormi De eo Silos in hist. Cleric. Reg. par. 3. f. 601. & Bibliot. Sicul. to. 1. f. 374.

Anno Christi 1684.

„ LII. FRANCISCUS MARIA GRAFFEO nobilis Mazariensis Regio sufficitur. Is Mazariæ natus 21. Septembr. 1633. ordinem Conventualium S. Francisci ingressus, gravioribus scientiis abundè excultus, ea valuit doctrina, ut Sacræ Theologiæ Magister, Regentis munere scholasticam Theologiam docuerit in Cœnobiis Melitæ, Messanæ, & Drepani: eaque ingeniis felicitate, ut auctor fuerit distinctionis formalis formalissimæ in Scoti schola. Orator etiam fuit egregius, ac Poeta eximius. Nonnulla ordinis Cœnobia rexit: Siculam Provinciam gubernavit, & Visitatorem Generalem egit. Absoluto Provinciæ gubernio dum instaurationi Cœnobii Mazariensis operam dabat, eo inscio, & Jacobo de Palafox Archiepiscopo Panormitano rem promovente, à Carolo II. Catholico Rege electus est patriæ suæ Episcopus, magna cum Civium exultatione, ex litteris regiis. Romam cum se contulisset, examini expositus, & egregia detecta doctrina, elogium promeruit Fr. Laurentii Brancati Cardinalis de Laurea, qui publicè protulit: Audivimus hodie Scotum loquentem: ideoque ex bullis datis Romæ pridie Kal. Maji 1685. executis Panor. 14. Maji 1685. in offic. Proton. an. 1685. f. 123. consecratus est. Mazariam regressus à 5. Junii 1685. qua die possessionem adiit Episcopatus: magna sedulitate Ecclesiam sibi creditam gubernavit. Vicarium Generalem sibi constituit Ascentium Graffeum ex fratre nepotem Canonicum, & Archidiaconum ejusdem Ecclesiæ. Ad instaurandam Ecclesiasticam disciplinam semel, & iterum Diœcesim visitavit. Justitiæ tenax in ea administranda Andream de Annibale Mazariensem Assessorem adhibuit, virum à doctrina clarissimum.

„ Cathedrale Templum ad recentioris architectonicæ artis leges redegit: ideoque propè omne à fundamentis proprio ære refecit: ex antiquo enim illæsa remansit ea pars, quam Thabor vocant, ubi SS. Salvatoris, SS. Apostolorum Petri, Jacobi, & Ioannis simulacra, à celeberrimo Antonio Gagino Panormitano insculpta, demirantur; & alia Moysis, & Eliæ ab alio sculptore efformata. Sacella etiam SS. Eucharistiæ, S. Cajetani, turrim campanariam, & partem Sacelli S. Triphonii (hic nunc asservantur SS. Reliquiæ, & magni pretii ornamenta) intacta reliquit; reliquum verò magnificentissimi Templi à fundamentis extruxit. In Sacellum memoratum, S. Triphonio sacrum nonnulla Episcoporum tumula transtulit, alia vero subtus terram recondidit post majorem Ecclesię januam. Hujusce instaurationis exordium fuit 18. Iunii 1690.

Anno Christi. 1694.

„ 1690. ut innuit inscriptio hæc marmori in- „ sculpta in pila majori sub tholo.

„ *Fr. D. Franciscus Maria Graffeo Civis, & „ Episcopus Mazariensis Augustæ hujus Basilicæ „ fundamenta hic primum inauguravit, ut in aeter- „ nitatem perennarent quadratum admovit lapi- „ dem, cui gravem ex auro solido laminam sup- „ posuit die XVIII. Junii, anno M. DC. XC.*

„ Absoluto templo, an. 1694. 6. Augusti, die „ Transfigurationis Domini, cui dicatum est, „ idem solemniter aperuit, magna celebrita- „ tis pompa; confluentibus undique civibus „ exterisque: ideoque supra portam, quæ „ aream Episcopalis Palatii respicit, hanc ap- „ posuit inscriptionem.

„ *Fr. D. Franciscus Maria Graffeo Civis, & „ Episcopus Mazariensis hoc Augustum, ac Prin- „ ceps Templum ære suo ædificatum die SS. Ser- „ vatori sacro, sæculorum admirationi reseravit „ anno M. DC. XCIV.*

„ Hujusce Templi inaugurationem latino „ carmine celebravit S. T. D. Laurentius Mau- „ rici Panormitanus, Archipresbyter Salem.

„ Eodem etiam tempore diœcesanam Syno- „ dum celebravit, non sine diœcesis beneficio. „ Sacra etiam supellectili Templum instaura- „ tum exornavit; pallio præsertim ex argento „ affabrè elaborato. Vasa etiam sex argentea, „ & pes Crucis ex eadem materia, juxta molem „ candelabrorum, quæ Card. Spinola jam con- „ diderat. Cœnobium etiam Conventualium „ S. Francisci in eadem Urbe Mazariæ magnifi- „ centissime refecit. Ingentes expensæ, his in „ rebus erogatæ, haud cohibuere optimi Præ- „ sulis pietatem, quin pauperum inopiam non „ curaret; nunquam etenim eorum ærumnas „ neglexit; ideoque proprio sumptu nonnul- „ las ingenuas familias aluit.

„ Magno amoris sensu Cathedralis Canoni- „ cos prosequutus est; quibus ab Innocentio „ XI. P. M. obtinuit usum Cappæ Magnæ viola- „ ceæ, cum pellibus albis hiberno, æstivo au- „ tem tempore cum sericis fasciis purpureis, „ ac rocchetto, ex bulla data Romæ Kal. Octo- „ bris 1686. Iisdem Canonicis aulam capitula- „ rem extruxit, & armarium ad asservandas „ eorumdem sacras vestes: & eidem capitulo ar- „ genteam clavam dedit. Numerum etiam Ca- „ nonicorum adauxit; tres etenim alios insti- „ tuit Canonicos, nempè duos Cathedralis Cu- „ ratos, & Terminatorem, ut vocant: ideo- „ que nunc eorum numerus ad 19. ascendit. „ Demum eidem Capitulo sepulturam extru- „ xit in ejusdem Ecclesiæ choro, cui hoc appo- „ suit epitaphium, in proprii sepulchri latere.

„ *Mortalibus Canonicorum spoliis non mortis „ carcerem, sed amoris excitavit capitolium F. D. „ Franciscus Maria Graffeo, civis, & Episcopus „ Mazariensis. Ecclesiæ suæ capita perditè ama- „ vit vivens, ardentius amaturus in funere, si „ ne suos quidem cineres ab illorum cineribus pa- „ titur dissociatos. Proh exaggeratum amoris in- „ cendium, quod Infulatæ Majestatis vel frigido „ exardescat in cinere. Anno M. DCXCIV.*

„ Immunitatis Ecclesiasticæ fuit acerrimus „ propugnator. Zelo flagravit, ut in sæculari „ regimine rectè patria moderaretur; præser- „ tim in caritatis annona. Urbis mœnia anti- „ quissima variis in locis proprio ære instaura- „ vit: & novam portam extruxit, quæ ex me- „ ridiana parte portæ majori Cathedralis res- „ pondet, cui coronidem imposuit post ejus „ mortem D. Ascentius Graffeo ejusdem ex fra- „ tre nepos anno 1698. ubi hæc legitur inscri- „ ptio.

Anno Christi. 1698.

„ *Carolo II. Hispaniarum, & Siciliæ Rege „ Invictissimo, & Excellentissimo D. Petro Em- „ manuele Colon, Magno Indiarum Admirato, „ Duce de Veraguas Prorege, Portam banc aus- „ picatus est Franciscus Maria Graffeo Civis, & „ Episcopus Mazariensis. Clausa diu flevit in- „ fulatos cineres; nunc imposita coronide reclu- „ dit D. Ascentius Graffeo ex fratre nepos, ut „ patrui vota coronet. Anno Domini 1698.*

„ Sessibulum Magistratus Urbis perfecit in „ Cathedrali, cui addidit peristromata holo- „ serica villosa coccinea ad ejusdem Magistra- „ tus splendorem. Palatiolum Villicum sibi à „ fundamentis construxit in Mazariensi plani- „ tie; quo alios excitavit ut similia in eadem „ planitie magnificè extruerent ad amænitatis „ delicias perfruendas.

„ Eo Præsule Carmelitæ Excalceati Cœno- „ bium Mazariæ excitarunt, & Ecclesiam S. „ Viti Civis, & Patroni Mazariensis obtinuere „ ratione P. Antonii Graffeo ejusdem regularis „ familiæ, Episcopi nepotis, viri doctissimi, „ qui Siculæ Provinciæ ordinis sui præfuit, & „ in diœcesi Mazariensi Visitatorem, & Syno- „ dalem Examinatorem egit. Eidem etiam Cœ- „ nobio additæ sunt hæreditariæ opes D. Da- „ miani lo Grasso Canonici Mazariensis, ab „ intestato defuncti, & ejus ære hæc S. Viti Ec- „ clesia ad elegantiorem formam redacta est. „ Hanc verò Ecclesiam condiderant anno 1588. „ confratres quidam, civesque Mazarienses: „ hic enim S. Vitum Martyrem lucis usuram ac- „ cepisse tradunt; in cujus Sacrario adhuc pu- „ teus servatur, ejusque aquæ, S. Viti appel- „ latæ, ab ægrotis salutares experiuntur. „ Alius etiam extat puteus S. Viti, qui ab hac „ Ecclesia S. Viti ad jactum lapidis distat extra „ Urbis mœnia, inter fluvium Selinis ex orien- „ te, hodie fluvium Arenæ vocatum, à quo „ Selinuntis nomen Mazariæ accessisse putant, „ & fluvium Mazari ex occidente. His verò „ putei aquis purgandi corpus virtus inest. „ Cler. D. Hieronymus Liotta Marsalensis ex „ tabulis ultimæ suæ voluntatis apud Not. Jo. „ Franc. Rizzo 8. Sept. an. 1598. uncias 220. „ annuas designavit, ut Collegiata fundaretur „ Marsaliæ. At nostro Præsule instante ex „ pontificio diplomate dato Romæ 4. Junii „ 1692. fundata est.

„ Demum noster Præsul magno cum populi „ deflentis luctu decessit 16. Januarii 1695. & „ in medio Chori conditus est, in sepulchro, „ quod paulo antequam decederet sibi extru- „ xerat, sub hac inscriptione.

„ *Mortalitatis suæ cineres, quos Fr. D. Fran- „ ciscus Maria Graffeo Mazariæ induerat, se- „ raphico cinere, & Mazariensi Infula Patriæ „ red-*

Anno Christi. 1694.

„ *reddidit Illustriores, suos tamen ipse veluti in- dignatus honores, sibi præmoriens hoc eos saxo sepeliit anno 1694.*

„ Luculentam in ejus funere habuit orationem Drepani P. Seraphinus à SS. Petro, & Pauló ex Augustinianis Excalceatis, editam Panormi an. 1711.

„ Sede vacante Capitulum Canonicorum Vicarium confirmavit Ascentium Graffeo Canonicum, & Archidiaconum, defuncti Præsulis nepotem. Is Judex, & Examinator Synodalis, vir eximius, ob præclaras animi dotes, fuit Duci Uzedæ Proregi præpositus, ut inde mortui patrui locum Ecclesiæ Mazariensi Pastor sufficeretur. Proprio ære depingere fecit, & auro illinire, fornicem, navemque Cathedralis Ecclesiæ Mazariensis.

„ LIII. BARTHOLOMÆUS CASTELLI nobilis Panormitanus Clericus Regularis Theatinus, Marchionis Capitii, & Principis Castriferrati filius, vir non minus sanguinis claritate, quàm doctrina, ac virtute insignis, Phil., ac Theol. sodales suos docuit: Matriti quatuor Pont. Nunciorum ad Catholicum Regem Theologus, & Synodalis Examinator Archiepiscopatus Toletani inclaruit. Ad Cathedram Mazariensem evectus est ex Regis Caroli II. Regis litteris, & apostolicis bullis Innocentii XII. datis Romæ 28. Nov. 1695. exeq: Panorm. 2. Januarii 1696. Ecclesiam sibi creditam eximia vigilantia, virtutum exemplo, sanctisque operibus piissimè rexit. Vicarium Generalem sibi delegit Nicolaum Antonium Milo, Canonicum, & Cantorem Mazariensem. Animarum curæ invigilans sexies diœcesim omnem sedulo perlustravit; ter verò in Insulam Cosyram, vulgò Pantellariam, se contulit; & ubique decreta edidit ad animarum beneficium; eleemosynas verò ubique in pauperes erogavit. Ter diœcesanam Synodum celebravit; in harum prima 15. & 16. Junii 1698. constitutiones confirmavit Card. Spinolæ prædecessoris, additis nonnullis, aliisque immutatis, juxta temporis rationem, ediditque Drepani an. 1699. Anno verò 1704. & 1720. alias convocavit, ut Examinatores, Judicesque Synodales deligeret. Epistolis propria manu innumeris exaratis, salutis documenta undique per diœcesim distribuit. Redditus pænè omnes Episcopatus in pauperes erogavit, iis exceptis, quæ ad tenuem sui, & familiæ victum satis essent. Hæres D. Hieronymæ Castelli sororis renunciatus, nihil sibi retinuit; at omnia piis operibus addixit, præsertim ad cultum Sacelli S. Andreæ Avellini in Ecclesia S. Joseph Panormi Cler. Regul. Nonnulla etiam ejusdem Sororis bona à Monte Pietatis Panormi redempta, in Sacra suæ Cathedralis ornamenta convertit. Conservatorium per plures annos proprio sumptu ad Orphanas dispersas piè alendas conservavit, ac perditas mulieres inhonestè viventes ab urbe sua ejecit.

„ Sacro oleo supra 63. Ecclesias solemni ritu consecravit, tum in sua diœcesi, tum extra; præsertim Panormi sex, nempe SS. Salvatoris Monialium ordinis S. Basilii 2. Julii 1704. S. Theresiæ Monialium ord. Carmelitarum Excalceatarum 14. Novemb. 1711. S. Ignatii Mart. Congregationis Oratorii 21. ejusdem mensis, & anni, S. Francisci Xaverii Soc. Jesu 24. ejusdem mensis, S. Rosaliæ Monialium Ord. S. Benedicti 16. Decembris 1713. Annunciationis Tertii ordinis S. Francisci 31. Aug. 1720. Tum in Monteregalensi Diœcesi, tum Panormi pluries ob absentiam Præsulum Confirmationis Sacramentum administravit. Pluries oves suas verbi Dei pabulo enutrire studuit: præsertim in generali jejunio conciones habuit ad populum in sua Cathedrali, ob ægritudinem Concionatoris electi, & licèt inopinato non minus doctè, quàm eruditè, pieque, ne consuetis concionibus destituti cives remanerent. Eodem etiam tempore post meridiem conciones ad Urbis moniales dixit.

Anno Christi 1711.

„ Eo Præsule in oppido Campibelli pietate Principis Resuttani Parochia cum Archipresbyteratu fundata est. In Insula Ægusæ, vulgo Favignana, à Dominis Pallavicinis, quorum dominio subjacet, etiam excitata est Ecclesia sub Titulo Immaculatę Virginis cum ejus Archipresbyteratu, addita aureorum quinquaginta dote annua, & tymno excætaria ejusdem Insulæ. In visitatione an. 1711. Archipresbytero Partenici injunxit, ut Capellanum constitueret, qui rusticis juxta Burgetti oppidum, juris Monachorum Benedictinorum Congregationis Cassinensis, & Monasterii S. Martini de Scalis, Sacramenta ministraret, ne sine spirituali ope viveret, & deficerent: at post nonnulla jurgia demum statutum fuit, quòd Abbas S. Martini designaret aurea 60. singulo anno persolvenda Capellano, ab eodem Abbate eligendo, ut Sacramenta in eodem oppido Burgetti incolis administraret.

„ Novum Seminarii Clericorum ædificium à fundamentis extruxit: antiqui verò angusti medietatem Monasterio S. Catherinæ aggregavit; aliam medietatem Episcopali palatio uniendam reservavit. Anno 1705. in Ericis Urbe eo volente, fundatum Monasterium Carmelitarum Excalceatarum. Pænè omnem proprio sumptu Ecclesiam Collegii Mazariensis Soc. Jesu magnificè excitavit. Tria etiam aureorum millia prębuit Collęgio Marsalensi ejusdem Societatis, ut ejus Ecclesia ad umbilicum deduceretur. Opem etiam suam contulit pro ædificatione Ecclesiæ Majoris Marsaliæ.

„ Sub ejus regimine pluries Mazariensis Civitas metu, & ærumnis exagitata. Primùm anno 1709. 12. Junii cum duo Gallorum naves sub Castri Mazariensis tutamen aufugerent à duabus Anglorum navibus bellicis insequutæ, & contra has Urbs cùm ter bellica tormenta explosisset ut longius expelleret; contra Urbem supra quadringentos igneos globulos emiserunt Angli, at sine gravi Civium, & ædificiorum damno. Ea occasione

„ D. Lan-

Anno Christi 1717.

„ D. Lancellottus Castelli Episcopi Nepos, „ ejusque Vicarius Generalis, & Archidiaco- „ nus Mazariensis, tunc infirmus, terrore af- „ fectus ob percussam ejus domum, ingrave- „ scente morbo decessit.

„ Romam velificavit anno 1717. primo Maij, „ ut tentaret, si jurgia satis nota inter Pontifi- „ cem, & Siciliæ Moderatorem sedare posset: „ at re infecta, & mutata regni facie: cum „ ad suam Ecclesiam remearet, 2. Maii 1719. „ propè Sardiniam ab anglica navi captus, ad „ Magonis portum reductus est, veneratione „ ab ipsis hostibus prosequutus, etsi rebus om- „ nibus exutus. In ipsa Minoricæ insula otio „ non delituit noster Episcopus, nam Charita- „ tis officia ad incolentium solamen adhibuit, „ & confirmationis Sacramentum ubique ad- „ ministravit. Neapolim exinde deductus, res „ suas ex parte rehabuit. Ut amatissimi Pasto- „ ris libertatem obtineret Capitulum Maza- „ riensis Ecclesiæ, Summo Pontifici, ac non- „ nullis S. R. E. Cardinalibus, aliisque literas „ doloris plenas scripsit. At adepta à Carolo „ VI. Imperatori Sicilia, ad Ecclesiam suam „ mense Maii 1720 magno Civium exultan- „ tium plausu regressus est. Dolorem tunc ni- „ mium concepit cum ingentia damna à Maza- „ rienfibus perpessa inter bellicas turbas oculis „ hausisset, quibus occurrere haud neglexit. „ Vixit egregius Pastor virtutibus præsule di- „ gnis ornatissimus, & indefesso labore, insigni „ vigilantia, & ferventi zelo Ecclesiam mode- „ ratus est, merito cum Sanctis Ecclesiarum „ Pastoribus conferendus. Demum 5. Aprilis „ an. 1730. sancte decessit, non sine sanctimo- „ niæ opinione: & magnificentissimo funere „ parentatus, cum omnium acclamatione, & „ luctu, in cathedrali Ecclesia tumulatus est.

„ Nonnullos habuit Vicarios Generales, „ nempè Ascentium Grasseum Archidiaconum: „ Nicolaum Antonium Milum Cantorem: Lan- „ cellottum Gristcheldum, & Castellum nepo- „ tem Archidiaconum: Antoninum Notum „ Archidiaconum: Salvatorem Burgium Ar- „ chidiaconum: Balthassarem Regium Canoni- „ cum: & Josephum Surrentinum Archidiaco- „ num.

„ In funere benemerentissimi Præsulis fune- „ brem orationem habuit P. Ignatius Lucchese „ Soc. Jesu, editam Panormi eodem anno. „ Conditus fuit ante januam majorem Cathe- „ dralis Ecclesiæ, hac solummodo apposita, „ ejusdem jussu, epigraphe.

„ *Expectandæ immortalitati, mortalitatis suæ* „ *exuviis, hunc cunctorum pedibus terendum* „ *locum delegit Bartholomæus, humilis Episcopus* „ *Mazariensis.*

„ Sede vacante generalis Vicarius electus est „ a Capitulo Canonicorum Gaspar Sansone „ Cantor Ecclesiæ, a doctrina, & morum in- „ tegritate laudatus.)

A

AUCTARIUM SACRUM

Ecclesiæ, & Diœcesis Mazarensis.

§. 1. MAZARA Urbs frumenti, olei & pecoris ubertate celebris, nuc laribus 1700. & civibus 7788. floret; cujus Cathedrale, atque Parochiale templum *D. Salvatori* sacrum suam dedicationem 9. Febr. celebrat ex martyrol. eccl. Mazar.. Estque celeberrimum multis reliquiis sanctorum; maximè *Viti, Modesti, & Crescentiæ MM. civium Mazarensium,* de quibus Martyrol. Romanum die 15. Junii, Baronius ibidem, Beda, Usuardus, Ado, Ferrarius ajunt: *In Lucania Basilicata regione Italiæ inter Picenos, & Brutios apud Silarum flumen natalis SS. MM. Viti, Modesti, atque Crescentiæ, qui sub Diocletiano Imp. ex Sicilia illuc delati; ibidem post ollam ferventis plumbi, post bestias, & Catastas divina virtute superatas cursum gloriosi certaminis peregerunt.* Hinc Vincentius in speculo hist. lib. XII. c. 7. Vitum Lucanium, seu Lucanum appellat ex loco martyrii. Historia verò SS. addita Tholomæo de situ orbis, Maurolycus in typog. SS. fol. 113. Jo. Jacobus Adria in typogr. Maz. f. 23. Cajetanus in Idea f. 72. & f. 88. ex græco sermone Arsenii monachi translato in latinum, Breviarium Gall. & alii tradunt *Siculos fuisse Mazarenses*: Vitus sanè *ex nobilissimis ortus parentibus adhuc puer, atque ejus educatores Crescentia, & Modestus occulte verum colebant Deum; anno sui imperii 4. sal. 289. Diocletianus Valerianum Præsidem in Siciliam transmisit, qui mox publice edixit, ut omnes Christi cultores Christianam religionem desererent. Vitus verberibus castigatur tum à Præside, tum à Patre, tandem Angeli monitu cum Crescentia, & Modesto Romam migrat; ubi ejus fama ad Diocletianum perlata, ab Imperatore accersitur, ut filiam à dæmone vexatam liberaret; expulit ille dæmonem, sed, cum ei amplissimis præmiis ingratus Imp. ut Deos coleret, persuadere non potuisset, cum Modesto, & Crescentia in vincula conjicitur, ac mox in grande vas liquato plumbo, ferventi resina, ac pice plenum; ex quo divinitus inde erepti leoni objiciuntur; is vero prostratus, eorum lambebat pedes. Inde Angelis comitantibus in Siciliam patriam (multa sunt Siciliæ loca, per quæ transiens Vitus miracula est operatus* [a]*) rediere & in agro Coutoro vel juxta montem Erycis, vel juxta Selinuntem fluvium in catasta strati, & eorum membris divulsis die 15. Junii anno 298* [b] *martyrium consumarunt*: ita ex Brev. Rom. habemus: *eorum reliquias Florentia nobilis fœmina unguentis conditas honorifice sepelivit.* Ex Surio lib. III. *corpus venerandum translatum esse Roma Parisios an. sal. 755. inde in Saxoniam delatum anno 836.* eorumque translationem 13. Junii celebrant Mazarenses ex martyr. Maza. Eodem in loco Fluminis Selinuntii eodem tempore jussu Diocletiani 400. Christicolæ una cum Vito martyrii palmam consequuti sunt ex Cajet. fol. 25. & 88. Maurolyco, & Adria. („ SS. Viti, Modesti, & Crescentiæ acta habes „ apud Cajetanum l. 1. SS. sicul. f. 91.)

Civitatis §.

De SS. Vito Modest. & Crescentia.

a Nos passim in nostris notitiis.

b Ex Cajet. & aliis.

B

C

D

E

F

§. 2.

§. 2. Nobilitatur quoque hoc templum aliquibus sacellis de jurepatronatus laicorum. 1. *S. Stephani M.* ex fundatione Maccagnonum[a]. nunc id possidet simplex beneficium valoris sc. 350. ex territorio Garuffi Franciscus Protus.

a Item ad annum 1486.

2. *D. Petri* olim jurispatr. Petri de Bove, & Pernæ de Lancerottis uxoris, post Balthassaris Cavarettæ, nunc V.I.D. Balthassaris Maccagnonis, hæredis quondam Antonii Cavarrettæ. Hic in quadam icone Virginis Assumptę leges;

Perna mulier, ac etiam uxor Antonii lancerottis, qua obiit XI. Die Mensis Augus. I. ind. Anno DOM. MCCCCLXVIII. legavit lippon agrum, atque domos huic capella, in qua profesto jacet.

3. *S. Vincentii* de jurepatr. Vicentii la Rosa, de quo ad annum 1445. diximus.

4. *S. Laurentii M.* primum jurispatr. Andreæ de Arena nepotis ex sorore Jo. de Burgio Episc. Mazar. deinde Petri, & Bartholom. de Georgio illius nepotum, nunc Margaritæ Sansonis, & de Georgio neptis ipsorum, atque matris V. I. D. Josephi Centorbi.

Proventus annui.

§. 3. Est ergo hæc Mazarensis ecclesia Cathedralis; cujus Episcopus de more in Siculis Comitiis, nono sedet loco. Archiep. Panormitano suffragatus est de jurepatr. Regis Siciliæ, subestque regiis dandis, & spolio.

§. 4. Annui proventus ex feudis *Pilerii* unc. 210. *Ramisella*, & *Communis* unc. 80. *Guerci* unc. 345. *Caria* unc. 500. Calamitæ unc. 480. Chalbæ unc. 321. *Busala* unc. 410. *Judai* unc. 400. *Clausa Casalis* unc. 61. 19. ex altero unc 10. Ex juribus *Terrenova* unc. 389. 6. ex decimis Tonnariæ *Cofani*, *Bonagia*, *S. Juliani*, *Formica*, *Favignana*, & *S. Theodori* unc. 1345. ex decimis Tonnariæ *Magazinazi*, *Secharia*, *Scopelli*, & *Carinis* unc. 268. Tonnariæ *de Boeo Marsala* unc. 140. Tonnariæ *Mazara* unc. 38. Tonnariæ *S. Viti* unc. 28. sunt scut. 14m. 624. 2. 10.

Onera.

§. 5. Onera annua: Pro distributionibus quotidianis quinquaginta presbyterorum sc. 1600. in tritico salm. 28. sc. 125. Pro mercede duorum Diaconorum, & duorum subdiaconorum sc. 15. Pro duobus sacristis sc. 10. Pro sacerdote quotidie celebrante sc. 25. Pro duobus Capellanis curam animarum habentibus sc. 50. & pro eorum coadjutoribus sc. 30. Pro candelaria sc. 50. Pro cera, & oleo divini cultus sc. 75. pro incensu sc. 4. pro fabricis, & ornamentis ecclesiæ sc. 500. pro jure maragmatis sc. 3. 6. pro seminario sc. 200. pro dandis regiis scut. 1034. 7. 16. pro collectis Deputationis Regni sc. 492. 7. 12.

Acceptum sc. 14m. 624. 2. 10. Datum sc. 4m. 213. 6. 8. Reliquum sc. 11. m. 775. 2. 2.

Dignitates 4.

§. 6. Dignitates ecclesiæ sunt quatuor: 1. *Cantor*. 2. *Archidiaconus*. 3. *Decanus*. 4. *Thesaurarius*, quæ non sunt de gremio Capituli, nisi ex adnexione Canonicatus.

1. *Cantor* etenim prima dignitas est post Pontificalem, cujus interest munia in ecclesia, & publicis supplicationibus, in quibus de more scipione utitur argenteo, distribuere, & Capitulum (si est etiam Canon.) congregare. Præbendam in agro dicto *Maxaggicaratte*, & *Pellegrino* habet valoris scut. 150.

2. *Archidiaconus*, cui incumbit onus assistendi missis conventualibus, atque ecclesiæ necessitatibus providendi. Is pro præbenda pœnas à transgressoribus festorum exigit, atque ab anno 1626. 16. aprilis annexi simplicis beneficii S. Petri de Cantharro proventus in territorio *Gillello* ad summam scut. 425.

3. *Decani* præbenda est ex beneficio simplici S. Stephani sc. 100.

4. *Tesaurarii* nova dignitas ab episc. Lacava, uti Sed Apost. deleg. erecta est die 7. Novemb. 1610.[b] cum onere servandi ornamenta ecclesiæ, & præbendam ex adnexione Canonicatus Thomæ de Cusa sc. 300. obtinet.

b In tabul. Vinc. Sala.

Canonicatus 16. ordin.

§. 7. *Canonici ordinarii* XVI. cum præbenda; ex iis duo primi obtinent præbendam ex tonnaria Castelli ad mare; cuilibet sunt sc. 125. Quinque sequentes ex decimis frumentorum, & hordeorum civitatis S. Juliani pro quolibet sc. 62. 6. Octavus ex media decima tritici, & hordei Castelliveterani ad sc. 330. Nonus ex agro S. Agathæ, & clausulis de Ponte sc. 100. aliis quinque assignata est præbenda à Visitatore Regio Philippo Giordi ex mensa Episcopali & quibusdam juribus incertis pro quolibet sc. 40. ex iis unus dicitur Canonicus S. Georgii. Numero 12. canonicorum antiquissimo additi sunt 4. etiam ordinarii. De quibus duo sunt Subdiaconi, duo Diaconi, cæteri presbyteri; collationis Pontificis, vel Episcopi juxta mensium partitionem. Suntque & alii tres supernumerarii ad honorem sine præbenda cum solis distributionibus quotidianis pro quolibet sc. 2. 6. isti à præsule deliguntur, & obitu cujusque extinguuntur. Omnes tamen 17. almutio nigri coloris cum superpellicio utuntur. („ At episcopi Francisci „ Marię Graffei opera nunc utuntur Cappa „ Magna violacea cum pellibus albis, vel seri- „ cis purpureis, ac Rochetto, ex bulla Inno- „ centij XI. data Romę Kal. Octobris 1686. Idem „ Episcopi Canonicorum numerum ad 19 adau- „ xit, duos etenim Capellanos Curatos, & „ Terminatorem ad Canonicorum gradum „ evexit.)

Canon. 3. supernumerarii.

Habitus Canonic.

§. 8. De Clero *Personatus* dicti: qui etiam almutio prædicto cohonestantur. Olim *Thesaurarius*, sed à Marco Episc. in quartam dignitatem erectus. Duo *Capellani*, quibus animarum cura intra cathedralis, atque paroch. ecclesiæ fines degentium credita est. 3. *Terminator* pro cæremoniis cum sc. 22. 6. ex territorio Glimese. 4. *Subcantor* cum onere canendi Missam in die S. Marci & sc. 27. 6. 5. *Magister Schola* ad clericos pueros erudiendos cum sc. 20. 6. *Tercerius* cum sc. 20. iis olim additi fuerant XII. Capellani assistentes horis canonicis, sed ab an. 1619. ad numerum 50. esse voluit Lacava Episcopus, quibus facta à Pontifice summo, & Rege nostro facultate, ex propria mensa annuos aureos 600. elargitus est. Ex iis vero duos presbyteros coadjutores in Sacramentorum administratione, duos sacristas, duos acolutos, duosque clericos statuit.

Seminarium quoque Clericorum ex mensa Episcopali, aliorumque beneficiorum diœcesis Jure unc. 262. 12. habet, alumnos 18. & convictores 8.

Secun-

Secunda tandem Eccl. *S. Nicolao Episc.* sacra, confratrum disciplinantium juris, an. 1628. titulo parochiali decorata est à Francisco de Elia Vicario Sede Vacante, cujus Rector solum unc. 10. exigit. Huic annexa est societas ipsa cum unc. 99. 29. annuis.

Cœnobia Monachorum antiqua, & recentiora 9.

1. *S. Maria de Alto*, sive *de Immariis* in loco à Mazara ad p. 1000. distante, palmis sylvestribus consito, (gemmar enim Arabice palmam sylvestrem significat) cœnobium erat ordinis D. Basilii, à Comite Rogerio, vel ejus filia Julletta, quæ Saccæ aliud ejusdem nominis construxerat [a], exædificatum, ditatumque. Hinc semper ad annum 1568. cum unitum fuit sacræ Religioni S. Joannis Baptistæ Hierosolym. jurispatronatus Regii fuit. Anno 1382. *F. Simeon ordinis Basiliensis* Abbas hujus monasterii eligitur à Rogerio Episcopo Mazarensi per litt. dat. Drepani 1. Junii [b]. Quod, non servato electionis jure, monachus laicus alterum in minoribus tantum constitutum, Abbatem elegisset. Item & *F. Fridericum de Luchisio Priorem S. Maria de Immariis*, *monachum dicti monasterii* delectum lego à F. Simeone Cluniacensis Ecclesiæ ministro generali, datis litt. Parisiis 14. Sept. & confirmatum à Rege Martino, ut in lib. Reg. Cancell. anno 1393. fol. 28. & prot. fol. 44. Anno 1414. Papa Joannes XXII. perscripsit Archiepiscopo Panormitano, uti Metropolitano, ut in hoc S. Mariæ cœnobium monachos ordinis S. Basilii iterum introduceret; secus de consensu Episcopi in canonicalem præbendam Ecclesiæ Mazarensis erigeret [c]. Anno 1430. *F. Paulus Cavallarus Mazarensis* erat Abbas [d]. An. 1434. 12. ind. *F. Andreas de Noto Mazarensis*.[e] Anno 1442. *Angelus de Cardona*, qui a Prorege litteras obtinuit, ut vendere posset *aliqua vignalia* pro solvendis collectis regiis, in proton. eo anno fol. 113. sed deficientibus jam Basilianis Cœnobitis, Rex Alphonsus per suas litteras dat. Neapoli 20. Decemb. 7. indict. 1444. in Prot. fol. 71. confirmatas per diploma pp. Eugenii IV. anno 1445. præcepit, ut post mortem Angeli Abbatis, id nostrum monasterium uniretur alteri Benedictino S. Mariæ de Gangio Veteri, & Abbati sive œconomo illius detur possessio. Interea decedente Angelo Abbate, Rex Alphonsus ex litt. anno 1445. Prot. fol. 71. & R. Cancell. fol. 211. ad Episcop. Mazarensem, elegit Abbatem *F. Joannem de Adamo Mazaren. ord. S. Basilii*: sed obstante prædicta unione, possessionem non est adeptus. Anno 1476. *F. Franciscus de Magistro*, sive *de Magno ord. Prædicatorum*, *& Episcopus Hypponensis* eligitur Abbas hujus monasterii, adversus quem Fr. Thomas Abbas S. Mariæ de Gangio litteras à Sixto IV. Pontif. Max. exoravit ad Episcopum Mazarensem, his verbis: *Conquesti sunt nobis Abbas, & Conventus Monasterii S. Maria de Gangio ord. Sancti Bened. Messan. diœcesis, quod Franciscus de Magistro ord. Prad. professus ipsos Abbatem, & Conventum regimine, & administratione monasterii ejusdem S. Maria de Immariis ordin. S. Basilii tua diœc. quod eidem monasterio de Gangiis auctoritate Apost. unitum per viginti annos, & ultra tenuerunt, & possiderunt, tunc tenebant, & possidebant pacifice, & quiete, contra justitiam spoliavit, illudque detinet indebite occupatum. Cum autem spoliatis injuste, sit restitutionis beneficio succurrendum, fraternitati tua committimus*, &c. exscript. in prot. 29. Augusti 4. indict. 1477. fol. 78. sed bullæ obtentæ à F. Francisco, in Regno non fuerant exscriptæ, ideoque nullius valoris habitæ sunt [f]. Cæterum per rescriptum ejusdem Sixti IV. datum Romæ 6. Kal. Apr. 1480. pont. anno 9. in prot. 8. Aug. 14. indict. anno 1481. fol. 103. dividitur hoc monasterium ab illo S. Mariæ de Gangio, cui annuæ unciæ decem tribuuntur, ut constat etiam ex confirmatione pontificia Romæ Kal. April. 1486. in prot. 11. Junii 6. indict. 1487. fol. 329. & tunc Franciscus de Magistro titulo Abbatis cohonestatur, mandato Regis Alphonsi. Sed eas bullas exequi recusavit præfectus Mazaræ, quam nomine Regis Neapolitani civitatis etiam domini regebat: quare Rex Alphonsus per suas litt. dat. Panormi die 26. Julii x. indict. 1477. in mon. libro fol. 627. decrevit Regiæ fuisse jurisdictionis id jus, non autem alterius. Dum ergo Fr. Franciscus Abbatem agebat, ad emphyteusim concessit tria feuda juris hujus monasterii scil. *Cassini*, *S. Nicolai*, *& Cantarri*, habitis Apostolicis bullis, quas leges in prot. an. 1487. f. 5. Post obitum Francisci anno 1494. *Alphonsus de Aragonia* Regis Ferdinandi II. ex illegitimo thoro filius eligitur ab Rege Abbas: is an. 1497. in *Bartholomai Baza Episc. Casartensis* [g] gratiam resignavit. Post cujus obitum per litt. datas Panorm. 13. Julii 4. indict. 1501. in proton. f. 91. Regia Curia possessionem monasterii adipiscitur, illamque iterum *Alphonso Aragonia* ob expectativam ad omnia beneficia elargitur. Tunc Alphonsi procurator Jacobus Capilla auctoritate Proregis Joannis Lanuza an. 1503. 6 Septemb. 7. indict. [h] in gratiam *N. Spataphora* resignavit, qui de Spataphora uti Abbas fit Regni Deputatus (ut vocant) an. 1544. 4. Martii in lib. Prot. eo anno. Ei obeunti ann. 1545. successit *Joannes Episc. Sabiensis S. R. E. Cardinalis de Salviatis* nuncupatus, qui anno 1546. in favorem *Benedicti de Nerlis Florentini Benedictini* ex sorore Cardinalis Nepotis resignavit cum regressu ad eam Abbatiam, ex bullis pp. Pauli III. Romæ 6. April. pont. ann. 12. in prot. ult. Julii 4. indict. iterum anno 1550. *Cardinalis de Salviatis* ob regressum. Is reservatis sibi proventibus, resignavit in favorem *F. Octavii Pagoozii*, sive *de Pantagato ordinis Servorum S. Maria* an. 1553. sed ne hoc inferret præjudicium juripatronatui regio, eligitur Abbas per litt. Proregis 4. Nov. 1553. in prot. fol. 127. *Jacobus Arnedus Hispanus Visitator Ecclesiarum Siciliensium*, qui per suam Visitationem in lib. Conservatoris anno 1558. 8. Septemb. declaravit hanc Abbatiam esse de jurepatron. regis. Interea F. Octavius suas apostolicas bullas in regno exscripsit 16. Jan. 12. indict. 1554. in prot. f. 445. & possessionem est adeptus, hac adjecta conditione: *nullo tamen illato præjudicio juripatron. reg. in futurum*. Decedente Romæ F. Octavio, Papa Pius IV. an. 1568. cum sua in patria de Bosco prope Alexandriam de Palia Lombardiæ templum cum celebri,

Unio cum monast. S. Mariæ de Gangio ord. S. Bened.

Divisio monasteriorum.

Apostol. bullæ solo nomine regio executioni dantur.

[a] Vide in Not. Agr. de Sacca

[b] Ex tabulis Monast. & supra.

[c] ibidem.

[d] in tabul. not. de Noto in Mus. S. ...

[e] ibid.

[f] in lib. Prot. fol. 256. & in alio lib. f. ... & lib. Monast. f. 619.

[g] in Reg. Canc. f. 24.

[h] lib. f. 24.

bri, ac magnifico fratrum ordinis Prædicatorum A cœnobio adjuncto sub titulo S. Crucis excitare, dotareque vellet: & in eo centum fratres de perpetua familia degere decrevisset; ei inter alia, Commendam ordinis S. Joannis Hierosol. de Orba de consensu totius Hierosolymitanæ religionis, præsertim Nationis Italiæ attribuit. In cujus commendæ commutationem, per bullas dat. Romæ 14. Kal. Junii pont. anno 2. exscrit. integras in lib. secretariorum Siciliæ litt. Reg. die 2. Novemb. 13. ind. 1569. fol. 339. hoc nostrum S. Mariæ de Immariis diœc. Mazarensis B (quod ordinis S. Benedicti appellat) concessit Religioni Hierosolymitanæ. Hanc Commendam S. Mariæ Prioratui Lombardiæ, non Messanensi subjiciendam sancivit Pontifex, ita in ipso Apost. rescripto, & apud Bosium de historia hac lib. 3. fol. 808. Inde semper equites Melitenses Commendatarii fuere, & primus eodem anno 1568. *F. Fabritius de Carretto* Marchionis de Fanali Januensis germanus frater, qui ante commendam S. Joannis de Orba obtinebat. 2. *F. Vecchi Senensis*. 3. *F. Martinus de Albenante*, 4. *F. Joseph Guivara Syracusanus*, deinde Prior Lombardiæ. 5. *Fr. Franciscus Saccanus Messan.* 6. *F. Signorinus Gattinara de Comitibus Gattinara*. 7. *F. Bernardus Coloredus Albenante*, 8. *F. Marcus Lucius Grimaldi Balivius Pavia*, post *de Cremona*, quem pp. Urbanus VIII. declaravit incapacem hujus commendæ, & de jure spectare 9. ad *F. Renatum Caccia Comensem*. Sicut de more Abbates hujus monasterii interesse solebant Comitiis generalibus Siciliæ, sedereque 46. loco, ita nunc & equites Commendatarii, sed interdiu non intersunt. 2. Abbates subjiciebantur dandis Regiis pro annuis scut. 257. ita nunc Commendatarii, ut ego œconomus Regius an. 1613. exegi per tabulam pecuniariam Panormi. 3. Valet singulis annis, deductis oneribus, ad scut. 1000. de feudis Dumianæ, & S. Nicolai de Tinea. In urbe ipsa Mazara adhuc visuntur vestigia antiqui hospitii cœnobitarum hujus monasterii.

Quando fuit facta commẽda equitũ Jerosol.

2. *SS. Nicolai, & Joannis de Regali* antiquissimum adhuc extat templum testudinatum, & in eo pervetusta icon S. Mariæ inter D. Joannem Baptistam, & D. Nicolaum Episc. depictæ, ibique adjunctum erat infra mœnia urbis cœnobium instituti Basiliensis, ex Fazello de rebus Siculis in fine lib. 2. vel S. Benedicti ex Silvestro Maurolyco in hist. Sic. f. 67. & Capibrevio Reg. Cancell. quod mihi est probabilius: nam à Comite Rogerio, dum Mazaram regiam sibi constituerat, exædificatum, dotatum, atque unitum fuisse alteri monasterio ejusdem ordinis, sub invocatione S. Trinitatis Mileti Calabriæ, F per privilegium [a] ipsius Comitis dat. Anno sal. 1101. die 10. Junii 11. ind. constat iis verbis: *In Sicilia unimus Ecclesiam S. Georgii de Trayna, Abbatiam S. Basilii, & S. Nicolai, & S. Angeli cum juribus, & pertinentiis eorum*. Deinde à Comite Hugone Thalac id monasterium auctum est dote cujusdam Viridarii, & terrarum tractu per tabulas testamenti apud Mazaram; ab anno vero 1345. à Monachi derelictum; uti simplex Ecclesiasticum beneficium collatum est, ut infra, anno 1439. erectum in præbendam Canonicalem Ecclesiæ Mazarensis: rem promovente Episcopo Jo. Burgio de consensu Canonicorum; & primus fuit electus canonicus Nicolaus de Caxina, ex litteris Raymundi de Caprera, tunc domini Mazaræ, reservato sibi, & successoribus jure præsentandi, confirmanre Rege Alphonso, ut liquet ex tabul. not. Salvatoris de Noto Mazar. [b] 17. Decemb. 1439. indict. 3. sed anno 1561. die 13. Junii 4. indict. instantibus Præsulibus in Comitiis generalibus Regni unitum est à Rege Philip. II. Cantoriæ Metropolitanæ Ecclesiæ Panorm. tunc Cantore, & Beneficiario hujus beneficii Aloysio de Amato Siculo regio Capellano. Ante tamen, hos lego Beneficiarios. Anno 1355. *Antonium de Palatio Canon. Mess.* à Rege Friderico electum per litt. dat. Catanæ 19. Maii 1361. prot. fol. 177. qui petiit, ut sibi restituantur bona Ecclesiæ hujus usurpata; hic fuit etiam Abbas S. Philippi de Milatio, nunc S. Luciæ, obiit eodem anno, quare eligitur *Cl. Joannucius de Ripa* filius Magistri Raymundi de Ripa Ennensis Medici physici ejusdem Regis Friderici in prot. eodem anno f. 288. deinde successit *Nicolaus Formosa Canon. Mazarensis*. Anno 1365. Ab eodem Rege Friderico datur *Petro de Lando* die 23. Julii in Cancell. f. 115. Anno 1460. ibidem fol. 159. *Jacobo Francisco de Vincentio*. Anno 1475. *Vincentio Laquanti*, post cujus obitum anno 1510. in canc. fol. 695. indict. 14. *Nicolao Leonfanti Canon. Panor.* tandem *Ludovico*, sive *Aloysio de Amato* cum annexione Cantoriæ Panormit. nunc vacat ob mortem *Petri Testay Panorm. Regii Capellani*. Olim Beneficiarius subjiciebatur spolio, sed anno 1610. die 23. Octob. Cantor, & Beneficiarius Andreas Nietus Hispanus per decretum Tribunalis Regii Patrimonii ab eo onere eximitur, & à solutione dandarum Regiarum: imminet tamen beneficiario cura celebrandi quasdam missas in eadem DD. Nicolai, & Joannis sacra æde. Olim valor erat scut. 258. sed adjunctis postea proventibus cantoriæ, est sc. 700.

Benef. simplex.

[b] Et in tabul. notarii Salvatoris Mazar.

Cantoriæ Pan. unitur.

„ 3. Societatis Jesu collegium sub S. Ignatii nomine fundatum anno 1671. Joseph Lamia Canonicus, & cantor Ecclesiæ Mazariensis suum condiderat testamentum manu Nicolai Martii 7. Octobris 1661. quo suum instituit heredem Gasparem Rieram Mazariensem fratrem suum, quem exoraverat, quod si mori contigerit sine filiis, bona sua, & ejusdem Lamiæ in pium opus erogaret, inter ipsos statutum. Suum & condidit testamentum ipse Gaspar in tabulis ejusdem notarii 25. Decemb. 1665. post ejus mortem apertum 14. Martii 1671. & in eo hæredem declaravit Societatem Jesu, ut studiorum collegium fundaret in civitate Mazariæ. Joannes Paulus Oliva, tunc Soc. Jesu Præpositus Generalis, ex tabulis Antonii Felicis Patrocchi Romani 11. Augusti 1671. hæreditatem excepit, & collegii fundatorem declaravit eumdem Rieram. Habita approbatione Sac. Congregationis 30. Aug. 1672. collegii fundamenta projecta sunt: & extructis magna ex parte ædibus, primo Aprilis 1691. scholæ ad publicum „ lite-

[a] Habes integrũ in eadem lib.

,, literarum bonum patefactæ. Multos ante an- A
,, nos claruit Joannes Matthæus Adamus Soc.
,, Jesu Mazariensis, egregius Dominicæ vineæ
,, operarius, de quo infra. Hujus etiam colle-
,, gii benemerentissimus fuit Joseph Neapolis
,, Soc. Jesu Mazariensis, in collegio Panormita-
,, no, magno cum auditorum beneficio Schola-
,, sticam Theologiam laudabiliter docuit. Col-
,, legium hoc annuo proventu adauxit: & edi-
,, tis virtutum, & in diuturno morbo patien-
,, tię documentis, decessit Panor. 27. Nov. 1693.)

4. *S. Maria Belvidere*, ac *S. Georgii* extra B
mœnia Mazaræ olim cœnobium Eremitarum
erat, ut testatur Rex Martinus per suum diplo-
ma dat. Panormi 20. Junii 15. indict. 1392. in
Reg. Canc. lib. anni 1391. fol. 163. quibus ere-
mitis concessit quosdam proventus gabellæ Mar-
salæ. Ea beneficia uti de Jurepatr. reg. an. 1464.
[a] post obitum Joannis de Milusio dantur *Jo.*
Martino Vitali Cantori Regii Sacelli Panormit.
sed tam de hoc beneficio, quam de juribus tem-
pli S. Georgii intra mœnia recta est prębenda Ca-
nonicalis Mazarę. Hodie ejus valor sunt scut. 76. C
dicitur *Canonicatus S. Georgii*.

[a] In Reg. Canc. eo anno.

5. *S. Francisci Conventus* à B. Angelo de Rie-
te primi hujus ord. Institutoris Francisci socio
conditus fuit sub Custode F. Guidone de Messa-
na [b]. Huic cœnobio anno 1305. 20. Junii 4. in-
dict. Baro Arcundaci Thalac, qui per tabulas
not. Gervasi de Alamanno Mazar. constructo
marmoreo sibi sepulchro, hic sepeliri decrevit;
uncias auri 25. legavit [c]. Inde illustratum est
Reliquiis SS. *de Costula D. Blasii Ep. & M. de os-*
sibus Andreæ Apost. Zacharia patriar. Alexan- D
dri, Zenonis, Emerentiana V. Sociorum Placidi
M. & tandem *Rosalia V. Panorm.* Illustratur &
suis fœtibus nobilissimis *F. Jacobo Bertuglia S.*
T. M. Poeta, oratore, insigni ecclesiaste, &
anno 1579. *Provinciali* in Sicilia. Item & M.
Theol. Vincentio Laregina celeberrimo conciona-
tore, in Ungariæ Regno *Provinciali*, obiit an-
no 1560. ut docet ejus sepulchri epitaphium.
(,, His addendi *Franciscus Maria Grafeus* Epi-
,, scopus Mazariensis, de quo satis dictum loco
,, suo. *P. M. Aloysius Maria Grafeus* doctrina, E
,, & morum sanctimonia clarus Episcopus præ-
,, dicti nepos, qui Siculam Provinciam rexit,
,, Commissarium Generalem, diœcesis Mazarien-
,, sis Visitatorem, & Examinatorem Synoda-
,, lem egit. Cœnobii Mazariensis novam stru-
,, cturam produxit: & virtutibus cumulatus
,, decessit 16. Julii 1707.) Fratres 12. cum an-
nuis unc. 342. 14.

[b] Ex tabul. eccl.
[c] Autogr. apud Conventum hodie.

6. *Franciscanorum Observantium* cœnobium
sub tit. *S. Maria de Jesu* extra mœnia ad 500. p.
extructum est tempore B. Matthæi ab Agrigen- F
anno sal. 1476. ab Amico de Juncta regio mili-
te, & Mazaræ Gubernatore, cujus corpus hic
honorifice situm est, primum in æde nunc diru-
ta *S. Maria Annuntiata* sub Episcopo Jo. Mon-
teaperto, ex diplomate [d] pp. Sixti dat. Ostiæ
anno dom. 1474. 6. idus Sept. pont. anno 4. Eve-
nit hic, B. Maria protegente, miraculum no-
tatu dignum: *Cum sane nocte clausis Civitatis*
januis Turca pirata hoc invaderent monasterium,
ut ipsum expilarent, fratresque captivos ducerent;

[d] Autogr. hic asservatur.

B. Mariæ miraculum.

Sacrista interno monitu impulsus; prater [e] hora
consueta morem expergefactus, campanam pro ma-
tutinis horis pulsavit; quo sonitu audito pirata ex-
templo fuga se dedere putantes insidias sibi parari.
Hic floruere *F. Nicolaus de Urso* præcipuus ec-
clesiastes doctrina, & pietate celebris: *Vicari-*
us Provincialis sui ordinis patriæ decus, & glo-
ria [f]: Obiit anno 1504., & sepelitur Catanæ.
2. *F. Paulus Emanuelis* Theologus, Canonista,
& Concionator eximius, anno 1560. *sui ordinis*
in Sicilia Minister Provincialis. Fratres 14.

[e] Ex Chronic. Contagn.
[f] De eo Jacobus Adria in Maz.

7. *Capuccinorum* in *S. Martini* extra urbem
ad 500. p. anno 1580. cœnobium, quod pepe-
rit. 1. *F. Petrum la Rocca à Mazara sacerdotem*
[g], *qui in saculo agens florenti atate, sui nobilis ge-*
neris splendorem vitiorum tenebris offundens, pra-
va educationis propensione eò scelerum pervenit,
ut omni flagitiorum genere primum juventutis flo-
rem contaminaverit; erat enim homo natura fe-
rox, audacia furens, ad omne facinus promptus,
& audax; divino tandem lumine illustratus, Ca-
puccinorum Congregationi addictus est; in qua ita
summa pœnitentia, oratione, caterisque sanctis
exercitationibus profecit, ut tam in oratione ipsa,
quam inter psallendum in choro, sensibus exce-
dens, in acra ferri conspiceretur; primum Novi-
tiorum Magister, deinde totius Sicilia (nondum
tunc divisa erant Provincia) Minister Provincia-
lis, quo in munere triennio nudis pedibus absque
soliis Regnum perlustravit: martyrii ardore, fa-
cta à Generali Astensi facultate, in Africam cum
Casarea classe ipse proficiscitur, ubi Christi Cru-
cifixi signum in dextera gestiens, christianos ad
urbis expugnationem hortabatur, tunc ab ipso Cru-
cifixo horam sui obitus in itinere futuram audivit:
quare Prafectum Classis Jo. Vegam rogat, ut suum
corpus non mari, sed fratribus Capuccinis in ter-
ra tradendum praciperet; sic anno 1550. traditum
est fratribus Castrivetterani Sicilia, quod post an-
num inventum est integrum, & à damone hominem
liberavit. Inde in antiquo loco asservatum, ad-
huc non est repertum. 2. *F. Franciscum Blan-*
cum à Mazara [h], qui nobilitati generis primum
addidit institutum Minorum conventualium,
quos Panormi uti Regens Theologiam docuit;
fuit summus Theologus, concionator, philo-
sophus, & Canonista; post ferventiori spiritu
ductus ad humile Capuccinorum evolavit insti-
tutum, in quo profecit maxime; is fuit, qui
primum, ut Theologiæ Capuccini operam da-
rent, instituit, dum Guardiani, atque Lecto-
ris munere fungeretur Drepani; æt. annorum
51. die 28. Augusti obiit; cujus probitatis, &
doctrinæ laudes Hyppolitus de Hyppolito Ma-
zarensis præclaro extulit emblemate. Post *Fran-*
cisci obitum, cum Ludovicus Bichella nob. Dre-
pan. illius baculum dono à Fratribus acceperat,
mulieri cuidam Mazariensi à Damone obsessa,
alteri quoque agrotanti imposuisset; illa à Da-
mone; hac ab agritudine libera fuit. Ex eodem
Capucc. chron. 3. *F. Augustinum Gioanguercium*,
cujus vera effigies apud Capuccinos Panormi est
depicta hac inscriptione: *F. Augustinus à Ma-*
zara patientia, humilitateque clarus in fide obiit
Panormi anno dom. 1620. 20. *Julii* 4. *F. Petrum*
à Mazara, is anno 1545. *Provincialis* fuit,

[g] Ex Chron. Capuc. fol. 438.
[h] Ex eodem chron. tom. 1. an. 1518. num. 35. f. 356.

(„ 5. *F. Franciscus Mazariensis* Missionum Præ- A
„ fectus in insula Cosyræ, vulgò *Panellaria*, post
„ alios ordinis gradus Provinciam Panormita-
„ nam quatriennio rexit ab ann. 1667. Commis-
„ sarii Generalis munere perfunctus in Messa-
„ nensi Provincia, virtutibus clarus, obiit Pa-
„ normi anno 1679. De eo in nostra Biblioth. Si-
„ cula to. 1. f. 230.) Fratres 14.

8. *Carmelitæ* fundamenta Mazaræ jecerunt ante annum 1370. legimus enim in quodam m. s. cod. ubi adnotabantur nomina fratrum, quod *F. Marcus lo Vecchiazzo anno* 1371. *sumpsit religionis habitum in conventu de Carmelo Mazaræ, & cum annos* 89. *vixisset, obiit in prioratu anno* 1460. *& fuit unus in principio fundationis*. Hic B *SS. Viti M. cranium, os Alberti confess. de ligno S. Crucis, Stephani Protom. Laurentii M. Blasii Episc. & M. Catherinæ, Barbaræ, Cæciliæ VV. & MM. Marthæ V. Mariæ Magdalenæ, & Rosaliæ V. Panorm.* coluntur. Hinc plura virtutum, & litterarum germina pullularunt: 1. *M. Vincentius de Monte*, qui primus S. T. M. in hoc conventu fuit, egregius Ecclesiastes, & totius C Provinciæ Siculæ Visitator generalis; vixit annos 65. obiit hic anno 1537. 2. *M. Vincentius Letus*, vir doctissimus, & in prædicationis munere præcipuus, quod cum in Apulia exerceret æt. anno 55. migravit in cœlum ann. 1550. 3. *M. Bartholomæus Ragusius* religionis Carmelitanæ decus & ornamentum; is omni scientiarum genere illustris, & in regimine præcipuus, ecclesiastes præclarus, Regi Philippo II. charus, ann. 1573. *Siculæ Provinciæ Prior*, sub Episcopo Mazarensi Antonio Lombardo *Vicarius generalis in* D *tota diœcesi Mazaræ*, & præcepto Pii V. in diœcesi Agrigentina *Visitator generalis*. Jo. Baptistæ Rubei Ravennatis Prioris Generalis Ordinis Carmel. in Visitatione Hispaniarum, Portugalliæ, & Galliciæ socius, item & M. Hieronymi Tostato nationis Hispanicæ singulari ornamento, *aliquot Provinciarum Visitatori Comes, inde sex provinciarum Italiæ scil. Neapolis, Etruriæ, Lombardiæ, Venetiarum, Romandiolæ, & Calabriæ Visitator generalis*, denique decem annos Provinciæ Siculæ Reformator, & Prior, dum E Romam adiret ad electionem novi Generalis Carmelitarum: quo in munere cæteris præferebantur ipse, & M. Hieronymus Tostatus Hispanus; obiere Bartholomæus Romæ anno 1581. ætatis suæ 57. Hieronymus Neapoli non sine veneni suspicione. Unde M. Philocalus Faraldus Neapolitanus nostro Bartholomæo epitaphium dicavit elegantissimum. 4. *M. Pompejus Ragusius*[a] Bartholomæi frater, ac litterarum, & prudentiæ eminentia æqualis; fuit is doctissimus Philosophus, Theologus, ac ecclesiastes, mul- F ta volumina philosophiæ, ac Theologiæ summo studio ac labore scripsit, Jo. Bacchonum com. mentariis illustravit, quem librum, Priorem generalem ordinis è Mazara transtulisse secum ferunt; fuit omnibus Italiæ Principibus charus, in Academiis celebrioribus fuit ordinis Romæ, Neapolis, Paduæ, Papiæ Regens, & publicus lector: etiam in illa Ticini Metaphysicam docuit, in Curia Romana *Procurator generalis* & in tota Italia sub priore generali Jo. Baptista de Rubeis *Vicarius generalis*, Episcopatum Tropiæ, atque sui ordinis munus generalatus non sine Summi Pontificis, & Romanæ curiæ admiratione renuit, tandem in patrio cœnobio obiit, & hac inscriptione sepelitur. *D. O. M. Magistro Pompejo Ragusio Selinuntino inter suos doctissimo, Pio V. Pontif. Max. Carmelitarum Generali Procuratori, Conventus Mazariæ beneficiorum memor lapidem hunc erigi curavit. Obiit A. D.* 1600. *sexagesimum quartum agens annum die xx. Junii*. Huic Hippolytus ab Hippolyto Mazar. nobile dicavit emblema. 5. *M. Bartholomæus Cremona* virtutibus, & doctrina clarus, prius canonicus ac Vicarius generalis Mazariensis, sed regularis observantię studio allectus ad Carmelitas accessit, apud quos magnæ pietatis reliquit monumenta obiens æt. anno 70. sal. 1546. 6. *M. Pomponius Mangionius* eloquentissimus concionator fuit in Calatanescettensi, atque Messanensi Conventu Regens, in Sardinia Prior Provincialis, obiit Panormi anno 1594. 7. *M. Bartholomæus à Bentivegnis* inter concionatores optimus habitus est: in Calatanescettæ, Drepani, Panormique æde Carmelitana Regens, in Tribunali S. Officii Siciliæ Censor, æt. 58. sal. 1611. obiit. 8. *M. Andreas Gallecti* Theologia, Canonibus, atque in cæteris scientiis versatus, ecclesiastes eloquentissimus, fuit ob doctrinæ, & vitæ splendorem Principibus, & Præsulibus percharus, confessarius, & examinator apud Episcopum Mazaren. la Cava, Drepani, & Astæ Regens, Provinciam sancti Angeli quadriennio summa cum integritate rexit, obiit Mazaræ æt. suæ anno 63. sal. 1638. („ 7. Junii.) 9. *M. Gregorius Catanea* optimus Concionator in conventu Marsalæ, Saccæ, & Drepani Regens, magnæ probitatis vir vivit. („ *Theodo-*
„ *rus Ferrus* nobilis Mazariensis ter ordinis De-
„ finitor, & Provinciæ S. Angeli Visitator: do-
„ ctrina, morumque suavitate insignis, Ma-
„ zariense Cœnobium, ab ipso instauratum, per
„ annos 22. rexit. Obiit 21. Nov. 1662.) Ho-
die Fratres 12. cum unc. 167. 15.

9. *Eremitarum S. Augustini* sub tit. *S. Mariæ del Soccorso*. Anno sal. 1496. domina Mazaræ Joanna Regina Neapolis, extructum est cœnobium in loco, ubi erat Muschita Judæorum. Habentur hic & in æde S. Ægidii reliquiæ *SS. Cosmæ, & Damiani*. Hic floruerunt, 1. *M. Nicolaus Petrus Tudischus* magni nominis Theologus & Concionator. 2. *M. Joseph Tudischus* summus Theologus, & ecclesiastes, & anno 1573. in hoc Regno *Prior Provincialis*. Fratres 4. cum unc. 75. („ Deletum est hoc cœnobium ob bul-
„ lam de suppressione cœnobiorum parvorum.)

10. *F. Dominicanorum* ædes sub tit. *Rosarii* fundata est anno 1515. auctore Gabriele Perpugnana Hispano, Mazaræ gubernatore, hic sepulto. Anno 1587. 16. Decembris à F. Matthæo Mattocini Dominicano Visitatore Apost. Panormi agente id, & alia novem ejusdem ordinis cœnobia ob paupertatem deleta sunt, eorumque bona tributa sunt vicinioribus conventibus: ut legimus apud Pium in hist. domin. p. 1. post verò sub eodem *B. Mariæ de Rosario* nomine extra mœnia ad 500. p. restauratur. *M. Thomas de Dr-*

[a] Belm. in sua bibl. f. 1a.

de Drepano Mazar.[a] Theologus, & concionator apud Antonium Lombardum Episc. Mazar. fratres 4. cum unc. 68. 20. („ Iterum deletum, „ & Episcopo Lozano renunciatum ex tabulis „ Curię Episcopalis 18. Octob. 1669. Hic postmodum inhabitarunt

a Ex Ms. Ant. de Filib. in Selin. illust.

„ *Carmelitæ Excalceati*: qui exinde obtinuere Ecclesiam S.Viti à Confratribus dictæ Ecclesiæ ex tabulis Nicolai de Martis 18. Julij „ 1667. & iterum ex tabulis Sebastiani Vajanuso 1688. Cœnobij fundator extitit P. Petrus à S. Hippolyto Mazariensis, ex patritia familia Graffalino, doctrina excultissimus, definitor Generalis, S.Officij consultor, & censor, qui Provincijs Poloniæ, & Siciliæ pręfuit, Panormitanum Cœnobium adauxit: & hoc patrium cum Anna sorore dotavit. Charitate, humilitate, patientia clarus, decessit Panor. 17. Nov. 1667. Nonnulla egregia ejus ingenij monumenta in Cœnobio Panorm. servantur.)

11. *Oratorium D. Philippi Nerii* sub tit. *S. Caroli* fundatum fuit à Canonico Francisco Augustino, & presbyteris Marco de Anello, ac Mariano Scarvacchio indict. XII. anno 1614. 26. Maji ope Episcopi Marci la Cava, qui pro dote prima elargitus est duas ædes magnas, aliaque bona, scriptis litt. Mazaræ 2. Febr. XV. indict. 1617. Hic asservantur *unum ex sandalibus*, & *birretum S. Caroli*, atque floruit *P. Nicolaus Antonius de Fridericis nob. Maz.* pietate clarus, antiquarum rerum, & historiarum celebris professor. Scripsit Siculo idiomate *Selinuntium illustratam, atque vitam SS. Viti, Modesti, & Crescentiæ*, quæ m. ss. habentur apud V. I. D. Josephum Centorbem nobilem Mazarensem de historiis, & suæ professionis doctrina benemerentissimum. Presbyteri nunc 7. cum unc. 101. („ *P. Marcus Siacca* Mazariensis, vir oratione, silentio, charitate, in adjuvandis pręsertim animam agentibus eximius, magna sanctimonię fama decessit 23. Junij 1671.).

In Agro Mazaræ extat fanum *S. Jacobi Apost.* pervetustum, cujus beneficium valet unc. 19. 12. Mons Pietatis cum Domo hospitali annuas uncias 525. 2. habet pro infirmis, & pauperibus adjuvandis, ac puellis in matrimonium collocandis.

Monial. cœnobia.

Monialium Monasterium antiquissimum est Benedictinum *S. Michaelis*, conditum, ac ditatum multis bonis, præsertim *Casali AlbuaKayr cum decem villanis* à Georgio Antiocheno Siciliæ Amirato ex suo dipl. anno 1093.[b] Hic reliquiæ *SS. Viti M. Barbaræ, & Luciæ VV. & MM. & Innocentium*. Moniales 83. cum unc. 1162. 2. *S. Veneræ* ejusdem ord. antiquissimum, cujus proventus ex feudis *SS. Cosmæ, & Damiani, Xrieri, Begasali, & aliis juribus* unc. 385. moniales 36. 3. *S. Catherinæ V. & M.* ante annum 1318. constructum ab Joanna de Surdis[c], quæ legavit quosdam terrarum tractus, hac tamen adjecta conditione, quod si id deficeret, dotes illius essent Monasterii S. Catherinæ Panormi. Moniales 28. quæ duæ conversæ, tres educandæ, 4. puellæ cum unc. 483. 4. *Collegium puellarum* in æde *D. Agnetis* à Luciano de Rubeis Episcopo Mazar. anno 1602. exædificatum, & annuis unciis 91. ditatum. Hodie sunt ejus proventus unc. 151. 14. puellæ 21. hic est benef. sub tit. *S. Maria de Miraculis* de Jurepatron. Civitatis cum unc. 28. Olim quoque pervetustum erat monasterium *S. Claræ*; ob civium seditiones occupatis illius bonis, Ministro Provinciali ordinis instante, à Rege Martino exoratum est, ut transferretur una cum bonis in aliud ejusdem instituti Drepanum, ut constat ex litt. regiis in cancell. dat. 13. Aug. 15. indict. 1392. fol. 46. & 49.[d] („ De hac translatione Waddingus „ to. 5. Ann. sub an. 1420. n. 21. à quo Martini „ V. diploma exhibetur, missum decano Ecclesię Mazariensis, dat. Floris Kal. Junij pont. „ an. 3. In Ryæto sub eodem anno n. 48.) Hodie *Seminarium Clericorum* est.

b In tabul. monast.

c Ex tabul. monast.

d Supra.

De viris pietate illustribus, Præsulibus, & scriptoribus Mazarensibus.

De viris illust.

1. *P. Jo. Matthæus Adamus Siculus Mazarensis, Societatis Jesu*, qui anno 1604. Jappon penetravit, post multos labores pro fide Catholica exantlatas mutatis vestibus ab confirmandos fideles illuc adiit, & comprehensus vivus in foveam suspensus martyrium fecit in civitate Nangasach die 18. Oct. 1633. („ Consulę Danielem Bartolum in hist. Soc. Jesu de Asia l. 5. f. 414.)

2. *Henricus Siculus Patriarcha Antiochenus, Cardinalis Sancti Theodori suum hoc sacellum auxit, instauravitque &c.* legitur in ejusdem S. Theodori æde Romana ad ingressum portæ ad lævam, ibique natalitia stemmata videlicet: *una Rosa rubea cum trunco viridi, & pileo nigro cum pluma inferius, supra stella & crux in orbe, super orbem stemmatum crux patriarchalis, & pileus pontificalis* visuntur depicta. De hoc Henrico scribit Leo Marsicanus monachus Benedictinus (qui inde fuit Episcopus Ostiensis, & Cardinalis) lib. XXX. suarum hist. de vita Greg. VII. & Urbani II. quòd *cum Guillelmus Fortibrachia filius Tancredi Ducis Northmannorum contra Saracenos in Calabria esset; Imperator Alexius suum constituit Ducem, seu præfectum militum Venetorum Melochum Birtoll. Porro inito fœdere inter Guillelmum, & Melochum expelluntur e Calabria, Apulia, & Sicilia Agareni; inde inter eos exorta est contentio: & Melfi necatur Meloch, cujus corpus honorifice sepelitur jussu Guillelmi; & filio Melochi Pierino dantur multa divitiæ, ac in matrimonium Luchina filia Dragonis germani Guillelmi. Mox decedente Dragone ad Apuliam successit Pierinus jure uxoris Luchinæ, & jure patris Melochi: quos cum invasisset Hunfredus frater Dragonis; ii coacti sunt in Siciliam transmeare, & habitare* (ut creditur) in urbe Mazara constituta jam Regia à Comite Rogerio; *ibi ex Pierino, & Luchina inter alios ortus est Alexius, cui nupsit Beatrix Beccharellis; ex his nascitur Henricus* noster *doctrina, ac moribus præclaris imbutus à Leone supradicto Benedictino; Henricus jam adolescens anno* 1089. *transmittitur à PP. Urbano II. ut pacem ineat inter Rogerium, & Boemundum fratres, contendentes de regno Calabriæ, & Apuliæ, post obitum patris Roberti Guiscardi; à quibus constitutus arbiter & judex, æquali lance Regnum divisit; inde ad Urbanum rediit, ut de felici legatione rationem redderet; sed Pontifex*

Cardin. I. & Patriarcha. Antiochenus.

Becchatellorum, nunc Bonomiorum familia nobiliss. & antiquiss.

tifex fœdatis Italiæ rebus ad Galliam transmeare volens Henricum secum duxit Cum vero Placentia synodum convocare decrevisset ad frænandam aliquorum Præsulum licentiam, Henricum transmisit in Claramontem, ubi congregandum erat concilium: ibi uti PP. Urbani Legatus convocavit omnes Galliæ Principes, mox a la synodo Placentina, Pontifex illuc se contulit, & proposuit bellum sacrum Terræ sanctæ; interim exorta est inter Rogerium, & Boemundum fratres contentio, ad quam sedandam Urbanus Henricum nostrum *oratorem destinavit; tunc suppressa simultatis caussa, ab Henrico nomine pontificio præscribitur bellum sacrum Terræ sanctæ, qui simul cum Boemundo, atque Tancredo filio Rogerii Ducis Calabriæ, & cæteris confœderatis Hierusalem versus transmigravit; atque ad Alexium Imperatorem Græcum obsistentem nostris latinis anno* 1094. *trasmittitur pro fœdere ineundo Henricus, & Boemundus. Re bene confecta suum assecutus est feliciter iter*, (omissis rebus, quæ ad nostrum Henricum non faciunt) *pervenit cum exercitu Christiano, post captam Armeniam ad magnam civitatem Antiochiam, cujus erat Rex Cassanus*, seu Cassianus ex Episcopo Ostiensi. *Civitas sane hæc duplici tutissimo muro erat cincta, &* 460. *turribus circumdata, inexpugnabilis; Rex vero illius certior factus de adventu Christiani exercitus, mentito habitu Pyrrum transmisit ad explorandum illius vires. Pyrrum cognitum exploratorem Henricus hortatur; ut sacro baptismate ablueretur, & Antiochiam ejus industria Boemundo traderet, ut illius esset Rex. ita fecit Pyrrus. Mox Raymundus Comes S. Ægydii contendebat juxta pactiones dari debere possessionem sibi nomine Alexii Imper. Boemundus vero sibi: rem decidendam Episcopo de Poys, nostro Henrico, & aliis Pontificis Legatis demandatur, qui unico ore, sic acclamantibus Christianis, & Antiochenis, elegere Antiochiæ Regem Boemundum, & Henricum illius Civitatis Patriarcham, qui mox ab Episcopo de Poys, aliisque Præsulibus consecratur.* Lambertus Fagmanus Bononiensis Episc. & Cardinalis Ostiensis (fuit is pp. Honorius II.) scribens de acquisitione Antiochiæ, de rebus in ea, & obitu Boemundi, & hæredum usque ad Rocaidum, edidit multa epitaphia; ego verò pro re mea hoc unum super portam SS. Trinitatis templi majoris Antiochiæ ponam, ubi latere in dextro sunt stemmata Henrici, in sinistro illa Boemundi videlicet; *Aquila coronata expansis alis, & quatuor vacceræ**, *desuper crux.* in medio imago SS. Trinitatis, hac inscriptione:

Belli sacri in Hierusalem historia.

Antiochia qualis?

Antioch. principes sunt nostri reges Siculi.

* Sublicæ, pali, vulgo Sbarræ.

Deus, cujus dextera labentem urbem hanc, in infidelium fluctibus ne mergeretur, erexit; in Principem Boemundum Guischardum, in Pastorem Ecclesiæ Petri primam Sellam occupantem Henricum Bertholum Patriarcham voluisti; Amborum brachia contra inimicos sanctæ Eccl. dimicantia omnipotenti auxilio tuo corrobora, ut de recepto triumpho nomen Sanctæ Trinitatis in cunctis gentibus gloriosum appareat. Patriarchatu huic 160. Episcopatus, & 360. ecclesiæ subsunt. Interea obeunti Urbano II. die 29. Julii anno 1099. successit Paschalis II. qui Patriarchalem dignitatem Henrico confirmavit; *is Patriarchali cura, & ze-*

A *lo Dei permotus Castellanam Castri Antiochiæ ad religionem Christianam amplectendam exhortatur, plures sacras ædes, infidelium injuria dirutas reædificandas, inter alias D. Andreæ dicatas, curavit. Dum enim templo moliendo operam daret, in tribuna (ut vocant) altaris majoris inclusam invenit LANCEAM LONGINI, qua percussum est Christi Dom. latus, aliasque sacras reliquias, ibi à Christi cultoribus metu infidelium absconditas. Hoc divino Lanceæ dono ditatus Henricus opem præbuit Boemundo adversus*

Lanceæ Christi inventio.

B *Corbonam Ducem Persarum, atque Sesandalum filium Regis Cassiani, qui cum* 100m. *militibus ad Antiochiam repetendam venerant: victoria insigni contra eos obtenta, Castellanum pluresque infideles ad sanctam reduxit fidem, mox simul & Boemundus ad acquisitionem Hierusalem evolarunt, eamque anno* 1100. 15. *Julii feliciter adepti sunt, ubi ejus Patriarcham Arnulphum Henricus, Episcopus de Poys, aliique Præsules consecravere, constituto ibi Rege Gotthifrido; Henricus, Boemundus, & Tancredus ad regendam*

C *Antiochiam rediere, quam diu sanctissimè rexit, sacris instruendo documentis, sacris exornando vestibus. Henricus inde Romam transmeavit, ubi precibus Pontificis Max. Paschalis sacram lanceam, seu ejus partem,* ut scribit Panvinus, *elargitus est, & ab eo Pont. creatur Diaconus Cardinalis tit. S. Theodori**, *cujus collabentem ædem restauravit. Post à PP. populus totius Asiæ committitur Henrico: quare in suam ecclesiam Antiochenam rediens, invenit quemdam Alamannum, qui pro itinere tuendo ad Hierusalem, Reli-*

Cardinalis.

* An [illegible]

D *gionem Militarem equitum Templariorum instituerat; eamque Henrico intercedente post obitum Paschalis II. Gelasius II. Pont. Max. confirmavit. Interim sanctissimè, ut vixit, obiit Henricus, & sua in Antiochena eccl. sepelitur.* De nostro Henrico Siculo scribunt Martinus de Cistello in addit. Galfierdi in chron. Sigiberti. Annonius cap. 46. lib. V. de gestis Gallorum. Otto Episc. Frisingens. lib. 3. cap. 6. & 7. Guillelmus Tyrius cap. 13. de Bello Soriæ. Lutarius de Conctis Innoc. III. de Comite S. Pauli. Panvinus

E in Epitom. Cardin. & in Histor. Protospathæ, & Nic. Ant. de Fridericis in Selinunte illustrata.

1. *Jo. Graffeus Episcopus Pactensis, & Liparensis*. Vide in ea not. anno 1358. 2. *Andreas Thalac Episcopus titularis*, Cantor, & canon. atque Vicarius Mazar. an. 1334. ex tabulis not. Rogerii de Salandario, 3. *Guillel. Roccaforte Mazar.* civis & canon. *Episcopus* .... supra anno 1452. 4. *Fr. Vincentius de Marco Domin.* provinc. Siciliæ, & *Quæsitor Regii*. Anno 1415. supra 5. *Antonius de Cataldo Quæsitor de rebus fidei Archid. & Can. Mazar.** 6. *Fr. Tho-*

Episcopi & Inquisit. 6.

F *mas Lancerottus de Mazara ord. minor. Sacellanus Papæ Clementis VI.* ex Luca Wadding. in annal. min. lib. 3. anno 1346. num. 10. fuit vir doctrina, & prudentia illustris. („ Provincialis Angliæ; demum Episcopus Laquedonensis ex Wadingo tom. 3. Annal. an. 1344.
„ 7. *Franciscus Maria Grafeus* Ord. Min. Episcopus Mazariensis, de quo diximus suo loco.)

* In Prot. lib. anno 1420. f. 105. & cancel. fol. 131.

1. *Jo. de Milluxio Abbas* .... Archidiaconus, & can. Mazar. atque Capellanus Regis Alphonsi anno

Abbates 9.

anno 1457. ex Regia Canceil. fol. 174. 2. *V. I.* A
D. Antonius Mannelli Abbas S. Mariæ Novaluciis, ante Cantor Mazar. postea Canonicus S. Mariæ Transtiberim, Vicarius sede vacante Mazar. & Archimandritæ Messanæ, & Capell. Regis Phil. II. obiit Madriti mense decembr. an. 1582. 3. *Doctor Carolus de Augustino Abbas SS. Martini, & Fantini Calabriæ*, magna cum laude annos 13. in curia Rom. versatus apud Card. Ribibam nostrum Siculum, inde apud Cardin. S. Carolum Borromæum, à quo fuit in sua diœcesi constitutus visitator generalis, quo mune- B re etiam in Archiepiscopatu Montisregalis perfungendo obiit 10. Maii anno 1594. sepeliturque in Seminario[a]. 4. *V. I. D. Antonius Maccagnone Abbas S. Benedicti Capitii* & canon. Mazar. obiit anno 1597. 5. *F. Paulus Cavallaro Abbas S. Mariæ de Immariis ordin. S. Basilii.* Anno 1437. 6. *F. Jo. de Adamo Abbas ejusdem monast.* anno 1450. 7. *F. Andreas de Noto Abbas ibidem* .... 8. *Cosmus Adamo Prior S. Spiritus Buxema familiaris Cardin. S. Severinæ* obiit Romæ an. 1594. 9. *V. I. D. Cæsar la Vagi* vicarius general. eccl. C Montisregalis, & *Prior S. Nicolai de Nemore Caccabi*. Obiit anno 1620. 26. April.

a Ex Frid. in Selin. illust.

Scriptores 23.

Scriptores. 1. *Jo. Jacobus de Adria* Siciliæ Protomed. & Poeta celeberrimus scripsit Typographiam urbis Mazaræ impr. Panorm. an. 1516. de Valle Mazaræ ad Hectorem Pignatellum proregem lib. de laudibus Mazariæ. Legendam SS. Viti Modesti, & Crescentiæ ad Mazaren. lib. de laudibus Christi, & de laudibus B. M. Virg. ad Clem. PP. 7. lib. de conservatione à pestilentia ad Anton. filium. Lib. de medicinis ad varios morbos hominum. Lib. de Phlobothomia ad D Carol. Imp. & lib. de Balneis Siculis. Obiit Panormi, & in templo D. Francisci contra portam parvam hoc epitaphio sepultus. *Hic jacet in suo sepulchro excellens artium, & medicinæ Doctor Jo: Jacobus Adria de Paulo Siculus & Mazarensis miles, & medicus Imperialis, Siciliæ Protomedicus, & Concivis Panormitanus. An.* 1560. 2. *Philon.*[b] Canonicus Orator & poeta epigrammatarius, 3. *Callimachus*[c] *Mensviridis* socius Dominici Caldarini Veronensis scripsit E lib. de laudibus Siciliæ, commentaria poetarum, & epistolas familiares. Vitam duxit philosophicam, & coronam lauream sprevit. 4. *Paulus*[d] *Ferrus Canon.* nepos Philonis, magister Adriæ, composuit lib. de partibus orationis secundum grammaticos, lib. de laudibus Apost. Saphico metro, & varias orationes ad Selinunt. Episc. 5. *Bartholomæus Cremona can.* scripsit computum ecclesiasticum. De indictione, Aureo Numero. Litt. Dominic. Anno Bisextili. Festis mobilibus, de inveniendo pas- F chate hinc ad mille annos. 6. *F. Nicolaus Ursus de observantia Franciscanus* scripsit Sermonarium Prædicationum, lib. de fuga mundi, de Nativitate Cristi, De Trimpho mortis. De Triumpho quinque MM. pro Christo apud Marrochium interfectorum heroico carmine. 7. *Firrantellus Pictor*, seu *Ferdinandus Pompianus* egregius poeta vulgavit plures historias amatorias, & plura SS. Spectacula in theatris. 8. *Antonius Musicus, & Cytharedus* eximius composuit primum cytharam septem ordinibus, Hierusalem adiit, vitam philosophicam duxit. 9. *M. Pompeii Ragusii Carmelitæ* sunt plura m. ss. volumina Philosophiæ, & Theologiæ, & Commentaria in Jo. Bacchonum. 10. *Hippolytus ab Hippolyto* poeta insignis, linguæque græcæ peritissimus, sub Prorege Duce Terrænovæ Academiæ Accensorum Panormi Princeps. Librum emblematum typis mandavit Pan. dicavitque Joanni Austriaco an. 1574. obiit 23. Julii 1579. Mazaræ. 11. *Ioseph Anellus* poeta eximius composuit Vitam SS. Viti, Modesti & Crescentiæ l. 1. de Arte poetica christiana lib. 2. Epigrammatum lib. 2. & quamplurima carmina; quæ asservantur apud V. I. D. Josephum Centorbium. Obiit anno 1520. 12. *Antonius de Fridericis V. I. D.* poeta præclarus conscripsit quamplurima epigrammata, & commentaria super ritum M. R. C. asservantur apud hæredes. Obiit an. 1585. 13. *Nicolaus Antonius de Fridericis sacerdos oratorii* composuit Selinuntem illustratam, & vitam SS. Viti, Modesti, & Crescentiæ, extant apud Centorbium. 14. *Vincentius Arnaus* cæcus poeta vulgaris, & latinus condidit quamplurima Anagrammata, & Cantiones. Obiit anno sal. 1625. æt. suæ 63. 15. *Franciscus Gallesti V. I. D.* poeta, & humanis litteris eruditiss. composuit Grammatices lib. 1. Synonyma verborum, & nominum tom. 2. comment. ad emblemata Hippolyti de Hippolyto, & quamplurima carmina m. ss. sunt apud ejus fratrem. Obiit æt. anno 63. sal. 1626. 16. *Nicolaus de Urso artium medicinæ Doctor.* in Academia Salamanticæ publicus Lector an. 1540. scripsit de re medica plura volumina, extant ea apud ejus hæredes. 17. *Nicolaus*[e] *Antonius Serina* de eadem re peritissimus plura de medicina, & chirurgia reliquit m. ss. apud nepotem Nic. Ant. Circiglia medicum. 18. *Augustinus Floritus medicus, & philosophus* celebris, multos annos Philosophiam, & Medicinam Mazaræ legit, ejus m. ss. magnæ sunt auctoritatis. Obiit anno 1590. 19. *Augustinus de Martio V. I. D.* celeberrimus patronus in M. R. C. illius Judex, Magister à rationibus, regius consiliarius sub prorege Grassia de Toledo, reliquit plura volumina Allegationum, & Consiliorum; nonnulla eorum typis mandavit Petrus de Luna. 20. *Augustinus Lavaggi V. I. D.* patronus in M. R. C. in qua tertium fuit Judex, insignis, composuit quamplura volumina Allegat. Eorum pars data est in lucem a Petro de Luna, obiit Pan. anno 1620. die 2. sept. sepultus est in collegio Soc. Jesu. 21. *V. I. D. Tubiolus Bonfari* in M. R. C. patronus, cujus allegationes m. ss. magnæ sunt auctoritatis, & nominis, quarum pars lucem vidit studio Petri de Luna, fuit etiam poeta, obiit Panor. anno 1621. 22. *P. Augustinus Floritus, Societatis Jesu*, summus Theologus, & Philosophus, poeta, & græcarum litterarum professor, composuit plures libros Tragœdiarum græce & latine. Obiit Panormi. 23. *V. I. D. Ioseph Centorbi* antiquis monumentis, historiisque præditus quamplura de rebus Siculis asservat, & diligenti studio disponit. De legali scientia benemerentiss. caussarum patronus non infimi

b Ex Adria de vir. illustr. Maz.
c Ex eodem.
d Ex eodem.
e Ex Frid. in Selinunt. illust.

infimi nominis apud suprema Siciliæ Tribunalia, de cujus eruditione meminit Marius Cutellius in cod. rerum Sicularum ad leges Jacobi Regis c. 25. num. 2. („ De his, aliisque con„ sule Bibliothecam nostram Siculam.)

II. DREPANUM Urbs *invictissima* ex privil. Regis Jo. apud Orland. f. 25. quæ nunc 4095. laribus, & 18384. civibus exornatur, maximis mœnibus, propugnaculisque à Carolo V. Cæsare Siciliæ Rege munitissima, navibus frequens, corallis laudatissimis locuples, omni genere piscium, locustis * præsertim refertissima est. A quibus, & quo primum tempore fuerit condita, ab auctoribus, quorum opera habemus, non est proditum. Sita est in Chersoneso, & ad ejus curvum littus. Unde Drepanum, quod curvum, sive falcem græcis sonat, dicitur. Quamquam Græci etymologiam nonnihil convertant. Qui sic appellatam eam volunt: nam Saturnus Cælio patri virilia cùm amputasset, falcem cruentam, quam Drepanon vocant, in hunc locum projecerit. Hinc postea urbs condita *Drepana* fuerit vocata; porro Græcorum fuisse ædificium testatur Fazel. dec. 1. lib. 7. c. 2. quem multis invehitur Leonardus Orlandinus Drepanensis in sua descriptione Drepani impr. Panorm. anno 1605. probans civitatem fuisse *Chamesenam* præcipuam in Sicilia exædificatam à Cham, dicto etiam Chamese filio Noe, in profanis verò historiis Saturno Ægyptio, Chamesenus enim id est curvus situs. Quarè Ovidius lib. 4. de fast. dicens; *quique locus curva nomina falcis habet*, intelligit sanè de hac, & non Messanensi, quæ respicit orientem, Drepanum occidentem, juxta verba Diodori Siculi asserentis: *Regnasse Saturnum in Sicilia in locis sitis versus Occidentem*. Hinc legimus in tabula marmorea: *Cham ego ipse Saturnus supera aliti Drepanum subdendum erexi post mundi annum* 1925. Petrus vero Carrera vir apprimè eruditus in antiquis Siculis monumentis conscribendo memorias historic. Catanæ c. 1. nu. 12. & cap. 52. fol. 111. Catanæ (quia ibi est flumen Amaseno dictum) an bene tribuat? vos judice estote. Anno verò sal. 886. sub dispositione Imper. Leonis Sapientis à Patriarcha Constantin. datur ecclesiæ Drepanitanæ Episcopus: uti latius diximus in nostris notitiis lib. 2.

* Cambos appellat. Arist.

Parochiales Ecclesiæ tres sunt. 1. *D. Petro Apost.* dicata, archipresbyteralique dignitate aucta est an. 1076. à Comite I. Siciliæ * Rogerio, quando per Jordanum ejus filium à Drepanensibus Saracenicum jugum fuit excussum. Ex antiqua præeminentia, in solemnitate Corporis Christi, solemni religiosorum processione Archipresbyter hic, cujus annui proventus sunt unc. 70. 16. S. Sacramentum defert.

* Vide Orland. f. 18.

2. *S. Nicolai*, cujus reliquiæ ab Episc. Sanches, & aliæ *S. Cataldi* an. 1628. à Franc. Gazato datæ magna sunt in veneratione. Duo Capellani, seu portionarii Sacramenta administrantes unc. 26. 15. habent. Hic anno 1620. die dominico 10. Maii 1. indict. (quia eo anno hæc Parochia erat ex decreto Episc. Gasco, Regens) religiosissimum opus *Quadraginta Horarum* quotidie, pietate Juratorum; atque piorum nobilium institutum est; & hodie cum incolarum spirituali profectu auctum est maxime.

3. *S. Laurentii* reficitur ædes anno 1583. sub Prorege Marco Antonio Columna & Gasco Præsule Mazarensi, nonnullorum imperito sumptu, uti docet Epitaphium. Exornatur *Ligno Crucis Dom. ossibus S. Sebastiani*, *S. Antonii Abbatis*, *& medulla D. Stephani M.* [b] reliquiæ Romā delatæ à Franc. Vento Abbate S. Philippi de Grandis nobil. Drep. cuilibet duorum Capellanorum dantur annuæ unc. 35. 28.

b Ex eod. f. 46.

1. *Collegium Societatis Jesu* sub nomine *Conceptionis B. V.* primum anno 157.. in æde Confratrum S. Michaelis fundatur haud exigua pecuniarum publici æris, atque Joannis Pigneræ genere Hispani Navarri summa, qui suarum salinarum decimas huic collegio, proventus verò alios Collegio alteri ab ipso Pampilloniæ condito est elargitus; eidem do. Liranza Sanclemente nobiliss. ac pia fœmina Drepan. *Tonnariarum Inici*, *& Scopelli* redditus concessit [c] Inde anno 160.... in præcipuum urbis locum dictum *li Magazini della Monitione*, ubi (res divinitus quidem data) Beatæ Virginis Annuntiatæ signum celeberrimum primùm venerati sunt Drepanenses, transmigrarunt; adjunctis magnis ædibus quas Marianus Bongiardinus eques Drep. præstitit; is devotione erga patres permotus, magna humilitate adscribi voluit numero Coadjutorum Societatis. Religiosi 55. cum unc. 8. 11. („ Ex Dominico Stanislao Al„ berto in hist. Soc. Jesu Sicil. par. 1. lib. 4. cap. „ 18. f. 417. anno 1580. fundatur, & an. 1596.)

c Ex eodem fol. 46.

2. *Congregatio Oratorii S. Philippi Neri* in *D. Joannis Bapt.* æde juris olim Religionis Hierosol. fundata est anno 1607. opera presbyterorum Drepanen. Nicolaii Chiponteri, Andreæ Bua, & Thomæ Pianelli, à patribus ejusdem instituti Panormitanis instructorum. Ii nunc sunt 8. cum unc. 101. 20. Suffragia hic pro animabus in igne purgatorio detentis primo quoque die lunæ mensis magna pietate, atque frequentia populi aguntur; quod pium opus suis divitiis auxit Capit. Lazarus Locadellus, Domum hospitalem præscribens hæredem. Coluntur & *præcordia ejusdem S. Philippi*, *& os D. Ivonis Confess.* qui ab urbe delectus est tutelaris. („ Hic cum anno 1641. Fran„ ciscus Romanus Catanensis, & Canonicus „ Panormitanus, in quadragesimali curriculo „ concionem ad populum haberet 15. Febr. feria „ 6. post diem cinerum de inimicorum dile„ ctione, comparationem, quam nocte præce„ denti præconceperat, dixit: nempè, quòd „ sicut Templi illius fornix si super subjectam „ turbam rueret, ita ei noceret, ut se ipsam „ distrueret; ita inimicus damnum inimico „ inferendo, seipsum perdit. Mirum dictu! „ vix comparationem pronunciaverat, cùm sta„ tim Templi fornix corruit, & 500. propè „ mulieres, ac nonnullos viros interfecit. Vi„ de Theophilum Raymundum de var. Christ. „ hist. cap. 39. Jo: Marcianum in Mon. hist. „ cong. Oratorii t. 3. l. 5. c. 1. f. 532. Michaelem „ Frazettam in vita Hier. de Panorm. lib. 2.

„ cap.

„ cap. 5. f. 112. & nostram Biblioth. Sic. tom. 1. fol. 237.)

3. *Dominicani* ad sacrum Terræ sanctæ bellum [a] navigantes, anno 1313. nova domicilia [b], haud exigua Regiæ pecuniæ summa in his consumpta, cœperunt; hinc *Regius Conventus* dicitur; vel quia anno 1318. *Manfredus infans Friderici II. Regis filius Drepani obiens, hanc ædem sibi perennem domum elegit, & fratres hos non solum corporis sui custodes, sed regios Capellanos, confessoresque effecit.* Ex tabul. Convent. Manfredi corpus post temporis multum invenere fratres veste auro, & pretiosis gemmis contexta indutum, & ense auro purissimo exornata præcinctum [c]. Hac etiam in æde Regia, humata tradunt corpora Theobaldi Regis Navarræ, Isabellæ uxoris, Guillelmi Flandriæ Comitis, Elisabethæ Reginæ, & plerorumque procerum, qui anno 1270. cum Carolo Andegavensi tunc Rege Siculo, e bello Tuneti redeuntes, peste affecti Drepani obierunt [d]. Illustratur Reliquiis *SS. Vincentii Ferrerii, Ursula V. & M.* & maximè celebri *S. Crucifixi* simulacro miraculis clarissimo, quod tempore pestis anno 1665. sanguinem emisisse testantur. Huic sacello Benevenuta filia Vincentii de Alphonso, Berardi XVII. de Ferro uxor scut. 4000. & pro celebrandis missis sc. 1000. ex tabul. not. Petri Laliotta Panorm. mense novembr. anno 1636. legavit. Prælucet quoque tot filiis pietate, & doctrina præclaris. 1. *F. Jacobo* [e] *Corsa* anno 1579. prophetiæ, & divinarum revelationum dono, florente. 2. *F. Jacobo* [f] *del Monacho* jugi oratione, summa abstinentia, atque virtutibus omnibus apud omnes notissimo, qui est sepultus in loco hujus templi adhuc ignoto, quod tempore pestis anno 1565. scripturæ combustæ sunt. 3. *F. Francisco* [g] *Rheda* humilitate, charitate, prophetiæ dono, cæterisque virtutibus illustri. Hujus sanctitatis fama permotus Didacus Corduba *Magnus Capitaneus* dictus caussa Regni Neapolitani, nomine Catholici Regis, acquirendi cum Messanam appulisset, hospitium S. Benedicti ordin. Prædic. extra mœnia, quod ibi degeret Reda, quem suum elegit confessarium, voluit. Tunc Cordubæ futuras victorias, Ducatu Terrænovæ, Marchionatu Hiracensi, Ducatuque Suessano in Calabria à Rege donaturum prædixit; qua prophetia adimpleta, Didacus in gratiam Redæ Conventui Messanensi annuas sagm. tritici 170. sc. 200. auri, atque iconem majorem, cui propriis sumptibus sacellum dicandum statuens est elargitus. Ibidem decessit, & humatur Reda. 4. *M. Jacobo* [h] *Reda* in sacris litteris, & pro Catholica fide in disputationibus præstantissimo. Is fuit Vicarius in munere Quæstoris ex lib. secret. anno 1478. 20. aug. num. 26. fol. 10. 5. *M. Paulo* [i] *Ballo* filio V. I. D. Antonii Ballo. Iste doctor fuit Parisiensis, Concil. Tridentino interfuit, magna cum laude Theologiam in suo patrio Conventu, ubi obiit, docuit. 6. *M. Nicolao* [k] *Terranova* litterarum peritia, & virtutum exemplo præcellente, atque Alphonso I. Regi Neapol. charissimo [l]. 7. *M. Petro Cannizaro*. Is tyronem, seu novitium egit sub B. Ludovico Beltran in Civitate Valentia, à quo digitum pollicem jam putridum, & medicorum præcepto secandum, obtinuit pristinæ sanitati restitutum. Et prædicitur futurus Siciliæ Provincialis, uti in Comitiis Messanæ coactis anno 163.... evenit. Sub lectoribus Hieronymo Bapt. Lanuza, & Dominico Balaguer Valentiæ studuit Philosophiæ, & Theologiæ, socius Ludovico Stellę Valentino Vicario generali ordinis datus est à Priore Generali: hic in suo patrio Conventu officia devotionis S. Crucifixi primùm recitanda proposuit. 8. *de M. Jacobo Ciesa*, atque. 9. *M. Thoma del Monacho* mox cum de scriptoribus. Fratres 28. cum unc. 315. 7. 10.

[a] Ex Orlan. f. 33.
[b] Ex Pio in Mss. Domil. 1. f. 114.
[c] Ex Orlan. fol. 31.
[d] Ex eod. Orlan. & Fazel. dec. 2. l. 8. f. 487.
[e] Ex Pio l. 1.
[f] Ibidem.
[g] Ibidem, & Rulan. f. 33.
[h] Ex Orlan. f. 48.
[i] Ex eod. f. 50.
[k] Ex eod. f. 51.
[l] Ex Leandro Alberti de descrip. insul. Ital. f. 52.

Manfredus filius Frederici II Regis Drepani obiit.

S. Crucifixi Drepani miracul.

4. *Augustiniani* prima jecerunt fundamenta in *S. Jo. Bapt.* templo, quod sub I. Siciliæ Comite Rogerio hospitium Templariorum, post Hospitalariorum pro hospitandis viris peregrinis in Hierusalem navigantibus erat [m]. Id non solum ex SS. Reliquiis *digito Nicolai Tolentini* ante annos 1300. à nobili familia de Carissima dato, & *ossibus Blasii Episc. & M.* ex privilegiato Altari *S. Mariæ del Soccorso*, cum stemmatibus claræ stirpis del Monacho in pavimento sculptis, suam docet antiquitatem, etiam ex *D. Rosaliæ V. Panorm. fasciculum Rosarum gestantis* antiquissima imagine in sacello nobilis familiæ de Simone. Quod exornarunt fratres Drepanenses. 1. *M. Antonius* [n] *Castronovus* in Mathematicis, & Theologicis scientiis peritissimus, sui ordinis Vicarius Generalis, in tribunali Quęsitorum S. Off. Censor, apud quos dum Panormi in Castello ad mare esset, anno 1593. repentino, & satis decantato casu igneo periit: scripserat adversus antiqua schismata, & alia. 2. *M. Vitus Vitagius* summus Theologus prior in Neapolit. Provincialis secundum in Sicilia. 3. *M. Antonius Tuscanus Monten.* Ecclesiastes præcipuus, & anno 1553. Provincialis in Sicilia. Fratres 25. cum unc. 312. 2.

5. *Augustinianis Reform.* ædem *S. Mariæ de Itria* confratres, juratis Drepan en. urgentibus anno 1620. concesserunt; sed anno 1621. 18. Octobr. jacta sunt conventus fundamenta datis, uncils 200. ex patrimonio civitatis à Juratis tunc D. Franc. de Ferro, D. Honophrio de Vincentio, Alexandro Specchi Joachino, & D. Angelo Maria Fardella. Sed Mariani Venti eleemosynis perficitur. Fr. 15.

6. *Carmelitana Familia* celebre, & Regale sanè cœnobium sub tit. *SS. Annuntiata* habet exornatum pretiosissimis sacris vestibus, vasis aureis, & argenteis ad summam scut. 20m. & liberalitate Illustriss. familiæ de Bosco auctum. Drepanum hæc transmigravit an. 1200. circiter [o] ab Oriente, & primùm ædiculam sub invocatione *S. Mariæ de Partu*, cujus vestigia superiori ætate visebantur, ubi in pariete depicti erant aliquot montes cum sanctis ejusdem ordinis vestimentis oblongis subnigri coloris indutis, exædificavere; nunc locus iste est profanus [p]. Anno verò sal. 1240. 24. mensis augusti 8. indict. regnante Friderico II. Imp. sed ex m. s. antiquiss. & hist. montis S. Juliani fol. 110. sub eodem Imper. an. 1224. transiere in locum hunc, quem & agrum circum dederant Notarius

[m] Ex eod. f. 32. & 38.
S. Rosaliæ imago antiquiss.
[n] Ex eodem f. 50.
[o] Ex Ægydio in vita d. Carm. p. 3. c. 3.
[p] Orland. f. 57

rius Ribaldus Drepanita, ejusque uxor Palma ex tabulis Not. Virardi (autogr. in Archiv. eccl. & apud Orland. fol. 59.) & Ribaldi secunda uxor Perna *Territorium Xineam* [a]; ibi fratres construxerant sacram ædem *Sanctæ Mariæ Annuntiatæ* dicatam, ab urbe ad p. 1500. sub monte Eryce. Quod divino potius, quàm humano lumine factum est. Non procul enim hinc in ipso Monte celeberrimum totius mundi fanum erat *Licastæ matris Erycis*, quæ ob præcipuam pulchritudinem ab accolis Venus appellabatur: Veneris filius *Eryx* quoque est dictus; & ipsa *Veneris Erycina* cognomentum accepit. Id templum temporis cursu non solum cultu, & donariis non est imminutum, sed mira etiam incrementa suscepit ex Diod. Sic. l. 5. Æneas postea in Italiam cum plurimis Trojanis veniens plurimum illud excoluit, donisque variis decoravit [b]. Siculi quoque multis post sæculis maxima religione, & subinde Carthaginenses hac regione potiti, religiosissime coluerunt; maxime omnium Romani totam Siciliam adepti signis argenteis, aureisque ac anathematis etiam plurimis exornarunt. Tandem illustrissimum fanum prostratum esse scribit Octavius Cajet. in Idea fol. 6. Ceterum hujus superstitiosæ Deæ, ac ejus celeberrimus cultus memoria ut obliteretur, eadem in regione (consilio, & fortuna procul dubio è cœlo destinatis) marmoreum B. Virginis simulacrum affabrè depictum religiosissimum suam spontè fixit sedem. Porrò ut esset in hac civitate non modo velut in Virginis sacrario anathema sanctitatis, & summæ religionis, sed velut in arce præsidium belli, & pacis, ac denique velut in aperto discriminum campo signum confugii, ad quod & Drepanenses, & Siculi omnes, ac totius Christianæ Reipublicæ homines Itali, Galli, Hispani, Alemanni, Poloni, Ungari, Armeni, Babylonici accedentes, malis cunctis remedium implorant, atque de receptis beneficiis [c], dona pretiosissima aurea, argenteaque exhibentes, gratias agunt. Temporum tamen injuria, scriptorumque incuria, hujus SS. Imaginis adventus obscurus est. Profectò alii ex fama manu ducta tradunt: *Quod Navis Veneta ab Oriente in Italiam solvens caris onusta mercibus* [*], *Deiparaque Virginis signo prædives, ventorum vi in Sicilia portum Drepanensem ducta est. Ubi plures menses navis maris procellis coacta detinebatur; tandem interius Deo, ejusque matre inspirantibus, nauta, & præcipue quidam eques Templarius (is Terrasanctæ destructionem futuram ab Principum Christianorum simultates, prævidens, e loco sua Commenda hoc sacrum Virginis pignus Pisam secum in navigio transferre decreverat) Drepani apud Pisanos ibi agentes deposuerunt. Tunc sacrosancto hoc pondere exornata navis prospero itinere, ventoque secundo alio pernavigavit. Pisani vero reverenter in proprio hospitio* (post domus munitionum est dicta quę nunc Societatis Jesu est Collegium) *in ædicula S. Mariæ de Partu, ubi fratres Carmelitæ (ut supra) degebant, asservaverunt. Adduntque hoc pretiosissimum simulacrum fuisse super bovum carrum locatum, ut in alia navi mandato Præfecti* A *Pisanorum, cui res demandata fuerat, Pisas veheretur. Boves nullis lacessiti stimulis sponte gradiebantur; quando vero in hunc D. Annuntiatæ locum accessere, nulla præeunte voce humana, occultiori dumtaxat vi quadam retenti gradum sistunt. Ibique coram pluribus sequentibus civibus, prodigia cœlestia quamplurima operatur: quare hic construuntur sacræ ædes: una S. Leonardi, &c.* hanc rem ostendunt sculpta navis, & quadrigæ in columnis ecclesiæ [d]. *Alii vero ex antiqua relatione testati sunt, hunc equitem appellari Guerregium,* B *qui cum aliis tribus Templariis ex sua Commenda in Suria, metu Saracenorum, signum istud B. Virginis in navi transferendum in Italiam patriam suam curavit. Navis hæc validis ventis agitata juxta Drepanum in loco dicto Sancto pretiosas quasque merces, & arcam, in qua asservabatur nostrum Mariæ signum ejecerunt in mare; ubi præter gravium naturalem propensionem, divino miraculo arcam supernatantem Piscatores viderunt: sperantes quod magnas invenirent merces, traxere illam in suam* C *naviculam ad littus ædiculæ SS. Cosmæ, & Damiani. Aperta lignea arca, & invento Cœlesti hoc dono, cuncti versi sunt in stuporem, maximamque lætitiam. Re ad Senatum Drepan. delata, mox supplicantium ordinibus institutis illuc pergitur, ubi quamplures variis ægritudinibus affecti, sanitati restituuntur. Inde honorificentissime ad urbem super quadrigas transferendam acclamabat populus. Tunc in loco, ubi est ædicula D. Mariæ Annuntiatæ* (ut diximus) *elargita fratribus de Monte Carmelo, immobilem boves* D *fixerunt pedem. Ibique remansuram Imaginem hanc divino impellente spiritu decreverunt Equites illi Templarii.* Hic Orlandinus [e] ex relatione Pugnatoris eruit extitisse tunc temporis cœnobium Calogerorum Grecorum ordinis S. Basilii. Nostræ igitur Deiparæ celeberrimum, & illustrissimum signum sculptum fuit ex pretiosissimo marmore Orientali Cypri angelicis potius quam humanis manibus, tanta arte, ut omnibus sit admirationi; quod prospiciens Comes Albadelista Prores ait: *siquis pulchrius vult,* E *paradisum adeat,* tunc multis ditavit donis. Maria ergo Christum filium in brachio sinistro gestat; in cujus veste litteræ Chaldaicæ leguntur: *salutate Dominum, qui est magnus, licet videatur infantulus, justus, & dulcis.* In veste verò Virginis has invenies etiam Chaldaicas litteras: *credo, quod hæc est magna mater Dei;* ex alia parte: *Job Acdensiram,* idest: *septies centum triginta ... die .. augusti:* fortè 15. *aug.* unde festum hoc toti orbi terrarum præclarum die Assumpt. B. Mariæ 15. aug. celebratur. In pal- F lii fimbria has: *Taritus nave idlamb ava evit enidthet Copris:* idest: *acta, sculpta, completa in Endithet Cypri.* In pectore Deiparæ ubi vestis, & pallium implicantur, est orbis pulcherrimus his circumscriptus litteris: *Biamame de Habatat deba:* latinè: *Ecce Ancilla Domini.* In pallio deorsum vulgariter. *Io servo di Dio prete.* Ita interpretati sunt quamplures è Gręcia, & Armenia advenientes peregrini [f]. („ De hoc „ celeberrimo deiparę simulacro innumeri scribunt, quos inter Cajetanus to. 2. SS. Siculor. „ f. 202.

[a] Apud eundem f. 49.

De venere Erycina.

[b] Thucyd. l. 6.

De D. Annuntiata Drepani.

[c] Vide quæ narrantur à Rolandino à f. 75. ad finem

[*] Ex m.s. tabul. templi.

[d] Apud Orland. f. 56. & 57. & ego vidi.

[e] Orland. f. 61.

[f] Ex tab. eccl.

„ f. 202. Basilius Cavarretta, Joannes Mannus, A
„ & Vincentius Nobilis in peculiaribus libris
„ de eo editis.)

De hoc Carmelitarum celeberrimo, & magnifico cœnobio, ejusque illustrissimo templo *Annuntiatæ* sacro scribit Orlandinus in descrip. Drepani a fol. 62. addam ego divinum hoc B. Virginis signum magna veneratione, aureis, argenteisque lampadibus maximè lampade magna aurea, & pretiosissimis ornamentis asservari in parvo sacello; cum detegitur pro magnis Principibus, peregrinis, vel diebus festis B. V. B præsertim die 15. augusti, fratres magna devotione, solemnique ritu ad eam accedunt, pulsantibus organis, campanis, & cantantibus musicis. Prior Carmelitarum intonat alta voce: *Ave stella maris*,, sed in eo versiculo *Monstra te esse matrem*, tractis cortinis ostenditur. Hujus Sanctissimæ Virginis etiam *Lac*, *Capilli*, & imago *D. Maria de Gratia* nuncupata à D. Luca (ut tradunt [a]) depicta, quæ maximo est in honore, atque in necessitatibus urgentibus ad numen divinum placandum per urbem circumfertur. [a Orlandin fol. 64.] *De ligno* quoque *S. Crucis*, *& de ossibus S. Basilii Episc. & M.* In dextero quidem sacello anno 1570. à M. Ægidio de Honestis condito, atque D. Vito M. dicato, *ejusdem Sancti Caput* [b] argenteis inclusum thecis, quod eidem Ægidio Pisis publice theologiam docenti datum est à Cardinale Montispolitiani Pisano Archiepiscopo, colitur. [b Ex Tab. eccl. & Orlan. f. 63.] Item & *S. Iuliani*. In sinistro vero sacello, quod partem ædiculæ, seu cellulæ S. Alberti continet: quia in ea Carmel. est professus disciplinam, diu vixit, Priorisque onus sustinuit, ut latius in Notit. Messan. in an. 1292. sacrum est eidem Sancto, cujus *Caput*, *atque Costas* etiam argenteis exornatas thecis, anno 1316. Messana transtulit M. Cataldus de Anselmo Montensis [c], tunc Siciliæ Provincialis, atq; Tauromenio *Mandibulam. B. Aloysii Carmel.* item *ejusdem Brachium*, quod à fratribus Randazi recepit M. Basilius Cavarretta Drep. anno 1640. dum Præsidem in Provincia S. Alberti agebat. [c Ex m. f. convent. & MS. Cerdicis.] Hic interdiu positum fuit corpus *S. Ludovici Galliæ Regis*, qui die 25. augusti 1270. dum Saracenos oppugnaret, obierat; inde in Cathedrale [d] Montisregalis, anno vero 1378. in Galliam translatum est. [d In Notit. Montisreg.] Hic ex antiquo privilegio, primo die Quadragesimæ ad populum habetur sermo.

[S. Ludovici corpus.] Hinc plures auctoritate, virtutibus, & litteris prælucentes viri sunt exorti: 1. *S. Albertus*, 2. *B. Aloysius Rabbata*, de quibus infra. 3. *M. Aloysius de Ajuto* primum doctorali laurea datus, tertium Provincialis, in regimine celebris. 4. *M. Ægidius Scrinius* in Sicilia Provincialis, apud Rom. Curiam generalis Procurator; post obitum Prioris Gener. diebus 28. Vicarius: eam tamen dignitatem respuit. 5. *M. Ægidius de Honestis* prudentia eximius non modo suam conventualem domum multis decoravit ædificiis & sacris ornamentis, sed Drepani sub tit. *S. Alberti*, & Panormi anno 1592. sub nomine S. *Maria de Itria* pro suis fratribus Drepanensibus erexit domicilia; Siculam Provinciam etiam sub tit. Visitatoris, & Commissarii Gener. Apost. magna cum laude rexit; Episcopatum Belicastri, & Generalatum sui ordinis in Comitiis Romæ anno 1598. coactis recusavit. Huic Leonardus Rolandinus librum de descript. Drepani impr. Panorm. anno 1605. dicavit. 6. *M. Pompeus* [e] *Zuccala* vir doctiss. Venetiis Regens, in Neapolitana, & Sicula Provinciis Prior, & Commissarius Generalis, & in Romano Conventu cum familiaritate Cardinalis Aldobrandini, post pp. Clem. VIII. prior, apud Episcopum Cephal. Vicarius. [e Balsi in sua Bibl. fol. 81.] 7. *M. Stephanus* [f] *Cuculla* secundum Provinciæ S. Angeli Provincialis, à Ducum Terrænovæ confessionibus. [f Ex eodem fol. 82.] 8. *M. Heliodorus Scrinius* Ægidii nepos in utraque theologia peritissimus, ecclesiastes eloquentissimus, Provincialis. Anno 1605. & iterum anno 1613. in Metropol. Eccles. Panorm. est concionatus, quo anno male obiit, & sine honore in ecclesia S. Nicolai Carm. Panor. humatur. 9. *M. Ægidius Juliana* genere nobili Netinus, primum in hoc conventu prior, post in Provincia S. Angeli, quo in munere 28. Novembr. 1627. decessit; fuit ecclesiastes magni C nominis. 10. *M. Timotheus Perez* etiam Provincialis, de quo infra cum de Episcopis. 11. *M. Basilius Cavaretta* nobilitate, & litteris illustris bis Provincialis, ac Vicarius in Provin. S. Angeli: & anno 1640. Præsidens in provin. S. Alberti. Habent 130. fratres annuas unc. 1299. 12. præter eleemosynas.

7. *Carmelitanum* etiam *hospitium* sub tit. *S. Alberti* in ipsa Urbe Drepanensi juxta Portam Felicem anno 1592. à M. Ægidio de Honestis magnifice exstructum est ad commoditatem fraD trum Annuntiatæ extra mœnia ad 1500. p. hic *lac*, *& capillum* B.V. venerantur.

8. *Franciscanorum Conventui* in regione Palatii anno sal. 1224. teste Waddin. in annal. min. ad annum 1224. nu. 43. primum dedit lapidem B. Angelus à Reate socius D. Francisci, sed antiquum, quod nunc est novis ædificiis nobilissimum, templum an. 1272. die 15. martii perfectum est. Illustratur maxime *duobus corporibus SS. MM. Marcelli, & Marini, atque duabus Costis S. Barbaræ V. & M.* cujus translationis E festus dies 4. decemb. est solemnis ex Cajet. in Martyr. Siculo. Est hic signum *S. Crucifixi* in integro pretioso Corallo palmari affabre sculptum, in toto fere orbe singulare, haud absimile ex eodem Corallo lampas ex circumferentia palmorum 6. Efficitur quoque illustre ortu religioso *M. Jacobi* [g] *Conquinti* in doctrina Scotica celeberrimi. [g Ex Orlan. fol. 50.] Nostra etiam ætate *M. Josephi Lanapola* viri doctrina, & virtutibus præclari: is fuit in Academiis suæ Religionis Regens, Concionator eximius, in Sicilia Provincialis CommisF sarius & Reformator Generalis, pari doctrina, virtutumque splendore est M. Joseph. II. Lanapola primi nepos, etiam Provincialis & Primus Definitor, atque nostri S. Officii Tribunalis mecum de rebus fidei Censor. Fratres 35. cum unc. 1628.

9. *Francis. Observantes* in *D. Maria de Jesu* anno 1450. mœnibus urbis inhærebant juxta antiquam S. Mariæ Græcorum ædem. Verum anno 1536. Carolus V. Imp. è victoria Libyæ Drepanum appulit, & pro urbis munimine, cœnobium

bium illud solo adæquandum, suisque regiis sumtibus aliud in D. Juliani construendum præcepit. Fratres 24.

10. *Francisc. Observ. Reform.* sub tit. *S. Annæ* anno 1619. 8. apr. 2. indict. ex consil. detento 21. junii anni ejusdem, recipiuntur à patribus Juratis D. Petro del Monacho, Mariano Vento, D. Eustachio, & D. Mario de Ferro, à quibus annua jura pro *vestiario* super proventibus Civitatis, atque ecclesia S. Leonardi extra mœnia ad 500. p. tribuuntur, sed ob inclementem loci aquosi aerem, alia *S. Annæ* à confratribus, & simul *S. Mariæ de Catena*, *& S. Luciæ* à Piscatoribus conceditur: hæc sane insimul & *denarium aquæ* (ut dicimus) ab iisdem Juratis dantur intercessione F. Innocentii à Clusa laici, magnæ bonitatis fratris, afferentis litteras commendatitias Proregis; ibique construitur cœnobium sumptibus Mariani Venti nobilis, ditissimi, atque religiosissimi viri Drepan. cujus opera nobilissima D. Annæ icon fuit depicta, precibusque F. Innocentii *digitus ejusdem Divæ* huc sub custodia Senatus Drepan. fuit à Clusensi S. Annæ cœnobio translatus. Jacet hic serva illa *Dei soror Innocentia Riccio Drepan. Virgo Tertiaria ejusdem ordin.* è mundo rapta an. æt. 24. sal. 1624. („ Ejus viam edidit Petrus Tognolettus Panor- „ mi 1659.) Fr. 25.

11. *Franciscani Tertii Ordin.* primum religiosissimum cœnobium *S. Mariæ de Angelis à Martogna* dictum fundarunt. Hoc sane modo: Cum F. Jacobus de Agubbio civitate Umbriæ, Minorita Observ. facultatem exorasset à pp. Paulo III. & Protectore ordinis sui Cardinale S. Crucis prædicandi verbum Dei infidelibus, & navigasset Constantinopolim versus, ventis contrariis agitatus, in Italiam rediit primum Panormum, deinde Drepanum, ubi se totum divinæ gloriæ exaltationi, atque sanctis exercitationibus dedit; ita in eremo aliquam fundandi Congregationem virorum, qui vellent ibi solitariam pro Deo agere vitam; ad ejus vota proclivis Jacobus Fardella nobilis Drepanensis dedit quemdam terræ tractum sub aspero colle Montis Erycini, ut ex tabulis Not. Francisci Lombardo 29. martii 13. indict. 1540. constat; ibi constituit oratorium novæ Congregationis sub instituto Tertii ordinis S. Francisci (quia ipse F. Jacobus * Descalceatus incedebat, nomen *delli Scalzi* adhuc retinent fratres hujusmodi) quod confirmatum est per rescript. Apost. Pauli III. ultimo maji 14. indict. 1541. cum facultatem admittendi ad habitum quotquot vellet viros: hac arrepta sancta occasione plures nobiles, & litteris præditi Drepanenses regularis observantiæ studio allecti ad eum accesserunt. Ob aeris insalubritatem, & loci incapacitatem, à primo loco dato à Fardella, concedente eodem Pont. per litt. anno sui pont. 13. exscriptas anno 1546. commigrarunt in alium aptiorem, atque ad devotionem magis idoneum *Martognam*, seu *Vallis Clarum* nuncupatum in radicibus montis ad occidentem 3. p. m. à Drepano. Ibi hodie magna sanctitatis fama degunt patres. Hic jacent 1. *F. Petrus Gramignanus laicus* celebris Dei servus. 2. *F. Seraphinus Lazara Lilybætanus*, cujus anima uti columba visa est in cælum volare ex m. f. religionis. Fratres 18. cum unc. 315. 10. 7.

Tertii ordin. S. Francisci in Sicil. initium.

* Degit in Sicilia annos 31. obiit Romæ ex hist. m. f. de Montefel. 35.

12. *Descalceatorum tertij ord.* Alterum *S. Rocchi* tempore pestis an. 1574. 20. martii opera M. Michaelis Burgio nob. Drep. bis Provin. viri religiosiss. fundatur cœnobium *S. Thomæ Cantuariensis* reliquiis, & *D. Caroli Borromæi* celebri imagine exornatum; viros pietate, auctoritate, & litteris illustres edidit. 1. *M. Jo. Bapt. Provinzanum* iterum suę religionis Generalem, ut mox. 2. *M. Fulgentium à Drep.* tertium Provincialem. 3. *M. Seraphinum Ciambra* eximium Concion. atque Provincialem. 4. *M. Jeronymum à Drep.* litterarum studio, & concionatoris munere notum, iterum Provincialem. 5. *M. Joan. Bapt. Provinzanum* 11. qui in Provincialatus officio decessit. („ Rectius decessit dum Generalem ageret anno „ 1614. ex Bordono in Chron. Tertij ord. cap. 13. „ n. 51. & cap. 25. n. 2. & 6. f. 316. & n. 11. 415. „ & ut habet idem Pirrus infra.) Fratres 30. cum unc. 299. 15.

14. *Capucinorum* duo, & quidem nobilia sunt cœnobia: alterum sub tit. *Epiphaniæ* ab an. 1560. in planitie Arenæ cum fratribus 16. Alterum sub nomine *Conceptionis B. V.* in loco *del Petro palatio*, seu *Laurisana* dicto, occasione aperitionis Portæ S. Alberti excitatum an. 1619. rem urgente apud Juratos Generali Capuccinorum hic agente [a]. Primus jactus est lapis præsentibus provinc. P. Thoma à Monteregali, & Fr. Vincentio à Politio guardiano fratribus in religione præclaris; perficitur vero anno 1623. opera, piisque largitionibus Mariani Venti Baronis Rhedę. Ex mari tunc lapidibus obruto, fratrum precibus aquæ dulces ad bibendum, & ad hortum irrigandum profluentes exorantur à Deo. Fr. 30. Hinc viri sanctitate undique fulgentes prodiere. 1. *F. Valentinus* [b] *à Drepano laicus* humilitate, & Seraphica paupertate singularis, *qui ut omnibus sua vita necessariis indigeret, pauperrimum Castriboni Conventum efflagitavit, & inter cætera optimi religiosi indicia; cum ægrotasset, & sui, & fratris sibi inservientis horam obitus eodem die anno* 1570. *prædixit.* 2. *F. Joseph.* [c] *à Drep.* etiam *laicus*, hujus *totus vitæ decursus perpetuus quidem orantis animi sapor esse videbatur, atque præclaris virtutum ornamentis contextus; obiit anno* 1575. 3. *F. Antonius de Scalisio Drep.* ad suæ religionis propagationem, Hispanias navigavit, ibi magnæ pietatis, atque nominis fama moritur. In Drepanensi primo cœnobio jacet ab anno 1610. mense jan. *F. Hieronymus à Politio*, qui postquam Generalis munere esset perfunctus, iterum Commissarii Gener. officium exercens, cum Drepanum perlustraret, ad Deum evolavit; ejusque exequiæ ab Episc. Lacava more pontificali, sermonem funebrem faciente P. N. Jesuita, præsente Senatu, populoque Drepan. celebrantur.

15. *Paulensibus Fratribus* anno 1572. 1. aug. 15. ind. datur Oratorium *S. Viti lo Piccolo* extra mœnia, atque aliquot terræ tractus, ædesque liberalitate Francisci Barloctæ, & Joannis Cuthillero [d]; sed ob aeris insalubritatem in alium locum *Blasii* sub Monte Erycino à Carmelitanis venditum transmigrarunt, faventibus Carolo Ara-

[a] Ex Consil. detento 17. martii 2. ind. 1619.

[b] ex Chronic. Capuc. ann. 1570.

[c] Ex eod. f. 138.

[d] Ex Chron. ordinis.

Aragonio Prorege, ac Episc. Lombardo, qui A
die 27. junii 4. indict. 1576. primum novæ ædificationi lapidem dedit. Sunt hic in honore reliquiæ *SS. Francisci de Paula, ac Blasii M.* cadaver quoque *Sororis* [a] *Cæciliæ virginis Panorm. Tertiariæ Paulen.* quæ Panormo huc ad venerandam virginem venerat, & in ejus amore obdormivit die 20. jun. an. 15... Fratr. 14. cùm unc. 370. 7.

a Ex eadem chron. fol. 588. Cajet. in idea fol. 46. & ex eadem not. Pan.

B. Virginis à Luce, sive *Novalucis* celebris imago in *D. Juliani* die 19. junii transfertur ab antiqua sua æde diruta pro hospitio, *Quarterio* dicto Hispanorum. („ De ea Cajetanus t. B „ 2. SS. Sicul. f. 287.)

Monial. S.

MONIALIUM primum fuisse *S. Claræ* ejusdem ordinis testatur Orlandinus in sua descrip. Drep. fol. 22., ad quod anno 1392. translatæ sunt moniales S. Claræ, una cum bonis suis Mazara, instante Ministro Provinciali ordinis Minorum, ut constat ex litt. Regis Martini in cancell. eodem anno fol. 46. & 49. („ De eo latius Waddin- „ gus t. 5. Annal. 1420. n. 21. & in regesto f. 78.) Hic colitur *Spina ex Corona Christi*. Moniales 28. cum unc. 317. 24. sunt & subsequentia qua- C tuor ejusdem instituti Franciscani. 2. *S. Elisabetha in die Visitationis B. V.* in antiquis (ut fama Drepanensium prædicat) ædibus S. Alberti, sumptibus, & pietate antiquissimæ, & claræ familiæ *Emanuelium* fundatum; ut legisse in tabulis Drepan. testatur Orlandinus fol. 29. sorores 35. cum unc. 378. 8. 3. *S. Trinitatis tertii ord. S. Francisci* nunc *Abbatia Grande* nuncupata [b]; anno 1542. opera F. Jacobi de Aucubbio fundatoris Descalceatorum: sorores 28. cum unc. 391. 9. 4. *S. Spiritus Collegium Puellarum Orphana-* D *rum* eodem tempore, à F. Jacobo, nunc sub protectione Montispietatis. *S. Maria Magdalena* [c] *Repentitarum* sollicitudine ejusdem F. Jacobi: sorores 16. cum unc. 212. 11. Sunt & alia duo Dominicani ordinis. 6. *S. Maria del Soccorso* dicta *l' Abbatia Nova* anno 1461. extructum, atque duobus feudis de Lummari, & Burgensatici dotatum à nobili viro Jacobo Pepe Drep. In templo Græcorum *S. Sophiæ* adjuncto pervetustæ domui hospitali *S. Angeli*, ut docet quædam tabula marmorea inventa in constructione novę E ecclesiæ, his characteribus: *Anno 1303. istud hospitale fecit fieri Jo. filius Siri Petri Martini Catalani de Vico, qui vocatur ex parte matris suæ Jo. Sebastiano de Trapano, vocatur S. Angelus*: ad illud regendum facta à pp. facultate sacræ Virgines Dominicanę Monasterii S. Catherinæ Panor. venerunt: nunc sunt 51. cum annuis unc. 1365. 4. 7. *S. Rosarii* ab an. 1628. dotante prædiis, & juribus Dom. Francisca de Sancto Clemente nobiliss. ac piissima fœmina Drep. quæ voluit, ut solum virgines Drepanenses sine dote admittan- F tur. Sunt 27. cum unc. 762. 12. Idem Cœnobium sub tit. *S. Andreæ ordin. Carmelitarum* erat Piscatorum [d] Oratorium. 8. *Puellarum Dispersarum*, quæ eleemosynis aluntur.

b Ex eod. Orlan. f. 22.

c Ex eod. f. 45.

d Ex eod. Orlan. f. 22.

Hospitales Domus præter illam *S. Angeli* jam dictam, sunt V. Antiquissimæ *D. Antonii* olim subjectæ Abbati generali magni Hospitalis *S. Antonii de Vienna*, ut legere est in litt. Regis Martini datis Catanæ 16. junii 7. indict. 1399. in R. Canc. fol. 178. & lib. Mona. fol. 372., per quas scribit *omnibus Prælatis, ut defendant F. Stephanum ordinis S. Antonii de Vienna Vicarium, & Procuratorem in Sicilia per F. Ludovicum de Brancato de Neapoli Commendatorem Generalem in Regno Neapolis, & Siciliæ ad colligenda omnia jura ad dictum hospitalem spectantia ex hospitalibus, & domibus, terris, & bonis, præsertim ecclesiarum S. Antonii de Trapano, & S. Antonii de Alcamo, &c. transmissum*; sed sub Alphonso Rege, regii erat juris; aucta deinde divitiis Lazari Locatello, nunc recens nobilibus ædificiis amplificata sub Rectoribus electis à Senatu Drepan. est. Proventus annui unc. 823. 7.

2. *S. Sebastiani Incurabilium*, ad quam confluunt undique homines male affecti, sub regimine Rectorum ab eodem Senatu constitutorū: proventus unciar. 327. 3. *S. Lazari pro Convalescentibus, & Peregrinis*. 4. *Mons Pietatis* annuis proventibus 793. auctus pietate Jacobi Ravida, Viti Fardellæ, atque Lazari lo Catello ad pauperes in necessitatibus sublevandos; nunc unc. 2258. 13. habet. 5. *Infantium, & Puellarum*, parentibus orbatarum, quas *Dispersas* appellant. Inter Beatos Drepanenses primum jure obtinet locum

De BB. Drepanensibus.

1. *D. Albertus Carmelita*, de quo latius diximus, cum de Messana, ubi ad cœlum evolavit, locuti sumus anno 1292. Hunc sane civem suum Drepanenses, & Montenses esse dicunt. Primi & ejus familiæ Abbatum domum habitationis, & ætatis ann. 8. ingressum Carmilitanæ religionis in Cœnobio Annuntiatæ, ibique cellulam, ac æt. anno 18. professionem, & in antiquissimo instrumento, quod apud se asservant, subscriptionem propriæ manus: *F. Albertus à Drepano*, & quamplures pro se auctores, docent. Secundi quid dicant, mox in Eryce dicemus. („ Ejus vitā „ edidit Vincentius Barbarus Panormi 1536. „ ibidem recusam 1688. eamque habes in vitis „ SS Siculor. Cajetani to. 2. fol. 219. Multi de „ eo, quos adduxi in Biblioth. Sic. to. 1. f. 11.)

2. *De B. Aloysii Rabbata*, seu *Ravidà Carmelita M.* patria viget eadem quæstio inter eosdem Drepanenses, & Erycinos; Orlandinus fol. 54. suum esse contendit. Antonius vero Cordici in sua hist. m. s. de Monte fol. 16. suum probat, ut infra. Quod in hoc Annuntiatæ & habitum sumpserit, & Carmelitanam emiserit professionem, liquet clarissimè. *Is deinde Randazensi sui ordinis conventui præficitur Prior, ubi solito more solum pane, & aqua nutriebatur, asperrimo cilicio semper precinctus, charitate flagrabat maxima erga pauperes, quibus eleemosynas suppeditabat continuas. Illud cœnobium multis auxit beneficiis, sua manu arborem, quæ nunc est ad hominum sanitatem, plantavit. Dum fratrem sibi subditum zelo honoris Dei reprehenderet, & ad frugem ducere conaretur, à scelesto viro Joanne Catuluccio Monachi germano Randazense, in fronte sagitta transfigitur, & hora, ac die obitus prænuntiatis ibidem die 8. Maii* [e] *anno 1443. ætatis annorum 60. requievit in Domino. Ejus corpus sub altari majori in arca expolita sumptibus Rogerii Romai Randazensis (qui hujus B. intercessione visum recepit) constructa, magna asservatur veneratione; eadem etiam in Drepanit. Conventu Annuntiatæ pars capitis*

De B. Aloysii Rabbata vita.

e Ex Cajet. in Idea f. 32. 11: Miss. ex Cordi. & in hist. Montis fol. 16.

pitis cum mandibula sub altari inventa bis litteris: Beati Aloysii Rabbata[a] *ejusque imago digito extenso indicantis vulnus in fronte, manu* [b] *angelica depicta, in templo inter imagines B. Mariæ à Carmelo & alios SS. Religionis, respicitur. Sicut in vita & morte, ita post multis claruit miraculis, quæ in publicas tabulas redacta die 5. Maii 6. ind. 1533. per Antonium de Lignamine Archiep. Mess. precibus Randazensium, & iterum anno 1573. 20. Aug. 1. indict. per Archiepisc. Joann. de Retana instantibus Carmelitis, transmittuntur ad Sedem Apostolicam.* („Ejus vitam habes in actis SS. Maii „ Papebrochii. Vide etiam Lezanam to. 1. ann. „ Carmel. to. 4. fol. 1011. & Fornarum in Ann. „ Carmel. tom. 1. fol. 429.)

a Orlund. f. 34.
b Ex Ægidio in virid. Carm. p. 3. c. 20.

De præsul. Drep.

Præsules, & alia dignitate Ecclesiastica constituti. 1. *F. Gerardus de Drepano Carmelita* electus anno 1431. *Episcopus Pattensis* [c]. 2. *M. Thimotheus Perez. Carmel.* à Roman. Pont. an. 162..... *Episcopus Aspanensis in Persia*, nunc etiam suffraganeus Toleti. („ Verius Panormi „ exortus, ut præsertim patet ex epitaphio ejus „ sepulchri apud Danielem à Virgine Maria in „ speculo Carmel. to. 2. n. 3368.) 3. *M. Jacobus Rheda Dominicanus*, de quo supra, fuit in Sicilia an 1478. *Quæsitor de rebus fidei*. 4. *S. Albertus* fuit sui ordinis *Prior Generalis* ex Belga in sua Bibl. fol. 3. 5. *M. Io: Baptista Provenzanus Tertii Ordinis S. Francisci* fit *Prior Generalis* primum Romæ ann. 1601. 9. Junii ex motu proprio pp. Clementis VIII. secundum ibidem ann. 1613. 35. Maii, quo in munere an. 1614. obiit & sepelitur in cœnobio Romano SS. Cosmæ, & Damiani. 6. *Io. Petrus Rizus Visitator Ecclesiarum Iurispatron. reg. ann.* 1529. Canc. fol. 642. 7. *Franciscus Ventus S. T. D.* fuit *Canonicus Mazarensis*, *Abbas S. Philippi de Grandis* ex præsentatione regia, &, bullis Apostolicis in prot, 5. Martii anno 1547. f. 291. atque *Visitator Ecclesiarum*, etiam *omnium jurispatr. Regii* ex litt. datis ult. Novemb. an. 1542. Apud R. Conser. 8. *Io: Crapanzanus* fuit *Secretarius, & Abbas S. Mariæ de Terrana Calath.* anno 1451. Ex lib. 3. not. 2. de Calatah. 9. *F. Scipio de Ferro primus eques rel. Hier.* [d] *Drep.* fuit *Magnæ Crucis Prior titularis Capua*, post *Amiratus Melitæ*, ubi die ult. Maii ann. 1625. obiit. 10. *F. Nicolaus Cavarretta* ejusdē religionis *Magnæ Crucis Prior titularis Capua*, post *Amiratus*, tandem *Venetiarum Prior* decessit Melitæ 2. Aug. 1638. & in Sacello S. Mariæ de Filermo humatur, & ibidem ex epitaphio disce ejus facinora. 11. *S. T. D. Henricus de Simone* vir nobilis, & pietate clarus *fundator Collegii Panorm. S. Georgii in Alga Venetiarum*. Anno 1422. in templo S. *Iacobi la Mazara*, cui legavit annuas unc. 80. & sepultus in Sacello *S. Laurentii* ab eo condito [e].

c Ib. ex not. ad cum sp.
d Ex tabul. Not. Alcanii Scarlini Melitæ 23. Junii 1637.
e Orlund. f. 46.

De Scriptoribus.

Scriptores. 1. *Antonius de Ballis Juris consultissimus* scripsit ad Pragmat. Regni, & de censibus impr. Panor. anno 1606. 2. *Vincentius Barbarus* doctissimus in græco, & latino idiomate, poeta præclarus edidit Vitam S. Alberti soluta oratione, hymnos, epigrammata, & elegias [f]. 3. *M. Thomas del Monacho Domin.* omni scientiarum, præsertim Philosophiæ, & Theologiæ insignis; nobilissimus genere, omniumque virtutum gloria illustrissimus, Regens in Academia sui ord. Panormi celeberrimus; fuit apud Siculos Quæsitores Consultor, Censor, & Ordinariorum Vicesgerens, abstinentia singularis, studio assiduus, ac in scribendo fuit omnibus admirabilis, apud Principes magni nominis, æstimationisque; scripsit [g] de Logica & tota Philosophia. Tot auctus virtutibus nominatur a Rege Episcopus Catanensis, & Archiep. Panorm. & à PP. assumitur ad Sacri Palatii Magisterium, quas sūma humilitate respuit dignitates. Obiit æt. annor. 95. sal. 1613. sepelitur Panormitano in cœnobio S. Dominici. 4. *Antonius de Ferro V. I. D.* vir integerrimus scripsit de Feudis, de Theatro Judiciario & de modo procedendi in causis; extant apud ejus filium D. Valerium. Obiit anno 1633.

f Idem f. 50.
g Idem fol. 51. fed latius Pius de viris illustr. Domin.

5. *Franciscus Maria del Monacho Cong. Cler. Regul. Theat.* D. Petri filius, & M. Thomæ consang. post antiqui generis nobilitatem litterarū omnium peritia haud absimilis; Philos. & Theol. Patavii, & alibi professor, trium Linguarum Heb. Græc. & Latinæ, & amœniorum studiorum cum primis suo sæculo eruditissimus, provincialis Visitator in Sicilia, post Romæ Consultor Gener. ac in Trib. S. Off. & in reb. fidei Censor, & Consultor meus collega, multa ornate, & eleganter scripsit. In act. & spect. Comed. Parænesis edita Patav. an. 1621. Honores publici B. And. Avell. ab Urb. VIII. PP. decreti. Impr. Patavii ann. 1624. Elogia 14. Clarissimorum virorum Congr. Cleric. regul. qua Sanctitate, qua Sapientia illustrium imp. Patavii, & post Mediol. an. 1624. Panegyrici duo, alter in laudem D. Thom. Aquin. alter in funere Coriolani Garzadori Episc. Chersensis Vicentini in Germania Legati. Imp. Vicentiæ an. 1618. Hæc vero sub illius ultima penna in universam Aristot. Philosophiam disputat. to. 2. De Fidei unitate ad Carolum Angliæ &c. Regem potentiss. Libri Tres. Primus qui & Theol. 2. qui & Politicus. 3. Qui & Historicus. Thieneus sive de paupertate Evāgelica. Consiliarius, sive de virginitate aulica. Beneius sive Clericus Regular. adversus nostri temporis usuras Iræ, Romani Pontif. Characteres. Amœnitates Poeticæ, Historicæ, Ethycæ, Politicæ, Geographicæ, & Theologicæ, Amœnitates Sacræ tom. 4. lingua Italica. Sub prima penna lampas prævia in Cant. Cancel. lib. 8. De Lusibus Naturæ lib. 5. De Usuris in mutuo, emptione, & venditione lib. 6.

6. *Petrus Parisius* [h] *Medicus, & Philosophus* clarus, Panormum, & Melitam sub F. Hugone de Loubens Verdala Magno Magistro Ordinis Hierosolymit. pestifero morbo laborantes sanavit; edidit de Peste, atque de rebus Medicis. Hujus meminit Fabius Paulinus de Udine Doctiss. Medicus in comment, super hist. Thucydidis de peste Athenien. 7. *Vitus Sorba Sacerdos* vir eruditissimus, & Poeta eximius conscripsit Poema Heroicum de Sicilia liberata à Comite Rogerio, & aliud Tragicum de Destructione Trojæ. 8. *Leonardus Orlandinus V. I. D. Canonicus Regius, & Vicarius Generalis* sub Archiepisc. Panor. Marulla, vir pietate, & litterarum peritia spectabilis, Descriptionem Drepani edidit

h Orlan. f. 59.

dit Panormi ann. 1605. Typographiam Antonii Philothei de Homodeis transtulit in vulgare idioma, impress. Panor. 1611. Item & Emblemata eruditione illustria Panor. anno 1612. 9. *Bernardus Rivra V. I. D.* vir de antiquis monumentis benemeretissimus scripsit duo magna volumina de Hæreticis, probavitque numquam in Sicilia hæresiarcham aliquem extitisse, & de Historia Sicula, quæ extant apud Collegium Societatis Jesu Panormitanum. 10. *Thomas Fannutus Piceumbro* edidit Carmina de Drepano dedicata Juratis Drepan. ann. 1518. quæ vidisse testatur Leander Alber. de descriptione Italiæ p. 2. f. 52. 11. *Fr. Cæsar de Ferro Sacræ Relig. Hierosol. Miles* conscripsit & apud se habet Seriem, sive Catalogum de omnibus Fratribus Militibus, Capellanis, & Servientibus Armorum Linguæ Italiæ, ex ejusdem libris perquæsitam ab anno 1401. usque ad annum 1637. atque ad Alphabetum Cognominum redegit.

III. LILYBÆUM quod Libyam respicit, unũ ex tribus Trinacriæ Promontoriis non modo situ, mari [a], portuque, bellis Carthaginiensium & Romanorum [b], sed Sibyllæ Cumanæ incolatu, ac Sepulchro [c], apud Authores semper fuit celebris Urbs [d]. Christiano vero post nomine, atque Episcopali throno maxime SS. Præsulum Gregorii, & Paschasini illustrata undique fit celebrior [e]. Ex Lilybætanis ruinis Marsala *antiqua*, seu nomine Saracenico *Marzalla* dicta ab Agarenis Siciliam vexantibus excitata est. *Marzalla* enim apud eos *Portum Dei* sonat: qui nempe semper fuit nobilissimus ex rupe sub aquis delitescente [f]; ejus fauces ab Romanis cum Carthaginiensibus bellantibus, magna lapidum, ac cæmentorum injecta materia obstrusæ sunt [g]. Attamen ingentis maritimæ classis 80. triremium Neapolitani Regis Siciliam anno 1287. occupare conantis (quæ accerrime profligatur) fuit capax [h]. Anno quoque 1571. triremes 160. Joan. de Austria Generalis maris Præfecti ex Africa redeuntis capit; unde *Portus Austriæ* nomen adhuc retinet. Verum Carolus Aragonius in Sicilia Regis Locumtenens an. 1582. portum hunc juxta Caroli V. Cæsaris an. 1536. præceptum, ne fortè eum adversi Afri occuparent [l], ingentibus inclusit lapidibus. Hic Lares sunt 1936. Cives verò 9048.

Mater, & Paroch. Ecclesia *D. Thomæ Archiep. Cantuarien.* dicata est: quòd quædam Navis Corynthiis columnis pro ædificando ejusdem D. Thomæ templo onusta, ad Angliam navigans, ventis vehementibus agitata, huc divinitus appulit; & iis construitur nostrum templum, quod antiquitate collapsum in quadam trabe lego: *Constructum templi medium, dum bellica cives Gens Hispana meos hospita facta ruit. Ann.* 1519. Veneramur hic *de Ligno S. Crucis*, *S. Anastasiæ Caput*, *& S. Thomæ Cantuar. cranium medulla aspersum*; atque in Sacelli Purificationis B. V. marmoreo sepulchro, quod ab Archiep. Messan. patria Lilybætano eleganter est conditum, & auctum annuis unc. 35. ejus cadaver jacet. De Archipresbytero istius Ecclesiæ memoria habetur an. 1394. [k], 28. Julii 2. indict. cum Andreę Majo à Rege Martino, deficienti sufficitur Jo: Laliotta Mazarensis. Nunc est Franciscus Antonius Laudicina cum unciar. 41. Ecclesia verò cum unc. 127. 23. Societas SS. Sacramenti unc. 171. 10. Secundæ Paroch. Eccles. *D. Matthæi Apost.* ab Episc. Lombardo excitatæ Rector habet unc. 71. 20. & annexa Societas unc. 93. 20. („ Hieronymus Laliotta Marsalensis ex tabulis „ ultimæ suæ voluntatis apud not. Joan. Fran„ ciscum Zizzo 8. Septem. 1598. annuas uncias „ 220. ut Collegiatam Marsaliæ excitaretur, „ assignavit; at nonnullis difficultatibus interiectis, diu infecta fundatio delituit. Epi„ scopus Franciscus Maria Graffeus negotium „ tractandum resumpsit: eoque instante ex pon„ tificia bulla data Romæ 4. Junii 1692. fun„ data est. In ea est unica dignitas Archipres„ byteri cum duodecim Canonicis, quorum „ quinque, juxta Archipresbyteri electionem, „ Sacramenta ministrant. Exinde 29. Decem„ bris ejusdem anni Capitulum adiit possessio„ nem: & ad eamdem rem Marsaliam se trans„ tulit Episcopus.)

Societatis Jesu Collegium sub tit. *S. Stephani M.* nobile est ab ann. 1589. opera, & proventibus super ærarium Panormit. Antonii Lombardi Lilybætani tunc Archiepiscopi Messanensis, ope etiam Senatus Marsalensis, qui aliquibus auxit redditibus. Sed Stephanus Frisella vir Marsal. animo, divitiis, & pietate præclarissimus, obtentis litteris à Præposito Generali Societatis Claudio Acquaviva 26. Junii 1593. nomen adeptus est Fundatoris; porro splendidissime Collegium ipsum, ejusque nobilissimum templum exædificavit, dotavitque, & nomine proprio *Stephani* insignivit. Huc à patribus Roma translatæ sunt reliquiæ *SS. Luciani M. & S. Virginiæ V.* Patres 18. Proventus unc. 521. 13.

Monasterium Basiliense *S. Mariæ de Marsala*, post *de Crypta*, sive *Gruta* (quod specus, ac celebre sepulchrum, non Cumanæ, sed Sibyllæ Siculæ fuisse ait Cajet. in Idea fol. 6.) conditum, ac dotatum à Christodulo authoritate Comitis Rogerii anno mundi 6606. salutis 1098. [l] unitum est alteri ejusdem instituti sub nomine *S. Mariæ de Crypta*, quod Robertus Guiscardus post exactos Saracenos in Urbe Regia Panor. excitaverat, atque pluribus prædiis apud Lilybęum ditaverat, ex privilegio confirmationis Comitis Rogerii fratris Guiscardi dat. ab orbe condito anno 6610. mense Febr. ind. 6. ut constat ex alio diplomate græco Rogerii II. scripto 16. Maii ind. 6. anno mundi 6636. quod leges integrum in lib. Mon. fol. 76. & aliud mense Febr. indict. 5. anno Mundi 6650. in Capibrevio Eccles. fol. 266. novisque prædiis à Tancredo Rege per privil. dat. Panormi mense Maii 9. indict. an. 1190. locupletatur, id habes ibidem fol. 263. Hanc igitur utriusque monasterii cum juribus eorum unionem constituere Henricus VI. ejusque uxor Costantia Impp. ut ex litteris eorum datis Panormi 8. Kal. Majas 1197. in Capibr. fol. 263. & apud Faz. dec. 1. l. 8. f. 183. atque PP. Innocentii III. confirmantis Lateran. 4. idus aug. an. eodem claret. His in cœnobiis monachi ordinis S. Basilii ab initio primæ fundationis inserviebant; eorumque Abbates etiam Basilienses; uti an.

a Cic. in Verrem l. 6.
b Livi lib. 3. & 31.
c Solin lib. 5. Diod. lib. 5. & 14.
d Ex iis, & Thucyd. Polyb. Strab. Plin. Mela, Silio, &c.
e Nos in lib. 2. not. 2.
f Ex Virg. Æn. 3.
g Aret. f. 26. num. 40.
h Surita to. 1. l. 4. c. 96. f. 319. Maurol. l. 4. f. 139.
l Carafr. de antiq. Sicil. lib. 2.
k In Cancel. Ebreo. 1191. 1194. 1396. fol. 58.
l Ex tab. apud Colleg. Soc. Jesu Pan.

an. 1126. *F. Bartholomaus*, qui à Rogerio II. confirmationem privilegiorum obtinuit in lib. Monar. fol. 76. An. 1197. *F. Barlaam* ab Henrico VI. unionem exoravit. Capibr. fol. 263. An. 1220. *Fr. Petrus Claramontanus* germanus frater Athanasii Patriarchę Alexandrini; hic revocationem Salinæ Insulæ S. Pantalæi pro suo monasterio à Frid. II. impetravit, ex litt. 23. Junii. 8. ind. ibid. fol. 263. Anno 1267. *F. Gabriel* ad publicas tabulas redigenda suorum monasteriorum diplomata fundationis, dotationisque curavit ex lib. Mon. fol. 7. Casale Faracchim de jure monasteriorum ab hæredibus Lanealoctumi de Alamania revocavit, ex tabulis Benedicti de Panormo die 5. Martii 3. ind. 1274. ex Capibr. fol. 269. Anno 1282. *F. Pamphnutius* vir in græco, & latino idiomate insignis transtulit ex gręco in latinum privilegium ecclesiæ Panorm. de jurisdictione Tabularia, subscribiturq; *Abbas S. Maria de Crypta* in tab. eccl. Panorm. Anno 1443. *F. Angelus Abbas* contendebat, quòd ad se spectaret monasterium S. Michaelis de Traina ord. S. Basilii. An. 1450. *P. Paulus de Romano* in Prot. f. 74. Cęterùm sequuntur post Abbates Commendatarii. Anno 1440. *Joannes Peralta* Regis consanguineus, & Consiliarius ex præsentatione regia data Barcinone 5. Sept. an. ejusdem Capibr. fol. 244. fit Abbas etiam S. Spiritus extra mœnia Panorm. & Decanus Agrig. resignavit cum regressu. Anno 1444. *P. Ambrosius Benedictinus Abbas etiam S. Martini de Scalis Panor.* ex bullis Apost. in prot. fol. 79. Anno 1446. *F. Petrus Geradel ord. Prædicatorum* familiaris, & sacellanus Regis Alphonsi, ex dipl. dat. Panorm. 9. Maii 10. ind. 1446. in prot. fol. 49. & reg. canc. f. 277. Anno 1448. *Antonius de Ferro* Regius Capellanus, simul & Abbas S. Spiritus Panormi, & Can. Panorm. in Canc. fol. 81. & Prot. anno 1479. fol. 195. Anno 1460. *Joannes Peralta* iterum ob regressum. Post cujus obitum anno 1469. *Antonius de Virgintimiliis* filius Marchionis Hieracensis, ex bullis pp. Pauli II. 18. Kal. Decembr. in secret. 1469. fol. 83. simul & *Abbas S. Spiritus Panor.* cujus nomine Alphonsus frater possessionem est assecutus. Anno 1477. *Joannes Peralta* II. ex bullis Sixti IV. 6. idus Octobr. in prot. 3. Junii x. ind. fol 188. post cujus obitum an. 1483. *F. Jacobus de Leo ord. Minorum S. T. M.* ex bullis Sixti IV. Romæ 7. Kal. Julii in prot. 1. Aug. indict. 1. 1491. f. 68. fuit etiam sui ordinis provincialis, ut de ea re in R. Canc. an. 1496. sed ob gravescentem ætatem anno 1505. utraque coactus est se abdicare dignitate. In Provincialatu sufficitur *F. Nicolaus de Amato* in Prot. eo an. fol. 1. in Abbatia *Joannes Caprera Cæsaraugustanus*, ex regia præsentatione Salmanticæ x. Febr. 9. ind. 1505. in Reg. Cancel. 12. Maii 1506. fol. 596. ob cujus promotionem ad Abbatiam Novælucis anno 1515. *Fr. Franciscus Tiburtinus Cardin. Vulterra* ex bullis pp. Leonis X. dat. Bononiæ 10. Kal. Januarii pont. an. 3. & lit. Regis Ferd. II. dat. Bravi 24. Junii an. 1515. canc. fol. 204. sed in successorem, servato regressu, resignavit. An. 1520. *Cæsar. Imperator Panor.* cui anno 1526. successit *Gerardus de Bonanno Panorm.* ætatis annorum 13. ex litt. regiis Toleti 20. Octobr. 14. ind. 1525. & Apost. cum dispensatione ad ætatem Romæ 7. Kal. Februarii pont. Clementis VII. anno 3. 16. Julii 1526. in Regia Canc. fol. 583. Anno 1542. *Gerardus de Bonjoanne Florentinus* [a]; inde *Joannes de Platamone Panor.* qui commendatario titulo id regebat monasterium; in Siculis Comitiis ann. 1548. expetitum est, ut post Joannis obitum Collegio Panormitano sacerdotum Societatis Jesu in perpetuum uniretur; id scriptis lit. Carolus V. 30. Jan. 1552. concessit, & pp. Julius III. 11. Kal. Maii 12. indict. an. 1554. pont. an. 4. confirmavit, ut in lib. secretariorum apud Reg. Canc. 23. April. an. 1554. fol. 79. obeunte, anno 1571. *Collegii Panormitani Rector perpetuus Abbas Commendatarius* fit, confirmante iterum Pio V. per litt. dat. Romæ 5. idus Julii pont. an. 6. in prot. an. 1572. fol. 823. Inde ergo Basiliensium obsequium defecit, & sufficitur à Patribus Societatis; cujus Rector uti Abbas in Parlamento 21. sedet loco. Semel P. Hieronymum Tagliaviam Rectorem Coll. Panor. Duce Ossunæ Prorege interfuisse vidi. Proventus anno 1583. sub visitatore Francisco de Puteo erant unc. 563. 3. hodie 1000. Ecclesiæ unitæ, sive Prioratus hujus Cœnobii sunt in civitate, & agro Lilybætano: *S. Maria de Gructa* ab urbe ad tertium lapidem in quodam antiquissimo antro subterraneo ad 52. gradus, à quo nomen habet, ubi adhuc simulacrum marmoreum B. Virginis magna est in veneratione. Hunc prioratum, atque archipresbyteratum S. Thomæ Marsalæ dedisse lego Regem Martinum Joanni Laliottæ Marsal. ob rebellionem Petri de Ajuto, & presbyteri Andreæ de Mayo ex litt. datis in obsidione Catanæ 28. Julii 2. ind. 1394. in reg. canc. fol. 4. 2. *S. Joannis de Boeo* ad verticem Promontorii magnifice extructi: quod *Caput Boei* dicitur. Diodorus lib. V. & Macrobius lib. Saturnali *Puteum Lilybaum* celebrant; de quo plura fabulatur antiquitas. Sacer namque apud superstitiosos veteres erat: è quo bibentes statim vaticinari videbantur: quod opus Dœmonum fuisse, qui conjecturis futura prædicere aliquando censentur, Christianus nemo dubitat. Puteus is planè est hodie, qui in templo D. Jo: Baptistæ visitur, cujus intercessione aquæ sæpe, maximè in pervigilio ejusdem Sancti crescunt, & decrescunt, & sunt ad salutem hominum: subtus emanat fons præcipuus, cujus aquę prosunt ęgrotis etiam. Ejus *pavimentum crustis diversorum colorum distinctum esse* testatur Aretius f. 27. n. 10. Id beneficium post obitum Antonii de Vigintimiliis à Prorege datum est Joanni Peraltæ, datis Messanæ litt. 24. Octobr. 10. ind. 1476. in lib. secr. Staphani Macri fol. 177. 3. *S. Venera* ab Urbe ad 500. p. ab an. 1610. corruit; antiquissima S. Veneræ imago asservatur in æde D. Jo. 4. *S. Angeli* ab urbe dissita ad p. 8. m. in regione *Rinazzi*, ubi sunt prædia Abbatiæ. 5. *S. Crucis* in urbe juxta Portam Mazaræ.

[a] ex Visit. Francisci Vent. in Conf.

Colleg. Panorm. abbas S. Mariæ Marsalæ.

B. Joan. Bapt. puteus ad sanitatem.

2. Præceptoria, sive Commenda *S. Joannis de Rhodo* in ipsa urbe, unà cum æde olim hospitali sub tit. *S. Antonii* ejusdem religionis Hierosol.

rosol. habet Grangias *S. Joannis de Cellaro* in agro Sambucæ, *S. Hyppoliti* in Calatabillottha, *S. Jo. de Corleone* olim commenda, & *S. Jo. de Alcamo* extra mænia.

3. *Carmelitæ* sub tit. *Annuntiatæ* fratres hic sedem fixisse anno 1200. circiter (cum primum è Hierusalem fratres in Siciliam trajecerunt) testatur Ægidius in suo viridario Carmel. lib. 3. cap. 3. venerantur *digitum*, *& baculum S. Alberti*, ac simulacrum marmoreum *D. Mariæ de Populo* magnę pietatis. („ Hujus historiam, & „ miracula habes apud Albertum in prod. Dei „ per Mariam par. 2. cap. 24. f. 230.) Fratres 12. cum unc. 230. 11.

4. *D. Francisci* Conventus antiquitatem repetit suam à B. Angelo [a] de Rejete socio B. Francisci, fundante primum in ædicula S. Andreæ, post in sacello familiæ Berardorum de Ferro, sub tit. *S. Luciæ*, & pro novo ampliando templo propriæ ædes à Belingerio Riquisenz classis maritimæ generali præposito datæ sunt. Docet etiam antiquitatem epitaphium inscriptum: *Domina Aldisia de Mizzina sepulta est hic, cujus anima requiescit in pace anno* 1297. nobilitatur reliquiis *S. Viti*; antiquissima etiam elegantique *B. Mariæ de Nazareth* imagine. Ortu quoque *M. Christophori Grasselini* viri doctissimi, atque in Pisis Quæsitoris de rebus fidei. Item & *M. Nicolai Baveræ* clari ecclesiastæ, & in Sicilia Provincialis. Fr. 15. cùm unc. 373. 29. 5. Alterum *S. Mariæ de Alto* ab urbe 2. m. p. incœptum an. 1535. & perfectum 1537. divitiis Jo. Antonii Grignano nobilis Marsal. Anno 1609. pro derelicto habuerunt fratres isti Franciscani, & cum proventibus ejus in illud S. Francisci commigrarunt.

a Ex tab. antiq. eccl.

6. *Francisc. Observan.* in *D. Maria Recomandata*, seu *de Miraculis*. Cujus miraculorum initium fuit an. 1570. quod *fracta lampadis accensa catenula, ipsa licet vitrea in pavimentum cadens illæsa cum oleo, & aqua accensa remansit*. Fr. 10. cum unc. 120.

7. *Franciscani Tertii Ord.* in *D. Maria Gratiarum* die 19. Apr. 1617. Dominico Palmarum; fundatore Fr. Seraphino Bonhomo Marsalen. Generali Vicario Apost. ordinis M. Sanctoro Pecorella Salemit. & Provinciali M. Francisco Ercaro Erycino. Id templum pp. Paulus V. indulgentia plenaria, & Altari privilegiato decoravit. Hic insignes reliquiæ *S. Rosaliæ V. Panor.* coluntur. Fratres 12. cum unc. 45. 10.

8. *Capuccinorum* ad tertium lapidem ab urbe anno 1570. conditum est. Ex eo germina pullularunt præclara: *Fr. Hieronymus Grignano à Marsala* ecclesiastes celeberrimus obiit Catanæ dum tempore Quadragesimali ad populum sermonem habebat anno 1616. ejusque germanus *F. Alexius* scripsit heroico versu vulgari vitam D. Alexii, dicavitque Comiti Castrensi Proregi. Fratres 18.

9. *S. Caroli* ad 500. p. distat templum, ubi *Fr. Franciscani Conven. Reformati* degebant; sed iis mandato pp. Urbani VIII. an. 1632. recedentibus, datur Patri Placido Nigido Mænensi (olim societatis Jesu) viro virtutibus, & litteris præclaro, qui plura edidit volumina. („ De quo in Bibliotheca Sicula to. 2. f. 186.)

10. *Dominicanorum* in *S. Spiritus* [b] ab anno 1418. 14. Octobr. 12. ind. opera F. Joannis de Falco Netini viri pietate illustris sub priore provin. Antonio de Pontecorona, & patribus Juratis Paulo de Sicalesio, Jo. de Vanni, & Bartholomæo de Fimenta. Id olim templum fuerat Monialium Benedictarum *S. Petri*, quæ sub Abbatissa sorore Pina, Priorissa sorore Lucia &c. concessere. Hic colitur *Baculum S. Vincentii Ferrerii Valentini* datum à B. Vincentio Pistoya ejusdem ordinis, Marsalæ agente; prodest multis infirmitatibus, maximè mulieribus puerperis. Fratres 12. cum unc. 101.

b Ex Pio in hist. Dom. p. ... anno 1502. & 1513.

11. *Augustiniani* ab an. 1360. circiter suum habuere domicilium in *D. Oliva*, quod post profanis usibus est datum: nam anno 1519. invento divinitus ex revelatione cujusdam Augustiniani fratris, signo B. Virginis in puteo cujusdam antri, à quo nomen suscepit [c] *S. Maria de Cava*, illuc transtulerunt domicilium. Profectò id virginis simulacrum multis miraculis clarum, atque à Comite Albadelista Prorege ditissimè exornatum magna fidelium frequentia, præsertim die festo 19. Januar. colitur. („ Hujus simulacri historiam lege apud Cajetanum „ tom. 2. SS. Sicul. fol. 294. Gumppenberg in „ Atlan. Mar. tom. 2. nu. 791. & Albertum in „ prod. Dei per virg. par. 2. cap. 14. fol. 119.) Nonnullis SS. Reliquiis à Bacchal. Raphaele de Drepano allatis decoratur. Hic 1. *M. Vincentius Buga* (cujus nepos *M. Leonardus Buga* Theologus Ducis Etruriæ fuit; obiit Saccæ an. 1617. 2. *M. Franciscus Incudella* in Corleone 16... 3. *M. Benedictus Jorlandus* ibidem anno 1604. Hi tres eximii Concionatores, & Siculi Provinciales fuere. Fratres 10. cum unc. 130. 6.

c Cajet. in Idea fol. 84. & 99.

B. V. de Cava miraculis clara.

12. Ex *Eremitis Augustinianis Reformatis* primi fratres Seraphinus de Bruno & Salvator de S. Evodio (Juratis Joseph Vasquez, Roccho Rizzo, Thoma Bartholomajo, & Petro Bianco) anno 1630. 16. Novem. læto sinu recepti sunt: mox operam navantes novi cœnobii ædificationi, invenerunt aliquas lapideas tabulas ab an. 800. insculptas, ibique in antro extra mœnia ad secundum lapidem studio F. Petri à S. Margarita imaginem *B. Virginis de Itria* lumine illustratam, ac miraculis præfulgentem; cujus festus celebris institutus est tertio die paschatis Resurrect. Domin. huc undique populi magna pietate confluunt, & multa consequuntur beneficia. Fr. 14.

B. V. de Itria miracul.

13. *Paulensibus* fratribus primum à patribus Juratis Lactantio Capiccio, Vincentio Petrulla, & Vincentio della Fico concessum est templum *S. Mariæ de Grutta*, post aliud antiquissimum *Confraternitatis Mortis*, *& Charitatis*, sub tit. *Jesus Maria* ab urbe 500. p. ad ortum in planitie. Ubi beneficio equitis Jo. Antonii Laliotta, agente F. Francisco à Castania viro miræ probitatis, constructum est cœnobium ann. 1585. 14. indict. 27. Novemb. lapidibus expolitis, structura, situ, amænitate, hortis, dulcium aquarum copia, & vicinitate maris celebre. Fratres 8. cum unc. 113. 7.

14. *Mercenarii* an. 1630. in novum templum

S. An-

S. Andrea Apost. constructum à Piscatoribus A Marsalensibus admittuntur ob specialem benevolentiam erga Fratrem Julium Buttilanum ejusdem religionis laicum Lilybætanum, qui uti fundator huic cœnobio præficitur dum viveret, ex Apost. Urbani VIII. indulto anno 1635. sed post octo menses è vivis sublatus est: Hac, & paupertatis loci occasione anno 1639. recesserunt fratres.

(„ 15. *Clerici Regulares Ministrantes Infirmis* anno 1675. 13. Decemb. in hac urbe „ sedem fixerunt, ex Dominico Regi in hist. B „ Cler. Reg. Min. Infir. lib. 19. cap. 24. f. 503.)

1. *Monialium Benedictinarum* monasterium anno sal. 595. sub D. Gregorio Magno, in propriis ædibus constructum ab Adeodata: factaque ab eodem Gregorio potestate epist. 63. lib. 8. ind. 3. à Decio Forensi Episcopo Lilybætano consecratur, dicaturque *B. Petro Apostolorum Principi, SS. MM. Laurentio, Hermeti, Pancratio, Sebastiano, & Agneti*, his tamen conditionibus: *Si nullum corpus ibidem constat humatum. Percepta prius donatione legitima, idest in reditu, liberos à tributis fiscalibus solidos decem, pueros tres, boum paria tria, mancipia alia, qua serviant in ipso monasterio, numero quinque, equas numero decem, vaccas decem, hastulas vinearum numero quatuor, oves numero quadrigenta, & catera secundum morem.* Huic Adeodatę illustri epist. 55. lib. 7. ind. 2. scribit Gregorius *de Decii Episcopi Lilybatani caussa demandata Joanni Episc. Syracusano, & Leontio; eamque hortatur ad superna meditanda.* Item & cum Epist. 64. in eodem lib. ad eandem *Adeodatam Abbatissam* transmittit navim pro alimoniis monasterii, in quo magna sacrarum virginum degebat congregatio, eamque Hilario notario commendat, *ut omni angaria, vel onere exuere, excusareque festinet, ac si specialiter nostra sit: quam nostri caussa in eodem monasterio tanta Congregatio, Deo propitio, degere comprobatur, & plus illi solatiari, atque concurrere, quam nostra in omnibus festinemus ecclesia.* Eidem *Adeodata illustri famina* & Epist. 62. lib. 8. indict. 3. transmittit & *quasdam Sanctorum Reliquias*, quas ipsa à Gregorio petierat. Hodie Moniales 44. educandæ sex, conversæ 8. cum unc. 397. 1.

Lilybæti monast. sub D. Gregori PP.

2. *Ordinis S. Augustini Reform.* sub nomine *Inventionis S. Stephani M.* quod Stephanus Frisella vir pius, & dives largissimus proventibus, & mirabili studio an. 1605. exædificavit, dotavit, suamque filiam præfecit. Ad quod splendidè, & nobilibus mansionibus exornandum, fundandumque emit Palatium illud antiquissimum à Romanis conditum, in cujus fornice quadam inscriptus iis litteris est lapis: J. Cæsar. F. I. Valenti pro Felici semper Augusto M. Valerius Quintianus vc. con. P. S. clementiæ, pientique ejus semper dicatissimus [a]. Ibique Pontium Pilatum in transitu ad Hierusalem interdiu habitasse ex fama prædicant; post exactos Saracenos Regium fuit Palatium, inde antiquiss. familię Berardorum de Ferro concessum, & tandem ex actis Thomæ de Monteleone die 12. Maii 7. ind. 1294. transump. in actis Francisci Mili Drepan. 25. Januar. 3. indict. 1440. in fide commisso positum anno verò 1602. die 11. Julii 14. indict. in tab. Colmani Guagliardi Panor. per ratificationem in actis Vincentii Cavaleri Panorm. 26. Junii 1. indict. 1603. à Berardo XVII. de Ferro ad hoc pium venditur opus. Sorores 41. cum unc. 411. 27.

Marsalæ Romanorum post Regium Pal.

[a] Ex Aretio fol. 23.

3. *Ejusdem August. instituti* tit. *S. Hieronymi*, quod Hieronymus Margius nob. Mazar. ædificiis, ac dote fundavit. Moniales 42. cum unc. 338. 15. 4. *Puellarum Orfanatum* annui proventus sunt unc. 339.

Monti Pietatis S. Jacobi Apost. cum unc. 277. 25. cui adjuncta est *domus hospitalis D. Blasii* cum unc. 451. 25. *Congregatio Animarum Purgatorii* in *D. Sebastiani* cum unc. 177. 24.

Beneficium jurispatr. Reg. est. 1. *S. Viti* in civitate, datum à Prorege, *Jacobo Cimiotta Marsal.* 2. *S. Laurentii de Bavera*, seu di *Madonna Ciancia* nuncupatum. Post obitum *Gerardi* à Rege datur an. 1450. in prot. fol. 144. *Jo. Crapanzano regio secretario*, ob cujus habitus clericalis depositionem anno 1451. in canc. fol. 152. C & 174. & ann. 1456. à R. Alphonso confirmatur in prot. fol. 195. *Hieronymo Rosa Calatabier*. Nepoti episcopi Mazar. Jo. Rosæ. Anno 14... *Antonio Fralich*, post cujus obitum an. 1532. in canc. fol. 541. *Casari Bonnito*. Anno 1535. 26. Jan. 8. indict. in prot. *Michaeli Vitello*. Anno 1619. 2. Feb. à protege Comite Castrense, *Gaspari Pertullo*, hodie *Barthole Blanco*. Proventus sunt annui unc. 10.

De benef. regiis.

Viri sanctitate, doctrina, & prasulatu Illustres. 1. *S. Gregorius Episc. & M. Lilyber.* pro christiana religione, Diocletiano, & Maximiano Impp. D sub Hircano Tyranno die 15. Junii suppliciis est affectus. De eo Metaphrastes, Leontius in vita S. Gregor. Agrig. Cajetanus in sua Idea, & Martyr. Siculo. („ Et. tom. 1. SS. Sicul. f. 123.) 2. *Paschasinus Episc. Lilyb.* vitæ sanctitudine, & litterarum studiis præclarissimus floruit sub pp. Leone. De eo nos latius in lib. II. not. 4. ubi sex recensitos habes, inter quos *Decium Forensem civem Lilybat.* („ De Paschasino plura congessimus „ in Biblioth. Sic. t. 2. f. 42.) Post ejectos Agarenos. 1. *Justinus Episcopus Mazar.* an patria E Lilybætanus? 2. *Antonius Lombardus* anno 1570. *Abbas Novalucis, Prior S. Andrea de Platia*, post *Episcopus Mazarensis* anno 1579. *Episcopus Agrig.* anno 1585. *Archiepiscopus Messan.* obiit ibidem 13 sept. 1597. ejus corpus translatum fuit in suam patriam. 3. *S. T. D. Onuphrius Vermis* anno 1623. studio, & favore Principis Philiberti Sabaudiæ tunc Siciliæ Proregis à pp. Urbano VIII. fit *Episcopus de Scalis apud Malphim*: fuerat is è societate Jesu, & ad Regem Philippum IV. in F Hispanias ab eodem Philiberto pro rebus gravibus transmissus, obiit anno 1637. 7. Jan. Taurini. („ Fuit Honuphrius Panormitanus ex „ Ughelli Ital. Sac. t. 7. f. 341.) 4. *Probus* fuit celeberrimus philosophus, quem Porphyrius ultro Lilybæum auditurus venit [a]. 5. *M. Thomas Schifaldo Dominicanus* ex nobili familia scripsit de viris illustribus Dominic. & alia, quæ vidi apud Montaltum Dominic. qui molitus est res Dominicanas.

De viris illustribus Lilybætanis. De Sanctis.

Scriptores.

[a] Ex Aretio fol. 29.

VI. MONS

IV. MONS *Drepani*, sive *S. Juliani* civitas *excelsa* ex privil. concesso an. 1555. difficillimam habet [a] expugnationem; in vertice enim Erycini montis, apud poetas, & historicos celebratissimi, sita est. Mons hic solus sine alterius cujusque montis consortio perstans maris fluctibus, quia Italiam spectat, alluitur, atque altitudine, excepto Ætna *, & Nebrodide *, omnes Siciliæ montes superat. Potissimo anni tempore nube cooperitur; ideoque tunc neque sole, neque sereno cœlo fruitur: aeris tamen tantam habet clementiam, ut ad 120. fermè annorum ætatem ibi plurimi incolæ pervenerint. Urbem Erycem everso Ilio, Trojanos condidisse credit Aretius de situ Sic. fol. 3. & fabulosum, quòd Eryx, Butis, qui Bebrycia ob tyrannidem pulsus huc confugerat, & Lycastæ filius à fundamentis erexit, & una cum monte suo nomine insignivit, qui, quod Lycasta mater ob insolitam pulchritudinem ab accolis Venus appellaretur, Veneris filius ipse quoque est dictus. Urbs ipsa mutato priori nomine, *Mons Drepani* vulgò appellata: quod Drepano mons ipse prominet. Item & *Mons S. Juliani* ab anno 1090. [b], quod (ut fama Erycina prædicat) cum ea urbs dure ab Saracenis esset obsessa, repentè Divus Julianus (quem Baronem, & Militem appellant) armis instructus super mœnibus est visus, cujus numine territi hostes partim fugati, partim verò non logè ab arce, in loco, cui hucusque *Fossa Buscainarum* nomen est, mortui sunt reperti; quo miraculo Urbs abinde cognomentum, & insigne à Divo suscepit; hodie 1611. laribus, & 6983. civibus exornatur.

a Polyb. l. 1.

* Vulgò Mongibello. * vulgò Madonie.

b Sub Comite Rogerio ex hist. Montis fol. 109. & Fazel. dec. 1. l. 7. c. 1.

Quatuor ecclesiis paroch. in quatuor urbis regionibus ab Antonio Lombardo Episc. Mazar. constitutis nobilitatur. Harum maximam *S. Mariæ Assumptæ* dicatam, ex adjacentis celeberrimi templi *Deæ Veneri Erycinæ* sacri ruinis exędificatam [c] tradunt; ad abolendum idololatrarum, maximè mense augusto, quando decimæ frumentorum offerebantur Veneri, superstitiosum cultum. In hujus templi cœmeterio *novem cruces marmoreas visitantibus P. P. Joan. XXII. die 26. Octobr. per dipl. concessit indulgentias*. Id perfectum est anno 1341. sub auspiciis Claramontanorum, quorum, ac nobilis familiæ Manninæ stemmata ibi affixa visuntur. Claramontani enim hic construxerunt sacellum suo patrono D. Nicolao dicatum, & terrarum tractu extra urbem in agro D. Nicolai dotaverunt. Coluntur Imago *SS. Crucifixi* magnæ pietatis sub obsequio Confraternitatis fundatæ anno 1568. opera F. Io. Mariæ à Marsala Capuccini, cum aggregatione Indulgentiarum Crucifixi in æde Romana S. Marcelli ex diplo. dato Romę an. 1631. atque Reliquiæ *S. Juliani urbis Patroni*, quæ translatæ fuerunt à Civitate Callari Sardiniæ, ubi an. 1616. sub Cardonæ Duce Insulæ Prorege inventum est Juliani corpus ex relatione ad pp. Paulum. V. Item & *S. Rosaliæ V. Panorm.* anno 1625. à V. I. D. Nicolao Verrina Drep. datæ. Hujus ecclesię proventus sunt unc. 283. 4. & pro Archipresbytero unc. 31. 13.

c Ex histor. M. Antonii Cordicis f. 4.

S. Juliani corporis inventio, & translatio.

2. *S. Cataldi*, cujus reliquiæ in die festo magna populi frequentia, & devotione coluntur: A hic, quòd media olim erat urbs, concilia cogebantur. Pro Rectore unc. 53. & alia jura unc. 20. 24. 3. *S. Antonii* cum unc. 100. 24. pro illius parocho.

4. *Iuliani* patroni, & cognominis civitatis templum à Comite Rogerio anno sal. 1080. circiter conditum, atque istius Sancti imagine nobilitatum in eodem Montis loco, ubi Comiti apparuit *Iulianus equo albo incedens, rubeo pallio indutus, præ manibus accipitrem gestans, canibus præeuntibus Saracenos ab Eryce fugans*. Id sanè B templum vetustate collapsum opera sacerdotis de Oddo Monten. ann. 1615. restaurator. Antiquo *S. Philippi* parochiali anno 1363. sufficitur ex Cordice f. 12. Hic magno sunt in honore Reliquiæ *S. Alberti*, quę die 7. Augusti solemni pompa per urbem circumferuntur. Signum celebre *B. Io. Bapt.* hac inscriptione: *completa imago in 15. die mensis Iunii 12. indict. 1520. Antonius de Caginis sculpsit*. Estque *Societas Rubeorum* aggregata Archiconfraternitati Romæ S. Trinitatis ab anno 1568. per pontif. rescriptum.

S. Juliani apparitio.

C 1. *Carmelitarum* sub tit. *Annuntiatæ B. V.* cœnobium anno 1423. in propriis ædibus, & sumptibus Bernardi Militaris Archipresbyteri conditum ex tabul testam. decoratur maximè reliquiis *S. Alberti Panormi*, Messana anno 1508. delatis, item *de Crure B. Aloysii Rabbatà* opera V. I. D. Leonardi Palazolo anno 1620. 26. Aug. Randazzo huc translatis. Simulacris etiam marmoreis *Annuntiationis* ære V. I. D. Jacobi de Pilato an. 1525. sculto, atque *B. Virginis* alio. Hunc exornavere conventum 1. *M. Timotheus Theodori* eximius Concionator, Drepani, & Panorm. D Regens; in Provincia S. Alberti, & in Scotia Provincialis. 2. *M. Vitus Salernus* ecclesiastes præcipuus, Cathedraticus, sed virtutibus, & vitæ candore spectabilis. De eo præclara scripsit in chron. Carmel. M. Joseph Falconius. 3. *M. Cataldus de Anselmo* post D. Alberti obitum Siciliæ Provincialis, qui constituit in conventu Messan. priorem *F. Simeonem Cherca Montensem* concivem, & iste ab eo conventu transtulit *Caput, costulas, ossa, cingulum, & anaphorum S. Alberti*. Frat. 12. cum unc. 133.

Cœnob. Relig. 6.

E 2. *Dominicanorum* in æde *S. Michaelis* anno 1486. ex Cordice in sua hist. fol. 9. sed anno 1523. ex Pio in histor. Dom. sunt reliquiæ *S. Petri M. & Vincentii Ferrerii*, Roma translatæ, atque *S. Rosaliæ V. Panorm.* quas F. Petrus Mendula ejusdem ordinis dedit. Hic anno 1505. obiit ætate confectus *F. Nicolaus Toscanus, Montensis Dom.* qui mirabili naturæ dono omnes voces in arte musica requisitas emittebat ita perfectè, ut in pectore organum habuisse assererent: edidit F librum de Musica. Fratres 7. cum unc. 23.

3. *Franciscanorum Convent.* à Comite Francisco Vigintimilio anno 1362. ex Cordice; sed anno 1399. ex Waddingo in annal. tom. 3. ann. 1399. nu. 63. nunc maximè nobilitatur opera Bacchalarii F. Thomæ de Angelo Montensis: hic ex pietate Senatus Montensis *SS. Eucharistiæ Sacramentum* quolibet die dominico proponitur. Ab anno 1529. unitum est templum *S. Mariæ de Gratia*, ut infra. Fr. 11. cum un. 1507.

4. *Francisc. Tertii Ordin.* in *S. Sebastiani* an. 1636.

no 1636. fundatore Fr. Matthæo de Monte. Hic floruit *Fr. Ludovicus Sichichi à Monte*, qui ob devotionem erga Virginem, exemplo sui patris Marci Sichichi, multis imaginibus *S. Mariæ de Gratia* miraculis claris totam ferè Siciliam decoravit. Fr. 12. cum unc. 97. 18.

5. *Capuccinorum* an. 1571. sub tit. *S. Hieronymi* in valle amœnissima, & fructifera, ubi an. 1531. facta à Romano pont. facultate presbyter Bartholus de Nobile, & Fr. Nicolaus Pansalconius Montenses eremiticam duxerunt vitam ex Cordice fol. 25. Chronicon Capucc. ad an. 1577. præclara narrat de *F. Vito à Monte laico* sanctitatis fama noto, *cujus tam ardens, & assiduum orationis studium fuit, ut eo maxime dæmones cruciarentur, sui obitus die divinitus revelato, Tertiario cuidam moribundo apparuit, dicens (cum ipse incolumis esset) vade frater, te ego ante quartum diem sequar. ita anno 1577. evenit.* Fratres 18.

6. *Paulenses* relicto ob aeris inclementiam cœnobio *S. Mariæ Magdalenæ* constructo in Salinis Drepani an. 1626. ad Montis radices, aliud *D. Francisci de Paula* construxerunt, ubi jacet *F. Vitus Græcus à Monteforte Siculus charitate celebris*, ut in Catalogo ejusdem ordinis, obiit anno 15. 20. Junii. Non hinc longe antequam Franciscanum suscepisset ordinem *F. Gerardus*[a] *à Lombardia*; vitam egit eremiticam. Fratres 12. ex eleemosynis degunt.

[a] Ex Histor. ...

Monial. 3. MONIALIUM Cœnobia tria. I. Ordinis S. Benedicti sub tit. *S. Salvatoris* strictioris vitæ, fundatum in ædibus, & sumptibus Comitis Henrici de Vigintimilio[b], dum ipse hic degebat extorris; exornatur reliquiis *SS. Zenonis, & Sociorum MM.* Roma delatis, *Rosaliæ V. Panor.* anno 1625. à Laurentio Joenio Marchione Julianæ, tunc in valle Mazaræ Vicario Generali datis, atque signo *B. Mariæ* marmoreo insigni, moniales 47. cum unc. 280. 21. 2. Ordinis S. Claræ in antiquissimo templo *S. Petri Apost.* ante annum 1363. constructum sub pp. Urbano V. ann. 1542. ab Joanne Maranzano, hortatu F. Jacobi de Agubbio ord. minorum obser. auctum est; hic Reliquiæ *SS. Restitutæ V.* à Sardinia anno 1619. delatæ, & *Rosaliæ V. Panorm.* à Leonardo Gervasi 12. Julii 8. indict. 1625. datæ ex tabul. Matthæi de Alexandro Panorm., & nobile signum marmoreum *B. Virginis* habentur. Hinc anno 1619. 9. Aug. facta à summo pont. facultate, ad fundandum sui ordinis monasterium *Annuntiatæ* in Corleonem transmigrarunt soror Nuntia Passarellus, & soror Æmilia Cordicis. Moniales 51. cum unc. 477. 17. („ 3. S. Theresiæ Monasterium „ Ord. Carmelitarum Excalceatorum absolu- „ tum anno 1705.) 4. *Orphanarum Virginum* sub tit. *S. Caroli* excitatum anno 1617. à F. Angelico de Corleone Capuccino: sunt reliquiæ *S. Rosaliæ V. Panorm.* Virgines 18. cum unc. 32. 25, præter eleemosynas.

[b] Ex Codice in hist. Mon. fol. 9.

Domus Hospitalis tres. 1. *S. Spiritus* suffraganea alteri Romæ ejusdem nominis, cui[c] ex antiquo jure solvitur annuus Augustalis, nunc procuratores eliguntur à Senat. Montensi, & confirmantur ab Episcopo, redditus solum un. 26. 10.

[c] Ex tabul. Reg.

2. *S. Alberti* ab anno 1431. sub *Pietatis Monte* erecta; ab anno 1571. vero regitur à Societate nobilium Dealbatorum; huc, & in templa S. Joannis, & S. Mariæ de Carmelo detulit Messana ann. 1546. reliquias *S. Alberti* Joannes de Ancona. 3. *S. Catherinæ* anno 1335. constructa ab Joanne Majorana Milite Montensi, ex auctoritate F. Hugonis Episc. Mazarensis, onere tamen solvendi singulis annis medium rotulum ceræ ecclesiæ Mazar. Huic hospitali unitæ sunt fere 70. hæreditates *pro captivorum redemptione, virginum monachatu, vel matrimonio, & infirmorum, pauperumque eleemosynis erogandis*.

Beneficia jurispatronatus Regii. 1. *Castri S. Juliani*: post obitum presbyteri Manfredi Rex Ludovicus datis litt. 24. Maii xv. ind. 1366. in Canc. fol. 81. dedit *Michaeli dello Bosco Montensi*. 2. *S. Juliani della Punta* in eo loco, ubi est tonnaria inter Drepanum, & aliam tonnariam *di lu Ferru* dictam, juxta mare, ubi incipit territorium Montis, Conceditur à Rege Alphonso anno 1416. in lib. Cancell. fol. 274. Benef. regia.

3. *Capitis S. Viti in regione Montis S. Juliani*, olim *Caput Egitarsum* ex Ptolomæo, quod civitas Egesta dicta ab Egesto Trojano, qui hac transiit cum Phisoleto, esset, vel Segesta à Rege Siculo Aceste ex Cic. in Verrem, quem sequitur Aretius fol. 3. num. 20. asserens; *ad levam hodie D. Viti fanum in scopulo quotidianis miraculis insigne; quo Mortales confugiunt Canum rabiosorum morsibus accepto vulnere mortis periculo evasuri*. Caput, quia radius terræ ingreditur mare; *S. Viti*: nam celebre ob Sancti miracula, & illustre est templum ob hominum frequentiam, præsertim in die S. Viti, Pentecostes, die SS. Simonis, & Judæ App. ac 4. dominico quadragesimæ. *Huc enim D. Vitus ac ejus nutritii Modestus, & Crescentia Mazara ad declinandam iram Diocletiani Imp. navi, Angelo duce, vecti appulere, ubi idololatras incolas aliquot ad fidem christianam converterunt, sed Angelo præmonente casuros montes illius oppidi, & oppidanos oppressuros ad Lucaniam*, hodie Basilicatam, *navigarunt*. Ad Viti, & sociorum incolatus hujus memoriam inde Christi cultores templum D. Vito, & sacellum Crescentiæ nutrici sacra ruinis Montis proxima erexerunt. Post ad augendam fidelium pietatem Didacus de Leone Archidiaconus, ac Canon. Mazarensis, & hujus templi Beneficiarius anno 1485. à Romano Pont. beneficium Indulgentiarum pro visitantibus, in prædictis diebus & die Dedicationis templi, exoravit, sed anno 1520. die 14. decembr. indict. in lib. Monar. fol. 784. lego: quod *Syndicus Civitatis S. Juliani tenebatur solvere singulis annis oblationes debitas presbytero Bernardino de Balbo Rectori Beneficii S. Viti in territorio dictæ Civitatis in die S. Viti, Pentecostes, SS. Simonis, & Judæ, atque in 4. domin. quadragesima*. Per litt. Episcopi Mazar. Jacobi lo Mellino datas in Monte xi. Decemb. 1567.[d] auctum fuit id beneficium aliis 40. aureis solvendis ab eadem Montensi civitate. Hic asservantur *ex Capite S. Viti*, & aliæ SS. Reliquiæ in cruce inclusæ, quas à S. Laurentio Pisarum transtulit, deditque M. Ægidius de Honestis Carmelita. Puteus extat, cujus aquæ sunt ad expellendos dæmones, & morsus canum sanandos; item parvum nemus, cujus arbores sylvestres

S. Viti templum dictum il capo di S. Vito.

[d] Ex tabul. Episc.

ſtres incognitæ ſunt ad ſalutem hominum, & ad formandas cruces pro calculis oratoriis, eſtque quid admirabile, quod Mauri piratæ, qui ſæpe ſæpius hic, ut captivos ducant chriſticolas, ſe abdunt; ſed ann. 1626. ex litt. Carol.V. datis 30. junii 1526. exſcrip. 16. novemb. eodem anno in Confer. 15. ind.& 1628. ex Bonf. in hiſt. Sic. colliſis triremibus impetu maris, captivi effecti ſunt Turcæ, qui venerantur id templum, imo & ſacerdotem capellanum, & non raro elargiti ſunt oleum, aliaque munera. Ab anno 1594. ſub Epiſcopo Hieronymo de Termine id templum magnificentiſſime auctum eſt. Redditus habet unc. 62. 14.

4. *Prioratus, ſeu Benef. S. Joannis Baptiſtæ in Capite S. Viti, ſeu de Caſtilluccio Capitis S. Viti*[a]. Ita appellatur: quia in Capite S. Viti eſt feudum nuncupatum *de Caſtilluccio* juris civitatis Montenſis ex pervetuſti Caſtelli dejecti veſtigiis in vertice montis: de hoc lego[b]: *Die 12. Novemb. Frater noſter Petrus ſacerdos primus Prior, & ſublevator Eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ in Capite S. Viti, feudumque habebat, in quo ſitum erat Eramus ſeu cœnobium ante*, quem Prioratum ſpectare ad Abbatiam S. Mariæ de Paſitano invenio in libro prot. anno 1448. fol. 89. & in Capibr. Eccl. fol. 123. Idque atque aliud *S. Nicolai de Nemore*, uti de jurepatron. reg. data fuere presbytero Antonio della Chiuria Panor. in lib. ſecr. Antonii Marcii anno 1466. Inde anno 1512. litigatum eſt ab regio fiſco: illud S. Jo. fuiſſe fundatum à Rege Guillelmo, eſſetque de jurepatr. regii; Jurati vero Montenſes ſui eſſe juris; tandem pro ipſis decretum eſſe ſcribit Cordicis in ſua hiſt. fol. 43.

[a] Ex tab. eccl. Mazar.

[b] ibid.

S. Michaelis, ſeu S. Angeli de monte Reg. Benef. Scupellum Caſale & Benef.

5. *Benef. Regiam S. Angeli de Monte, ſive S. Michaelis Scupelli, Tertiariæ Bonagiæ*, nuncupatum, dicitur *S. Angeli* ſeu *S. Michaelis de Monte*; quia in agro Montis juxta Bonagiam adhuc extat ædicula exædificata, dotata, ac *D. Angelo*, ſeu *Michaeli* anteſignano Comitis Rogerii dicata ab eodem Comite, expulſis Saracenis: dicitur *Scupelli*, quod ibi ad mare olim Caſale Scupellum erat. *Cetaria* à græcis dictum, quod in mari illius copia tynnorum (græce cetarum) capiuntur. Id an. ſal. 1220. conceditur eccleſiæ S. Petri de Palatio Panorm. reſervato ſibi jure portus, & Tonnaria à Friderico II. Imp.[a] ſed Caſale incolendum Placentinis Lombardis Duce Oddone anno 1235. ab eodem Imp. tribuitur; ii ob loci anguſtiam & maritimorum hoſtium frequentes incurſiones anno 1241. eo relicto, Corleonem mediterraneum incoluerunt. Cum autem ad eccleſiam S. Petri de Palatio Panorm. ſpectaret, illius cantor ad emphyteuſim conceſſit Jo. Bat. Caraltæ Catalauno genere nobiliſſ. Comitis S. Columbæ. Jo. Baptiſtæ filia Catherina nupſit Jacobo Fardellę nobili Drep. poſt jure hæreditario ſucceſſit Placidus Fardella I. Princeps Pacecchi; qui obtento pontificio reſcripto à Clem. VIII. denuo promiſit ſc. 125. annua jure cenſus Cantori tunc Auguſto Baſilio. Dicitur *Tertiaria Bonagia*, quod ex hac celebri Tonnaria Bonagiæ, Tertia piſcium pars debetur Regio Beneficiario. Is à Rege præſentatur, & ab Epiſcopo Diœceſano Mazarenſi confirmatur. Exigit ſingulis annis ſcut. 250. ſolvit pro annuis regiis Dandis ſc. 35. 11. 12. pro reparatione eccleſiæ ſc. 10. Beneficiarios lego anno 1391. in prot. fol. 71. *Damianum Rieram Drepan.* à R. Martino, anno 1392. *Petrum de Rugio Cler. Diœceſis Ilardenſis Terracona* ab eodem Martino, datis litter. in obſidione Panorm. 29. April. eodem anno prot. fol. 115. ubi vocatur *Tertiaria Beneficii Drepani Diœc. Mazar.* anno 1399. *Abbatem Ioannem Melis Catalaunum* magiſtrum regium capell. & *beneficiarium Tertiariæ Bonagiæ Drepani* in canc. lib. anno 1399. fol. 14. & 15. anno 1404. *F. Ioannem de Borgia magiſtrum capell. reginalis Capellæ* a Regina Blanca in prot. fol. 93. anno 14.... *presbyterum Ioannem de Paternione.* poſt cujus obitum anno 1434. *presbyt. Sancium Garciam* ab Infante Petro lib. canc. fol. 205. an. 1449. *Nicolaum de Leofante Saccenſem* à Prorege lib. can. anno 1458. *Andream de Crapanzano* à R. Joanne ibidem fol. 504. anno 1467. *Bartholomaum Segregra* ab eodem Rege ibid. anno 15... *Nicolaum Hoſpilante Drepan.* poſt cujus obitum anno 1542. *Petrum Paulum Centelles Reg. Cap.* prot. fol. 246. anno 1568. *Joſeph Morana Siculum* à Prorege ibidem fol. 469. anno 1577. *Jo. Peneranda fiſci patronum tribunalis S. Officii* poſt obitum prædeceſſoris à prorege ibid. fol. 20. anno 1579. *Philippum de Oliverio Syracuſanum Capell. Marci Ant. Columna Proregis* à Philippo II. Rege ibid. ex litt. 4. aug. exſcript. 2. Jan. 8. indict. & Inſtitutione Epiſcopi Mazarenſis 25. Januarii anno 1592. *Io. Spinar fiſci patronum S. Officii ac Capell. Majorem S. Luciæ Milatii* lib. rationum 2. fol. 179. obiit Inquiſitor Sardiniæ anno 1602. ſed anno ſequenti *Simonem Raum, & de Grimaldis Regium Capell. & Capell. Majorem S. Luciæ de Milatio* in prot. 4. Feb. fol. 331. anno 1617. 22. Maji *Ioannem de Majo Neapolit. ſacriſtam Comitiſſæ de Lemos* in prot. f. 200. obiit Madriti an. 1636. eodem *Ioannem Antonium Loforti Siculum Termenſem* apud Regiam curiam adhuc degentem.

[a] Autogr. apud tab. S. Petri, & Panorm. doc. 3. & 4. f. 11.

Beneficiarii Bonagiæ.

6. *Benef. S. Andreæ* non longe à tonnariâ Bonagiæ dotatum fuit terrarum tractu à Rege Guill. II. ex diplom. dat. Panorm. an. 1167. apud tab. Montis ex relat. Cordicis fol. 49. Beneficiarius illius contendit ad ſe ſpectare altare etiam S. Blaſii hodie in æde S. Franciſci Paulenſis ad radices Montis. Hoc ergo *D. Andreæ* Beneficium cum alio *S. Placidi, & S. Mariæ de Gracis, ac S. Laurentii* in agro Drepani de jurepat. reg. Andreas de Claramonte cum confirmatione Regis Martini datis litt. anno 1392. in cancell. fol. 82. & in Capibr. fol. 18. & 387. conceſſit *Bartholomaa de Terracina Drepan. Canon. Mazar.* valet. unc. 3. 22.

7. *S. Maria* olim à *Gratia*, nunc ex ſitu à *Mendula* pietate, & eleemoſynis Marci Si chichi Monten. depicta, dotataque anno 1589. novis ædificiis, & ære Campano nobilitata: *Campanam templo ponit, cui Mendula nomen. Cum ca. tu ſupplex Urbs Erycina dedit.* Miraculis eſt illuſtris.

S. Maria à Mendola miraculis clara.

8. *D. Nicolai* à regione, in qua eſt ſitum antiquiſſimum templum *de Menta* dicitur; antiquitate ſemidirutum anno 1563. juſſu Episc. Maz.

Maz. Lombardi reficitur, initio juris semper fuit Abbatiæ S. Mariæ de Fossanova in Palatio Adriano; cujus Abbas Commendatarius Cardinalis Barbarinus obtenta facultate à pp. Urbano VIII. avunculo ad emphyteusim pro annuis unc. 200. Antonio Parmæ Montensi concessit. Vide bull. Apost. in secret. anno 1639.

De BB. Montelioтus.

Viros habuit sanctitate illustres. 1. *S. Albertum Carmelitam*, quem etsi civem suum esse dicant Drepanenses, suum quoque Montenses esse multis probant: & quod in ædibus juxta templum *S. Juliani*, quas hodie Thomas [a] Joangræcus habet, fuisset ortus; unde septennis cum patre nobili familia Abbatum, & aliis viris præcipuis Montensibus sub Rege Manfredo (à quo Comes Malectæ Fridericus defecerat) Drepanum incoluisset [b], & quod in officio Carmelitano habeatur: *In Monte S. Juliani natus*; idque ego legi etiam; *S. Alberti à sacra Rituum Congregatione Ecclesiis Civitatis Montis S. Juliani dicti Monte Drepano Mazar. diœc. concessum* typis Romæ datum anno 1637. his verbis: *Sacra Rituum Congregatio censuit concedendum, ut de S. Alberto Carmelita originario Montis Drepani Mazar. diœc. possit in loco originis tam per sæculares, quam per regular. ejusdem loci recitari officium.*

a Ex Card lec fol. 14. & Fa-zel. dec. 1. l. 155.

b Ex eodem Cord. f. 113.

2. *B. Aloysium Rabbata Carmel.* natum fuisse in domibus juxta templum Montis majus scribit Cordicis in S. M. hist. de Monte S. Jul. Hoc etiam sancte testantur antiqui viri in tabulis ejus Beatificationis exscriptis anno 1533. 1. Junii 6. indict. ab Archiep. Messan. Anton. Lignam. ad instantiam Randacensium, qui Aloysii magna veneratione asservant corpus. („ De S. Alberto, „ & B. Aloysio consule quæ supra diximus, ubi „ de Drepano.)

3. *P. Natalem Salernum Societatis Jesu* hic natum, & in ecclesia paroch. S. Antonii die 26. Decemb. 1571. sacro baptismate renatum, ob ejus pietatis, aliarumque virtutum promerita à Generali Societatis Præposito *missus cum P. Andrea Bova Siculo, P. Emanuele Perri Lusitano ad prædicandum Dei Evangelium Bengalensibus, postquam multa perpessus pro Christi fide, anno 1605. æt. suæ anno 34. fraude accersitus à Rege Araceami in proprio palatio gladio truncatur.* Ex relatione edita apud Patres.

4. *Franciscus Siebichi*, post *F. Francisc. à Monte* [c] adolescens sicarium agebat celebrem, gladio manum obtruncavit Leonardi Cannizarii concivis, quare carceribus, & tormentis actus in meliorem rediit frugem, & eremitico suscepto habitu, antrum sibi elegit juxta cœnobium S. Mariæ de Bosco, ibi jejuniis, orationibus, cæterisque sanctis exercitationibus se totum dedit, vitamque eremiticam agens apud cœnobitas, quos à furore Agnelli magni latronis eripuit, sacrificiis missæ inserviebat, & SS. Eucharistiæ Sacramentum sumebat quotidie. Fama magni Dei servi obiit anno 1590. sepelitur in oppido Clusæ.

c Ex Mem. Cordicis.

Scriptores.

1. *S. T. D. Vincentius Morana* prius suæ patriæ Archipresbyter, nunc ob tot promerita ab Urb. pp. VIII. *Abbas Salvatronda* creatus est. 2. *D. Joannes de Ancona Orator, & Poeta* celebris multa de iis conscripsit artibus, & de historia S. Alberti. Obiit ann. 1593. 3. *F. Viti Salerni Erycini Carmelitæ* tractatuum octuaginta libri in lucem edendi sunt apud Anton. Cordici. Fuit P. Vitus germanus frater P. Natalis Salerni, eximius Ecclesiastes, & vitæ contemplativæ deditus. 4. *F. Joseph Cordicis ordin. minorum observant.* apud Parisiorum gymnasia, ubi fuit S. T. Lector annos septem, lauream est assecutus. Conscripsit de logica. Obiit Neapoli anno 1545. 5. *V. I. D. Petrus Cannizarus*, de antiquis monumentis benemerentissimus conscripsit quamplura de Ecclesiis Panorm. de Religione Dominicana, de Initio Quæsitorum, & eorum serie, &c. morte anno 1640. præventus dedit Antonino de Amico Mess. Viro eruditissimo, & Regio historico, („ Petrus Cannizzarus patre Erycino Panormi „ natus, ut ipsemet ait in volumine *de Religione Panormi*, sive de Ecclesiis Panormi M. S. „ apud me, & ut notavimus in Bibliotheca Sicula to. 2. fol. 132.) 6. *F. Nicolaus Toscanus domin.* edidit de re musica. 7. *Petrus Cordicis* illustris medicus scripsit plura volumina de re medica; extant apud filium F. Francisc. à Corleone Capuc. 8. *Antonius Cordicis* composuit Historiam Civitatis Montis S. Juliani, quæ extat apud Antonium Palmam Montensem virum ingenio, & solertia præclarissimum, apud Curiam nostram celeberrimum, nunc munere Procuratoris Regii in Tribunali Reg. Patrim. fungentem.

d Ex Codice fol. 16.

V. SALEMIS Urbs *Fidelis* in colle super amnē Selinim cognominem [a] sita, aquis irrigua, arboribusque frugiferis, præsertim pomis insignis est; quare post *Salem* appellatione Saracenica, id est locus deliciarum dicta est. Semellitanos, quorum lib. 3. meminit Plinius, hujus urbis fuisse populos & vocis propinquitas, & locus præ se ferunt. Anno 1375. Comitis Artalis Alagonæ in Canc. fol. 168. anno 1388. Comitis Antonii Montecateni ibid. lib. ann. 1392. fol. 168. ut nunc Regii est juris cum 2055. laribus, atque 7284. civibus, satis constat.

a Ex Aretio de situ Sic. f. 16. n. 20.

Ædis matris Paroch. *D. Nicolai* antiquæ consecrationis (sub die 6. Maii) testimonium adhuc apparet, cujus proventus annui sunt unc. 193. 17. pro celebrando officio unc. 210. 3. pro duobus Capellanis curam animarum habentibus unc. 28. pro Archipresbytero unc. 160. 2. Paroch. *D. Mariæ de Catena* anno 1609. 13. Septemb. 8. indict. ex Notit. Vincentio Guardamedo Sale. Sub Episc. Lacava ære publico dotata est, ejusque Juspatronatus Juratorum est. Rectori unciæ 30. duobus coadjutoribus Capellanis unc. 16. dantur. Hic *Animarum Purgatorii Congregatio* cum unc. 60.

1. *Societatis Jesu Collegium* sub tit. *S. Ignatii Jesuitæ* anno 1628. 12. Martii erectum, & *Territorio Garbinarussa, & Massariis* dotatum est à Josepho Gangi Salem. Patres 15. cum unc. 637. 24. Obiter dicam, quod *P. Julianus Adamus Salemitanus pro Christi fide, à Turcis palo transfixus coronam promeruit 26. Maii anno 16.*

2. *Franciscanorum Conventus* anno 1. pontificatus pp. Urbani V. ejusque auctoritate fundatur à Comitibus de Vigintimiliis Francisco, & Joanne. Hic colitur simulacrum *S. Francisci* marmoreum sculptum cum Capuccio, tempore Eliæ secun-

secundi Generalis Ordinis; sed (ut audio) ab A an. 1630. à quodam Guardiano sublatum est Capuccium. Fratres cum unc. 91. 10. 7.

3. *Franciscanorum Observ. Reform.* in *S. Maria de Angelis* ab urbe ad 500. pas. anno 1622. sub Custode F. Bernardo la Favara, ære publico, Fratres 14.

4. *Franc. Tertii ord.* in *D. Maria de Jesu* extra mœnia ad p. 500. cœnobium tertium est in Sicilia, viros peperit illustres. 1. *M. Sanctorum Pecorellam* pietate, & cæteris virtutibus conspicuum, electum motu proprio à pp. Paulo V. B 5. Maii 1614. priorem perpetuum cœnobii Romani ejusdem ordinis, in *S. Pauli la Regula*. Id anno 1619. pro Siculis Fratribus sub Provinciali Siciliæ ab eodem Pecorella est fundatum. 2. *M. Joann. Antonium Brandum*; is vir magnæ auctoritatis, maximæque æstimationis ob virtutum promerita; jugis pœnitentiæ, semper cilicio præcinctus orationis, sanctorumque patrum studiis totus deditus fuit. Hac permotus fama Clemens pp. VIII. eum, ut ad præsulatum proveheret, accersivit Romam, ubi die 23. Maii anno C 1608. obiit, ad cujus venerandum corpus cum plures confluerent, vix sequenti die præcepto Vicegerentis pp. humari potuit in æde propria SS. Cosmæ, & Damiani. Conscripsit versu heroico *Rosarium B. Virginis* impressum Panormi ann. 1596. Item litteras transmissas Reipublicæ Venetæ, quæ interdicto Apostolico sub pp. Clem. VIII. subjiciebatur: præmonstrans ejus errorem, atque exhortans, ut vero Apostolico Pastori se subjiciat. Item Chronicon Romanorum Pont. atque vitam S. Philippi Agyrensis. Fratres 10. D cum unc. 98. 23.

Scriptor Salemit.

5. *Capuccini* in *S. Salvatoris* ad tertium lapidem ab urbe anno 1593. sunt 14. fratres.

6. *S. Maria de Monte Carmelo* locuples, & pervetustum cœnobium; hodie fratres 13. cum unc. 166. 18. 16. habent.

7. *S. Augustini* fratres nunc 10. cum unciar. 394. suam profertur antiquitatem ante annos 200. Hinc *M. Julianus* [a] *Falciglia Salemit.* qui post multos suæ religionis gradus anno sal. 1445. Magister Generalis eligitur, quo munere XXVI. E annos perfunctus est. Plura edidisse volumina, quæ ego non vidi, testatur historia istius ordinis.

Generalis Ordin. & scriptor.

a Ex Pamp' Lib. fol. 79.

8. *S. Francisci de Paula* fratres nunc 5. cum unc. 124. 20. sub tit. *Jesu Maria de Salso*, olim *S. Lucia V. & M.* [b], quorum marmorea signa in magna sunt veneratione, huc recepti sunt ann. 1523. 5. Maii 15. ind. à Juratis Antonio de Nuccio, Jo: Andrea de Adamo, Thomasio Lovalvo, & Bartholom. de Achate. Constructum est cœnobium hoc studio, & sumptibus Brunonis, qui fuit obsequentissimus ejusdem Divi, amicissimi F Ducis Montisleonis Siculi Proregis.

b Chr. Land. f. 29.

Moniales Clarissæ hodie 41. cum unc. 467. 8. pervetustum habent monasterium, („ De eo „ Waddingus t. 6. Annal. 1473. n. 28.)

Exstitisse hìc lego Monachos eremitas ord. S. Basilii; cujus Beneficiario *S. Maria de S. Sepulchro* tractum terræ dedit Constantia uxor Regis Petri I. per diploma datum in Monteregali ann. 1288. 9. Maii his verbis: *Concedo Religioso viro F. Nicolao Eremitæ de ordine S. Basilii Monacho Monasterii S. Theodosii Remimarchis Sancti Sepulchri pro parte, & nomine dicti Monasterii quinquaginta salmata terrarum positarum in territorio TERRÆ SALEM pro fabricanda massaria ad opus fratrum prædicti Monasterii, eidem fratri Nicolao de ordine nostro jam assignatas per Simonem de Ansuso bajulum, & Iudicem ipsius terræ Salem.*

c Autogr. in tab. Maz. ex in tabulis f. Mon. f. 271.

Mons item *Pietatis* cum annuis un. 308. cui aggregata est Domus hospitalis.

D. Maria à Laudomiis, seu *Annuntiata della Perrera* celebris. Ejus miraculorum initium die 13. Maii anno 1599. *Porro hujus Sacratiss. Virginis ope latescit puerpera, cujus 7. dies mammæ exaruerunt.* cum unc. 29. 18. 17.

1. CASTRUM VETERANUM, quod antiquitus *Castrum Entellicum* ab Antello Acestis socio dicebatur [d], die 24. Aprilis 1564. *secundo Principatus* titulo cohonestatum, nunc juris est Didaci Aragoniæ, cum laribus 1289. & civibus 5087. 1. *Ædis matris Paroch. D. Mariæ Assumptæ* proventus sunt unc. 461. Archipresbyteri unc. 60. quatuor vero Capellanorum unc. 36. 2. Paroch. *S. Ioan. Bapt.* cum societate habet unc. 207. 23.

d Arethus fol. 36. n. 40.

Principatus.

(„ Sub regimine Episcopi Mazariensis Jose-
„ phi Cicala fundata est in Palatio Ducum Ter-
„ renovæ, in hac Civitate, Collegiata S. Pe-
„ tri, cum dignitatibus Decani, & Thesaura-
„ rii, ac duodecim Canonicis: eorum quilibet
„ uncias vigintiquatuor habet pro distributio-
„ ne quotidiana. Juspatronatus omnium est
„ ducis fundatoris. Literæ institutionis deca-
„ natus ab Episcop. Mazariensi conceduntur:
„ aliorum à Decano ejusdem Collegiatæ. Nunc
„ Canonici sunt quindecim ex legatis à pietate
„ quorumdam adaucti.)

2. *Prioratus S. Trinitatis* à feudo, in quo situs est, *Deliæ* p. 100. ad Occidentem versus, nomen recipit; aliquando *S. Trinitatis de Ficano*, nescio qua ratione; aliquando *S. Trinitatis de Castroveterano* ab ipsomet oppido dici video. Id monasterium Fazellus in fine decad. 2. lib. 10. fuisse olim Basiliani ordinis credit, ego vero Benedictini, ex unione cum cœnobio S. Joannis de Eremitis Panorm. anno 1469. assero. Illius auctor non invenitur ob temporum, & bellorum turbines, librorum quoque regiorum amissionem; Regiæ tamen dotationis, fundationis, atque præsentationis esse ex sequentibus patebit, An. 1392. ex litt. datis [e] Panorm. 17. Junii missis Episc. Mazarensi ita habetur: *Commendamus dilecto Capellano Capellæ nostræ Bernardo Figuera Ecclesiam Sanctæ Trinitatis Picani in territorio Castri Veterani cum feudo eodem vocato Dellia, & omnibus juribus, & pertinentiis suis &c.* & quia Baro Castriveterani asserebat feudum Deliæ sui fuisse juris; idem Rex perscribit Episc. Mazarensi, ex litt. Catanæ 12. Febr. 1. indict. 1392. [f]: *ne permittat in possessione molestari dictum Beneficiarium.* Anno 1410. ob *Joannis de Magistrovita de Bonforte* rebellionem, datur a Regina Blanca *F. Aloysio Carmelitano*, post per litt. Catanæ 21. Novembr. 6. indict. 1412. prot. fol. 46. restituitur

Prioratus Trinit. Deliæ juris. pat. reg.

e Prot. f. 31. & 101.

f Ibidem fol. 103. & 111.

tur *Ipsi Joanni*. An. 1413. 23. Novembr. *Jo. Chimachi Cantor Panorm.* eo beneficio privatur ab Episcopo Mazarensi contendente ad se spectare illius collationem, sed cum à Rege Martino fuerat collatum *Simoni de Rubeo regio Capell.* illi restituitur in cancell. an. 1413. fol. 47. 473. & in lib. Mon. fol. 442. ob Simonis obitum Romanus Pont. per apost. bullas contulit *Io. Camea de Primera* Can. Panorm. & post an. 1433. *Io. de Fixano*; quæ litis caussa à Rege decidenda demandatur presbyt. Jacobo de Serviente in prot. anno 1433. fol. 168. sed Episcopus Mazar. concesserat *Michaeli Gariga*; frater vero Benedictus Palao, uti prior S. Mariæ dederat *Guillelmo Blanch magistro Capellano Regiæ Capellæ Palatii*; asserens per supplicationem factam Episcopo in tabulis not. Salvatoris de Noto Mazar. 7. Maii 13. indic. 1435. in monasterium ordinis Cisterciensis fuisse hospitium, seu grangiam S. Spiritus de Sennono juxta Cajetam. Hæc eodem tamen anno Palai collatio nulla declaratur. An. 1435. datur *Matthæo de Scalea Reg. Cap. & Can. Panorm.* ex præsentat, Infantis Petri, fratris Regis Alponsi, & Siciliæ Vicarii facta Catanæ 6. Maii 13. indict. canc. fol. 192. an. 1442. *Filiono Valcar* seu *de Baliato* Cantori sacelli Reg. *S. Petri de Palatio* cum onere solvendi Episc. Mazar. annuas uncias duas, prot. fol. 54. anno 1468. *Jo. Nicolao de Ursinis presbyt. Card. tit. S. Cæciliæ* nuncupato *de Theano*. Is cum esset etiam Abbas Commendatarius monasterii Benedictini S. Joannis de Eremitis Panorm. hoc beneficium suo univit monasterio, erexit in Prioratum, voluitque ut in eo sub Priore monacho ordinis S. Benedicti degerent & alii cœnobitæ, ut infra. Anno 1574. *Jo. Archiepiscopo Terraconensi*, ex bullis Sixti IV. Romæ pridie Kal. Feb. pont. anno 3. ex quibus hæc mutuavimus: *Cum itaque Prioratus Sanctæ Trinitatis de Delia ordinis S. Benedicti Mazar. diœc. qui à Monasterio S. Jo. de Eremitis dicti ordin. Panormitanæ diœcesis dependeat, & per illos monachos gubernari consueverit, & dictum monasterium bonæ memoriæ Nicolaus tit. S. Cæciliæ presbyt. Cardin. in Commendam ex concessione & dispensatione Apost. dum viveret, obtinebat, &c. Ab aliquibus asseritur dictum Prioratum esse Gangiam, seu monasterium dicti monasterii, ab aliis vero illi dudum esse canonice unitum, licet de præmissis constare non possit, sicut eadem petitio subjungebat, sit Prioratus ipse cum eodem monasterio, quod nuper tunc certo modo Abbatis regimine destitutum, præfati Archiepiscopi, per eum quoad viveret tenendum, &c. prout in nostris litteris plenius continetur, ad instantiam dicti Archiepiscopi uniatur, & incorporetur, & ex hoc ambiguitas hujusmodi tolletur &c.* exscript. in prot. 14 Apr. 7. indict. 1474. fol. 103. Quoniam verò post obitum prædecessoris Cardinalis de Theano, Rex Joannes omnia beneficia ejus, & præsertim *Abbatiam S. Trinitatis* (ita Prioratum hunc vocat) D. Philippo de Aragonia nepoti concedit: ideo per litt. datas Panor. 1. Sept. 7. ind. 1474. in prot. fol. 1. sciens à Summo Pont. collatum fuisse prædicto Archiepiscopo Terraconensi per bullas 24. Sept. 8. ind. ejusdem ibidem fol. 34. & in Canc.

Quando factum est Prioratus.

Confirmatio unionis.

A anno 1475. fol. 173. Scribit Episcopo Mazarensi, ut Paulum de Pystoja Archiepiscopi procuratorem ad possessionem prioratus admittat. An. 1477. *Antonius Stayti Canon. Messan.* ex bullis ejusdem Sixti. 9. Kalen. Junii pont. an. 6. in prot. 29. Octobr. fol. 164. sic: *Cum itaque Prioratus S. Mariæ, alias S. Trinitatis Deliæ ord. S. Benedicti Mazar. diœc. qui dudum Monasterio S. Joannis de Eremitis Panorm. diœc. ejusdem ordinis ad vitam bon. mem. Ioannis Archiep. Terraconensis &c. qui Prioratus unitus, annexus & incorporatus existit; Commenda hujusmodi per obitum dicti Joannis, qui apud Sedem Apost. diem clausit extremum, cessante, & unione prædicta propterea dissoluta adhuc, eo quod dum eidem monasterio unitus extitit, vacabat, modo vacet. Nos tibi concedimus.* Confirmante Rege Ferdinando II. per lit. 3. Julii 14. Ind. an. 1481. in canc. fol. 53. Verùm cum *Philippus de Aragonia Archiep.* an. 1477. obtinuisset à Rege Abatiam S. Joannis de Eremitis; hunc etiam Prioratum ad se spectare ratione antiquæ unionis contendens, litteras à Prorege obtinuit 20. Decemb. 11. indic. in prot. fol. 49. perscriptas Episcopo Mazar. ut amoto Antonio Stayti, ipse Philippus induceretur in possessionem, idque firmum voluit Ferdinandus Rex dat. litt. Barcinone 25. Octob. 1481. in canc. fol. 53. Anno 1486. *Ioannes Corzales Hispanus* facta divisione ab Abbatia S. Joannis, *Prioratum* hunc habuit, ut ex regia provisione, & bullis pp. Innocen. VIII. patet. Tunc octo monachi Benedictini, qui hic assistebant, recesserunt teste Francisco Vento in sua Visit. anu. 1542. in Confer. Anno 1506. *Hieronymus Guandusalvi Barcinonensis de VillaSempliz*, ex præsent. Ferdinan. II. & bullis pp. Julii II. anno 2. pont. in prot. 9 Feb. 9. indict. 1506. f. 41. & canc. f. 282. his verbis: *Prioratus de Delia ord. S. Benedicti Mazar. Diœc. qui habitu, & non actu Conventualis de Iurepatronatus charissimi in Christo filii Regis Ferdinandi existit. &c.* Hieronymus autem cum in gratiam successoris resignasset, id fecisse metu carceris Romæ asserebat, tandem in Curia Romana die 29. Jan. 14. indict. 1526. in prot. 26. Novemb. xv. indict. fol. 162. pro successore decretum est. Anno 1526. *Salvator de Platanone civis, & canon. Panorm* ob prædecessoris resignationem: sed quia in bullis nulla facta fuit mentio de jurepatron. reg. Rex prioratum contulit *Lupo de Soria Hispano*, qui fuit etiam an. 1541. Abbas S. Mariæ Roccamadoris, & S. Philippi de Grandis. Eo priore introducti sunt loco monachorum duo presbyteri sæculares. Post ejus obitum an. 1545. *Jo. de Benonia civis, & Canon. Panorm.* regius *Cap.* ex litt. regiis una cum proventibus sedis vacantis, dat. 14. Aug. 2. ind. 1544. prot. fol. 60. & aliis 10. Apr 1545. ibidem 3. Septemb. 4. indict. 1545. fol. 37. & ex bullis Apost. (in quibus ex errore *Prioratus S. Mariæ de Helia ord. S. Benedict.* nuncupatur) Kal. Maii 1545. pont. ann. XI. ibidem 17. August. 3. indict. fol. 354. hic ad emphyteusim concessit feudum *dello Margio ex pertinentiis Prioratus* pro annuis unciis 68. Antonio de Terminis, & Ferrerio: facta facultate à pp. Julio III. 6. Kal. Novemb.

Prioratus S. Mariæ sive S. Trinitatis Deliæ. Quando prioratus à monasterio S. Jo. de Eremitis dissolvitur.

Monachi Benedictini quando decesserunt.

Quando presbyteri sæculares inservierunt.

pont.

pont. anno 1. in lib. secret. anni 1556. 14. indict. A 9. Martii: anno verò 1556. ad Abbatiam S. Angeli de Brolo promotus est. Anno 1556. *Fabricius Corneus presbyt. Cardin. de Perusia tit. S. Bartholomæi* ex præsent. Regis Philipp. II. datis litt. Bruxellis 23. Martii 14 indict. ejusdem, & bullis pp. Pauli II. anno pont. 1. 7. idus Maii in prot. 30. Junii anno eodem fol. 608. hic pulcherrimam SS. Trinitatis imaginem depingendam curavit, & sua fixit stemmata. An. 1563. *Octavius Preconius V. I. D. Siculus Castrorgalensis*, ex regia præsentatione, & pontificia B dispensatione etiam Prior S. Andreæ de Platia; anno 1570. ad Abbatiam S. Michaelis de Trayna, deinde ad Episcopatum Cephalædensem evehitur. Anno 1572 *Fabius de Cornia Romanus* ex litt. regiis. Eo Romæ agente an. 1583. 18. Julii à Visitatore regio Francisco de Puteo constituitur monachus in obsequium Prioratus. Anno 1597. *Hieronymus Zanchi S. T. D. Panormitanus* dum Decanum Agrigentinum agebat; ex litt. regiis in canc. fol. 482. sed bullas confirmationis Pontifex noluit concedere: quod *Prioratus* in apost. privilegiis non fuerant Regi C concessi; ante possessionem obiit an. 1599. quare etiam Siculo *Francisco Bysso S. T. D. Panorm.* conceditur ex nominatione regia 10. Martii 1604. & pp. Clementis VIII. 13. Kal. Febr. confirmatione, in prot. 12. April. 2. indict. f. 398. & canc. fol. 147. & 438. pro his obtinendis apostolicis litteris magna exorta est difficultas; nam Datarius sedis apost. contendebat prioratus *in facultate offerendi beneficia Regibus Siculis à Pontificibus Romanis facta* non contineri. Deinde concessum est *pro hac vice tantum*, quod non admiserunt Consiliarii Regii in præjudicium Regii patronatus; tandem fine ulla conditione bullæ apostolicæ datæ sunt Bysso*. Ob cujus obitum anno 1623. *Cardinali Ridolfo* datur; eo ante possessionem mortuo ann. 1625. 7. Junii 8. indict. *Ludovico Ridolfo Mediolanensi* fratri germano Cardinalis conceditur per litt. reg. 3. Novemb. 1624. & Urbani VIII. 20. April. 1625. in canc. 13. Maii ejusdem f. 243. & prot. fol. 245. Prior iste Commendatarius in parlamento 63. habet locum. Offertur à Rege, & confirmatur à Pont. M. subest spolio; annuas habet uncias 624. 6. scil. ex feudo Deliæ unc. 350. ex alio Montaneæ unc. 150. ex alio Margi Modionis unc. 66. ex aliis juribus unc. 61. 7. 10. ex quibus deducuntur pro regiis dandis unc. 70 4. 18. pro fabricis unc. 18. pro victu monachorum olim unc. 192. nunc pro uno sacerdote unc. tantum 24. pro aliis missis in die festo SS. Trinitatis &c. unc. 12. pro femin. unc. 4. pro jure Visitationis Episc. Mazar. & quartæ unc. 6. pro F festo Trinitatis unc. 3. pro oleo, & cera &c. unc. 7. Reliquum erat sub Visitatore Regio an. 1583. unc. 166. hoc anno unc. 391. 22. 11.

Reg. benef. conceduntur Siculis ob obitum ante poss.

* pp. Bysso præclara laus in Catalogo Cantorum Panorm.

3. *Dominicani in D. Mariæ de Jesu* ab anno 1470. fundatore Antonio Tagliavia oppidi domino. Fratres 24. cum unc. 351. 10. locus est studiorum.

4. *Francisc. Convent.* ab anno 1534. fratres 10. cum unc. 140.

5. *Francisc. Observ. Reform.* in *S. Maria de* A *Itria*, & *S. Lucia* fundatrice Zenobia Aragonia, & Gonzaga Principe Castelliveter. anno 1613. opera F. Marcelli à Naro Custodis. Frat. 18. Hic jacet *F. Bonaventura à Capizio laicus* præcipuis, humilitate, jugi pænitentia, & oratione virtutibus exornatus quievit in domino anno 1624. Item & *soror Prudentia Lampisa Tertiaria Capucc. de Gibillina* optima religiosa fuit.

6. *Capuccinis* locus anno 1568. datus est à Principe Carolo Aragonio simul & *velum S. Anna*, cujus nomini dicatum est templum; sed anno 1629. primo relicto ad profanos usus, alius amœnissimus ære publico emptus, & *D. Rosaliæ V. Panorm.* sacer, cujus etiam reliquiæ coluntur, tribuitur. Primo cœnobio reliquias quoque 11m. *MM & S. Emphrem* ab Alamania delatas elargitus est Carolus. Estque in veneratione corpus *F. Pacifici laici à Calabria*, cujus spectata vita pluribus signis, præsertim dono prophetiæ comprobata est; à Deo exoravit, ut Lauri. Gambacurta uxor Præsidis Modesti Gambacurta, jam diu sterilis filios gigneret, & primogenitum Capuccinorum habitum suscepturum, uti evenit, vocatusque est *F. Timotheus à Panormo vir singulari pietate*, & Simoni filio Ducis Terrænovæ, Principisque hujus oppidi futurum esse Cardinalem, atque sui obitus diem prædixit anno 1577. 2. corpus *F. Petri la Rocca à Mazara sacerdotis*; de eo præter quæ diximus in Mazara patria invenimus in m. s. corpus ejus fuisse cum cruce in sua carne impressa. 3. *F. Angelici à Castrovet. cle-* D *rici, qui cum septem in novitiatu menses tanta vitæ innocentia egisset, ante mortem in mentis excessu raptus districtam rerum omnium quæ in Dei judicio fit, discussionem conspiciens, eam post excessum narravit. Mox ejus anima in splendoris flamma modum rectà cælum conscendere cernitur anno* 1594. ex chro. Capuc. num. 96. 4. Floruit *F. Jo. Maria Luna à Castrov.* virtutibus, litteris, ac in rebus agendis insignis, anno 1600. Provincialis Siciliæ. Fratr. 18.

7. *Carmelitarum* ædes *S. Mariæ de Miraculis* ob vetustatem nunc ruinam minatur. Fratres quinque cum unc. 93.

8. Alia *D. Nicolao* sacra antiquior est & nobilior, Fratres 10. cum unc. 70. ejusdem ord. Carmel.

9. *D. August.* conventum pervetustum nunc fratres 10. cum un. 83. 26. habent.

10. *Augustinianorum Reform.* in *Præsentationis B. Virg.* anno 1637. frat. 10.

11. *S. Francisci de Paula* anno 1608. 6. indict. 1. Januar. fundatrice Joanna Aragonia, & Pignatello Principe oppidi sub provinciale F. Paulo à Calatagirone * in regione S. Leonardi intra civitatem, quod propriis sumptibus Joannes, & Bartholomæus Majo fratres nobiles Castriveteranenses post magnificarunt annuis unciis 40. Respublica pro fabricis unc. 61. fratres 8. cum unc. 261. 23.

* Ex tabul. not. Michaelis Porco Barcin. 7. Maii 1606. transumpt. in actis Rocchi Scofarii Panor. 15. Nov. 5. indict.

Monasterium *Sacrarum Virginum Ord. S. Dominici* sub tit. Annuntiatæ antiquitatem suam ex ædificiis demonstrat; huc translatæ sunt anno 1590. quatuor moniales Carinenses cum do-

tibus

tribus, & anno 1630. una solum *soror Innocentia Cucinella Abbatissa* fit Carinensis. Moniales 42. cum unc. 1053. 27.

Puellarum Collegium ab anno 1623. constructum in antiquissimo templo S. Jacobi, cujus nundinarum jura à Principe protectore illis sunt attributa.

Mons Pietatis cum domo hospitali, & societate Alborum annuos redditus habet unc. 420. 20. 10.

Cardin. Viros illustres habuit *Simonem Aragoniam presb. Cardinalem tit. S. Mariæ de Angelis Archiep. Panorm. electum*; is filius fuit Caroli de Aragonia, & Tagliavia Ducis Terrænovæ, & Principis Castriveterani, obiit Romæ 11. April. anno 1604. æt. 54. Cardin. 21. („ De eo Ciacconius & Oldoinus in vitis Pontif. & Card, „ tom. 4. f. 101. Ugellus Ital. Sac. tom. 1. f. 186. „ Marraccius in Purpura Mariana cap. 16. §. „ 6. fol. 418. aliique) 2. *Petrum de Luna* celeberrimum jurisconsultum, qui Panor. edidit collecta DD. Siciliensium, ac Consil. diversa obiens annos 1631. m. ff. de V. I. peritia reliquit quam plurima, quæ penes nepotem V. I. D. Barthol. Ferrera sunt.

II. PACHECHUM novum oppidum ad 3. m. p. Drepano, hoc nomen traxit à Theresia Pachecho uxore Placidi Fardellæ primi Principis ab anno 1609. 12. Septemb. ex illustri prosapia Pachechorum Marchionis Villenæ, & Ducis Escalonæ, lares habet 161. oppidanos 579. juris est Jo. Francisci Fardellæ, & Pachechi; ædes verò paroch. *S. Mariæ*, & cœnobii *S. Francisci de Paula* constructæ sunt ære Baronis oppidi. Fratres 5. cum unc. 86. 5. 5.

III. PANTALLARIA [a] *Insula* à Ptolomæo *Cosyra* à Strabone *Corsura* dicta, ambitu p. m. 30. distat à Lilybæo Promontorio p. m. 60. tota fermè montuosa est, nigroque lapide asperrima, aquarum, & frumenti indiga, sed Leuconii feracissima. Arcem habet cognominem ad Aquilonem oppidum, quod mare alluit, olim Saraceni (quorum adhuc Christicolæ 600. idiomate, & habitu utuntur) sub ditione Friderici Athenarum Ducis ex Joannis patris testamento, habitabant [b]. Nunc Antonii Riqui. senz juris est cum tit. *Principatus* ab an. 1620. die 5. Sept. Eam an. 1553. 13. Kal. Aug. Drabuctus Othomannicæ classis præfectus centum cum triremibus vicepit, diripuit, ac mille ferè oppidanos captos in servitutem abduxit. Ædem paroch. S. Sebastiani, & aliam *S. Mariæ della Malga* aliquando *Capuccin.* hospitium habet.

IV. CARINIS à ruinis Hyccaris antiquæ [c] urbis in rupe oppidum exædificatum est, aquis ex collibus ipsi prominentibus defluxis irriguum, cannis mellitis ferax, vino optimo celebre. Id D. Gregorii Rom. Pont. ætate, Episcopali dignitate nobile satis ostendimus in lib. 2. not. 10. arcis tamen magnifice in eo extructæ Manfredum Claramontanum autorem fuisse etiam insignia ejus familiæ ibi sculpta testantur. Ab anno 1403. [d] Ubertino La Grua concessum, ut hodie juris est ejus successoris Vincentii La Grua cum tit. *Principatus* ab an. 1622. 19. Sept. laribus 997. & civibus 4067.

Carinis Episc. olim.

a Ex Fazel. dec. 1. l. 1. c. 9.

b Ex eodem dec. 2. l. 9. f. 541.

c Thucyd. lib. 6. & Ant. Pius in suo itiner.

d in Canc. fol. 1.

A 1. Ædes Paroc. olim *S. Juliani* ad an. 1450. post *S. Viti*, nunc *D. Mariæ Assumptæ*, cujus Archipresbyteri proventus sunt un. 85. 7. Societatis SS. Sacramenti un. 496. & operis 40. horarum, unc. 90. 20. hic coluntur Reliquiæ *de ligno* ✠, *Petri Ap. Phil. Agyr. S. Viti M.* patroni, *Georgii*, &c. delatæ à Leonora Manriquez, & Tocco ex genere Imper. græcorum [e] uxoris Petri Baronis Carinis.

2. *S. Mariæ Rosarii Dominic.* ab an. 1570. fr. 7. cum unc. 151. 29. opera M. Mariani lo B Vecchio viri probiss. & docti Carinensis.

3. *Carmelitæ* ab an. 1570. 13. Jan. pietate Vincentii II. Baron. oppidi: fratr. 8. proventus unc. 138. 10. habent *ex capite S. Alberti*.

4. *Franciscanis Convent.* ædes *D. Rocchi* Jacobi Jacobelli juris datur an. 1612. alibi ante degebant. His fratribus, hodie 6. cum unc. 87. 10. data sunt bona ecclesiastica fratrum conventualium Reformat. qui ad annum 1634. in *D. Antonii Lamancusa* degebant.

5. *Francisc. Observant.* primum in *D. Mariæ Magdalena* juxta *Belvedere*, deinde anno 1610. C in *D. Laurentii* transmigrarunt ædem, quam *fratres Mercenarii* sub Vicario Generali Ordinis M. Assentio Lagaria Valentino habuerunt [f]. Id templum est, quod Radulfus Bonellus anno 1094. indict. 2. [g] his verbis: *In Carinis do Ecclesiam S. Laurentii cum terris, & vineis, & centum villanis*, concessit Pact. Episcopo, cui annua solvuntur adhuc jura.

6. *Capuccinorum* nobile cœnobium cum fratribus 14. anno 1603. 8. Julii opera Cæsaris, & D Angelæ de Bosco Baronum excitatum.

Monialium Ordinis S. Dominici ab an. 1583. 4. Sept. erat monasterium sub tit. *D. Mercurii* juxta templum *S. Mariæ Rosarii*; quare ob fluminis obnoxii propinquitatem omnes ferè Virgines illæ Deo dicatæ infirmitatibus afficiebantur continuis. Ex iis Lucianus Episc. Mazar. anno 1599. quatuor superstites una cum annuis unciis quinquaginta redditum transtulit in aliud Castriveterani, donec novum in Carini reædificaretur. Id anno 1631. 10. Jan. opera, E & divitiis Vincentii I. Principis construitur, dicaturque *D. Vincentio Confess.* cui præficitur Abbatissa soror Innocentia Cucinella æt. annorum 68. quæ solum superstes in monasterio Castriveteranensi inventa est. Moniales 33. cum unc. 501. 17. („ Hic soror *Rosaria Catherina* „ *Alias*, exinde *à Jesu*, Panormitana decessit 28. „ Decembris 1716. magna sanctitatis fama: vi„ tæ austeritate, charitate, obedientia, aliisque virtutibus clara: & miraculi innumeris à „ deo illustrata. Ejus vitam edidi Panormi an„ F no 1718.)

Domus hospitalis *Spiritus Sancti* proventus sunt unc. 103. 2.

V. PARTANNA oppidum antiquum vino, atque malis aureis nobile, nobilius dignitate *Principatus* 10. Augusti 1627, atque incolatu 1172. larium, & 4992. oppidanorum ditionis antiquiss. & nobiliss. stirpis *Graffeorum* sub Maniace Imperatoris Vicario in Sicilia. Nunc Guillelmus hæreditario jure 1. est princeps.

1. Ædis matris Paroch. *D. Mariæ de Catena*, Archi-

e Ex Marieta lib. 83. c. 1.

f Ex libro merc. p. 1 fol. 111.

g In notitia Pact.

Archipresbyter annuas unc. 60. & sagmata 40. frumenti habet: fabrica novi templi unc. 2196. 6. *Societas SS. Sacramenti* unc. 100.

2. *Minores Conventuales* ab anno 1484. fratres 8. cum unc. 145. 20.

3. *Capuccini* in æde *S. Andreæ* extra oppidum an. 16.... fol. 14.

4. *Carmelitarum* cœnobium pervetustum cum fratribus 9. & unc. 148. 22.

5. *Oratorii S. Philippi Nerii* patres in *S. Maria* an. 1637. fundatore P. Josepho Rosso.

Mons Pietatis cum domo hospitali *S. Antonii* habet unc. 79. 4. Societas *Animarum Purgatorii* unc. 59. 6.

Ducatus 2. I. SALA *Paruta*, olim *Saladonna*, cum laribus 282. & incolis 2157. ab anno 1626. 20. Januarii titulo *Ducatus* exornata juris est Josephi Alliatæ, & Parutæ. *D. Caterina* paroch. ædis Archipresbyter habet unc. 73. 20. *Societas SS. Sacramenti* unc. 29. 23.

II. CAMPUSBELLUS ex Saracenica appellatione *Biribayda* recens oppidolum juris Josephi de Neapoli Regentis supremi Concil. Italiæ, ab an. 1638. 12. Julii *Ducatus* tit. nobile est. Ubi ad annum 1587. erat Ecclesia *P. Maria de Gratia* Conventualis Dominicanorum, nunc parochialis est. („ Ab Episcopo Bartho- „ lomæo Castello recenter institutus est; cum „ animarum cura.)

Marchionatus 4. I. S. LAURENTIUS vulgo dictum *Xhitta* oppidolum *Marchionatu* anno 1606. 19. Novembr. clarum, ditionis est Jo. Franc. Fardellæ cum 91. laribus, & 234. habitatoribus, cum æde Parochiali ejus nominis S. Laurentii, cujus Rector exigit unc. 40. à Drepano ad 2. m. p.

II. GIBELLINÆ, ubi arx à Manfredo Claramonte excitata extat, dominus ob rebellionem Manfredi anno 1392. ex privilegio Regis Martini 28. Julii, fuit Guillelmus Raymundus de Moncateno[a]. Nunc juris Marchisii Morsi cum tit. *Marchionatus* ab anno 1619. 12. Januar. & laribus 551. & oppidanis 2157. ædes paroch. *S. Nicolai* Archipresbyteri proventus sunt unc. 38. 27. *Societatis Sacramenti* unc. 86. 3.

2. In *Carmelitarum* Cœnobio 1600. obiit, & sepelitur *F. Antonius Melodio Alcamensis* virtutibus præclarissimus. Fratres 4. redditus unc. 59. 16. hic *et S. Alberti* colitur.

3. *S. Franc. Convent.* in *S. Blasii*. Fratres 5. cum unc. 25.

4. *S. Maria de Belvedere Ordin. Reform. S. August.* anno 1619. 27. Julii divitiis Antonii primi Marchionis. Fratres 10. Domus hospitalis *S. Antonii*. cum unc. 20. Hinc 2. p. m. ad Aquilonem *Abbatia D. Mariæ*[b] *de Habita ordinis D. Bedicti*, nunc *Prioratus Commendatarius* suę fundationis ac dotationis non cognoscit auctorem; juris tamen patronatus est domini Gibellinę. Dicitur *S. Maria de Habita*, quod in agro juris ejusdem ecclesiæ situm erat cœnobium. Valoris est unc. 150. lego anno 1490. priorem fuisse *F. Hieronymum Susinum Monachum Benedict. Montereg.*[c]. Is fuit etiam Beneficiarius S. Cataldi Panor. & S. Matthæi de Scalis an. 15.... *Franciscum de Gangis Canon. Mazar.* qui an. 1569. cessit successori *Joanni de Amico, & Gangis Mazar.* prędecessoris ex sorore nepoti per bullas ap. Romæ 1569. 15. Julii, in lib. secret. regni x. febr. 13. indict. an. 1570. fol. 261.; in bullis exprimitur valor scutatorum 70. an. 162... *Carolum Alliatam nob. Panorm. filium Gasparis*; iste matrimonio copulatus resignavit de consensu patroni in gratiam sui fratris *Alvari Alliatæ*, qui an. 162.. regularium clericorum Teatinorum numero conscribitur, renunciato prioratu, & à patrono anno 162.. datur *Annibali Afflicto Panorm.* post cujus obitum datur à primo Marchione anno 1636. *Gaspari Morso* nepoti: is se abdicavit hoc prioratu per tabulas Petri Candone die 10. Maji 7. ind. 1639.: tunc Marchio prædictus uti de jurepatr. suo præsentavit die 8. septemb. 8. indict. anni ejusdem, & confirmante per lit. Episcopo Mazarensi die 23. ejusdem mensis, & anni *Ignatium Xiroctam Panorm.* filium Marchionis S. Elisabethæ æt. anno 15.

Prioratus S. Mariæ de habita.

[a] In Canc. eo anno fol. 189.

[b] Ex Faz. dec. 1. lib. 10. in fine.

[c] Ex lib. monach. Montis reg. f. 88.

III. S. NYMPHA juris Simonis Bellacera cum tit. *Marchionatus* ab ann. 1621. 4. Julii, („ nunc „ juris est D. Fiderici Neapoli Principis Re- „ suttanæ.) laribus 148. & incolis 679. æde Paroch. *S.* etiam *Nympha*, cujus Rector habet annuas unc. 37. 20. & Cœnobio *S. Annæ Franciscanorum Tertii Ordin.* anno 1623. 6. Junii 5. indict. sub provinciali M. Seraphino Leggio, fundatore F. Bartholomæo Cutrona Salemitano: fratres 6. proventus ex oppidi molendino unc. 26. („ Idem „ Princeps memoratus pro hoc oppido obtinuit „ anno 1722. majorem partem brachii S. Nym- „ phæ V. & M. Panormitanæ, eductam ab Eccle- „ sia S. Mariæ Montis Cœlii Romæ ex instru- „ mento dato Romæ 4. Aprilis 1722. recognito „ in Curia Archiepiscopali Panormi 19. Sept. „ ejusdem anni.)

IV. FLORIS solo nomine *Marchionatus* ab an. 1637. mense Octob. lætatur Horatius Strozzius ex illustri familia Florentinus.

I. ALCAMUM oppidum, nunc Civitatis titulo nobile, aeris, & agri bonitate nobilius, à mari ad 3. m. p. distans, esse ab Alcamo Thrace, qui in Priami opem venerat, dubitat Aretius f. 4. n. 4. sed ab Alcamah Saracenorum (qui Sicil. occupaverant) præfecto ad verticem Bonifati Montis conditum, suoque nomine insignitum fuisse constat[d]. Postea Fridericus II. Siciliæ Rex ad montis radices qua mare spectat indigenas omnes transtulit, ut ejus privilegium dat. Julianæ anno sal. 1332. mense augusto docet. Martinus vero Rex arcem vetusti oppidi, quæ suo tempore extabat, disjecit[e]; ea mox à Manfredo Claramontano Motycæ Comite restauratur, suisque gentilitiis insignibus decoratur; nunc juris est Alphonsi Henriquez & Caprerę Comitis Motycani 2013. laribus, & 9277. civibus. Majus & Parochiale templum consecratum ab Episc. Mazar. Gottofreddo anno sal. 1313. indict. x1. [f] sub tit. *S. Mariæ de Stella* in oppido veteri id est, quod fratres Dominicani nunc habent, ab anno 1332. translatum est in medium oppidum sub tit. *S. Mariæ Assumptæ*. Reliquias sacras habet *Spinam S. Coronæ Domini*. *S. Cæciliæ V. & M. & S. Rosaliæ V. Panorm.* Hujus Archipresbyteri annui proventus sunt unc. 190.; ad Sacramenta administranda sunt 6. capellani cum unc.

Comitatus 3.

[d] Ex Joanne Leonis Saraceni.

[e] In archivo regio, & Fazell. dec. 2. lib. 9. f. 579.

[f] Pirrus, & Fazell. dec. 1. l. 7. f. 159.

unc. 60. 20. proventus ecclesiæ unc. 84. *S. Sacramenti* unc. 299. 11. 2. Paroch. Eccl. *SS.Pauli & Barthol. App.* una cum alia *S. Trinitatis* institutæ sunt ab Episcopo Lacava, assignatis pro parochis, quibusdam juribus super oleribus, quæ Clericis Alcamensibus debebantur, atque beneficiis simplicibus; illi *SS. Pauli & Barthol.* benef. S. Bartholomæi, S. Viti, & S. Juliani valoris unc. 39. 29. 15. Sanctæ vero Trinitatis unc. 18. 28. sed anno 1639. Episc. Cardin. Spinola has duas paroc. ecclesias in unam *SS. Pauli, & Bartholomæi* conjunxit sub iisdem parochis, ita ut uno mortuo, alter superstes succedat in juribus communibus. 1. *S. Philippi Nerii* presbyteri in æde *S. Mariæ del Soccorso* contra Hospitale anno 1638. fundatoribus presbyteris Francisco Terranova, Vincentio Graffeo, Vincentioque Fontana, vivunt ex legatis piis ecclesiæ superadditis ex propriis pro quolibet unc. 8.

(*Collegium Soc. Jesu* fundatum est ann. 1650.)

2. *Franciscanorum Convent.* cœnobium, vivente B. Francisco erectum est opera B. Angeli de Riete ejus socii, & absolutum an. 1233. [a]. In eo erectum est sacellum *D. Marci* de jurepatronatus Juratorum. Fratres 9. cum unc. 142. 7. Reliquiæ *S. Blasii M. & Episc.* hic colitur simulachrum *S. Mariæ Magdal.* marmoreum sculptum affabre à Cagino.

[a] Rodulph. fol. [illegible]. VVadding. ad annum 1232. num. 54.

3. *Francisc. Observantium* in *S. Mariæ de Jesu* extra ad p. 310. sumptibus Friderici Henriquez Comitis & ære publico. Hic jacet *F. Archangelus Placentia à Calatafimi* vir pietate, & doctrina commendabilis; fuit in Sicilia Vicarius Provincialis sui ordinis, summæ probitatis fama obiit, cujus corpus precibus Alcamensium è communi sepulchro eductum, in honestiori loculo conditum est sub altari S. Rosaliæ. Fratres 12. cum unc. 83. 6.

4. *Franc. Tertii Ord.* in *D. Maria de Itria* anno 1609. fundatore Fr. Vincentio Donato à Monte Drepani. Fratres 8. cum unc. 107. 22.

5. *Capuccinis* anno 1580. datur locus extra mœnia, sed anno 1636. translatum, & nobilitatum est sub tit. *S. Annæ* ex eleemosynis presbyt. Vincentii Odalia, Michaelis Principato, & ære recepto ex venditione loci veteris facta Jo. Vincentio Tornamira, & ex venditione Nosocomii facta presbyt. Angelo de Jemma. Hic jacet *F. Paulus* [b] *de Alcamo Novitius*, qui virtutum undique odorem emisit. *ex divina revelatione, suæ mortis diem, & horam prædixit, in ipsa Assumptæ Mariæ die, quando eadem Paulo apparuit radiis, & Angelis circumdata; quam videns ait circumstantibus; eja Fratres genuflectite, en Deipara, quæ ad se me vocat;* mox expiravit anno 1577. die 15. aug. 2. *Fr.* [c] *Ludovicus Alcamensis* Sac. nobili ortus prosapia: *cum parentibus, primis adolescentiæ annis orbatus, illius ætatis extrema juvenculi indomiti instar effranis duxisset, vix primum juventutis florem attingebat, cum à Deo ad meliora vocatus, mundo cum suis relicto, in Eremum Montis, cui Alcamus adjacet, secessit: ubi cum biennii spatio solitariam vitam duxisset, inde ad Capuccinos se contulit, ubi sub Gervasio eximiæ sanctitatis viro, ac spirituali magistro multum in virtutibus profecit illum in jugi oratione, & ce-*

[b] Ex histor. Capuccin. fol. [illegible].

[c] Ibid. tom. 2. ann. 1500. f. 452. nu. 58.

A *teris virtutibus assecutus. Cum ad Portum Velinum in Lucaniam adnavigasset, in Turcarum triremes incidit, & captivus ducitur in Africam; ubi sub impiissimo tyranno multa perpessus est; sed aliquando à Deo consolationibus affectus, in spiritu ducitur ad inferorum loca, mox ad Paradisi gaudia, ibi inter alia, sedem quandam illustrem, ac gemmis ornatam conspexit; in cujus prospectu columna procerior regio diademate coronata erat; cuinam ea parata esset, ignorans, ab Angelo audit; eam Philippo II. Hispaniarum Regi, qui etiamnum superstes erat, servari;*

R. Phil. II. sedes in cœlo.

B *columna vero mysterio, ipsius in fide Catholica tuenda, ac propaganda pietatem & constantiam significari. Altissima quoque Trinitatis orans præsentia ejus fruitur, sæpe etiam in cælum raptus, de rebus altissimis, quæ sensum omnem superant, instruitur; B. Virginis aliquando aspectu dignatur, ab ea Jesum Infantulum impetrat, diuque illius amplexu potitur. Tandem vita, & sanctimonia clarus Bibonæ decessit; cujus pallio mira post ipsius mortem patrata fuisse feruntur.* 3. *Fr. Marianus de Alcamo* sacerdos fuit *vir*

C *omnium virtutum genere, assidua oratione; lectione sanctorum patrum, zelo salutis animarum, quotidiana sermonum exercitatione præclarissimus; martyrii desiderio ad Alemanos, & Persas navigavit, ubi multa pro fidei dilatatione perpessus est, apud quos sclopeto peteretur ad necem, sed incussa pila evidenti miraculo defluxit ad pedes, inde in Siciliam reversus sæpe ab Imperatore Matthia accersitus, infirmitate tamen præpeditus adire non potuit; ardenti semper animo martyrium inhiabat: in scribendo, concionando de B. Virgine*

D *fuit admirabilis, noctu, diuque pro propaganda devotione erga Deiparam studuit; inventor fuit devotionis B. Mariæ de Stellario, ad cujus honorem multas erexit ædes Drepani, Alcami, & alibi; Panormi in cœnobio Monialium Capuccinarum altare. De ea multa conscripsit volumina, quorum aliquot sunt m. ss. apud me, atque ejusdem F. Mariani effigies, & Deiparæ de Stellario imago ab eo depicta, alia sunt typis data, maxime de officio B. V. de Stellario, cui epistolam ego dicavi.* Fuit Provincialis anno 1561. egomet illi amicissimus de eo referre mirabilia possem.

E *Cum enim in perviglio Conceptionis B. V. noster Fr. Marianus in hospitio suo Panorm. graviter ægrotasset, & pedum, ac manuum podagra ita afficeretur, ut vix se movere valeret; oculis intentus ad B. V. orabat, ut mane permitteret in ejus laudem missam posse celebrare, & ejus filium in hostia sumere, mane ego ad eum visendum adiens inveni celebrantem in altari incolumem infirmitatis; post missam ita graves podagræ dolores eum invaserunt, ut opus sit mihi, & fratribus pro manibus ad cubile trahe-*

F *re. Aliquando inveni lætissimum, quod ad Alamaniam esset navigaturus; à Ministro Generali facultate per Imper. jam obtenta; post cum eo loquens, lacrymis perfusum vidi; quare tanto dolore es affectus? (dixi) respondit: quia cum obedientiam superioris sum assecutus, alio sum accersitus, & martyrii finem non assequar; post paucos dies in hospitio ægrotantem reperi, dixitque mihi nos fuimus amici in hac vita, ne venias amplius huc, donec nos alibi videamus; mane ad eum adii oculis ad cælum, manibus in cruce positis expirasse die*

se die

se die ... Anno 1621. perspexi. ad magni Dei servi corpus venerandum frequens fuit populus, sed fratres de more mox in hospitio Panorm. sepulturæ dederunt. F. Franciscus Blanchines ab Alcamo Provincialis ab an. 1630. & iterù an. 1628.

6. *Dominicani* in æde *D. Mariæ de Stella* consecrata, olim majori, & Paroch. hodie sunt 7. fratres cum unc. 104. 26. ubi Reliquias *S. Petri M. Catherinæ Senen. & Vincentii Fer.* venerantur. Hic floruit *M. Paulus Ballus* doctor Perusianus, multoties Regens in Conventu Panorm. publicus lector, & Cathedraticus Philosophiæ stipendio Urbis Panorm.

7. *Augustiniani* ab anno 1570. fratres 5. cum unc. 33. 19.

8. *S. Maria de Carmelo* in æde confratrum *S. Blasii* ab anno 15. ... Hunc illustravit conventum *M. Alphius* [a] *Matthiolus* omnibus optimarum artium studiis conspicuus, Ecclesiastes celeberrimus, *in academiis Drepani, Panormi, Neapolis, Patavii Regens, in Romana Sapientia Doctor, in Provincia Sicula tum S. Alberti, tum S. Angeli Prior, non solum totius Siciliæ, sed & Neapolis, atque Hispaniarum Visitator Generalis, Apost. Commissarius, apud curiam Rom. Procurator Generalis sui ordinis, sociusque Prioris Generalis;* à Duce Feriæ Prorege offertur Regi Philipp. III. in Episc. Agrigent. suum patrium cœnobium nobilitavit maximis ædificiis, præsertim aulis propriis, quæ sunt hospitium Proregum, Præsulum Diœcesanorum (atque anno 1636. mihi Visitatori Generali Diœcesis profuerunt) vitæ integritate, ac morum probitate illustris obiit Romæ an. 160. fratres 15. cum unc. 343. 26. 19.

[a] Ex Bibl. in ... Bib. f. 6.

9. *Paulensium* in *S. Crucifixi* cœnobium ære publico fundatum anno 1608. 20. Novemb. sub Provinciali F. Christophoro à Panorm. fundatoribus F. Athanasio de S. Philippo, & F. Bartholomæo Adragna Alcamensi (fuit iste bis provincialis, & alter *F. Bartholomæus de Gregorio* eo in munere anno 1537. obiit) concedentibus id templum Juratis Petro Fatarchia, doct. Jo. Andrea de Ballo, Andrea Policio; atque dantibus annuas unc. 20. ex tabulis Sebastiani Cinque Rughi, accedente etiam consensu Rectorum. Fratres 8. cum unc. 154. 6. huc die 3. Maii *Lignum S. Crucis* solemni processione defertur.

Mercenariorum fuisse conventum *S. Salvatoris* ad radices Montis Bonifati apud hist. ejusdẽ Relig. fol. 63. legimus. Iis recedentibus suffecti fuere Franciscani Reformati, qui mandato pp. Urbani VIII. hinc, & è tota Sicilia abfuerunt. Sed in bonis eorum successerunt Fratres Franc. Conventuales.

S. Oliva, cujus marmoreum signum eleganter à Gagino sculptum est illustre, ut & ipsum templum cum Congregatione *Animarum Purgatorii*, pro quibus 30. & plures quotidie celebrantur missæ, ibidemque fiunt plura pietatis in pauperes opera, & in tempore quadragesimali concio habetur ad populum: proventus ejus sunt unc. 151. & alię unc. 38. ex legatis piis.

Hospitalis domus SS. Spiritus, & Viti annui proventus sunt unc. 368. 24. quæ pro infirmis, etiam pauperibus in civitate, quibus medicamina quæque suppeditantur. *Montis Pietatis S. Catherinæ* unc. 84. *S. Antonii de Vienna alterius hospitalis*, de quo mentio habetur in Cancellar. Reg. superstes tantum est Sacellum intra cœnobium fratrum observ. Francisc. sub jurisdictione Episcopi.

Monasteria sacrarum Virginum tria. Duo Benedictina: Alterum *S. Salvatoris* antiquissimum cum reliquiis *SS. Placidi, & Rosaliæ*. Moniales sunt 41. cum unc. 350. 22. Alterum sub tit. *S. Francisci de Paula*, cujus sanctimoniales sunt 25. cum unc. 286. 29. Tertium ordinis *S. Claræ* in æde *SS. Cosmæ, & Damiani* cum sororibus 61. & unc. 461. 15. Item *Puellarum Orphanarum Domus S. Petri* opera presbyt. Francisci Terranova, & V. I. D. Hieronymi Auxilia. Anno 1632. habet Virgines 20. cum unc. 25. & publicis eleemosynis.

Die 21. Junii *Inventio* [b] *miraculosæ Imaginis SS. Dei genitricis*. Hæc sacra icon inventa est in Vepreto divinitus illustrato anno 1557. *Porro ibi multa tunc, & ante videbantur prodigia; de his Præsul certior factus, simul & Senatus Alcamensis una cum toto Clero illuc se contulere, & actis Deo, Beataque ejus matri precibus; multis & densis obrutum vepribus reperiunt quoddam subterraneum Sacellum, & in eo hanc sacratissimam iconem, ubi adem magnificam extruxerunt ære publico, inde multis est nobilitatum ornamentis, quod à miraculis continuis à B. Maria de Miraculis nomen suscepit.* („ De ea Cajetanus t. 2. f. „ Sicul. f. 296.)

[b] Ex monumentis Eccl. ejusdem, & Cajet.

B. V. de Alcamo mirac. clara.

II. CALATAFIMI juris ejusdem Comitis Motyeani cum laribus 1271. & incolis 5762. haud antiquum oppidum supra fluvium (quod *Locaricum* appellat Cluverius) Saracenicæ appellationis, à quo ad p. 3. m. Segesta jacet Urbs, Barbara hodie dicta. Ibi Cereris templum, cui stantibus columnis parietes omnes desiderantur [c].

[c] Ex Aretio f. ... 10.

1. Ædis Matris Parochial. *S. Silvestri* Archipresbyteri sunt unc. 164. pro fabricis unc. 10. 22. pro divino officio, & missis unc. 153. 22. 2. Paroch. *S. Iuliani* Rectoris unc. 19. 10. ipsius Ecclesiæ unc. 30. sunt.

1. *Franciscanorum Conventus* olim sub titulo *S. Iacobi Apost.* fundatus anno 1543. 29. Octobris à Jacobo Gulo Calatafimensi; nunc *S. Francisci*. Fratres 6. cum unc. 213. 15.

2. *Franciscani Tertii Ordinis* in *D. Michaelis Archangeli* anno 1597. 20. April. fundatore Fr. Masseo de Calatafimi. Hujus Cęnobii Prior de more in die Solemni SS. Sacramenti præbet pyxidem Archipresbytero Civitatis. Fratres 11. cum unc. 102. 13. estque *as S. Rosaliæ Panorm.* hic floruit *B. Archangelus* [d] *à Calatafimi Ordin. Observ. S. Franc.* crebris miraculis in vita, & post clarus, jacet in sui ordinis cęnobio Alcamensi, ut ibi latius diximus.

[d] Ex arbore BB. Siculorum.

4. *Capuccinorum* ab anno 1588. in *S. Salvatoris* opera, & divitiis Salvi Amoris nob. Calataf. qui filium habuit Capuccinum *F. Paulum* doctrina, & virtutibus notum; is Agrigenti an. 1604. obiit fratres 14.

5. *Augustiniani* in *S. Maria Magdalena* fratres 4. cum unc. 30. („ De eo Torellus Sæcul. „ Aug. tom. 8. f. 371.)

6. *Carmelitæ in S. Annuntiata* ab an. 143... fratres 8. cum unc. 150. („Consule Lezanam t. 4. „ Annal. Carmel. fol. 819.) 3. *Mons pietatis* cum aggregatione *Domus hospit.* annuis unc. 100. auctus est ab Juliano Truglio. Deinde sub tit. *SS. Cosmæ, & Damiani, atque Sebastiani* adduntur aliæ annuæ unc. 29. *Societas Animarum Purgatorii* unc. 83.

Monasterii *S. Catherinæ V. & M.* Moniales *Benedictinæ* sunt 22. cum unc. 527. 7. Id ab antiqua fundatione fuit pauperrimum; sed anno 1584. charitate christiana permotus Salvus de Amore Calataf. dotavit duobus feudis *Paganosi*; *& Clausis de Salvo*, atque suis sumptibus ampliavit, nobilitavitque.

Puellarum Orfanarum D. Rosaliæ anno 1631. erigitur, atque vineis, ædibus, & molendino dotatur ab Joann. Antonio Brandi Archipresb. nunc puellæ 11. cum quatuor piis mulieribus & unc. 67.

S. Joannis de Castelluccio Prioratum extitisse haud longe à Calatafimi lego. Hujus Prior *F. Brandus Gratianus Panorm.* anno 1403. 2. April. 11. indict. in R. Canc. eo anno fit Regius Capellanus; Prioratum vero fuisse subjectum Monasterio Fossænovæ ord. Cisterc. ibid anno 1486. fol. 91. & 92. hodie (ut audio) dirutum, ecclesiæ Carmelitanæ Calatafimis esse viridarium.

III. CAPACIUM recens oppidum cum tit. *Comitatus* ab anno 1625. 22. Octobr. laribus 141. oppidanis. 615. juris est Vincentii Pilli. Ædis Paroch. *S. Erasmi*. Capellanus habet unc. 36. 14. *Societas S. Sacramenti* unc. 24. 28.

Dominatus . 5. I. PARTHENICI SALA hodie dicta, sub ditione Abbatis S. Mariæ de Altofonte, seu Parco cum laribus 420., & incolis 2032. æde paroch. *S. Annunciatæ*, cujus Rector habet unc. 61. & *Societate S. Sacramenti* cum unc. 79. nobili cœnobio *Capuccinorum* anno 1624. Fabritii de Trapani Procuratoris M. R. C. eleemosynis fundato, dotatoque; nunc fratres 12. atque *Carmelitarum in D. Rocchi* anno 1634. mense Octobr. facultate à me Gubernatore, & Visitat. Episcopatus Mazar. facta, attributo ab oppidanis pro fratrum nunc 6. alimentis grano uno ex libra quaque carnis. Hoc sane appellationis Saracenicæ oppidum reædificatum Friderici II. Regis permissu [a] (quod aquis irriguum, vinetis, segetis, & cannæ mellitæ præstantia est nobile) extabat tempore Comitis Rogerii, ut ex privilegio concessionis factæ Pactensi Ecclesiæ constat his verbis: *Concedo Ecclesiam quæ in Casali meo sub Partiniaco &c.* & ex alio PP. Lucii III. in confirmatione monasterii S. Georgii de Grattera [b]: *Item Ecclesiam S. Cataldi Partinici cum Molendinis. & possessionibus suis &c.* Sub Archipresbyro Parthenici est oppidulum *S. Margaritæ* cum 200. incolis ad 1500. p. Alterum juris monachorum Benedictinorum S Martini de Scalis Panor. quod *le Ciambre* nuncupatur, idque antiquissimum, in cujus templi sacrario legimus: *Æliæ Augustæ conjugi Sanctissimæ P. Ælius Aug. Libaigranius.* („Anno 1711. Episcopus Castellus „ præcepit, ut Capellanus ad Sacramenta hic „ administranda constitueretur ab Archipresbytero Partinici; at hac ex causa exorta lite, „ demum res est composita; nam Monasterium „ S. Martini Capellano uncias 24. constituit „ pro administrandis Sacramentis in Ecclesia à „ Benedictinis excitata.

a In Not. 3. eccl. Montisreg.

b Lib. nostro 3. not. 5.

II. CASTRUM AD MARE *de Gulfo* in dextero littore Segestanorum Emporium; quod Strabo commemorat, falcato sinu inflectitur, *Segestæ [c] erat ex ære simulacrum Dianæ tum summa, atque antiquissima praditum religione, tum singulari opere, artificioque perfectum; cujus in basi P. Scipionis Africani nomen incisum virtutis, & victoriæ monumentum. Quod dum à C. Verris ministris apportaretur, Segestanas Matronas, & Virgines omnes magno cum luctu, & gemitu, multis cum lacrymis, & lamentatibus convenisse, & thure, odoribusque incensis usque ad agri fines prosequutas esse constat.* Nunc etiam frumenti Emporium extat juris Aloysii de Moncata, & Peralta hæreditario jure; lego enim in lib. Reg. Can. 1360. & 1366. fol. 407. *Guillelmo Peralta factam regiam confirmationem Comitatus Calatabillottha, & Castelli ad mare.* Hic lares sunt 207. incolæ 790. ædis Paroch. *S. Nicolai* ex suffraganeis Ecclesiæ S. Petri de Palatio [d]. Rector unc. 70. Ecclesia ipsa unc. 29. 18. *Societas S. Sacram.* unc. 38. habent. In *S. Francisci* Conventu anno 162.. à Ducissa Montisfalti erecto degunt fratres 5. cum unc. 30.

c Apud Aretium. fol. 3. n. 30.

Dianæ simulacrum celebre.

d In Cancel. anno 1411. f. 125.

III. VALGUARNERÆ oppiduli recentis larium 81. & incolarum 309. dominus est Andreas Saladinus; cujus ædis *S. Mariæ à Rosario* parocho uncias 30. præbet Bar. ad p. m. est vicus animarum 70. sine sacerdote.

IV. VITA à Vito Sicomo an. 1615. fundatore, nunc lares 174. & oppid. 770. recenset. paroch. Eccles. *S. Viti* capellanus à Barone unc. 88. *Conventus* vero *Francisc. S. M. Conceptionis* ab eodem Vito conditi, atque juribus unciar. 100. ex Baronia exigendis dotati, fratres 6. („ Excitatum fuit hoc cœnobium an. 1619. ubi „ destinatus M. Bernardus Gentilis Panormitanus ex Cagliola in Manif. Prov. Sic. Ord. Min. „ Conv. expl. 3. Manif. 5. f. 138. At recedentibus „ Fratribus Conventualibus, cœnobium à Francisca Balsamo, & Aragona Principe Roccæfloridæ concessum est Clericis Regularibus „ Ministrantibus Infirmis; à piissima eadem & „ æque nobilissima muliere dotatum: exinde „ alio in loco aliam excitarunt domum & Ecclesiam an. 1664. hi Cler. Reg. sub titulo S. „ Mariæ Agonizantium)

V. TURRECTÆ oppiduli animarum 160. dominus est Fabritius Trabina frater Episcopi Agrigentini Trabinæ. Ædis sacræ *D. Mariæ de Porta* capellanus unc. 24.

(„ VI. ÆGUSA insula, vulgò Favignana, juris „ familiæ Pallavicino, cujus opera noviter Ecclesia Immaculatæ Conceptionis excitata: & „ Archipresbyt. in ea institutus, cum dote unc. „ 20. & tymno uno ex Cetaria ejusdem insulæ.

„ HIERA, & PROBANTIA insulæ; vulgò „ Martura, & Levanzo, ejusdem familiæ Pallavicinæ in Mazariensis Ecclesiæ diœcesi complectuntur.)

I N

IN MAZARENSI DIOECESI

LARES, ANIMÆ, CIVITATES, OPPIDA, Abbatiæ, Monasteria, Religiosique sunt.


Lares numero 16594. Animæ numero 89754.
Civitates Regiæ V. *Mazara*, *Drepanum*, *Marsala*, *Mons S. Juliani*, *& Salemis*.
Principatus V. *Castellumveteranum*, *Pachecum*, *Pantallaria*, *Carinis*, *& Partanna*.
Ducatus II. *Sala Paruta*, *& Campusbellus*.
Marchionatus IV. *S. Laurent. Gibillina*, *S. Nympha*, *& Floris*.
Comitatus III. *Alcamus*, *Calatafimis*, *& Capacium*.
Dominatus V. *Sala Partan. Castrum ad mare*, *Valguarnera*, *Vita*, *& Turretta*.
Abbatiæ III. *S. Maria de Alto*, *seu Immariis olim*, *S. Nicolai de Regali Maz. olim S. Maria de Crypta olim ordinis S. Basilii juripatr. Regii*.
Prioratus III. *S. Jo: de Castelluccio*, *S. Trinit. Delia jurispatr. reg. S. Maria de Habita*.
Commendæ S. Joannis II. *S. Maria de Immariis Mazar. Marsala S. Jo: cum grangiis*.
Collegia societatis Jesu III. *Drepani*, *Marsala*, *& Salemis*. cum 78. partibus.
Oratoria S. Philippi Nerii III. *Mazara*, *Drepan. & Alcami* cum presbyt. 20.
Dominic. Conventus VI. *Mazara*, *Drepani*, *Marsala*, *Montis S. Iul. Castellivet. & Alcami* cum fr. 58.
Franciscanor. Convent. X. *Mazara*, *Drepani*, *Marsala*, *Salem. Castellivet. Gibill. Alcami*, *Calatafimi*, *Castri ad mare & Vita*, cum fratr. 119.
Francisc. Observ. VI. *Mazara*, *Drep. Marf. Mont. S. Iul. Partanna & Alcami* cum fr. 80.
Francisc. Observ. Reform. III. *Drep. Salem. & Castellivet.* cum frat. 57.
Francisc. Tertii ord. VII. *Drepani 2. Marsala. mont. S. Jul. Salem. Calatafimi*, *Alcami*, *& S. Numpha* cum frat. 117.
Capuccinorum loca XI. *Mazare*, *Drepani 2. Marsal. mont. S. Jul Salem. Castelliv. Partanne*, *Alcami*, *Calatafimis*, *& Parthanici* cum frat. 176.
Carmelit. Convent. XIV. *Mazar. Drepan. 2. Marsala 2. montis S. Iul. Salem. Castellivet. 2. Parthanna*, *Gibilliva Alcami*, *Calatafimi*, *& Parthanici* cum fr. 162.
Augustin. Convent. VII. *Mazar. Drepan. 2. Marf. Palem. Alcami*, *Calatafimi*, *& Castellivet.* cum frat. 68.
Aug. Reform. IV *Drepan. Marf. Castellivet. & Gibilina* cum frat. 49.
S. Francisci de Paula VII. *Drepani. Marf. Mont. S. Iul. Salem. Castellivet. Pacheci*, *& Alcami* cum frat. 66.
Monialium Benedictinarum VIII. *Mazar. 3. Marf. 1. Pont. S. Iul. Alcami 2. & Calatafimi* cum monial. 320.
Monial. Francisc. VIII. *Drep. 5. M. S. Iul. Calmi. & Alcami*, cum sor. 252.
Monial. Dominic. IV. *Drep. 2. Castelliveter. & Carin.* cum sor. 150.
Monial. August. II. *Marsala* 1. cum sor. 82.
Puellarum educandarum. VIII. *Marsala*, *Drep. 2. Marf. Pont. S. Iul. Castellivet. Alcami*, *& Calataf.*
Repentitarum I. *Drepani*.

ROCCHI

ROCCHI PIRRI.

Abbatis Netini, & Regii Historiographi,

MELITENSIS
ECCLESIÆ EPISCOPALIS
NOTITIA SEPTIMA.



ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO DOMINO
F. D. JO. MICHAELI BARAGUER
ET CAMARASA
MELITENSI EPISCOPO
ABBAS D. ROCCHUS PIRRUS S.



QUOD *Eminentissimus ille Cardinalis Præsulum decus, & ornamentum* S. Carolus Boromæus *de sua* Mediolanensis *Provinciæ Episcoporum catalogo in concilio III.* [a] *studiose; & eruditè sanxerat; Id & ego (Illustrissime, & Reverendissime Antistes) ad instar Chronologicæ Historiæ de cunctis Præsulibus, quos nostra Sicula Provincia, ejusque coadjacentes Insulæ ab exoriente Christi fide ad nostra tempora tulere, initio scribere, edereque in animum duxi meum, (opus quidem indigenis omnibus diu percupitum, sed intentatum nemini: utpote arduum, antiquitate ipsa obseptum, magnisque difficultatibus impeditum.) Cum tamen ad rem rem hanc sacram plura auctorum volumina, tabularia quoque, vetustaque* Sicula *monumenta continuo studio perquisita, diurna manu volverem, permulta notatu quidem digna, atque insignibus pro rebus nostris* Siculis, *præmicantia laudibus sua sponte occurrerunt; ea vero silentio prætermittere nefas mibi visum fuit; præsertim celeberrimæ* Melitensis *Insulæ, præclarissima tua militari* S. Joannis Hierosol. *religione illustrata,*

[a] Anno 1579. p. 1. Constit. de Eccle.

strata,

strata quæ optimo jure tibi offerenda esse existimavi, ut sicut per te summa virtutum laude regitur hæc Ecclesia, ita & per te, ejus primæva, & nobilis ab Apostolo Paulo *institutio, tuorum prædecessorum gesta, atq; pretiosa quæque cunctis paterent, & universo terrarum orbi lucescerent. Id ergo munus licet exiguum, tibi solum multis debetur nominibus: & quod religiosa hæc* Hierosolymitana *familia ex multis antiqua tuæ* Aragonensis *stirpis fuit semper decorata viris, scilicet ante annos* 200. Rhodi *a* F. Petro Camarasa *vitæ candore, & virtutum gloria noto; anno 1565. in Turcica* Melitæ *obsidione à* F. Guillelmo Ferrer *armorum præstantia, & animi fortitudine conspicuo; anno 161.. Ab avunculo tuo* F. D. Petro Urrea Camarasa *Metropolitanæ ejusdem sacræ religionis Ecclesiæ Priore, cujus eximiæ virtutes, quas fama celebrat, & sibi, & germano tuo Doctori* F. Petro *ex iisdem nobilibus parentibus* Michaele Balaguer *genere* Catalauno, *&* Joanna Urrea Camarasa *in oppido* Bellobar de Castellania Empostæ *Episcopatus* Ilerdensis *natis ab adolescentia ad pietatem, litterarum peritiam, & ad honorificum hujus Religionis habitum via fuerunt tutissima: & quod tot tantorumque tuorum promeritorum accessio, atque tuarum virtutum commendatio ad hanc Episcopalem dignitatem evexerunt, & tuum eximium nomen amplificaverunt maximè. Accipe igitur (Illustrissime Præsul) pium hoc opus tibi meritissimè dicatum in mei grati, & benevolentis animi tenue monumentum. Vale* Panormi 4. *nonas Aprilis anno* 1641.

Anno Christi.

MELITA [a]. Ita Romana, & Græca; quare perperam nonnulli legunt Mitylenen, alii Miletum. Duæ Insulæ vocantur Melite. Una est in Illyrico: in hanc è naufragio appulisse S. Paulum contendunt Illyrici, & ex eis Constantinus Porphyrogenitus Imp. ad Romanum filium de administrando Imperio cap. 36. Altera est vicina nostræ Siciliæ; vulgò *Malta* dicta, in mari Libyco sita, quæ à Pachyno Promontorio Siculo p. m. 80. distat, ambitur p. m. 60. in latitudine 12. in longitudine 20. [b]. Tota ferme plana est, & saxosa, ventisque exposita. Plures & quidem tutissimos habet portus. Qua Aquilonem spectat, omnino aquarum est indiga; qua vero Occidentem aquis salubribus, agro benigno, & fructifero, & a bonitate mellis est laudata; indeque *Melitam* nuncuparunt Græci (Apis enim græce Melissa dicitur) hinc Ovid. in Fastis:

Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyra,
Insula, quam Libyci verberat unda freti.

Melita principio rerum (ab Urbe tamen condita an. 484. sub Marco Attilio Cons. vastata fuit [c]) Butto Regi opibus, & hospitii fœdere cum Didone, celebri, atque exinde Carthaginiensibus paruit. Cujus testes sunt lapideæ columnæ plures passim in ea obviæ, vetustis Carthaginiensium characteribus, ab Hebræis haud dissimilibus insculptæ; quas studio eruditissimi Fr. Jo. Francisci Habelæ religiosi Hierof. inventas fere omnes apud Georgium Gualterium in tab. antiq. Sic. f. 50. 127. invenies. Post eodem, quo Sicilia tempore ad Romanos defecit [e]; iisdem etiam, quibus Sicilia jure, Prætoribusque semper est usa; ita docet antiqua inscriptio; *L. C. A. filius Cyr. eques Romanus primus*, vel *Princeps Melitensium* [f]. Atque deinde an. 874. circiter ipsa suberat Saracenis, æque ac Siciliæ; an. vero 1089. a Rogerio Northmanno Siciliæ Comite recepta, semper deinceps christianis paruit Principibus. Ab an. 1530. ex concessione Caroli V. ann. eod. 24. Martii inf. inclytorum equitum ordinis S. Jo. Hierosol. incolatu, nobilissimis, tutissimisque ædificiis aucta invictum est contra Turcas propugnaculum. Sed celebrior est in toto terrarum orbe ob Pauli Apostoli in illam appulsum, Sedisque Episcopalis ab eodem Apost. erectionem.

a ex Strab. Plin. Cic. Pomp. Mela, Diod. & Ptolom, ex ... & Jacobo Bosio p. 3. hist. Relig. Hierof. lib. 5. fol. 90.

Melita nostra quæ?

b ex Fazel. F. Paulo de Rosso religioso Hier. de descrip. Melitæ f. 108. Leandro Albert. de Descript. Ital. tom. 2. f. 61. Joan. Quintino Heduo.

c Strabone, & Cic. in Verb. lib. 5. testibus.

e ex Livio lib. 1. 2. belli Punic.

f ex eod. Gualt. f. 129. in advers. & Cluver. lib. 2. de antiqu. Sic. pag. 16.

Anno Christi. 59.

S. PUBLIUS *Princeps Insulæ*, act. Ap. cap. 28. vers. 7. idest Primarius inter Melitenses (ait Chrysost.) at non Princeps absolutus, & dominus Melitæ, quæ quidem tunc parebat Romanis. Publius nomen est Romanum. Unde videtur ipse fuisse Romanus, qui Prætura, vel Præfectura Melitæ functus, ibidem prædiis comparatis sedem fixit. Quam dives fuerit Publius, liquet ex eo quòd cum Paulo 276. naufragos per triduum hospitio excepit; teste S. Chrysost. ejus domus fuisse dicitur, quæ in urbe Melita ædes maxima S. Paulo dedicata est: prædia ejus fuisse putantur, quæ hodie *Benverras* dicuntur, juxta sinum, ad quem navis appulit, non longè à pago Nazar. [g] Silet hic Lucas, Paulum per tres menses, quibus Melitæ fuit, prædicasse, & convertisse Melitenses, ipsumque Publium, qua de re Arator ita canit:

Mensibus hybernis tribus in regione Melitæ.
Multiplicem dat Paulus opem... [h].

Porro *Publium* hunc à Paulo creatum esse EPISCOPUM MELITENSEM docet Ado in Martyr. die 21. Jan. & Beda 18. ejusdem, Petrus Galat. in martyr. 12. Febr. Lorinus cap. 28. Manduca in off. S. Publii, Cornelius à Lapide in act. Apost. c. 28. fol. 351. scil. *Apud Athenas, natalis S. Publii Athenarum Episcopi, qui Princeps Insulæ Melitæ, vel Melitenæ, cùm navigantem B. Apost. Paulum Romam sub custodia detentum, per triduum hospitio acceptum humanè tractasset (ut B. Lucas refert) patrem ipsius Publii contigit febribus, & dysenteria jacere. Ad quem cum intrasset B. Apostolus, & imposuisset illi manus, ac orasset, sanavit eum. Quem Publium adhærentem sibi, B. Apostolus postea ordinatum Episcopum ad prædicandum direxit. Qui postmodum Atheniensium Ecclesiam nobiliter rexit; & præclarus virtutibus, & doctrinæ fulgens, ob Christi fidem martyrio gloriosè coronatur. Nam primò Dionysius, deinde Publius iste Athenis præfuit.* Item & Eusebius lib. IV. hist. cap. 23. Hieronym. in Catal. script. eccl. in Quatrato. Dionysius Episc. Corinthius, Marianus Scotus, &c. eadem affirmant.

Præter hoc, S. Paulus novem eximia beneficia, & privilegia contulit Melitæ, & Melitensibus, adeò ut Deus ejus naufragium eò ordinasse videatur, ac procurasse, ut id juxta Melitam

Ædes Cathed. domus Publii.

g Act. Ap. c. 28. vers. 15. & ex Cajet. Isagoges c. 191 & relat. Mel.

h Ita & Chrysost.

Anno Christi. 59.

litam accideret: cum ex Creta sæviente Euro (quem typhonicum, & nautarum pestem Plinius appellat) hic *evasissemus*, ait Lucas act. Ap. c. 28. vers. 1., *tunc cognovimus, quia Melite Insula vocabatur*. Nostra ergo Melita est, & non *Mitylene*, ad Melitensium salutem, & commoda, quæ per hoc eis conferre ab æterno destinarat.

1. Primum fuit, *Melitensium conversio, fides, & salus*; ait enim Cornel. ibid. quòd *sub ipsa Ecclesiæ primordia Melitenses præ aliis Insulis, & gentibus prædicationem Evangelii acceperè à S. Paulo, eique prædicanti, & miracula patranti credentes. Unde Melita à tempore S. Pauli hucusque, numquam defecerit à fide ab eo accepta, etiam si Mauri eam occuparint, tenuerintque per 380. fere annos*. Ante, *Barbari*, ait Lucas ibidem, *verò præstabant non modicam humanitatem nobis*. Ii Melitenses tempore Pauli & lingua, & moribus erant Barbari. Unde laudabiliores, quòd tam humanos se præstiterint erga Paulum, & naufragos.

2. Secundum, quòd *apud eas 276. navigationis, & naufragii sui socios baptizarit*[a]. Miliari uno a portu, *la Cala di S. Paulo* nunc appellato (in quo exscendens Paulus, primam terram pede calcavit, exinde fons perennis, & salubris aquæ emanavit;) etiamnum visuntur variæ ruinæ antiquarum fabricarum, in quibus extat sacellum, indigenarum nomine S. Jo. Baptistæ Thelcheres; idest inter ruinas: ubi S. Paulum 279. jam dictos baptizasse communis plurium vicinorum pagorum traditio est. Hujus rei indicium est, quòd ante paucos annos cùm sacellum hoc instauraretur, sub terra inventus sit fons baptismalis è duro lapide. Juxta sacellum extant anguli & parietes longi, magnique affabrè incisi & elaborati, ubi putatur fuisse villa, & domus S. Publii.

a Ex Chrysost.

3. Tertium, quod *S. Paulus Melitæ commoratus sit per tres menses*[b]. Tradunt enim cum S. Paulo, Lucam, Aristarchum, Trophinum, aliosque socios habitasse in Crypta quadam suburbana Civitatis Veteris, quam proinde in magna habent veneratione, adeò ut juxta eam ædificarint Ecclesiam, quæ per multa sæcula fuit matrix, & Episcopalis totius Insulæ. In cujus suburbio, quod Raabathum Arabica appellatione dicunt, spelunca ostenditur cum duobus altaribus; sed opera, & pietate M. Mag. Alophi de Wignacourt (licèt sui juris fuisse Episcopus Callares frustra contenderet) præclaris ædificiis, jugi quatuor sacellanorum ordinis S. Joan. obsequio, atque insignibus ejusdem Apostoli reliquiis nobilitata, collustrataque est maxime. In ea Paulus cum cæteris vinctis dicitur hospitatus. Terra, vel potius petra hujus speluncæ magna religione ab indigenis, & advenis excavatur, & effertur, valetque contra venena, & serpentes: ex ea anno 1610. ego, dum ibi agerem ut delegatus Apostol. quasi rarum & insigne donum attuli Panormum. Circa cryptam est cœmeterium ingens, in quo non soli Melitenses, sed & permulti exteri nobiles devotionis caussa sepeliri, eoque se deportari testamento demandarunt, præsertim quia ibi se sepeliri curantibus olim data fuit Indulgentia plenaria; qualis est Romæ sepulchro in Composancto: quo circa in eodem perplura visuntur sacella. In hoc cœmeterio locus est distans à crypta jactu sagittæ, in quo fama est prædicasse S. Paulum; ad cujus rei memoriam in eodem erexerunt *Crucem lapideam*.

b Act. Apost. c. 28. vers. 11.

Antiqua ecclesia episcopalis quæ? S. Pauli specus.

In S. Pauli cœmeterio Indulgent. plenaria;

S. Pauli prædicationis locus. S. Pauli terra contra venena.

4. Quartum, quod Melitæ scorpiones & serpentes tam nati, quam eo illati ponant venenum: imo terra Melitensis sanat morsus quoslibet venenosos, etiam canum rabidorum, si in potu sumatur, aut plagæ imponatur; nec id tantum in hominibus, sed etiam in bestiis; adeo ut nonnulli Medici Siculi eam præferant terræ sigillatæ. Valet etenim non tantum contra venena, sed etiam contra febres malignas, dysenteriam, variolos, quin & toxica, præsertim è sublimato, vel casu, vel sponte hausta; cujus rei illustria exempla & miracula sunt clara. Porro immunitatem hanc à venenis aliqui[c] volunt esse naturalem, uti naturalem esse Hiberniæ tradit Beda lib. 1. hist. Angl. cap. 1. & Sardiniæ tradit Solinus Polyb. c. 35. sed errant, nam in Act. apost. cap. 28. vers. 6. habetur: *At illi* Incolæ Melitæ *existimabant eum* Paulum *in tumorem convertendum, & subito casurum, & mori. Diu autem illis expectantibus & videntibus nihil mali in eo fieri, convertentes se, dicebant eum esse Deum*: ergo ante S. Paulum Melita obnoxia erat: Paulo hanc immunitatem debet, & ultro acceptam refert. Idipsum quoque anno sal. 1566. accidisse cuidam nautæ narrat Jacobus Bosius in hist. p. 3. lib. 37.; quod cum vipera immanis è tabulis ligneis in Melitam navi vectis processisset, invasit nautam; ut vero viderunt socii, existimabant illico eum casurum, & mori. At Melitenses accepta terra patria & nautam, & serpentem aspersere: nauta incolumis, serpens mox crepuit medius.

c Fazell. dec. 1. lib. 1 c. 1. Baron. Genebrar. & alii.

5. Quintum, quod S. Paulus sæpe Melitam ab incursu hostium tutatus sit. Ut alia taceam, sub annum Dom. 1470. cum Mauri classe octodecim millium militum eam invaderent, jamque tormenta disponerent ad quatiendam urbem veterem (Notabilem dictam) tertio die apparuit S. Paulus veste stellata, quali depictus visitur in Eccl. Cathedrali, ac vibrans gladium equo insidens, stipatus innumera multitudine visus est invadere Turcarum agmina: cumq; in eum Turcæ multas conjicerent sagittas, omnes in ipsosmet retortæ, & repercussæ resilierunt, eosq; vulneraverunt & perdiderunt. Visi pariter fuere duo alii Insulæ tutelares, S. Georgius, & S. Agatha, quam fama est ibidem persecutionem Siculam fugientem latitasse, ac celebre illum velum Ætnæ incendia compescens contexuisse, idque instar Penolopes ea arte, ut quæ per diem texuerat, noctu retexeret; eo quod matri urgenti eam ad nuptias, eas detrectans responderet; sibi prius velum hoc pertexendum esse. Quocirca S. Agathæ marmoream statuam tunc in muro collocarunt; sed facie à Turcis aversa, & ad urbem conversa: verum illa suapte vi faciem ad Turcas convertit tanto fragore, quantus est bombardarum majorum, adeo ut eodem perculsi Turcæ solverint obsidionem, seque in fugam

S. Paulus suam Insulam Melitam tutatur.

S. Agatha V. & M. apud Melitenses aliquando, & ejus miraculum.

Anno Christi 59.

fugam dederint. Hæc sum mutuatus ex Cornelio à Lapide in comm. ad act. Ap. in cap. 28. ver. 1. nu. 5. qui fatetur accepisse à P. Cajetano, & aliis.

S. Luca Evang. apud Melitam tres menses.

6. Sextum, quod Melitæ tres extent B. Virginis imagines depictæ à S. Luca, qui, ut ante dixi, comes S. Pauli, cum eo in ea hyemavit, habitavitque per tres menses. Quocirca illas per tres primarias Insulæ regiones, scil. *in Cathedrali Ecclesia*, 2. *in antiquissima æde D. Mariæ là Millexha* dicta, à Gaulo, seu Gozo ad 3. m. p. & 3. in *S. Mariæ Damaschi* Græcorum hodie in Civitate Valletta juxta palatium dispertitas magna colunt veneratione.

7. Septimum, quod Lucas sequitur ibid. vers. 7. *Contigit autem patrem Publii*, nempe principis Insulæ, post Episcopi, *febribus, & dysenteria vexatum jacere. Ad quem Paulus intravit: & cum orasset, & imposuisset ei manus salvavit eum. Quo*[a] *facto, & omnes, qui in Insula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur*. Tanti est sanctos hospitio recipere, eis benefacere, eos præsentes habere, eos colere, & invocare. Hoc enim beneficio divino S. Paulus hospitales Barbaros, eorumque humanitatem remuneratus est, ut non solum natales viperas veneno exutas humanas in seipsos haberent; quin & glebas suas quasi antidota contra venena possiderent, sed etiam sanavit per miraculum utique patrem Publii; quia is erat infidelis, ut eum hoc tanto miraculo & beneficio converteret ad Christum. Ita & quicunque socii navigationis D. Pauli fuerant, non modo à corporum naufragio, sed & animarum infidelitate eripiuntur[b]. *Qui etiam multis honoribus nos honoraverunt, & navigantibus imposuerunt quæ necessaria erant*. Non tantum reverentiam, & honoris signa exhibendo, sed & alimenta, nummosque subministrando. Et licet Lucas, cum sit natione Græcus, appellet eos Barbaros[c], non animo quidem; quia non modicam humanitatem illis præstabant, sed idiomate potius, quo tametsi Christiani sint, Saracenico adhuc promiscue utuntur; id aut nihil, aut quam minimum à Punico, Carthaginiensium veteri differt.

a Vers. 9.

b Ex Joan. Chrys.

c Vers. 2.

Melitensium idioma primi cum Carthag.

Melita prima sacra domus hosp. pauperum Christi.

8. Octavum, quod Melita promeretur in toto Christiani nominis orbe primam fuisse Pauperum Jesu Christi, Pauli scilicet, sociorumque naufragatorum sacram domum hospitalem, & custodiam, ejusque principem Publium virum pium, primum eorum Hospitalarium, & Custodem. Hinc D. Paulus, ut hæreditario jure sua Melitensis Insula succederet in primævam sacram hospitalitatem à Deo impetravit, Carolo Imper. V. nostro Siculo Rege anno 1530.[d] concedente, in ea Conventum, & sacram hospitalem domum fundari. Merito ergo Princeps illius hoc decoratur titulo: *N. Dei gratia sacra domus hospitalis S. Joannis Hierosol. & militaris ordinis S. Sepulchri dominici Magister humilis, pauperumque Jesu Christi Custos*.

d Ex Bosio in hist. Relig.

Ex histor. Melitæ Bosii p. 3. lib. 5. fol. 24.

Melit. ea cum Sicilia ex aggregatione.

9. Nonum, quod in grati animi significationem non solum erga Melitam, sed & erga Siciliam, cui ea subjacet, semperque privilegiis, dominatu, & nomine fuit aggregata, profuisse videtur Paulus. Quocirca tota Melita S. Paulo consecrata, jure S. Pauli Insula tutelaris vocari queat: illa enim sæpe peste, fame, bello liberat. Tot etiam beneficiis & favoribus gratulatur & vicina Sicilia: addit sane Lucas, vers. 12.: *cum venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo. Inde circumlegentes devenimus Rhegium*. Syracusis a Marciano Episcopo incredibili lætitia exceptum, & Christianorum omnium ejus ecclesiæ studiis, officiisque recreatum, atque tres illos dies in eodem cum Marciano hospitio commoratum; ea in spelunca, quam ille pulsis dæmonibus Christo consecraverat, D. Paulum sacris operatum esse, Syracusanam Ecclesiam primitias occidentis Deo obtulisse, multosque ad Christum convertisse, eamque ecclesiam aspectu, & colloquiis recreasse, atque in Dei amorem incendisse diximus satis[e]. Certe quidem procul Syracusis fere 8. p. m. in agro, cui Solarino nomen, Ecclesia est D. Pauli Apost. titulo insignita, & sane antiqua est architectura: in qua puteus visitur, cujus aqua hausta, ablutisque ægrotis invocatione Pauli Apost. multa in dies miracula patrantur. Apud Syracusanos vetus traditio est, D. Paulum, cum in civitatem venit, eum in locum excurrisse. Sed antequam Syracusas appulisset, Pachyni Promontorii oram legisse necesse fuit ex naturali artis maritimæ peritia; ut monumenta ab Apostol. ibidem relicta recensentur. Navigationem (inquit Cajetanus Isag. c. 21.) ex Insula Melita Syracusas lentam fuisse non desunt, qui probent. In oram Netinam cis Pachynum descendisse existimamus, & vicina loca collustrasse. Vetus quidem est traditio apud nostros concives Netinos, Paulum in eam oram pervenisse: quo in loco juxta fluvium Elorum, dicto Ciarrame juris hodie patrum Societatis Jesu Neti, ædificata est à posteris Ecclesia D. Paulo dicata, cujus imaginem in icone pervetusta adinstar Apostoli prædicantis, crucifixum præ manibus gestantis, audientibus hominibus Saracenica veste indutis depictam hisce meis aspexi oculis. Hæc Ecclesia adhuc manet in adventus ejus memoriam, neque ab ea procul puteus est in veneratione summa habitus, cujus aquam qui biberint, ut ego bibi, vel laverint se, variis è morbis eripiuntur, maximeque valet adversum vulnera, morsusque noxios bestiarum: in eo sane tractu antiquæ habitationis vestigia reperiuntur, forte ævo illo oppidum ibi fuit nuncupatum Cerame, unde originem traxit Theophanes[f] cognomento Cerameus Archiepisc. Tauromen. quod Apostolus pro charitate sua invisit. Eodem in Netino agro, cui nomen Belliscalis, alter puteus est, ad quem ejusdem Apostol. virtute & gratia multa miracula obtinentur, de Pauli ab urbe Syracus. ad Rhegynam navigatione lege lib. nostrum I. de Notit. 2. Ecclesiæ Messanensis, hæc satis.

e Lib. 3. notit. 2. Syrac. Ecclesiæ sæc. 1.

Mirabella li. 1. fol. 161. Cajet. I. sag. c. 21.

D. Paulus apud agrum Netinum.

f In lib. nostro 2. not. 1.

MILEVITANUM[g] Concilium *in Numidia contra Pelagium, tempore Innocentii PP. primi an. dom. 402. probatum ab eodem Innoc. sub Archadio & Honorio Augustis, v. Coss. 6. Kal. sept. in Civitate Milevitana, in secretario Basilicæ, cum Aurelius Episcopus Carthagin. in concilio univer. consedisset*. De Concilio Milevitano ait Laurentius

g Tom. I. concil. gen. mihi fol. 804.

402.

Anno Christi. 402.

a Ibidem.

tius[a] Surius; *Plerique omnes viri docti arbitrantur celebratum in Civitate Melita, quam vulgo Maltam dicunt, & in ejusdem nominis sita, ab invictissimo Imper. Carolo V. post expugnatam à Turcicis armis Rhodum, militibus S. Joannis tradita*. In nostra ergo Melita hoc Concilium celebratum fuisse rentur & Abbas Maurolycus in typographia SS. MM. f. 107. & F. Jo. Quintin Capell. nationis Galliæ ord. Hierof. V. I. D. Lector Parisiensis in descript. Melitæ asserentes; quod *olim Melita appellabatur Insula Melivitana, & Curia Romana istius Episcopum vocat Melivitanum*. Idem affirmat F. Paulus de Rosso ejusdem ordinis super statutis relig. & descrip. Melitæ fol. 408., addens Antistitem in eo concilio Melitensem dici *Sylvanum*. Melitenses quoque ex antiqua traditione ad nostra usque tempora testantur: *templum S. Mariæ de Mellexha à Gozo ad 3. m. p. consecratum fuisse à D. Augustino, aliisque patribus Milevitani Concilii*. Attamen Cæsar Baronius vir eruditissimus in annotationibus Martyrol. Rom. sub die 4. Junii loquens de S. Optato: *De Milevio*, ait, *cujus Optatus erat Episcopus, frequens est mentio in Conciliis Africanis & Epistolis S. Augustini*[b]. *Ibi celebratum est Concilium Milevitanum dictum, quod inconsulte nimis dixit aliquis celebratum in Insula Melita: ejus enim Synodica ad Innoc. PP. litteraque Augustini, & aliorum ad eumdem Pont. & alia ad Hilarium scripta, illud Milevii in Numidia actum esse luce clarius manifestant*. Non secus habet Pamelius in suis annot. super lib. V. Cypriani de Conc. Carthag. num. 38. Item Albertus Miræus Not. Episc. lib. 5. fol. 365. *Milevis*, inquit, *seu Millevum, Antonio Milleum, Mela, Episcopatum olim Ecclesia Africa, Concilio Milevitano ibi celebrato clara, cui. S. Augustinus Hypponensis, Aurelius Carthaginensis, & Sylvanus Episcopi interfuere. Errant autem qui dictam Africa urbem cum insula Melita, aut Melitana Armenia metropoli confundunt. Inter Milevitanos Episcopos emines S. Optatus, cujus extant libri de schismate Donatistarum contra Parmenianum*. His quasi verbis loquitur Franciscus Balduinus jurisconf. in suis comment. super script. S. Optati: *Itaque errant vehemente qui & nostrum hunc Operatum cum illis superioribus, aut Milevium seu Milevitanam ejus civitatem, vel cum Melitena Armenia metropoli, in qua celebrata Synodi meminit Sozomenus Historicus lib. IV. c. 24. vel cum Melita Insula confundunt, ut quidam magni etiam nominis, & eruditi viri existimaverunt*. Irridet etiam hos fautores nostræ Melitæ Jacobus Bosius in sua hist. Relig. Hierof. p. 3. lib. V. fol. 92.

b D. Aug. ep. 34. ad Paulinum, & ep. 209. ad Eusebium.

451.

ACACIUS *Melitenus*, seu *Melitena*, & *Melitinorum Episcopus* subscribitur in act. 1. & 6. Concilii Chalcedonensis[c] sub Leone I. pontifice anno 451. & in act. 3. ejusdem Concil. in condemnatione Dioscori Archiepiscopi Antiocheni. CONSTANTINUM *Episcopum Metropolitam Melitena Civitatis* invenio, ita in Concil. Ephesino, cui Cyrillus Alexandrinus nomine Romani pontificis præerat. Sed Constantinum facile crediderim Antistitem fuisse Melitanæ Armeniæ; quòd Metropolita dicitur.

c In Concil. gener. antiquis.

501.

CONSTANTINUS alter *Melitensis Episco-* A *pus* sub, pp. Symmacho anno 501. inter patres Concilii V. Romani connumeratur[d]. Hunc nostrum esse certum est.

Anno Christi. 501.

d Ibidem.

592.

LUCILLO scribit D. Gregorius ep. 30. lib. II. indict. x. *Episcopo de Mellita; Officii nostri decet valde propositum, subjectis magnopere suadere, ut rebus debeant servare fidem in placitis; nec dum inconsiderate lucrandi rapiantur studio; pacificam vertant conventionem in jurgium. Pervenit itaque ad nos, fraternitatis tua clericos terras Africana tenentes Ecclesia, quod pensionem earundem* B *possessionum dare contemnant. Quod si verum est, & ad fraternitatis tua hac sunt perlata notitiam, tua in hoc desidia eorum culpa nutrita est. Ob quam rem scriptis de præsentibus admonemus, quatenus ad persolvendam pensionem nulla mora, nullaque excusatione eosdem clericos uti permittas*. Nec silentio prætereundum censui, ex hac Gregoriana epistola facile intelligi id, quod in Notit. Panorm. ad annum 590. nu. 3. dixi: Melitam Insulam tunc *Africa* partem fuisse, & adhuc *Africanum* idioma retinere, C cujus Antistes Panormitano suffragatur, & per hæc tempora Victor præsul urbis Panorm. Primas Africæ erat. De eodem Lucillo Episcopo idem D. Gregorius Epistolam 63. lib. VII. indict. 2. transmisit *Joanni Episcopo Syracusano. Qua*, ait, *adversus Lucillum Melita Civitatis Episcopum querela commota sit, ex epistolarum vestrarum, & gestorum, qua ad nos direxistis, pagina declaratum est: & ideo quia tanti facinoris ultio nulla debet dilatione differri, fraternitas vestra tres, vel quatuor de fratribus, & consacer-* D *dotibus sibi nostris adhibeat, ut ipsis quoque præsentibus prædicta, & satisfacta veritate prædictum Lucillum de Episcopatus ordine, quem hujuscemodi sceleris contagio maculavit, studeat sine ambiguitate deponere. Cura præterea sit vobis Clerum, & populum Melita Civitatis hortari; ut quia sine proprio pastore esse non poterunt, ordinandum sibi eligant Deo propitio sacerdotem &c.* Duo duxi notanda: alterum olim *gesta scribere* dicebatur id, quod informationes capere modo dicimus. Alterum *ab ordine Episcopali de-* E *ponebatur coram tribus, vel quatuor Episcopis*. Ii esse poterant Leo Catanensis, Secundinus Tauromenitanus, Lucidus Leontinus, & Messanensis, qui in partibus Syracusanis suas regebant ecclesias. Horum meminit idem Gregorius ep. 22. lib. 11. ind. 6.

Melita pars Africæ.

598.

599.

TRAJANUS *Monachus ordinis S. Benedicti* ex cœnobio[e] S. Lucæ Syracusarum sufficitur Lucillo, uti ex epistola 1. lib. VIII. indict. 1. D. Gregorii constat. *Romano Defensori Sicilia. Nihil proficit sacerdotum culpas ulcisci, & commissa di-* F *gna dejectione crimina vindicare si eis, qui convincente facinore deponuntur, amissio honoris solatium, & casus sui capit esse compendium. Questus itaque nobis est frater, & Coepiscopus noster Trajanus: Lucillum quondam Insula Melitensis Episcopum flagitii sui iniquitate perterritum, non solum res Ecclesia, cujus non rector, sed inimicus potius extitit, abstulisse; verum etiam plurima cum eidem Ecclesia competentia de præteritis retinere. Præterea petiit nobis suprascriptus Trajanus frater noster, ut de monasterio suo, quod in* Civita-

e Vide in not. ibi.

Anno Christi. 603.

Civitate Syracusana situm est [a], *ei quatuor, vel quinque dari monachi debuissent: quod pro ejus solatio, nequaquam existimavimus denegandum*, &c. Eumdem Trajanum anno 603. in epist. 22. lib. XI. indict. 6. inter præsules Siculos connumerat Gregorius, scribens *Leoni*, *Secundino*, *Joanni*, *Dono*, *Lucido*, *& TRAJANO* Episcopis Siciliæ. Ecce quod Melita Insula Sicilia dicitur. Haud dicendum est, quod omnes ii recensiti præsules Siculam simul indistinctè gubernassent ecclesiam, sed unusquisque suæ præerat ecclesiæ, Leo scilicet Catanensi, Secundinus Tauromenitanæ, Joannes Syracusanæ, Donus.... Lucidus Leontinæ, & Trajanus Melitensi. Hac de re disputavimus adversus Albertum Piccolum Messanensem in not. 2. lib. I. initio ✠ 4. & ad an. 594.

[a] S. Lucia.

868. MANAS *Episcopus Melitensis* in act. 1 & 4. synodi 8. Constantinopolitanæ an. sal. 868. coactæ subscribitur. Hunc fuisse ante totius Siciliæ, &
874. Melitæ excidium anno circiter 874. ultimum Melitensem Antistitem conjectari jure possumus. Per id enim temporis, cum Sophronius Episcopus, vel ut alii ex græco, Archiepiscopus Syracusanus vinctus ad Regiam Panormum à Saracenis ductus fuisset, & mandato Amiræ Regis eorum obscurissimo, fætidoque carceri manciparetur; habes in epistola Theodosii monachi ad Leonem [a]: *Erat etiam ibi Sanctissimus EPISCOPUS MELITÆ utrisque pedibus ligatus. Hi duo Pontifices Syracusanus scilicet & Melitensis sancto osculo osculati invicem, cum aliquantum flerent hujusmodi infortunium, Domino gratias egerunt &c.* Manas anno 868. Concilio interfuit Constant. Quandiu verò Panormitano ergastulo astrictus fuerit, non constat; invenitur tamen in eo à Sophronio anno 874. Ergo spatio sex annorum id
874. accidisse dicendum, huncque Manam fuisse credendum est. Et ab eo anno (per annos 215.) ad annum 1089. Melitensium Præsulum series intermitti cæpit. Porrò Rogerius I. Comes totius Siciliæ jam Monarcha, ulterioris imperii studio [b] ad Melitam Insulam, quæ adhuc Saracenis parebat, diripiendam se parat. Proinde ingenti in portu Riscalumbro ædificata classe, eamque militibus, & omni commeatu probè refecta, sub Jordano filio administratione, imperioque relictis, MELITAM navigavit, milites in terram ad portum paucis obsistentibus (erant enim ibi plures Saraceni è Sicilia) quos continuò fugavit, exponit, & postridie urbem ipsam, quæ in medio sita est, adeptus & totam Insulam à Gaito Saraceno Principe, restitutis ante Christianis, quos ille captivos habebat; libertate & rerum, & religionis impetrata, in fidem quoque accepit. Capta Melita, arceque munita, Gozum Insulam eadem classe adortus, vastatis prius agris, oppidum etiam per deditionem eisdem conditionibus in potestatem redegit. Ita ergo victor Roger. in urbe Cathedr. restauravit templum, eique Præsulem præficiendum curavit.

[a] In lib. 3. not. 2.

Melita quandiu Saracenis paruit.

[b] Ex Fazel. dec. 2. lib. 7. c. 1. fol. 41. Maurolyco & aliis.

Jordanus filius comitis Rogerii post Saracenos primus vicarius Sicil. liæ.

*DIREPTIS JAM AGARENIS.

ANimadversione dignum existimavi: quod ante annum 1089. quo expulsis Agarenis, suæ subjecerat ditioni Melitam Rogerius; legimus in epist. 24. lib. IX. Papæ Gregorii VII. atque in Siculis tabulis an. sal. 1081. *Goffridum Episcopum Melitensis Ecclesiæ*, eumdemque anno 1094. Ecclesiæ [c] Pactensis erectioni, & templi S. Stephani [d] de Bosco Calabriæ consecrationi interfuisse. Hunc planè Antistitem Meliti, seu Mileti Calabriæ, non nostræ Siculæ fuisse scitote. („ Militensi Ecclesię in Calabria adscribitur ab Ughello Ital. Sac. t. 1. f. 951.)

Anno Christi. 1081.

[c] In ea not.

[d] In not. eccl. Catan.

1089. I. GUALTERIUS ergo primus ad Episcopalis Ecclesiæ nostræ Melitensis thronum est assumptus ex electione Rogerii Comitis, atque consecratione Urbani II. Apostolici Pont. cujus auctoritate, & Comitis regali munificentia Cathedrale S. Paulo Apost. sacrum templum multis prædiis, juribusque in utraque Insula existentibus ditatur, dotaturque. In Sicilia enim bona dotalia fuerunt tria feuda: *Cupedi*, *Gilippi*, *& Favara in agro Leontino*, quæ & alia olim jura fuisse Episcopi Leontini testantur cives, & nos in lib. 3. not. 2.; in Melita verò & Gozo decimæ, prædiaque, quæ possidet adhuc Episcopus. Harum concessionum diplomata (licet omnium aliarum ecclesiarum Siciliensium invenerim, & exscripserim) adhuc, temporum fortè injuriis deperdita, exacta diligentia, studio, sollicitudine usus reperire haud potui. Martinus tamen Rex in quodam suo privilegio dato anno 1399. indict. 8. apud R. Cancell. Sic. an. 1398. fol. 157. & Capibr. prælat. fol. 70., & 198. aliqua recenset. *Gualterii hujus primi Antistitis* subscriptionem habes in quodam diplomate Ducissæ Sichelgaitæ Roberti Ducis quondam uxoris scripto anno sal. 1090. indict. 13. [e]. ubi post Guidum Ducis filium, ita se subscribit: *Gualterius Melivitanus Episcopus testis*.

[e] In not. Panorm.

II. BIRALDUM Episcopum nostræ Melitæ subscriptum in privilegio Comitis Rogerii dat. anno 1095. 2. indict. concessionis quorumdam bonorum ecclesiæ Panormitanæ [f] reperies. 1095.

[f] Ibidem.

III. JOANNES Melitensem regebat ecclesiam sub pp. Callixto II. in cujus privilegii confirmatione scripti Beneventi 6. idus Jan. an. 1123. 1123. subscribitur. Id sanè privilegium à Paschali II. pont. ante concessum fuerat Religioni Hierosolymitanæ [g]: nec dubitandum nostrum, & non Melitensem Calabriæ fuisse præsulem; nam eodem anno 1123. ind. 1. *Goffridus Mileti* vivebat adhuc, & post Guillelmum III. Episcopum Messanæ in restaurationis monasterii S. Mariæ Mess. diplomate se subscripsit.

[g] In priv. & in Hierof. apud Bosium.

IV. STEPHANUS à Romano Pont. Innocentio II. præficitur ecclesiæ Melit. is anno 1140. 1140. cum cæteris Archiepiscopis, & Episcopis Siculis, & Calabris interfuit consecrationi templi sacri Regii Palatii Panor. sub invocatione S. Petri, & Pauli Apost. & in eo diplomate subscribitur [h]. Anno etiam 1157. inter reliquos præsules, & primates leges *Stephani* nomen post Rogerium Regyensem Archiepiscopum in privilegio, quo Rex Guillelmus ecclesiæ Panormitanæ dedit Broccatum [i]. Stephano successit Joannes. („ Ex Bulla Hadriani IV. dat. Beneventi 6. idus „ Julij 1154. Ecclesia Melitensis Panormitano „ Archiepiscopo suffragatur, ex Pirro in not. „ Pan.

[h] Autogr. in tab. ejusdem eccl.

[i] In notitia Pan. ad eum ann.

Anno Christi 1168. „ Pan. Eccl. an. 1154. & Abela in Melit. Illustr. A „ lib. 3. not. 1. f. 303.)

V. DE JOANNE II. sub Rege Guillelmo I. meminere Falcandus in histor. Sicula, Fazellus de reb. Sic. dec. 2. lib. 7. fol. 467. & 468. cæterique Siculi historici. Is apud Regiam Guillelmi II. curiam, à cujus fuit consiliis, magnæ existimationis semper extitit, cùm enim proceres Siculi Stephanū Cancellarium electum Archiep. Panorm. in turri campanaria nunc S. Mariæ de Cancellario obsiderent, hac lege convenerunt, ut liber ipse, Francique cum eo omnes abjurato B Siciliæ Regno, quo vellent, abirent. In hanc sententiam etiam *Joan. Episcopus Melitensis* jurejurando consensit. Mox Rex *Riccardum Syracusanum electum, Gentilem Agrigentinum Episcopum, Romualdum Salernitanū Archiepiscopum, & Joannem Melitensem Præsulem, &c. Regis, & Curiæ familiares* instituit. Idem Joannes Episcopus Maltæ anno 1171. in privilegio erectionis Monasterii Monialium S. Mariæ de Cancellario Panormi subscribitur [a]. Ann. 1212. ætate jam confectus Neti degebat, ubi una cum Adamo Episcopo Syracusano in diplomate erectionis C Monasterii S. Mariæ de Arcu se subscribit ex tabul. Netinis. Anno 1217. 25. August. pp. Honorius III. perscripsit nostro Antistiti, ac Monteregalensi, & Capuano Archiepiscopis, ut B. Episcopo Syracusano absolutionis beneficium nomine pontificio impenderent [b].

a Autogr. in Monast. 1212.

1217.

b Autogr. in tab. Monteregal. ex Lelle 1. f. 49.

Melita sub Comitatus titulo.

Melita per hæc tempora titulo Comitatus familiæ Brundusii parebat: anno sanè 1193. Marganitus, seu Martinus de Brundusio Siciliæ magnus Amiratus, ac Melitæ Comes legitur in tabulis Monasterii Archimandritatus Messanæ decedenti Margarito sub Henrico Imperat. successit in comitatu Guillelmus Grossus Regni Amiratus, tempore Friderici II. post obitum Guillelmi fit hæres ejus gener Henricus... jure uxoris, anno 1265. constituitur Comes Nicolaus Henrici filius, ut latius in tabulis Eccl. Syracusanæ est legere. D

1253.

VI. ROGERIUS *de Cefaludo Doctor*, unus ex clericis Regiæ Capellæ S. Petri de Palatio Panormit. post cujus obitum in beneficio capellæ sufficitur quidam Dominicus an. 1253. 8. Maii 11. indict. ex tabulis ejusdem Ecclesiæ, in quibus fit mentio fuisse Episc. Melitæ.

(„ JACOBUS DE MILETO Ord. Prædicatorum Melitensi Ecclesiæ præficitur ab Alexandro IV. è Sebastensi Ecclesia translatus 27 „ Maii 1259. ex bulla in Archivio Cœnobii S. „ Dominici Neapoli, Fontana in Theatr. Dom. „ par. 1. cap. 5. tit. 384. fol. 235. & tit. 539. f. „ 292. quem sequitur Jo: Mich. de Cavaleriis in „ lib. Galleria Domin. tom. 1. Chronol. cent. „ 1. fol. 23.)

VII. N. & N. *Præsules Melitenses* agebant ab anno 1266. ad annum 1284. dum Melita Carolo Andegavensi electo Siciliæ Regi parebat. Tunc Petrus Aragonius Siciliæ Rex contra Melitam Manfredum Lanceam misit. Is dura obsidione eam statim opprimere cæpit, & post maritimum bellum (quod Fazellus in dec. 2. lib. 8. refert) cum Gallis, Melitenses eidem Manfredo præfecto nomine Regis Petri se dedere.

Anno Christi 1270.

(„ ANDREAS BANCHARINUS Ord. Prædicatorum præfuit Ecclesiæ Melitensi circa „ annum 1270. ex Fontana cit. par. 1. cap. 5. lit. „ 384. & de Cavaleriis cit. f. 31.)

IX. NICOLAUS anno 1320. præsulatum inibat Melitensem, quo tempore apud Leontinium agens, ibidem dato diplom. 15. Febr. indict. 4. permissu Episcopi Syracusani, concessit quadraginta dies indulgentiæ iis, qui manus (ut vocant) adjutrices porrigerent cœnobio reædificando S. Mariæ Monialium Syracusanarum ordinis S. Benedicti, & iterum an. 1322. 4. Octob. ind. 6. scripto privilegio in Casali Fabariæ Melevitanæ Diœcesis eamdem prorogavit indulgentiam [f]. Per id tempus circiter Joannes Infans Friderici II. Regis, Dux Athenarum, & Neopatriæ, Marchio Randacii, atque *Melitæ erat Comes*.

f In tabul. Monasterii S. Mariæ Syrac.

1330.

X. ALDUINUS in præsulatu Melitæ sufficitur. Eo obeunte,

1334.

XI. F. HENRICUS *à Cephaludo ord. Minorum Siculus* à pp. Jo: XXII. præficitur: ex Apost. litt. scriptis Avinione 4. idus Jan. an. pont. 18. sal. 1334. quas integras leges apud P. Lucam Waddingum de Annalib. Minor. lib. 3. fol. 226. („ 410. & 475. & *in regest. f.* 236. Nobili genere „ exortus, doctrina, & vitæ integritate cla„ ruit. Siculæ Provinciæ præfuit anno 1328. „ Episcopus Melitensis electus an. 1334. Seduli „ Pastoris partes explevit. Melitæ decessit an. „ 1341. & in Cathedrali ecclesia conditus est: „ ex Philippo Cagliola in manif. Prov. Sic. Ord. „ Min. expl. 6. manif. 14. f. 185.)

1342.

XII. F. NICOLAUS II. *Boneti Ordin.* etiam *Minorum* ad hanc sedem assumitur à pp. Clemente VI. per bullas 5. Kal. Decemb. id quoque habes apud eundem Wadd. anno 1342. num. 4. fol. 435. & in reg. fol. 276. fuit noster Nicolaus S. T. M. doctiss. anno 1338. fuerat legatus sedis Apost. ad Tartaros, simul ac Jo: de Florentia, & Gregorio de Ungaria etiam Minor. ex litt. pp. Benedicti XII. datis Avinione 2. Kal. Novemb. anno 4. [d]. Eo præsule, anno 1346. die 9. Febr. Joannes Comes Melitæ, per tabulas testamentis, hujus Comitatus, atque Ducatus, & Marchionatus heredem instituis filium Fridericum. E Ei Cataniæ decedenti successit Joannes secundogenitus Regis Petri II. ac Ludovici, & Friderici III. Frater [e]. Post cujus obitum florenti ætate anno 1352. [f] Angelum de Cazolis Comitem Melitæ invenio constitutum ab Aloysio, & Joanna Regibus, ac Vicarium in urbe Messana. Inde Regio unitur Imperio Melita. („ Nicolaum Bonetum nonnulli Messanensem fuisse „ volunt. Multa doctissimè scripsit. Obiit Melitæ an. 1360. Consule Cagliolam cit. f. 186. F & nostram Biblioth. *Sic. to. 2. f.* 87.)

d Ex Wadd. eo an. n. 10. 1346.

e Ex tab. Jacobi Bonemp. Juliani Sic. scripto. anno 1352. 3. Decemb. ind. 6. f Lege not. Mes. ad eum ann.

1361.

XIII. F. HILARIUS *Conradus Ordin.* erat Episcopus 1361. Quando ab Rege Friderico III. litteras exoravit, quod sibi brachium sæculare impenderetur ab Administris Melitensibus Regis ad Clericos sibi subditos inobedientes comprimendos, puniendosque lib. prot. eo an. fol. 60. 91. 207. De Hilarii obitu die 2. Aug. 1372. anno verò Regni Frid. 17. Meminerunt tabulæ Nicolai Cardarii Judicis Melitensis. Tunc constitu-

Anno Christi 1372.

stitutus est Vicarius, & œconomus Bartholomæus Isac ejusdem Eccl. Melitens. cantor, cui Rex, datis litt. Catanæ 20. Augusti 13. indict. 1372. in R. Canc. lib. anni 340. fol. 72. demandavit, canonicis instantibus, quòd bona spolii demortui Episcopi tum in Melita, & Gozo, tum in Sicilia pro capitulo canonicorum exigerentur. Tunc ab eodem capitulo expostulatur, & eligitur F. Nicolaus de Papalla *Panorm. ordinis Minorum* à sacris, confessionibus, & eleemosynis Regis Frederici III. sed cum non confirmavit Gregorius XI. Pontifex, cui, atque Cardinali A. Tusculano perscripsit Rex, quod saltem vacanti Ecclesiæ Catanensi, vel Syracusanæ in Sicilia, præficeretur: transmissis Catana litteris 21. Aprilis 12. ind. 1373. In reg. Cancel. lib. anni 1371. fol. 168.

1373.

XIV. F. ANTONIUM („ *De Vulponò, Catanensem Ordin. S. Benedicti* Canonici Juris Doctorem, & Archidiaconum Ecclesiæ Catanensis, ex Joann. Bapt. de Grossis in dec. Catan. tom. 1. cord. 2. mod. 3. fol. 70. & tom. 2. cord. 9. mod. 7. fol. 143.) ab Gregorio XI. pp. solemni ritu Romæ consecratum, die 20. Octobris Melitam appulisse tradunt tabulæ Melitenses. Sub Antonio præsule, anno 1376. Melita, & Gaudisium insulæ à Rege Friderico III. conceduntur Guidoni de Vigintimiliis Regio vexillario, tunc Capitaneo, & Castellano Drepani, fratri Francisci de Vigintimiliis Comitis Golisani: ex litt. apud Cephaludem 29. Decemb. 14. indict. eodem anno in lib. Cancell. anni 1360. & 1366. fol. 350. & 352. („ Eo Præsule celebratum est Panormi Concilium Provinciale à Ludovico Bonito Arch. Panormitano ann. 1388. Cui interfuere Mattheus Fugardus Episcop. Agrigentinus, Franciscus de Regno Episcop. Mazariensis, & Ludovicus de Judice Vicarius Episcopis Melitensis. Hujus Concilii exemplar extat apud me.) Antonius dum Catanæ, ubi degere solebant Episcopi Melitenses ob Saracenorum frequentes incursiones, ageret [a] apud curiam Regis Martini obiit an. 1392. mense Novembri; tunc Rex datis ibidem litt. 2. Decembris primæ indict. [b] de consensu F. Simonis de Puteo Episcopi Catanensis, & Sedis Apostolicæ in Sicilia Nuntii, constituit Collectorem omnium jurium Episcopalium Sedis Vacantis tam in Insulis Melitæ, & Gaudisii, quam in agro Catanensi, & Leontino Siciliæ Paulum Navam Cantorem Ecclesiæ Melitensis.

1376.

a L. Prot. an. 1392. f. 186.

b Ibid. anno 1392. f. 186.

1392. mense Junio.

XV. Fr. NICOLAUS III. *de Papalla ordinis Minorum S. Francisci à Panormo* primùm Rector domus hospitalis S. Francisci in insula Milevitana de jurepatronat. regis ex R. Canc. an. 1347. fol. 197. anno 1369. præfectus cœnobii S. Francisci Messanæ ibid. an. 1369. fol. 95. Item & Regis Friderici III. eleemosynarius, atque sacellanus ex Reg. Canc. an. 1360. & 1366. fol. 10. 350. & 352. & ann. 1397. Locumtenens magistri capellani regii ibid. eo an. fol. 70. Reginæ Mariæ Friderici filiæ confessarius, ac major Capellanus; deinde post obitum Fratris Antonii à Canonicorum Melitensium Capitulo deligitur antistes, & donec auctoritate pontificia non fuisset confirmatus, à Rege administrator illius ecclesiæ constitutus est cum proventuum perceptione: datis litteris 4. Junii. 1392. præcipiturque capitaneo Leontinii per litt. Catanæ 21. April. quod redditus, & jura ecclesiæ Melitæ Nicolao tradantur ex reg. Canc. lib. an. 1392. fol. 252. Ad rem hanc transmissus fuit F. Stephanus de Angelo ordinis quoque Franciscani ex prot. eo an. fol. 24. Anno sequenti 7. Januarii primæ ind. demandavit Rex presbytero Paulo de Navi collectori proventuum ecclesiæ hujus: quod solvat pecuniam, quam Nicolaus promiserat in singulis mensibus daturus aliquibus Bellicariis ex cancel. an. 1293. f. 291. eodem anno decessit. („ De Nicolao Papalla Cagliola cit. fol. 286. & Abella in Melita Illust. lib. 3. fol. 301.) cui

Anno Christi 1392.

XVI. FR. JOANNES III. *de Pino Ordinis Minorum genere Catalanus* sufficitur: ut ex hoc diplomate patet. *Rex* [c], *& Regina &c. Universis, & singulis canonicis ecclesiæ Milevitanæ in Civitate Syracusæ, & terra Leontini morantibus, familiaribus, & fidelibus nostris gratiam nostram, & bonam voluntatem. Quia ob mortem quondam fratris Nicolai de Panormo alias Papalla Electi, & Pastoris Ecclesiæ Milevitanæ, oportuit de nostro mandato, & expressa voluntate omnes canonicos in Civitate Cathania morantes eligere venerabilem Fratrem Ioannem de Pino Cathalanum, cappellà dom. Regis Magistrum Capellanum, in Episcopum, & pastorem ecclesiæ præfatæ, quam elegerunt, & creaverunt in Episcopum, & pastorem: in qua electione oportet omnimode vos interesse, & vestrum assensum præstare, Quapropter fidelitati vestræ mandamus; quatenus visis præsentibus omni mora postposita in continenti apud Civitatem Cathaniæ venire debeatis ad præsentiam Majestatum nostrarum, & coram publico notario jam in talibus per nos ordinato, assensum vestrum tribuatis. Dat. Cathaniæ 24. Iulii primæ ind.* 1393. & ex aliis Reg. litteris 23. Novembris ejusdem indict. Prot. eo an. fol. 12. Perscribitur Canonicis, ut *omnino contradictione quacumque cessante in præsulatus possessionem immitteretur Joannes*. Iste in cunctis ferè sacris muneribus scil. confessarii, Capellani majoris Regis [d] atque Custodis (ut vocabant) Rotellæ rubeæ, quibus fungebatur prædecessor F. Nicolaus, sufficitur à Martino. Porro signum hoc Rotellæ Rubeæ, quod deferre solebant Judæi in Siculo Regno sub Custodia alicujus præsulis, vel viri ecclesiastica dignitate præfulgentis satis declaratur in diplomate dato Catanæ 10. Aug. 1395. ind. 3. [e]. *F. Nicolaus de Panormo cognoscere debuerat de observatione Judæorum Rotellæ de panno rubeo in forma, & quantitate majoris regii sigilli, per dependentiam barba, & palmi distantiam in eorum exteriori veste semper, & ubicumque in pectore portando, in distinctionem à Christi fidelibus manifestam: & mulierum earumdem in earum veste exteriori sub pœna quindena carceris eisdem utriusque sexus inferende &c.* Anno 1395. noster Joannes ad ecclesiam Agrig. vehitur, ut in ea Not. eodem anno. („ De Joanne de Pino Cagliola cit. f. 177. & 186.) Nostra Melita ab anno 1380. sub Comitis Jaymi, seu Jacobi de Alagona ditione fuerat;

1393.

c In Canc. fol. 186.

Melit. Episc. & canon. Leont. & Syrac. degebant.

d Prot. anno 1394. f. 84.

e Ibid. lib. an. 1309. fol. 55. & in reg. Canc. l. anno 1395. fol. 142.

Judæorum Rotellæ rubeæ signum quale?

Anno Christi 1394.

rat; ad eam confirmandam Alagona anno 1391. [a] nuntium in Catalauniam transmiserat. Anno vero eodem sub titulo *Marchionatus* à Rege Martino adhuc apud Barcinonem degente conceditur Guillelmo Raymundo de Montecateno [b] in grati animi significationem, quod Reginam Mariam Regis Friderici III. filiam illi desponsandam transtulerat è Sicilia. Montecatenum hunc etiam Comitatu Augustæ, Notariç, & Magistri Justitiarii munere cohonestavit anno 1393. Tunc Artalis de Alagona gratiam Martini iniens promisit restituere oppida Jacis, ac Paternionis; Rex vero ex litteris 26. Julii primæ indict. in Canc. lib. anno 1393. fol. 89. Comitatum Melitæ restituendum scripsit. Spe restitutionis oppidorum frustratus Martinus; litteras Catanâ 1. Augusti eo anno transmisit Juratis Melitensibus: quod Artali non obediant, sed regiæ suæ ditioni insulas subjiciendas præcipit: his verbis: *Cum per nostras Majestates ob informationem indebitam, & minus citra quæ nostra scientia extiterat, de Insulis Meliveti, & Gaudisii, quæ semper ab antiquis temporibus de juribus Regii Demanii fore consueverunt, aliquibus Baronibus ad importunam supplicationem, & instantiam nonnullorum concessimus in Baroniam, & inter alia concessæ fuerunt Insulæ prædictæ Guillelmo Raymundo de Montecateno olim Comiti Augustæ, quem in Marchionem ereximus Insularum prædictarum. Idem Guillelmus Raymundus beneficiorum, gratiarum dignitatum, & officiorum nonnullorum per eum receptorum à nostris Majestatibus tamquam ingratissimus, ac immemor, calcaneum ferens contra celsitudines nostras erigendo, rebellionem commisit contra nos. Propterea volentes quæ sunt de nostro demanio ad ipsum nostrum demanium reducere, & reintegrare; considerantes integritatem, & fidem, quam Universitas dictarum Insularum Meliveti, & Gaudisii erga nostras excellentias, & dominos retroprincipes prædecessores nostras semper gesserunt. In perpetuum pro dicta nostra scientia, & deliberatione matura totius nostri Concilii de nostro demanio, & corona nostra regia facimus, eisdemque demanio, & Coronæ regiæ unimus & perpetuo aggregamus sic, quod à dicto nostro demanio ullo umquam tempore possint separari, segregari, disuniri, aut disjungi &c. Dat. Cathaniæ 27. Novemb. 6. Indict. anno dom. 1397. Aragonum an. 2. Siciliæ an. 6. Reginæ an. 21.* [c].

1397.

Cæterum redeamus ad Præsulatum Melitæ, in quem ab obitu fratris Nicolai Papallæ se intruserat nulla pontificia auctoritate, nec regio consensu accedente.

XVII. F. MAURUS *de Cali Melitensis S.T.M. ordinis Minorum*, vir sanè doctrina, & solertia præclarus. Quare Rex scriptis Catanæ litteris 24. Octobris 1398. 7. indict. in Canc. an. eod. fol. 71. ita loquitur: *Obitu fratris Nicolai Papallæ ultimi possessoris Ecclesiæ, & Episcopatus Milevitani, vel alterius cujuscumque licet Frater Maurus de Cali de facto potius, quam de jure sua propria auctoritate in possessionem dicti Episcopatus se imposuerit corporalem; postquam Venerabilis Fr. ANDREAS de PACE ordinis minorum S.T.M. fidelis, & orator noster ad reverendissimum dominum Regem Aragonum patrem nostrum in Cataloniam se contulit personaliter, Serenissimo domino Regi supplicans qualiter de Episcopatu, & ecclesia prædicta sibi faciat canonice provideri. Idem dominus Rex cum de eodem Episcopatu cuidam Catalano suo religioso de ordine S. Mariæ de Mercede, qui se intitulat Archiepiscopum Athenarum, fecisset ad sui supplicationem jam canonice provideri. Idem Catalanus in manibus domini Regis renuntiavit; & tunc eidem Fratri Andreæ contulit, &c.* Hos dictos Episcopos transmisi ego ad Pat. Lucam Waddingum, quos ipse ad eum annum affert tamquam ex tabulis Melitens.

Anno Christi. 1397.

XVIII. FR. ANDREAS *de pace Siculus Saccensis S.T.M. Francisc. Ord.* fuit aulæ Regiæ Martini sacellanus major anno 1392. 29. Maji electus ex R. Cancel. lib. an. 1391. f. 57. & lib. mona. f. 419. f. ibidem, cui ab eodem Rege plures quæstionum caussæ demandatæ sunt; sui quoque ordinis minister provincialis in Sicilia, anno 1397. 6. Maji 6. indict. in R. Canc. eo an. f. 93. una cum V.I.D. Bernardo de Caponibus transmittitur ad Aragoniæ Regem, à quo præsulatum Melitæ, à F. Mauro occupatum, obtinuit. Interim è munere provincialatus absolvitur, conferturque Fratri Joanni de Formica Messanensi etiam Franciscano; de qua re conquestus est coram Romano Pontifice Andreas, quod nondum consecratus fuisset Episcopus. Caussa hæc primum coram Francisco presbyt. Cardinali tit. S. Susannæ Monopolitano nuncupato; deinde F. Andrea appellante agitata est coram Giliforte archiepiscopo Panormitano, uti Nuntio Apostolico anno 1397. 3. Julii ex Reg. Canc. eod. an. ind. 5. fol. 1. Dum hæc agerentur, Rex Martinus ex litt. Catanæ 7. Julii 1398. 6. indict. ibid. eod. an. f. 157. præcepit Magistratui Leontino, ut bona ecclesiæ Milevitanæ asserventur. *Cum nostrum*, ait, *sit tam in spiritualibus, quam in temporalibus providere, ne ecclesiarum bona pastore destituta dilapidarentur & destruerentur; presbyt. Nicolao de Cuntia Catanensi duas pecias terrarum: unam vocatam dele Chuzu, aliam delo Parrinello sitam, & positam in territorio terræ Leontini, infra feudum Gillebi, quod est ecclesiæ Cathedralis Insulæ Meliveti cum eodem feudo limitatas, & terminatas, quæ sunt de membris ejusdem alterius ecclesiæ prædictæ, ob mortem quondam presbyteri Angeli de Maurello, olim ejusdem ecclesiæ Gubernatoris: illis modo, & forma, quibus dictus presbyter Angelus sua vita tempore ipsas tenebat, & possidebat, dederimus & concesserimus in beneficium; volumus propterea præfatum presbyterum Nicolaum in corporalem possessionem dictarum peciarum terrarum per vos officiales Leontini induci debere &c.* Anno eodem è Catalaunia in Siciliam transmeante F. Andrea: ad has deventus est pactiones cum F. Mauro; quod proventus Episcopatus, qui in Insulis Melitæ, & Gaudisii exigebantur, darentur Fratri Andreæ, qui vero in Sicilia ex agris Catanæ, & Leontinii fratri Mauro, datæ sunt litteræ Sacræ 24. Octob. 7. indict. [d] eo anno à Rege, & aliæ transmissæ secreto Leontinii 30. Octob. [e] („ De F. Andrea de Pace Cagliola cit. f. 78.) Interea Maurus

Margin notes: [a] Lib. anno 1390. Prot. fol. 115. — Melita sub tit. marchionatus. — [b] Lib. Prot. an. 1390. [illegible] — Melita sub ditione regia. — [c] Lib. Prot. an. 1396. fol. 135. — Melitensis eccl. bona recenseantur. — [d] Prot. eo an. fol. 167 — [e] ibid. fol. 92.

Anno Christi. 1398.

rus auctoritate Romani Pontificis consecratur Antistes Milevitanus, & Rex scriptis litteris 12. Octob. 7. indict. eodem anno lib. Reg. mon. f. 366. confirmat omnia ecclesiastica beneficia in ea diœcesi collata à Mauro, atque cunctas sanctiones suæ ecclesiæ utiles, quas de sui Capituli, clericorumque diœcesis consensu ipse edixerat, inter quas *Nequis beneficia Melitæ habere, vel obtinere posset, nisi sit Milevitanus, vel Melitæ continuus habitator, & ut fructus ecclesiæ quibus beneficiati gauderent, ob eorum absentiam, ecclesiæ utilitati* applicentur[a]. Maurus semper in Sicilia deguit Catanæ, vel Leontini; cui viro apprime docto, ac in utroque jure peritissimo summus pontifex, Rexque Martinus multas ecclesiasticas caussas decidendas demandavere: scilicet simul cum Bertutio de Massari ord. S. Agathæ Catanæ illam *de Canonicatu Syracusano cum prabenda S. Maria de Cava Leontini* obtenta à Thucio de Venuto [b]. Anno 1401. aliam *beneficii S. Mariæ de Terrana annexi Episcopatui S. Mariæ Bethleem* Canc. eo an. f. 134. & lib. R. mon. f. 408. Anno 1404. ex litt. regiis datis Francofonti 19. Jan. 9. indict. ibid. fol. 385. & 438. aliam *Archidiaconatus Catana inter Blascum de Medico & Fr. Nicolaum de Ranuntia*, cæterasque quamplurimas. Anno 1408. Maurus ab Innocentio VII. pp. præficitur ecclesiæ Catanensi [c]. Ob promotionem ergo ad sedem Catanensem.

Melitenses solum benef. suæ insulæ habere possunt.

a In R. Canc. f. 34. eo an. 14. Decembr.

1401.

b Prot. an. 1398. f. 64.

c In eo not. ad an. 1408.

I. Cardinalis.

1408.

XIX. CONRADUS *Caracciolus Neapolitanus presbyter Cardinalis tit. S. Chrisogoni* ab eodem Innoc. VII. creatur Episcopus Melitensis, post Catanensis, & utraque dignitate se abdicavit [d]. („*Conradus Caracciolus* ex Pirro, & Abela in Melita illust. lib. 3. f. 310. inter Episcopos „ Melitenses recensetur: at verè fuit Episcopus „ Milensis in Calabria teste Ughello Ital. Sacr. „ to. 1. f. 957.)

d Ex Platina in vita Innoc. VII.

XX. F. MICHAEL *de Letras ord. Minor.* genere *Catalaunus* filius Martini de Letras Alcaydi de Luytengo de S. Martino in Catalaunia. Iste simul cum Regibus Martino, & Maria in Siciliam venit ex Prot. lib. an. 1380. fol. 81. Michael ergo filius vitæ integritate, ac litterarum peritia celebris ob ejus merita à Rege ad præsulatum Melitæ vehitur. En diploma ex R. Canc. anno 1408. fol. 346. *Martinus &c. Præsentium serie pateat Universis, quod auctoritate Apostolica nobis concessa per bullas speciales, quod beneficia, & dignitates Ecclesiasticas in Regno Siciliæ vacantes, seu vacantia, personis idoneis, de quibus sit merito, & in quibus nostra præsertim confidit altitudo, conferre seu commendare durante schismate*, *, *valeremus. Dum Cathedralis ecclesia Milevitana per renuntiationem reverendi in Christo patris Fratris Mauri Episcopi Milevitani, & nunc per Sedem Apost. ad Catanensem Ecclesiam jam promoti, vacaret ad præsens, & vacaverit apud Sedem Apostolicam prædictam, quæ* MICHAELI *de* LETTRAS *viro utique idoneo providit de eadem, ut nobis scripsit Sanctitas prædicta, indigeatque ipsa Ecclesia Milevitana suo pastore; ipsa auctoritate ducti, idoneum eligentes, & sufficientem prædictum præfatum Michaelem de Letras in jure Canonico Bacchalarium scientia præpollentem, & honestate, aliisque moribus redimitum præficiendum duximus, ut sufficientem per Sedem Apost. electum, cui ipsam Milevitanam Ecclesiam duximus committendam, prout commendamus auctoritate Apost. donec, duce Domino, unio fiet Ecclesia Sancta Dei, aut sibi de alia ecclesia provideatur per Sedem Apost. Dat. Cathania 16. augusti prim. indict.* 1408. Hujus ecclesiæ Grasia de Lettras Episcopi frater assecutus est possessionem ex Canc. fol. 347. („ Hic Michael à Petro de luna, quem Benedictum XIII. dixerunt, „ cui adhærebat, fuit promotus: at eo abeunte „ Martinus V. ex bulla data Constantię 17. Kal. „ Aprilis 1418. Pont. an. 1. consecravit Ioannem Ximenium, quem indebite elegerat di„ ctus Benedictus. Bullam exhibet Wadingus in „ regest. to. 5. an. 1418. n. 5. in qua Eximinus „ vocatur, electus per Mortem Andreę. De eo „ etiam idem Wadingus to. 5. an. 1418. n. 35.)

* Trium pontificum Gregorii XII. Bened. XIII. & Alex. V. schismate.

Anno Christi. 1408.

1410.

XXI. FR. JOANNES IV. *Ximenius Ordinis Franciscani S. T. M.* genere *Catalaunus* Confessarius Comitis Urgellensis à quo apud Siculos agente anno 1411. Orator transmittitur Barcinonem; uti scribit Hieronymus Surita in Chronic. Aragoniæ [e]. („ F. Joannes Ximenius quem „ Eximinum vocatum invenio apud Wadin„ gum Ecclesię Melitensi pręficitur à Bene„ dicto XIII. per Mortem Andreę de Pace ex bul„ la, quam refert Wadingus cit. to. 5. an. 1418. „ n. 35. & in regesto f. 59. De eo etiam Cagliola „ cit. f. 188. & Abella cit. f. 311. Joannis recessu, vel forte renuntiatione.

e Volum. II. & an. 1411. fol. 64.

1412.

XXII. F. ANTONIUM II. *de Platamone V. I. D.* ex nobili familia Platamonum Catanensium, monachum Benedictinum eligendum, canonicè vacante sede episcopali, perscripsit Capitulo Canonicorum Melitensium Regina Blanca Vicaria in Siculo Regno: ex litteris 28. Septembr. 1411. 5. indict. in R. Canc. fol 134. & donec fuisset à Romano Pontifice solemni ritu inauguratus, constituitur ab eadem Regina Administrator illius ecclesiæ cum jurium omnium perceptione. Antonius monasticam profiteri incœpit in monasterio S. Agathæ Catanæ, fuit etiam prior S. Mariæ de Monacho sui ordinis in oppido Siclensi [f]. Quandiu vero vixerit, mihi non constat. Per hæc tempora Rex Alphonsus nostram Melitam Insulam Consalvo Montori vendiderat; quare anno 1428. à Repub. Melitensi solutis 30m. florenis redimitur, & ad antiquum regium demanium revocatur; concesso amplo privilegio ab Rege, quod ullo unquam tempore dari, vel vendi possit.

f In R. Canc. an. 1411. f. 32.

1423.

1428.

XXIII.

1 E Melitensi ad Catanensem translatus est Ecclesiam ab Innocentio VII. non ab Alexandro V. an. 1405. non an. 1408. ut notat Cagliola cit. f. 175. Catanensem Episcopatum dimittere an. 1411. coactus est. Abela *in Melita Illust. f.* 308. & 311. usque ad annum 1420. sedem Catanensem tenuisse putat; eoque anno iterum Melitensi Ecclesiæ restitutum, cui successit in Melitensi sede Senator de Mello. At id fallum censet Jo. Bap. de Grossis in Catana Sac. §. 44. post Maurum enim Catanensis Antistes constitutus est an. 1411. Thomas Afmaris, qui rexit Ecclesiam usque ad an. 1415. huic verò immediatè suffectus est Joannes de Podio an. 1418. qui in eadem sedit usque ad an. 1433. dixerim anno 1411. è Melitensi Ecclesia ejectum, post aliquot annos, nempè anno 1420. rebus compositis, iterum Melitensi Throno donatum ex bulla Martini V. dat. Florentiæ 12. Kal. Sep. Pont. an. 3. quam citat idem Abela, & usque ad 1433. camdem Ecclesiam rexisse.

Anno Christi. 1434. XXIII. SENATOR *de Mello* Milevitanam A diu rexit Ecclesiam, sub quo in Melitæ, & Gaudisii Insulis *Fr. Matthæus de Melita S. T. M.* Quæsitoris de fidei caussis munere fungebatur ex Prot. an. 1434. fol. 150. Senator Catanę degens interfuit anno 1436. electioni Abbatissæ monasterii S. Benedicti Catanensis, Sororis Isoldæ, ex tabul. ejusdem mon. Ibidem decessit die 9. mensis Septemb. 1445. ind. ix. cujus spolia in regium thesaurum Siciliæ conjecta sunt, ex lib. prot. eo anno fol. 18.

XXIV. F. BERNARDINUS *de Paternione* B *Ord. Casinen.* ex nobili licet illegitimo thoro natus Catanæ, post obitum Senatoris Rege Alphonso annuente per suas litt. dat. Panormi 9. Novemb. 9. ind. 1445. in Canc. lib. anno 1445. fol. 108. & Prot. f. 38. postulatur, eligiturque à Canonicis Melit. Ante fuerat Abbas S. Philippi Agyrensis cum pontificia dispensatione ob natalium defectum; post obitum sui fratris Antonii de Paternione Prot. an. 1427. f. 48. Anno 1447. ind. 10. Catanæ decessit, ibique sepelitur ex tab. eccl. Cat.

C XXV. F. YAIMUS seu JACOBUS *de Paternione nob. Catan. Benedictinus* simul ac Abbas Agyrensis. Is forte eodem obiit anno.[1]

XXVI. F. ANTONIUS III. *de Alagona monachus Benedict.*[2] Frater germanus Monetæ de Alagona Regii Camerarii genere, & virtutibus nobilissimus Catanensis, à Rege Alphonso, scriptis litteris Panormi 25. April. 10. indict. 1447. Prot. fol. 22. offertur consecrandus pp. Eugenio iv. Anno 1470. Melitam 18. millibus Turcis diruere, conquassare, & solo æquare conantibus, D Divus Paulus protector ejus (ut latius supra) tutatus est. Antonius dignitatem hanc Episcopalem habitam, in gratiam successoris anno
1478. 1478. Sixto IV. & Ferdinando II. volentibus cessit, ex lib. prot. eo an. fol. 28.

1479. XXVII. F. JOANNES V. *de Paternione Monachus monasterii S. Agathæ Catanæ ex ordine S. Benedicti, Catanensis V. I. D.* nobilitate generis in primis illustris, sed litterarum peritia, ac ecclesiasticis gradibus illustrior effectus est. An. 1450. Vicarius ecclesiæ Catanensis, E ex R. Canç. fol. 262. prior, & Archidiaconus ejusdem, anno 1472. prior S. Leonis Assori sui ordinis, ex litt. pp. Sixti IV. Prot. an. 1475. fol. 323. cum portione Monachali ecclesiæ Catanensis ac S. Gregorii extra mœnia Catanæ.
1480. Anno 1475. Abbas S. Mariæ Novæ lucis cum annexione Abbatiæ S. Mariæ de Scalis, ac Archidiaconus Catan. Prot. fol. 298. & 310. Anno tandem 1478. fit Episcopus Melitensis, ac Cameræ Apostolicæ Collector ex Prot. fol. 326. lib. an. 1475. retenta etiam Abbatia, ex diplo- F mate pontificio, quod in lib. prot. legere est, dato Romæ 6. idus Januarii, pontif. Sixti IV. anno 8. exscripto 3. Martii 12. indict. 1479. in R. Canc. fol. 98. Sequenti anno jura suæ ecclesiæ deperdita, præsertim spoliorum defunctorum
Melitensium canonicorum spolia episcopo debebantur. Canonicorum Melitensium, quæ exigebantur A antiquitus, revocare curavit: tunc ex decedente Canonico Matthæo Galia[a] an. 1481. Constituitur Quæsitor de rebus fidei in Insulis Siciliæ, Melitæ Gaudisii, atque Pantelariæ F. Philippus de Barberiis S. T. M. Dominicanus per litt. Toleti Rege Ferdinando 12. Feb. in quibus præcipitur; quod *Episcopus etiam Melitensis ex proventibus suæ ecclesiæ portionem contribuat*, exscriptæ sunt hæ litteræ in prot. 17. Martii 14. indict. eo an. f. 48. Joannes semper gratissimus fuit Ferdinando Regi, apud quem B anno 1485. agens, ab eo literas exoravit dat. Cordubæ 10. Julii 3. indict. prot. f. 77. quod ecclesia Melitensis dandis (ut vocant) Regiis, aliisque collectis non sit obnoxia. Anno 1490 5. Aprilis auctoritate pp. Innocentii VIII. ac Regis Ferdinandi II. assensu, cum Petro Fox Archiepiscopo Panormitano suam ecclesiam, nonnullis adjectis conditionibus commutavit. Reliqua præclara Joannis gesta ad annum 1511. lege in notitia Panorm. Cæterum à Siculis proceribus in Regni Comitiis Panormi coactis *GERAR-* C *DUS ALLIATA Civis, ac Cantor Panormitanus filius Mariani Alliata, & Eleonoræ Septimo expostulatus fuerat Antistes Melitæ*[b] morte tamen pręventus suum non est sortitus effectum.

Anno Christi. 1480.

a Prot. eo an. fol. 41.

1481.

Melitæ, Gaudisii Quæsitores a rege constituebantur.

1490.

b Ex ll. Capitulorum Regni an. 1481.

XXVIII. PETRUS FOX seu *de Fuxo Ordinis Minorum S. Francisci Diaconus Cardinalis SS. Cosmæ, & Damiani*[c], filius[d] tertiogenitus Gastonis Comitis Fox fratris Ludovici xi. Regis Franciæ, ac Eleonoræ filiæ Reginæ Blancæ, & Joannis (iste Jo. fuit deinde Rex Siciliæ) Infantis Aragoniæ Regum Navarræ, Petrus fratrem D habuit primogenitum Gastonem Comitem Fox, qui ætatis annorum 26. 23. Novembr. ann. 1470. apud Galliam obiit. Secundogenitum Joannem Narbonæ dominum, ex quo orta est Germana, secunda uxor nostri Regis Ferdinandi II. cujus Petrus erat consobrinus: ab eo Rege ergo an. 1485. eligitur Archiepiscopus[e] Panormitanus, eodemque consentiente, ex litteris 28. Septemb. 8. ind. 1489. in regia cancell. 15. April. anni ejusdem fol. 510., atque rescripto pp. Innocentii VIII. Romæ pridie nonas Julii pont. ann. 5. E cum Joanne de Paternione commutavit præsulatum Panor. quo in diplomate sic loquitur pontifex: *Quia venerabilis frater noster Joannes Episcopus tunc Milevitanus regimini, & administrationi dictæ ecclesiæ præerat; hodie in manibus nostris libere cessit; ideo conferimus tibi, Petre, in administrationem &c.* Fuerat quoque Petrus Episcopus Veneti civitatis Britaniæ Aremoricæ sub Archiepiscopo Turonensi, atque Aduræ ecclesiæ Vasconi suffraganeæ Archiepiscopatui Arscensi. E vita decessit Romæ 16. Kal. F Augusti. an. 1490., ex Ciaconio, & nostris lib. cancell. eo anno fol. 234. 1490

c In Ciac. ex Sixto IV. 15. Kal. Jan. 1476.

d Ex annalibus Martini Carilli.

2. Cardinalis.

e In not. Panor. ad eum ann.

XXIX. PAULUS de CAVALLARIA PISANUS, vitæ integritate, ac omni scientiarum genere illustris, à Rege Ferdinando II. offertur scriptis litteris Hispali 20. Maii in reg canc. ultimo Junii 1491. fol. 120. & confirmatur ab Innoc.

1 *Richardum* Ord. S. Benedicti Monasterii Catanensis Monachum Constitutum Episcopum Melitensem tradit Abela in Melita Illustr. lib. 3. f. 317. Exinde *Franciscum Campulum* Richardo suffectum tradit idem Abela *loc. cit.* anno 1466. At si Antonius de Alagona (de quo infra) sedit Episcopus ab anno 1447. usque ad 1478. qua ex ratione hi interpositi Episcopi? Mendum sane in anni nota irrepsisse censendum.

2 Fuit Antonius Ord. Minorum ex VVadingo to. 5. ann. Min. an. 1447. n. 65. 11. Kal. Julii.

Anno Christi. 1492.

Innoc. VIII. diplomate Romæ 18. Feb. pont. an. 7. ac alio transmisso Archiepiscopo Panormitano, uti Metropolitano[a]. Catanæ agens anno 1492. moritur.

a ibid. f. 323.

XXX. JACOBUS, seu YAIMUS II. *Walguarnera Siculus Assorensis ex Illustribus parentibus Vitali II. Assori domino* in suo patrio oppido Assoro die dominico 9. Aug. 3. indict. 1495. Melitensis consecratur Episcopus[b], ex præsentatione R. Ferdin. II. facta à pp. Alex. VI. auctoritate Dalmatio Syracusano, Calcerado de Andrea Bihacensi, & Antonio de Montellini Hieracensi Episcopis. Eodem anno in litt. 23. april. in Prot. fol. 30. proregis nostri legimus *Jacobum Epis. Milevitanum in præjudicium juris antiqui suæ ecclesiæ rescriptum Apostolicum à Michaele Falsonio suo vicario, Canonico Melitensi obtentum, quod ei facultas dabatur de bonis à se acquisitis testandi, exequi recusabat*. Diu apud pp. Alex. Romæ egit. A quo litteras 8. idus Julii anno sal. 1497. pont. anno 5. Prot. 14. Novemb. f. 6. exoravit: quod diœcesis Melivetanæ beneficia alternis vicibus à Rom. Pont. vel ab Episc. conferrentur. Fuit Yaimus tum vitæ candore, tum litteris præclarissimus, Roma in patriam reversus, ejusdem oppidi templum majus consecravit, ibidem è vivis sublatus in marmoreo sepulcro jacet hac inscriptione:

1495.
b Ex tab. in sud. oppido.

Melit. canonici olim non poterant testari.

1497.

Hoc antistes Yaimus virtutum culmen egenum
Cultor præclara marmore gente cubat.
Cui Reverendissimi epitaphium & Melitensis
Ac Episcopi Domini Walguarneræ Yaimi
Millesimo quingentesimo primoque recessit
Septima vigesimo Maja notata die.

Yaimi corpus adhuc integrum cum barba, & capillis servatur.

XXXI. JOANNEM VI. BORGIAM VALENTINUM *Cardinalem Diaconum tt. S. Mariæ de Vialata*, pronepotem ex sorore Alex. VI. lego apud Ciaconium in vita, Alex. VI. anno 1497. fuisse *Antistitem Melitensem*, alibi *Melsitensem*. Is anno 1500. 16. Kal. Febr. Urbini veneno necatur, cujus cadaver deinde in templum S. Mariæ de Populo Romam delatum est. Hic Joannes alter est ab Joanne Borgia Archiepiscopo Monteregalensi, ita ibi ad an. 1503. animadvertimus, nostrumque Borgiam præfuisse ecclesiæ Melitensi[1] facile crediderim: quod post ejus obitum anno 1502. successit.

3. Cardinalis.

1502.

XXXII. ANTONIUS IV. CORSECTUS SICULUS NETINUS ex patre JoanneCorsecto ex reg. secr. an. 1463. f. 265. in cujus nobili familia Netina plures floruerunt, & florent nunc litteris, & virtutibus præclari viri, de quibus latius hoc in 3. lib. de Neto fol. 220. Noster ergo Antonius juris tum pontificii, tum politici consultus totius Europæ celeberrimus, cujus volumina extant; & ab V. I. DD. sæpe laudantur, nomen *Excellentissimi Doctoris* adeptus est; florenti ætate cura animarum nostræ patriæ Netinæ demandata est, id munus perpetui Beneficiarii, seu parochi nuncupatur ex tabul. Netinis; post Abbas Commendatarius S. Mariæ de Arcu Neti apostolicæ cameræ auditor, à Rege Ferdinando dat. litt. Granatæ 26. Julii 4. indict. 1501. Designatur Antistes Milevitanus; & ab Alexandro VI. inauguratur 13. Kal. Januarii eodem anno, pont. anno 10. in prot. f. 187. 12. Martii 5. indict. 1502. Sylvagius cum de Neto loquitur, Lucius Marineus noster Siculus lib. v. epist. Vincentius Littara de rebus nostris Netinis tempore Ferdinand. II. Regis, multis laudibus ac encomiis Antonium extollunt. Intimus fuit is familiaris, ac aulicus pp. Alexandri VI. & ambo mense Septemb. anno 1503. Romæ veneno perempti sunt. („ De Antonio Corsetto lege Bibliothecam nostram Siculam to. „ 1. fol. 60.) Sede Episcopali vacante à Canonicis deputatur Vicarius Henricus de Bordino ejusdem ecclesiæ cantor, qui vicariatus munus non obtenta à prorege (uti tunc moris erat) confirmatione exercuit: quare ab eodem Prorege Joanne de Lanuza carceri Panormi addicitur ex reg. Secretæ. Macri 15. Septem. 7. ind. An. 1504. decedentis presbyteri Thomę deBordino Melit. spolia asservantur à Thesaurario regio nomine novi episcopi[c] an. 1505. prorege volente Henricus Bordinus Vicarius, & Antonius de Borello assessor deliguntur, & à pp. Julio II. ex litt. in reg. canc.[d] 1507. indict. 11. confirmantur. Interea à Rege Episcopus constituitur Bernardus de Bononia precibus Senatus Panormitani, transmissis litteris 8. ind. 1504. in tabulis urbis fol. 200. ac aliis Regiis electionis litt. 19. Julii 1505. in reg. canc. fol. 203. Cæterum Julius II. Pontifex tunc non confirmavit, sed Episcopalem hanc dignitatem contulit Bandinello Senatori[2] scripto diplomate Romæ anno 1508.[e] & ne juripatr. Reg. fieret præjudicium possessionem assequi non permittitur: unde præsulatum uti de jurepat. reg. resignavit. Adhuc sede vacante, exorta est magna contentio inter Henricum Bordinum Cantorem, & Lucium Disguanes Archidiaconum de utriusque dignitatis præeminentia in tabul. reg. canc. eo anno.

Corsecto rum Netin. familia.

Anno Christi. 1502.

1503.

1504.

c In Reg. Canc. fol. 303

Melit. canon. spolia ad episc. spectabant.

1505.

d ibid. f. 61

1508.
e in Cancell. Rom. de plumbo.

XXXIII. BERNARDINUS *de Bononia civis, & Cantor Panormitanus* ex illustri familia Bononiorum quintus filius Joannis[f]. Primum suæ patriæ canonicus, & thesaurarius, sæpe vicarius generalis archiepiscopi, à Ferdinando II. deligitur antistes, ut supra diximus, post tres annos ab Julio II. pp. consecratur, datis litteris apost. Romæ 7. Kal. Martii 1508. exscript. 17. Sept. 13. indict. 1509. in R. Canc. f. 18. & Prot. fol. 656. Die 12. Martii in possessionem episcopatus immittitur; ex dispensatione pontificia cantoriæ quoque dignitatem retinuit, in choro metropolitanæ ecclesiæ uti cantor, & episcopus primo loco sedebat; anno 1511. post obitum Archiepiscopi Joannis Paternionis à canonico-

1509.

f in lib. familiæ Bonon. ex Balthass. Bon.

1 *Joannes Borgia* Episc. Melitensis dicitur ex Ciacconio in vita Alex. VI. anno 1497. at perperam; nam Jacobus Valguarnera Ecclesiam Melitensem rexit ab anno 1495. usque ad 1501. Ioannes verò decessit anno 1500. Abbla cit. fol. 319. Melphiensem Episcopum fuisse putat. Sanè Ughellus Ital. Sac. tom. 1. f. 438. inter Episcopos Melphienses Ioannem recenset; & an. 1498. eamdem Ecclesiam cessit in favorem successoris.

2 Bandinellus hic non Senator sed Saulius, ad Sedem Hieracensem promotus an. 1509. S R. E. Cardinalis electus an. 1511. ad Albingaunensem Ecclesiam translatus est 1513. Consule Ughellum Ital. Sac. tom. 4 fol. 911. & tom. 9. fol. 397. & Ciacconium Oldoini tom. 3. fol. 297.

Anno Christi 1511.

nonicorum capitulo designatur vicarius, & à Didaco Ribera episcopo Majoricensi, ac generali Sanctæ Cruciatæ Commissario in Hispaniis, ac cæteris Regiæ ditionis Regnis, fit in Sicilia Commissarius[a]. Fuerat etiam prior S. Mariæ de Burgitabus, ex lib. prot. anno 1509. fol. 151. Anno vero 1512. ad Messanensem Archiepiscopalem evectus est ecclesiam, obiit Panormi anno 1513. („ Verius 1512. ut innui in notitia „ Ecclesiæ Panormitanæ, in Thesaurariorum „ Catalogo. Post Bernardinum addendus Epi- „ scopus Militensis.

„ JOANNES PUJADES electus anno 1512. „ ultimo Aprilis, ut notant Cagliola expl. 3. „ f. 68. & Abela cit. f. 301. in choro etenim Ec- „ clesiæ S. Francisci Messanæ hæc extat inscri- „ ptio: *Joannes Pujades Episcopus Melevitanus* „ *electus Roma ultimo Aprilis* 1512. *Pontificatus* „ *domini nostri Julii secundi anno nono*, *suis ex-* „ *pensis eo marmo fieri fecit*. Paulo post vivere „ desiit.)

a In tabul. mon. litt. an. 1511. adversus Jacobum de Adversa exactorem jurium Cruciatæ.

1514. XXXIV. JOANNES VII. *de Sepulveda Hispanus* ab ecclesia Tudensi, (quæ est prope littus Oceani ad Minii, & Anæ oram suffraganea Bracarensi, nunc Compostellano Archiepiscopo) transfertur in Melitensem, volente Rege Ferdinando II., ex diplomate Leonis X. pp. idibus Julii anno 1514. pont. 2. In prot.[b] 1. sept. 3. indict. anni ejusdem; cum onere solvendi annuam pensionem aureorum 500. Bandinello Senatori (hujus supra meminimus ad an. 1508.) presbytero Cardinali tt. S. Sabinæ, sed Joannes sequenti anno præsulatum resignavit.

b Fol. 1.

XXXV. RAPHAELI *Episcopo Ostiensi*, *ac Papæ Camerario* confertur ab eodem Leone X. ob præcessoris resignationem; hujus rei leguntur litteræ pontificiæ in lib. prot. anno 1516. f. 302. Qua dignitate mox se abdicavit Raphael.

1516. XXXVI. BERNARDUS CATAGNANUS sive CATHANIANUS *V. I. D. Canonicus Pisanus*, *Apostolicarum litterarum Taxator*, *atque PP. Leonis X familiaris* ab eodem Pontifice creatur Episcopus: hac adjecta conditione in rescripto Romæ 5. idus April. 1516. pont. anno 4. *dummodo infra annum obtineat regiam confirmationem*, *tamquam de jurepat. reg. &c.* Id confirmavit Rex exscriptis litteris in prot. die 13. Junii 5. indict. ejusdem fol. 303. & 407. Bernardi opera excitatum est Melitæ cœnobium fratrum prædicatorum sub invocatione S. Mariæ Annuntiatæ. Decedente Bernardo anno 1519. spolium consecutus est Regius Thesaurarius Siciliæ, ut in lib. conservatoris habetur. Sede vacante constituitur à Canonicis Vicarius Bartholomæus de Bononia Panormit. Decanus Melitensis cum proregia confirmatione die 12. Octobr. 8. indict. anni ejusdem ibidem fol. 492. Papa vero præfecit ecclesię eidem Melitensi Andream *della Valle Romanum Cardin. presbyt. tt. S. Agnetis in Agone*, *post tt. S. Priscæ*[c], ante fuerat Andreas Apostolicæ Cancellariæ Regens, Episcopus Albanus, ac Abbas S. Spiritus de Calatanixetta Siciliæ: quare Rex ne suo juripatr. inferretur præjudicium, hoc Melitensi præsulatu sponte renuntiato, Archimandritatum Cardinali concessit[d].

c Fr. Ciacc. & Panvino in vita Leonis X. sub 10. Kal. Jul. an. 1517.

Anno Christi 1519.

XXXVII. BONIFACIUS *Cathanianus Leonis X. aulicus* sufficitur Bernardo consanguineo, ex litt. ejusdem pontificis Romæ apud S. Petrum 5. Kal. Aprilis, & Regis Caroli apud Bruxellas 30. Augusti 1519. in R. Canc. lib. 1519. & 1530. fol. 230. & lib. 4. Cameræ Apost. fol. 312. Mox 11. Kal. Aprilis pontificatus Leonis anno 9. diploma[1] exoravit, *quod beneficia ecclesiastica diœcesis Milevitana non nisi incolis illius Insulæ conferri possint*. Id pontificium rescriptum ita in posterum esse servandum, perscripsit Rex Bruxellis 18. Decembris 1520. exscriptis litteris Panormi 9. Julii 9. indict. eodem anno Comiti Montis-Leonis, tunc Siculo Proregi, ut *si aliqua rescripta in contrarium à Pontificibus transmitterentur*, *executioni in Regno non darentur*, *donec Pontifex certior de re fieret &c.* Evenit tamen anno 1523. cum post obitum Baptistæ de Vives Melitensis, pp. Adrianus VI. per rescriptum Romæ 11. Kal. Aprilis conferret parochialem ecclesiam S. Elenæ, aliaque beneficia diœcesis Milevitanæ Angelo Rigano civi, & Canonico Panormitano, ac & Melitensi; id adversari mandatis Leonis X., ac Regis: quod Riganus civis Melitæ non fuisset, contendebant: quare prorex rem summo pontifici, ac Philippo Regi consulit; ii sancivere Angelum ratione Canonicatus Melitensis, civem effici Melitæ, atque illius beneficiorum fuisse capacem, ut papa demandavit Archiepiscopo Panor. Metropol. ac Episcopo Catanensi per litteras exscriptas 16. Febr. 1523. Ita Rex perscripsit Urenes 22. Decembris; in tabul. off. Conser. 7. Jan. 1523. quod in possessionem beneficiorum immitteretur Riganus eodem sane anno Romæ suum obiit diem Bonifacius noster Antistes. Ejus præsulatus ab Adriano pont. confertur cuidam Auditori Cameræ Apostol. Hac de re certior factus Rex per litt. Madriti 17. Decembr. 1524. in prot. f. 434. 20. Febr. 13. indict. 1524. præcepit, ne istius Auditoris litteræ executioni dentur, nec ad possessionem admittatur.

d In lib. 4. notit. 1. id eum ita.

1520. mense April.

Melit; benef. nisi incolis conferuntur.

Quilibet ratione beneficii fit civis illius loci.

Verum antequam ulterius progrediar ad annum sal. 1524. & subsequentium Melitensium præsulum seriem contexam. Cum superiori anno Inclyti Equites S. Joannis Hierosol. suam Rhodum amisissent, tunc eis invictissimus noster Rex Carolus V. Imper. non modo innata benevolentia, à Siculis Regibus præcessoribus aucta erga tantæ Religionis promerita, sed etiam pontificiis non semel exhortationibus permotus, nostram voluit concedere Melitensem Insulam (de qua noster est sermo) & in eam regali largitione, & læto sinu recipere. Ut de rebus his recte agere possem, primum præclarum hujus sacræ Militiæ initium Hierosolymis, post progressum in Rhodum, tandem in Melitam; atque nobilissimorum illius M. Magistrorum Catalogum referre operæ pretium existimavi. Haud equidem ignoro eadem de re plures, & quidem magni nominis viros scripsisse. Scripsere eleganter Guillelmus Rhodius, Philippus Amphi- 1524.

1 Integrum habes apud Abelam cit. tom. 3. fol. 340.

Anno Christi 1524.

Amphibolita in histor. Rhodi. Jacobus Fontana de Rhodo., Petrus Mexia de Carolo V. Illescas in supp. an.1099. ad 1104. Surius ver. Rhodus, Caulter sœculo 16., Tursallr. lib. 10. Baldus Florentinus, summar. Chronic. to. 2. Onophrius in Chron. Martinus Carillo ad ann.1522. novissime Jacobus Bosius in hist. Hierosf. divisa in 3. P. imo & de obsidione Melitæ Hippolitus Sans Xactivensis versu heroico castellano *sua Maltea*, & Antonius Franciscus Cirini apud Bosium anno 1568. fol. 809.

Hierosol. relig. S. Io. initium.

Tantæ igitur, & in toto terrarum orbe celeberrimæ Religionis per anthonomasiam Hierosolymitanæ dictæ fæliciffimum fuit initium an. 1099. sub Pont. Max. Paschale II. cum bonis avibus invictissimi religiosissimique Ducis Goffredi, seu Gottifredi Bulloni primi acquisitoris Hierusalem, *B. Gherardus* christiana pietate permotus in Hierusalem sancta civitate morte, & pretioso sanguine Domini Nostri Jesu Christi, atque tot SS. MM. consecrata, à primo lapide fundavit sacram domum Hospitalem sub *S. Jo. Baptistæ* nomine; cujus hospitalis constitutus est Rector ipse Gherardus, qui id sanctum & præclarum opus: *ad peregrinos pie illuc deducendos: illos hospitandos, infirmis opem, medicamina victuique necessaria præstanda, atque hospites à Turcarum molestiis, incursionibus defendendos* instituit. Eodem sane anno, vel sequenti sal. 1100, cum vivebat Rogerius I. Siciliæ Comes Messanensi in urbe aliam S. Jo. Bapt. hospitalem domum (quæ fuit prima in plaga Occidentali ad totius Siciliæ decus & ornamentum, Hierosolymitanæ metropoli subjectam erexit, uti in calce bujus notitiæ afferemus. Anno vero 1104. B. Gherardus cum suis confratribus sub nova congregatione degere cœpit, obiitque anno 1118. & sufficitur. 2. *B. F. Raymundus de Podio*, qui regulari disciplina cum tribus religiosis votis à pp. Gelasio II. comprobata astringi sancte juravit, suosque confratres equites cruce alba insignivit, & ipse Magister (eo quippe tempore religionum fundatores Magistri dicebantur [a]) dici cœpit. Eam novam sacram religionem sanctissime ad annum 1160. rexit. 3. F. *Angerius de Balben* ad annum 1163. 4. *Fr. Arnaldus de Comps* anno 1167. obiit. 5. *Fr. Gilbertus Assaly*, qui eo munere an. 1169. se abdicavit. 6. *Fr. Castus*, seu *Gastus* eodem suæ electionis anno moritur. 7. *Fr. Jobertus* ad ann. 1179. 8. *Fr. Rogerius de Molins* ad an. 1187. 9. *Fr. Guarnerius de Neapoli Soria* mox obiit. 10. *Fr. Ermengardus Daps* ad an. 1192. 11. *Fr. Gotsifredus de Duyson* ad an. 1194. 12. *Fr. Alphonsus de Portugallo* ex stirpe *Alphonsi* I. Regis Lusitaniæ, iste ob Regnum Lusitaniæ Magisterium renuntiavit [b] 13. *Fr. Gottifredus II. de Rat.* ad an. 1206. 14. *F. Guerinus de Monteaguto* ad an. 1230. 15. *Fr. Gerinus* ad annum 1240. 16. *Frater Bertrandus de Comps* alibi *Texi* ad annum 1244. 17. *Frater Petrus de Villebade* ad annum 1278. 18. *Fr. Guillelmus de Castelnovo* ad annum 1260. 19. *Frater Hugo Revellus* ad annum 1278. 20. *Fr. Nicolaus Lorgue* ad annum 1288. 21. *Fr. Joan. Vellers*, sub cujus magistratu expulsi sunt nostri equites à Tholomayde in Limisonem Cypri. Ad annum 1294. vixit. 22. *Fr. Oddo de Pinibus* primum Cypri electus, anno 1296. dum Romam adiret, obiit. 23. *Fr. Guillelmus II. Villaretus* ad ann 1308. 24. *F. Fulcus de Villareto*. Is viribus, & prudentia præcellens Turcas ejiciens, potitur Insula Rhodi anno 1309. sed adversa fortuna, magisterio privatur, sufficiturque ab equitum Conventu *F. Mauritius de Pagnac*, licet hic in magistrorum numero non statuatur: quod ab Jo. XXII. pp. Fulcus suæ pristinæ fuit restitutus dignitati, & Mauritius illegitime delectus declaratur, mox tamen penes eumdem pont. Fulcus renuntiavit, & aliquorum equitum suffragio. 25. *F. Elionus de Villanova* eligitur, qui ad an. 1346. rexit. 26. *Fr. Deodatus de Gozono*, iste occidit celebrem illum Rhodi Dragonem, anno 1353. decessit. 27. *Fr. Petrus II. Cornelianus* per annum, & men. 10. ad an. 1355. 28. *Fr. Rogerius II. de Pinibus* ad annum 1365. 29. *Fr. Raymundus Berengharius* ad annum 1373. 30. *Fr. Robertus de Julyaco* ad annum 1376. 31. *Fr. Jo. Fernandez de Heredia*, qui magistrum agens, à Turcis captivus ducitur, & à Benedict. XIV. adjutus magna pecuniarum summa redimitur [c]; quare pp. Urb. VI. Herediam uti prædicti Benedicti pseudop. (Petri de Luna Arag.) adhærentem magistratu privavit, *Fr. Riccardum Caracciolum Neapolitanum Capuæ tunc Priorem* constituit Magistrum, cui Equites obedientiam præstare nequierunt. Romæ anno 1395. Caracciolo, anno 1396. Fernandez obeuntibus. 32. *Fr. Filibertus de Niliaco* ad an. 1421. 33. *F. Antonius Fluvianus* ad annum 1437. 34. *Fr. Joan. II. de Lastic*, qui primum Magni Magistri titulo auctus obiit anno 1454. 35. *Fr. Jacobus de Mylli* ad annum 1461. 36. *Fr. Petrus Raymundus Zacosta* anno 1467. Romæ moritur. 37. *Jo. Bapt. Ursinus* Romæ electus à pp. Paulo II. ex equitum ibidem agentium suffragiis, an. 1476. Rhodi obiit, 38. *Fr. Petrus III. Daubusson* à pp. Innoc. VIII. ann. 1494. creatur Cardinalis ad an. 1503. 39. *Fr. Amerigus de Ambusa* ad ann. 1512. 40. *Fr. Guido de Blanchefort* ad an. 1513. 41. *Fr. Fabritius de Carretto* ad an. 1516. 42. *Fr. Philippus Villers Lisleadan.* sub eo Rhodos ann. 1522. [d] 8. Kal. Jan. amittitur. Solimanus X. Turcarum Rex an. sui imp. 4. trecentum, & eo amplius armatorum convectis millibus, & 450. navibus Constantineapoli solvit 26. Junii; mox summa vi, gravissimaque sex mensium obsidione, infestisque insultibus Rhodum invadit; sacra vero equitum nostrorum vix 700. Militia (collectis in urbem pueris, mulieribus, rusticis viris, armentisque ex coadjacentibus oppidis) incredibili fortitudine, animi robore, labore, patientia strenue dimicantes (uti pro aris, & focis æquum erat, eorumque natalis, nominisque celebritas postulabat) acriter obstiterunt. Hi tandem (proh dolor) nullo Principum Christianorum, in summo rerum discrimine, suppetias mittente: Sedes enim Apostolica ob Leonis X. obitum vacabat, Carolus noster V. apud Hispanos agens frequentibus afficiebatur molestiis à Gallorum Rege, commeatu ergo destituti, cadaverum frequenti Rhodio-

Margin notes:

Anno Christi

Rhodus acquisita est an. 1307.

In Sicilia hospit. S. Ioan. Hierus. secundum.

Magni Magist. titulus quando.

Quando in Cyprum transiit conventus.

a vide in nostro lib. 1. fol. 3. de Radulpho Magistro Eremi.

b obiit in [illegible] an. 1207.

c de Surit. lib. 7. c. 56. & lib. 8. c. 15.

d ex Fazello 1. dec. l. 8 [illegible] falso an. 1519.

A B C D E F

Anno Christi. 1524.

Rhodi amissio.

diorum pestifero morbo gravati, mœnibus urbis eversis, & partem illius Turcis, qui suorum centum ferme millium stragem viderant, viriliter tenentibus, coacti sunt aliquibus honestis conditionibus deditionem facere. Unde Sacræ Militiæ M. Magister Villers cum sæpe probasset Solimanum solemne non servasse juramentum clam nocte prima Jan. an. 1523. ascensis magna navi & triremibus ipse, suique sacri milites, nobiles, & aliquot officiosi Rhodii cum omni gaza, & re familiari, die ultimo april. Messanam primum appulere, ubi honorificentissimè M. Magister medius inter Proregem Pignatellum, & Archiepisc. Laligme ducitur. Hinc recessere 22. Junii, & Romam 1. Sept. ad pp. Adrianum VI. accessere, qui læto sinu eos recepit, & Villers salutavit his verbis; *ò Magne Christi Athleta, & fidei Catholicæ propugnator*, mox apostolicas commendatitias ad Imper. Carolum V. perscripsit, ut sub sua heroica, & regia protectione hanc nobilissimam susciperet religionem.

Interim vacanti ecclesię Melitensi præficiendus Urries à Carolo Imper. proponitur, & à M. Mag. offertur electo Episcopo magna crux, ac Bajuliatus præeminentia [a].

[a] Ex Bosio. 3. l. ... [illegible]

1524.

XXXVIII. CAROLUS *Urries* ortu *Siculus* genere *Hispanus* ex illa antiquissima, ac nobilissima Urriensi stirpe; cujus avus in Sicilia proregem diu egit, Carolus florenti ætate fit anno 1509. Decanus Agrigentinus, mox Canonicus Ostiensis urbis, ac Papæ Julii II. Scutifer, & aulicus, an. 1511. Abbas S. Mariæ Roccæ Amatoris juxta Messanam, an. 1523. simul & Antistes Ecclesiæ Milevitanæ, ex regia præsentatione datis litteris 1. Januarii; in quibus ejus nobilitatis fit mentio, atque præcipitur, ut ei ab eodem die proventus Ecclesiæ Vacantis darentur pro expensis litterarum Apost. & pro lite adversus Auditorem Cameræ Apost. qui sine Regis patroni consensu electus Episcopus fuerat. Anno 1528. moritur Carolus [b], Canonicorum Capitulum Sede vacante vicarium designavit Consalvum Conchur Canon. Melit. Is mox Ecclesiæ dignitatibus, Canonicisque antiquioribus præcedere in sedendo, cæterisque in publicis actibus, primumque sibi Vicario deberi locum contendebat. De his contentionibus, atque exortis scandalis perscripsere Jurati Melitenses Proregi, ac Archiepiscopi Panormitani Metropolitani, tunc Joannis Carandolet Vicario m. s. T. Fratri Alberto de Nasis Ord. Prædic. Episcopo Nicopolitano [a]. Is scriptis litteris Panormi 21. Martii 1. indict. ann. 1528. cum confirmatione Proregia 23. Martii; auctoritate Metropolitica suffultus, uti visitator, ac reformator Melitam transfretavit, & 16. Aprilis perlustrare, ac visitare cæpit Ecclesiam Melitensem: & auditis canonicis, receptisque testibus die 4. Julii 1. indict. eodem anno sententiam protulit, quod *Consalvus ratione Vicariatus nec in choro nec in processionibus præcedentiam habeat*. Ad Religionis Hierosl. progressum redeo, quæ Roma 25. Januar. 1524. Viterbum adiit, ubi regalem donationem Insulæ Melitæ, Gozi, & Tripolis à Carolo V. per imperiales litteras oblatam in

[b] In R. Canc. fol. 34.

[a] Episcopatus sub Patriarcha Constantinop.

A gener. conc. 18. Maii 1527. grate admisit, ad hanc imperialem munificentiam assequendam Viterbo in Siciliam navigarunt omnes, die 13. Septembr. 1529. Augustam incoluerunt; unde ob loci incommoditatem 7. Octob. Syracusas adjerunt, ibi accepere litteras Imperat. Caroli, quas integras habes in reg. Cancel. & refert Bosius p. 3. hist. hujus lib. 5. f. 81. cujus partem pro re nostra Episcoporum exscripsimus. En illam.

Anno Christi. 1529.

1530.

Anno vero 1530. post captam à Turcis Insulam Rhodum, cui præerat sacra religio hospitalis S. Joannis Hierosolymitani B *ab Imperatore Carolo V. tanquam Siciliæ Rege in feudum nobile, & firmum huic Illustrissimæ Religioni sub regimine magni magistri Fr. Philippi de Villers Lisleadami data sunt Insula Tripolis, Melita, & Gaudusii cum omnibus territoriis, & pertinentiis cum mero, & mixto imperio &c. Præterea quod Juspatronatus Episcopatus Milevitani remaneat, prout est, dispositioni, & præsentationi nostræ, ac successorum nostrorum Regni prædicti Siciliæ; ita tamen, quod post obitum Reverendi, & dilecti Consiliarii nostri Bal-* C *thassaris Imperialis Vicecancellarii, ad ipsam Ecclesiam novissime per nos præsentati, seu in quemcumque casum alium vacationis deinceps sequuturum; dictus Magnus Magister, & Conventus dicti ordinis habeant nominare Viceregi Regni præfati Siciliæ tres personas ejusdem ordinis, quarum una saltem sit, & esse debeas ex subditis nostris, nostrorumve in dicto Regno successorum, idoneas, & sufficientes ad ipsam pastoralem dignitatem exercendam. Ex quibus tribus sic nominandis Nos, nostrique successores in Regno prædicto præsentemus, & præsentent, & præsentare debeamus, &* D *debeant ad dictum Episcopatum, eum, quem idoniorem judicaverimus, aut indicaverint. Qui quidem præsentato sit, ad dictum Episcopatum promoto teneatur Magister prædictus dicti ordinis cum Prioribus, & Bajulivis admittere, & eidem concedere magnam Crucem, ad Concilium una cum aliis Prioribus, & Bajulivis convocare &c. Dat. in Castello Franco 24. Martii 3. indict. 1530. Imperii anno decimo, & Regnorum 27.* litteris Apostolicis Clementis VII. Romæ 7. Kal. Martii eo- E dem anno confirmatum id diploma regium, à Magno Magistro, ejusque Equitibus in Generalibus Comitiis coactis Syracusis die 25. Aprilis eo anno [c] receptum est, & exscriptum in reg. cancell. primo Junii 3. indictionis anno eodem. Die verò 29. Maii procuratores, seu Oratores M. Mag. & totius Conventus F. Hugo de Caponibus Draperus, triremiumque Religionis Præfectus, & F. Jo: Bonifacius Balivolus Monascæ, & Generalis Receptor coram Hectore Pignatello Montis-Leonis Duce Prorege tunc Messanæ F agente se solemni astrinxerunt juramento, nomine Religionis fidelitatem & homagium præstandi, pactionesque omnes in privilegio imperialis concessionis expressas observandi. Inde ad Melitæ possessionem adipiscendam navigarunt, in eamque à civitatis patribus Juratis Melitensibus Paulo de Nasis, Antonio Papa & Laurentio Baglio immissi sunt, sanctè jurantes, quod *Incolæ illi uti Siculi alii haberentur cum iisdem immunitatibus* à novo Principe Melitæ M. Magistro, qui de possessione certior factus, die 26. Octob.

Melitensis episc. electio à Rege facienda & quomodo.

[c] In histor. Hierosl. relig. fol. 10.

Religio quando Melitam ingreditur.

Anno Christi. 1530. Octobr. cum toto conventu, & suis, triremibus A vectus Syracusis solvit, mane die Mercurii hora 14. Melitam fœlici sydere appulit. Die verò 13. Novembr. solemniori ritu, communi plausu, & lætitiæ significationibus uti novus Princeps Villers à Canonicorum Capitulo, clericis, religiosis, Insulæ Magistratibus, cæterisque omnibus gratulanter recipitur, & pro temporis occasione, principio rerum suburbium maritimum cum antiqua arce S. Angeli incoluit. Ibi parochialem S. Laurentii Ecclesiam, suam constituit conventualem, ut infra.

XXXIX. BALTHASSAR WALTKIRK *Alemanus Imperii vicecancellarius* ante litterarum Imperialium concessionem Insulæ, ab eodem Carolo Imper. Episcopus Melitensis per litt. dat. in Reshu 13. Julii 1530. in Prot. eo anno. Fuerat delectus, sed antequam suam vidisset Ecclesiam eodem obiit anno. Iste fuit ultimus ex libera electione Regia, post fratres Hierosol. eligi cœperunt.

1531. XL. F. THOMAS *Bosius Italus Astensis V. I. D. Ordin. S. Jo: Hierosol. ejusque Cancellariæ Regens*, seu *Vicecancellarius*, frater germanus F. Antonii Bosii ejusdem relig. viri benemerentissimi; ob cujus promerita, & Thomæ doctrinam, C & vitæ integritatem à M. Mag. Villers juxta pactiones cum Imperatore, offertur Siciliæ Proregi tunc Ferdinando Consagæ Principi Malfictæ, & ipse obtulit Imperatori, qui libentissime eum primum ex religiosis S. Jo: delegit Antistitem Melitæ, scriptis Bruxellis litt. 25. Octobr. 15. indict. 1531. lib. Proton. ind. 6. Sed dum de hac apud Carolum V. re agebatur, Papa Clemens D VII. Hieronymo presbyt. Card. tit. S. Clementis Ghinuccio nuncupato hanc Episcopalem contulit dignitatem; quare Bosius suæ consecrationis beneficium à pont. assequi non potuit. Interim ne in jurispatronatus Regis præjudicium

1533. aliquid fieret, Prorex litt. 18. Martii 1533. Prot. indict. 7. dedit Jacobo de Crova, ut Melitam

Melit. episc. sede vacante pro Rege. adiret & omnes proventus Sedis Vacantis pro ærario regio exigeret. Imperator vero Neapoli suas per litt. 27. Januar. 1536. præcepit Proregi, ut nullo modo Cardinali Ghinuccio conce-

3. Princeps Melitæ Perinus de Ponte. datur possessio, neque ea de re Apostolicum executioni detur rescriptum. Rem sedavit aliquatenus obitus Villers 26. August. 1534. cujus cor-

1534. pus sepultum est in Sacello Arcis S. Angeli, sed eodem die 43. *F. Petrus IV.* seu *Perinus de Ponte Italus Astensis* dum in suo S. Euphemiæ Baliatu agebat, deligitur M. Magister, ad quem constitutus est Orator noster Bosius, ut etiam post ad Carolum V. pro victoriæ obtentæ nuntio.

1535. Obiit 17. Novembr. 1535. Ponte, & ubi Villers consepelitur. Atque 44. *F. Desiderius Sanctialla* dictus *de Tolone* dum ageret in suo Prioratu Tolosæ ritu ordinario deligitur M. Mag. Decessit anno 1536. in Mompilerio, & in templo S.

1536. Ægydii humatur, cui eodem anno successit 45.

3. princ. f. Desid. de Tolone. 4. princ. F. Jo. de Homedes. *Fr. Joannes de Homedes Aragonensis* 20. Octob. Sequenti anno rebus compositis inter Cardinalem Ghinuccium, & nostrum Episcopum Bosium; Iste Cardinali annuam pensionem solvere promisit, & Cardinalis jus suum in præsulatu cessit, scriptis litteris Apostolicis Pauli III.

13. Kal. Aprilis 1537. Pont. an. 4. exscriptis 19. Martii 12. indict. in proton. fol. 364. Post Bosius Anno Christi. 1537. Romę consecrationis munus, ac præsulatus possessionem adeptus est. Melitam venit, ibi post sex menses, die 15. Augusti 1539. non sine veneni suspicione, à monialibus (ne ad arctiorem 1538. disciplinam cogerentur) propinati in cibis obiisse testatur Jacobus Bosius ejus nepos in histor. Relig. fol. 187. In templo Cathedrali sepelitur epitaphio....

XLI. F. DOMINICUS *Cubelles Cæsaraugustanus V. J. D.* post Bosium proxime ab eodem 1542. B Imper. Carolo V. uti Siciliæ Rege (servatis pactionibus in privilegio concessionis Melitæ appositis) Paulo III. Roman. Pont. offertur consecrandus Episcopus Melitensis. Mox ejus successor in prioratu Ecclesię Fr. Antonius Corogna in Religionis Concilio illum constituit; contendens ad Prioris pręminentiam de jure spectare, in concilio, aliisque publicis actibus Episcopum precedere. Attamen faventibus Hispanis equitibus adversus Italos & Gallos pro Episcopo decretum est[a], quod à Paulo confirmatur per litt. apost. perscriptas V. I. D. Josepho Manduca Vicario[b], *prater in Ecclesiis Religionis Hierosol.* Dominicus more suorum prędecessorum per procuratorem Comitiis Siculis interfuit[c]. Illius doctrina, pietasque illuxit semper, & constantis animi magnitudo prospecta est: ita sane anno 1551. 18. Julii cum Senen Turcicę classis 140. triremibus instructę Prefectus Melitam ipsam Cathedralem civitatem expugnare ausus fuit, & suburbium ejus *Rabbathum* vi adeptus est, itaut in illius cœnobio Dominicano S. Marię de Gructa expedite ageret; quędam sacra virgo piissima[d] Monasterii *Abbatia nova* dicti ex divina revelatione Vicario Episcopi nostri significavit, quod sequenti die adhibitis machinis ad civitatem devastandam accessuros Turcas: quare magna totius populi devotione simulacrum miraculis clarum D. Agathæ V. M. super propugnaculum ad lęvam portę urbis collocent, in ejusque Virginis laudem missæ sacrificium Deo offerrent; & sic periculum evadent. Mane E constructo ligneo propugnaculo Urbem invadunt, sed virg. Agathæ tutelaris signi, quod vi tormentorum, & plumbeis pilis ejiciendi operam dabant hostes, numine territi partim se fugæ mandarunt, partim, qui murum ascenderant, lapidibus jaculantium die Lunæ 21. Julii dejiciuntur. Hinc præcipites, Gaulum ad 5. m. p. ejusdem ditionis Insulam triduana oppugnatione adorti, arce prius tormentorum ictibus disjecta, in deditionem Kal. Aug. acceperunt. Ingenti inde capta præda, ac quatuor F ferme Christianorum millibus in captivitatem asportatis; impio fœdarunt incendio[e]. Hac arrepta occasione, novæque Turcicæ obsidionis timore, in Siciliam senes, pueri, inutilesque transmittuntur jussu Homedis, qui postquam annos 16. mens. 10. dies 17. Magistrum gloriose egisset die 6. Septemb. 1553. fato cessit, & in Sa- 1553. cello arcis S. Angeli sepelitur; cui 46. *F. Claudius della Sengle* tunc apud pp. Julium III. Religionis Orator sufficitur M. Magister. Is magna acceptus lætitia in Melita die dominico 23. April.

Melit. episcopus præcedit priorem ecclesiæ.

[a] Ex Bosio ibid.

1550.

[b] Ex eodem fol. 216.

[c] Lib. Prot. Sic. eo anno fol. 34.

1551.

[d] Ex Bosio p. 3. lib. 15. fol. 301.

S. Agathæ propugnaculum, & tutela Melitæ. Gaulum à Turcis capitur.

[e] Faz. dec. 2. fol. 12. Maurol. lib. 6. fol. 213. Bosius p. 3 l. 15. f. 304.

Anno Christi. 1554.

April, anno 1554. Generale coegit Concilium; cui primum ex Episcopis Melitensibus nostrum Cubelles interfuisse legimus. Sed ob obitū Claudii 18. Augusti 1557. post dies tres tres deligitur 47. *F. Jo: II. de Valletta* vir utique invincibili animi fortitudine, prudentia, solidi judicii acumine, religionis zelo, omniumque virtutum genere semper præclarissimus; qui, præter tot illustria facinora [a], suam, nostramque Siculam Melitam undique divexatam juvit, eripuit, sublevavit, defendit, propugnavit semper; maxime cum anno 1565. die veneris 18. Maii mane ante Solis ortum ingens Turcarum militantium 38m. & 300. maritima classis 193. triremibus instructa jugi Solimani studio, & opera, hanc atrocissima, & quidem continua obsidione adoritur, & totis Othomanicis viribus dure expugnare nititur; tutissimam S. Elmi Arcem (cum hostium 18m. nece) sacra templa, castella, propugnacula, circum pagos fœdans, atque ferro, igneque consumens, novem millia obsessorum, inter hos nobilissimos equites; strenuosque totius Christianæ Reipublicæ præcipuos viros, internecavit ad Sacrum Natalem D. Virginis diem 8. Septembris. Hoc sane fausto, & memorando die, divinæ potentiæ brachio, & Virginis Matris ope, Sancti Pauli Apostoli Insulæ patroni, & S. Jo: Baptistæ Religionis hujus tutelaris suffragio; animi Vallettæ, ejusque sacræ militiæ inexpugnabili fortitudine, & Classis Catholicæ sub Prorege Siculo Grazia Toleto Gener. appulsu conteruntur hostes; ex quibus plures 20m. gladiis confossi, obtruncati, igne consumpti per insulam dispersi periere. Quare coacti sunt eodem die 8. Septembris nobis fœlici illis infausto misere, turpiterque solvere. Post gratiarum actiones Deo, ejus matri, sanctisque tutelaribus solemni ritu decantato *Te Deum laudamus*: in Generali Concilio 10. Febr. 1566. coacto, lege perpetua decretum est, ut singulis annis in die Nativitatis B. M. in Ecclesiis quibuscumque sacræ huic Religioni subjectis festa solemniora cum processionibus, sermonibus, aliisque lætitiæ significationibus publice celebrentur in memoriam tantæ à Deo obtentæ victoriæ. Item in Virginis pervigilio missæ de requie in suffragium animarum Christianorum, & equitum, qui pro fide Catholica, & Religione Hierosol. perierant, decantentur. Item quod in conventu quolibet anno sex virgines pauperes nuptui dentur. Tandem ut pro perpetuo Insulæ propugnaculo & munimine in *Monte Sceb Erras* à fundamentis exædificetur nova civitas, quæ in honorem, & æternam memoriam ipsiusmet M. Mag. Valletæ, VALLETTA diceretur. Solemniori ritu præsentibus nostro Episcopo, Priore Ecclesiæ, cæterisque consiliariis equitibus Religionis primus ejectus est lapis his inscriptus litteris:

Illustrissimus, & Reverendissimus D. F. Joannes Valleta ordinis Militia Hospitalis Divi Jo. Baptista Hierosolymit. Magnus Magister, periculorum anno superiori à suis militibus, populoque Meliteo in obsidione Turcica perpessorum memor, de condenda Urbe nova eaque mœniis, arcibus, & propugnaculis ad sustinendam vim omnem, propulsandosque inimici Turcæ impetus, aut saltem reprimendos muniendo, inito cum Proceribus Concilio: Die Jovis 28. mensis Martii 1566. Deum Omnipotentem, Deiparamque Virginem, & Numen tutelare D. Joannem Baptistam, Divosque cæteros multa precatus, ut sanctum, fœlixque Religioni Christianæ fieret, ac Ordini suo, quod inceptabat bene cederet; suppositis aliquot sua nota nummis aureis, & argenteis alibi (hac inscriptione Dei Propugnatoris sequenda victoria. Perpetuo propugnaculo Turcica obsidionis. Alibi unus decem millia. Alibi is Ordinem, Insulam, novam Urbem regit, defendit.) Prima Urbis fundamenta in Monte ab Incolis SCEBERRAS vocato jecit, eamque de suo nomine VALLETTAM, dato pro insignibus in parma miniata aureo Leone, appellari voluit.

Ad cujus novæ celeberrimæ Urbis constructionem Pius [b] pp. IV. jubileum concessit iis, qui manus porrigerent adjutrices, obtulitque de suo secreto ærario scutata 15m. & suum concessit architectum *Cap. Franciscum Laparelli Cortonensem*. Philippus II. Rex erogavit scut. 30m. item & Pius V. alterum jubileum, & scut. 5m. quolibet mense [c]; illius affixa sunt insignia in marmorea tabula insculpta, superposita Portæ Regali. In eodem designatæ urbis situ erecta est Ecclesia parochialis Conventualis sub nomine *S. Maria de Victoria*. Quoniam vero Catholicus noster Philippus II. in grati animi significationem erga heroica Vallettæ gloriosi victoris facinora per Commendatorem Maldonatum, insignem Gladium, Pugionem cum Zona auro purissimo contexta muneratus est; quæ læto sinu, & gratulanti vultu accepta, in tropæum devictorum hostium & obtentæ Victoriæ, Deiparæ dicavit Valletta, demandavitque ut cujuslibet anni die 8. Septemb. festo Nativitatis Virginis cum processione jam dicta aulicus præcipuus Mag. Magistrorum pretiosissimis indutus vestibus, ut sacrum victoriæ tropæum gestaret. Inde gladius his litteris: *valor Valleta plusquam valor*, circumscribitur. Noster ergo Antistes *Cubelles* postquam has novæ civitatis fœlices vidisset dies, promeritis, & annis plenus die 22. Novembris an. 1566. extremum vitę spiritum edidit, & suoque in cathedrali templo, more præcessorum episcoporum sepulchro clauditur.

XLII. F. MARTINUS *Roxas de Porturubeo Castellanus V. I. D. Cancellaria Religionis Regens, post Vicecancellarius*. Quare ipse, F. Antonius Cressinus Rhodus Prior ecclesiæ, atque illius Subprior F. Jo. Pierre Mosquet juxta pactiones concessionis Melitæ offerentur, à Valletta Mag. & Conc. ejus Regi nostro, qui designavit Præsulem Roxam cum onere solvendæ annuæ pensionis 400. aureorum F. Antonio priori ecclesiæ, sed à Pio V. Pont. inaugurationem obtinere non valuit; quòd coram eodem pp. libelli supplices dati fuerint adversus Roxas de aliquibus perpetratis criminibus; proventus tamen sedis vacantis tam in Sicilia, quam in Melita ei concessit Rex, ex litt. Madriti 21. Novemb. 1572. exscriptis 20. Octob. 2. ind. 1573. Prot. eo an. fol. 50. & 30. April. 1573. [d]. Expurgatis tandem crimi-

Left margin notes: 1557. — 5. Princeps F. Claudius della Sengle. — 6. Princ. F. Io. Valletta. — a Lege totum 3. p. Bosi. — 1565. — 1566. — Vallettæ novæ civitatis initium.

Right margin notes: Anno Christi. 1566. — b Ex Bosio p. 3. lib. 33. — c Ex eod. l. 18. f. 715. — 1568. — Proventus sedis vacantis conceduntur à Rege. — d ibid. f. 52.

Anno Christi. 1568.

Hierosf. relig. S. Io. Gregor. 15. decimas benef. concessit.

criminibus. quæ objiciebantur; à pp. Gregorio XIII. Pii successore inauguratur Romæ. Fuit noster Martinus vir doctrina, & prudentia clarus, ab. An. 1543. Vicecancellarius, an. 1562. in Concil. Trident. suæ religionis oratorem præclare gessit an. 1569. in Regno Neapolitano tres decimas ex beneficiis ecclesiasticis, quas Pontifex Pius V. Religioni concesserat, uti Apostolicus Collector exegit [a] & per rescriptum ejusdem Pont. 6. August. 1570. ad triremium refectionem dantur aliæ tres decimæ in eodem Regno, dum Romę Roxas adesset; in Melita suum sancte clausit diem Valleta Mag. 21. Augusti an. 1568. & juxta ipsius mandatum in nova D. Marię de Victoria æde sepelitur hac epigraphe.

[a] Bosius p. 3. l. 19. fol. 33.

Ille Asiæ, Libyaque pavor, tutelaque quondam
Europæ, edomitis Sacra per Arma Getis
Primus in hac alma quam Condidit, Urbe Sepultus
Valletta, Æterno dignus honore jacet.

7. Princ. Petr. de Monte.

Inde 49. *F. Petrus de Monte Italus Capuæ Prior* solito ritu deligitur; & in proverbium transiit: *di Valle in Monte*, e *di Giovanni in Pietro*, & novę urbis portę ab eo constructę hoc sculptum est distichon.

Porta hac de monte, viaque de monte subintrar,
Petro de Monte Principe Structura fuit.

Anno 4. sui magist. sal. 1571. die dominico 18. Maji è suburbio, seu civitate victoriosa in civitatem novam Vallettam ipse, ejusque Conventus transmigrarunt, & devota religiosorum omnium processione in D. Mariæ à Victoria Conventualem eorum ecclesiam jam constitutam pro gratiarum actione pie adierunt. Cœnobium quoque fratrum Dominicanorum tit. *S. Mariæ de Portu Salvo* in ea nova civitate Petrus construxit, anno sequenti sal. 1572. 20. Jan. mortem obivit. & 50. *F. Joannes IV. Levesque de la Cassiera* die 30. ejusdem deligitur, cujus opera à pp. Greg. XIII. anno 1574. Roxæ episcopo datur Coadjutor, seu Superintendens Franciscus Costa. Roxas Romam adiit, ibi senectute, & laboribus confectus die 19. Augusti 1577. quievit in pace. („ De Martino Nicolaus Antoni„ us in Bibl. Hisp. t. 2. f. 90.) Post ejus obitum Siciliæ Prorex Marcus Antonius Columna datis litteris Panormi 27. Januarii 1578. in lib. Reg. Patrim. constituit exactorem omnium bonorum ex spolio, & redituum episcopatus apud Melitam, & Leontinium Franciscum Montaltum, ut ea collecta in thesaurum regium inferret; procuratoribus Religionis quod ad eam spectarent, frustra contendentibus, ut latius in iis litteris. Interea Levesque nobilissimum majus templum Conventuale D. Jo. Baptistæ sacrum à fundamentis excitaverat; ita ejus stemmata, & inscriptio: *quam Cassera pius docet hac sanctissima moles*. Porro anno 1578. D. Ludovicum de Torres Archiepiscopum Montereg alensem ad Melitam Insulam trajecisse lego, ut hoc celeberrimum templum solemni ritu consecraret Pontificis Gregorii XIII. jussu, qui has Apost. perscripsit litteras.

1572.

8. Princ. Joannes Levesque.

1574.

1577.

Episcoporum Melit. spolia ad Regem. 1578.

Venerabili [b] *Fratri Ludovico Archiepiscopo*

[b] Autogr. in tabul. eccl. Monterag.

Anno Christi. 1578.

A *Montisregalis. Ven. Fr. salutem. & Apostol. benedictionem piis religiosorum &c. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Levesque della Cassiera Magnus Magister hospitalis S. Joannis Hierosolymitani; quod post quam ipse in Civitate nova Melitæ insignem ecclesiam Conventualem sumptuoso opere ad divini nominis gloriam, & honorem sub invocatione S. Joannis Baptistæ dicti hospitalis patroni, & advocati construi, & adificari fecit; summopere desiderat illam ab aliquo Catholico, & insigni Ecclesia Dei Antistite à no-* B *bis ad id sufficienti auctoritate suffulto, ut moris est, consecrari. Nos ejusdem Joannis pio desiderio annuendum esse existimantes, fraternitati tua, qua unum ex officiis Clericorum præsidentium Cameræ nostræ Apostolica ex concessione Apostolica obtinet; quam propter ejus eximiam virtutem, & pracipua merita paterne diligimus, caramque habemus; siquidem ejus fides, & prudentia vel in arduis Christiana Reipublica negotiis ab omnibus non mediocri tua cum laude apprime comprobata fuit, cujus in iis, & aliis majoribus specialem in* C *Domino fiduciam habemus, ut ab ecclesia Montisregalis, cui praesse dignosceris, & illius diœcesi discedendo te ad Melitam Insulam caussa dicandi Deo, & consecrandi solemni more dictam Ecclesiam (ut prafertur) nuper constructam, te conferre libere, & licite valeas, Apostolica auctoritate, tenore præsentium licentiam concedimus, & facultatem &c.* Id ergo templum Torres solemni ritu die 20. Januarii 1578. consecravit, & pontificio nomine plenissimas gratias ad 20. annos concessit iis, qui ea qua decet pietate, in die dedi- D cationis hoc templum visitaverint.

Montisregal. Archiepisc. Torres laudes;

Melitæ consecratur templum S. Io.

XLIII. F. THOMAS II. *Gargallus* genere *Catalaunus V. I. D.* dum suæ Religionis Vicecancellarii munere fungeretur, à Rege Philippo II. præsentatur, atque à pp. Gregorio XIII. confirmatur, scripto Romæ diplomate 3. idus augusti 1578. pont. anno 7. exscripto in lib. proton. Siciliæ fol. 81. eo anno. Mox exorta est contentio inter M. Magistrum, & episcopum de jurisdictione utriusque; quare pontifex perscripsit Archiepiscopo Montregalensi Torres Ro- E ma 23. Maji 1479. [c]: quod Melitam iterum adiret; & nomine Sedis Apostolicæ Joannem Levesque Magistrum, & Thomam Præsulem in amicitiam conciliaret. Sed quamvis Torris industria fuerit singularis, labor tamen fuit irritus: nam equites fere omnes maximo odio in M. Cassieram concitati, episcopi partes tuebantur; illi objicientes, quod sub monarchiæ imperio Melitam regebat, eamque tamen à Turcicis incursionibus non defendebat, Antistitemque Insulæ etiam de rebus fidei Quæsitorem agentem op- F primebat. His permoti equites, inito Concilio (ut vocant) Completo, Cassieram à Magisterio deturbarunt, in Castro S. Angeli custodiæ tradentes, elegerunt Locumtenentem *Fr. Maturinum de Lescout*, sive *Romegas Priorem Tolosæ*, Cassieræ æmulum. His sane de rebus certior factus pp. Gregorius, mox Melitam nuntium, & vicarium *Visceontem Mediolanensem Rotæ Auditorem* misit, ut è castello Cassieram extraheret; eumque episcopum, & Romegassum Romam transmitteret, & coram Pont. res agerentur; tunc

1579.

[c] Autogr. in tab. eccles. Montereg. & Lellus in hist. Montereg fol. 111.

Melitæ olim episcopus Quæsitor.

Romæ

Anno Christi. 1581.

Romæ obiit pridie nonas Novemb. an. 1581. Romegassus, sepultusque est in templo S. Trinitatis fratrum Paulensium. Post annos decem, & men. 10. sui magisterii, & 21. Decemb. ibidem eodem fato est functus Cassiera, cui per Gregorii pp. decretum restituitur post mortem dignitas Magistralis, qua fuerat in vita privatus. Ipsemet pontifex perscripsit conventui Melitę, ut

1582.

unum ex recensitis Gallis è magna Cruce *Magno Commendatario Hugone Verdala, Priore S. Ægidii Francisc. Panisses vel Balivio Menoasca Francisco de Mareton*, dicto *Gabrillan*, ut moris est deligerent. Die 12. Jan. 1582. 51. *Fr. Hugo de Laubenz Verdala* & an. 1587. 15. Octob. à Sixto V. Cardinalis eligitur. Rebus tandem cum nostro Antistite bene compositis, ab eodem M.

9 Princeps Verdala.

1586.

Mag. Verdala an. 1586, deputatur orator ad Sabaudiæ Ducem, ut pro primogeniti Philippi Emanuelis nativitate communem Religionis gratulationem significaret; episcopus cum aliis Principum Oratoribus, Cardinale Sfondrato nomine pp. Sixti V. Domina de Carnavaletto nomine Reginæ Galliæ matris, Jo. Andrea Principe Doriæ nomine Regis Hispan. Marchionissa de Garres nomine Isabellæ Infantissæ Hispaniarum, Augustino Nani nomine Reip. Venetæ cum assisteret solemni baptismati 12. Maii, Tunc *Digitum D. Catharinæ V. & M.* pretioso cristallo, & auro contextum, (donum præ cæteris gratius) est elargitus. Reversus Melitam, vidit an. 1595. 4. Maii post 13. annos 3. men. & 22. dies magisterii, suum obiisse diem Verdalam. Post dies 4. fit M. Mag. 52. *Fr. Martinus Garzes Emposta Castellanus*, qui Religionem an. 5. men. 8. dies 29. rexit, & è vita decessit 7. Feb. 1601. Sufficitur 53. *Alophus de Wignacourt Gallus* 10. ejusdem mensis Febr. Interim noster Præsul suam agebat quietam vitam apud Leontinum, ubi suæ ecclesiæ extant præcipui proventus. Hi anno 1604. sequestrantur (ut diximus) ab Archiepiscopo Panormitano, uti Metropolitano: quod litteris, atque mandatis Metropoliticis obedire nequibat, eique suffragari recusabat; tandem suam agnoscens episcopus suffraganeam subjectionem, jussa Archiepisc. amplectitur libenter, & ab eo bona restituuntur. Cum vero anno 1602. 16. Decemb. Clemens VIII. pp. per Apost. litt. constituisset Quæsitorem Melitæ, ac F. Michaelem Oliverium ordin. Hierosol. protectores monasterii S. Marię Magdalenæ Pęnitentium, seu Repentitarum Melitæ; occasione cujusdam puellæ Isabellæ Vitalis in sacris monasterii castris detentæ an. 1610. magna exorta est contentio inter ipsum Quæsitorem tunc Evangelistam Carbonesium, & nostrum Antistitem circa monasterii ordinariam jurisdictionem; unde Paulus V. per rescript. Romæ eodem ann. 16. Decembris de ea re perscripsit Archiepisc. Panor. Metropol. Cardinali Doriæ, qui per suas litt. 10. Junii 1611. Apostolicam delegationem mihi demandavit, quare Melitam 29. Junii transmeavi ad pontificia mandata exequenda; se

10. Princ. Garzes

1601.

11. Princ. Vuignacourt.

1604.

Melit. episcopus suffrag. Panorm.

1610.

1611.

Anno Christi. 1614.

opposuit Corbonesius adversus episcopum; asserens ad se spectare pleno jure monasterii jurisdictionem; hinc Gargallus, licet gravissima ætate, atque ferventi æstivo tempore mense scilicet Augusto afflictatus, Romam accessit, & de re apud pont. est maxime conquestus, tunc pro ordinaria ipsius jurisdictione decretum est. Semper is utilitati ecclesiæ suæ prospexit; eam ornamentis sacris, presbyterorum obsequiis; novis proventibus nobilissimi viridarii non longe ab urbe veteri, ædium episcopalium nobilitate, in oppidulo S. Margaritæ novis ædificiis, ac viridario ad delicias augendo; pauperum indigenarum necessitatibus opem ferendo, eisque continuas eleemosynas erogando. Societatis quoque Jesu presbyteris Collegium construxit[a]. Ætatis jam annorum 78. sal. an. 1614. 10. junii in suis ædibus oppidi D. Catherinæ extremum clausit diem; inde funebri pompa ejus cadaver triremi religionis vectum, in templum Jesu transfertur, humaturque nunc in Sacello S. Francisci Xaverii; epitaphio inscripto.....

1615.

XLIV. BALTHASSAR II. *Cagliares Melitensis V. I. & S. T. D.* vir litteris, & virtutibus præditus; dum à M. Mag. Wignacourti consultationibus esset, à Rege Philip. III. deligitur Antistes, atque mille aureis ex sedis vacantis proventibus donatur; scriptis litt. Madriti an. 1615. exscript. in proton. 13. Septemb. 14. indict. anni ejusdem [*]. Romæ à Paulo V. Pont. Max. inauguratur. Mox capta præsulatus possessione & sui magni zeli, & acerrimi defensoris ecclesiasticæ immunitatis signa dedit clarissima: fœminas plures, ut à libidinis spurcitiis liberaret, ab Insulis relegavit; jurisdictionem episcopalem aliquibus in rebus usurpatam, suo pristino statui restituendam curavit. Quare in multorum incidit odium; Romamque, ut coram Pontifice rationem redderet, adire coactus est. Ibi Balthassaris percognitis virtutibus, Panormum rediit ad Siculum Proregem tunc Comitem Castrensem, a quo me præsente, læto sinu receptus est, & scriptis litt. ad M. Mag. Wignacourt, res inter eos prospere compositæ sunt; inde ad suam reversus ecclesiam, invenit Commendatorem F. Franciscum Marchectum Messan. virum dexteritate in agendis negotiis, ac prudentia præclarum; qui à legatione ad Imper. sibi demandata à M. Mag. rediens, secum privilegium imperatorium, quo Princeps Insularum Melitæ, & Gozi M. Magister cohonestatur titulo *Illustris*, idest apud omnes *Altitudinis*, datum an. 1618. attulerat. Hoc primum decoratus Wignacourt honore (olim sane *Illustrissimorum* titulo gaudebant præcessores) die 13. Sept. an. 1622. e vivis recessit. Eique sufficitur 53. *Fr. Aloysius Mendes de Vasconzelos Lusitanus*, & moritur die 8. Martii 1623. Die vero 21. ejusdem mensis juxta antiquam electionis formam [b] fit 54. *Fr. Antonius de Paula e Vasconia*, sub cujus Magisterio pp. Urbanus VIII. novam, & quidem præclaram sanci-

a fol. 4.

Melit. M. Mag. titulo Altitudinis cohonestatur.

12. Prin. Mendes.

1623.

13. Prin. Paula

b in stat. 14 de elect.

vit

a Ex instrumento fundationis in Gal. Jacobi Sillato 12. Nov. 1592. Alela cit. fo. 326. ex eodem decessit in domo, quam exstruxerat in colle S. Margharitæ extra civitatem victoriosam; ad civitatem Vallettæ asportatus in ædem divæ Mariæ à Monte Serrato apud Patres Societatis Jesu conditus est.

Anno Christi. 1631. vit electionis M. Magistrorum formam per bullas apost. Romæ apud S. Mariam 3. Julii 1628. pon. an. 5. 1631. 7. maji sancitum est in Capit. gener. ut postbac titul. *Eminentiss.* decoretur M. Mag. (M. Mag. Eminentiss.) Noster tandem episcopus post multa pietatis opera in pauperes, & in ecclesiam suam, construendo nobile sacrarium; eamque aliquorum sacerdotum continuo obsequio illustrando, atque ad successorum Præsulum commoditatem sumptuosum episcopalem palatium in Civitate Valletta à fundamentis construendo, suos constituit Vicarios *Jo. Baptistam Cagliares, & Petrum Pontremoli Melit.* multis jam affectus ærumnis, Deo inspirante, P. Jacobo Cascia Melit. societatis Jesu, totius suæ vitæ peccata confessus est; mox mente captus Messanam transfertur, ubi diu apud Capuccinos vixit, inde in Melita apud Viridarium *Montem Cagliares* dictum, quod ipse fabricaverat, 4. August. 1633. (1633.) moritur, pingui relicto spolio, ac ante altare majus Cathedralis humatur; epigraphe („ hac „ *cohonestatus*.

„ *Æterna Melivetani Antistitis Memoria*
„ *Fratris Don Balthassaris Cagliarisii*
„ *Lactaria Pauperum Columna*,
„ *In cujus amorem omnes omnium animi*.
„ *Faustissimi conspirarunt*;
„ *Quem probitas nascentem excepit*,
„ *Prudentia natum excoluit*,
„ *Sapientia supra æquales extulit*,
„ *Æmula Sororis Pietas*.
„ *L. M. P.*
„ *Consecravit*.
„ *Obiit Prid. Non. Augusti Anno Domini. M.*
„ *DC. XXXIII.*
„ *Episcopatus XVIII.*
„ *Ætatis LVIII.*)

1635. XLV. F. MICHAEL Jo. *Balaguer Camarasa Aragonensis V. I. D.* nepos F. Petri Camarasæ Prioris Ecclesiæ; Abbatia .... quoque insignitus à Rege Philippo IV. offertur Papæ Urbano VIII. ut Melitensis consecraretur episcopus, præsulatus possessionem 25. Martii ann. 1635. est assecutus, deligitque vicarium *Antonium Tholossentem V. I. D.* Cantorem Melit. fuit Michael in patrocinandis clientibus ob peritiam juris singularis, in audiendis confessionibus monialium suæ religionis sub tit. S. Ursulæ, eisque instruendis, pietate, & prudentia præfulsit maxima. Cum consecratus Roma rediit, ad decorandos suæ ecclesiæ Canonicos, pontificium Urbani VIII. diploma, quo conceduntur insignia Rocchetti, Mozettæ, & Magnæ Cappæ, attulit. Non multo post an. 1636. (Princeps Lascaris. 1636.) 7. Jun. moritur M. Magist. Paula; & servatis novis constitutionibus pp. Urbani VIII. delizitur 55. *Fr. Paulus Lascaris Castellar.* mox noster Antistes demortui præcessoris episcopi spolia relicta, & intercurrentes redditus Sedis vacantis de jure ad se spectantia petiit.

„ F. Michael Jo. Balaguer Episcop. nimium
„ indulgebat in adscribendis Ecclesiasticæ mi-
„ litię Melitensibus, quos omnes immunes,
„ ut jura disponunt, à custodia Insulæ, & a
„ contributionibus impositis super res come-
„ stibiles volebat: ideoque his exemptionibus

V „ illecti incolæ penè omnes, etiam ex infima
„ conditione, ad ecclesiastica castra confuge
„ rant. At ut malis promanantibus occurre-
„ ret, Magnus Magister, primum Catholico Regi
„ Insulæ damna exposuit; exinde Urbano
„ VIII. Pont. Max. qui ex brevi dato Romæ 4.
„ Junii 1638. confirmato 28. Julii 1644. sta-
„ tuit, ut Episcopus Stabuli Præfectum Magni
„ Magistri, vel eum, cui militię cura incum-
„ beret, designaret, qui Clericos conjugatos
„ ad Insulæ custodiam compelleret. Episcopus
B „ verò & Magnus Magister communi voto sta-
„ tuerent Ecclesiasticum Doctorem, qui cau-
„ sas, & jurgia inter hos Clericos exorta co-
„ gnosceret: aliaque statuit ad Insulæ bonum;
„ hoc verò totum suo roboravit diplomate In-
„ nocentius X. 17. Jan. 1646.

„ Magnus Ordinis Hierosolymitani Magister
„ Joannes Paulus Lascaris extrema clausit 14.
„ Augusti 1657. cui sufficitur 55. (juxta Pirri
„ nostri numerationem). F. Martinus de Re-
„ din Aragonensis, tunc Magnus Prior Navar.
C „ ræ, ac Sicilię Moderator, electus 17. Au-
„ gusti ejusdem anni: quo defuncto 6. Febr.
„ 1660. successit 56. F. Annetus de Chates
„ Gessen ex comitibus Claromontanis, ad di-
„ gnitatem evectus 9. ejusdem Februarii: at
„ hic post aliquot menses 2. Junii 1660. de-
„ cessit, & ad supremum Ordinis gradum as-
„ súptus est 57. F. Raphael Cottoner Majoricen-
„ sis 5. Junii 1660. qui exinde obiit 20. Octo-
„ bris 1663. cui 58. successit 23. ejusdem men-
„ sis F. Nicolaus Cottoner Majoricensis defun-
D „ cti Magni Magistri frater. Paulò post extre-
„ ma clausit Episcopus Balaguer anno 1663.

„ XLVI. F. LUCAS BONUS Hispanus,
„ Aragonensis Ampostę Capellanus, & ab an-
„ no 1650. Melitensis Ecclesię Prior, vir do-
„ ctrina, & virtutum ornamento clarissimus;
„ qui pręsertim animarum zelo eminuit. An-
„ no 1651. ad Joannem Austriacum Orator,
„ missus est Religionis Jerosolymitanæ nomine.
„ In Melitensi contagiosa lue an. 1655. chari-
„ tatis æstu flagrans, veniam à Magno Magi.
E „ stro petit, ut peste affectis servire posset: &
„ tum animarum, quàm corporum necessitati-
„ bus opem ferret. At noluit Magnus Magister,
„ arbitratus Lucam magis profecturũ consiliis,
„ & Ecclesiæ cultui addictum. Defuncto Epi-
„ scopo Balaguer Melitensis Episcop. destina-
„ tus est: at quia ingenti pensione gravatum
„ volebant Regis Hispaniarum Ministri, qua-
„ triennio obstitit, ne oneri se subjiceret. Eo
„ tempore dum Romæ aderat, antequam ad
„ Melitensem Insulam remearet, examini se
„ exposuit, adepto titulo Archiepiscopi Ros-
F „ sanensis, & exinde Thessalonicensis. De-
„ mum ex bullis Alexandri VII. datis Romæ
„ 18. Kal. Januarii 1666. exscriptis Panormi
„ primo Aprilis 1667. in Reg. Cancell. fo. 115.
„ Episcop. Melitensis constitutus est. Multos
„ in Ecclesiæ regimine passus est labores ob mo-
„ rum reformationem: præsertim in synodo ce-
„ lebrata. Mense Maii ann. 1668. nonnullas
„ oppositiones expertus, mœrore confectus eo-
„ dem an. 7. Septemb. decessit, & in Eccle-

„ sta S. Joannis sepulchro conditus est, ut decreverat, hac inscriptione cohonestatus.

Sacra Religio. Hierosolym.
Hic decor, hic dolor,
Illustriss. D. D. Lucas Buono Aragonen.
M. M. M. vel à secretis, vel à consiliis,
Ex Pro-Vice Cancellario M. Prior Eccles.
Ad Seren. Prin. D. D. Jo. de Austria in Sicil. Legatus,
Archiepis. Rosan. electus Thessalonicen. Episcopus
Melitensis institutus est.
Hos non quæsivit honores, sed meruit,
cui non placuit vitio
Religiosus adeò vel ut honores suos
Jusserit esse religiosos.
Obiit an. Dom.
M. DC. LXVIII. die VII.
Septemb. Ætatis ann.

„ Fr. LAURENTIUS ASTIRIA Hispanus, Capellanus Castri Ampostę, post obitum Lucæ Boni Episcop. Melitensis est electus anno 1668. Literas Innocentii X. datas 3. Decemb. 1674. excepit, quibus eidem pręcepit, ut triremium Melitensium viros, *Bonaveglia* vocant, ad Ecclesiam confugientes extraheret & triremium ducibus restitueret, ut proprio muneri vacarent. In extremo anni 1675. pestifera lues Melitam aggressa est. In ea supra undecim hominum millia perisse narrant. Extinguendæ flammę mira adhibita cura: nec defuere divina remedia, nam Magnus Magister, cum Equitum Consilio votum emisit celebrandi singulo anno festum Immaculatæ Conceptionis Deiparę, in quo omnes Eucharistico Pane reficerentur, divę etiam Rosaliæ Virginis Panormitanę, contra pestis rabiem singulare pręsidium, ope invocata, ejus patrocinio liberata est Insula. Ejusdem Virginis Reliquias à Panormitana Urbe tunc obtinuit F. D. Gregorius Carafa Rocculæ Prior, Melitam invectas cum ejusdem argentea Statua, ad quarum appulsum statim pestis expulsa; ideoque indicta supplicatione, S. Rosaliæ Reliquię circumvectę, & in perennem beneficii memoriam à Magno Magistro, & Consilio S. Rosalia in Melitæ & Ordinis Protectricem electa est. Decreto etiam publico instituere, ut quolibet anno, die translationis Reliquiarum 22. Junii, S. Rosaliæ festum celebretur, cum vesperis solemnis ritus, & Missa pontificali. Id ipsum decretum est pro festis S. Michaelis Archangeli, & SS. Rocchi, & Sebastiani. Ad firmiorem securitatem sub finem Septemb. ejusdem anni jam Melitam liberatam declaratum est, decantato in gratiarum actione hymno: Te Deum Laudamus. Anno 1679. Januarii extrema clausit Episcopus Astiria, in Ecclesia S. Pauli, hoc epitaphio sepultus.

Frater Laurentius Tirasonen. in Nazaret natus,
Ex Cantabria oriundus Archid. Oscen. existens,
Insignibus Astiria ex Suazota familiis inquisit.
Illustratis, dignitatis incrementum addidit,
Et Episcopus Melivetanus electus
Boni Pastoris munus explens,
A *Mortem Paulian ovibus contemplandum proponit,*
Et pro themate ponit
Mors est Medica vita.
Pontificalibusque depositis
humillimus epistobrapho sic disponit.
En Mitra, & Baculus, sunt hæc insignia mortis
Mortem ergo meditans, Mors tibi vita foret.
An. Domini M. DC. LXXIX. Episcopatus quinto
Ætatis LXXIII.

„ XLVIII. FR. MICHAEL HIERONYMUS B MOLINA Hispanus ex Castro Ampostæ Laurentio Astria successit ex bullis Apost. Innocentii XI. datis Romæ 14. Kal. Maij 1678. exscriptis Messanæ 21. Maji ejusdem anni in Reg. Cancell. eod. an. f. 165. & in offic. Protonot. f. 58. Anno 1680. 29. Aprilis obiit Magnus Magister Fr. D. Nicolaus Cotoner, cui sufficitur 59. Fr. D. Gregorius Carafa Neapolitanus 2. Maij 1680. Molina verò Episcopus ad Leridę Ecclesiam in Catalaunia translatus est an. 1681.

„ XLIX. FR. DAVID COCCUS PALMERI in C oppido Pesci-Constantii in Provincia Aprutii natus, vir doctrina, & virtutum ornamento clarissimus, V. I. D. primùm Jerosolymitani ordinis Capellanus; a Sacris Confessionibus Monialium S. Ursulæ in Melitensi Insula constitutus est; & per quindecim annos eo munere inclaruit. Commendam S. Petri de Casca aliaque beneficia obtinuit; ac à Magno Magistro Carafa Eleemosynarius suus constitutus. Ad Leridensem sedem translato Molina, noster David Melitensis Episcopus electus est D ex apostolicis bullis Innocentii XI. datis Romæ idibus Maij 1684. exscriptis Panormi 19. Julii 1684. in offic. Proton. eod. an. f. 148. Consilio, ac rebus gestis tum Ordini Jerosolymitano, tum ovibus suis mirificè profuit. Plures diœcesim visitavit, ac salutaribus decretis munivit. Diœcesanam Synodum celebravit, qua ecclesiasticam disciplinam instaurare impigre studuit. Clericorum Seminarium excitavit, etsi magnæ obsisterent difficultates. Quatuor Ecclesias parochiales in Insula E Gaulos constituit ad animarum curam. Exorta lite inter Antonium Mansum Episcopi Vicarium Generalem, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis circa præcedentiam Vicarii supra Capitulum, & Romæ agitata controversia, 28. Julii 1685. prodiit sententia Sacræ Rituum Congregationis, quod in Choro, & Processionibus præcedant Vicario Archidiaconus, dignitates, & Canonici: & si aliter pluries decisum sit, teste Monacelli in formul. Fori Eccl. par. 2. tit. 13. for. 2. n. 18. at F in nostro Melitensi casu prævaluit immemorabilis consuetudo à Capitulo firmiter fundata. Die verò 24. Nov. epistolas ejusdem Sacræ Congregationis accepit, ne permitteret, ut Vicarius aliquod innovaret inscia Sacr. Congregatione: circa præcedentiam starent decisioni, utrique parti silentium imponens.

„ In terræmotu an. 1693. Cathedralis Ecclesia enormiter concussa est; ideoque eamdem Episcopus à fundamentis magnificè refecit. Nonnullas etiam Ecclesias Parochiales Insu-

læ,

la, etiam rurales, vel in totum, vel in partem erectas, & ejus cura ornamentis, ac sacra supellectili ditatas, inspexit. Eo Præsule Magnus Magister Caráfa 1690. 24. Julii decessit: eique successit 60. Hadrianus Urignacourt Gallus Parisiensis 29. ejusdem mensis & anni electus: eo que demortuo anno 1697. 2. Februarii, electus est 61. Raymundus Perollos Hispanus eodem mense, & anno. David vero Episcopus Ecclesiasticæ immunitatis propugnator egregius, virtutibus insigniter ornatus effulsit: charitate præsertim, pietate, patientia, puritate, in pauperes liberalitate, vitæ innocentia, ac mira prudentia eminuit. Demum expletis absolutissimi Pastoris partibus, 19. Septembris 1711. octogenarius decessit, non sine lacrymarum profusione. Ad ejus tumulum hæc legitur inscriptio.

D. O. M.
Recolendis siste cineribus viator
Fratris Davidis Cocco-Palmerii
Episcopi Melitensis,
Cujus mortem pretiosam in conspectu Domini
Superstes dolor illacrimat.
Antistes namque Deo plenus
Addidit EpiscopaliCathedra dignita. dum sedit:
Et quem innocens vita eximia Pie.insig.Pruden.
Prastans doctrina
Ad Præsulatus infulas emeritum effecerant candidatum,
Pervigil sollicitudo, flagrans zelus, inconcussa Constantia
Pastorem reddiderunt admirabilem.
Ecclesia. Gregem alte excoluit tanto, eharita. exemp.
Quatuor noviter in diœcesi, ac Puerorum Seminario erectis Pareciis
Ovibus proficua, sibi praclara cumulavit monumenta.
Sed nullus corpori tumulus par, cui nulla par laus.
Quod cernis celebre, ipsius, atque Capituli sedulitate
Constructum Templum
Ejus urna est.
Excipit virtutum florem in terra futurum in Cœlo sydus
Obiit Die XIX.Septem. Anno Salu. MDCCXI.
Ætatis sua LXXX.
Præsula. verò XXVII.

L. IOANNES CANNAVES Hispanus post Cocci obitum, ad Melitensis Ecclesiæ sedem evectus est ex bullis apost. Clementis XI. datis Romæ 30. Augusti 1713.exscriptis Panormi 5. Octobris ejusdem anni in offic. Proton. eod. an. f. 31.. Consecratione insignitus 10. Septembris, 4. Octobris ejusdem anni possessionem est adeptus. Muneris sui partes sedulò explevit, & extrema clausit 3. Iunij 1721.

LI. F. D. GASPAR GORI MANCINI Senensis Melitæ Antistes datus est ex bullis Apost.Innocentii XIII.datis Rom.5.Iunii 1722. exscriptis Panormi 10.Iulii ejusdem anni possessionem adeptus 2.Iul.ejusdem an.In hoc postremo temporis tractu vivere desiit Magnus
A Magister Raymundus Perellos 10. Ian. 1720. eique suffectus est 62. Fr. Marcus Antonius Zondadari Senensis,13.Ian.1720.eoque etiam mortuo 16. Iunii 1722. ad supremum ordinis fastigium evectus est Magnus Magister Fr. D. Antonius Emmanuel de Vilhena Lusitanus 19. Iunii 1722. Cùm anno 1727.controversia de Ecclesiastica immunitate esset exorta inter Episcopum, & Magnum Ordinis Magistrum, Episcopus Romam se contulit:at ad ecclesiam suam rediens, Augustam in Sicilia appulsus,
B & lætali febre graviter affectus, paulò post in eadem Augustæ urbe decessit mens.Iul.1727.

LII. F. D. PAULUS ALFARAN Gallus, electus Episcopus Melitensis ex Bullis datis Romæ 8. Idus Martii 1727. exscriptis Panormi 5. Aprilis 1728.In Reg.Cancell. an. 1728. pag. 102.)

AUCTARIUM SACRUM:

C *Ecclesia, ac totius Insula Melitensis; Sacra Religionis Hierosol. Conventu, ejusque Provinciali Prioratu Messan. illustrata.*

§. 1. IN MELITENSI ergo Insula celeberrima duo veteris superstitionis erant templa *Junoni & Herculi* dicata [a]. 1. *Junonis* templum in promontorio ad Orientem, non longe ab Urbe situm erat. In eo trophæa plurima, dentesque eburnei miræ magnitudinis extabant: quos eo Massanissa, ex Numidia classis illius præfecto
D antea inde sublatos religione ductus quinqueremi reportandos curavit. Hujus templi inter arcem, & suburbium, ad nostra usque tempora non aspernandę permanent reliquię. 2. *Herculi* sacrum ad meridiem erat, in ea Insulæ parte, quam nunc patria lingua portum *Euri* Melitenses vocant: cujus adhuc monumenta admiratione dignissima supersunt. Sed disjectis ab Apostolo Paulo an. sal. 59. ethnicis superstitionibus; christianæ religionis erigitur Cathedrale templum *Deipara*, cui præfectus est primus Antistes Pu-
E blius, deinde eidem *D. Paulo* & Insula simul dicata fuere ad nostra etiam tempora. Eidem an. 1530. satis incrementi, & splendoris accessit ex illustriss. Religiosa Militia S. Jo. Hierosol.

§. 2. Insulam namque Melitam antequam Equites sacræ Militiæ Hierosolymitanæ, Caroli V. Cæsaris liberalitate pro habitationis loco acceperant; urbem veterem, suburbium maritimum, & oppidum illi conjunctum, nonnullos Pagos, continuis Turcarum incursionibus fere disjecta, atque indigenas xm. fere habuisse
F constat. Inde verò Tribus Civitatibus nobilissimis, & Pagis, sive Casalibus, per novem parochias divisis illustrata, atque munita fuit, brevique temporis spatio nobilitata, atque aucta quamplurimis indigenis est. Anno scilicet salut. 1590.[b] a Balivio Nigropontis F. Raymundo Fortuyn, atque à Didaco Laquatra Hispano thesaur. Triremium Siciliæ mandato Proregis Comitis Albadelista Animæ XXVIIm. recensitæ sunt. Anno 1614. 15. Januar. à F. Bernardo de Espolete Priore Navarræ ex litteris Proregis

[a] Ex Cic. Strab.& Ptol.

[b] Ex regist. regii patr. Sicil.

a Ibidem.

b Apud Rectionalem part. Joan. Graciam c.

Ducis[a] Offunæ perscriptis M. Mag. Aloysio Wignacourt Animæ XLIm. & 84. Anno 1632. mense Junio à Prorege[b] Duce Alburqueque demandatum est Balivio F. Carolo Valdinæ Panor. assistente V. I. D. Sanctoro Bava Regii Patrimonii Proc. Fiscali, eæ auctæ sunt ad numerum LIm, & 750. scil. 38m.409. Melitæ, & 2m.655. Gozi, præter homines ecclesiasticos, equites conventuales, administros S. Officii, atque sex triremium. Dicam ego de singulis juxta antiquitatis cujusque notam.

§. 3. Prima ergo, antiquior, & Cathedralis est *Civitas* dicta *Notabilis*, more *Siculo*, quod cuilibet urbi suum tribuitur Epithetum. Panormus *Felix*, Messana *Nobilis*, Catana *Clara*, &c. dicuntur. Hanc nomine Insulæ *Melitam* per anthonomosiam, vel MIDINAM[c], nunc *Civitatem Veterem* vocari video, in qua 625. animæ, & in illius adjuncto suburbio *Rabbatho* 2612. recensentur. Hic est Cathedrale, & Parochiale templum *D. Paulo* sacrum, *B. Virginis* icone à B. Luca depicta illustre; præsulum sepulchris clarum; ab episcopo Cagliares novis ædificiis, sacrario & loco Canonicorum Capituli nobilitatum, habet annuos redditus ex feudis, aliisque juribus scutata 7m.

c Ex Montaner. in sua hist. & F. Leandr. Alberti in descrip. Ital. p. 1. f. 68. & Bosio in Histor. Hier. p. 3. l. 5. f. 84.

§. 4. Ejus Episcopus de more cæterorum Siciliensium Præsulum deligitur à Siciliæ, & nunc Hispaniarum etiam Rege uti patrono; & licet Insulam Religioni Hierosol. concesserit Carolus V. Antistitis tamen Melit. electionem sibi & successoribus reservavit, ut ex privilegio[d]. Hinc *Regium* agit *Consiliarium* in Conciliis, ad an. 1550. Comitiis Siculis interfuit. Archiepiscopo Panormitano ab an. 1154. per diploma pp. Adriani IV. dat. Beneventi 6. idus Julii[e] suffragatur. Ex dotatione primi Comitis Rogerii tam in Melita, quam in Sicilia annuos exigit proventus. Videlicet ad summam scut. 4535. in Sicilia ex tribus feudis in agro Leontino: *Cupedi* sc. 1725. *Gilippi* 1675. & *Favara* 1060. ex *Carnagiis* vulgo dictis sc. 75. In Melita, & Gaudisio, ex duobus feudis: *del Grande* sc. 3802. *del Piccolo* sc. 1398. ex tribus viridariis: *del Grande* sc. 360. *del Piccolo* sc. 240. *del nuovo dell' Uva* dicto *il Quadretto* sc. 60. *ex terris*, & aliis juribus *Decima* Insularum Melitæ, atque Gaudisii scut. 1600. ad summam scutatorum 6460. In totum sunt scutata 11m. 995.

d Habes supra

e In notitia Panor.

Annui proventus.

Annua onera.

Onera annua perpetua. Pro *Collegio Societatis Jesu Melitæ* sc. 200. pro *Quæsitore de rebus fidei Melitæ* sc. 533. 4. ex antiquo jure imposito per litt. Regis Ferdinandi II. & sc. . . pro divino cultu, & aliis debitis juribus. Olim solvebat dandas Regias, & Deputationis Regni, ut alii Siculi Præsules de more solent; uti ex libris Rationum Apostolici, & Regii œconomi apud me eo munere fungentem satis constat. Forte quod nunc favore Regis Ferdinandi II. gaudet, qui per litt. suas dat. Cordubæ 10. Julii 3. indict. an. 1485. in prot. fol. 77. ecclesiam Melitensem ab hoc exemit onere.

Dandæ Regiæ.

De spolio.

Subjiciebat etiam spolio. Porro spolia demortui episcopi, & sedis vacantis intercurrentes proventus de more à Regio Patrimonio Siciliæ pro ærario regio exigebantur, ut supra vidimus, & in libris Conservatoris Regii passim legimus, sed ab anno 1614. post obitum Gargalli episc. ad diem hunc proventus sedis vacantis; qui habentur ex feudis in Sicilia apud Leontinum, in Regium thesaurum inferuntur. Illi verò Melitæ, & spolia defuncti Præsulis in thesaurum Religionis, forte vel quod Carolus V. pleno jure Insulam concesserit prædictæ Religioni (servata solum episcopi electione) vel quod ex bulla Gregorii XIII. dat. Romæ 23. Martii an. sal. 1580. pont. an. 8. sancitur spolia Religiosorum S. Jo. Bapt. Hierosol. (episcopus enim eques etiam Hierosol. est) ærario ejusdem Religionis cedant. Anno 1633. decedens Cagliares ex spolio reliquit in pecunia numerata scut. 8603. 1. 3. ex proventibus decursis ad suum obitum scut. 5466. 14. ex redditibus sedis vacantis per annos 2. men. 7. & dies 10. scut. 7018. 11. 15. in totum scut. 25314. 15. Hanc pecuniarum ex spolio summam, ex prædictis jam rationibus uti ad ærarium Religionis spectantem exegit Thesaurarius gener. Successor verò Præsul Balaguer jure communi præsertim *Cap. Quia sæpe de elect. in 6. & cap. præsenti de off. ordin. in 6.*[f] suffultus sibi deberi contendebat. Sed Rex noster suo ærario regio de more tribui debere litteras perscripsit Principi Paternionis Siciliæ præsid. dat. Madriti 11. Maji 1638. & per alias litt. 23. Octob. anni ejusdem caussam hanc à Judice Reg. Monarch. (sub quo adhuc lis est) decidendam præcepit.

f Vide Jul. Cæsarem Lotium Caliensi tract. de spoliis.

§. 5. Quinque sunt in hac cathedrali Dignitates 1. *Archidiaconatus*, quæ tam in choro, Capitulo, cæterisque publicis actibus primum obtinet locum. Est collationis Pontificiæ, habet ex decimis sc. 500.

Dignitates 5.

2. *Decanatus*. Hanc dignitatem, uti de jurepatron. concedebat olim Rex Siciliæ, ita an. 1441. post obitum *Bernardi Gerer* dedit Rex Alphonsus *Guillelmo Turac Canon. Melit.* qui pro jure primæ annatæ eidem Regi persolvit unc. 100. in lib. Mercedum apud tabulas Reg. Conf. Siciliæ in anno 1441. fol. 357. & 429. An. 1508. ex litt. Regis Ferdinandi II. dat. Valleoleti 6. Aug. 11. indict. apud canc. an. 1509. fol. 517. *Artali de Bononia regio Capellano, & Canon. Panorm.* eo decedente, à Carolo V. datis litt. Castellæ ult. Martii 8. indict. 1520. in prot. 13. Feb. 11. indict. 1521. fol. 369. datur simul & canonicatus Panorm. atque Capella Castri Catanæ *Hieronymo Grazia Capell.* Deinceps à M. Mag. Religionis jus regium habente collata est. Decanus de more quæ discutienda sunt in Capitulo, proponit, prov. sc. 300.

3. *Cantoria* præeminentia est in choro, & supplicationibus res decernere, & Scipionem gestare argenteum. Collationis Pontificiæ, vel episcopi est juxta mensium partitionem. prov. scut. 400.

4. *Ad Thesaurarium* spectat curare de sacra supellectili proven. scut. 300.

5. *Archipresbyteratus* dignitas ab Episc. Gargallo fuit constituta, atque 300. scut. ex redditibus ecclesiæ dotata, Pontifice concedente. Ante dignitas non erat, sed is, cui cura animarum imminebat tam intra urbis, quàm suburbii fines *Capellanus Major* dicebatur.

§. 6.

Canonici 15.

§. 6. *Canonici* olim erant x. quibus an. 1632. Antistes Cagliarès ad augendum divinum cultum, Cathedraleque templum nobilitandum addidit alios quinque cum proventibus ecclesiæ („ ex bulla Urbani VIII. data Romę apud S. Petrum an. 1633. 5. Kal. Febr.) Ii omnes inter se optionem habent; numquam tamen optio alicui Canonico permittitur; nisi constet priùs *de melioramentis* (ut vocant) factis in bonis suæ præbendæ, cum scut. 300. pro quolibet. Habitus Canonicalis ad an. 1635. almutium nigri coloris fuerat. Inde opera Episc. Balaguer, ab Urbano VIII. Pontif. Max. indultum est, ut *Mozetta violacei coloris, cum Rocchetto, atque Cappa magna* uterentur. Choro semper interesse tenentur. Collatio eorum est ad mensium inter Sum. Pont. & Episc. partitionem.

Habitus Canon.

§. 7. Ex choro primus est *Magister Caremoniarum*, & alii XII. Capellani, qui cum Musica constituti sunt ab Episc. Cagliarès; attributis cuilibet sc. 40. & Musicæ scut. 500. ex annuis proventibus ipsius eccles. Cathed. Tam Dignitates, & Canonici, quam alii administri ecclesiæ & Beneficiarii ex privilegio esse debent cives oriundi Melitenses.

De cœnobiis fratrum 5.

§. 8. Antiquis Religiosorum conventibus perlucet hæc civitas. 1. *S. Mariæ Annunciata*, cujus fratres Carmelitæ eremiticam vitam agentes anno 1200. circiter ædiculam in quodam antro sub titulo *S. Leonardi* extra mœnia ad 2. m. p. in nemore opaco, arboribus consito juxta *Boschettum* hodie, condiderunt. Quod an. 1570. novis ædificiis est amplificatum, & dote duorum feudorum *S. Leonardi, & Dehala in Gozo* dicatum a Donna Maria Peregrino vidua N. de Toleto viri Hispani nobilissimi hic extorris vixit, obiit, & sepelitur. („ Consule Lezanam „ t. 4. Annal. Carmel. f. 156. & 684. (Nobilitatur reliquiis *S. Alberti*, atque religioso ortu *M. Petri Zarab. Melit.* celebris ecclesiastæ, atque in tribunali S. Officii Melitæ Consultoris.

Regium benefic. hospit. S. Franc. Melitæ.

2. *D. Francisci* fratres conven. ante annum 1370. sua habuere domicilia in suburbio Rabbatho juxta antiquissimam domum hospitalem sub eodem nomine *S. Francisci*, cujus Rectoriam uti de jurepatron. Rex Fridericus III. F. Nicolao Papallæ Panor. Franciscano (fuit is deinde Episc. Melit.) concessit per litt. 4. Decemb. an. 1370. in reg. cancell. fol. 192. & an. 1496. indict. 13. in l. secr. Datur à Juratis cum regia confirmatione. In eo nobili quidem, sed fere collapso cœnobio fratres 8. cum unc. 85. degunt hodie.

3. *Francisc. Observ.* in *D. Maria de Jesu* in Rabbatho, à primæ Observantiæ initio fundatum; („ Consule Waddingum Annal. Minor. „ t. 7. an. 1482. num. 89.) hic asservatur *cor M. Mag. Philippi Villers primi Melitæ Principis*[a] Fr. 14.

a Ex Bosio p. 3. l. 7. fol. 234.

4. *Dominicani* in *S. Maria de Grutta* ab anno 1479.[b]. Nobilem in Rabbatho Novitiorum locum conventualem habent. Ibi an. 1530. Lisleadamus M. Magister hospitatus est, cum ad capiendam primam Civitatis possessionem equitaverat[c], Et Senen Turcicæ classis præfectus an. 1551. cum ad obsidendam urbem navigaverat[d]. Fr. 20. cum un. 500.

b Ex Pio in Hist. dom. l. 1.

c Ex Bosio.

d Ex eodem l. c. & seq.

5. *Augustinianorum* nobilioris in tota Insula cœnobii antiquitatem plura præclaræ familiæ sepulchra docent. Hoc anno Studentium Academia est instituta. Fr. 30. cum unc. 1000.

Monialium ordinis, & tit. *S. Benedicti* monasterium, quod *Abbatiam novam* appellat Bosius lib. 15. fol. 301. Sacras habet virgines 60. cum unc. . . . ex eo ad fundandum aliud novum in Civitate Victoriosa anno 161. . opera F. Jo. Pauli Lascaris, nunc M. Magistri translatæ sunt Sanctimoniales.

In Rabbatho Templum *S. Agathæ V. & M.* cujus simulacrum est in magno honore, ut supra.

Benefic. Regium.

Beneficium regium *Ryan Melita* dictum ob resignationem Angeli Rhigani Panor. & Can. Melit. an. 1525. 8. Jan. 14. indict. in prot. fol. 179. a prorege nostro datur *Nicolao Castrillette*.

Die 12. Martii festo S. Gregorii ex antiquissimo voto eidem Sancto, qui Insulam à peste liberavit, ab hac civitate procedit 8. m. p. ad S. Catharinæ pagum solemnis, piissimaq; omnium religiosorum, & indigenarum processio.

§. 9. II. VALLETTA *Civitas Nova* à primo fundatore an. 1567. M. Mag. Joanne Valletta nuncupata, quam ipse *Humillima*[e] titulo more aliarum Siciliensium civitatum, nobilissimis ædificiis, templis, Magistrali Palatio exornavit, propugnaculisque tutissimis circumdedit, aucta est hodie 1891. laribus, & 10744. civibus, & 66. in Arce S. Elmi.

e Ex Bosio p. 3. l. 18.

De templo Metrop. Conventuali Religion.

§. 10. Hic à fundamentis ædificio sumptuoso excitatum est a M. Mag. Jo. Levesque della Cassiera Metropolitanum totius Hierosf. Religionis, Conventuale Templum *D. Joanni Baptistæ Patrono* dicatum, atque an. 1578. 20. Janu. præcepto pp. Gregorii XIII. ab Archiepisc. Monteregalensi Ludovico Torres ritè consecratum. Nobilitatur maxime decem præclaris sacellis; octo scilicet pro totidem Equitum Nationibus, seu (ut dicunt) Linguis. Nono celeberrime exornato *D. Mariæ de Filermo* sacro, iisdem Nationibus communi; & Decimo *S. Carolo Borromeo*, qui protector hujus Religionis fuit in vita, à F. Petro Camarasa Aragonensi Ecclesiæ Priore dicato, redditibusque annuis ditato.

De S. Maria de Filermo.

§. 11. Illustratur quoque non modo sacra hac, & miraculis clara icone[f] *B. Virginis di Filermo* à D. Luca Evangelista depicta, quam auro, & pretiosis margaritis decoratam cum cæteris sacris Reliquiis ab Hierusalem semper magna veneratione detulere secum in Rhodum, & Rhodo in ædem parochialem S. Faustini Viterbi, inde in Melitæ primum ecclesiam paroch. S. Laurentii tunc Religionis Conventualem, ubi 1. die Apr. 2. festo Paschæ anno 1532. accenso casu igne divinitus eripitur, tempore obsidionis Turcicæ an. 1565. in faustum victoriæ obtinendæ omen super eam alba consedit columba; & an. 1556. Virginis pretiosam margaritam sacrilega manu quidam Capellanus Græcus surripiens toto suæ vitæ cursu (etiam quod eam postrestitueret) aridis manu, & brachio, supervi- xit

f De hujus imaginis historia Albertus in prodigiis Dei per Virginem par. 1. f. 135.

xit & [a] à S. Laurentii an. 1576. in suam Conventualem ædem; sed etiam præclarissimis, & præcipuis Reliquiis, quæ in sacrario, seu (ut dicunt) Tolo decem clavibus clauso honorifice asservantur; scilicet *de insigni Crucis Dom. Iesu ligno*, cujus particulam auro contextam Valletta M. Mag. an. 1565. die 15. Septemb. elargitus est D. Alvaro de Sande Militiæ subsidio Præfecto; aliamque eodem exornatam auro idem Valletta an. 1559. 8. Decemb. simul & *Ensem, cum aurea Zona S. Ludovici Galliæ Regis*, quo usus fuerat in sacro bello Terræ Sanctæ, & Ægypti contra Saracenos, datum à Ludovico XII. F. Americo de Amboise M. Mag. [b] Præbuit Duci Medinæ Cœli Proregi Siciliæ, ad expeditionem contra Tunetum per Melitam transeunti. Item & coluntur *duæ Spinæ Coronæ Christi*. *Crux ferrea ex pelvi confecta, in qua Jesus Dom. noster Apostolorum lavit pedes*. *Unus ex 30. nummis, quibus Judas Ischariotes Christum vendidit.* Hunc præcipuum nummum ann. 1558. in die Cœnæ Domini sacrilegè furatus est quidam latro, qui pœnam tanti sacrilegii luit, post inventus pie custoditur; hujus nummi impressum signum in alba cera & equitibus, atque cæteris incolis eodem die magna distribuitur devotione [c]. Item & *Manus Annæ matris Deiparæ*, cujus partem M. Mag. Lascaris transmisit Regi Galliæ Ludovico XIII. in nativitate ejus filii per N. magnæ Crucis equitem Forbin. *Brachium, & Tres digiti Jo. Baptistæ*. *Tres alii Mariæ Magdalenæ*, hos equidem veneratus sum, & in eis carnem, & ungues quasi tunc demortuæ mulieris; hisdem digitis Christum tetigisse tradunt Magd. Item *Corpusculum unius infantuli Innocentis integrum*. *Brachium & manus S. Catherinæ V. & M.* ejus annulus, quo eam subarravit Jesus sponsus, servatur in æde Melit. quæ fuerant jam translata à Monte Synài: *digitus* vero à M. Mag. Verdala per episc. Gargallum missus fuit Duci Sabaudiæ. Festus dies solemni processione celebratur à Religione. Item *Brachium S. Stephani Protom.* *Brachium Thomæ Apostoli*. *Brachium Blasii M. & Episc.* *Brach. Georgii M.* *Brach. Leonardi Episc.* *Caput Philomenæ V.* *Caput Polycarpi Episc.* *Caput unius ex xim. Virginibus*. *Manus S. Claræ V.* *Pes S. Lazari*. *Dorsum Cosmæ M.* cujus partem, atque os S. Stephani M. Mag. Homedes [d] transmisit ann. 1545. in Commendam Ensinæ Corbę inter Aragoniam, & Catalauniam, ubi ipse Commendatarius fuerat. Item & *Caput* cum *Corpore S. Euphemiæ V. & M.* quod in argentea arca desuper deaurata graphice structa servandum ann. 1560. curavit Valletta. Item & *radius major brachii dexteri B. Gerlandi de Alamania ejusdem relig.* quem transtulere è Calatahierone anno 1637. mense Octobr. FF. Cæsar de Ferro, & Angelus Piccolomini. De aliis notitiam sedulo perquisitam habere non potui. Estque insignis *Alicornus* auro & argento inclusus.

S. Ludovici Regis Ensis.

De Reliquiis SS. Melitæ.

a Ex Bosio 11. f. 176.

b Ex eodem fol. 411.

c Ex eod. f. 171.

d Ex Bosio 3. fol. 244.

§. 12. Prælucet etiam Templum sacra supellectili, & ornamentis ecclesiasticis auro, & argento, gemmisque contextis pretiosissimis: Mag. namque Magister omnia ornamenta ad munus Pontificale suppetere debet ex statutis Religionis stat. 32. de eccl. Bajulivii Conventuales infra suarum electionum annum 50. aureos olim [e], sed ex stat. Capit. Generalis anno 1631. 7. Maii aureos 100. Priores post electionis annum aureos olim 50. [f] nunc 100. Ex spoliis mortuorum equitum omnia bona etiam aurea, & argentea, calices, cruces, aliaque sacra vasa ad cultum divinum spectantia Conventuali attribuuntur Ecclesiæ [g].

§. 13. Præcellet maxime in divini officii cultu, & obsequio; cui præest Prior Ecclesiæ dictus. Is ex indulto Apostol. pontificalibus utitur vestibus, pontificalemque, & quasi Episcopalem exercet jurisdictionem in suos contrates Capellanos clericos conventuales, & in eos, qui conventui intersunt (non tamen in Capellanos M. Magistri) iisdemque diligentem missarum, & officiorum divinorum celebrationem, confessionum auditionem, Sacramentorũ etiam Eucharistiæ administrationẽ demandare potest [h]. Ad quæ administranda etiam F. Capellanum domus hospitalis Relig. approbat [i]. Ut ad ordines sacros promoveantur fratres clerici litteras concedit dimissoriales [k]. Prior cruce magna, & tertio loco in Concil. Religionis decoratur. Ipse, Commendatarius Cypri, Bajulivi capitulares communes sunt cunctis linguis [l]. Interesse potest Conciliis, seu Assembleis à Marescallo coactis [m]. Prior dummodo sit ex legitimo matrimonio, doctrina, bonisque moribus præditus à M. Mag. ejusque Concilio ex quacumque natione eligitur [n]. Et in conventu continue residere tenetur [o]. Prior electo olim dabatur primum vacatura commenda, post ex ærario Religionis [p] sc. 48. nunc. 100. singulis mensibus. Redditus hujus dignitatis in Rhodo Insula extiterant; inde ex præeminentia, in assecutione alicujus Commendæ pinguioris, primam in beneficium Capellanorum, & Servientium ejusdem Nationis resignabant [q] Priores. Quorum Catalogum post discessum à Rhodo hunc ex historiis hausimus.

de Priore eccl.

Priorum eccl. Catalog.

e Stat. 33. de eccl.

f Stat. 10. & 33. de eccl.

g Stat. 30. 31. & 33. de Ecclesia.

h Stat. 6. 7. 8. de Priore.

i Stat. 9. de hosp.

k Stat. 23. de eccl.

l Tit. 10. de Bajul.

m Stat. 4. de Bajul.

n Stat. 6. & 7. de Eccles.

o Ibidem.

p Stat. 28. de Bajul.

q Ex Bosio fol. 55.

1. an. 1523. [r] *F. Leonardus Balestrini Græcus Archiepiscopus Rhodius, & Prior Ecclesiæ*, qui an. 1524. Romæ, ubi erat M. Mag. & conventus, decessit. Ejus loco 2. *Fr. Michael Font* eligitur; & obiit an. 1527. cui successit 3. *Fr. Pontus Laurenzin*, & post ejus obitum an. 1538. 4. *Fr. Antonius Cressinus Rhodius* [s], eo decedente 5. *Fr. Dominicus Cubelles Cæsaraug.* quo ad episcopalem dignitatem ann. 1542. assumpto sufficitur 6. *F. Antonius Corogna* [t] an. 1557. moritur [u] N. an. 1585. [x] 7. *Alphonsus de Dominicis Siculus Sortinensis* cujus fuit successor 8. *Fr. Petrus Camarasa Aragon.* Ob ejus obitum ann. 1636. 9. *F. Salvator Imbroll Melit.* ante Vicecancell. & Auditor. M. Mag. Paulæ.

r Ex lib. relig. ... anno 1523.

s Ex Bosio fol. 481.

t Ex l. relat. 1542. f. 251.

u Ibid. anno 1557. fol. ...

x Ibi. ... f. 22.

§. 14. Præter Priorem, ecclesiæ huic conventuali inserviunt *Subprior*, seu *Viceprior*, qui absente Priore vices suas in ecclesia subit; atque fratres Capellani Conventuales cujuscumque Nationis (ad hunc suscipiendum habitum non de nobilitatis genere [y], sed ex honestorum parentum legitimo thoro constare debet [z]) In sedendo, aliisque publicis actibus Capellani Doctores non Doctore præcedunt ex concil. 3. gener.

y Stat. 18. de recept.

z Ex constit. an. 1631.

gener. Melitensi anno 1543. Hos tamen semper A præcedit *Vicecancellarius*; inter eos servatur suscepti habitus antiquitas. Capuccio alba cruce insuta, & superpilitio utuntur. Hebdomadarius vero longa indutus nigra tunica tesseram, quam *Manto di Punta* vocant, gestat. Magistri cæremoniarum, more Religiosorum, baculis argenteis & pluvialibus exornantur in pontificalibus diebus. Cuilibet scut. 12. quolibet mense ex thesauro, & distrib. dantur. Clerici tandem non professi in inferiori gradu sedent, musicis, atque litterariis disciplinis in- B struuntur[a]. In Ecclesia suo in Magistrali throno more Principum sedet M. Magis. Priores, & Bajulivi juxta suarum dignitatum præeminentiam. Commendatarii suam servant antiquitatem, cæteri equites confusè.

a Stat. 24. de eccl.

§. 16. Civitas hæc Conventualis in duas est divisa partes. Altera, quæ dicitur *Collachio* id est *locus Remotus* pro Religiosorum habitatione; altera extra pro indigenis sæcularibus. In illa parte sumptuosissimum, Regale, sed Religiosum M. Magistri Palatium, in quo more regio C ipse degit, & nobilissima familia[b]. In eo convenit sacræ hujus Militiæ Senatus, seu Concilium tam Ordinarium, quam Completum (ut dicunt) XVI. Qui hoc ordine sedent: medius *M. Mag.* in suo thalamo, extra illum ad dexteram *Episcopus*, ad lævam *Prior Ecclesiæ*. Sequuntur octo Bajulivi Conventuales, seu Pilerii linguarum, 1. *Magnus Commendatarius*. 2. *Marescallus*. 3. *Hospitalarius*. 4. *Amiratus*. 5. *Conservator*. 6. *Turcopilerius*. 7. *Mag. Bajulivus*. 8. *M. Cancellarius* & cæteros Priores & Bajulivos vide in stat. 6. & 7. Religionis.

b Stat. 1. 2. 4. & 5. de elect. Mag.

Sunt & octo Hospitia, quæ *Albergia Linguarum* dicuntur. In his sane Milites fratres comedunt, & pro quibusque pertractandis propriæ Nationis negotiis congregantur. Ii octo præsunt linguarum Capita, & Præsides, seu *Pilerii* quasi Columnæ, sive *Bajulivi* idest Prætores latinè, Præfecti, & Administratores domorum, & bonorum Bajulivæ (Commendæ antiquitus appellabantur) gallice.

Sub nomine tamen Priorum, & Castellanum Empostæ intellige.

Primum *Albergium Nationis*, seu *linguæ Provenciæ* est, cui præest *M. Commendatarius*. Is ex sui muneris præeminentia curat Communis Thesauri conservationem. Hic è magna cruce sunt *Prior S. Gili*, *Prior Tholosæ*, *& Bajulivus Capit. de Monoasca*.

2. *Albergii linguæ Alverniæ* caput est *Marescallus* justitiæ Præses, cui fratres omnes equites, & cæteri omnes religiosi (non autem Bajulivi Conventuales, eorum locumtenentes, priores capitulares, castellanus Empostæ, & M. Magistri Socii[c]) obedire tenentur &c. Hic magna cruce insigniti sunt *Prior Alverniæ Bajulivus, Capit. de Lureil*, post ab an. 1527. *S. Georgii de Leone*, nunc *de Deveßet*.

c Stat. 1. 3. 5. 6. 7. & 42. de Bajul.

3. *Albergium ling. Franciæ* subest *M. Hospitalario*, de cujus facultate vide statuta *de Hospitalitate*[d]. Hic *Prior Franciæ*, *Prior Aquitaniæ*, *Prior Campaniæ*, *Bajulivus Capit. Moreæ*, *& Bajul. Capit. Thesaurarius gener*.[e]

d Stat. 1. 3. 6. & 25. 27.

e Stat. 45. de Bajul.

4. *Albergii ling. Italiæ* Caput est *M. Amiratus*, cui subsunt ex præeminentia triremes, navesque Religionis[f]. Hic *Prior Romæ*, *Prior Lombardiæ*, *Prior Venetiarum*, *Prior Pisarum*, *Prior Barlettæ*, *Prior Capuæ* (olim Bajulivi, nunc etiam priores) *S. Euphemiæ*, *prior S. Stephani Monopolis*, *Prior S. Trinitatis Venosæ*, *Prior S. Jo. de Neapoli*. Novissime *Prior Rocellæ Calabriæ* de jurepatr. Principis Rocellæ ad tres vitas, & *Prior Cypri M. Commendatarius* nunc jurispatron. familiæ Cornarii[g].

f Stat. 1. 8. 9. & 15. de Bajul.

g Ezdit. 11.

5. *Albergii lin. Aragoniæ*, *Catalauniæ*, *& Navarræ* præses est *M. Conservator Thesauri*. Hic *Castellanus Empostæ* unus ex magnatibus Hisp. *Prior Catalauniæ*, *Prior Navarræ*, *& Bajul. Capit. Majoricarum*, *& Gaspe*[h].

h Stat. 45. de Bajul.

6. *Albergii Angliæ* caput est *Bajul. Capit. Turcopilerius*. 1. equitum levium Dux[i]. Hic *Prior Angliæ*, *Prior Hiberniæ & Bajul. Cap. Aquilæ*[k]. Hę tres sane dignitates quasi titulares à summo conferuntur pontifice, ut audio; sunt hujus nationis equites.

i Ex Bosio in stat. Relig.

k Stat. 45. de Bajul.

7. *Albergium Alamaniæ* subest *M. Bajulivo*, cujus erat muneris olim perlustrandi castellum S. Petri sub Turcarum dominatu, nunc Civitatem Melitæ veterem[l]. Hic *Prior Boemiæ*, *Prior Daciæ*, *& Bajul. Capit. Brandenburg*.

l Stat. 15. de Bajul.

8. *Albergii Castellæ*, *Leonis*, *& Lusitaniæ* præses est *M. Cancellarius* ultimus ex 8. Bajulivis conven. Hujus præeminentiæ est offerre ad officium Viceccancellarii pro quibuscunque literis expediendis in cancellaria virum doctum, prudentemque. Hic *Prior Castellæ*, *& Leonis* D ex magnatibus *Hisp. Prior Lusitaniæ*, *Bajulivus Cap. Lora*, *longo*, *seu Leze*, qui Lusitaniæ Prioratui est unitus, *& Bajul. Novem Villarum*.

Hi omnes magna cruce sunt insigniti. *Prior Ecclesiæ*, *Commendatarius Cypri*, *& Bajulivi Capit.* sunt communes pro cunctis Nationibus. *Bajulivus* vero *Nigropontis* communis linguæ *Aragoniæ*, *& Castellæ*. Quemadmodum omnes aliæ Religiones fratrem suum habent Generalem, provinciales, & priores conventuum; ita in hac Illustrissima M. Magister est Generalis. E Priores in suis prioratibus provincialem habent à M. Magistro & conventu jurisdictionem in criminalibus, & civilibus delegatam, cogendi quoque provincialia concilia, quæ *Assemblèas* vocant, Bajulivi uti Priores domorum Generalium. Commendatarii verò quasi priores, seu Guardiani Provinciales sunt suarum Ecclesiarum.

Estque novum Hospitium nobile satis, quod *La Camarata* appellant, studio, & opera præcipuè *F. Joann Pauli Lascaris* nunc M. Magistri, *F. Bernardi Spilletta Hisp. & F. Catalani Casati Mediolan.* in quo aliquos Fratres Milites sub F iisdem vitæ institutis magno totius Religionis exemplo, & virtutum specimine in communi mensa, & continuis pietatis exercitationibus degunt.

Hospitalis item est celeberrima Domus pio obsequio & argenteis vasis, atque nobili supellectili exornata sub M. Hospitalarii, ejusque Infirmerii ac duorum proborum virorum, quos *Prodromos* vocant, regimine[m]; ex expensis communis Thesauri, atque Nationum, seu Linguarum.

m Stat. de Hospit.

rum. Per bullas enim pp. Pii IV. datas apud S. Petrum 24. Martii ann. sal. 1561. pont. anno 2. sancitum est: ut *Spolia defunctorum equitum ipsi Hospitalis domui, & non Apostolicæ Cameræ attribuantur*; item & aliæ bona prout in sacris sanctionibus Religionis. Ex his proventibus Puellæ pauperes orphanæ quoque aluntur.

§. 18. Præter Ecclesiam conventualem *S. Jo: Baptistæ tutelaris* quæ pro ipsis equitibus est Parochialis, & illis ibidem Sacramenta administrantur; sunt & aliæ duæ Parochiales Ecclesiæ, 1. *S. Mariæ à Victoria* primum communis cunctis equitibus, nunc parœcia *S. Antonii* ex stemmate Than pro confratribus aliis sub Parocho F. Capellano à M. Mag. electo, jurisdictionis ejusdem; & non Diœcesani Episcopi, nisi utri sedis post. Delegati absque expensis in visitatione quoad administrationem Sacramentorum, ex decreto Pii V. an. 1567. cum suffragio Cardinalium interpretum Conc. Trident. & bullis dat. 26. Septembr. 1571. Pont. VI. Episcopis contendentibus harum Parochiarum visitationem ad se jure spectasse. [a]

Paroch. a

a Bosius p. 3. lib. 27. 1. 78.

2. *S. Maria de Portusalvo* ab anno 1571. M. Mag. Fr. Petro de Monte, jurisdictionis tamen ordinarii præsulis, instituta ab eodem Pio V. addita deinde confirmatione PP. Clemētis VIII. sub regimine, & Sacramentorum Rectoria Fratrum prædicatorum; rem maxime promovente F. Mariano Taliana Dominicano Melit. Fratres 18. cum unc. 200. Hìc floruit *M. Joan. Bapt. Rogerius* Regens in Academia Messanę; obiit Caetæ anno 1628.

Conventus fratrū.

Tertiam sub tit. *S. Pauli Apost.* quam ædem hodie habent Societatis Jesu, instituerat Episcopus Thomas Gargallus; sed fratres prædicatores ea de re conquesti sunt apud Summum pont. & lis in Consistorio Cardinalium adhuc indecisa est.

§. 19. 2. *Franciscanorum de Observantia* sub nomine *S. Mariæ de Iesu* conventus intra męnia ad maris portum anno 1575. prorogente Joann. Levesque M. Mag. & suis divitiis adjuvante Episcopo Gargallo (ut stemmata ejus in tecto Ecclesiæ docent) excitatus est, & nobilissimis ædificiis illustratus. F. 18.

3. *Capuccinorum* nobile cœnobium cum adjuncto perspicuo viridario extra mœnia ad tertium lapidem. Incœptum forte est exemplo F. Roberti de Euoli Capuccini eximii Ecclesiastæ, qui excusso Saracenicæ servitutis jugo, Melitam adiit, ubi obsidionis tempore sua prædicatione, sacris exhortationibus ad animos obsessorum in divinum auxilium confirmandos, jugique quadraginta horarum oratione elaboravit. Post sub M. Mag. Verdala opere perficitur, & magnum fabricis & eleemosynis augmentum sub regimine Fr. Clementis, & Fr. Joannis Mariæ à Neto, qui ambo immediatè Generales sui ordinis Capuccinorum fuere, suscepit. Fr. 24.

4. *S. Francisci Conventuales* fratres nunc 18. cum unc. 150. & eleemosynis suum construxere cœnobium anno 1600. opera M. Danielis à Nicoscia, qui hìc Collegium studentium constituit; quod temporis progressu defecit. Addita tamen est anno 1638. nobilis *D. Mariæ Conceptæ* Congregatio, rem promovente, agenteque M. Philippo Cagliola Melit. a secretis Provincialis Siculi.

5. *Carmelitæ* anno 1604. primum opera M. Petri Zarab Melit. habuerunt domicilium juxta locum *Mandrachio* dictum; inde facta commutatione cum alio juxta Albergium Alamaniæ cum fratribus Augustinianis, illuc transmigrarunt, & suum Augustinianis cesserunt. Hìc coluntur Reliquiæ *S. Alberti*, & *S. Blasii* Fr. 20. cum unc. 1000.

6. *Carmelitæ Discalceati S. Theresiæ* in Pago *Burbula* non longe ab urbibus Valletta, & Victoriosa anno 1626. mense.... sub M. Mag. Paula, & visitatore Religionis S. Theresiæ F. Josepho Angelo; emptis ædibus, & viridario, erogata pecuniarum summa ab Episcopo Cagliares, novæ Conventus ædificationi primus datur lapis, exornatur reliquiis sacris *ejusdem Sanctæ Matris Theresiæ, atque D. Placidi M.* & incolatu 18. fratrum.

7. *Augustinianorum* duo sunt Conventus. Alter sub nomine ejusdem Sancti juxta *Mandrachium* ex commutatione (ut supra) cum fratribus Carmelitis, fr. 15. cum unc. 300. Alter 8. recens an. 163. juxta Capuccinos sub tit. *S. Mariæ de Pietate* cum 4. fratribus.

9. *Societatis Jesu* patres anno 1588. à Sicilia avide efflagitantur, & festivo excipiuntur suo (facta à pp. Gregor. XIII. facultate) studio, sollicitudine, & sumptibus pii præsulis Thomæ Gargalli, à quo in D. Pauli ante Parochiali ęde nobile construitur Collegium, attribuunturque tum annua scut. 200. ex mensa Episcopali, tum scut. 250. ex quibuscumque Ecclesiasticis beneficiis deducenda ad scut. 12. 6: pro centenario. Modò novis & quidem nobilibus ædificiis, & Sacellis auctum, ampliatum, illustratumque etiam est Collegium ortu religioso Patrum *Bernardini Bonici Melitensis* Philosophię, & Theologię lectoris conspicui, atque *Marii à Pace Melit.* earumdem scientiarum peritia, & eruditione pręcipua insignis, qui plura scripsit, edidit de Antiquitat. Calath. Hìc jacet ab anno 1611. 2. Maii [b] *Coadjutor Franciscus Abbas Calabrensis* virtutibus, & vitę candore notus, atque *Episc. Gargallus*, cujus epitaphium inter novę fabricę lapides perquisitum, ut hic exscriberetur, legi haud potuit.

b Ex monumentis Societatis Jesu.

10. *Græcorum* extant duę ędes, in quibus gręcè officia divina decantantur. Prima parochialis prope Magistrale Palatium sub tit. *S. Mariæ Damaschi*, seu *de Miraculis*, *quod multis est illustris miraculis*, *quam unam à D. Luca depictam, dum apud Melitenses cum Apost. Paulo tribus mensibus est hospitatus* [c], *venerantur*. *Hac temporis occasione satis clare superius vidimus, D. Lucam in Melita degentem tres Virginis depinxisse icones; & Paulus Cathedrali templo, cui præfecit Publium; eidem sacratissimæ Virgini dicasse*. Si eo anno sal. 59. Virgo ętatis jam anno 74. ad cœlum ascendisset, vide nostram dissertationem de litt. B. Virginis in l. 1. not. 2. Mess. Secunda Gręcorum ędes *D. Nicolao* est sacra.

c Ex act. Apost. cap. 28.

1. *Monialium ordinis S. Jo: Baptistæ Hierosol.* sub nomine *S. Ursulæ* monasterio illustratur Melita,

lita; quod an. 1583. à M. Mag. Verdara (facta à pp. Gregor. XIII. facultate) excitatum, dotatumque est, ejusdem instituti atque habitus cum cruce magna Priora, & parva Sorores, adinstar illius S. Marię Sixenæ Regni Aragonensis fundati à Regina Sanchia, vidua Regis Alphonsi II. Aragonii, matre Petri II. Aragon. filiaque Alphonsi Castellæ Regis. Ad hoc regendum è monasterio Syracusano S. Mariæ de Aracæli, concedente Episcopo Jo. Horosco de Castellano, auctoritate Apostolica suffulto, die 10. Decemb. eodem anno [a] translatæ sunt Clarissæ moniales. Anno verò 1634. sub M. Mag. Paula, & ejus nepote Bajulivio Villanova protectore ædificiis, & novis mansionibus restauratur, nobilitatur, ampliatur. Sorores 60. degunt suppetente sumptus ærario Religionis. Supernumerariæ cum unc. 400. à M. Mag. & Concilio admittuntur.

2. *S. Maria Magdalena Pœnitentium*, *seu Convertitarum ordin. S. Claræ* monasterium an. 1594. ope Verdalæ Cardinalis M. Mag. atque Antistitis Gargalli, ejusque ordinariæ jurisdictioni subjectum constituitur. Ad eas regendas è Syracusis Mulieres ordinis ejusdem venerunt, ex indulto pp. Clementis VIII. qui deinde anno 1602. 16. Decemb. pontif. an. 11. id Apostolicis privilegiis munivit, quæ Pius IV. Pont. M. dat. 16. Kal. April. sui pont. an. 3. concesserat alteri Pœnitentium ordinis S. Augustini monasterio Romano; atque istius Melitensis Protectores constituit Quæsitorem Insulæ, & F. Michaelem Oliverium capell. ord. Hierof. Ad harum bonarum mulierum alimenta, ex bullis Apostolicis concessa est decima pars bonorum mulierum meretricum ab intestato decedentium. Sub protectione 4. equitum (ut vocant) della Camarata degunt.

3. *Puellarum Orphanarum ordin. Carmel.* in æde *S. Catharinæ V. & M.* collegium ann. 1620. pietate N. Luver excitatum est.

III. CIVITAS *Victoriosa* à Victoria contra Turcicam obsidionem anno 1565. divinitus obtenta dicitur, hic principio suburbium, vulgo *Borgo* maritimum (ubi arx erat vetus, & portus præcellens) an. 1530. 18. Maii tenuere equites Hierosol. ac mox arcem inexpugnabilem *D. Angeli*, & oppidum illi conjunctum muro amplissimo, & propugnaculis munitissimum, & nobili incolatu frequentissimum reddidere, ita ut hodie 283. lares, & 3063. incolæ ejus recenseantur.

1. Ecclesiam *S. Laurentii* parochialem ab an. 1531. & ad an. 1571. constituerant etiam Conventualem sacrę Militę. Ubi donec in Civitatem Novam transmigrarunt, suis Religionis muniis fungebantur. Hodie adhuc parochialis est.

2. *Dominicanorum* in *D. Maria Annuntiata* an. 1518. [b] Sumptibus & studio Bernardi Catagnani Episcop. Melit. extructus est conventus; qui plures virtutibus, & litteris perspicuos habuit filios. 1. *F. Marcum Melit.* qui post plura virtutum exempla; in vita etiam cum dœmone quotidie altercabatur, & post mortem, anno 1555. Panormi, in conventu S. Zitæ, ubi dominicanum susceperat habitum, sepultus juxta B. Petri Hieremiæ Panormitani sepulchrum, claret. 2. *F. Antonium à Melita* [c]. Is in Netino Conventu, fratrum S. Dominici calculo adscriptus, obiit. In vita summæ pœnitentię specimen dedit, ut vix in die sumeret cibum. Item 3. *M. Antonium Melit.* doctrina, & moribus prospicuum; iste ann. 1570. ad Episcopatum Vici est assumptus. 4. *M. Jo: Matthæum Rispoli Melit.* Ecclesiastem celeberrimum, Proregibus, Quæsitoribusque de rebus fidei in Sicilia charissimum, qui sua doctrina floruit maximè, scripsit de Auxiliis, dum anno 1628. quadragesimales haberet sermones ad Catanenses, magni servi Dei fama ad cœlum evolavit. Fratres 18. cum unc. 200.

3. *S. Maria de Carmelo* fratres nunc 6. ex eleemosynis sub protectione virorum Triremium degunt. Conventus ann. 1620. opera FF. Joannis Pauli, & Ascanii Menichelli Militensium est fundatus.

4. *Monialium Benedictinarum S. Scholasticæ* monasterium an. 161.. excitatum est (rem promovente F. Jo. Paulo Lascari de Castellar Religioso Hierosol. nunc M. Magistro) in ædibus, quas primum habuerat M. Magister Valletta; cum è Castello S. Angeli in suburbium descendit [d] an. 1558. 27. Febr. sorores...

In hujus Victoriosæ Civitatis antiquo Palatio Curiæ Magistralis Tribunal Sancti Officii de rebus fidei utriusque Insulæ Melitæ, & Gaudisii residet. Fortè a tempore pp. Gregorii XIII. qui constituit Quæsitorem Petrum Bellarditum Siculum Leontinum, Episcopum Liparitanum suum aulicum [e]. Quæsitores si sunt & Nuntii Apostolici ad omnes caussas appellationis &c. ad Sedem Apostolicam. Ante hoc Quæsitorum munere fratres Dominicani, qui & in Sicilia, fungebantur: ut facile est in nostris notitiis, & supra invenire. Aliquando ipsemet Melitensis (ita hodie in Insula Liparitana) Antistes, ut supra ad annū 1580. de Episcopo Gargallo forte animadvertistis. Quæsitori dantur ex proventibus mensæ Episcopalis scut. 333. 4. ex litt. Regis Ferdin. II.

IV. *Insula S. Michaelis* ita dicta, quod ann. 1552. [f] in die Apparitionis S. Michaelis, super colle Molendinorum, seu S. Juliani ad defensionem suburbii S. Angeli, & portus fuit munita. Eodemque anno 14. Januarii & Arcis S. Elmi [g], in qua antiquum *S. Mariæ* Sacellum continetur. Dicitur etiam *Insula Sengle* quod an. 1555. opera M. Mag. Claudii della Sengle perficitur. Hodie lares 642. & incolæ 4049. sunt.

V. *Burmula* interjacet Civitati Victoriosæ & Insulæ Senglæ; cujus paroch. Ecclesia *S. Maria del Soccorso* est sacra, & cœnobium Carmelitarum Descalceatorum *S. Theresiæ* lares 642. & accolæ 2778. Hinc ad 2. m. p. ędes est *D. Maria à Gratia* miraculis clarissima, quæ magna totius populi pietate, & frequentia colitur.

Sunt & alii 60. Pagi, seu Rura, quæ Casalia dicuntur; divisa in IX. Parœcias. Prima *Nayari*, cujus lares 1101. Incolæ modo 4485. Gloriantur primos i. Melita à D. Paulo, sacro fuisse baptismate ablutos, & sub ea recensentur 3. pagi *S. Gregorii*, *Musta*, *& Muslmet*. 2. Par. *Bircara* cum lar. 1184. & incolis 5730. sub sc. 5. pagi

a In ea not. eo anno.

b Ex Pio in hist. domi. l. 1.

c Ex eodem Pio ibid. fol. 116.

d Ex Bosio l. 19. f. 331.

e Ex tab. apud Leontinos.

De tribunali S. Officii.

f Ex Bosio f. 314.

g Ex eod. lib. cit. f. 323.

Pagi *Tard*, *Lia*, *Balsan*, *Bordi*, *&* *Man.* 3. Par. *Carmi* cum lar. 683. inc. 3327. 4. Par. *S. Maria Bimiftuch* cum lar. 755. inc. 2489. sub se 7. Pagi *Luca*, *Tarsin*, *Gudia*, *Percop. seu Corcop*, *Safi*, *Micabiba*, *&* *Farrug.* 5. Par. *Siegu* cum lar. 355. & inc. 1791. sub se 3. Pagi *Chibir*, *Silibe*, *&* *Chidiri*. 6. Par. *S. Catherina* cum lar. 907. & inc. 3923. sub se 5. Pagi *Bisbut*, *Joan*, *Zabar*, *Biscalin* *&* *Asciac*. 7. Par. *Zuricu* cum lar. 681. & incol. 2404. sub se Pagi 5. *Credi*, *Mileri*, *Burbacra*, *Marin*, *&* *Casad*. 8. Par. *Zelugi* alibi *de Sabuchi* cum lar. 449. & inc. 2097. sub se 2. pagi *Muxi*, *&* *Alduin*. & 9. par. *Duinque*, seu *Dingli* cum lar. . . . . & inc. 2395. In Relatione facta an. 1614. à Priore Navarræ F. Bernardo Esplete, recensentur etiam hi pagi *Gargin*, *Tauxen*, *&* *Safi*. Novissime à M. Mag. Paula pagum cognominem construxit, & in ea parochialem Ecclesiam *Ubaldisca ejusdem Hier. ord. Beata*.

[a] Ex Strab. lib. 17. & Procop. de bello Vandal. l. 1.

GAULOS *Insula*[a] vulgo hodie *Gozus* in Occidentem ad p. m. 5. à Melita protendens in circuitu p. m. 3. irrigua est aquis, cultura nobilis, frumenti feracissima. Ibi ejusdem nominis extat oppidum, cujus portæ muro lapis hac inscriptione adhuc est superpositus: *M. Vallio C. F. Quir. Rufo, Equo publico exornato a. Divo Antonio Aug. Pio. Plebs Gaulitana ex aere. Consolato ob merita & in solatium. C. Valli. posthumi patroni municipii patris ejus . . . , mater . . . .* de qua inscriptione, & aliis tabulis erudite scripsit Gualterius in suis antiq. tab. Sic. fol. 120. n. 348. & f. 32. 33. & 130. 131. De hac Insula Plinius lib. 5. c. 7. astruit *Gaulos*, *&* *Galata*, *cujus terra scorpionem dirum animal Africa necat*. Post exactos Saracenos Principum Siciliensium semper fuit ditionis, ab anno 1530. Religionis nostræ Hierosol. Hæc Insula cum Rabbatho, quatuorque adjunctis pagis *Scolendi*, *Duera*, *Laxeri*, *&* *Mugarro*[b]. Lares habet 495. atque indigenas 1884. ante Turcicam Senenis Classis obsidionem plures 4000.

[b] Ex Bosio.

Majorem ejus Ecclesiam paroch. *S. Maria Assumpta Collegiatam* fuisse lego sub tit. *S. Maria Gaudisii* cum beneficio *Tancixan* de jurepatr. reg. datam post obitum Nicolai Falsonis à Ferdinando II. Rege die 2. Febr. 9. ind. 1509. Prot. fol. 63. Angelo Rigano canon. Panorm. atque Melit. aliquando *S. Maria Castelli Maritima Melit.* Post decessum Jacobi de Pisano, à Rege Friderico III. anno 1363. Cancel. fol. 92. concessum Mario de Agrita Melit. Post cuidam Bernardo; eo decedente, Rogerio Sauna Can. Melit. ibid. fol. 121. & à Regina Blanca ann. 1409. Canc. I. anno 1396. fol. 144. Ibidem Benef. regium *la Savaja* anno 1347. ibid. fol. 151. post obitum Petri de Habacta Rex Fridericus concessit Thomeo Azir Melit. an. 1398. 7. ind. idem dedit Rex Martinus. Ibidem alterum benef. *Bethelees* post obitum Golini Mannaxi Prorex ex litt. Panor. 17. Julii 7. ind. 1489. presbytero Petro Tirixilli ibid. fol. 501.

Hic duo Conventus fratrum: 1. *S. Francisci* antiquissimus cum fratribus 5. & unc. 30. 2. *S. Augustini* cum fr. 4. & unc. 25.


De Viris in dignitate Ecclesiastica constitutis diximus suis in locis. Solum superest, quòd *Leonardus Habella Melit.* vir doctiss. sub pp. Paulo V. fit *Episc. Calcedonensis* creatus.

ROCCHI

ROCCHI PIRRI,

Abbatis Netini, & Regii Historiographi,

S. JOANNIS BAPTISTÆ DOMUS HOSPITALIS HIEROSOLYMITANÆ PRIORATUS MESSANÆ NOTITIA SEPTIMA.



ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO


FR. DON CAROLO VALDINA

ET DE VIGINTIMILIIS

S. JO. BAPTISTÆ DOMUS HOSPITALIS HIEROS. MILITI


Bajulivatus Sancti Stephani Priori

ABBAS D. ROCCHUS PIRRUS S.



XIGUUM hunc qualemcumque ingenii mei partum tuo nomini jure optimo consecro (Illustrissime Domine) in eo enim Mamertini *Prioratus initia celebrantur: cui nobilissimæ Urbi illustrissima majorum tuorum series cum in toga, cum in armis, fama, gloria, rebusque gestis conspicua maximum decus, atque ornamentum addidit. Unde non immerito te non modo patronum de me optime meritum, sed veluti parentem tam præclarum, tam illustrem inter magnos hujus nostræ ætatis heroas opusculum hoc intuetur, ac respicit. Hinc enim prima sui decoris semina, hinc incrementa laudum suarum sibi, veluti ex uberrimo gloriæ fonte jam emanare cognoscit. Nam quantum*

illi ab auctore deest, tantum habet à tuo, tuorumque præsidio auctoritatis, ac majestatis. Valdinarum enim gloriam gentes ad omnes honorum gradus procreata, communis omnium populorum consensus summis laudibus extulit, celebravit ipsius fama tuba, singulorum virtus propagavit, hinc non semel præstantissimi Prætores, hinc strenuissimi in bello Duces, curarum omnium, conciliorum participes suis rebus præclare gestis gloriantur, hinc Regni dynastæ, Roccæ Maurejannis *Marchiones,* Raccudiæ *olim Domini maximis honorum titulis gaudent. Nec sane est, cur hic ego commemorem, aut Duces in bello fortissimos, aut pacis artibus nobilissimos, Urbium Rectores; satis enim est ad æternandas laudes domus vestræ, vel unus frater tuus* Don Petrus Valdina Roccæ *Marchio, qui non semel in felicissima Urbe & Prætoris nomen, & munus pro dignitate sustinuit; Oratoris atque legati munere apud Excellentissimum Proregem* Don Franciscum de Melo, *& apud alios Proreges idem honorifice perfunctus est, collabentem militarem disciplinam in hac Insula fovit, tum sæpe in hoc regno Vicarius Generalis Proregia potestate Arces, & belli apparatus invisens, tum* Sicularum *legionum conscripto suis stipendiis milite dimicans adversus immanes hostium copias, quid quod singulari virtute contra irruentes* Gallorum *turmas post alia, Pontem Carignanum ipse defendit, eorumque superbientium furores ingenti animi robore, ac magnitudine prostravit, depressit, evicit; gloriarum sane factum, ac inter quaque ætatis aurea præclara facinora recensendum. Neque silentio prætereundum hic censeo alterum, & felicissimum certe originis tuæ germen ex* Vigintimiliis; *ab ea enim familia in te protenditur avita cognitio, quæ multoties cum* Siciliæ *Regibus, aliisque sanguinem, ac progeniem commistam agnovit. Ab hac celeberrimi, ac clarissimi viri in patria, atque in hac Insula facile principes præclaris honorum insignibus à Regibus sæpe exornati non modo nomen suum, sed totam hanc Provinciam, atque* Italiam *condecorarunt. Ab hac Illustrissimi* Hieracenses *Marchiones numerantur. Ab hac tandem non semel supremi Regni Moderatores. At enim (Illustrissime* Carole*) sunt hæc cum tuis communia ornamenta; illa vero longe majora, quæ non cum aliis communicas, eximium ingenium, rerumque tractandarum dexteritas non vulgaris, invicti animi virtus egregia, ac laus propemodum incredibilis; cui mehercule ille, sub cujus potestate in* Hierosolymitana *familia sunt omnia Magnus, inquam, Magister, ac rursus tot equitum illustrissimorum sanctum nobilissimumque Concilium tantum tribuunt, ut sæpissime te unum in rebus dubiis ad* Siciliæ *Proreges, ad Summum Mundi arbitrum Pontificem legationis munere destinaverint. Neque quidem par fuit, ut qui in toga tot præfulgeas insignibus, obscurus delitesceres in sago. Sed haud quaquam mihi sumo, ut omnes belli eventus, aut tua præclare gesta præstantissimo, non dicam, Duce, sed Imperatore digna facinora commemorem; quæ enim majora fortitudinis argumenta speret quisquam, quam quæ peti possunt ex tuis armis, ex militari virtute, ac robore tuo? Testantur hoc vel nolentes* Maurorum, Afrorum, ac Turcarum *populi, tot præliis, tot victoriis te Duce ita subacti, ut nullam aliam suis navigiis agnoscant tam voracem Charybdim, tam rapidam Scyllam; præter justum furorem armorum tuorum. Testantur in Insula* Melitensi *captiva Piratarum turma, atque infinita Christianorum multitudo ab* Africa, *à* Mauritania, *aliisque Regionibus à teterrima servitute vindicata. Unde non immerito tot victoriis, tot triumphis, tot trophæis (in quibus etiam præclarum tuæ Religionis militem, nunc triremis* S. Petri *Præfectum tuum ex germano nepotem Fratrem* D. Carolum Valdinam *ascivisti) illustre pectus tuum gloriosissimo Magnæ Crucis vexillo, quasi nobilissimo tuæ gloriæ monumento dudum præfulget, ac jure optimo te felicissimum ac fortissimum Ducem (cui cœlum faveat, ac fors obsequatur)* Melitensium Triremium *classis agnoscit, tuisque laboribus, tuoque nomine gloriatur. Jure* Hierosolymitani *vexilli Principes Baylivatu* S. Stephani, *aliisque commendis te extulerunt. Jure tandem ego strenuo, ac fortissimo Duci opusculum hoc, quod non exiguus est mearum vigiliarum labor tibi dicatum volo, non enim solum ab injuriis eximas, sed tuis felicissimis auspiciis fortunatissimum reddes, & sic tuo munitum patrocinio, tuis laudibus auspicatum bonis avibus exhibeo. Vale.* Panormi *Kal. Maii* 1641.



Anno Christi. 1099.

LICET in hisce Siciliæ nostræ Sacræ Notitiis A meum fuerit consilium, res omnes illius Ecclesiasticas, quæ ponderosius & ex fide afferuntur, & præclara quæque ab oblivione vindicantur, in quatuor distribuere libros. Quorum primus *Trium Metropoleon* anno 1629. Secundus *Episcopatuum, qui perierunt*, an. 1633. in lucem prodierunt. Tertius maximis vigiliis elu-

Anno Christi. 1099.

Anno Christi 1099.

elucubratus, laboribusque absolutus *Episcopatuum nunc florentium, ac eorum diœceseon* hodiernam aspicit lucem. Cum eodem sane libro sub Not. Sept. Melitensi, *S. Joan. Baptistæ Prioratum Messanæ, ejusque ecclesias commend. suffraganeas*, de quibus cum nostris *Abbatiis*, & *Prioratibus* in Quarto agendum erat libro, edere, & tamquam membrum suo capiti rite adunare fas esse existimavi.

Porro (ut satis diximus) cum anno sal. 1099. B. ille vir pietate insignis Gherardus Hierosol. in urbe tot SS. MM. sanguine exornata Hospitalem D. Joanni Baptistæ sacram ædem construxisset, sacræque Militiæ præclaris sanctionibus decorasset; quamprimum hujus Christianæ pietatis operis fama ad pias optimi Comitis 1. Siciliæ Rogerii aures pervenit; mox anno eodem (obiit Comes anno 1101.) agens Messanæ, in quam ex Orientali plaga solventes recta transfretare consuevere; alteram ejusdem sacri instituti, septem Christianæ Misericordiæ opera complectentis Domum Hospitalem exædificavit in antiquissimo, & celebri *Sancti Ioannis Baptistæ* templo prope Messanæ portum, quem, & oram anno sal. 541. Placidus, ejus soror Flavia, Eutychius, & Victorinus germani fratres, cæterique 33. Monachi ordin. S. Benedicti suo sanguine pro Christi fide effuso purpurarant. Eidem novæ hospitali ædi hæc dedit bona: *totum locum, & tenimentum situm in Campo Messanæ extra muros civitatis, ubi est Ecclesia, quæ in honorem S. Ioan. Baptistæ est constituta cum omnibus ædificiis, cæmeterio divisis, pertinentiis &c.* quam donationem, ut mox leges, Rogerius Comitis filius Rex suo confirmavit privilegio, imo & ipsemet Comes in privilegio fundationis Monasterii Basiliensis S. Mariæ de Mili [a] Messanæ, dato ibidem an. mundi 1600. 14. indict. mentionem facit de hac hospitalis domus S. Joan. dotatione.

[a] habet lib. Privileg. f. 183. lib. Monast. fol. 31.

Anno eodem *FR. GUBALDO* primo Rectori, seu *Magno Priori* nuncupato nova hæc hospitalis domus subjicitur; ad cujus preces Rex 1. *Siciliæ Rogerius* & patris donationem confirmat, & ejus bonorum fines declarat. En diploma.

UNIVERSIS [b] *Christi fidelibus præsentem paginam inspecturis. Jacobus miseratione divina Sacrosanctæ Hierosolimitanæ ecclesiæ Patriarcha Apost. Sedis Legatus salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod pro parte religiosi viri Magistri sacræ domus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani nobis extitit præsentatum quoddam privilegium sanum, & integrum in nulla sui parte vitiatum beatæ memoriæ D. Rogerii Siciliæ, Calabriæ & Apuliæ condam Regis bullatum ejus Regis bulla plumbea cum fillo serico violaceo pendente, & humiliter supplicatum, ut illud manu propria transcribi, & autenticari, nostraque bulla plumbea roborari de gratia dignaremur, cujus privilegii tenor talis est. IN NOMINE* [c] *Domini anno Incarnationis ejusdem MCXXXVI. Indict. XI. Rogerius divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Si pietatis opera inspicimus, quæ Regiam Majestatem amplificant; illa erga Deum, & homines clariora noscuntur, quæ religiosis locis, & in eis*

[b] in archivo Prioratus Messan.

[c] extat in lib. R. Monast. f. 80. & Privil. f. 135.

Anno Christi 1136.

A *Domino quotidie servientibus sunt benigne concessa Regiæ protectionis, & confirmationis munimine roborantur. Hinc est quod nos, quos Deus in Regno Siciliæ primo solio præsidere voluit, attendentes fervorem devotionis, & religionis observantiam, ac eleemosynarum largitionem pio nomine approbatam, quæ domus hospitalis sacra Beati Joannis Baptistæ Hierosolimitani Christi pauperibus & infirmis continuum præstat hospitium, & levamen, ad justas, & humiles preces fratris Gubardi Vener. Magni Prioris ejusdem sacræ domus* B *Hospitalis, & Conventus ipsius, totum locum, & tenimentum situm in Campo Messanæ extra muros Civitatis, ubi est ecclesia, quæ in honorem S. Joannis Baptistæ sub Beatæ recordationis glorioso Comite Rogerio patre nostro constituta pie noscitur cum omnibus suis ædificiis, cœmiterio divisis, & pertinentiis sub notatis de munificentia nostra gratia, & favore pro remedio animæ ejusdem patris nostri fel. mem. Comitis Rogerii, matrisque nostræ Adelasiæ Reginæ, nec non & nostræ, nostrorumque parentum salute perpetua, di-* C *cto venerando Priori, & ejus sacro Conventui, ac eorum successoribus concedendum duximus, & perpetuo confirmamus, firmiter inhibentes, ut prædictum locum, & recreationem infirmorum illuc confluentium misericorditer deputari ob reverentiam Jesu Christi, qui se in pauperibus recipi profitetur, nulla persona sublimis, vel humilis, prælata, vel subdita perturbare aliquo modo audeat, vel offendere seu aliquam violentiam eis inferre, vel injuriam, aut jacturam cum omnino præcipue manutenere, & observare Dei cultores,* D *& hospites, ac bona eis collata protegere qui se ad confirmationem languentium, & substentationem pauperum se quotidie indefessos exhibent, & paratos, & ne dicta stantia, cupiditas hominum locum ipsum, in quo sita est ecclesia, & domus Hospitalis in futurum audeat ausu aliquo interrumpere, vel violare, seu diminuere contra indignationem Omnipotentis Dei, & nostri culminis, eumque sub designatis finibus jussimus distinguendum. Ab oriente siquidem littus maris incipiens à pede flumaria logothetæ, & extenditur in directum ma-* E *ris usque ad flumariam S. Leonis descendentem ad mare à parte Septentrionis, exinde per viam publicam ex parte Occidentis, & finit terminus indirectus usque ad macellum, & descenditur ex parte meridiei secundum rectum cursumque flumariæ logothetæ descendentis ad mare, vel ad priorem pedem littoris supradicti, unde incapit divisio & concluditur. Ad hujus autem nostræ concessionis, & confirmationis memoriam, & inviolabilem firmitatem præsentem paginam per manus autem dicti Notarii fidelis nostri scribi, nostra-* F *que pari bulla plumbea insigniri præcepimus. Dat. Panormi per manus Guarini can. 6. idus octobr. anno quinto Regni Rogerii gloriosiss. Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ decimo feliciter. Amen.*

Anno 1137. *F. Raymundus de Podio erat Magister ordinis*, cui idem Rex permotus exemplo honestæ vitæ fratrum Hospit. Hierosol. de bonis propriis hæc concedit: — 1037.

IN NOMINE [d] *DOMINI æterni, & Salvato*

[d] lib. Priv. int. f. 418.

Anno Christi 1137.

vatoris Nostri Jesu Christi. Anno Incarnationis ejusdem MCXXXVII. Indict. XII. Rogerius divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Quando in multis offendimus omnes, non tamen in nostris meritis, quam supra scriptorum religiosorum virorum precibus Christi misericordiam assequi confidenter constrictam, nam quæ est, & multum valet deprecatio justi assidua, ideoque & rationabili omni oratori, quatenus de bonis, quæ vobis Omnipotentis Dei misericordia habere concessimus pauperum Christi, & servientium Deo usui, quæ pro nobis orationibus assiduis, dum in præsenti naufragio, propria manu subvenimus, qui pro nobis orationibus assiduis interpellant Regem Cœlorum, & ut nobis janua paradisi aperiatur, pulsare assidue non desistant, ac contra dictam compunctionem, laudabilis considerantur Magistri Raymundi de Podio, & sanctam Hospitalis S. Joannis Hierosolimitani honestam vitam, & eleemosynarum largitionem pio nomine approbatam, quam facis Xenodochium Hierosolimitanum in reparationem, & recreationem pauperum, & Infirmorum undique influentium pro honore, & reverentia Jesu Christi, qui in pauperem recipi confitentur. Nos igitur, cui Deus in Regno Siciliæ primo solio voluit elevare, in salutem animæ patris gloriosæ memoriæ Rogerii Comitis, matrisque nostræ Adeletiæ Reginæ, & nostræ, nostrorumque denique parentum fratres Hierosolymitanos omnesque domos Hospitalis, quæ in Regno nostro sunt cum confratribus, hominibus, possessionibus & omnibus justitiis, & rationibus suis simili protectione, & defensione nostra, nostrorumque hæredum recepimus, & habemus, & quicquid per totum Regnum ubique aut intra Civitates, sive extra à dicto Hospit. præsenti nostro tempore est obtentum, & in futuro concessione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium prædicto Hospitali fuerit attributum, concedimus, & robore perpetuo confirmamus. Volumus insuper, ut Hospitale prædictum habeat libertatem herbarum, aquarum pro animalibus suis, & usum lignorum siccorum, & viridium pro suis domibus reparandis, & aliis necessitatibus suis, plateatica, quæ omnibus domibus Hospitalis prædicto, & hominibus suis per Regnum nostrum tam in terra, quam in mari pœnitus indulgemus, ut libere vendere, & emere possint, tam Civibus, quam alienigenis de proventibus, & eleemosynis Hospitalis ubicunque, sive extrahere undecunque aliis Civitatibus, sine Castris, & Villis pro utilitate Hospitalis ejusdem. Concedimus etiam quandiu Deus nos, & nostros hæredes manuteneat, & conservet, ut Rectores, & fratres ipsius Hospitalis ubicumque facere voluerint Hospitale, vel receptaculum infirmorum, liberam inde habeant potestatem, & quod quidem ipso Hospitali in eleemosynam à Christi fidelibus, sive indigenis aut alienigenis de universis Provinciis fuerit elargitum sine conditione nostra, nostrorumque fidelium pro infirmis confortandis, & pauperibus sustinendis recipiat absolute, sicut fuerit sibi elargitum, ut autem ad plenitudinem salutis .... animarum nostrarum nihil desit, atque ecclesiastica Sacramenta, & divina officia nobis in Christi pauperibus commode efficiantur; sanci-

Anno Christi.

A *mus, ut liceat vobis clericos, & sacerdotes habita prius de ipsorum honestate, & ordinatione quantum ad vestram scientiam per literas, sive per testes convenienter testaretur, undecunque ad vos suscipere & tum in principali domo nostra, quam in pertinentiis, & locis sibi subjectis vobis habere, idemque nulli alii professioni, & ordini teneantur obnoxii. Et si Episcopi eosdem clericos forte noluerint, nihilominus tam auctoritate Sanctæ Rom. Ecclesiæ suscipientes & recipientes habeatis licentiam, eisdem vero clericis nulli personæ extra Capitulum, nisi Romano Pontifici subjecti sint, nec*
B *aliquis magnus vel minor, nobilis, vel ignobilis fidelium, aut Bajulorum vestrorum fratribus, vel hominibus Hospitalis prædicti aliquam violentiam inferant, nec jacturam, nec de aliquibus rebus, vel possessionibus, quas dictum Hospitale Hierosolimitanum nostro regio dono habet, aliqua jurisdictione dissipare præsumat. Volumus etiam prædictum Hospitale uberiori, & speciali gratia pergaudere; ut Rectores, & fratres ipsius Hospitalis cum familia sua ad defensionem rerum, &*
C *personarum suarum ubilibet per Regnum nostrum Siciliæ deferant arma. Siquis autem (quod absit) hujus nostræ donationis, & concessionis paginam temerario ausu aliquo interrumpere, vel violare præsumpserit, in indignationem Omnipotentis Dei, & nostri culminis sciret se incursum. Ad hujus autem donationis, & concessionis indicium per manus Vidonis nostri Notarii scribi nostraque pari bulla plumbea insigniri præcipimus. Dat. Panormi per manus Guarini Cancellarii 6. idus Octobris, anno vero Regni Rogerii gloriosiss. Regis*
D *Siciliæ VI. Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ xi feliciter amen.*

Anno 1147. *Priori N. Messan. Hospit.* ab Episcopo Messanensi, & Traynensi Arnaldo datur *Ecclesia S. Mariæ, & ejus bona juxta Vaccariam sic.* 1147.

* in archiepiscopatus.

*In * nomine Patris, & filii, & Spiritus Sancti. Amen. Anno ab Incarnatione Domini 1147. Indict. 10. mense Junio, regnante excellentiss. Rogerio Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Ego Arnaldus Messanensis, & Tray-*
E *nensis ecclesiæ Dei gratia electus: pro Dei dilectione, & anima Rogerii Comitis beatæ memoriæ, ac uxoris ejus Adelasiæ redemptione; qui per multas tribulationes totam Siciliæ Insulam Deo auxiliante acquisivit, ibidemque plurimas ecclesias diligenter construxit, atque de facultatibus suis eas sufficienter ditavit, quandam nostram ecclesiam Sanctæ Mariæ cum pertinentiis suis, quæ juxta Vaccariæ rivulum antiquitus sita est; consilio, & assensu Messanensis, & Traynensis Capituli Hospitali Sancti Joannis de Hierusalem libere & quie-*
F *te dedi & concessi. Hujus autem donationis, & concessionis testes sunt ✠ Ego Gregorius decanus subscripsi. ✠ Ego G. cantor subscripsi. ✠ ego H Messanensis canon. testor. ✠ ego magister Robertus subscripsi. ✠ ego Ranulfus can. subscr. ✠ ego Guido can. sub. ✠ ego Rainaldus can. sub. ✠ ego Goffridus can. testis sum. ✠ ego Joannes can. su. ✠ ego Joannes Panormi, & Traynensis ecclesiæ can. su. ✠ ego Rollandus can. testis sum. ✠ ego Robertus can. testis sum. ✠ ego Robertus can. sub. ✠ ego Nicolaus Messanens. can. sub. ✠ ego Balduinus can. testor.*

Anno Christi 1147.

testor. ✠ *ego Boamundus can. Mess. testis sum.* ✠ *ego Dorandus S. Nicolai Messanensis can. sub.* ✠ *ego Sergius Messanens. can. testis sum.*

Anno eodem mense Feb. à Comite Policastri Simone eidem Hierosoly. Hospit. hæc conceduntur bona.

✠ *Signum Venerabilis crucis factum manibus meis Comitis Simonis.*

✠ *Signum salutiferæ crucis factum manibus meis Thomasæ Comitissæ.*

a In tabul. Prioratus Mess.

In nomine [a] *Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi* 1147. *mense Februarii indictione prima. Ego Simon Dei & domini nostri Regis Rogerii gratia Comes divina inspirante clementia, ut supremus rex supradicto Domino nostro Regi Rogerio prospera tribuat, diuturnam, longamque salutem concedat, honorem augeat, Ducem, ac principem filios suos in pace ac prosperitate custodiat, & pro anima Comitis Rogerii, qui hanc insulam à dominatu Sarracenorum eripuit, & ad cognoscendum Deum, cœli, & terræ creatorem convertit, & pro anima piissimæ Reginæ Adalasiæ, nec non & pro anima patris mei illustrissimi, ac Serenissimi Comitis Henrici, & ut Deus de peccatis meis misericordiam faciat, & à futuris custodiam tribuat, & pro anima carissimæ matris meæ Flandinæ & pro remedio animarum omnium meorum fratrum, & pro animabus meorum filiorum, ac omnium parentum, & pro animabus omnium fidelium defunctorum. Per hujus præsentis cartulæ donationem dono, & concedo Hospitali sanctæ civitatis Hierusalem, quod in honore S. Joannis Baptistæ ædificatum est, omnes res, quas Obertus de Sagona possidet, mobiles & immobiles; videlicet domos, vineas, agros, animalia, cuncta penitus quæ quocumque modo juste tenuit, & acquisivit; ut deinceps omni tempore habeat, & possideat in pace & quiete omnem substantiam prædicti Oberti Sagonensis; ita ut Priores & Rectores ipsius hospitalis ex eis quidquid eis placuerit, ad utilitatem & honorem sacri hospitalis, & sanctorum patrum sine omni mea & hæredum meorum contradictione faciant. Et pro istius dationis recordatione & firmitate sunt nominati testes, quos super hoc rogavimus, ut signacula sanctæ crucis in hac carta propriis manibus subscriberent.*

✠ *Signum sanctæ crucis factum manibus meis Arnicionii Placiæ.*

✠ *Signum sanctæ crucis factum manibus meis Bosonis Arguellæ.*

✠ *Signum vivificæ crucis factum manibus meis Bartholomæi Placiæ magistri.*

✠ *Signum sanctæ crucis factum manibus meis Guidelini Cumerini.*

✠ *Signum sanctæ crucis factum manibus meis Petri Camerarii.*

✠ *Signum adorandæ crucis factum manibus meis Magni notarii.*

De Templariorum bonis hospitalibus Hierosl. attributis.

Quoniam vero (ut suo latius dicemus loco, & tempore) *Militares Equites Templarii* in Sicilia florebant his temporibus, & sui ordinis plures habebant Conventuales ædes. Attamen quod pp. Clemens V. an. sal. 1307. illorum Magnum Magistrum Jacobum multis irretitum hæresibus juste igni tradendum jusserat, uti latius Historiæ Pontificales eo an. tom. 2. fol. 3. in vita Clementis testantur; omnia templa, bona, jura, quibus fruebantur Templarii, ea scilicet quæ in Alamania Teutonicis sub tit. S. Mariæ; in Hispania equitibus S. Jacobi de Spada, in Valentia equitibus Montexæ sub Rege Jacobo, in Italia maxime in Sicilia nostris equitibus attribuit per privilegium apost. dat. Liberoni Valent. 17. Kal. Junii pont. an. 7. exscriptum in nostra Reg. cancell. lib. Prælatiarum fol. 419. perscriptum *Venerabilibus fratribus universis Archiepiscopis & Episcopis per regnum Trinacriæ constitutis. Sic. Nuper in Generali Concilio per nos Vienna, disponente Domino, celebrato per longam deliberationem præhabitam, & maturam acceptabilius fore Altissimo, magis honorabile fidei Orthodoxæ cultoribus, ac subventioni Terræ Sanctæ utilius bona quondam domus & ordinis Militiæ Templi, Ordini Hospitalis S. Joannis Hierosol. concedere, quam Ordini de novo creando unire, aut etiam applicare &c. Ideo vj. nonas mensis Maii eodem sacro approbante Concilio, Hospitali seu ipsius Hospitalis Ordini supradictis præfata bona concedenda, & applicanda duximus.* Hinc ne temporum seriem prætermittam, & de privilegiis, quæ post Templariorum extinctionem, nostræ Hierosol. Domui hospit. profuerunt, agam. Hoc primum affero.

1151.

Anno sal. 1151. *F. Gaufrido Campiniaco Præfecto generali omnium domorum Templi in Siciliæ* hæc elargitus est Gaufridus Oliverius.

b In archivio Prioratus.

✠ *Signum* [b] *manus Gaufridi filii Oliveri.*

✠ *Hoc signum fecit domina Roasia manibus suis.*

✠ *Signum dominæ Galganæ.*

✠ *Signum Adaliciæ.* ✠ *Signum Alienor.*

Anno ab Incarnatione Domini 1151. *placuit domino nostro invictissimo Regi Rogerio mihi Gaufrido Oliveri filio, filiam Henrici de Buglio Galganam nomine cum Pentargo & Scurdia in uxorem dare; quod ita factum est, ego autem in terram prædictam veniens, audivi quod prædictus Henricus pro anima gloriosissimi Comitis Rogerii, qui terram Siciliæ acquisivit, & pro anima sua templo Hierusalem, concessione domini invictissimi Regis Rogerii de eis eleemosynam fecerit, quod valde approbavi. Gaufridus igitur de Campiniaco, frater templi, qui tunc temporis domibus templi, quæ in Sicilia sunt, præerat, ad me veniens petiit, ut prædictas eleemosynas scripto, & testibus confirmaret. Ego siquidem omnia ei gratanter concessi cum socru mea Roasia, & uxore mea Galgana, ut Dominus noster Jesus Christus dominum nostrum Regem Rogerium, suosque hæredes ab omni malo liberaret, sicut in privilegio continetur, quod præfatus Henricus ante obitum suum de eleemosynis: videlicet Pentargi & Scurdiæ eis fecerat. Unde etiam eis addam viridarium Scurdiæ pro anima patris mei, & matris meæ, eique hoc præsens signum coram subscriptis testibus feci. Hujus rei testes sunt Willelmus de Insulabona. Hernaldus Osursi. Bartholomæus frater Henrici præfati. Walterus de Polliaco. Tragisius de Maniaco. Robertus de primefractio. Thomas qui privilegium dictavit. Gisus sacerdos. Benedictus Sacerdos. Robertus sacerdos. Petrus Vicecomes. Petrus Maczone. Lucas Notarius.*

De Templariis.

Ro-

Anno Christi. 1174.

Robertus Clericus, & ego filius Urso Droscemmanno. Arabicus miles.

Anno 1174. *F. Gaufrido Andevilla, Custodi Hospit.* & *Priori* Odo concessit hanc ecclesiam *S. Michaelis cum bonis suis*. En diploma.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis Amen. Anno ab Incarnatione Domini 1174. Indict. 8. regnante gloriosiss. rege Willelmo Illustris Regis Willelmi filio, venerabili Nicolao primo Messan. Archiepiscopo præsidente, ego Odo Scarpa domni hospitalis Messanensis sub custodia venerabilis Gaufridi de Andevilla..... pro redemptione animæ meæ & omnium dedi vineam, quam emeram à Giraldo de Mabilia cum omnibus pertinentiis suis. In ista terra ego Odo cum licentia ven. Nicolai primi Messan. Archiepiscopi ecclesiam in honorem B. Michaelis ædificavi, quam dicta domni hospitali simul cum prædicta vinea dedi, & ædificiis. Pro ista ecclesia B. Michaelis annuatim Ecclesia Archiepiscopatus B. Nicolai reddebam libram unam incensi, & unam de cera, & duo rotula olei. Ista omnia debent fratres in festivitate S. Mariæ, seu B. Nicolai, ut dominus Archiepiscopus indulserit persolvere. Debent etiam semper in Ecclesia B. Michaelis sacerdotem cum uno clerico pro anima mea, & parentum meorum tenere, & ipsi Ecclesiæ procurationem officii sufficientem exhibere. Tali conditione, ut si fortassis iste, vel alii priores & fratres in ecclesia sacerdotem & clericum ad obsequium divinum noluerint tenere, mihi vel hæredibus meis revertatur.

1177. Anno 1177. Gebilino *Priori ejusdem Hosp.* Rogerius de Aquila Comes Avellanæ est elargitus *Ecclesiam S. Jo. in oppido Paternionis*. Ista est concessio.

a Ibidem. *Anno*[a] *Incarnationis Dom. 1177. Mense Decembris, Indict. XI. Ego Rogerius de Aquila Dei, & Regia gratia Comes Avellinæ, pro anima Regis Rogerii felic. recordationis, & pro anima Regis Willelmi beatæ mem. & pro domino Rege Willelmo II. quem Deus Omnipotens custodiat, & pro anima dominæ meæ Deliciæ aviæ meæ, pro animabus patris, & matris meæ & antecessorum meorum parentum, & pro anima mea, & omnium meorum, donavi domino Deo, & Hospitali S. Joannis, quod est in Hierusalem in manu fratris Gebilini Prioris Messanæ, ecclesiam in honore S. Joannis fabricatam in terra nostra, in plano Adernionis super casalem Canneti cum totis pertinentiis & justitiis, & ecclesiam sursum in villa veteri S. Philippi, quæ est prope ecclesiam S. Mariæ de Catania; & præterea molendinum in terra nostra Politii. Nec non ego Comes de Avellina concessi & confirmavi omnia, quæ domina avia mea Delicia dedit hospitali Hierosolimitano. Quæ ut rata sint, præsens privilegium signo Crucis, & bulla nostra corroboravi.*

Rogerius filius Adam filii Adelasiæ,

S. Joan. Adernionis Commenda.

Politii commenda.

1199. Anno 1199. *Margarita* filia *Barthelomæi Lucy Comitis Paternionis* constitutam in Adernione domum hospitalem auxit *feudo* in oppido Minæi, quod ejus pater dederat. Sic:

b Ibidem. *Anno*[b] *1199. mense Januarii Indict. 3. regnante domino nostro Frederico Dei gratia magnificentissimo, & invictissimo Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno tertio. Nos Bartholomæus de Lucy Dei, & regia gratia Comes Paternionis, & domini Regis consanguineus, & familiaris donavimus filia nostra Margarita, & hæredibus suis in tenimento terræ nostræ Minei feudum Unius Militis, quod fuit quondam Henrici de Mansillera cum omnibus justis pertinentiis suis, salvo tamen servitio unius militis, quod nobis, & hæredibus nostris præfata Margarita, & hæredes ipsius perpetualiter facere teneantur.*

Anno Christi. 1199. Patern. hospit.

1203. Anno 1203. Guillelmus Malconvenant Comes eidem Messanensi Hospitali *duo Casalia Cellarii cum juribus suis* per sequens tribuit diploma.

c Ibid. *Anno*[c] *1203. mense Augusti Indict. 6. Regni nostri Friderici anno VI. nos Guillelmus Malconvenant Comes, magnus Admiratus, qui in vita nostra militia sat deliquimus; statuimus animæ nostræ remediis providere: advertentes pietatis opera, quibus quotidianis usibus hospitali S. Joannis de Messana necesse habentibus subvenitur, creatoris ad gloriam & præcursoris, ad animæ nostræ remedium & subsidium egenorum concessimus dicto hospitali S. Joannis Messanæ duo Casalia nostra Cellarii* * *cum omnibus tenimentis & pertinentiis ipsorum, quæ sunt in valle Mazariæ, & domum nostram, quam habemus Panormi* *, *quæ sita est in loco, qui dicitur Bebelagerin in ruga SS. XL. cum voluntate dominæ Margaritæ charissimæ consortis nostræ. Et ipsi fratres & successores prædicti loci tam nobis, quam dominæ conjugi nostræ anniversarium nostri obitus faciant, & Deo orationibus commendent.*

Mess. hospit.

* Est membrum sive grangia commendæ Messa..

* In Albergaria ubi nunc domus professa Jesuit.

1209. Anno 1209. Fridericus Rex I. hujus nominis *F. Guillelmo Oreliensi Præceptori domorum templi Casale Murrum* præbuit. En litteræ Regiæ:

d Ibidem. *Fridericus*[d] *Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ: attendentes religionem fratris Guillelmi Oreliensis domorum templi in Sicilia Præceptoris, & quod de bonis, quæ templariis conferuntur militibus templi in ultramarinis partibus, in Dei servitio militantibus subvenitur, ad supplicationem Comitis Pagani de Parisio dilecti familiaris nostri, de gratia quoque & munificentia nostra, pro salute nostra & augustorum parentum nostrorum, perpetuo concedimus & confirmamus domum templi Messanæ ad commodum militiæ templi Casale, quod dicitur Murrum in tenimento S. Philippi libere & sine aliquo servitio, quod de prædicto Casali debebatur, idem Comes Paganus se & successores suos perpetuo statuit responsuros, &c. Dat. in urbe Panormi per manus Gualt. de Palena vener. Catanensis Episcopi, & Regni Siciliæ Cancellarii anno 1209. mense Martii Indict. XII. Regni domini Friderici anno XI.*

Anno eodem idem Fridericus Hospitali Messanæ S. Jo. *Montaneam Mesoshetu* præbet per has regias litteras.

e Ibidem. *Fredericus*[e] *Rex Siciliæ, &c. attendentes religionis ordinem, in quo per Hospitalitatis, & divini cultus observantiam fratres domus Hospitalis S. Joannis Jerosolymitani de Messana laudabiliter Domino famulantur; illius intuitu, qui dat salutem regibus, pro remedio quoque animarum Augustorum bonæ mem. parentum nostrorum donamus in perpetuum eidem domui Hospitalis Messanæ Montana Mesoshetu, quæ est juxta tenimentum Nugariæ cum omnibus justitiis, finibus, ac divitiis suis, &c. Data in Civitate Catanæ per manus*

Anno Christi. 1209.

nus Gualterii de Pallena Vener. Catanensis Episcopi & Regni Siciliæ Cancellarii anno 1209. mense Decembris, Indict. XIII. Regni domini Friderici XII. feliciter.

Eodem etiam anno idem Rex multa bona, atque immunitates Domibus Hospital. ordin. S. Joan. Hierof. in Sicilia constitutis per hoc diploma concessit.

a Extat in archivio Hospitalis S. Jo. Mess. in pergameno.

IN NOMINE [a] *DEI æterni, & Salvatoris nostri. Amen. Fridericus Divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Etsi omnia caduca sunt hominum, & temporum diuturnitate labuntur, sunt tamen ex hominibus aliqua perpetuæ stabilitati connexa, illa videlicet, quæ divinis addita cultibus hæreditatis Dei funiculum inter homines amplectuntur, tunc præcipue cum loca venerabilia, in quibus placens Domino sectatur hospitalitatem, militia Regalis protectionis favore muniunt, & eis munimenta, quæ vetustas non diluat, votivo liberalitatis indulgent. Inde est quod Nos attendentes celebrem vitam, & piæ religionis ordinem, in quo per hospitalitatis, & divini cultus observantiam confratres domus hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani de Messana, & aliarum domorum, quæ sunt per Regnum nostrum, laudabiliter militant Jesu Christi intuitu, qui dat salutem Regibus, & qui Regalis culminis nobis sceptrum donavit; pro remedio quoque animarum divorum quondam augustorum parentum, & aliorum Regni progenitorum nostrorum, ipsam domum Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani de Messana, omnesque domos, quæ sunt in Regno nostro, confratres, possessiones & homines ipsarum domorum sub nostra protectione, & defensione suscipimus: concedentes, & confirmantes eis perpetuo plenariam libertatem, ut de fructibus ipsarum domorum libere de cætero sine datione aliqua, sine plateatico, passagio, & portulatico mittere, introducere, & exhibere liceat tam per mare, quam per terram, tam per portas, quam per portus, & passagia, vendere quoque, emere, seu alienare quæcumque, & ubicumque voluerint per Regnum nostrum pro negotiis, & servitiis ipsarum domorum, & ut libere possint mittere sine datione, & conditione aliqua quocumque voluerint ad matrem, & etiam earum Magnam domum Hospitalis Hierosolymitani tam per mare, quam per terram, cui magnæ domui cæteræ domus Hospitalis S. Joannis sunt ubique subjectæ. Concedimus etiam prædictæ domui Hospitalis Sancti Joannis de Messana, cæterisque domibus Hospitalis Sancti Joannis, quæ per Regnum nostrum sunt, libera pascua pro animalibus suis, & hominum suorum, & libertatem incidendi lignamina pro construendis, & reparandis domibus suis, & ligna sicca ad usum ipsarum domorum ubicumque sunt per nemora, & forestas Regni nostri, ipsis domibus vicinas. Et jubemus, ut homines ipsius Hospitalis Messanæ, & aliarum domorum de Regno nostro liberi sint ab omni vassallagio, adjutorio, ab omni exactione, & servitio sæculari, ne teneantur respondere aliquibus de quibuscunque constitutionibus, nisi tantum in Curia vestra Hospitalis etiam de criminalibus, quæ pertinent ad Curiam nostram. Volumus etiam, ut quicumque utriusque sexus cum stabilibus, vel*

A *mobilibus suis, ipsi domui Hospitalis Messanæ vel alicui aliarum domorum se in vita sua, vel in testamento reddere, vel offerre voluerit, sicut solet in mortificatis fieri, liberam exinde habeant facultatem, exceptis angariis iis, quæ sunt de feudis, qui etiam de licentia dominorum suorum, si voluerint, domui Rospitalis poterunt se offerre. Item confirmamus & regali sancimus edicto, ut fratres Hospitalis S. Joannis de Messana, & aliarum domorum de Regno cum omni libertate, bona ordinis ipsius Hospitalis cum omnibus, quæ conces-*

B *sione Pontificum, donatione, vel confirmatione Regum progenitorum nostrorum, ac nostra, nec non & oblatione fidelium rationabiliter in præsentiarum habent, vel justis in antea poterunt titulis adipisci, quiete, pacifice, & sine contrarietate qualibet perpetuo conserventur. Probibemus etiam quod nullus infra situm ipsarum domorum Hospitalis occasione qualibet insultum facere, hominem capere, vel domos ipsas in rebus suis inter, vel extra, vel in personis, qui ibi sunt, temere perturbare, vel in aliquo damnificare præsumat.*

C *Nullus sit igitur, qui contra concessionem, confirmationem, & sanctionem nostram aliqua præsumat temeritate venire: quod si in aliquo attentaret, indignationem nostri culminis, & detrimentum personæ, & rerum suarum se noverit incursurum. Ad hujus autem concessionis, & confirmationis, & sanctionis nostræ memoriam & inviolabile firmamentum præsens privilegium per manus Jacobi de Capua Notarii, & fidelis nostri scribi, & sigillo nostræ celsitudinis mandavimus insigniri, anno, mense, & indictione subscriptis.*

D *Datum Cefaludi per manus Gualterii de Palena venerab. Catanensis Episcopi, & Regni Siciliæ Cancellarii. Anno Domin. Incarnat. 1209. mense Octobris indict. 12. Regni vero Domini nostri Frederici Dei gratia Magnifici Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ 12. feliciter. Amen.*

Anno 1210. Rex. *Fr. Guillelmo Magistro domus Militiæ templi in Sicilia* confirmat donationem factam à Comite Raynaldo de Modyca in Leontino. Ita: 1210.

E *In nomine* [b] *sanctæ, & individuæ Trinitatis, Amen. Fridericus Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Quoties obtentu divini numinis ad ecclesiarum cultum intentionis nostræ aciem vertimus, & earum profectibus pio majestatis oculo providemus, toties ad sublimitatis, & potentiæ cumulum potestatis nostræ solium clementiæ titulo largius decoratur. Constitutus itaque in præsentia nostra frater Guillelmus magister domus militiæ templi in Sicilia, majestati nostræ supplicavit, ut tenimentum, quod dici-*

b Ibidem.

De Templariis.

F *tur Pantanum Salsum in tenimento Lentini cum pertinentiis suis, sicut Comes Raynaldus de Medica de voluntate, & confirmatione fælicium Aug. parentum nostrorum divæ memoriæ eidem domui militiæ templi obtulit, nec non & barcam ad usum piscandi per totum fluvium Lentini, piscariam quoque alosarum in ipso flumine; videlicet à petra lata, quæ est subtus Ecclesiam Sancti Heliæ, consita juxta ripam ipsius fluminis usque ad passagium S. Georgii, sicut idem Comes Raynaldus tempore suo tenuit, & ipsa domus tempore præ-*

Leontini commenda.

Anno Christi. 1210.

dicto parentum nostrorum tenuit & possedit; magnitudo nostra confirmare eidem domui dignaretur, nos autem supplicationes suas super his benignius admittentes, divini amoris intuitu, ad cujus honorem & gloriam domus militiæ Templi constructa est, pro salute quoque & incolumitate nostra, nec non & pro remedio animarum parentum nostrorum pia recordat; eidem domui militiæ Templi præfatum tenimentum, quod dicitur Pantanum Salsum cum pertinentiis suis, barcam ad usum piscandi per totum fluvium libere, & piscariam alosarum in ipso flumine à petra lata usque ad passagium S. Georgii, perpetuo concedenda & confirmanda duximus. De gratia quoque nostræ liberalitatis concedimus eidem domui templi, ut liceat fratribus ipsius domus sumere aquam ab ipso flumine, & ducere per conductum per terras ipsius domus in parvum pantanellum suum, & piscariam ibi habere ad utilitatem ipsius domus libere, & sine molestia alicujus. Ad hujus autem nostræ concessionis, & confirmationis memoriam, & robur perpetuo valiturum præsens privilegium per manus Isaiæ Notarii & fidelis nostri scribi, & nostræ majestatis sigillo jussimus communiri. Dat. in Civitate Messana anno dominicæ Incarnationis 1210. mense Junii, XIII. Indictionis, regni vero domini Frederici Dei gratia Illustriss. Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno XIII. feliciter, Amen.

1211. Anno 1211. Alemandus Comes Syracusæ Hospit. Messanæ S. Jo. *Casale Bignes in tenimento Syracusarum* dat. per hoc privilegium.

a ibidem.

In nomine [a] Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Amen. Alemandus Dei, & Regia gratia, ac Communitatis Januæ Comes Syracusæ, & domini Regis familiaris. Inter cætera, quæ Præsidentibus, & terrarum principibus magnum honoris & gloriæ culmen acquirunt, ea præeminent largitatis opera, per quæ gloria in excelsis à Deo, & in terra laus ab hominibus bonæ voluntatis comparatur. Quia cum terrarum principes sacris locis, & honestis viris cælesti Regi servientibus de terrenis bonis sibi à Deo præstitis munifice tribuunt, in cælestibus regnis æterna sibi partem hæreditatis acquirunt, & in terris humanæ laudis meritum perpetuo promerentur. Inde est, quod nos providentes .... Deo, & quanta utilitas universæ christianitati ex domo hospitalis B. Joannis proveniat, in qua diversa mundi locu Christus in persona pauperis excipitur, & pauperes in Christi nomine reficiuntur assidue. Considerantes etiam quantum superbia inimicorum crucis per eamdem prædictam domum .... bus comprimatur, intuitu Dei, & Beati Joannis Baptistæ, necnon pro honore domini nostri sereniss. Regis Frederici, Communitatis Januæ, & nostro perpetuo concedimus, & donamus prædicto hospitali S. Joannis in tenimento nostro Syracusæ quoddam Casale meum, quod dicitur Bigens, terram quandam his terminis interclusam continens .... terminus ipsius terræ à Scala rubra usque ad magnam mandram, & inde descenditur per caveam usque ad divisam Salinæ; & deinde procedens comprehendit totum pantanum, quod ibi est usque ad ... & usque ad magnam mandram, quæ est super Casale Bigene. Hanc itaque terram sic terminatam cum prædicto Pantano, & cum prædicto Casali præfato hospitali ad opem pauperum Christi, & ut orationum, & beneficiorum, quæ in ipsa domo fiunt, mereamur esse participes; damus, & concedimus, ut prædictum hospitale ipsam prædictam terram.... libere, & quiete teneat & possideat, sine omni nostra, & hæredum nostrorum, ac omnium per nos contradictione in perpetuum. Ad hujus itaque donationis, & perpetuam memoriam præsens privilegium per manus Magistri Ladulfi Notarii nostri scribi, & sigillo nostro fecimus communiri. Dat. Syracusæ an. dom. incarn. 1211. mense Junio, Indict. XIII. Regni vero Illustriss. Regis nostri Frederici anno XIII. fæliciter, Amen.

Syracus.

1229. Anno 1229. Ad preces *F. Hermani de Petragors Præceptoris* domus Militiæ Templi in Sicilia, & Calabria confirmat dona Comitis Raymundi de Motyca, & alia concedit Rex.

b ibidem.

Anno 1229. [b]. Rex Fridericus Imperator semper Augustus Hierusalem, & Siciliæ Rex ad supplicationes Fratris Hermani de Petragors domus militiæ templi in Sicilia, & Calabria Præceptoris, eidem domui militiæ templi concedit, & confirmat juxta ejus privilegia, tenimentum terrarum cultarum, & incultarum, quod dicitur Pantanum Salsum in tenimento Lentini, sicut Comes Raynaldus de Modica eidem domui concesserat barcam ad usum piscandi per totum magnum flumen Leontini, Piscariam Alosarum, & lectum balata in ipso flumine à petra lata consita in portu barcarum &c. Tenimentum terrarum, & nemoris Ecclesiæ S. Leonardi de templo in eodem tenimento Lentini, cujus fines hi sunt: ab una parte littus maris, ab alia flumen magnum Lentini, à Septentrione sunt divisa pertinentiarum Cataniæ usque ad Montem Album arenarum, & deinde proceditur usque ad littus maris & per littus ad Fogiam prædicti fluminis Magni Lentini. Insuper quoddam viniale in tenimento Lentini in loco, qui dicitur Bulsutoni juxta terras S. Rayneri. Casale Rabalmastri in eodem tenimento Lentini infra quod Casale est Ecclesia S. Bartholomæi ejusdem domus templi: quandam terram quæ dicitur Custumera in confinibus Casalis de Bulgarano de eodem tenimento Lentini. Insuper concedit, ut liceat fratribus domus templi sumere aquam à magno flumine Lentini, & ducere per terras tenimenti Ecclesiæ S. Leonardi de Templo, & conductum in alias terras in gurgam suam propter Fogiam Magni fluminis Lentini, & piscariam ibi facere, atque liceat dictis fratribus sumere aquam a dicto flumine quod dicitur de Lentino, & ducere per terras Casalis Rabalmassar. Præterea confirmat bona ejusdem domus in tenimento Paternionis: videlicet Molendinum de Salinis, terras apud Cardonitum, terras alias, & olivetum, terram dictam de Lagano, & alia bona, & possessiones, quæ in privilegio Comitis Pagani de Patrisio continentur. Nec non liceat habere piscariam in flumine Paternionis ad usum fratrum, & familiæ dictæ domus. Præterea confirmat prædictæ domui bona in tenimentis Buteræ, Syracusæ, & Aydoni; in tenimentis Buteræ Casalia duo Maltanes, & Arnadenes; nec non liceat fratribus accipere aquam, ligna, & herbas pro pascuis animalium ipsius domus & in maritima dicta terra mittere, por-

Anno Christi. 1189.

portum liberum habere, & in flumine Oddonis Sueni, & in maritima prædicta habere piscariam liberam pro usu fratrum, & familiæ, & omnia alia bona, & libertates, & fines prout in privilegio Comitis de Oeria Comitis Butera fidelis nostri, per eum dicta domui templi super hoc facto, plenius continetur. Bona in tenimento Syracusæ Casale, quod dicitur Magrentinum cum terra circumstante ad x. paricla libera absque servitio, sicut Gualterius de Calatagirone eidem domui militiæ templi libere contulit, & concessit, Dat. in Castris apud Avellinum mense Sept. 4. ind. imp. Frid. an. 1x. Jerusalem 4. Siciliæ 23.

1252. Anno 1252. *Ad Frat. Rembaldi Magni Præceptoris Domorum Hospitalis Hierosolym. Hospitalarii per Italiam, Ungariam, & Austriam* supplicationes; *Conradus* [a] *Dei gratia Romanorum in Regem electus semper Augustus Hierusalem, & Siciliæ Rex* (post multa encomia fratrum hujus religionis addit de Rombaldo) *dilecti familiaris, & fidelis nostri quem utilem satis, & obsequentiss. in nostris sumus experti servitiis benigniter inclinati, dictos fratres, domos, & bona eorum omnia, quæ ubique per Regnum juste tenent, & possident domini patris nostri* Friderici II. Imper. *& aliorum felicium Regum Siciliæ prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes: sub Majestatis nostræ protectione recipimus speciali. Concessiones, libertates, immunitates omnes eisdem per prædictos antecessores nostros indultas prout in privilegiis inde confectis plenius continetur. Ex certa scientia & de speciali gratia confirmantes, præsentes quoque facientes & mandantes edicto ut nullus Comes, nullus Baro, nulla denique persona alta vel humilis; ecclesiastica, vel mundana contra tenorem privilegiorum prædecessorum nostrorum & hoc nostrum ipsos fratres impetere, vel molestare præsumat &c. Dat. apud S. Germanum per manus Gualterii de Oera Regni Siciliæ Cancellarii. An. dom. incarnat. 1252. mense Augusti x. indict.* Id [b] ad verbum confirmatur

1258. anno 1258. die 26. Apr. prim. indict. Regnante Conrado II. (quem Conradinum vocamus) Jerusalem, & Siciliæ Rege, ac Duce Sueviæ anno 4. existente Manfredo Imperatoris Frederici II. filio, Principe Tarantino, & prædicti Conradi Regis in Regno Siciliæ Balio generali. Anno eodem die 11. Januarii 2. indict. Regnante Rege Manfredo regni ejus an. [c] 1. modo eodem confirmatur.

1276. Anno 1276. *F. Alaymus de Favone Prior Messanæ, & Magister domorum Hospit. Hierosl. totius Siciliæ, & Calabriæ* regnante Carolo I. ad actum transactionis devenit cum F. Raynaldo Archiepisc. Messanensi, quod *ex quarta parte omnium legatorum dicta domus Hospit. teneatur aureos 40. solvere ecclesiæ Messanensi* [d].

1286. Domui quoque Hospitalis S. Jo. hæc: *Jacobus* [e] *Rex Siciliæ Guillelmo Conto hostiario familiari, & Venuta de Messana jugalibus Casale Becinina in Valle Milatii pro annuo reditu unciarum auri octo, quod tenebat Palmerius de Riso proditor noster ad manus Regiæ Curiæ devolutum cum terris cultis, & incultis, & aliis omnibus bonis, & juribus suis, & domum Nicolosii filii quondam Conradi de Riso, qui in conflictu galearum Provincialium in Insula nostra Melitæ per nostrum felix extolium captus extitit, & in nostro carcere detinetur, situm in Civitate Messanæ juxta muros domus Archiepiscopatus, de nostra speciali gratia sub consueto servitio concedimus &c. Dat. in Civitate Messanæ an. 1286. mense Julii 14. indict. Regni anno primo.*

Anno 1347. *F. Jo. Georgius de Ceva Prior Messanæ* sub R. Frid. III. in Reg. Can. eo an. f. 84. 1347.

Anno 1360. 23. Martii ob mortem Prioris N. 1360. *F. Joannes* [f] *Bivacqua ejusdem religion.* in Capitulo apud Civitatem Messanæ suffragio equitum Siciliæ eligitur *Vicarius, Rector, Procurator, & Gubernator dicti Prioratus, duraturus usque ad M. Magistri dicti ordinis provisionem.* Quare fit.

Anno 1361. *F. Jo. de Sancto Stephano Prior Messanæ, & Catanæ*, cui R. Fridericus III. per suas regias litt. anno 1362. in libro Prot. f. 71. omnia bona Hospitalis Messanæ restituenda præcepit. Sed F. Joannes uti consanguineus, & sectator Joannis Claramontani rebellis, bonis omnibus ab eodem Rege privatur, & ea dantur Petrono de Juenio de Thermis militi Proton. Regni ex Canc. ann. 1365. fol. 305. Mox rebus cum Rege bene compositis, & bonis restitutis ab eodem amandatur ad pp. Urbanum V. pro matrimonio contrahendo cum Margarita de Duratio nepote Reginæ Neapolis Joannæ, & cum ea pace ineunda ex Canc. lib. 1365. & 1366. num. 6. f. 101. Post an. 1367. 15. Julii 5. indict. dato privil. Messanæ per Vinciguerram de Aragonia militem Regni Cancellarium consanguineum; & consil. omnia privilegia prædecessorum, & immunitates concessas confirmat. Habes inclusum in alio Regis Martini exscriptum in cancell. anno 1397. num. 31. fol. 14. 1361.

Anno 1368. fundata Domus Hospit. *S. Mariæ Magdalenæ*, post *S. Joan. Agrigentini* unitur hospitali *S. Jo. Messanæ*. En diploma. 1368.

Matthæus [g] *Agrigentinus Episcopus. Cum magnificus quondam dominus Joannes de Claramonte Miles, tunc Siciliæ Senescalcus de licentia quondam domini Fratris Philippi prædecessoris nostri in Ecclesia Arigentina pro remissione suorum peccatorum ad laudem Dei, & gloriosissimæ matris ejus, & B. Mariæ Magdalenæ, Hospitale sub tit. ejusdem D. Mariæ Magdalenæ in Civitate Agrigentina reædificaverit, & refecerit, & multis bonis suis jam ditaverit, prout in privilegio ejus continetur; & quia nobis constitit in dicto Hospitali ob defectum procuratorum laicorum Hospitalitates fuisse malè administratas, & missas, & alia officia divina esse defraudata: considerantes, quòd fratres Hospitalis Hierosolymitani sunt deputati ad Hospitalitatem, & servitium pauperum & infirmorum; dictum Hospitale S. Mariæ Magdalenæ cum omnibus juribus suis damus de consensu nostri Capituli, & consentientibus magnificis, & potentibus dom. Joanne de Claramonte, & dom. Matthæo de Claramonte habentibus jus patronatus in Hospitali prædicto, Hospitali S. Joannis Hierosolym. Magistro, & fratribus ejusdem, reservatis nobis cathedratico, & censu unius unciæ debitis nobis, & nostræ Ecclesiæ Agrigen. per dictum hospitale annuatim, & reserva-*

[a] In lib. Priv. f. 419. & lib. Mons. fol. 181.
[b] in archivio Prior.
[c] ibidem.
[d] vide in nostro l. II. no. 2.
[e] in arch. Prior.
[f] In lib. Monast. f. 190.
[g] ibidem.

Anno Christi. 1368. *servatis Nobis quartariis 40. musti debitis nobis annuatim jure decimæ cujusdam vineæ in contrata Carubia. Venerabilem F. Joannem de Sancto Stephano ejusdem ordinis Hierosolym. Priorem Messanæ in corporalem possessionem inducentes. Anno 1368. 17. jan. 7. indict.*

1379. Anno 1379. 22. febr. 3. indict. sub. *F. Roberto de Diana* tunc *Priore sacræ domus Hospit. S. Jo. de Leontino* privilegium Regis Friderici jam defuncti, de mandato ejus filiæ Reginæ Mariæ approbatur, & confirmatur. Lege aliud Regis Martini, ut supra in cancellaria. Fuit deinde *Fr. Robertus etiam Prior Messanæ*, sed
1391. Martinus Rex, ut in suis litt. scriptis, omnibus officialibus Regni, præsertim Leontinii dat. Catanæ sub sigillo secreto 24. Julii primæ indict. *quod nonnulla commisit contra statum, & honorem tangentia nostræ Majestatis*; cum eo prioratu, & bonis privat, conceditq; *Fr. Ioanni de Querelato ejusdem ordin.* [a] Iste Joannes, Petrus, & Dalmatius germani fratres, atque eorum patruus Geradus de Querelato in Siciliam multis cum militibus in auxilium Regis Martini prædicti è Catalaunia venerunt. Electionem Prioris Joannis à M. Mag. Rhodi confirmandam expostulavit Rex [b]. Interim decedente suffecto Priore Jo. Querelato, & receptis à M. Mag. Rhodi litteris Robertus Diana in gratiam Martini recipitur iis verbis: *ex nostra* [c] *sciéntia cum deliberatione totius nostri Concilii nobis assistentibus restituimus ad possessionem plenam & pacificam ejusdem Prioratus, & statum pristinum eumdem Priorem restauramus, & gratiosè reintegramus*. Datis per Dianam 18. capitulis, & à Rege confirmatis, ut in litter. Regiis eodem die, quo infrà. Et quia in capit. 4. confirmationem privilegiorum expetebat. Rex omnia illa, maximè à Frid. II. dat. mense julio 4. indict. 1216. & Frider. III. suo socero dat. 15. julii 5. indict. 1365. & aliud dat. 1379. 22. febr. 3. indict. concessa integrè confirmat, præcepitq; sub pœna regiæ indignationis, ea à eunctis Regiis Administris observanda esse. Scriptum Catanæ an. dom. incar. 1397. 10. junii 5. indict. exscriptum in R. Canc. eodem an. num. 31. fol. 54.

a Canc. lib. anno 1393. 1396. & 1397. fol. 352.

b In Prot. an. 1392. fol. 95. & Cancell. à f. 95. ad 121. & 352. & lib. Monstr. f. 330.

c In Cancell. anno 1397. f. 11.

1403. Anno [d] 1403. 28. Junii 11. indict. Rex ad supplicationem ejusdem F. Roberti ratum declarat privilegium Frideric. III. sub anno 1397. & ipsum Priorem Messanæ, suosque confratres immunes à solutione jurium Curiæ ex emptionibus rerum factis.

d Canc. lib. an. 1402. 11. ind. num 40. f. 91.

1404. Anno 1404. [e] 21. Julii 12. indict. Regnante eodem R. Martino, *Reverendus in Christo Pater magnificus dom. Robertus de Diana ordinis sacri Hospitalis Hieros. Prior Regni Siciliæ sua domus Messanæ, & confratres cum dom. Salimbeni de Marchisio de Messana Milite V. I. D. in communi, & pro indiviso habebant certam partem Casalium Aeptiliæ, nec non Casale Guidomandri cum certis vassallis, territoriis, censualibus, & aliis rebus*. Intercedentibus Rever. patre dom. Alamagno Fuxa Præceptore domus Montisoni ordinis Hieros. partium Catalauniæ, & vener. dom. Joan. Scariglies ejusdem ordin. &c. Commutavit ea bona hospitalis *cum feudo ipsius Salimbeni vocato de Isquitino sito, & posito in Regno Siciliæ prope territorium Paternionis, & secus terras dicti Hospitalis, & prope terras S. Mariæ de Licodia, &c.*

e Ibid. lib. an. 1403. fol. 398.

1407. Anno 1407. Idem Martinus Dianę Priori hęc concedit.

Martinus [f] *&c. Roberto de Diana Militi sacræ domus hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani Messanæ Priori, consiliario, familiari, & fideli nostro &c. Cum nostræ Majestati feratur, habitatores Casalis Castaneæ tenimenti nobilis Civitatis Messanæ deliquisse, propter quod ad pœnam quinquaginta unciarum damnentur; de tuis namque virtutibus, prudentia, & legalitate confisi, quam executionem, & decisionem hujusmodi pœnæ tibi duximus committendam, dando prorsus illam auctoritatem, & potestatem, quam super hoc nostri culminis fiscus habere dignoscitur, te super hoc penitus nostri fisci procuratorem, actorem, & quæstorem constituendo, ita tamen quod super hoc contra habitatores prædictos delinquentes rite procedatis juris ordine servato. Cum vero habitatores jam dicti per solemne judicium apparuerint, sententia præmittitur debita forma prolata contra delictores; recompensatione servitiorum per te, desuper Thomasium de Diana fratrem tuum excellentiæ nostræ collatorum, quæ confertis ad præsens, & conferre poteritis in futurum dante Domino gratiora, prædictas uncias quinquaginta si comparuerint habitatores prædicti merito per juris limina damnandi, vobis gratiose concedimus, & donamus, quas præsentium tenore possitis, & valeatis exigere, capere à delinquentibus ipsis, ac vestris utilitatibus applicare. Quapropter nobili Magistro Iustitiario Regni nostri consanguineo, Iudicibus magnæ nostræ Curię, Straticoto nobilis Civitatis Messanę, consiliariis, cęterisque officialibus Regni nostri mandamus expresse quatenus ut pœnam ante dictam modo supradicto judicare permittant, & judicatam exigere & habere, contradictione qualibet procul exclusa, favorem & auxilium tibi pręstando quotiens fuerit opportunum. Datum Leontini die 14. Novembris primę Indictionis anno domini 1407. Rex Martinus. Dominus Rex mandavit Magistro Bono.*

f Lib. Reg. Cancell. an. 1407.

1408. Anno 1408. [g]. Penult. Julii 1. Indict. *F. Alamagnus de Fuxa Miles Ord. S. Io. Hieros. Montis soni Preceptor, Camerlingus* à Rege Martino constituitur *Prior Messanæ* ad petitionem, & instantiam Præceptorum, & Confratrum ordinis ejusdem in Sicilia, donec aliud decretum fuerit per M. Magistrum Rhodi. Ex eo quod *F. Robertus ipse ab ipso felicis nostri* Regis Martini *adventus initio ad Regnum istud, non ut religiosus, & Prior qui fidei prosequi debebat honestatem, sed ingratissimus beneficii, quod signanter receperat in Regno nostro Prioratum ab exteris* [*] *veniens pacificè possidendo, & alia à nobis munia, & honores, post etiam terram, & Castrum Gagliani in Baroniam ad ejus vitę cursum. Ipse tamquam filius Belyal vas iniquitatis, & proditionis alumnus contra nos, & statum pacificum Regni nostri nefandissimis machinationibus conspirando publicus factus rebellis, tam Artali de Alagona notorio rebelli nostro, quam aliis proditoribus se inhærendo, terras Sancti Philippi, & Gagliani pro-*

g Ibidem.

* Diana non Siculus sed exter.

Anno Christi. 1419.

proditione damnabili occupavit. Prioratu, atque ejus proventibus, & juribus spoliatus fuit Diana ad an. 1419.

Anno 1419. 16. August. ex privilegio Regis Alphonsi dat. in Monasterio S. Cucufati, exscripto in Cancell. Siciliæ 16. Decem. XIII. indict. eodem anno [a]. Habetur quod: *eidem Regi fuisset supplicatum per venerabilem religiosum dilectum, & consiliarium Fr. Robertum de Diana Ordin. S. Joan. Hierosolym. Priorem Messanæ, ut dignaremur fieri mandare executoriam super provisione sibi facta per venerabilem Mag. Hospit. ordinis prænotati de Prioratu prædicto per viam permutationis cum F. PETRO PIGNATELLO de Preceptoria de Castellot facta. Et quia exinde notitiam habuimus per gloriosos Principes prædecessores quandam Pragmaticam sanctionem editam fuisse super eo, videlicet: quod nullus exterus, seu quisvis cujuscumque nationis, nisi Vassalli, & dominio nostro subjecti in regnis, & dominio nostro Beneficia Ecclesiastica, nec dignitates aliquas valeant obtinere. Attendentes F. Petrum Pignatello prænominatum esse alterius nationis, nec per consequens nostræ ditioni submissum, per alias nostras litteras super hujusmodi caussa eidem venerabili Magistro nostram intentionem intimantes scripsisse recolimus, etiam per specialem nuntium mentem nostram seriosius explicari fecimus super istis. Et quia F. Robertus supradictus à diu ultra, seu ante ordinationem, & promulgationem ipsius Pragmaticæ obtinuerat canonice & possederat pacifice, & quiete dictum Prioratum Messanæ, consentientibus Regibus prædictis prædecessoribus nostris: præcipiendo ex eo, ut legitimus Prior jura, redditus, & proventus dicti Prioratus percipiat, ut de omnibus nobis constitit in aperto; fueritque exinde Prior ipse minus veris sugestionibus aliquorum à possessione, & tenuta dicti Prioratus minus debite, & de facto per laicale brachium, ut verifica relatione percepimus, & claret evidenter, expoliatus, Considerantes nihilominus dictum Fr. Robertum fuisse fidelem servitorem, & familiarem dictorum Principum prædecessorum nostrorum & nostrum, & in eum fuisse injuste processum, ut prædicitur. Volumus propterea versus eum veluti fidelem vassallum, Consiliarium, & familiarem nostrum tam de jure, quam favorabiliter nos gerere providendum, & reintegrandum: sicut de facto per brachium laicale Prior ipse extitit spoliatus, hoc declarato, & servato, quod supradicto F. Petro Pignatello dentur realiter, & solvantur de bonis, juribus & proventibus, ac quibuscumque introitibus Prioratus pro sua substentatione, vel procuratori suo anno quolibet toto tempore vitæ suæ, vel donec de antiquo condecente beneficio ei fuerit provisum 300. florena de Aragona &c.* Non multo post fit *Prior Romæ* [b] Diana,

[a] In Canc. fol. 164.

Siciliæ beneficia nisi Siculis dabantur.

[b] Lib. A. lingue Ital. fol. an. 1414. f. 2.

1424.

Anno 1424. *F. Jo. de Heredia Prior Messanæ* erat, & gubernator [c]. Eundem Prioratum ad se spectare contendebat *F. Jo. de Villanova Siculus ejusdem Hierosl. Ordin.* inita inter eos concordia per Infantem Petrum Vicegerentem ejus fratris Reg. Alphonsi ex litt. dat. Drepani 20. Jan. an. 1425. in Canc. I. anno 1424. fol. 138. Prior Messanæ remansit Heredia. Præceptoria vero seu Commenda Catanæ, & Platiæ datur Villanovæ. Sed anno 1427. (forte quod in regno litigatum est lib. R. Monar. f. 505.) Iisdem *Joan. Villanova* ante Commendatarius Guillæ Panormi, erat Prior Messanæ.

[c] In Canc. eo an. f. 97.

Anno Christi 1427.

1435

Anno 1435. *Fr. Blasius de Furnario Siculus Prior Messanæ* Canc. eo an. f. 125. sub quo Insula Rhodia magnas patiebatur Turcicas obsidiones, & stricto gladio hæc Militia sacra tuebatur: quare jussu Regis Alphonsi ad preces Magni Mag. rem promovente in Sicilia Fr. Joan. de Castelaudi Religionis nuntio, permittuntur extractiones frumentorum, hordeorum, aliarumque rerum necessariarum e Regno, soluta tantum *media extracta*, ex litt. datis Panorm. 22. Novemb. 4. indict. an. 1440. Canc. fol. 124. Post cujus obitum se intrusit *Fr. Joan. Miletus*, ut ex litt. Alphonsi infra constat, quod *amoveatur quisque alius detemptor, & signater Religiosus noster Fr. Miletus*.

1440.

1443.

Anno 1443 *Fr. Petrus Cases*, seu *Casesa Ordin. Hierosl. Commendatarius Civitatis Majoricarum, Perceptor Armorum, Reginæque uxoris* ob obitum F. Blasii de Furnario; ut in possessionem *Prioratus Messanæ* donec fuerit legitime electus, inducatur, scribit Rex Alphonsus Neapoli 6. Martii 6. indict. Canc. I. an. 1442. f. 43. Invenio tamen in lib. lingu. Ital. fol. 4 à tergo. Eodem anno *Priorem Messanæ F. Guillelmum de Aragonia Siculum*, sub quo anno 1453. die 20. Septembr. 2. ind. à Præside Regni tunc Archiepiscopo Panorm. Simone Bononio confirmantur transactiones inter Priorem Messanæ Dianam, & Salimbeni de Marchisio Militem Cancell. eo ann. fol. 171. Anno 1455. Aragonia fit *Prior Pisarum* in lib. It. ling. eo ann. fol. 7.

1453.

Anno 1455. *Fr. Petrus Cases Prior Messanæ*, de quo supra diximus. Eumdem Peri seu Petrum Prorex Lopximenes de Urrea mandato Regis Alphonsi dato oretenus Neapoli per suas litt. Panorm. 20. Octob. 6. ind. 1475. Canc. eo ann. & anno 58. fol. 64. exemit à solutione dandarum gener. flor. 50m. & quod ponatur in rubrica exemptorum. Anno 1460. Prior reus est declaratus à prorege, quam rem demandavit F. Joan. de Dominico præceptori domorum Hier. S. Jo. de Rhegio ex litt. datis Catanæ 9. Decemb. 9. indict. eo an. fol. 152.

Prior Messanæ olim dandas regias solvebat.

1460.

Anno 1460. *F. Jacobus de Alexandria Prior Messanæ* electus à Mag. Mag. Fr. Jacobo de Milly (iste est 36. M. Magist.) ex litt. datis Rhodi 29. April. exscript. 7. Septembr. an. eodem indict. 9. in lib. secret. fol. 15. cui litem intendit de fructibus prioratus Fr. Guillelmus de Aragonia & res demandata fuit à prorege, Matthæo de Grandis Vicario Syracusano. Sed quoniam caussa agebatur in Romana curia, per litt. dat. Panorm. 17. Feb. 9. ind. an. 1460. Canc. eo anno f. 211. præcepit prorex, ne in caussa ulterius procedatur. Eodem anno post obitum Fr. Antonii de Moncata præceptoris commendæ S. Jo: Calatabieronensis, spolia ejus tradenda scribit prorex Fr. Joan. de Apa receptori Religionis. Eodem quoque anno contendebant exactores collectarum regiarum exigere à præceptoribus omnibus religionis in Sicilia partem ad eos competentem

tentem

Anno Christi. 1460. tentem præsertim ex expensis Oratorum Regni ad obtinenda privilegia. Quare ab iisdem Commendatariis pontificia pp. Alex. confirmata ab Imper. Frid. & Eugenii, & Nicolai admissa à Rege Alphonso diplomata immunitatum offerebantur. Iis visis eos exemit prorex datis litt.
1461. 1461. 17. Martii Canc. lib. ann. 1460. fol. 264. & fol. 345. Idem sententiam latam exemptionum & immunitatum, Prioratus, & Religiosorum ordin. Hierosol. exequendam omnino per suas litt. datas in terra Platię 1. Decemb. 8. ind. 1474. Canc. lib. ann. 1474. & 75. f. 98. decrevit. Per hæc tempora *Prior Messanæ Fr. Henricus Centelles Messan.* erat, ob cujus obitum anno
1480. 1480. hanc prioratus dignitatem ad se spectare contendebat Fr. Merlus de Plosasco Amiratus sacri Conventus Rhodi; *is proposuit quod licet sit Amiratus, ideo in adeptione ipsius Prioratus Messanæ præcedit illos, qui eum petunt: videlicet FF. Joannes Muleti, Matthæus de Vigintimillia, & Cæsar Romanus, tamen ut aliquis prædictorum possit esse provisus de eodem Prioratu tanquam Patriota, ne Prioratus ipse perveniat ad manus alienorum, deportat se pro hac vice de eodem Prioratu, & relaxat cum protestatione, & reservatione facta de consensu prædictorum &c.*

Anno 1480. 12. Maii *Fr. Joannes de Muleti civis, & Prior Messan. fuit electus per Reverendiss. M. Mag. & Reveren. Concilium Ordinarium cum f. b. & promotio non fit in præjudicium ejusdem domin. Amirati in consequendis beneficiis,*
a Ex lib. tit. Ital. f. 78. an. 1480. *& aliis prioratibus, & Bajulatibus*[a]. Sub priore Muleti ad instantiam F. Pauli de Salonia Siculi Netini ejus sacræ Militiæ Receptoris dicti S. Joan. Prioratus Messanæ, & Commendatoris Ecclesiæ S. Joan. Lilybæi, procuratoris generalis fuerunt à Rege Ferdinando II. obtentæ litteræ perscriptæ omnibus ministris Siciliæ ad confirmationem omnium immunitatum, atque exemptionum *à singulis angariis, gabellis, impositionibus, donativis, & omni onere vitlnalium* dat. in Civitate Cæsaraugustæ die 31. Januar. 6.
1488. ind. 1488. exscriptæ in Cancell. 27. Febr. 13. ind. 1510. fol. 427.

1497. Anno 1497. *F. Lucas Pugiata Siculus Prior*
b In ling. Ital. H. 90 an. f. 18. *Messanæ*[b] cui sufficitur *F. Hugo de Moncata* in prioratu post an. 1527. ut infra.

1523. Anno 1523. 23. Januar. pont. an. 1. pp. Clementis VII. exorantur Apostolicæ litteræ amplissimæ, in quibus ob Rhodi amissionem tyrannide Turcarum, confirmantur omnia privilegia prædecessorum Pontificum, immunitates, libertates, statuta, & sanctiones hujus Hierosolymitanæ Religionis S. Jo. Habes eas integras in Registro ejusdem Religionis sub eodem an.

Carolus quoque, & Joanna Reges nostri per suas litt. datas in Civitate Riontoriæ 28. Jan.
1524. ann. 1524. electionis sacri imper. ann. 6. regnorum Castellæ 21. Navarræ 10. utriusque Siciliæ 9. exscriptas in Cancell. 17. Decemb. 5. indict. 1531. cunctas immunitates, privilegia à prædecessoribus Regibus quomodocumque concessa rata declarat, & denuo tamquam ab ipsomet emanata concedit. Per alias eorumdem Caroli Romanorum Imperat. & Joannæ matris Regum litteras in Civitate eadem eisdem anno & mense

A obtentas præcipitur: quod officiales Siciliæ non permittant *Religionem prædictam S. Joan. in Regnis & dominiis nostris aliquatenus aut molestari, nec contra illius privilegia Commendarum, seu jurium ejusdem Religionis provisiones, aut concessiones à Romana Curia obtentas, seu obtinendas exequi, & compleri; quinimo illas in sua originali forma ad nos, & nostrum Collaterale Concilium super eisdem providendi caussa transmittetis. Nunc autem adientes Majestatem nostram oratores dicti admodum Rev. Mag. & Conventus*
B *S. Joann. post Rodianam deditionem caussa rerum agendarum dictæ Religionis destinati coram nobis, graviter conquesti sunt, quod multi Vassalli, & subditi nostri, ac alii à dicta Romana Curia provisiones Commendarum & Jurium Religionis impetrantes, & obtinentes, vigore illarum mittuntur, possessiones assertas earumdem, nobis inconsultis, adipisci, & praeoccupare, aliaque facere, quæ cedunt in magnum dicti Magistri, & Conventus, ac totius Religionis incommodum & jurium dictæ Religionis. Ad nullum præterquam*
C *ad dictum Mag. & Conventum pertinere pleno jure dignoscitur. Ideo vobis dicimus, ut supra.* Idem privilegium eodem modo nomine Mag. & Conventus ad supplicationem Prioris Neapolis confirmatur ab Imperat. dat. in Granata 1. Novemb. anno 1540. exscr. in Cancell. 20. Septemb. 15. indict. an. 1541. fol. 43. Iterum ad preces Amirati, & Procuratorum linguæ Italiæ confirmatur à Reg. Philippo III. per litt. datas in Valleol. 12. April. 1601. exscript. in reg. Cancell. 4. Septemb. 15. indict. eodem anno, & 17. Julii 2.
D indict. 1604. Easdem imperiales litteras: *si & quatenus opus sit, confirmantes, & de novo concedentes, ab officialibus, & personis in eis mentionatis, & ubicumque constitutis, & constituendis inconcusse, & inviolabiliter observari, & impleri volumus, & jubemus &c.* datas in Civitate Augustæ 20. Octob. anno dom. 1530. exscript. in Cancell. Sic. 6. Maii 4. ind. an. 1531. f. 485.

Ann. 1525. *F. Emanuel de Airasca Prior Messanæ* ob promotionem ad Amiratus dignitatem F. Philippi in lib. lin. Ital. H. f. 102. 1525.

E Anno 1527. *Fr. Hugo Moncata*, de quo fit mentio in privilegio dato Mantuę 28. Apr. 1530. incluso in executoriis ann. 1626. *Prior Mess.*

Anno 1529. *Fr. Signorinus Gattarina Prior Messanæ.* 1529.

Anno 1531. 28. Octob. 5. indict. litteræ scriptæ Bruxellis, & exscriptæ in Cancell. 16. Aug. 1531. eodem anno & iterum die 19. Januar. 6. indict. 1531. conceduntur ab Imper. Carolo V. ac confirmantur Religioni *omnes, & quæcumque exemptiones, privilegia, libertates, immunitates, ei-*
F *dem Religioni per sanctam Sedem Apost. & Reges prædecessores nostros collata, concessa, per nosque deinde acceptata, approbata, & confirmata.*

Anno 1539. die 18. Decemb. 12. indict. Gattinaræ Prioris Messanæ supplicatione ad instan- 1539. tiam confratrum Relig. Hierosol. confirmantur omnia privilegia, & immunitates Apostol. & Regia: & iterum an. 1555. 26. Julii 13. indict. cum inserto præcedentium litterarum tenore[c]. c In lib. sec. apud Cancell. eod. f. 246. Ob quarum regiarum litt. observantiam plures fratres equites, confratres, subditi officiales, & ser-

Anno Christi. 1529.

& servientes dictæ Religionis à Judicibus aliis mox tribunali suæ Religionis fuerunt (ut dicimus) remissi [a]. Anno 1543. *Prior Gattinara* die 20. August. primum titulo Generalis triremium Melitæ est cohonestatus, ante enim Capitaneus dicebatur, qui Triremium erat præfectus ex Bosio p. 3. f. 225.

Anno 1567. *F. Petrus Justiniani Prior Messanæ* [b], qui obtinuit regias litt. Philipp. II. dat. in cœnobio S. Laurentii 3. Septemb. 1579. exscript. in cancell. 21. Julii anno 1580. fol. 708. ad confirmationem omnium privilegiorum, & immunitatum Religionis. Aliasque ampliores juxta illas Caroli V. & prædecessorum Regum, atque summorum pont. exoravit, quas habes dat. apud Castra oppidum die 21. Martii anno 1580. in privil. Siciliç 17. fol. 171. Quarum litterarum regiarum virtute dum V. I. D. Hieronymus de Neapoli (fuit postea Præses Consistorii) Messanę Syndici fungeretur officio anno eodem 1580. *condemnavit Petrum Ruiz de Vega Judicem Messanæ in castro eligendo per E. S. ad restituendum extortas pœnas, & expensas: eo quia duos familiares Prioratus non remiserat.* Quod regium privilegium immunitatum &c. instantibus Receptore Religionis, & Fr. Flaminio de Neapoli Traynensi fuit approbatum (ut dicitur) in officio Visitatoris Gregorii Bracco à Rege delegati in caussa 15. Febr. 13. ind. 1585. in secret. an. 1626. exscrip. in regist. Colonnæ.

Anno 1586. *F. Raynaldus de Naro Syrac. Prior Messanæ* ante Amiratus [c]. Hic cum reædificaret sui prioratus templum, ann. 1586. 4. Aug. sub altari majori invenit corpora SS. Placidi, & sociorum ex histor. Gothi f. 19.

Anno 1606. *F. Antonius Martelli Prior Messanæ* ex Amiratus dignitate [d]. Anno 1608. 1. Junii datas litt. Regias Philippi III. exscriptas in Cancell. Siciliæ ult. Feb. 7. indict. 1609. exoravit Commendatarius Gonsalus de Porras M. Cancellarius Religionis, uti ejusdem Orator apud Regem: quod *Judex Monarchiæ suspendat cognitionem caussarum in prima instantia contra personas, & bona religionis, donec aliud fuerit per Majestatem suam decretum.*

1609. An. 1609. *F Gabriel Saluzo Prior Messanæ* [e].

Ann. 1611. *F. Attilius Magistro-Judice Prior Messanæ* eligitur Amiratus [f]. Cui successit eodem anno in Prioratu.

Fr. Angelus Centorius [g]; ejus locumtenens observatorias litterarum Regiarum obtinuit à prorege dat. Panorm. 4. Maii 1612. insertas in aliis 1629. 29. Julii in secret. Regni.

1614. Ann. 1614. *F. Octavius Natta* [h] *Prior Messanæ.*

Anno eodem *Fr. Hermandus*, seu *Ferrante Prior Messanæ* ex Prioratu Neapolitano.

Anno 1616. *F. Bernardinus Barba Prior Messanæ* [i].

1618. Anno 1617. *F. Signorinus Gattinara* 11. *Prior Messanæ* [k] ante prior Capuę.

Anno 1620. *Fr. Bernardinus Barba Prior Messanæ* qui 4. Julii à prorege confirmationem privilegiorum obtinuit, uti in alio dat. Pan. 23. Julii ann. 1626. in secret. regist. Colonnæ.

1622. Anno 1622. *F. Nicolaus la Marra Prior Messanæ* [l] fuit etiam à *Consiliis Regiis belli*, qui litteras observatoriales exoravit à prorege datas Panor. 27. Julii 1626. quod *bona, & prædia in civitatibus Leontini, Carolentini, Syracusarum, &c. jurisdictionis prioratus non molestentur in civilibus, & criminalibus.* Idem alias obtinuit scriptas Panorm. 29. Julii eodem anno, quod *in exemptionibus, & immunitatibus concessis dictæ sacræ Religioni Hierosol. à Summis Pontificibus, Regibusque ad unguem observentur.* Sub eadem, & amplissima forma alias impetravit dat. Panor. 27. April. 1627. & dat. Messanæ 23. Octob. eodem anno, quas Dux Alburqueque Prorex Pan. 18. Junii an. 1629. ratas voluit. 1626. 1627. 1629.

Anno vero 1631. ultimo Maii ab eodem prorege novas observatoriales litteras insertum tenorem omnium litterarum Regiarum ad id tempus concessarum expressę declarantes, continentesque obtinuit [m]. Eodem etiam anno 9. August. ad instantiam ipsius Prioris la Marra, & F. Bernardi Vecchetti Receptoris Panor. Ejusdem religionis exorantur litteræ in auxilium curiæ & administrorum religionis pro exigendis pecuniis &c. Obiit la Marra 23. Decembr. anno 1631. 1631.

1632. Anno 1632. *F. Philippus de Cajeta Cosentinus Prior Messanæ* ante Amiratus, cujus nomine à Commend. F. Stephano Schittino litteræ observatoriales proregis datæ Pan. 18. Julii 1632. [n] quod *Remitantur ad forum Religionis omnes subditi illius*, impetrantur.

1635. Anno 1635. *F. Joan. Antonius Berfectus Vercellensis Prior Messanæ* ex Amiratu. An. 1638. 12. Octob. litteræ sacræ Congregat. DD. Cardin. exscriptæ [o] Panorm. 30. Aug. 1639. perscriptæ Cardinali Doriæ tunc Præsidi Siciliæ exorantur: per quas declarantur Religiosi S. Joan. Hierof. comprehensi in bullis pontificiis *de prohibitione macellationis Vitularum in Sicilia sed transgressores debent puniri à Priore Messanæ.* Qua de re in favorem horum Religiosorum sunt litteræ Cardinalis Barberini ad Cardin. Doriam prædictum scriptæ Romæ 19. April. 1640. exscrip. in notario Bartholomæo Spitichi Panorm. 21. Maii eo anno. Eadem privilegia, immunitates, & prærogativas à Summis Pont. & Regibus concessa de verbo ad verbum confirmavit D. Franciscus de Mello Prorex dat. litt. Messanæ die 29. Aprilis 7. indict. 1639. penes Reg. Secretariam in lib. de Panarello exscriptis, rem agente *F. Petro de Anselmo Locumtenente Prioris Messanæ.* 1638. 1639.

(„ Alios Priores subsequentes excipe ex F. D. „ Andrea Minitulo equite Messanense, qui „ erudite librum edidit inscriptum: *Memorie* „ *del Gran Priorato di Messina an.* 1699. Apud „ ipsum lib. 3. fol. 18. hi habentur.

„ An. 1635. *F. Scipio Pappafava Patavinus.*

„ Anno 1676. *F. Flaminius Balbianus* Theatinus Prior Messanæ, & triremium Præfectus.

„ Anno 1676. *F. Joannes Caracciolus* Neapolitanus.

„ Anno 1687. *F. Dominicus de Tarretto* Corsegnæ.

„ Anno 1693. *F. Andreas Minorbelli Florentinus*, qui Prioratui nuntium remisit ob „ terræ

[a] Passim in libris Curiæ Regal.
[b] In ling. Ital. f. 130.
[c] Lib. lin. Ital. eo anno f. 155.
[d] Lib. N. fol. 24.
[e] Ibid. f. 2.
[f] Ibid. l. N. f. 2.
[g] Ibid. f. 15.
[h] Ibid. f. 26.
[i] Ibid. fol. 2. & f. 25. ann. 1618.
[k] Ibid. f. 16.
[l] Ibid. f. 28.
[m] In reg. secret. de Mattheo f. 180.
[n] Ibid. in regist. ec. H.
[o] Ibidem eo anno.

Anno Christi 1693.

„ terræ motum 11. Jan. 1693. tunc enim magna „ ex parte Prioratus proventus diminuti.

„ Anno 1694. *F. Bannes de Joanne* Messa- „ nensis ex Principibus Trium castanearum, „ primùm Barlettæ, exinde Messanæ Prior, „ triremium Generalis, Huc usque Minuto- „ lus. Joannes dum triremi vectus ab Insula „ Melita Messanam remearet, 16. Febr. 1700. „ naufragus periit, Magnificentissimo funere „ in Ecclesia hujus Prioratus parentatus, fu- „ nebri oratione edit. Messanę 1700. à P. Carolo „ Pica Panormitano Soc. Jesu emeritis laudi- „ bus celebratus est.)

De Commendis Siculis Ordinis Hierosf. Sub Prioratu Messanæ.

De Prioratus Provincialis Messana in Urbe siti fundationis, & dotationis tempore jam fuit sermo. Nunc ejus præeminentias, atque templi S. Joan. Baptistæ nobilitatem addam. Ut loquitur, pp. Sixtus V. in suo diplomate dato Romæ anno 1588. idib. Novemb. pont. an. 4. *Merito insigni honore celebranda est memoria SS. Placidi, & Sociorum MM. qui Justiniani Magni Imp. temporibus, cum S. Benedicti tunc adhuc viventis Religionis zelum, & vitæ sanctitatem admirati sub illius regula se Dei obsequiis dicavissent, & in monasterio cum Ecclesia S. Io. Baptistæ prope muros Messanæ Civitatis tunc* anno sal. 520. [a] *recenter ab ipsomet Placido in paterno fundo extructo, & instituto, cui idem Placidus à S. Benedicto commissus tanto Magistro dignus discipulus præerat, & gratum Altissimo exhiberent famulatum, ad eam perfectionem brevi pervenerunt, ut cum sanctimoniæ fama longe, lateque diffusa, etiam in Urbem Romanam pervenisset, & impulerit pios ipsius Placidi germanos Eutychium, & Victorinum, & Virginem Flaviam eorundem sororem ad iter suscipiendum Placidi fratris videndi caussa, Divina Providentia factum est; ut cum Messanam venissent, & apud eum vix per paucos dies morati essent, crudelissimi Saracenorum Regis, vel potius Tyranni Abdala classis Christiano nomini nefarium bellum, Insulæ vero Siciliæ vastitatem, incendia, rapinas inferens ad eamdem Civitatem ex improviso appulerit, ubi ejus Classis Dux Mamucha, cum in monasterium irrupisset, cœpit mira feritate ultra eos omnes in vincula conjectos sævire, & acerbissimis quibusdam cruciatibus, exquisitisque tormentorum generibus conari, siqua ratione posset eos à Christiana Religione dimovere: verum ipsi, adjuvante Spiritus Sancti gratia, & non modo in Religiosis viris, sed in aliis quoque fratribus, atque adeo in sexu fragili, & virgineo pectore suam divinam virtutem mirabiliter ostendente, cuncti in Christianæ fidei præclara confessione fortiter perseverantes agonem suum glorioso martyrio consumarunt.* An. 541. 5. Octob. [b] *Cumque eorum quidem animæ triumphalem palmam adeptæ in Cœlum evolassent, corpora vero multis, ut antiquæ testantur historiæ, magnisque miraculis illustria in Ecclesia S. Joan. Baptistæ Messan. quæ postmodum successu temporis*

a ex Gotho de invent. horum 35.

b ex eadem a.

A anno sal. 1099. à Comite [c] Siciliæ Rogerio in *PRIORATUM Hospitalis ejusdem S. Jo. Hierosf. fuit erecta, pieque sepulta, & recondita temporum injuria per multa sæcula* annos 2047. *ita mihi occulta latuissent, ut jam nostra ætate* ann. sal. 1588. 4. August. *licet ex pluribus antiquitatis monumentis constaret, in prædicta Ecclesia S. Ioan. Bapt. sepulta fuisse, tamen certus ejus Ecclesiæ locus, ubi sita forent, penitus ignoraretur; placuit tandem Divinæ misericordiæ sacra nonnullorum ex eis monumenta, & Reliquias,* B *dum pro fundamentis in reparatione ipsius Ecclesiæ jaciendis humus effoderetur, post longum temporis intervallum, nuper in lucem proferre, &c.* Res ita evenit. Cum Fr. Raynaldus de Naro Syracusanus Prior [d] ædem hanc Hierosf. ordin. in meliorem formam, atque nobiliorem vellet reædificare: facta à M. Mag. Verdala facultate, maximam templi aram commutaturus in fores, imum aperit fundamentum; hunc incomparabilem thesaurum sub eadem majori ara ad 14. palmos tandiu quæsitum invenit. Qua- C re ad futuram rei memoriam hæc exstat marmorea tabula:

c supra not. SS. Placidi, & Sociorum inventio.

d ex eodem Gotho l. c.

D. O. M. Sixto V. Pont. Max. Rege Philippo II. Austriaco; Archiepisc. D. Antonio Lombardo. Stratigoto D. Io. Vigintimillio Hieracensium Marchione. Priore sacri ordinis Hierosol. Fr. Reynaldo de Naro Syracusano. Senatoribus Philippo Campulo, Philippo Villadicani, Ioseph Balsamo Massariæ Barone, Onophrio Iurba, Iosepho Maria Bonfiglio Callari Barone, & Hieronymo Cappelino inventa primum fuerunt SS. Placi- D *di, & Sociorum corpora quinto nonas Augusti* 1588. *Ad cujus rei memoriam perpetuam lapidem hunc posuerunt Senatores D. Vincentius Merulla, D. Scipio Cottoni, & Aragona miles S. Jacobi, Hieronymus de Gregorio, Thomas Succaratus, D. Thomas Bonfiglius, Baro Callari, & Iosdph Laxanna MDCXXI.*

Inde id nobilissimum templum S. Jo. Baptistæ sumtuoso ædificio, 17. sacellis exornato auctum est ære publico Urbis Messanę, ut docet epitaphium sacello majori superpositum.

E *D. O. M. Philippo IV. Hisp. Rege potentissimo, amantissimo. Messanensium patrono, Placido, & sociis martyribus dicatum hoc templum dirutis vicinis ædibus, laxato foro, producta via, apertum, conspiciendumque proposuerunt Senatores an.* 1626. opere completum fuisse docet epitaphium in porta majori.

D. O. M. Sacratioribus ædibus jam pridem inchoatis, prope diem absolutis, diutine optatum imponunt fastigium tutelaribus divis Placido, & sociis, spemque publicam tandem aliquando fasti- F *giaturi devotissimi Senatores an.* 1634.

Hic sunt imagines *B. Virginis à Miraculis, & SS. Crucifixi* antiquissimæ magna pietate illustres. Adhæret huic templo juris Prioratus ædes *S. Sebastiani* in tutelarem suscepti ex voto urbis, & die ejus festo solemni processione cum Canonicorum Capitulo, clericis, Religiosisque Messanensibus à Senatu votum exsolvitur.

Primum SS. Placidi, & Sociorum 4. præclaræ arcæ argenteis laminis, & auro intextis sericis exornatæ sunt à Senatoribus Messanensibus.

De

De quibus, ac celeberrimo triumpho satis scripsit [a] Philippus Gothus eques Mess. sed modo extant 17. arcæ: quatuor scilicet primæ inventionis, & aliæ rubeis sericis gausapinis decoratæ. In una vitreis tabulis glutinata quatuor Capita SS. *MM. Placidi*, *Eutychii*, *Victorini*, *&* *Flaviæ*. In aliis Corpora Sociorum MM. honorifice, pieque asservantur, hac insculpta in marmore inscriptione super sacello chori.

[a] De invent. SS. Placidi & Soc. impress. Messanæ ann. 1591.

D. O. M. Philippo III. Regnante. S. P. Q. M. Loci Dignitatem Venerantes, ubi Sacra SS. Placidi, & Sociorum MM. Reliquiæ olim Asservabantur, Sacellum cum Ara Patrono optimo pie ponendum curaverunt an. 1617.

Et ne sacræ reliquiæ extrahantur, *cautum est per Apost. bullas Papæ Pauli V. datas Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 8. Febr. an. salut. 1611. pont. sui an. 6.* Hæc Prioratus Ecclesia se habet ut Collegiata cum 8. sacerdotibus, aliisque beneficiariis, quorum præses olim ex antiquis ecclesiæ monumentis dicebatur *Prior Ecclesiæ*, ac ille ecclesiæ *S. Jo. Melitensis*, nunc *Vicarius* ad nutum Prioris amovibilis. Quondam uti Parochialis sua in urbe administrabat sacramenta; hodie solum suam defert crucem ad lævam illius Metropolitanæ.

M. Prior Messan. olim.

Præeminentia verò Prioris, quem *Magnum Priorem* initio fundationis an. 1136. à Rege Rogerio appellari video, forte ad differentiam aliorum Priorum, vel quod hæc ecclesia Prioratus hospitalis S. Jo. prima post illam Hierosolymit. à Comite Rogerio fuerat fundata, ut supra vidistis; hodie ita præfulget inter omnes Religionis Prioratus, atque Bajuliatus, ut peculiari honore suscipiatur Messanæ Prior. Ex antiquissimo enim & primævo more ad nostra tempora ann. 1638. 28. Julii *Prior F. Joan. Anton. Barsectus* ad prioratus possessionem adipiscendam ita honorificentissimè receptus est; in equo exornato ascensus talari veste serica gausapina, atque pallio cum oblonga cuculla ejusdem indutus, magna cruce in pectore, & pallio insignitus; magistrali pileo coopertus & zona ferris auratis ornata, medius ipse inter hebdomadarium ex Senatoribus D. Marcellum Cirinum, & Locumtenentem (non aderat Strategus) D. Franciscum Fayam Judicem ductus est è loco solito juxta templum Paulensium ad Prioratum per urbem magnifico totius Senatus, Academiæ, equitum Stellæ, atque cæterorum nobilium equitatu. Et de more in eadem ecclesia sedet in thalamo.

Prior & Præceptores, seu Commendatarii (ut diximus in lib. 1. notit. 1. fol. 34.) S. Joan. Hieros. uti regiorum feudorum Barones interesse Comitiis Siciliæ generalibus solebant. Porro an. 1556. [b] die 17. Junii 14. ind. sub Prorege Jo. de Vega in Parlamento Messanæ coacto Prior Messanæ præcedere Archimandritam illius contendebat. Hac etiam ratione dandas regias solvebant [c], ut ex libris regiis, & supplicat. supra porrectis ad instantiam Religiosorum Hierosol. Constat etiam ex supradictis per bullas apost. & litt. regias ab illis exemptos fuisse.

[b] Habes in lib. Proton. eo an.

[c] Lib. secret. an. 1466. f. 17.

Hunc antiquissimum Prioratum multa membra, seu grangias habere in monumentis legimus antiquis. 1. *Castaniæ oppidum* haud longe à Messana. De quo supra ad anno 1407. sub R. Martino diximus; sed Senatu Messan. cognitionem in civilibus, & criminalibus ad se spectare contendente, res acta est in Romana curia, & pro Priore an. 1628. decretum est à pp. Urbano VIII. adversus quod pontificium præceptum cum quædam circumferebantur capitula male sonantia per edictum Tribunalis S. Officii impr. Panorm. 14. Julii eodem anno inhibentur. Item & *Casale Murrum* dictum, quod fuerat anno 1209. datum Templariis ut supra eo anno, post per Clem. V. Messanesi hospit. Item *duo Casalia Cellarii* data ann. 1203. Item *Ecclesia S. Mariæ Vaccariæ cum juribus*, hodie in regione *Sadeo* an. 1147. Item *quædam bona* an. 1147. à Comite Simone. Item *viridarium Scordiæ*, quod fuerat Templariis concessum an. 1351. Item *Ecclesia S. Michaelis cum juribus suis* an. 1174. Item *Casale Rodi*. Item *S. Joannis Pactarum*, de qua Ecclesia diximus in not. 4. lib. 3. Item & *S. Mariæ de Itria Broli*. Item *S. Leonardi Syracusarum* ex dotatione Alamandi.

Hujus Prioratus sunt quatuor Commendæ Cameræ Prioris: videlicet. 1. *S. Joannis Catanæ*, de ea in Not. Catan. [d] 2. *S. Jo. Leontinii*. Eam primum Templariis, post S. Joannis equitibus sæpe Reges concessere. 3. *S. Joannis Tauromenii*. Hanc præceptoriam aliquando à Regibus datam invenies in lib. Canc. 4. *S. Joan. Paternionis* ex dotatione bonorum & feudi *unius Militis* anno 1199., additis aliis in Adernione ex privilegio allato superius ad an. 1177. f. 635. & feudo *Isquitino* fol. 643.

[d] Lib. hoc.

Proventus hujus Mess. prioratus annui sunt unc. 3000.

Onera verò. Solvuntur Religionis Thesauro unc. 490. Ecclesiæ prioratus octo sacerdotibus missas, & divina officia celebrantibus, pro quolibet singulis mensibus unc. 1. summa unc. 96. quatuor clericis servientibus, cuilibet anno quolibet unc. 1. sum. unc. 24. aliis duobus clericis unc. 8. pro expensis hodiernis unc. 40. pro eleemosyna prædicatoris unc. 18. pro die festo SS. unc. 40.

Estque hac in æde *Commenda fundata*. An. 1631. *à F. Michaele Calli* cum unc. 2400. *de Capitali* super juribus urbis Panorm. Hodie ipsemet Calli est Commendatarius. Item & alia commenda in ecclesia S. Jo. juxta castellum Amatagrifonis fundata à F. Jo. lo Pozzo nob. Mess. decreto Capit. Gen. Relig. ut dicitur *nella Buzetta* cum unc. 200. annuis: ita ut ipse, & duo successores hac possint frui commenda & habitu (ut vocant) devotionis. („ Hic Joannes pro „ se, & uno hærede nominando, à Philippo „ IV. Catholico Rege titulo Marchionis de Puteo insignitur ex privilegio dato Matriti 30. „ Martii 1639. exscripto Panormi 17. Octob. „ ejusdem anni in Cancell. reg. f. 61.)

2. PANORMITANAM *Commendam*, seu *Præceptoriam S. Joannis Guilla* eamdem esse ac illam, quæ in prima fundatione *Omnium Sanctorum* dicebatur, clarum est: tum ex regione Guillæ, ubi hodie est pervetustum templum S. Joannis, & in eadem prope est subterraneum sacellum

cellum *Omnium SS.* adjunctum hodie Metropolitanæ Ecclesiæ, tum ex juribus dote attributis à primo fundatore Matthæo Cancellario Regio, cujus bona, & ædes ibidem, nunc Monasterium *S. Mariæ à Cancellario* erant. Hanc Commendam ann. 1170. circiter fundatam, immediatè sedi apostolicæ subjectam voluere summi pontifices. En diploma.

a Extat autogr. in arch. Prior. Messan.

Matthæus [a] *Vicecancellarius DOMUM OMNIUM SANCTORUM ad receptionem pauperum, & infirmorum pro sua pietate construxit. Illam Lucius PP. III. Alexandri Pont. vestigiis inhærens sub B. Petri, & sua protectione suscepit, omnesque ejus possessiones, & bona suo privilegio confirmavit. Dat. Velletri per manus Alberti S. R. E. presbyt. Card. & Cancell. nonis Febr. indict. 1. an.* 1182. *pont. sui an.* 2. Privilegium hoc est subscriptum manu ipsius Lucii pp. trium Episcoporum Portuensis, Albanensis, & Prænestin. & XIV. Cardin. Item & *An.* 1215. *mense Aug. indict.* 3. *Regnorum Frid. Romanorum Regis semper Augusti, & Regis Siciliæ an.* 17. *in Sicilia, In Germania* 3. *Carus Archiepiscopus Montisregalis remittit domui Hospitali S. Joannis Panormi salmam Molendini subtus Pontem Amirati*, Inter cæteros scripti sunt testes *Urso Agrigent. Episc. Adam Vicecomes Montisregalis*. Olim grangiam habebat. *S. Io. de Riglione*, corrupto vocabulo riglivon gallice, religionis latine, quod deinde sub eodem nomine datum est monialibus Benedictinis. Insignia religionis adhuc in antiqua porta visuntur, & quoddam annuum jus persolvitur. Commendatorem aliquando *Præceptorem*, aliquando *Bajulivum* in antiquis eccl. tabulis appellari invenio, cujus bona dotalia erant unciæ 1000. nunc Commendatarius *F. Io: Baptista Macedonius*. Olim à Regibus Siculis concedebatur hæc commenda, ut in prot. anno 1396. fol. 99. & anno 1447. fol. 253. Hac in ecclesia fundata est Commenda cum altari *S. Stephani M.* anno 1628. 30. Septembris 12. indict. à Fr. Stephano Schittino hodie Commendatario; ex prima fundatione cum annuis unc. 132. post aucta est juribus aliis unc. 66. 22. 7. 3. ad summam unc. 198. 22. 7. 3. Eam Urbanus VIII. per dipl. 25. Iunii confirmavit, & Lingua Italiæ admisit 16. Sept. anno eodem. Inter redditus Commendæ S. Stephani sunt unc. 66. 22. 7. 3. ex illis unc. 406. 1. 12. 3. quas per sententiam latam die 24. Septem. 3. ind. 1619. in M. R. C. acquisivit F. Nicolaus la Marra uti Commendatarius prædicti S. Io. Guillæ de Iuribus *in Plano Pannaria Panorm. Viridarii Calori* olim nuncupati *de Cuncuma*, uti de membris, & pertinentiis dictæ Commendæ & ecclesiæ S. Io. olim concessis per F. Bartholomæum de Ferris Ubertino de Costa in act. Not. Brandi Granuta die 8. Martii 9. ind. 1467. Annui proventus hodie sunt unc. 930. 2. 15. onera sunt unc. 60. quæ solvuntur ærario Religionis, & Capellano unc. 24.

3. *SS. Joannis, & Mariæ Magdalenæ Agrigenti* nunc Commendatarius *Bajulivus Cremonæ F. Bernardus Vecchietti* cum annuis unc. 300. ex feudis, seu territoriis Bassime in agro Agrigentino juxta feudum Rafadalis ad occidentem, & territorium Petræ Rubeæ. Atque ex alio Territorio Azaloræ in agro etiam Agrigen. ad occidentem juxta viam publicam, & feudum de Fico. Ex alia parte juxta feudum Bigini. Item ex Territorio Cimenti juxta feudum Burgilamoni. Quæ omnia erant olim juris Commendæ S. Io. Panormi, & unita anno 1339. huic Agrigentinæ, ex prima fundatione facta ab Ioan. de Claramonte Regni Senescalco [b]. Sunt & alia jura dotata huic Commendæ (ea exscribuntur in Capibrevio bonorum Commendæ SS. Ioan. Mariæ Magdalenæ Agrigen.) adjuncta ab Io. & Matthæo de Claramonte, ut vidistis supra in concessione Episcopi Agrigen. Fr. Matthæi ann. 1368. 17. Jan. 7. indict. Ob Claramontanorum rebellionem Rex Martinus ann. 1392. eamdem commendam concessit *F. Joanni de Stugas Præceptori de Barbons*: his verbis: *ordinis nostri in Catalonia, qui nobiscum in Siciliam veneras*. Is à M. Magistro Rhodi, cujus erat juris, confirmationem expostulavit. Sed an. 1397. idem Rex hanc dedit Commendam *F. Friderico de Berthperech ordin. Teutonicorum*: quare unita fuit Sacræ Mansioni Panorm. ejusdem ordinis [c]. Sed quod Claramontani à Rege defecerant, id jus ad Bernardum Capreram spectare contendens dedit *F. Francisco Gabbagnino equit. hospitalis S. Joan. Hierosol.* ex litt. ejusdem Regis 4. Aug. 6. indict. 1398. in Canc. eod. anno f. 102. Inde vel à Regibus Siculis, vel M. Mag. prædicti S. Io. ordinis data est.

b Hoc lib. 3. not. 3.

c Ex cæpl. Reg. Canc. f. 141.

4. *S. Joan. Politii Commenda Cameræ Magistralis* nunc Commendatarius est *F. Io. Berzettus Vercell. Prior Messanæ* cum annuis unc. 1000. Cujus fundationis auctorem non agnoscimus. („ Ipsemet Pirrus in not. Eccl. Cephal. ubi de „ Politio, scribit, à Rogerio de Aquila Comite „ de Avellino, & Domino Politii fundatam.) Verum in proton. anno 1392. f. 99. sub an. 1396. à R. Martino concessa est *F. Raymundo Vaccadella*. Inde semper à M. Mag. ordinis. Olim annexam habebat eccl. *S. Io. oppidi Gangii cum sua grangia in Nicosia*; quam Rex Alphonsus per litt. in R. Canc. an. 1438. fol. 118. post obitum F. Francisci de Vigintimiliis *F. Georgio de Lombardo*. Inde Marchio Hieracensis permutavit oppidum ipsum Engii juris Commendæ Politii cum feudo *Maluta*, quod hodie possidet Commendatarius.

5. *S. Ioannis Motycæ Commenda* ex fundatione Claramontanorum sita intra oppidum in pervetusto templo, cui subsunt 14. Grangiæ. Hodie Commendatarius *Amiratus, Hieronymus Salvagus*. Annui proventus erant unc. 450. post mortem Commend. Fratris Philippi Moleti Mess. Comes Motycanus quædam prædia sui esse juris contendens, ea habet. Solum nunc annui redditus sunt unc. 150. In eadem Commenda ex antiquo jure Commendatarius eligit 14. ut vocant, *Martilictos* idest viros media cruce insignitos, qui foro gaudent Religionis. Quis autem Claramontanorum auctor ob antiquitatem, nobis est incognitus, Sed ann. 1391. [d] 15. ind. eam, atque alias commend. d Canc. f.330.
Ragusiæ, & Heracliæ Rex Martinus concessit, ut nos diximus hoc lib. 3.

6. *S. Ioan. de Caldarera Platiæ Commendæ*, cui

cui annexæ sunt grangiæ *Aydonis*, *Castro Ioannis*, & *Alecatę*, est Commendatarius *F. Ioan. Bapt. Croce Lampugnanus Mediolan.* cum annuis unc.440. in libris Cancell. De hac Commenda fit mentio an. 1466. fol. 37. Altera *Commenda S. Iosephi* in agro Platien. *Scaranti* dicto, fundata, dotataque est ann. 1628. à F. Dario Barbarino Plat. ejusdem ord. presbytero militiæ Commendatario, cui successit *F. Marcius Beccoli Melitensis*.

7. *S. Marię Calatahieronis Commenda* ab urbe ad 6. m. p. *S. Marię de Tenchio* patria lingua dicitur, latine de templo, unde plures fuisse ordin. Templariorum astruunt, ut nos disseruimus in ea Not. f. 232. Eam an. 1396.[a] dedit post obitum F. Io. de Queralto Rex Martinus F. Francisco de Cabanialiis ordin. S. Ioan. Hierosf. Aucta est maxime an. 1610. à F. Nicolao Sortino Netino Commendatario, viro pietate, & in rebus agendis præclaro; cujus nepos ex fratre Orlando *F. Lucius Sortinus* valoris, & prudentiæ adolescens eximius anno 1634. mense Iunio uti patronus triremis religionis S. Mariæ fortiter dimicando contra Turcas necatur ferrea pila. Nunc Commend. *F. Bernardus Vecchetti* cum unc. 450. annexam habet eccl. S. Io. ad jactum lapidis ab urbe.

8. Hic alia est *SS. Jo. & Jacobi* ab V. I. D. Jacobo Octaviano olim clerico, nunc ejusdem ord. milite, & Commendatario anno 1637. 6. Octob. [b] fundata, & annuis unc. 200. dotata.

9. *S. Hieronymi* fundata à F. Jo. Bapt. Bonanno clerico, qui jure nobilitatis post ejusdem ordin. Commendatarius de consensu Commendatoris S. Jo. in cujus æde altare *S. Hieronymi* dicatum erexit, ditavitque annuis unc. 80. pro capitali unc. 1600. super juribus Civitatis, & in sua Villa *Muchiscitta* dicta pro unc. 1122. & super domo unc. 82.15. Sunt hodie redditus unc. 140. ex tabulis not. Josephi de Sena Calath. 3. Jan. 7. ind. 1639. hac in urbe floret.

Commendat. Hierosf. Fr. Marcus Bubeus, & *Pirri* consanguineus meus, vir plurimis naturæ donis celebris maxime in sculptura.

10. *S. Jo. de Rhodo Marsala Commenda* antiquissima cum æde hospitali *S. Antonii* ejusdem ordinis habet grangias *S. Joan. de Cellaro* in agro Sambucæ. *S. Hippoliti Calatabillottha*. *S. Joan.* de *Corleone*, hanc R. Martinum cum institutione Capellani Majoris dedisse lego[c]. Et *S. Joan.* de *Alcamo* extra mœnia. Nunc Commendatarius *Bajulivus F. Carolus Valdina* cum annuis unc. 1200.

11. *S. Maria de Immaris Mazara Commenda* sub jurisdictione Prioris Lombardiæ ordinis S. Joan. Hierosf. ab an. 1568. Papa Pio IV. volente, est constituta. De ea latius diximus in hoc lib. 3. not. 6. nunc Commendatarius *F. Renatus Caccia* cum annuis unc. 900.

12. *S. Jo. Bizinis*[d] *Commenda* fuit à F. Melchiore Cannizaro nobili Bizin. cum annuis proventibus sc. 220. & pro capellano sc. 10. ex tab. Not. Vincentii Pennachi Biz. an. 1603. 2. Maii 1. indict. Huic commendæ aggregata est vinea in agro Bizinis, & domus in Licodia ex mortuariis (ut vocant) F. Caroli Sanctapau equitis Hierosf. an. 1624. Nunc Commendatarius *F. Vincentius Cannizarus*.

13. *S. Io. Ragusia Commenda* à F. Blandano Arizi Raguf. cum annuis sc. 300. & sc. 10. pro capellano fundata. Ex actis not. Francisci Bizone Motyc. 19. Maii 9. ind. 1626. Commendatarius nunc *Fr. Vincentius Creximanus Platiensis*.

14. *S. Io. Mazarini Commenda* à F. Capellano Petro Gusmano Mazar. cum sc. 440. annuis fundata per tab. Not. Franc. Satariani Plat. 14. Novemb. 2. ind. 1633. Nunc Commendatarius F. Lucius Creximannus Plat. ex forma fundationis electus est.

(„ 15. D. Petrus Borea Syracusis Commen„ dam fundavit an. 1641. cum dote Scut. 800. „ ex Barth. de Puteo *in hist. Ierosol. par. 2. lib. 1.* „ *fol. 60.*

„ 16. A Joanne Bap. Saleme Siclensi com„ menda fundatur an. 1642. cum sc. 300. annuis „ in regione Puzzalli. Ex de Puteo *cit. lib. 2.* „ *fol. 70.*

„ 17. Lucius Martinez Syracusanus aliam „ excitavit eodem anno 1642. cum capitali sc. „ 5000. ex Puteo cit.

„ 18. Matthæus Malandrinus Netinus „ aliam eodem anno fundavit cum sc. 150. an„ nuis pro Fratribus Capellanis. Ex Puteo „ loc. cit.

„ 19. S. Antonii fundata Panormi à Fulvia „ Volo, & Antonio Albigiano ejus filio cum „ unciis 216. annuis, an. 1644. Ex Puteo cit. „ fol. 94.

„ 20. Hector Marullus Messanensis aliam „ fundatam voluit anno 1644. pro Admiratis „ ordinis, cum Capitali sc. 16000. Ex Puteo „ cit. fol. 94.)

De Equitibus Siculis, Dignitatibus Religionis, & magna Cruce insignitis.

CUM Prima hospitalis Domus S. Joannis Baptistæ (ut diximus) in Sicula Urbe Messana fuerit constituta, & hinc mox in toto Regno diffusa; inde ad Orientalem plagam, maxime Hierusalem initio sub dominatu nostrorum Principum, continua, & facilis fuisset navigatio. Quis ambigere potest plures semper fuisse nostros Siculos hoc S. Jo. militari honore decoratos? temporum tamen injuria atque antiquitate hos, quos affero, tantum inveni.

Duo Siculi Beati Fratres hujus Hierosf. Relig. fuere.

1. *B. Gerlandus de Alamanna*, qui apud Calatahieronem vixit, & obiit. De eo nos satis diximus[e]. („ De ejus corporis inventione an„ no 1327. 18. Junii, & miraculis, vide Ca„ jetanum tom. 2. SS. Sicul. f. 234.)

2. *B. Nicasius M.* alba cruce insignitus, equestri indutus veste, ense præcinctus ostenditur in antiquissimis Siciliæ imaginibus, Panormi in ecclesiis S. Dominici, S. Catharinæ de Olivella, S. Mariæ de Miraculis[f], & etiam Drepani in æde paroch. S. Petri.

Addam *Fr. Zaimum*, & *Fr. Nicolaum Zumbo*

[a] Canc. 16. 30.
[b] in not. Josepho Sena Calath.
[c] In Canc. eo anno & nos hoc 3. lib.
[d] in hoc l. 3.
[e] Lib. hoc not. 1. & de SS. ord. ab Jacobo Boſio imp. Romæ.
[f] Ex Boſio ibidem.

bo Syracusanos equites Hierof. germanos fratres, qui omni virtutum genere præfulgentes præter plura pietatis opera religiosissimum sacrarum virginum monasterium in æde S. Viti Panormi fundarunt. („ Horum vitam descripsi in libro „ fundationis dicti Monasterij, quam Panormi „ edidi anno 1710.)

Anno 1360. *F. Rogerius Montaltus* forte *Syracusanus magna Crucis* cum tit. *Magni commendatoris*[a] (tunc dignitates Religionis erant cunctis equitibus communes, nondum cuique Nationi sua fuerat attributa) hic cum F. Stephano de Monteacuto Mariscallo orator in Galliam, & Visitator, & reformator adversus Castellanum Empostæ, Priorem S. Gili, & Priorem Castellæ constitutus est.

Anno 1396. *F. Robertus Diana* effectus *Civis Messanensis* à Rege Martino *magna Crucis Prior Messana*, post *Roma* ex lib. lingu. Ital. A. ann. 1434 fol. 2.

Anno 1443. *Fr. Guillelmus de Aragonia m. c. Prior Messana* post *Prior Capua* an. 1456. ib. f. 7.

Anno 1456. *Fr. Petrus Cases m. c. prior Messana* ibid. fol. 8.

Anno 1456. *Fr. Bonifacius Cajetanus m. c. Prior. Capua*, deinde *Prior Barletta* ibid. f. 7.

Anno 1465. *F. Henricus Sanstiglia*, sive *Centegles Mess. m. c. Bajulivus S. Euphemia* ibid. f. 4. B. anno 1475. *Bajul. Venosa* fol. 9. & fol. 9. C. & *Prior Messana* ut supra. An. 1480. obiit.

Anno 1472. *Fr. Hugo Centelles m. c. Bajul. Venosa* fol. 161. B.

Anno 1484. *Fr. Joan. de Muleti m. c. prior Messana* fol. 92.

Anno 1509. *F. Hugo de Moncata* receptus ut Siculus *m. c. Bajul. S. Euphemia* E. fol. 55. an. 1527. *Prior Messana*, atque *Sicilia Prorex*.

Anno 1523. *F. Aloysius del Pozzo Mess. m. c. prior Pisarum* H. fol. 96.

Anno 1556. *F. Jo. de Vigintimiliis m. c. prior Pisarum* L. fol. 175. cujus pietatem, & liberalitatem extollit Bosius p. 3. hist. afferens: cum Valletta proposuit ædificare ecclesiam S. Joan. primum omnium erogasse 12. monetas auri Lusitanas, quælibet erat valoris sc. 12. & 25. aureos.

Anno 1570. *F. Antonius de Bononia Panor. m. c. Amiratus*, & *Bajul. S. Stephani*[b]

Anno 1581. *F. Hieronymus de Gravina filius Marchionis Francifontis*. Is cum in obsidione Melitæ an. 1565. à Turcis fuisset captus, & divinitus aufugeret, sub veste servi ad commendam Materæ venit, quam eo nesciente à curatoribus pro ipso receptam casu invenit, ex Bosio p. 3. fol. 710. post *Prior Lombardia*[c].

Anno 1584. *F. Raynaldus de Naro Syrac. m. c. Amiratus*, post anno 1586. *Prior Messana*[d].

Anno 1585. *F. Alphonsus de Dominicis Sortinensis Prior ecclesia*.

Anno 1589. *F. Franciscus Bonajutus m. c. Amiratus*[e].

Anno 1593. *F. Balthassar Marquettus m. c. Amiratus*, *Bajul. Neapolis*, & an. 1594. *Bajul. S. Stephani*[f].

Anno 1593. F. Tiberius Campulus m. c. Amiratus an. 1594. *Bajul. Neapolis*[g].

Anno 1594. *F. Ambrosius de Iuenio m. c. Prior Pisarum*[h].

Anno 1594. *F. Petrus la Rocca Mess. m. c. Amiratus*[i], an. 1598. *Bajul. S. Stephani*[k].

Anno 1602. *F. Hieronymus Alliata Panor. m. c. Prior tit. Ungaria*, *Bajul.* & *Amiratus*, & an. 1605. *Prior Lombardia*[l].

Anno 1606. *F. Franciscus Muleti Mess. m. c. Bajul. Neapolis*, *Amiratus*[m], *Generalis Præfectus triremium Religionis*.

Anno 1611. *F. Franciscus Saccanus Mess. m. c. Amiratus*, *post Prior Capua*, inde *Bajul. S. Stephani*[n].

Anno 1610. *F. Ioseph de Ghivara Syracus. m. c. Prior Lombardia* obiit anno 1626.

Anno 162.. *F. Octavius Ioenius Catan. m. c. Prior Barletta* obiit Catanæ anno 163.

An. 1623. *F. Scipio de Ferro Drepan.* filius Berardi XIV. de Ferro *m. c. Prior tit. Capua*. *Anno* 1625. *Amiratus*[o], obiit in Melita ult. Maii anno eodem.

Anno 1625. *F. Nicolaus Cavarretta Drepan. m. c. Prior tit. Capuæ*, post *Amiratus*[p], anno 1626. *Prior Venetiarum*[q] obiit ibidem 2. Augusti 1638. in cujus epitaphio omnia facinora ejus enarrantur in facello S. Mariæ de Filermo.

Anno 1626. *Fr. Petrus de Vigintimiliis Messan. m. c. Amiratus*[r], anno 1629. *Prior Capua* vir erga suam Religionem officiosissimus construendam curavit triremem S. Petri, & ut navigare semper posset, nobile emit palatium Messanæ 22m. aureis, cujus proventus ad triremem sustinendam expenderentur, reliquit ex spolio 30m. sc. Obiit Messanæ mense martio anno 1639.

Anno 1631. *F. Carolus Waldina* electus est cum magna cruce *Bajulivus Capitularis* à M. Mag. F. Antonio Paula ex facultate data in Capitulo General. 7. Junii 1631. quod cruce magna insignire potuisset quemlibet Equitem Hierof. Antiquum (*Antianum*) vocant, benemerentem, qui apud Religionem pluribus præfulsisset promeritis. Noster Waldina ultra præclara facinora annos circiter 20. apud Panormum Receptoris Religionis munere recte perfunctus fuerat. An. 1633. Generalis Præfectus Triremium est constitutus, & ab eodem M. Mag. uti totius Religionis & linguarum Præpos. gen. (de more tamen ab Amirato, & Procuratoribus Linguæ Italiæ solebat) in illius muneris possessionem est immissus. Quo in Generalatu feliciter se gerens plures hostes cum Relig. navigiis captivos Melitam duxit, magnoque honore, & omnium plausu thesaurum Religionis ditavit, tot auctus promeritis an. 1638. deligitur *Bajulivus S. Stephani*, atque tribus Commendis ex gratia à M. Magistro cohonestatur, anno 1639. pro gravissimis Religionis rebus ad pp. Urbanum VIII. destinatur Orator.

Anno 1631. *F. Philippus Muleti Messan. m. c.* frater germanus Frat. Francisci Muleti, de quo supra ad an. 1606. *Amiratus*, & anno 1634. *Bajul. S. Stephani* obiit Messanæ mense Decemb. an. 1636. & in æde Prioratus S. Jo. sepelitur.

Anno 1631. *Fr. Thomas de Ozes Messanen.* qui

a ex Bosio p. 3. hist. lib. [illegible] fol. [illegible]
b [illegible]
c fol. 134.
d fol. 133. & 166.
e fol. 121.
f fol. [illegible]
g fol. 157.
h fol. 135.
i fol. 191.
k Id. f. 230.
l Id. f. [illegible]
m fol. 2.
n fol. 15.
o fol. 4.
p fol. 4.
q fol. 21.
r fol. eod.

qui cum nobilissimo genere Hispanus esset, ex gratia eligitur Castellanus in ea Natione, eo an. cum M. C. titulo *M. Cancellarii lingua Castellæ* decoratur. Post multas dignitates nunc *Bajulivus Sepulchri Thori* cum commendis etiam ex gratia M. Magistri.

Plura, quæ superius attulimus de hoc nobilissimo Messanæ Prioratu, studio, & diligenti opera Fr. Francisci Bisagno Mess. equitis Hierosol. nobilitate, eruditione, æque ac ferventi zelo erga suæ Religionis honorem, & encomia illustris, recepimus, per Fr. Cæsarem de Ferro Militem Drepanensem haud absimilem virtutibus, & zelo, pluribusque præfulgentem promeritis, qui benignissime & aliis præclaris suæ Religionis rebus nos ditavit.

De XXXII. Equitibus Siculis Hierosolymitanis in Obsidione Melitæ Turcica anno 1565. interfectis, vulneratis, & fortiter propugnantibus. Ex Bosio in Hist. Hierosl. *pag. 3.*

De Interfectis.

F. *Io. Baptista Montaltus filius Guillelmi Montalti Syracusani equitis S. Iacobi de Spada* in præsidio S. Elmi fol. 553. & 575.

F. Ioan. de Pactis Mess. tempore obsidionis habitum suscepit fol. 507. in arce S. Michaelis fol. 646.

F. Hieronymus Balsamus Messanensis ib. f. 601.

F. Hieronymus Romanus Panormitanus in arce S. Elmi fol. 564.

F. Hieronymus Specialis Netinus in arce S. Michaelis fol. 525. & 712.

F. Vincentius de Perno Syrac. in suburbii propugnaculo Provenzæ fol. 524.

F. Vespasianus Celestris Alicatensis in arce S. Elmi fol. 575.

A *F. Franciscus Danielis Syracusanus* in suburbio fol. 712.

F. Io. Antonius Landolina Netinus ibidem fol. eodem.

F. Antonius Saccanus Messanensis ibid. f. eodem.

F. Nicolaus de Septimo Syracusanus ibidem fol. eodem.

F. Petrus Antonius Barresius Panormitanus, Magister ab equis M. Magistri fol. 507. In arce S. Michaelis fol. 712.

B *F. Bernardinus Sortinus Netinus* ibidem fol. eodem & 607.

F. Cæsar Zavarca ibidem.

F. Alexander de Alexio ibidem.

De Vulneratis.

F. Io. Antonius Gruno Alecatensis f. 563. & 566.

F. Balthassar Marquettus Messanensis fol. 637. & 649.

F. Gaspar Afflictus Panormitanus fol. 575.

C *F. Nicolaus de Naro Syracusanus, Capitaneus* fol. 519. & 604.

De Fortiter Propugnantibus.

F. Balthassar Imperator Panormitanus Algozirius Regius fol. 498.

Fr. Nicolaus da Marchisio Messanensis fol. 506. & 507.

F. Ambrosius Ioenius Catanensis idid.

F. Franciscus de Perno Syracusanus ibid.

F. Isidorus de Neapoli Traynensis ibid.

D *F. Franciscus Saccanus Messanensis* ibid.

F. Vincentius de Afflicto Panormitanus ibid.

F. Nicolaus Sortinus Netinus fol. 660.

F. Blasius Lanza Panormitanus ibid.

F. Hieronymus Alliata Panormitanus ibid.


F. Nicolaus del Pozzo Messanensis ibid.

F. Ioseph Guevara Syracusanus ibid.

F. Petrus la Rocca Messanensis præ cœteris cum trigintaocto Nobilibus viris, propriis ejus expensis fol. 665.

ROCCHI PIRRI,
Abbatis Netini, & Regii Historiographi,

LIPARENSIS
ECCLESIÆ EPISCOPALIS
NOTITIA OCTAVA.



ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO

D. JOSEPHO CANDIDO
LIPARENSI EPISCOPO
ABBAS D. ROCCHUS PIRRUS S.


UAM merito has meas de tua (Illustrissime Antistes) Liparensi *Ecclesia lucubrationes prælo supponendas, tibi, quem tanquam virtutum omnium, bonarumque artium ferventissimum cultorem maxime colo, & observo, dicaverim; & ex vetustissima ipsius grati animi lege, & officiosissima utriusque consuetudine, & oblata tantarum vigiliarum occasione cognoscent omnes. Nam si res* Liparenses *à primordio, atque variorum eventuum successione perpendo, ita eas apud priscos auctores obscurissimas, & apud publica, privataque monumenta carie obsessas invenio, ut nisi sub tuis felicissimis auspiciis in lucem revocare, & à labentis temporis injuria vindicare, & tanquam alicujus naufragii tabulas dispersas in hunc libellum hinc inde colligere potuissem. Si te* Liparensium *Præsulem considero, ita cunctarum scientiarum peritia exornatum prospicio, ut nihil sit in humanioribus disciplinis dulce, quod non hausisti, in Philosophia durum, quod non tulisti, in sacris studiis arcanum, quod non reserasti, in Pontificiis, Cæsareisque juribus, quod non penetrasti. Ea sane omnia non modo splenduisse in* Jacobo Candido *Episcopo* Lancianensi, *atque* M. Vincentio Candido *Summo Pœnitentiario tuis doctissimis avunculis, sed in te clarissime fulgere prædicat Romana Curia;*

ibi

ibi cæteros publice docendo magnam jurisprudentiæ laudem comparasti, ibi apud Urbanum VIII. *Summum Pont. (quem Deus diu felicissime conservet) per virtutis gradus & ad intimi cubicularii honorem, & ad hujus Præsulatus dignitatem es elevatus. Id certe pastorale munus sic vitæ tuæ candore, diuturna doctrina, & charitate, immunitatis Ecclesiasticæ propugnatione, novo proventuum incremento (non enim minoris operis est parta tueri, quam nova acquirere) illustrasti, ditastique, ut tuum præcipui Præsulis nomen ubique late clareret. Vale, & diu feliciter vive.* Panormi 4. *nonas Aprilis anno sal.* 1641.

Anno Christi. ....

LIPARA Siciliæ, à qua 40. p. m. recedit, coadjacens Insula inter Vulcanias, & Æolias celeberrima, ac omnium maxima in circuitu p. m. 18. habet. *Melingunis* seu *Longonis* ab antiquis historicis [a] dicta. Soli natura ferax, magno aluminis proventu, fructuumque domesticorum copia clara. Balneæ sunt in ea tum humidæ, tum sudatoriæ ad valetudinem simul, & voluptatem accommodatissimæ. Ejus mare pisces omnis generis, & menas præsertim, laudatissimos abunde præbet. Insula hæc ignem ex pluribus crateribus olim evomebat [b], cujus ora, & vestigia adhuc visuntur. Incolitur primum à Liparo Ausonis Italiæ Regis filio magna militum copia secum advecta. Ibique oppidum suo nomine *Liparam* [c] vocatum in rupe undique prerupta, quam mare abluit, condidit, post vicinarum Insularum *Heratea* [d], *Delima*, *Phinicussa*, *Ericussa*, *Hiera*, & *Onostrongoli*, agros excoluit. Decedente Liparo Æolus Hippotæ Heraclidarum generis filius, Ilyacis temporibus [e] classe in hanc appulsus Insulam, Teleporam Regis filiam uxorem duxit, atque Liparam urbem cum vicinis Insulis, dotis nomine à patre accepit. Quas mutato nomine Æolias à se nuncupavit. Subinde à Romanis imperantibus in societatem ascitur; quorum nomina præ foribus templi Cathedralis insculpta leguntur. *Cornelio* [f] *Masurio Procurat. Ti. Cæsar. August. & Julia August. ex D. D. P. P.* Post Saracenos Siculis semper paruit principibus. Celebrior est hæc Insula ob Apost. D. Bartholomæi, cui Cathedrale templum est dicatum, corporis translationem.

a Callimacho, Strab. Plin. Mela, Sollino apud Faz. dec. 1. l. 2.

b Ex Diod. & Strab.

c Ex Appiano Alex. l. 5.

d Ex Servio & Tolom.

e Ex Plinio.

f Vide Gualter. de antiq. tab. Sic. f. 73. & f. 131.

PRimam Liparensis Præsulatus originem incertam relinquo; quamquam haud tenues conjecturæ prælucere videantur, eam ab Apostolorum tempore repetere posse Liparenses; non modo auctoritate pp. Innocentii, qui epist. 1. ad Decentium ita scripsit: *Cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, & Siciliam, Insulasque interjacentes, nullum hominum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Petrus, aut ejus successores constituerunt sacerdotes.* Præcipuæ sanè interjacentes Siciliæ Insulæ sunt: Melita, cui D. Paulus (ut diximus [g]) Publium præfecit, & Lipara, quæ sub Romanorum imperio in societatem ascita maxima susceperat incrementa [h]. Ei insulæ datum esse Antistitem facile crediderim non modo ex prædicta auctoritate, sed etiam antiqua ex traditione, quod Apostolus Paulus illuc appulerit, cum Syracusis [i] solvens, *circumlegensque devenit Rhegium*, & tunc forte Liparenses ab Idolorum cultu ad Christianam religionem traduxit, illisque præfecit Antistitem: hæc omnia in antiquitatis tenebris delitescunt, neque quidpiam reperio, quod illustrandæ veritati prodesse possèt. [1]

g In not. 9. hujus libri 1.

h Ex Fazel. dec. 1 l. 4.

i Ex act. Ap. c. 28. & Metaphrast. de pereg. SS Petri, & Pauli.

255.

SANCTUS AGATHO sub Decio, & Valeriano Impp. circiter annum reparati orbis 254. Liparitanam administrabat Ecclesiam: quo vero tempore ad eam dignitatem evectus fuerit, incertum est. Is primum mihi obvius fuit ex tabulis pervetustis ecclesiæ [k] Leontinæ latinitate ex græco idiomate donatis, & in lucem editis, quas Agathinus Castilionus [l] Canonicus ex actis SS. MM. Alphii, Philadelphii, & Cyrini ex Abbatia Cryptæ Ferratæ exscripsit, & latine reddendas Romæ curavit. Agatho igitur de sui Cleri consilio persecutionem Diomedis Puteolorum Præfecti sub Imp. Decio commotam fugiens, navim ascendit christianorum mercatorum cum tribus suis clericis, ex Lipara Insula, quæ a Diomede vexabatur, in Siciliam ad Leontinum fluvium (id hodie S. Leonardi nuncupatur) appulsus, liberali animo à Demetrio viro Leontino extorre suscipitur, atque de Tertylli Siciliæ Præsidis crudelitate, & SS. Alphii, Philadelphii, & Cyrini illustri Martyrio instruitur: iis rebus auditis multò magis Tertylli, quam Diomedis tyrannidem detestatur; sequenti nocte prædicti tres Sancti MM. Agathoni apparuere, & magnum Leontinæ ecclesiæ bonum, Deo volente, illum attulisse attestati sunt. Post 40. dies divinis monitus verbis Scinodium adiit, ubi invenit Alexandrum Tertylli consiliarium, eumque biennio sacram scripturam docuit, nostræque fidei mysteriis imbuit; inde cum eodem Alexandro in alium Leontini agri locum Creco nuncupatum migravit, & à Publio Leontino viro Christiano locuplete benigno hospitio recipitur; ibi in Monte Publius templum construxerat, in cujus tribus columnis Agatho imagines trium fratrum MM. ad vivum depinxit (in pictoris arte excellens erat) templum ipsum consecravit, atque fontem sacri baptismatis construxit, in eo Alexandrum baptizavit, Neophytumque appellavit, clericum instituit, sacerdotio tandem initiavit, illic alios annos duos & amplius in precibus recitandis sacrisque faciendis sanctam duxit vitam. Obeunte interim Tyranno Tertyllo

k Ex tabul. Leont. & D. Octavio Cajet. in martyr. Siculo die 19. Junii.

l Vide lib. 2. not. 3. Leont.

---

1 Episcoporum Liparensium seriem post nostrum Pirrum tradidit Clarissimus Ughellus *tom.* 1. *Ital. Sacræ* in nupera editione *a fol.* 771. *& seq.* qui nostrum Auctorem doctissimum, & eruditissimum vocans, ab eo; alilsque monumentis desumpsisse suam seriem fatetur. Hic quæ Ughellus addit, & Clar. Coletus Ughelli continuator adjunxit, notamus, ac pinguiorem hanc notitiam damus.

Anno Christi 255.

lo, Agatho, & Neophytus ad cæterorum Leontinorum salutem urbem ingressi, populum christianis monitis instruxere, Leontinum aliquibus Liparensibus clericis ad suum Antistitem Agathonem transmeantibus, ipse, & Neophytus (qui paulo antè à D. Andrea Apostolo Episcopus fuerat consecratus) Romam proficiscuntur; ibi Neophytum Romano Pontifici obtulit confirmandum, & tribus annis Romę fuit; dum Neophytus è Vasconia rediret. Post annum sui discessus tertium ad ecclesiam suam Liparensem revertitur administrandam. Tunc accidit S. Bartholomæi Apostoli sacri corporis translatio; quo fuerat in primis illustrata Daras Civitas in finibus Persidis, ut scribit Theod. lector lib. 2. Collectan. & Nicephorus histor. lib. 16. cap. 37. De amplissimo templo illic erecto à Justiniano Imp. meminit Procopius lib. 2. ædif. Justinian. Imperat. De translatione in Liparim facta agit Gregorius Turon. de gloria Martyrum cap. 34. Scripsit etiam rei gestæ historiam Theodorus Stadita, quam latinitati tradidit Anastasius. Consensit iis Molanus in notis ad Usuardum quam legisse testatur Baronius in notis Martyrol. die 25. Aug. litt. b. In Bibliot. Vaticana plut. 4. numer. 234. pag. 24. incipit *Maximum quidem certamen &c.* paucis eandem refert historiam Metaphrastes ex Josepho apud Surium tom. 4. & alii. Cæterum in pervetusto m. s. apud Eccl. Liparensem legi; quod cives, ac incolæ Albanopolis tot, tantisque beneficiis à Bartholomæo quotidie acceptis ingrati, ejus corpus in arca lapidea inclusum ejecerunt in profundum maris; mox in eos divina ultio sævivit, & ab hostibus Civitas vastatur; accolæ vero servituti subjiciuntur; pietas tamen divina easdem Bartholomæi exuvias in Liparim Insulam vexit, ad eum sane locum haud longe ab ea urbe, ubi adhuc sub aquis lapidea arca visitur, uti mihi ibidem agenti narraverunt Liparenses ex traditione manuducta ad nostra hæc tempora accepisse. De corporis sacri appulsu ab Angelo monitus noster Agatho in locū adiit, & cælestem thesaurum invenit, procumbit in genua, veneratur sacras exuvias, atque quo potuit honore tractavit: intellexit scilicet divinitus id suę Insulę munimentum dari, è mari in cathedrale templum presbyterorum humeris invehi jussit; sed tanto civium plausu, ac gestantis lætitiæ significationibus ea gesta sunt, ut Agatho suggestum ascendens, concionem ad populum habuit in ipso die translationis, his fere verbis.

Pro D. Barthol. Ap. ad Liparim translatione oratio.

Quam bonum est, quod huc appulisti o gloriose Apostole, quasi salutaris portus nobis in fluctuoso pelago agitatis, quam bonum quidem est, quod huc appulisti o flumen spiritus paraclyti, à quo aqua veritatis emanant, & maxima pietas hauritur. In mari via tua[a]*, & semita tua in aquis multis, & vestigia non cognoscentur. Veni, & animas nostras effectibus desideriorum nostrorum irriga, & nostrorum cordium jannas apertas donis tuarum gratiarum imple. Id quidem Insula Liparis à te suppliciter exposcit, ut feliciter secum inhabites. Hæc igitur Insula iis sane verbis tecum loquitur: Tu qui maximo lumine es illustris, ve-* A *rusque amicus illius divini Orientis: quare dignatus es, quod tantus, talisque splendor ad Occidentem meæ paupertatis pervenerit? atque ab Orientalibus oris per immensum maris sinum pertransiens nobis apparueris? Ecce enim locuples sum, ante vero paupertate premebar. Hodie magnum assecuta sum thesaurum, nec inclyta Roma inferior habeor, quamquam corporibus Sanctissimorum Apostolorum Petri, & Pauli sit celeberrima; fruor nunc equidem illo Bartholomæi. Congratulamini mecum omnes aliæ Insulæ, omnes aliæ* B *Civitates ubi ubi sint, mecum exultent, & si in iis inveniantur multa corpora Sanctorum; mihi sufficit unum pro omnibus. Sed o beatissime Apostole, effectus es Angelis æqualis, quis umquam tua præclara gesta digne laudare poterit? quis quæ pro Christo passus es, enumerare valebit? hæc substulisti pericula, & à periculis plures eruisti. Tu es ille sal, qui corda insulsa condidisti, putredinemque superstitionis plurium Deorum expurgasti. Tu es fluvius ille, qui è Cælo egreditur, & imples Ecclesiæ gymnasia, terramque aridam ir-* C *rigas. Tu es illa fortissima sagena, in qua rationales pisces natantes in profundo errorum apprehendisti, & in supremam mensam apposuisti. Tu es illud aureum candelabrum, in quod ignis spiritus paraclyti emisit splendorem divinæ cognitionis, & quasi unica faces exussit multa viciorum zizania. Tu es lucidus ille radius divini solis, qui à summo Cælo usque ad extremum apparens tenebras errorum expulisti, & eos qui sedebant in umbra mortis, idest in peccatis mortalibus illustrans, regenerationis lavacro ex terrenis homi-* D *nibus filios Dei fecisti. Tu es lapis ille pretiosus à lapide angulari, in quo Christus ipse exædificavit suam ecclesiam, quæ ullo umquam tempore destruetur, vel detrimentum patietur. Tu es aurum purissimum, pretiosissimum Dei donum, lucis columna, Ecclesiæ fundamentum, Spiritus Sancti templum, suavis vox Aquilæ volantis, cantusque dulcissimus; Angelus in corpore humano, lucidissima stella, flos paradisi, medicina infirmorum, tuba divinæ gratiæ, vitis fœcundissima, oliva fructifera, portus navigantium, advocatus pec-* E *catorum, requies lapsorum, refugium oppressorum, fons miraculorum, flagellum dæmonum, comes Sanctorum, concivis Angelorum, sublimior prophetis, consors martyrum, eorumque triumphi particeps, hæres æternorum bonorum, lumen mundi, thesaurusque omnium bonorum. Ideo salve o Bartholomæe, fulgur illius magni tonitrui, qui in rota hujus mundi apparuisti, noctem expulisti, & insanias Idolorum manifestasti. Salve o Bartholomæe, penna velocissima illius Sancti Spiritus, qui legem in tabulis cordium diserte scripsisti; non modo veterem (dico) sed & novam. Sal-* F *ve o Bartholomæe, acutissima sagitta potentis verbi, qui inimicorum corda vulnerasti, qui dæmonum per aerem vagantium turbas percussisti, mortalium animas vitiis vulneratas sanasti. Salve o Bartholomæe, qui Idolorum templa dejecisti, hominesque ipsos viventis Dei templa fecisti. Salve o ensis Spiritus Sancti, qui gentes alienigenas, omnesque earum voluntates obedientiæ Christi subjecisti. Salve ornata, & suavis cythara Spiritus Sancti, qui cœlestia documenta nobis decantasti, præ-*

[a] Psal. 76.

Anno Christi. 555.

pravos sonitus conturbasti. Salve cœlum serenissimum ob divinos splendores, in quo sol justitiæ requiescit cui adjunctus omnem fraudem detegisti. Vellem equidem pro viribus te magnificare. Sed rerum mirabilium magnitudo me confundit; pectorisque imbecillitate raucus fio; & si cuncti illi multo me excellentiores in arte rethorica vellent te laudare, nemo humanis viribus ad tuarum laudum culmen poterit pervenire. Ideo tuis precibus fac nobis Deum ipsum propitium, intercede pro nostrorum peccatorum venia, & tua intercessione obtine cœlestis gaudii participationem in christo Domino nostro, cujus gloria cum patre est, & cum Spiritu Sancto nunc, & semper, & in sæcula sæculorum amen. Hæc Agatho. Is quandiu vixerit, nobis non constat, requievit tamen in Domino die 27. Junii, & apud Leontinium eo die festum celebratur[a], cum sub anno sal. 313. statuit Maurolycus in hist. Sic. fol. 30.

a Vide Cajet. in Idea L. Ss. & martyr. f. 214.

AUGUSTUS[1] Liparensis Episcopus sub Symmacho pp. in act. 3. & 6. Romanæ[b] Synodi subscribitur. Circa ea tempora Maurolycus in sua Sicula histor. fol. 30. scilicet annum 530. existimat in eadem Insula Liparitana deguisse S. Calogerum Constantinopolitanum monachum; cujus domus, & templi adhuc visuntur vestigia juxta Balneas (ut vocant) siccas, eaque ego prospexi. Calogerus, teste D. Gregorio pp. lib. 4. dialog. cap. 30. anno 530. obitum Regis Theodorici prædixit: *Suis*, ait, *quia Rex Theodoricus mortuus est: nam externo die hora nona inter Joannem PP. & Simachum patricium discinctus*[c], *& discalceatus, & junctis manibus deductus in hanc vicinam Vulcani ollam jactus est.* An iste Calogerus fuerit is, qui Saccæ in Sicilia incoluit, cujus festum die 18. Junii celebratur, incertum est; licet tamen in ejus die festo legantur lectiones ejusdem D. Gregorii in Moralibus. P. Cajetanus in sua Idea SS. Siciliæ fol. 23. alium esse Calogerum ab illo Saccæ existimat. Eremitæ illi antiqui ferè omnes græco nomine *Calogeri* dicebantur.

b In Conc. gen.

S. Calogerus qu's in Insula Liparit.

c Discincti deducuntur in tribun. S. Officii hæretici hac ratione.

591.

AGATHO II. Liparitanæ præerat ecclesiæ ante præsulatum Gregorii Magni, qui de privatione episcopatus Agathonis ita scripsit epist. 53. l. 2. *Maximiano Episcopo Syracusano. Postquam in Agathonem quondam Episcopum Liparitanum juxta qualitatem excessuum districtione Canonica est vindicatum, necesse est humanitatis intuitu quemadmodum sustentari possit, disponere. Propterea fraternitas tua ad Liparitanam Ecclesiam, in qua supradictus Agatho sacerdotis gessit officium festinet dirigere, eique ad præsens exinde quinquaginta solidos, qui in ejus possint proficere victum, transmittat, &c.* Sufficitur hac de caussa Paulinus.

592.

PAULINUS *Taurianensis*[d] *Ecclesiæ in Calabriæ inferiori Episcopus*, ecclesiæ Liparitanæ gubernandæ etiam præficitur à D. Gregorio, uti is perscripsit ep. 26. lib. 2. ind. x. *Maximiano Episcopo Syracusano. Locis inimicis Ecclesia constituta, pastoris vacare non debet officio. Quia igitur Ecclesia Liparitana Sacerdote privata dignoscitur; ideo PAULINUM Taurianensis Ecclesiæ Episcopum in prædicta Ecclesia Liparitana fraternitas tua sine mora præesse constituat, ut officii sui administrationem in eadem Ecclesia vigilanter exhibeat, & quæque ejus utilitatibus convenire didicerit, ordinare non desinat, cunctumque clerum, ut in omnibus canonice ei obedire debeat, admoneas; quatenus præfata ecclesia in cunctis utilitas, prædicto fratre, & coepiscopo nostro disponente, Christo adjuvante procurari valeat.* Eidem Paulino litteras transmisit epist. 13. lib. 2. ind. x. *Ita ergo fraternitas tua*, Pauline, *hæc omnia implere festinet, ut & sui præsentia Liparitanam salubriter disponat Ecclesiam, ut visitationis studio Taurianensem Ecclesiam congregare, & favere desinat.* Anno 594. obiisse constat Paulinum ex epist. 38. ibidem. D. Gregorii ad Joannem Episcopum Scyllacensem. Hic præsulatus est in magna Græcia sub Archiepiscopo Rhegyensi Metropol. patria Cassiodori[e].

d v. eminatu ex Myrmo l. 5. f. 401.

Anno Christi. 592.

e Mirmo lib. 5. f. 395. 596.

N. novi Antistitis Liparensis meminit idem Gregorius epist. 19. lib. 6. ind. 5. perscribens *Cypriano Diacono Siciliæ. Liparitanum vero*, ait *& Regitanum Episcopos, ut huc veniant, pariter commonebis, &c.*

660.

PEREGRINUS Liparitanus Antistes anno circiter 660. sub pp. Martino I. Lateranensi interfuit concilio cum cæteris Siculis Præsulibus, ut legere est apud Concil. generalia.

700.

N. cujus nomen adhuc incompertum habeo, Liparitanus Episcopus civis Leontinus. Anno sal. circiter 700. die tertio post natalem domini consecravit templum B. Virginis, nunc vulgo nuncupatæ *del Terzito* in Insula Didymarum, seu *Salinarum* à Lipara 18. m. distante. Illa Mariæ icon tunc temporis divino afflante numine inventa est, ut constat ex pervetustis monumentis, quæ apud Liparenses antiquitatis observatores reperiuntur.

(„ BASILIUS EPISCOPUS LIPARENSIS „ interfuit consilio Nicæno II. anno 787. ex „ Harduino *in Concil. to.* 4. à Pirro, & Ughel„ lo prætermissus, & à Nicolao Coleto additus „ in notitia Liparensi Ughelli pag. 775.

„ SAMUEL LIPARENSIS Episcopus ex eo„ dem Coleto loc. cit. addendus, qui interfuit „ pseudo synodo Photianæ an. 879. teste Har„ duino *concil. tom. 6.*)

840.

Anno vero dominicæ incarnationis 832. ut auctor est Sigibertus in chron. vel anno 840. ex Leone Ostiensi lib. 1. cap. 26. ex Prædia Insula Liparitana, forte Saracenorum timore translatum est corpus B. Bartholomæi Apostoli Beneventum. Rursus autem sub Othone II. Imp. Romam delatum est, ut Otho Frisingensis lib. 4. cap. 25. testatur iis verbis; *Tradunt de Othone Romani, quod capto Benevento, Beati Apostoli Bartholomæi ossa inde asportavit, ac Romæ in Lycaonia Insula in tumba porphyritica ea collocavit, in terramque suam per Tiberim & mare in præfato sarcophago deportare cogitavit: sed eo tamen brevi vita exempto pretiosum thesaurum ibidem remansisse:* hæc Otho. Factum id esse constat anno domini 983. ejusdem autem Imperatoris an. xi. quo ex hac vita migravit: idem affirmat

S. Bartholomæi corpus quando à Lipara Beneventum transfertur.

1 *Augustinus*, ex Ughello Ital. Sacr. tom. 1. f. 774.

Anno Christi. 840.

Crantz in Saxon. Et alii, qui persecuti sunt res Othonis Imp. Eadem legisse testatur Baronius Martyrol. 25. august. in m. s. codice Vaticano. Maurolycus vero noster Siculus in topogr. SS. MM. fol. 119. ait; *anno 1130. S. Bartholomæi corpus Beneventum, inde Romam translatum est.* Novissime Chronicon Heremberti apud Antonium Caracciolum cler. Regularem Neapol. virum eruditissimum f. 88. habet; *Sicardus Princeps cum Tyrrheni æquoris Insulas, Ausoniæque universa loca circumiret, & quotquot corpora SS. invenire posset, Beneventum cum debito honore deferret; ex Liparitana Insula B. Bartholomæi corpus Beneventum magno cum tripudio deferri jussit per id tempus.*

Tandem post imperium Romanum diviso orbis imperio, Lipara Constantinopolitano cessit, quam paulo post Michaele Balbo Byzantii rerum potiente, una cum Sicilia Saraceni occuparunt, & ab anno circiter 864. ad ann. 1130.

864. episcoporum series intermitti cæpit. Quamquam autem ab anno 1080. Saracenis superatis, Robertus, & Rogerius Northmanni eam Insulam Christianis restituissent; ubi statim à Rogerio templum D. Bartholomæi erectum est [a]; & ab aliquibus monasticam profitentibus (ut annuit pp. Urbanus II. cujus mox diploma afferemus) cœnobium est exædificatum, cui Fr. Ambrosius præfectus est. Eo tempore Comes ex diplomate, quod confirmatum fuit à Rogerio II. ejus filio anno 1134. concessit *Liparam, Vulcanum, Salinam, Panariam, Strongulon, Arcuri, & Filiculi Insulas* [b]. Deinde ab eodem Comite Rogerio multa fuerunt data prædia in Calabria eidem Abbati F. Ambrosio, ac monasterio Liparensi ex diplomate hoc, cujus autogr. in tab. Pact. eccl.

[a] Tabull. dec. 3. fol. 4.

[b] Habes in not. Pact. an. 1134.

1088. *Rogerius Comes Calabriæ, & Siciliæ Adjutorium Christianorum 26. mensis Julii x1. indict. anno ab initio mundi 6596. Postquam cum filiis meis ex Francia veni in Militum, dedi Abbati Ambrosio pro monasterio S. Bartholomæi Liparensis terragia infrascripta pro salute animæ meæ, & remissione omnium peccatorum meorum, quæ terragia sunt prope faciem Castri Militi limitata cum finibus infrascriptis; quæ terragia do tibi domino Ambrosio Abbati, ut habeas, & in tua dominatione possideas, & quòd nullus contradicere possit ullo modo. Siquis vero vellet contradicere prædicto privilegio nostro, & dictæ benivolæ donationi nostræ aliquo modo, maledictionem tricentorum, & decem & octo Sanctorum patrum anathema.... ab eis; & maledictionem Judæ Iscariotis habeat in æternum, & in sæculum sæculi.* Aliis etiam privil. uno dato an. mundi 6308. altero an. sal. 1094. concessit Rogerius quædam bona, quæ sunt in Sicilia: eaque possidet Episcopus Pactensis, ideo in ea not. fol. 386. & 388. leges.

[c] Autogr. in tabul. eccl. Pact.

Easdemque largitiones, & Insulam ipsam Liparensem suo privilegio confirmavit.

Privil. Urb. II. quod donat monast. Lipar. insulam Liparam, & confirmat omnia bona ei data.

Urbanus [c] *Episcopus servus servorum Dei dilecto Fratri Ambrosio Abbati Liparitano, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Cum universæ Insulæ secundum instituta regalia juris publici sint; constat profecto quia Religiosi Imperatoris Constantini privilegio in jus proprium B. Petro, ejusque successoribus Occidentales omnes Insulæ condonatæ sunt; maxime quæ circa Italiæ oram habentur, quarum multæ peccatis exigentibus accolarum à Saracenis captæ christiani nominis gloriam amiserunt. Inter quas Liparis B. Bartholomæi Apostoli corpore quondam insignita, Eremi instar redacta cognoscitur, quam multis annorum curriculis evolutis; cum Saracenorum vires divina misericordiæ potentia repressisset; religiosi fratres divinæ servitutis studio eamdem ingressi Insulam, monastica illi domicilia construere curaverunt: & plurimos in eamdem Insulam colonos sua industria constituerunt. Nos itaque quibus ex divino arbitrio voluntatis per Apostolicæ Sedis culmen cunctarum sollicitudo imminet Ecclesiarum, licet in eadem Insula Episcopatum quondam fuisse in sancta Gregoriana pagina registris agnoscamus; quia tamen Episcopi dignitatem nunc ipsius loci exiguitas, & accolarum raritas non meretur; Monasterium tamen illi haberi, & totius Insulæ ambitum possidere præsentis paginæ auctoritate sancimus. Ipsum etiam monasterium, cui fraternitas tua auctore Domino præsidet, in B. Bartholomæi honore, & nomine consecratum, in Sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Sedis gremio fovendum speciali protectione suscipimus. Per præsentem igitur nostri privilegii paginam Apostolica auctoritate statuimus, ut quæcumque hodie idem cœnobium juste possidet, sive imposterum concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juste, atque canonice poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ei subditas possessiones auferre vel ablata retinere, vel minuere vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione, & gubernatione concessa sunt, usibus profutura, obediente te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum. Nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia præponatur; nisi quem fratres communi favore, vel fratrum pars consilii sanctioris elegerit, electus autem ad Rom. Pont. consecrandus accedat. Vos itaque filii in Christo dilecti, oportet regularis disciplinæ institutioni ferventer insistere, & divinæ legis præcepta studiosius observare; ut quanto à sæcularibus tumultibus liberiores estis, tanto solertius placere Deo totis mentis, & animæ viribus anheletis. Ad indicium aut. perceptæ à Rom. Ecclesia libertatis, unam auri unciam per annos singulos Lateranensi Palatio persolvatis. Sane siquis in crastinum Archiepiscopus, Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, aut Vicecomes, aut Judex, aut persona qualibet magna, vel parva, potens, vel impotens hujus nostri privilegii paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, eum honoris sui, & officii periculo subjacere decernimus; & a Christi, atque ecclesiæ corpore, auctoritate potestatis Apostolicæ segregamus. Conservantibus autem pax a Deo, & misericordia præsentibus, & futuris sæculis conservet. Amen. Amen. Amen. Dat. Militi per manus Joannis.*

Anno Christi. 1088.

S.

Anno Christi. 1088. *S. R. E. Diac. Cardin. 3. nonas Junii ind. 14. Incar. Dom.* 1091. *Pont. vero domini Urbani PP. II. an.* 4.

1094. Anno 1094. alìud ejusdem ordinis exædificavit Rogerius Comes in Sicilia apud Pactas cœnobium, univitque Liparitano, & præfecit eumdem Abbatem Ambrosium, ut in not. Pactensi.

Anno eodem 1094. Comes Rogerius concedit Abbati Ambrosio Casale nuncupatum; Fatalia, aliaque jura iis verbis: *Dono Monasterio S. Bartholomai Apostoli, quod in Insula Liparis per nos nostris temporibus per Dei gratiam constitutum est*. Id integrum habes in Not. Pactensi. Eisdem Monasteriis Robertus primus Episcopus Messanensis quædam jura in sua diœcesi, datis litteris an. 1104. 12. ind. quas retu-
1104. limus in Notitia Messanensi ad eum annum, concessit.

1111. Anno 1111. eidem Abbati Ambrosio, ejusque successoribus Raynaldus Avenellus obtulit quędam jura in suo Casali Partenici, nunc diœcesis Monteregalensis ex diplomate, quod attulimus in Not. Pact. ad eum annum.

II. JOANNES Monachus Benedictinus fuit secundus Abbas monasteriorum Liparensis, &
1130. Pactensis. Is anno 1130. 8. indict. cum Petro Archiepiscopo Panormitano convenit de decimis concessis à Rogerio Monasterio Liparensi in Civitate Thermis ex diplomate, quod leges in Notit. 1. lib. 1. fol. 108. Ad ann. 1131. ind. 10.
1131. mense septembri adhuc nomen abbatis retinebat, ita enim subscribitur in privilegio concessionis jurium cœnobii Salvatoris Messanæ: *Ego Joannes Liparensis Abbas*[a]. Cæterum Hugo Archiepiscopus Messanensis diplomate Anacleti II. suffultus & Cephaludensem, & nostrum Liparensem Abbatem Joannem constituit Episcopos, atque sibi suffraganeos subjecit; cujus rei autographa sunt in tabulis Pactensis, ac Cephaludensis Ecclesiarum, & nos integra attulimus in not. Messan. ad eum annum 1131. Quæ si libet, legas. Hugonis vero hujus rei litteras attuli in not. Pactensi ad an. 1131. fol. 391.

a in not. Mess. ad an. 1131. Primus Episcopus.

1135. Anno 1135. coram Rege Rogerio actum est de Jure Nasi in controversia agitata inter nostrum Joannem, & Gualterium de Guantes; deventum tamen est ad actum transactionis, quem integre retuli in not. Pactensi ad eum annum fol. 394.

1139. Anno 1139. sicut Hugo Messanensis dejectus est ab illo fastigio Archiepiscopalis honoris ab Anacleto II. pseudopontifice, seu Petro de Leoni collati, ita & noster Joannes ab Episcopali dignitate, quam illi Hugo Antearchiepiscopus Messanensis contulerat; Innocentii II. siquidem & Concilii Lateranensis sanctionibus, uti fusius in Not. Mess. diximus ad an. 1131.

Hac utiq; ratione deinde Joannes amisso Epi-
1143. scopi nomine, Abbas iterum nuncupabatur, uti legimus in quodam diplomate scripto an. 1143. 6. indict. Id retuli integrum in not. Pactensi ad eum annum; in eo dicitur: *Quia mense Maii sedente me Rogerio magno Rege in magna Civitate Panormi, venit Abbas Joannes Monasterii S. Bartholomai de Lipari cum fratribus suis petens cum planctu, & magna humilitate orans facere eleemosynam monasterio S. Bartholomai jam in magna paupertate constituto, &c.* & confirmavit quoddam latifundum nuncupatum Meliusu. Anno quoque 1148. in quodam transactio- Anno Christi. 1148.
nis actu[a] cum Arnaldo Antistite Messanensi, in quo ita loquitur: *Remisi prędicto IOANNI, Liparensis, & Pactensis Monasterii ABBATI, & successoribus quiete, & absolute omni sopita calumnia usque ad id temporis inter nos agitata duas partes decima Sataria, & partem decimę S. Petri de Ficcaria &c.* Anno 1194. senectute confectus moritur Joannes, & à monachorum con- 1147.
gregatione deligitur tertius Abbas.

a habes integrum in not. Mess. ad an. 1148.

III. GILIBERTUS forte monachus S. Be- 1156.
nedicti deligitur tertius Abbas, ac Episcopus. Is ante Robertum Episcopum Messanensem an- 1157.
no 1157. mense Octobri indict. VI. in quodam diplomate concessionis feudi Bruccati Ecclesiæ Panormitanæ à Guillel Rege subscribitur[b]: *Ego Gilibertus Pactensis electus testis sum*; forte quod ejus electio fuerit ante consecrationem Roberti Mess. facta ab Eugenio III. an. 1151[c]. Gilibertum ab œcumenico Pontifice fuisse primum constitutum Episcopum Liparitanum, & Pactensem facile crediderim; licet diploma ea de redesideretur, Messanensis enim Archiepiscopali, & Cephaludensis Episcopali dignitate ab Alex. III. primum cohonestati sunt, ut diximus suis in Notitiis.

b in not. Panor. ad an. 1157.
c in not. Mess. ad eum an.

IV. STEPHANI *Episcopi Liparensis, & Pact.* 1180.
meminere hæ tabulæ, quas in Not. Eccl. Pactensis retulimus. Is in consecratione templi S. Petri de Bagnaria Panormi ab Innocentio pp. III. post Tranensem, & ante Cephalædensem Episcopos se subscripsit: *Ego Liparensis Episcopus Dei gratia*[d]. Ac primum à Lucio III. Pontifice subjicitur juri Metropolitico ecclesiæ Messanensis; id diploma leges in not. Messanen. ad anno 1185.

d in not. Panor. ad an. 1199.

V. ANSELMUS anno circiter 1208. præficitur Liparensi, ac Pactensi Ecclesiæ, ejus acta ad annum 1227. leguntur in not. Pactensi.

Quando eccl. Liparensis suffraganea Messanensi.

VI. JACOBUS ex Liparensi, & Pactensi an. 1229. ad Capuanam transfertur Ecclesiam. (" Ab Ughello circa annum 1220. collocatur, 1229.
" qui de translatione ad Capuanam Ecclesiam " Honorii Papæ epistolam exhibet in Aversanis Episcopis to. 1. f. 490. anno 1225.

VII. PAGANI electi Lipar. & Pact. fit mentio anno 1229. mense Octob. in tab. eccl. Pact. ex diplomate confirmationis privilegiorum à Friderico II. Imper. obiit Paganus anno 1246. 1246.
22. Martii 4. indict. Illius bona relicta ex spolio exscripsit nomine Regis Gualterius Specialis Messanensis ex mandato Vicesecreti Siciliæ, id autographum vidi, & legi in tabulis eccl. Liparensis, atque exscripsi apud acta, quæ illinc Panormum in archivium Consist. ego transtuli anno 1621.

VIII. RINALDUS, seu *Ranuntius Aberetinus* die 15. Feb. 1248. permissu Berardi Archie- 1248.
piscopi Panormitani, in ea urbe consecratur Episcopus Lip. Pactensis, aut Syracusanus à Raynaldo Aquaviva Episcopo Agrigentino[e].

e in not. Agrig. to an.

IX. PHILIPPUS anno 1250. Casale S. Lu-

Anno Christi. 1250.

ciæ de Milatio sui juris à Gregorio Mustacio revocandum curavit ex diplomate, quod integrum habes in not. Pactensi, Is Antistes utriusque ecclesiæ bona dissipavit; ex tabul. Pact. Obiit anno 1254.

X. F. BARTHOLOMÆUS *Varellus Siculus Leontinus* ordinis prædicatorum subscribitur in diplomate erectionis cœnobii sui ordinis Messanæ [a]. Ab Alex. pp. IV. litteras scriptas Anagniæ 8. Kal. Sept. an. sal. 1254. pont. an. 1. exoravit: quod Margaritus Archidiaconus Panormitanus bona, quæ Philippus præcessor Episcopus male alienarat, restituenda curaret ex tab. eccl. Pact. Anno 1265. Carolus Andegaviæ, Provinciæ, & Floceller Comes à Clemente IV. pontifice Rex Siciliæ inauguratur; tunc Sicilia utraque ulterior, citeriorque, & Lipara ipsa insula in Caroli hujus ditionem venere. Ab eo Rege suæ ecclesiæ Bartholomæus confirmationem obtinuit; & adversus eumdem Regem cum F. Bon-Joanne Marino an. 1281. Romam adiit ad pp. Martinum IV. His de rebus in not. Pactensi latius diximus. Obiit anno 1282. cum è Siculo Regno ejiciuntur Galli, qui tamen Neapolitani Regni, atque Liparensis insulæ potiti sunt („ De eo Fontana in Theatr. Dom. p. 1. fol. 215.)

a In tabular. ... Messanensi.

Quando Lipara Gallis subjicitur.

1281. 1282.

XI. MATTHÆUS Liparensis, ac Pactensis fit episcopus ad eodem pp. Martino, uti ex bibliotheca Vaticana eruit Torres [b]. 1. Anno 1284. 7. Januarii apud Manfredoniam obeunte Carolo I. successit Citeriori Siciliæ, ac Lipari Carolus II. Claudus nuncupatus, ex Beatrice Raymundi Berengarii provinciæ Comitis filia, primum Salerni Princeps, deinde more majorum à pp. Nicolao IV. Rex inauguratur, duxitque uxorem Mariam Stephani IV. Ungariæ Regis filiam, ex qua novem masculos, & sex fœminas genuit: inter masculos primogenitus fuit Robertus Calabriæ Dux, de quo infra.

b In bibl. Mongitor.

Carolus II. Liparis Dominus.

XII. PANDULPHUS suarum ecclesiarum privilegia ex græco in latinum idioma transferenda curavit, & ab Nicolao pp. ex dipl. Reate 26. Junii 1289. scripto publicis tabulis exscribenda voluit; uti in Not. Pact. diximus. („ Fuit electus Pandulphus ab Honorio IV. „ anno 1286. nonis Martii. Variis exagitatus „ calamitatibus Romam se contulit ad Nicolaum IV. à quo Turritanæ Ecclesiæ administrator constitutus est: exinde à Bonifacio „ VIII. Anconitanæ Ecclesiæ præficitur. Demum decessit anno 1304. ex Ughello cit. fol. „ 779. Consule quæ diximus in notitia Ecclesiæ Pactensis.)

1286. 1289.

XIII. JOANNES II. 2. Episcopum Liparensem, & Pactensem agens in suæ ecclesiæ præjudicium aliquot latifunda concessit, uti leges in not. Pact. sub anno 1298. Roberto Caroli II. filio nupsit Violanta [c] Regis Petri I. filia, ac Jacobi, & Friderici II. Siciliæ Regum soror. Is sub ditione sua habuit Liparim ad annum 1302. Tunc rebus bellicis pacatis Carolus filiam suam Aleonoram tertiogenitam Friderico II. Siculo nostro Regi in matrimonium dedit; atque ad has deventum est pactiones, ex diplomate Bonifacii VIII. dat. 12. Kal. Junii eodem anno apud Baron. to. 2. nu. 108. an. 1299. quod ea oppida, quæ Aragonii in Calabria sibi comparassent, redderent Carolo, & ea, quæ in Sicilia Galli habuissent, restituerent Friderico nostro, qui dum viveret Rex Trinacriæ [c] diceretur, ipsamque Siciliam, & etiam adjacentes insulas possideret. Non multos post menses è vita decessit Carolus II. & sufficitur Robertus filius.

1296.

c ex lit. orta est S. Elisabet Regina Lusitaniæ.

Anno Christi, 1296. Robertus Dominus Liparis.

c ex Pirri, dec. 1. l. 9. fol. 519. Liparis sub Rege Siculo

XIV. F. PETRUS Dominicanæ familiæ anno 1325. Liparensem & Pactensem administrabat Ecclesiam sub Friderico II. ejusque filio Petro II. cujus meminere tabulæ monarch. f. 292. („ De eo Fontana in Theatr. p. 1. c. 5. tit. 337. „ fol. 216. At Ughellus loc. cit. è Catalogo Episcoporum Liparensium expungit Petrum, „ & Franciscum de Petro sequentem, quia „ nulla in reg. Vat. eorum mentio: dixerim à „ Regibus electos, à Pontifice non admissos.) Anno 1339. Robertus Neapolis Rex Liparæ Insulæ Civitatem, & arcem copiis terra, mariq; obsedit; interim Rex Trinacriæ Petrus II. Joannem Claramontanum, & Rolandum Aragonium fratrem spurium cum viginti tribus triremibus in auxilium misit, sed cum Liparenses suppetiis non indigere dixissent, & obsidione liberari recusarent, se se Roberto dedere [d]; anno verò 1342. Robertus longævus fato functus est.

1339.

Liparis sub Roberto Neap.

d ex Fon. fol. 315. & Maurol. fol. 166.

XV. FRANCISCUS II. *de Petro* an. 1342. iis adjunctis ecclesiis præerat, cum Regis Ludovici majoris sacellani munere fungebatur, ut ex lib. prot. an. 1352. fol. 19. constat; cui successisse lego *Vincentium* quendam ex bibl. Rom. [d] Ceterum successit ditioni Regni Neapolis, ac Insulæ Liparitanæ post obitum Roberti Joanna filia Caroli filii Roberti (decesserat enim Carolus filius vivente patre Roberto) ea primum Andreæ filio Regis Ungariæ, quo opera ejusdem Joannæ, & famulæ nomine Aversæ juxta Neapolim laqueo necato, secundū nupsit Aloysio Tarantinorum Principi, & Roberti Regis ex fratre Philippo nepoti. Anno vero 1347. Raymundus Peralta Comes, vir strenuus, & magnanimus nostri Ludovici Regis jussu octo triremium classe parata Liparam trajiciens, civitatem, & arcem, quæ Joannæ, & Aloysio parebant; terra, marique tamdiu obsedit, donec Liparenses, hostesque ad deditionem compulit [e]. Lipara inde recepta Raymundus eadem classe Neapolitanas oras populabatur; cumque Neapolis mœnibus adhæsisset, nutu divino factum est, ut Neapolitani bellum, & labores diuturnos exosi, pacem geminatis vocibus inclamarent. Pax tandem eodem anno pridie Nonas Novembris inter Joannam Neapolis, & Lu-

d In m. L. Torres in bibl. Mong.

1347. Liparis sub Regina Joanna.

e Maur. l. 4. fol. 161.

Liparis sub Ludov. Siculo.

1. Hunc ab Ecclesia Liparensi excludit Ughellus cit. 14. col. 778, nam post Bartholomæum immediate sequentem Pandulphum invenisse tradit in Registro Vaticano.

2. Hunc Joannem Episcopum Catanensem ordinis Prædicatorum putat Pirrus in not. Pactensi ad an. 1296. quem sequitur Fontana in Theatr. Dom. par. 1. tit. 337. fol. 215. At ex Ughello cit. fol. 779. fuit primum Liberianæ Basilicæ Canonicus, Episcopus Pactensis, & Liparensis electus anno 1304. obiitque anno 1343.

Anno Christi 1347.

& Ludovicum Trinacriæ Reges inita est iis conditionibus; quod Romano Pontifice tunc Clemente VI. pacem approbante, Siculos, eorumque Regem à diris, & à præteritis censibus absolvente, Joanna omne jus, si quod in Sicilia, ejusque adjacentibus Insulis habebat, Ludovico Siculo Regi cederet in perpetuum; dummodo singulis annis in festo DD. Apost. Petri, & Pauli ejus nomine 3000. aureos Sedi Apostolicæ persolveret. Rebus tamen turbatis Liparenses Joannæ parebant *. („ Exclusis, ut diximus, è serie Liparensium Episcoporum Petro Dominicano, & Francisco de Petro ab Ughello loc. cit. Joanni suffectum Episcopum tradit

* Maurol. lib. 5. f. 169.

„ VINCENTIUM ord. Minorum ab Ecclesia Marianensi in Corsica translatum à Clemente VI. ob obitum Joannis 5. Kal. Decembris 1343. ac decessit an. 1346. De eo etiam idem Ughellus in Episcopis Marianensibus tom. 4. fol. 1000.)

XVI. F. PETRUM II. *Teutonicum* nuncupatum ordinis minorum S. Francisci virum virtutibus, ac litteris præclarum has ecclesias administrasse lego; ut 21. Januarii 7. indict. 1354. in lib. prot. fol. 273. an. 1357. & Cancellariæ fol. 53. an. 1363. („ Ex Ughello cit. cognomento de Pernis à Clemente VI. electus 15. Kal. Martii 1346. Fuit litterarum peritia, & virtutum exemplis clarus; Ludovici Regis Capellanus major. Decessit 21. Jan. 1354.)

XVII. B. PETRUS III. *Thomasius Carmelita* eodem anno 1354. creatur Episcopus. De quo latius in not. Eccl. Pact. ad eum annum. Is anno 1358. ad aliam transfertur ecclesiam.

1361.

XVIII. JOANNES III *Graffeus Siculus Mazarensis* ordinis minorum S. Francisci ex dipl. Innoc. pp. VI. 16. Kal. August. pont. an. 8. ex tab. eccl. Mess. 1364.

XIX. F. FRANCISCUS III. *Dominicanus* constitutus Antistes Liparensis, ac Pactensis in Insulam Liparam transmisit Simonem Maniscalcum suum procuratorem ad jura suę Ecclesię consequenda; hujus rei leguntur acta in reg. Canc. anno 1364. & nos diximus in Not. Pact. Interea anno 1363. decessit e vita Aloysius Rex Neapolis, cujus uxor Joanna Regina, cum qua Fridericus noster Rex auctoritate pp. Urbani V. pacem firmavit in Canc. lib. ann. 1360. & 1366. fol. 379. is adjectis conditionibus, quas latius scripsimus in not. Messanensi ad eum annum *quod signanter Regi fiat restitutio cum effectu Civitatis Messanæ, Milatii, & Insulæ Liparis*, Quam Insulam deinde Rex Fridericus dedit in feudum Olpho de Procyda; quia nimirum, ut Rex in diplomate loquitur: *viriliter laboravit pro recuperatione nostræ Civitatis Messanæ à nostris hostibus occupatæ &c.* Episcopus Franciscus anno 1371. ad Ecclesiam [1] Mazarensem transiit. Inde Liparitanam Insulam Friderico Claramontano dedit Fridericus Rex. Sed Claramontanis à Rege deficientibus, sub ditione Reginæ Joannæ Liparis rediit.

Liparis sub Frider. III.

Liparis sub Frider. Claram.

Anno Christi 1372.

XX. F. UBERTINUS *Corleonensis Siculus* ordinis Minorum S. Francisci vir prudentia, & litterarum peritia eximius fuit Regi Friderico carus. Sed decidenti Joannæ I. Reginæ Neapolitanæ successerat ejus nepos Carolus III. filius Ludovici, ac nepos Joannis Dirrachii Ducis, cui Carolo nupserat Margarita filia Mariæ neptis Roberti ex filio Carolo II. Rege, & Philippi Comitis Acerræ. Iis obeuntibus anno 1385. successerat eorum filius Ladislaus, qui favente Bonifacio IX. pp. genere Neapolitano Liparis etiam potitus est, eidemque adhæserat Ubertinus Episcopus noster; quare è Catalaunia cum Maria uxore Regina in Siciliam appulso Martino fit infestus, cujus opera à Bonifacio IX. præsulatu Pactensi privatur anno 1392. Prot. lib. an. 1392. f. 92. & à Rege conceditur in Administrationem Joanni *de Aragonia*, filio Vinciguerræ de Aragonia, magni cancellarii Siciliæ; uti legere est latius in not. Pactensi anno 1393. tamen Ubertinum Episcopum Liparensem ab eodem Martino nuncupari video ex litteris scriptis Catanæ in Canc. eo an. fol. 251. forte quod ad illam dignitatem admisit.

Liparis sub Ladislao Rege Neapoli.

XXI. JOANNEM IV. *de Caussa* in Sacra Theologia Magistrum *Franciscanum* præfecit utrique ecclesiæ Bonifacius pp. precibus Martini, uti legimus in lib. prot. anni 1392. fol. 41. „ Hunc eum esse, quem de Casa cognominatum vocat Thossinianus in hist. Seraph. lib. 1. c. 2. f. 99. & una cum F. Joanne de Noto, fratres Petrum Norbonensem, & Stephanum Genuensem ad Martyrium exhortatum esse putat Cagliola in Manif. Prov. Sic. Ord. Minor. Conv. expl. 6. manif. 12. f. 185.) Eodem anno Rex iste hanc transmisit Liparensibus epistolam, quam habes ibid. fol. 10.

*Martinus &c. Maria, & Infans Martinus dilectis, & fidelibus nostris Juratis, & probis hominibus, & toti Universitati, & singularibus Liparis salutem, & dilectam intentionem. Credimus vestram providentiam non latere, Insulam Liparis fuisse de Regni Siciliæ pertinentiis, & ab antiquo *, & quousque videlicet fuit per vim, & violentiam capta, & occupata tyrannice, violenta cum auctoritate. Volumus à prædicto Regno separatam indebite, nunc juste, & rite resumere, & unire. Vos, & quemlibet vestrum requirimus, & monemus, vobisque universis, & singulis dicimus, & mandamus sub debito fidelitatis, & naturalitatis, quo nobis tenemini; quatenus visis præsentibus vestrum agnoscentes dominum naturalem; & illum prætermittentes totaliter, qui contra omnimodam rationem vos dominio submisit suo; recipiatur, & admittatur gratanter nostro nomine, & pro nobis dilectus Gualdus de Guanectis patronus galeræ, quem ad vos dimittimus hac de caussa, quemque cum præsenti deputamus ad ista, ipsique Sacramentum, & homagium fidelitatis præstetis, aliaque omnia faciatis, quæ ad reductionem, & recognitionem domini requiritur. Nos cum hac, eademque vos, & quemlibet vestrum absolvimus ab omni juramento, & homagio, & alia*

* Liparis semper de pertinentiis Siciliæ vide Genealogiam Liparis in lib. Canc. f. 10.

1 Perperam Ughellus col. 780. ad Messanensem, pro Mazariense, translatum tradit. De eo etiam Fontana in th. p. 1. c. 5. tit. 337. fol. 216.

Anno Christi. 1392.

& alia fidelitate quacumque per vos, vel prædecessores, vos fecistis Regi Roberto prædicto, vel successoribus suis, tamquam factis violenter, indebiteque, ut præfertur. Aliter si prædicta renuntiatis facere, quod nullatenus opinamur, contra vos, & bona vestra taliter procedemus, quod vos sprevisse mandata nostra hujusmodi merito pœnitebit. Datum in obsidione Panormi 6. die Maii anno à Nativitate Domini 1392. Io. Duch. Hinc animadvertendum existimavi, quod Lipara Insula semper Siciliæ principibus paruit, & ab Roberto, & successoribus Neapolis Regibus fuerit occupata, hoc autem tempore sub ditione Ladislai erat, quem Bonifacius IX. pp. natione Neapolitanus plurimis cumulabat favoribus; & Liparenses rescriptis Apostolicis in fidem Ladislai continebat, uti ex litteris iis Regis Martini haurimus, quas transmisit Capitulo, & Clero, Juratis, ac Universitati Liparensi, exscriptas in lib. prot. eo anno f. 18. En illas.

Litteras vestras recipimus una cum duobus transsumptis in eis sepultis duarum bullarum papalium, quarum tenoribus intellectis, & his, quæ retulit vestri parte Joannes de Tesia per vos nuntius ad nos missus. Vobis harum serie respondemus, quod hujusmodi rationibus à vobis tanquam administrationis nostræ viris allatis pauce credimus; quasi vestram prudentiam non latet; quod in temporalibus dominus PP. Bonifacius non potest, nec debet, (salva ejus reverentia) statuere in Regno Siciliæ, nec se intromittere, nec curare, nisi in iis, & de iis, quæ dumtaxat spiritualia tangere videntur. Si enim Gregorius sanctæ memoriæ PP. XI. concordiam, quæ facta fuit inter Serenissimum dominum Fridericum bonæ mem. Regem Siciliæ & dominam Joannam Reginam Neapolis [a] *ejus vera bulla plumbea confirmavit, confirmationemque fœderis hujusmodi de concordia supradicta, tamquam utilem, & bonam; spiritualem, quidem nobis, & valde gratam habere voluit, quod reddentes quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. In spiritualibus dicto domino Papæ Bonifacio observetis fideliter, & devote, & in temporalibus Regi, & Reginæ, filiis nostris, & nobis nomine eorumdem, eisque, & nobis fidelitatis obedientiam faciatis, ut tenimenti, & debetis, prout continetur prospicius in aliis litteris* [b] *per nos vobis super iis alias destinatis; aliter nostro in firmo proposito persistentes super istis per optima, & celeria remedia curabimus providere; & nullas alias requisitiones nostras super iis spectare curetis: quinimo habeatur pro præcisa, & perentoria. Dat. Catanæ 29. die Decembris, prima Ind. 1392. Io Duch.* Alias transmisit litteras ea de re Martinus in eam fere sententiam Archiepiscopo Messanensi, tunc Philippo Crispo; quas si lubet, leges lib. prot. eo anno fol. 60. quare ann. 1394. initum est fœdus inter Messanenses, & Liparenses, quod naves, atque incolas utriusque Civitatis simul negotiarentur, & hinc inde transmeare possent, id ex diplomate scripto Catanæ 16. Octob. 3. indict. in reg. Canc. lib. an. 1394. f. 59. & 91. per annum tantum confirmavit Rex Martinus. Bonifacius vero Pontifex, ut de rebus Liparæ Insulæ, aliisque ageret, in Siciliam transmisit ad Regem, Franciscum Hermemir V. I. D. Protonotarium Apostolicum, genere Catalaunum Tarraconensem, virum industrium, & gnavum, qui fuit Regi carissimus, & consiliarius, & ei dati sunt annui aurei 1500. ex litt. regiis 15. Maii eod. anno in reg. Canc. an. 1393. f. 8. & 1394. f. 128. & 129. & prot. anno 1394. f. 39. Atque ab eodem Rege, rem favente Cardinale de Bari, Franciscus ad Bonifacium transmittitur Orator anno 1396. in reg. Canc. anno 1396. f. 3. & à pontifice creatur episcopus Pactensis, uti ex litteris datis Catanæ 13. Junii 7. ind. 1399. & relatis in not. Pactensi eo anno satis constat. Id fecit ex industria pontifex: nam oblatis sibi à Clero, & populo Liparensi (qui in spiritualibus subjiciebantur Siculo Antistiti Pactensi) litteris R. Martini supradictis: mox divisit hos duos tandiu adjunctos Episcopatus, & Pactensibus Francisc. Hermemir dedit, Liparensibus vero tantum.

Anno Christi 1394.

Lipar. & Pact. divisio. 1399.

XXII. FRANCISCUM IV. quemdam („ cognomento *Gattulum* à Bonifacio IX. 18. Decemb. 1397. ex Ughell. loc. cit.) constituendum, atque omnino has duas dissolvendas ecclesias voluit; ne idem Episcopus Pactensi, quę sub ditione Regis Siculi Martini erat, & Liparensi ecclesiæ præesset, quam jurisdictionis suisse pp. decreverat Ladislai Regis Neapolis, non secus quidem plures ecclesias in Calabria Archimandritatui Messanæ in Sicilia subjectas, occupandas ab eodem Rege Neapolitano non vetuit, uti queritur Regina Blanca per litteras Catanæ 20. Maii 3. ind. 1410. in R. Canc. lib. anno 1360. & 1366. f. 36. transmissas Friderico Spataforæ. En diploma divisionis.

Bonifacius [c] *&c.* Id integrum retulimus in ecclesia Pactensi. Ex eo diplomate facile comprehendas Franciscum hunc ab Ecclesia Pactensi absolutum, ad Ecclesiæ Liparensis gubernacula fuisse tantum destinatum à Bonifacio; ad Pactensis vero alium Franciscum cognomine Hermemir.

Cæterum exorta est contentio inter utriusque ecclesiæ Antistites de bonis illarum; à pp. id perscribitur diploma.

Bonifacius [d] *servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Dudum ex certis caussis, & rationibus Pactensis, & Liparensis ecclesiarum olim canonice unitarum; unionem factam dissolvendam decrevimus, & venerabilem fratrem nostrum Frranciscum nunc Liparensem, tunc Pactensem, & Liparensem Episcopum licet absentem à Curia, à vinculo, quo dictæ Pactensis ecclesiæ duntaxat, cui tunc præerat, tenebatur de fratrum consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine duximus absolvendum; ac desuper filium Franciscum Hermemir electum Pactensem de eorumdem fratrum consilio ipsi Pactensi ecclesiæ auctoritate Apost. duximus providendum: præficiendo vero ipsi ecclesiæ in Episcopum, & pastorem, prout in litteris desuper confectis plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, nonnullum versatur dubium, an per dissolutionem, & absolutionem (ut prædicitur) hujusmodi sit intentionis nostræ, Ecclesiæ Liparensi si in bonis, & juribus suis, quæ ante habebat, prout habet in Insula Siciliæ, & Calabriæ, aliqualiter præjudicare. Nos vero ad hujusmodi, & quodlibet*

a Habet supra, & in not. Mess. ad ann. 1376.

b Paulo superius.

c Autogr. in tab. eccles. Pactensis.

d Vidi in tab. eccl. Lipar. exscriptum ann. 1361. in archivio mon. de negotio Episcopi Caecami.

Anno Christi 1399.

libet aliud succurrendum dubium, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus intentionem nostram fuisse, & esse, per dictam Liparensis Ecclesiæ dissolutionem, absolutionem hujusmodi nullo modo prædictis, & aliis bonis, & juribus suis ubicumque consistentibus præjudicare; imo quod in bonis, & juribus suis prædictis integraliter reintegretur, manuteneatur, conservetur: mandantes nihilominus per præsentes Episcopo Pactensi, qui est pro tempore, ut Episcopum Liparensem pro tempore existentem super bonis, ac juribus ad Ecclesiam Liparensem de jure spectantibus nullatenus inquietet, molestet, seu quomodolibet perturbare præsumat. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super iis à quocumque, & quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti, declarationis, & confirmationis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus noverit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum VI. Idus Julii pont. nostri anno X. F. de Montepolicens. Grath. de mandato nostri Papæ.

Plures toto cœlo errantes hunc, Bonif. VIII. fuisse credunt, sed ex iis, quæ diximus, & ex annis pontificatus satis constat, fuisse Bonifacium IX., qui sedit ab anno 1389. ad annum 1404. annorum 14. spatio, & mensium 2. Bonifacius vero VIII. ab anno 1294. ad 1303. per annos 8. mens. 9. dies 8. ex Baronio & aliis de vitis Pont.

1400. Ladislaus ergo, sub cujus ditione detinebatur tunc Lipara, ut illius Insulæ incolas in sua contineret fide, atque eis morem gereret, eodem fere anno omnia privilegia, jura, & consuetudines, præsertim à Carolo, & Roberto concessa iis verbis confirmavit: *Landislaus*[a] *Dei gratia, Ungariæ, Hierusalem, & Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramesontiæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Romaniæ, Valgariaque Rex, Provinciæ, Flocacquevii, & Pedimontis Comes, magno nostro Siciliæ Camerario &c. Dat. Forini in absentia logothetæ, & Protonotarii Regni nostri Siciliæ, ejusque locumtenentis per virum magnificum Leonem Joardanum de Ursinis primogenitum dicti Protonot. consiliarium, & fidelem nostrum dilectum an. domini 1400. die 2. Sept. 9. ind. regnorum nostrorum an. 14.*

a In lib. Canc. Neapol. & lib. privil. Lipar. f. 81.

(„ Obiit Franciscus anno 1400. cui successit, teste eodem Ughello cit. f. 782.

„ ANTONIUS Liparensis Ecclesiæ Archidiaconus, electus 3. idus Julii 1400. Hic Ecclesiam rexit usque ad tempora Gregorii XII. qui ad pontificiam sedem anno 1406. evectus est.

„ THOMAS Liparensis Episcopus ab eodem Gregorio XII. electus, & ab eodem Pontifice ad Marsorum Ecclesiam translatum tradit Ughellus cit. f. 782. At inter Episcopos Marsorum nec ab ipso, nec à Phebonio in hist. Marsorum recensetur. Fontana in Theatr. domin. p. 1. c. 5. tit. 337. f. 216. Matthæum de Catania ord. Pred. Liparensem Episcopum egisse ait anno 1405. qui Ecclesiam hanc rexit usque ad 1431. quo anno mense Majo decessit. At nec Pirrus, nec Ughellus inter Liparenses Episcopos retulere. Pirrus inter Pactenses tantum ad annum 1415. reposuit, & merito, fuit etenim solus Episcopus Pactensis Ecclesiæ, quæ anno 1399. à Bonifacio IX. sejuncta est à Liparensi.)

Anno Christi 1400.

Idem Rex in gratiam Liparensium ex dipl. scripto in S. Lucido anno 1404. 21. Julii indict. 12. capitula urbis, decretaque sancienda corroboravit[b]. Anno tandem 1414. obeunti sine prole Ladislao (is omnium ultimus è præclara Dyrrachina familia Neapolitana Regnum obtinuit) soror Joanna II. quam confirmavit pp. Joannes XXIV. Neapolitanus, successit. Joanna nupsit primum Duci Sterilitæ, secundum Jacobo Comiti Aquinatico, ex suo diplomate dat. in Castronovo Neapolis 15. Januarii XIII. indict. anno sal. 1420. regnorum an. 6. Liparensium privilegia approbavit. *Joanna II.* ait, *Dei gratia Ungariæ &c. Siciliæ Regni Regina, quod ex successione progenitorum nostrorum, & aliis justis titulis tenuimus, & possedimus, idem pro parte Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, & domini nostri Summi Pontificis* Martini V. *divina nobis assistente clementia fuimus investita, & ritu solemni regali diademate coronata &c.* Interea Ludovicus III. Andegavensis secundi filius Joannam, ejusque Regnum gravi bello premebat; illius etiam frater Renatus Regnum inhiabat; quare Joanna in tot angustiis, & afflictis rebus ab Alphonso Aragonia Siciliæ nostræ Rege Ferdinandi I. primogenito auxilium imploravit, Regni sui voluit esse consortem, atque in filium adoptavit adversus Ludovicum, & Renatum. Alphonsus, ut Liparenses devinciret, privilegia eorum confirmavit suis litt. in Castronovo Reginali 18. Julii ann. 1421. regni vero 6. *Præ*[c] *parte,* inquit, *Universitatis, & hominum Civitatis, & Insulæ Liparis reginalium fidelium, atque nostrorum sincere dilectorum fuit culmini nostro humiliter supplicatum; ut privilegia, franchicias, immunitates, exemptiones, & gratias in præinsertis confirmationibus contentas conficere, & confirmare de nostra solita clementia dignaremur. Nos enim vestigia dictorum Regni Siciliæ Regum, præsertim præfati domini Regis Ladislai, jam dictæ dominæ Reginæ matris nostræ* adoptivæ *carissimæ in hac parte sequi volentes, attendentesque fidei, & devotionis probatæ constantiam ejusdem universitatis, & hominum, quam ad Excellentiam dictæ dominæ Reginæ, atque nostri prompte gerunt, confirmamus &c. Rex Alphonsus.* Anno 1422. datis litt. Neapoli 18. Julii in Reg. Canc. Siciliæ fol. 407., & aliis ultim. Maii an. 1423. ibid. ann. 1423. f. 52. *Intentio nostra,* ait Alphonsus, *semper fuit, quod homines, & habitatores Civitatis, & Insulæ Liparensis habeantur, & tractentur tamquam Cives, & habitatores Messanenses, & gaudeant aliis prærogativis, exemptionibus, privilegiis, honoribus, favoribus, & gratiis, quibus gaudent, & fruuntur Cives Messanenses &c.* eodem vero anno.

1414. b Ibid. f. 11.

Liparis sub Joanna II.

1420.

Liparis sub Joanna, & Alphonso Aragon.

c Ibid. fol. 1421. 91.

XXIII. N. Episcopum agebat Liparensem, cujus nomen mihi non liquet.

Lipar. ut cives Mess. gaudent eorum privil.

(„ Hic est ANTONIUS de COMITE ab eo- „ dem

Anno Christi. 1420.

„ dem Gregorio XII. datus Ecclesiæ Liparensi, A „ post Thomam teste Ughello cit. fol. 782. A „ Joanne XXII. deturbatus, a Martino V. iterum Episcopus constituitur anno 1419. pri„ die Kal. Augusti decessit anno 1432.) Tunc Alphonsum Regem muliebri levitate Joanna expulit; Rex vero id indignum ducens, ut qui rebus in summo discrimine desperatis non sine ingentibus sumptibus, maximisque laboribus, ac periculis opem tulerat, ab inconstantissima fœmina tanta afficeretur injuria; jussit Petro fratri, ut è terra cum universo equitatu, & B militibus, Joanni vero Cardonæ maritimæ Classis præfecto Neapolim mox adorirentur; urbem igitur paucis frustra obsistentibus ingreditur, subjecitque Rex; cui plures milites suaserunt, ut pro illata sibi injuria, captam, direptamque urbem igni destrueret. Indignum existimavit, ac indecorum Regi ob iracundiam, antiquam, celebrisque nominis urbem incendiis delere. Alphonso in Catalauniam trajecto; cum Ludovico, cujus supra meminimus, pacem Joanna inivit, eumque in filium adoptavit, regnique consortem ascivit, sed non multo post Cosentiæ[a], vel Neapoli[b] Ludovicus Andegavensium Dux diem suum obiit. Qui decedens, assentiente Joanna, Renatum fratrem Regni Neapolitani hæredem constituit, mox moritur ipsa Regina Joanna, Alphonsus vero anno 1440. 4. Nonas Junii Neapolitani Regni potitus est, ex Fazello[c]; uti anno 1439. 17. Junii 2. ind. scriptum Caetæ diploma in confirmationem privilegiorum Liparensium lego.

Sub Joanne & Ludovico.

a Ex hist. Neapol. b Ex Fazel. dec. 2. lib. 9. fol. 582.

Obitus Jo. II. Reginæ, Liparis sub Alphonso Rege.

c Lege Faz. dec. 2. lib. 9. c. 9. & alios. d In priv. Lipar. fol. 92.

Alphonsus[d] *Dei gratia Rex Aragonum, Sicilia citra, & ultra Pharum, Valentia, Hierusalem, Majoricarum, Sardinia, & Corsica, Comes Barcinona, Dux Athenarum, & Neopatria, ac etiam Comes Rossilionis, & Caritania Illustri, & carissimo filio nostro Ferdinando Aragonum, nostro in dicto Regno Sicilia citra Pharum Locumtenenti generali salutem, & paternam benedictionem &c. Supplicatum fuit humiliter Majestati nostra pro parte fidelium nostrorum dilectorum universitatis, & hominum Civitatis, & Insula nostra Liparis; quod cum ipsa universitas, &* E *homines habuerint, & impetraverint certa privilegia à Serenissimis dominis bona memoria Regibus hujus Regni &c. confirmamus ea. Rex Alphonsus.*

Liparis iterum jurisdict. Trinacriæ.

Anno ergo 1443. idibus Julii Alphonsus, Eugenii IV. Pontificali auctoritate Siciliæ utriusque cis, & ultra Pharum Rex constituitur certis additis conditionibus, quas à Baronio t. 11. ad an. 1077. n. 116., si lubet, pete. Idem Rex prædicta privilegia Liparens. rata voluit an. 1442. ultimo Feb. in Castris Plagæ, in lib. priv. Lipar. f. 94. non secus in Castro Neapolis ultimo Junii 8. F ind. anno sal. 1445. regnorum ann. 30. Siciliæ vero ultra Pharum anno XI. exscripta Panormi 13. Augusti in Canc. fol. 571. Hic animadvertendum est, quod Alphonsus Rex Neapolis, seu Siciliæ ultra Pharum ab anno 1434. quando illam primum bello subjecit, appellatur; ideo scribi voluit anno XI. Siciliæ ultra Pharum. Anno 1446. die 10. Septembris X. indict. Liparensibus, qui jurisdictionis erant nostræ Siciliæ, amplissima concedit privilegia, exscripta in nostra

1446.

Anno Christi. 1446.

cancellaria eodem anno; in lib. privil. Lip. f. 12. inter alia videlicet, *quod in toto Regno Sicilia ultra Pharum Cives, & Incola Civitatis Liparis potiantur, & gaudeant in Civitate Syracusa, & in terris aliis de Camera illustrissima domina nostra Regina consortis nostra, illis prarogativis, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, & franchiciis, quibus cives, & incola Civitatis Messana eisdem potiuntur, & gaudent &c.* in lib. R. Canc. eo anno fol. 18. Hanc Liparitanam Insulam in gratiam Ferdinandi filii Calabriæ Ducis Rex jurisdictioni Neapolitani Regni subiici anno 1450. decrevit.

Liparis subiicitur jurisdictioni Neapol.

XXIV. BARTHOLOMÆUS II. quidam per hæc tempora Liparensem regebat ecclesiam, („ ex Ughello loc. cit. patria Salernitanus ab „ Eugenio IV. electus Episcopus Liparensis 16. „ Kal. Nov. 1432.) cui litteras scriptas Panormi die 5. Aprilis 1457. Proton. fol. 66. Prorex nostræ Siciliæ transmisit: *quod turrim in Insula Liparis ope Liparensium exadificet, si secus egerint; Panormi coram eo compareant &c.* Anno C sequenti die 10. Julii Neapoli è vita decedens Alphonsus sine legitima prole, Joanni fratri natu minori Aragonense & Siculum Regnum, Ferdinando vero nato ex illegitimo licet nobili thoro, Neapolitanum annexum Lipari dedit; quem ab anno 1453. pro rebus Neapolis componendis Hippolitæ Mariæ filiæ Francisci Sforzæ Mediolani Ducis, & ejusdem Ducis filium nomine Mariam Elisabethæ filiæ in matrimonium dederat Alphonsus[e]. Sed Callixtus III. pp. investituram, ut appellant, Ferdinando nega- D vit, eamdem concessit Pius II. Senensis[f]. Eodemque anno 25. Iulii 6. ind. Liparensium privilegia, consuetudines, immunitates, sacra tecta habuit. *Ferdinandus*, ait, *Rex Sicilia, Hierusalem, Ungaria &c. Sane nuper per Syndicos universitatis, & hominum Civitatis nostra Liparis fidelium nostrorum sincere dilectorum fuit nostro culmini reverenter expositum, & supplicatum. Cum universitas ipsa habeat nonnulla privilegia & capitula &c.* in ultimo Capitulo: *quod Episcopus Liparensis teneatur reficere mania Civitatis, & tenere custodem in Monte; nos ea confirmamus. Rex Ferdinandus* in Canc. Neapol. lib. 6. & lib. privil. Lip. fol. 96. Is sane Rex bellicis juribus Joannem Andegavensem Renati (quem Alphonsus expulerat, & uxorem) filium è Regno ejecit. Ex Pontiano.

1458

Lipara sub Ferdinando.

e Pandulf. c. 18. Summa c. 37

f Idem.

XXV. F. FRANCISCUM IV. *de Stylo ordinis Pradicatorum* à Paulo II. Pontifice creatum Episcopum Liparensem, magnæ devotionis, religionisque virum appellat Pius in sua hist. domin. de viris illust.[g] Sub hoc præsule anno 1479. 27. Octob. Rex Ferdinandus dato in Castello bono Neap. diplomate multas immunitates Liparensibus concessit in Canc. Neapol. & lib. privil. Lip. fol. 118. Per id tempus Rex tertiam duxit uxorem Joannam Regis Joannis filiam, & Ferdinandi II. Aragonensis, ac nostræ Siciliæ Regis sororem. („ Obiit senex noster „ Franciscus an. 1489. ex Ugello lo. cit. De eo „ Fontana in Theatr. p. 1. c. 5. tit. 337. f. 216.

g In Not. t. 1. ad eum ann.

XXVI. ANNIBAL *Spatafora Messanensis* patritius à pp. Innocentio VIII. ecclesiæ Liparensi

1481.

Anno Christi. 1485.

rensi præficitur. Is vices Archiepiscopi Rhegyensis tunc Petri Sueglies Messanensis vices adimplevit lib. Prot. an. 1492. fol. 185. Anno 1493. 9. Jan. x. ind. huic præsuli uti suffraganeo Archiepiscopus Messanensis Metropolitanus tunc Martinus Pontius litteras subscriptione Proregis Siculi obsignatas transmisit [a], præcipiens: quod Jurati patres Liparenses in possessionem immittantur bonorum, quæ Margarita Tudisca Monasterio Montis virginum legaverat. („ Ab Ughello hic Annibal ad annum „ 1556. transfertur: & verius, ut addam in„ fra. Post verò Franciscum de Stylo Episco„ pum Liparensem statuit Ughellus Jacobum „ Carduinum ut infra.) Anno 1494. 25. Januarii mortuo Regi Ferdinando sufficitur ejus primogenitus ex prima uxore Elisabetha Claramontia Venusiæ Ducis filia Alphonsus II. qui die 8. Maii in Cathedrali templo Neapol. à Joanne Borgia Cardinale, uti Legato Apost. à latere solemni ritu coronatur, habuit fratres Fridericum, Joannem Cardinalem, & Franciscum S. Angeli apud Garganum montem Ducem, eodemque anno 14. April. scriptis litteris in castello novo Neapolis Liparensium privilegia, ac Capitula rata decrevit lib. Canc. Neap. 3. & privil. Lip. fol. 121. His temporibus Carolus VIII. Gallus Romæ agebat, & à pp. Alex. VI. Castella Terracinæ, Spoleti, ac Civitatis Veteris vi extorserat, Regnumque Neapolitanum inhiabat, atque sex menses eorum est potius, ex Maurolyco lib. 5. fol. 188. quare Alphonsus Regno Neapolitano se abdicans, filio suo Ferdinando II. id dedit, inde in Sicilia suam sibi quæsivit salutem, tandem Messanæ 18. Novembris anno 1095. decessit, & sepelitur [b]. Tunc temporis moritur Annibal. Alter Annibal Spatafora fuit Archimandrita Messanensis an. 1535.

a Prot. anno 1492. f. 175.

1494.

Liparis Archiepisc. Messanen. sis Metrop. Lip. sub Alphonso II. Reg. Neap.

b vide not. Mazar. eo anno.

XXVII. JACOBUS II. *Carduinus*, („ ex „ cessione Francisci de Stylo successit Episco„ pus, à Bonifacio VIII. electus 2. Octob. 1489. „ ex Ughello anno 1494. 2. Maii interfuit Nea„ poli cum aliis Episcopis coronationi Alphon„ si Regis, ex Ughello to. 7. fol. 264.) præsulatum administrabat Liparensem anno circiter 1495. Hujus meminere tabulæ ecclesiæ Mazarensis, in qua vicarium agebat, ac vicesgerebat illius Episcopi tunc Joannis Castrioti viri nobilissimi Neapolitani, & an. 1496. 15. Augusti quoddam S. Calogeri Mazaræ beneficium contulit. Vide in not. Maz. 5. ad an. 148. Nihil præter id de eo mihi constat. Cæterum eodem anno 7. Octobris Summæ decessit è vita Ferdinandus II. eodemque die Neapolitani comitia generalia cogentes, potentioribusque Regibus Siciliæ scilicet & Aragoniæ Ferdinando II. vel Carolo Galliæ subjici nolentes, Regem suum appellarunt Fridericum prædecessoris avunculum, Alphonsi II. fratrem, Ferdinandi I. secundogenitum [c]: atque anno 1498. [d] pp. Alex. VI. volente, regio diademate coronarunt. Mox ex diplom. 28. Martii insulæ Liparensis privilegia confirmans: *Fridericus* [e], ait, *Dei gratia Siciliæ, & Hierusalem Rex &c. subditorum nostrorum petitiones exaudimus, eorum præsertim, quorum egregiam fidem, & affectissimum animum erga nos, & domum nostram in dubiis rebus nostris & adversis temporibus sumus experti, quorum in numero non postremum sane locum universitas, & homines Civitatis tenent, qui cum alias semper, tum maxime in hoc proximo Gallico bello* Caroli VIII. *fidelitatis, & devotionis suæ erga domum ipsam nostram praclarissima documenta præstiterunt, nullis unquam periculis, aut diversitatibus rerum deterriti: cum quamvis jam hoc Regno occupato à Gallis, ipsi ad extremum usque vexilla Aragonia retinuerint, iidemque Sereniss. Regem diva memoria Ferdinandum II. nepotem nostrum in ipsius Regni recuperatione adjuverunt &c.* In cap. 33. ait: *quod caussa Civiles agantur coram Curia Balivii Liparensis, inde appellatio fiat ad Curiam Episcopalem, & ex ea ad sacrum Regium Concilium. Item Caussæ Ecclesiasticæ à Curia Episcopali ad Metropolitanum consuetum* Archiep. *Messanensem, vel Sedem Apost. appellentur.* Interea Fridericus Ferdinando Regi Aragonensi in suspectionem venit, vel quod nimium officiosum Ludovico XII. Galliæ Regi (successerat is Carolo VIII. sine prole 7. Aprilis 1498. decedenti) se gerebat [f], vel quod à Turcis suppetias expostulabat [g]. Initum est inter Ferdinandum, & Ludovicum, Reges, fœdus adversus Fridericum, qui in Gallia exul obiit. Post ejus filius Ferdinandus Calabriæ Dux, quem Elisabetha Bancia Principis Altemuræ filia susceperat, à Consalvo Ferdinandez de Cordona magno Capitaneo nuncupato Taranti captus Messanam mittitur, & in ædibus Conte Joannis custoditur; inde cum fratre Julio (alter Cæsar Ferrariæ obiit) & sorore Elisabetha in Hispaniam. Hac arrepta occasione Galli magnam Apuliæ, ac Calabriæ partem occupabant, suæque ditioni Liparenses subjici appetebant; ii vero fideli, ac forti animo obsistentes Cordubæ Magno Capitaneo, Terrænovæ Duci, & S. Angeli Comiti, Neapolis Proregi nomine Regis Ferdinandi hac conditione se se dederunt: *ut Lipara Insula regii semper esset demanii, seu ditionis*, ita juramento spoponderunt fidelitatem, & suorum privilegiorum confirmationem scriptam Antellæ 15. Maii 1503. obtinuere. Hanc ratam voluit Rex ex diplomate dato Barcinone 16. Aug. 6. indict. eodem anno, perscripto Joanni Principi Asturiarum, ac Joannæ filiæ Archiducissæ Austriæ, Ducissæ Burgundiæ Gubernatrici generali successori in Regnis &c. Ita in cap. 75. *quod causæ Civiles agitentur in Curia Balivii Liparensis, inde appellentur in Curiam Episcopalem, ex ea ad gubernatorem Provincia Calabria. Dat. Regnorum Sicilia 36. Castella 30. Aragonum, & aliorum 25. Granata 12. Sicilia circa Pharum 1.* in lib. privileg. Lipar. fol. 159. Mox Liparenses supplices Regem exoraverunt, quod Liparis Insula, uti antiquissimum Trinacriæ Regni membrum suo Capiti uniretur [h], & nonnulla de Ecclesia Liparensi demandaret: præcipit Proregi Siculo ex litt. Barcinone 18. Augusti 1503. exscriptis Panormi 13. Septemb. 7. ind. ejusdem anni in Reg. Canc. Sic. inter alia. In cap. 112. & 113. *quod Epi-*

1495.

Obitus Ferd. II. Neap. Regis.

Liparis sub Friderico II.

c ex Pand. c. 11; & Surita c. 31.

d ex illo. l. 1. c. 2.

e in Canc. Neap. lib. 2. & lib. privil. Lipar. fol. 121.

Anno Christi. 1495.

Ad Liparensem epis. spectat appellatio caussarum civilium.

f ex Pand. g ex Surita c. 91.

Friderici obitus.

Ferdinandus II. utriusque Siciliæ dominus.

h in R. Canc. Sic. fol. 16.

Liparis iterum unitur Sicil. nostræ.

Anno Christi. 1503.

Episcopus Ecclesiam Cathedralem ornamentis exornare, & in fabricis expendere teneatur juxta sacrorum Canonum decreta. Proventus non excedere summam aureorum 700. constabat, c. 14. *quod Episcopus teneatur expendere pro refectione parietum suburbii novi aureos* 150, *quos tunc ex eo Praesul exigebat*. cap. 15. *quod idem fidem spondeat suam sacramento dato observandi Liparensium Capitulorum observantias*. cap. 16. *quod Episcopus sit eligendus Civis Liparensis*. An. 1506. Rex cum Germana uxore ex Joanne domino Narbonae filii Gasconis de Fox nata, Ludovici XII. Galliae Regis nepte Neapolim appulit. Anno 1510. à pp. Iulio II. illius Regni investituram (ut vocant) obtinuit [a]. Eaque privilegia Liparensium *anno sal.* 1518. *regnorum Castella &c. an.* 15. *Navarra* 4. *Aragonum, & utriusque Sicilia* 5. *regnorum omnium* 3. *scripta Caesaraugusta* 30. *Augusti* 6. *indict. exscripta Neapoli ult. Octob.* 1519. *à Joanna, & Carolo Regibus confirmantur*. Anno 1523. decessit è vita Episcopus noster, ex lib. prot. Siciliae fol. 392.

Liparis suburbium quando.

[a] ex Surita lib. 9. c. 14.

Liparis jurisd. Neap.

(„ Ex Ughello decessit anno 1506. cui sufficitur

„ FRANCISCUS ab Ecclesia Rapollana ad „ hanc translatus à Julio II. anno 1506. 26. „ Sept. Post octennium anno 1514. ad Vastanam „ sedem transiit, ex eodem Ughello loc. cit. & „ to. 7. fol. 867. & 883.

„ ANTONIUS GENONIUS anno 1514. „ 29. Januarii ad hanc Liparensem Ecclesiam „ evectus est, eodem Ughello teste,

XXVIII. PETRUS IV. quidam sufficitur Antistes, is elegit sibi vicarium Nicolaum de Comito Liparensem, cujus meminerunt tabulę curiae (ut vocant) Monarchiae Siciliae [b]. Quod litem intendit in eo tribunali Nicolaus de Todero clericus etiam Liparensis de quodam ecclesiastico beneficio. XI. *Augusti* 3. *indict.* 1530. *fuit decretum fuisse illatum gravamen à vicario Liparensi*. Nihil plus de eo habeo.

[b] vide ad an. 1611. per me collecta.

XXIX. F. ANTONIUS *Dominicanus Iannensis* ex nobili genere, habitum ordinis in coenobio S. Mariae de Castello Januae 5. April. 1624. suscepit, Inquisitor de rebus fidei in Insula Chio fuit, postea Archiepiscopus graecus Naxiensis in concil. Triden. inde ecclesiam Liparensem administravit plures annos, cujus memoria ob virtutum laudes adhuc viget; ex diplomate pp. Pii V. hujus praesulis Pius in hist. Domin. lib. 4. p. 2f. 243. sub an. 1566. meminit.

(„ Hunc ad annum 1564. verius transfertur „ ab Ughello cit. col. 783. & Fontana in Theat. „ Dom. par. 1. c. 5. tit. 337. fol. 216. cujus loco „ sufficitur.

„ GREGORIUS MAGALOTUS Romanus, „ Urbis Gubernator, à Clemente VII. electus „ 23. Augusti 1532. post biennium translatus „ est ad Ecclesiam Clusinam anno 1534. ut habet idem Ughellus to. 1. fol. 782. & to. 3. fol. „ 650. & Prosper Mandosius in Bibl. Rom. vol. „ 1. Cent. 1. n. 57. fol. 38.)

1544.

XXX. F. BALDUS *Ferraticus* („ *Ferratinus Amerinus*, ex Ughello cit. col. 783.) ord.... Referendarius Apostolicus, Apostolicae Cancellariae Regens, & Alexandri Farnesii Diac. Cardin. tt. S. Laurentii in Damaso Vicecancellarii Locumtenens, („ a Clement. VII. electus „ 20. Aug. 1534. ex Ughel. loc. cit.) Episcopum Liparensem agebat; cum ann. 1544. [c] ab Ariadabeno Barbarussa Turcicae classis praefecto ferro & igni prorsus assumpta est Liparis. Res ita accidit: Franciscus Gallorum Rex cum eo tempore & in Hispaniae, & Flandriae finibus, atque Insubria bello Carolum V. Imper. premeret, animadverteretque se Caroli classe multo inferiorem; à Rege Turcarum auxilia petens, foedus cum eo contra Carolum iniit, impieque Turcas ad communem ditionis Regnorum Caroli perniciem accersivit. Igitur Solymanus Turcarum Rex centum quinquaginta triremiũ classem Byzantio auxiliarem mittit Francisco Gallo. Ariadebenus vero Barbarussa generalis classis hujus praefectus fretum Messanae ingressus, Rhegyum urbem ab oppidanis metu perculsis desertam incendit; inde Neapolitanam oram, atque Isclam populatur. Subinde Liparam Insulam ad expugnandam Kal. Junii navigat. Liparenses cognito Turcicae classis appulsu, urbis mœnia curare, custodes apponere, tormenta aenea, sulphureum pulverem, & caetera omnia, quae ad obsidionem perferendam sunt necessaria, parare festinant: freti praesertim urbis situ inexpugnabili; mox suburbio deserto, in urbem omnes sese recipiunt. Dum in urbe quidem haec gerebantur, Barbarussa portum ingreditur, illamque obsidet. Liparenses per nuntium, ut de deditione cum eo ageretur, accersit: nec interea tormenta aenea, caeteraque ad urbis excidium opportuna, positis tentoriis militum juxta templum antiquum D. Bartholomeo sacrum (quod adhuc poene evulsum, à mari ablutum vidimus) apponere intermittit. Ac dato signo, missilibus, atque bombardis urbem summo labore triduum lacessendo oppugnat. Incolae męnia haud impigrè tuentur, vique maxima obsistunt. Ii tandem animo dejecti ad pactiones ineundas quatuor legatos ad Barbarussam mittunt. Sed cum ille centum aureorum millia posceret, recusantibus civibus, Barbarussa machinamentis omnibus admotis, nullum oppugnationis genus praetermisit ad urbem evertendam: indecorum enim sibi, & inhonorificum inde discedere fore arbitrabatur; nisi urbem expugnaret, quae sibi semel obstitisset. Liparenses quoque audacter suis hostibus obsistebant; universi cum liberis, & conjugibus urbem è mœnibus, & propugnaculis defendebant; nec erat tam inutilis aetas, quae pugnare pro patria recusaret. Gravis igitur oppugnatio, gravissima, & pertinacissima propugnatio. Quamobrem Barbarussa indignissime ferebat parvum oppidum spe subsidii undique destitutum Classi Othomanicę tam celebri, cujus ipse Pręfectus esset, obsistere, gloriamq; ab eo invicti nominis quaerere. Unde omnibus viribus Turcę rem urgentes quominus, eminusque exterrerent, spatium respirandi, animosque plane colligendi (quamquam labore fessi) ab obsessis adimunt; muros hinc tormentis quassare, dejicere, sternere: illinc praesenti audacia, scalis, ascensu, immemo-

Anno Christi. 1544.

[c] Fazel. dec. 2. lib. 10. & dec. 1. lib. 1. Surita lib. 4. & 6. [illegible]

Liparis excidium

Rhegium à Turcis incensum

res

Anno Christi 1544.

res vulnerum, obliti periculorum, mortis contemptores, omnino evadere contendunt. Decimus post obsidionis dies (x. Junii) pertinaciæ finem dedit, quem certe non dedisset, si Petrus de Toleto Neapolitanus Prorex, cujus regimini Lipara suberat, optimo duce, militibus, & armis urbem præmunivisset. Erat tunc in urbe *Jacobus Camagna Lipar.* vir nautica arte, & auctoritate præcipuus, qui cum funestum patriæ statum, atque in summo discrimine res versari cerneret, neque cives suppetias sperare, neque nuntium, litterasque mittere, neque recipere posse, circumsistentibus terra, marique, ac omnia custodientibus, & explorantibus Turcis, fessosque jam suos, audaciores vero hostes conspiceret; Barbarussæ amicus, concionem de urbe tradenda ad populum habuit. Liparenses in partes rapiebantur varias. Erant enim non pauci ex inquieta, ferocique juventute, qui nullo pacto ad deditionem adduci poterant; sed mori satius, quam in manus Turcarum venire judicabant. Demum suadente metu ad deditionem inclinantur. Camagna igitur secreto cum Barbarussa colloquitur, deditionisque formulam facit: quod ex pacto sexaginta civibus cum omni supellectili abire permissum esset, undecimo obsidionis die urbem Barbarussæ tradidit. Nec defuere, qui Camagnæ patriæ proditionem impingerent; hujusmodi doli hæc prodebantur indicia; vetusta ejus cum Barbarussa necessitudo; seorsum sæpe repetita cum hoste collocutio, & sui, suorumque liberatio. Porrò Barbarussa Dei, & hominum vere contemptor, urbem ad diripiendum militibus concessit. Turcæ igitur ingressi urbem, Liparensium bona diripiunt, omnia profanant, in templo maximo Divorum imagines abradunt, Jesu Christi Crucifixi humani generis Salvatoris statuam luto, cœnoque conspersam projiciunt, cives omnes injuria, contumeliisque affectos ad naves servos deducunt: virorum itaque, ac mulierum circiter octo millium præda Byzantium transvecta, urbem Liparam pluribus diebus incendunt, incensam que deserunt. Sed Carolus Cæsar eo Hispanorum missa colonia oppidum, suburbio solo penitus adæquato, instaurans rursus cultum, munitumque reddidit. Antistes vero Liparitanus *Baldus* à Paulo III. Pont. nuntius Apostolicus constituitur, facta etiam facultate alios subnuntios constituendi ad plenissimum indulgentiarum thesaurum concedendum cunctis Christi fidelibus, qui adjutrices porrigerent manus pro reædificanda Liparensi ecclesia à Turcis combusta, ex dipl. Romæ 28. Novembris 1544. pont. an. 11. exscripto Panormi 11. Maji an. 1545. in lib. prot. Siciliæ. Ibi invenies alias pontificias litteras ejusdem pp. Romæ idibus Martii an. 1544. perscriptas Archiepiscopo Messanensi tunc Innocentio Cibo: quod omnes, qui tempore excidii Liparensis, illius bona, volumina, scripturasque usurpaverint, ad illorum restitutionem sub excommunicationis, censuræque sententia cogeret. An. 1546. 21. Januarii Prorex Neapolitanus Petrus Toletanus novis oppidanis Liparensibus antiqua

Liparis olim populosa.

1545.

1546.

privilegia exemptiones, immunitatesque nomine regio confirmavit [a]. Hujus nostri Episcopi mentionem reperio an. 1553. & 1555. [b]. in quibus annis à Carolo V. præsulatus Catanensis, vel Syracusanus promittitur ex expectativa (ut vocant) pontificia. („ Ex Ughello „ loc. cit. usque ad annum 1553. Liparensem „ Ecclesiam gubernavit; At an. 1558. Ameri„ næ Ecclesiæ præficitur, ut habet idem Ughel„ lus loc. cit. & eodem tom. fol. 302.)

Anno Christi 1555.

XXXI. F. JOANNEM V. *Siculum Ordinis Minorum* hac præfectura perfunctum esse in tabulis ecclesiæ Liparen. lego. Is litteris sui Metropolitani Messanensis via appellationis, aliis tribunalis (ut vocant) in Regno nostro, Siciliæ numquam obsistit; ita reperies [c] ann. 1558. litt. datas Messanæ 29. Julii primæ ind. de lite inter Bartholomæum Pampinum, & Nicolaum Facinum; anno 1574. [d]. scriptas Panormi 7. Septemb. 5. ind. ad instantiam presbyteri Thomæ Nigri anno 1578. [e] Panor. 5. Decemb. 7. ind. de controversia inter presbyterum Franciscum de Leonardo, & presbyt. Bartholomæum de Comito, quas executioni mox mandavit idem Episcopus. Ann. 1583. [f] alias Metropolitæ Archiep. Messanensis 2. Junii ad instantiam Cataldi de Spina contra presbyt. Vincentium Amendulam. Antistitem nostrum per hæc tempora in Lipari decessisse, ac juxta altare SS. Sacramenti humatum esse tradunt, quem & novum cathedrale templum, & episcopale palatium exædificasse & in D. Francisci ædem Capuccinos è Sicilia accersisse Liparim clarum est. („ Hunc Joan„ nem è Catalogo Episcoporum Liparensium „ expunxit Ughellus, ejusque loco reposuit

Lipar. olim Capuccini.

„ ANNIBALEM SPATAFORA nobilem „ Messanensem, de quo Pirrus ad annum 1485. „ Fuit Archimandrita Messanensis ex eodem „ Pirro in not. Archimand. f. 36. Anno verò cir„ citer 1553. Liparensi Ecclesiæ præficitur: at „ exacto vix anno decessit 1554. ex Ughello, „ cui successit.

„ PHILIPPUS LANCIA 13. Aprilis 1554. „ electus: at anno 1564. fato functus est, teste, „ Ughello *loc. cit.* Philippo successit ex eodem

„ ANTONIUS JUSTINIANUS Chiensis „ (à Pirro ad annum 1530. relatus) ord. Præd. „ De rebus fidei quæstorem egerat in eadem In„ sula: fuit, & Nazariensis Archiep. Claruit „ in Tridentino Concilio: & 12. Maii 1564. „ Episcopus Liparensis electus est. Supremum „ obiit diem anno 1571. De eo Ughellus *loc. cit.* „ Michael Justinianus de scrip. ligur. fol. 95. „ Fontana in Theatr. Dom. par. 1. c. 5. tit. 337. „ f. 216. Oldoinus in Ath. ligustico f. 47.

„ PETRUS DE CANCELLARIIS Pistorien„ sis, Antonio successit ex Ughello vir à vetu„ sta nobilitate clarus, & ab eximia virtute in„ signis: ideoque Pio V. Pontif. charus, qui Li„ parensem Episcopum delegit 3. Octob. 1571. „ Præfuit nostræ Ecclesiæ usque ad an. 1580.)

XXXII. PAULUS *Bellarditus Siculus Leontinus V. I. D.* genere, virtutibus, ac litteris nobilis, suique juris ecclesiastici acerrimus propugnator („ A Gregorio XIII. electus 17. Octob. „ 1580. Anno 1584. sui pontificatus primo Bar-

1584.

[a] Lib. Priv. Lipar. f. 107.
[b] In lib. Secret. apud Reg. Canc. fol. 2. 6.
[c] In lib. Monarchia.
[d] Ibidem.
[e] Ibidem & an. 1602. in processu Liparis.
[f] In tab. archiepiscop. Messan.

Anno Christi. 1584.

tholomæum Carnilivarium Liparensem excommunicationis sententiæ subjecit: quod ex servis Saracenis sua bireme captis decimam non solvisset; contendens ex antiquo jure sibi ex rebus his decimam deberi. Sed Bartholomæus de gravamine illato litteras datas Messanæ 13. Novemb. 13. ind. anni ejusdem ab Judice Mon. obtinuit, illasque parietibus affixit[a]. Anno 1586. litteris scriptis Messanæ 15. Julii ab Archiepiscopo illius uti Metropolitano tunc Antonio Lombardo, instante Bartholomæo de Comito obedivit. Tantæ fuit solertiæ Bellarditus, ut à Pontifice Romano deligeretur, Quæsitor de rebus fidei in Melita Insula & pro templo SS. Alphii, Philad. & Cyrini Leontin. altare privilegiatum, & reliquias obtinuit his verbis: *Gregorius PP. XXIII. &c. Divina igitur misericordia confisi, precibus quoque dilecti filii Pauli Bellarditi V. I. D. cubicularii continui commensalis nostri nobis super hoc humiliter porrectis &c. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris die* 20. *Jan.* 1578. *pont. anno* 6. & à Rege Philippo II. fit Abbas commendatarius monasterii S. Eliæ ordin. Basiliensis Troinæ. Anno 1592. in oppido Giojusæ juxta Pactas decessit è vita, cujus Corpus honorifice delatum est in patrium templum S. Dominici Leontini, ubi in tumulo dealbato sine epitaphio situm est cum natalitiis stemmatibus scil. *tres stellæ aureæ* desuper in campo cœlesti, & *tres igneæ flammæ* in campo albo. („ Miraculis claruisse tradunt: & anno 1653. reserato ejus sepulchro, integrum repertum testatur Carolus Antonius Conversanus in etherea Leontinorum gloria 13. Aug. fol. 124. Paulo successit ex Ughello

a In archivio Monast. anno 1631. constat.

Melitæ quæsitor à pont. deligitur.

„ MARTINUS electus 21. Decemb. 1585. qui anno 1593. decessit. Hunc eumdem esse puto, quem F. Martinum de Acunna Bæticum vocat Nicolaus Antonius in Bibl. Hispana t. 2. f. 72. ex eo fuit ordinis Carmelitarum, electus Episcopus Liparensis à Gregorio XIII. ac varia scripsit, presertim volumen *de arte divini amoris*. At si electus 21. Decemb. 1585. non à Gregorio XIII. Sed à Sisto V. potius dicendum, etenim Gregorius decessit 10. Apr. 1585. Martinus hic etiam de Acunna appellatur à Petro Campo in hist. Lipar. m. f. lib. 3. qui & addit, quod cum Neapolim appulisset, Reliquiam S. Bartholomæi Apost. rehabuit, ut tradit ex Chron. m. f. Benedicti Gualterii Archidiaconi Liparensis, cujus verba exscribere placuit. *Ariadenus cognomento Barbarossa, urbem incendiis dirupit. Sacra Reliquia cum sacro Bartholomæi pollice, in ejusdem Cathedrali Ecclesia servabantur, ut erant capsula inclusa Constantinopolim transferuntur, quas tandem Hispanus quidam, qui Constantinopoli captivus dudum se redemerat, quingentis redemptas aureis Neapolim transfert. At dum in hospitali Hispanicæ nationis S. Jacobi morbo correptus letali animam agit, capsulam reliquiis refertam Capellano committit, Liparensibus, exsolutis hospitali quingentis aureis, restituendam. Adest tunc forte D. Martinus Acunna jam jam Liparensis Episcopus consecratus, Liparam mox profecturus. Hic de re monitus, exsoluta pecunia, sacras Reliquias assumptas secum ducens Liparam, restituit Ecclesiæ anno* 1585. Hæc Gualterius.

Anno Christi. 840.

„ Cùm autem Martinus Ecclesiam sine Canonicis invenisset (aderant etenim tantùm dignitates, obtinentes, nempè Archidiaconus, Decanus, qui Cantor, & Thesaurarius) sex instituit Canonicos, ex bulla institutionis primo Martii 1588. Objit Martinus ex Campo cit. anno 1593.)

XXXIII. F. JOANNES VI. *de Mendoza Hispanus* à Martis ad S. Augustini militiam ætatis anno 30. transiit, creatus Episcopus („ ultimo Martii 1593. ex Ughello) mox suo Metropolitano Messanensi obedientiam præstitit; & litteras ab eo Messana 16. Maii 1592.[b] transmissas de appellatione caussæ Pinę de Monteleone contra Magistros seu Rectores Annunciatæ, aliasque 17. Maii anno[c] eodem pro Petro Joanne Cajavane adversus F. Simonem Nigrum executioni mandavit. Post biennium instituto procuratore, atque vicario *Archid. Lipar.* ad Indias navigavit, ubi anno 1598. ad præsulatum Indiarum assumptus est. („ De eo Herrera in Alphab. August. Ughellus cit. Nicolaus Antonius in Bibl. Hisp. to. 1. f. 538. qui Joannem Gonzalez de Mendoza vocant. Eodem modo vocatur à Campo in histor. Lipar. m. f. l. 3. qui addit, hunc Episcopum alios duos anno 1595. Capitulo addidisse Canonicos.)

b In tab. Archiep. Mess.

c Ibidem.

1598.

XXXIV. ALPHONSUS *Vitalis Hispanus* Franciscanus ab Observantia („ electus 24. Novembris 1599. ex Ughel. cit. f. 784.) anno sequenti post adeptam præsulatus possessionem, in cœnobium *S. Francisci* ab Capuccinis ob loci paupertatem derelictum, fratres sui ord. Obser. è Calabria efflagitavit; opem præstitit, & ædificiis auxit. Ii Provinciæ Calabriæ subsunt. Libentissime suo Metropolitano suffragatus est in caussis appellationis à sua Episcopali curia ann. 1605. 1. Julii[d], Pro Vincentio Theodoro eod. an. 30. Junii pro Minica Contubernia an. 1606. 30. Januarii pro Joanne de Vita anno 1608. 9. Sept. pro Capitaneo Didaco de Arena 8. Aug. pro presbytero Francisco de Nohora cum Joseph Lazaro 16. Martii 6. ind. pro Hieronymo Piccio cum presbyt. Vincentio Pampino 1610. 29. Novemb. 9. ind. 1611. 23. Jan. & 27. Novemb. 1614. pro Thoma Israel 1616. 27. Septemb. & 17. Feb. pro Olimpia Bonfiglio, & Bartulillo. Fuit Alphonsus quidem solers, & Ecclesiasticæ jurisdictionis acerrimus defensor; licet à suis Liparensibus haud raro molestiis affectus, & sæpe Neapolim navigavit pro rebus suis, suæque Insulæ: quod Provinciæ Neapolitanæ regimini subesse Liparim incongruum, indecens, & noxium esse existimans, ut suæ antiquæ ditioni Regni Siculi, ac illius Proregi subjiceretur Insula hæc, suam omnem adhibuit operam, industriamque litteras à Rege exoratas ann. 1594.[e] hac de re innovandas curavit, aliasque Madriti 22. Novemb. 1609. exscript. Panorm. 28. Jan. 8. ind. 1610. obtinuit; ob quas ipsemet Episcopus, uti procurator Proregis Siciliæ, tunc Ferdinandi Pacheco Ducis Salonæ, ex tabulis Panormit. 24. Maii 8. ind. eodem anno, possessionem

1601.

Lipar. fratres Franc. observ.

d Ibidem.

1606.

Lipar. appellationes ad Metropol.

e Lib. notionum in Reg. Canc. Siciliæ an. f. 118.

Anno Christi. 1606.

Liparis iterum sub regimine Siciliæ.

nem est assecutus à Juratis patribus Joanne Ruffo artis Medicinæ Doct. Antonio Amen dula, & Jo: Philippo de Caldarariis. In vinea Episcoporum ædes nobiles exædificare cæpit, senectute annorum 82. & paralysi affectus obiit men. Septemb. („ Octobri ex Ughell.) anno 1618. & in tumulo marmoreo Sacelli ab ipso conditi Cathedr. Templi sepelitur suo epitaphio...

„ *D. O. M. F. D. Idelphonsus Vidal & Cajas* „ *Ord. Min. Diœcesis Hispalensis, & Episcopus* „ *Liparitanus pietate insignis, eruditione cla-* „ *rus, post multos curæ pastoralis labores, quie-* B „ *turus tandem, & communis omnium morta-* „ *lium finis valdè memor, adhuc vivens hoc sibi* „ *monumentum faciendum curavit. Obiit die* 17. „ *Mensis Septembris, suæ dignitatis* 18. *ætatis* „ *suæ* 83. *Christi verò nati* 1618.)

XXXV. F. ALBERTUS *Caccamo Panormit.* Dominicanus S. T. M. cum Neapoli ageret, à confessionibus Comitissæ matris Castrensis deligitur (erat ea socrus Francisci de Castro Ducis Thaurisani, ac Comitis Castri Proregis Siciliæ) cujus precibus à Paulo V. pp. Præsul Liparitanus creatus, Romæ consecrationis munus est C assecutus. („ ex bullis 2. April. 1618. ex „ Ughel. cit.) Metropolitani Messanensis tunc Andreæ Mastrilli litteras appellationis à sua suffraganea curia admittere recusavit, superiorem in Regno nostro haud agnoscere asserens; illasque hac de re dat. Messanæ 22. Septemb. 2. indic. 1618. pro F. Francisco Pirrera, alias pro Capitaneo Hieronymo Perez 2. Maii, atque pro Julio, & Polidoro de Ambrosio Liparensibus abjecit. Quare apud Summum Pontif. quod à D Messanensi jure Metropolitico eximeretur, & Archiepiscopo Rhegyensi Calabriæ subjiceretur, Romæ agens suos supplices dedit libellos. Hac de re certior factus Archiepiscopus Mastrillus suos porrexit de antiquo ecclesiæ suæ jure coram pp. Paulo V. à quo decretum est pro ipso Messanensi: *quod servetur prout hactenus*. Ad quod Pontificium decretum observandum litteras Rex transmisit Proregi, ne præjudicium inferretur Metropolitano Messan. suas adhiberet partes, uti videre est in archivio curiæ caussarum delegatarum Siciliæ sub anno 1621. Roma E in suam rediens ecclesiam Caccamo, ædes in vineis amplificavit, annuos proventus, qui ante ad summam scut. 800. exigebantur, auxit ad scutata tria millia singulis annis; sedem episcopalem, quæ in canonicorum choro erat, in medium templum contra suggestum transtulit. Cæterum à Liparensibus apud Pontifices Paulum V. Gregorium XV. & Urbanum VIII. de multis perpetratis criminibus accusatur, maxime, quod in Insulæ Prætorem manus injecisset, eumque vulnerasset. Messanam, ubi Princeps F Philibertus Sabaudiæ tunc Prorex agebat, accersitus, inde Romam adiit; pontificioque mandato carcere detinetur. Interea ad Liparim

1623. V. I. D. Jo: Baptista Sorboli Apostolicus delegatus transmittitur, pervestigaturus, an vera essent, quæ Caccamo obiiciebantur, & de his rebus plures receptos testes, & scriptas (ut vocant) informationes Panormum allocuturus cum Prorege venit, inde Romam, & coram sa-

Anno Christi. 1623.

A cri Consistorii designatis Judicibus ab Urbano VIII. obtulit. Qui testibus visis Episcopum in ejus ordinis cœnobio Romano sub pœna trium millium aureorum recludendum præscripsere; ubi tot ærumnis, & paupertate affectus, ad mortem ægrotavit & die 9 Augusti 1627. obiit, in S. Mariæ de Populo sepelitur, cujus supellectilem in Siciliam navi transmissam Apostolicus Nuntius Neapolis, nomine Cameræ retinuit. Dum vivebat, Panormi in templo S. Mariæ de Victoria ordinis S. Francisci de Paula nobilissimum sacellum eidem divo dicatum ac sepulchrum marmoreum construxit hoc epitaphio.

D. F. Albertus Caccamo Panorm. Ord. Prædicatorum Episcopus Liparensis Vivens & mortis Horam præ oculis habens hic suos cineres in die novissima deponere curavit ann. dom. 1622.

„ De eo Fontana in Theat. Domin. par. 1. c. „ 5. tit. 337. f. 216.)

XXXVI. JOSEPH *Candidus Syracusanus V. I. D.* ex patre Joann. Baptista Scannavino, ex matre Antonia Candida, nepos è virorum doctrina, & omni virtutum genere Illustrium Jacobi Candidi Episcopi Lancianensis, & M. F. Vincentii Candidi Dominicani ordinis, in Sicilia Prioris Provincialis, & eximii Ecclesiastæ, magnæque æstimationis, & nominis apud Romanam Curiam. Horum, & ipsiusmet Josephi promeritis, prudentia, litterarum peritia, vitæ integritate, atque inter aulicos cubicularios Urbani VIII. splendore, ab eo Pont. Max. Antistes Liparitanus inauguratur, ex diplom. Romæ 30. Novemb. anno 1627. exscripto Panormi 20. Decembris ejusdem *. Eidem Josepho datæ sunt litteræ Apostolicæ: quod à quacumque jurisdictione, etiam Metropolitica Mess. eximeretur, atque Sedi Apostolicæ immediate subjiceretur: quare in multorum incidit invidiam. Ea de re Liparenses per oratorem Thomam Policastrum ab Juratis electum apud Regem conquesti sunt, litterasque impetrarunt (eas, si lubet, in tabulis Regii Conservatoris Siciliæ legas) ne antiquissimo juri Metropolitico Messanæ inferretur præjudicium. Item & coram Prorege tunc Duce Alburqueque Liparenses proposuere nostrum Antistitem nonnulla regia jura usurpasse; de iis, quæ sibi inique objiciebantur, anno 1632. mense Feb. Panormum veniens, rationem rite reddidit, & haud inglorius in suam rediit Ecclesiam, quam multis auxit beneficiis; scilicet filiali æde Sacramentali *D. Josepho* sacra in suburbio, novis proventibus ex vinea, & aliis juribus ad summam scutorum 4m. 500. & Canonicis aliis sex, quos novis insignibus exornavit. Dum hæc, & alia præclara gereret Candidus; Petrus Niger Canonicus, & civis Liparensis, uti Subcollector Cameræ Apostolicæ, de sui muneris finibus egrediens ab Episcopo nomine Summi Pontificis, ac Sacræ Congregationis in carcere custodiendus traditur. Quare Nuntius Apostolicus Neapolitanus Franciscus Herrera, suæ curiæ fisci patronum Joannem Baptistam Valentem destinavit Liparim, ut Nigrum è carcere educeret, & ad suum deduceret tribunal. Noster vero Antistes ex facultate sibi à Pontifice facta, juris-

1627.

* in L. Prot.

Anno Christi. 1627.

jurisdictioni Nuntii Neapolitani haud subesse contendebat. Hinc delegatus Joannes Batista brachio sæculari invocato, concessoque vincula confregit, & Nigrum extraxit; episcopum ipsum publicæ suspensioni per edictum Cathedrali templo affixum subjecit, illiusque redditus (ut dicimus) sequestravit. Sed Romæ in Sacra Congregatione pro Episcopo sancitum est.

1611. Eodem anno acta appellationis à sua curia ad Metropolitanam datis litt. Messanæ 28. Julii ad instantiam Petri Jurati, & Thomæ Policastri libentissime transmisit[a].

[a] In tab. [illegible]

„ *Joseph Candidus* Episcopus electus est; ex Apostolica Bulla Urbani VIII. data Romæ 3. Kal. Decembris 1627. factus est liber à Metropolitico jure Messanensis Ecclesiæ, & Romanæ Sedi immediatè subiicitur. En diploma in recentiori Ughelli editione t. 1. f. 784.

„ *Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex, cujus Principatum super omnes extulit Altissimus, Cathedralium Ecclesiarum Præsules interdum à Metropolitica, cui suppositi sunt, subjectione segregandos suo, & Sedis Apostolicæ patrocinio, ac Juri tutelari immediatè subdit, quos erga dictam sedem obsequia multipliciter commendant, & amplioribus meritis juvari agnoscit, ac eorum contemplatione sui favoris prærogativam in successores, & illis Subditos derivare libenter permittit, ut sub tranquilla ipsius protectione vivere gaudeant, & aliorum animi servitiorum illi fideliter præstitorum gratiam gestiant promereri. Cùm itaque nos hodie Ecclesiæ Liparen. tunc per obitum bo. me. Alberti Episcopi Liparensis extra Romanam Curiam defuncti Pastoris solatio destitutæ de persona dilecti filii Josephi electi Liparensis ac familiaris, & continui Commensalis nostri nobis, & Ven. fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorumdem consilio Apostolica auctoritate providerimus; Ipsumque illi in Episcopum præfecimus & Pastorem, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiæ Liparen. sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris desuper expeditis literis plenius continetur. Nos eumdem Josephum electum, ejusque gratorum familiaritatis, & devotionis nobis, & Apostolicæ sedi hactenus impensorum obsequiorum, & meritorum intuitu illius in dicta Ecclesia Liparen. successores Præsules, seu Administratores pro tempore existentes, ac Ecclesiam ipsam & Civitatem Liparen. aliqua potiori prærogativa prosequi volentes; Ipsumque Josephum Electum à quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Eccles. sententiis, censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Motu proprio non ad ipsius Josephi electi, seu alterius pro eo de super oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia nostra, meraque deliberatione, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, habita prius super his cum eisdem fratribus deliberatione matura de simili fratrum eorumdem consilio ipsum Josephum electum, ejusque in dicta Ecclesia Liparen. successores Præsules, seu administratores pro tempore existentes, ac Ecclesiam ipsam Liparen. & dilectos filios illius Capitulum, Canonicos, Clericos Beneficiatos, & quosvis alios Ministros officiales, & personas, ac Episcopalis, & Capitularis Liparen. Mensarum bona, res, jura quæcunque cujuscunque qualitatis, & quantitatis existant, ac Civitatem Liparen. prædictam, omniaque & singula Oppida, loca, Castra, Terras, Villasque Episcopo Liparen. pro tempore existenti in spiritualibus subjecta, si qua sint, eorumque, ac singulorum ipsorum territoria, terminos, districtus, Communitates, Universitates, Cives, Incolas, Habitatores, Ecclesiarum Rectores, Vicarios, Capellanos, Beneficiatos, & alios inibi Beneficia Ecclesiastica quomodolibet nuncupata, & qualificata obtinentes, necnon Collegia, seminaria, Hospitalia, Confraternitates, Consortia, Prioratus, ac Ecclesias, Monasteria etiam Monialium, & Domos Regulares cujuscunque Ordinis, aliaque tam sæcularia, quam regularia, & pia loca quæcumque ab omni, & quacunque nunc, & pro tempore existentium à Messanen. & quorumvis alior. Archiepiscopor. Patriarcharum & Primatum, eorumque Judicum, Officialium, & Ministrorum, ac ipsorum Ecclesiarum Capitulorum, Canonicorum, & Dignitates, in eis obtinentium Jurisdictione, correctione, visitatione, Dominio, superioritate, potestato, & universo Jure Metropolitico ac solutione Decimarum, si quæ eis debitæ sint, de cætero facienda: itaut Archiepiscopus Messanensis, & alii præfati in illos, & illa aliquem visitationis, Jurisdictionis, ac superioritatis Juris Metropolitici actum exercere, aut aliquam sententiam, censuram, aut pœnam promulgare, aut recognitionem superioritatis, vel Decimarum hujusmodi præstationem ab eisdem petere, aut prætendere nullatenus possint, Apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium perpetuo penitus, & omnino eximimus, & totaliter liberamus, illaque omnia, & singula Nobis, & sedi Apostolicæ prædictæ immediatè etiam perpetuò dicta auctoritate subiicimus, & supponimus, ac sub Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum cura, & protectione recipimus. Decernentes Josephum electum, & successores, necnon Ecclesiam, & Civitatem Liparen. ac omnia Territoria, & personas, aliaque præmissa ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus ab Archiepiscopor. Patriarcharum, Primatum, ac Judicum, Officialium, & Ministrorum, aliorumque prædictorum Jurisdictione, correctione, visitatione, Dominio, superioritate, potestate, Jure metropolitico, & Decimarum solutione hujusmodi libera, & exempta, ac nobis & sedi prædictæ immediatè subjecta, ac sub cura, & protectione hujusmodi recepta esse & fore, & quamcumque visitationem, Jurisdictionem, aut superioritatem aliquam quomodolibet denotantia, & quascunque promulgationes, quas per Archiepiscopum Messanensem, & alios prædictos, vel eorum*

rum aliquem, quibus omnimodam hac deinceps A *faciendi, ac Decimas hujusmodi exigendi, aut petendi undecunque, & quomodocunque illis attributam motu pari abrogamus auctoritatem, contra tenorem præsentium fieri contigerit; nulla, & invalida, nulliusque roboris, & momenti fore, & esse, ac pro nullis, & infectis haberi debere, easdemque præsentes semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, neque ex eo, quod Archiepiscopi, Patriarcha, Primates, ac Ministri, Judices, & Officiales prædicti, aliique in præmissis jus forsan habentes, aut* B *habere prætendentes vocati, & auditi, & causæ propter quas præmissa à nobis emanarint coram eisdem Archiepiscopis, Patriarchis, Primatibus, seu aliis dictæ sedis Delegatis justificata, & verificata non fuerint, aut quavis alia de causa de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari unquam posse; Sicque & non alias per quoscunque Judices Ordinarios, vel Delegatos auctoritate fungentes etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E.* C *Cardinales etiam de Latere legatos, & Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & definiri debere; Irritum quoque, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis ac nostra de Jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac eorumdem Archiepiscoporum, Patriarcharum,* D *Primatum Ecclesiarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis illis, ac Archiepiscopis, Patriarchis, Primatibus, Judicibus, & officialibus hujusmodi, aliisque personis in contrarium forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamsi aliàs pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & individua, ac de* E *verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, observata inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat consilio, & potestatis plenitudine paribus specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.* F *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, exemptionis, liberationis, subjectionis, suppositionis, receptionis, abrogationis, Decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem secus hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnat. Dominicæ MDCXXVII.* 3. *Kal. Decembris Pontificatus nostri anno V.*

Idem Urbanus alio brevi dato Romæ 23. Martii 1628. exemptionem Ecclesiæ Liparensis confirmavit, quod ex eodem Ughello fol. 786. subiicimus.

Ven. Fratri Josepho Episcopo Liparensi Urbanus Papa VIII.

Ven. Frater, salutem, & Apost. Benedictionem. Personam tuam nobis, & Apostolicæ Sedi devotam tuis exigentibus meritis paterna benevolentia prosequentes, illa tibi favorabiliter concedimus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Alias siquidem Ecclesiæ Liparensis certo tunc expresso modo Pastoris solatio destituta de persona tua nobis, & Ven. fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus ob tuorum exigentiam meritorum accepta de eorum fratrum consilio Apostolica auctoritate providimus, teque illi in Episcopum præfecimus, & Pastorem, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiæ tibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo, eamdemque Ecclesiam ab omni, & quocunque jure metropolitico eximimus, & liberavimus, ac nobis, & S. Sedi Apostolicæ immediatè subjecimus, & supposuimus, prout in literis Apostolicis sub plumbo desuper expediendis latius explicabitur. Nunc verò te, ecclesiamque hujusmodi amplioribus favoribus, & gratiis prosequi volentes, teque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, & ex certa scientia tibi, ac in ecclesia præfata successoribus tuis, ut tanquam sedi Apostolicæ immediatè subjectis à quocunque quacunque auctoritate, & potestate etiam Apostolica quantumlibet individua mentione, & speciali nota digna fungente, etiam sedis prædictæ Nuncio, ac quocunque legato etiam de latere quomodolibet deputato, vel deputando, sive etiam Nato, interdici, suspendi, excommunicari, declarari, aut aliàs quomodolibet quibusvis censuris, & pœnis Ecclesiasticis innodari, sivè supponi nullatenus possis, seu debeas, nisi ex speciali mandato, seu delegatione à nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus contra Personam tuam, seu tuorum in Ecclesia hujusmodi successorum emananda Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes quascunque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliasque Ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas, si quas contra præsentium tenorem in te infligi contigerit, illarumque incursus, declarationes nullas, irritas, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti fore; sicque per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores; sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam

„ est in Sacello SS. Sacramenti, ibique hæc A appofita infcriptio.

„ *Siste viator gradum, tantum invida mors Præsulem ex inopinato casu ad occasum deduxit. Jacet hic Cajetanus Del castillo & Gregorio ex Clericis Regularibus, nunquam cui defuit animi munificentia nisi cum abfuit anima magnificentia. Obiit anno 1694. ætatis suæ 36.* De eo Coletus in add. ad Ughellum t.1.f.788.

„ XLII. HIERONYMUS VIGINTIMILLIUS Nobilis Panormit. ex Baronibus Gratterii, Frater Caroli Vigintimillii Comitis B Prades, & P. D. Antonini Clerici Regularis, qui Apoftolicus Miffionarius, & Vicarius, omnium primus, Catholicæ fidei lumen in Infulam Bornæi invexit. Adolefcens Clericorum Regularium Theatinorum familię nomen dedit, Sub doctiffimo P. D. Alberto Fardella Drepanenfe Cl. Reg. Philofophiæ, ac Theologiæ fpatia emenfus, egregii præceptoris Doctrinam non fine fapientum admiratione in Gallia propugnavit. Philofophicas, ac Theologicas difciplinas in Matritenfi domo C cum fingulari ingenii laude docuit. Bis eamdem domum Præpofiti munere gubernavit, Hifpanæ Provinciæ Vifitatorem egit, Sacra eloquentia clarus, ab elegantia dicendi, eruditione, aliifque dotibus celebratus, magnum fibi nomen adeptus, à Catholico Rege Philippo IV. regii Concionatoris titulo infignitus eft. Conciones etiam habuit Viennæ, ab Imp. Leopoldo carminibus laudatus ac Cæfarei concionatoris titulo cohoneftatus. Illic, & ubique magno cum plaufu in Cinerali Curriculo pluries auditus, Pluries obla- D tam infulam in Sicilia recufavit. Generalis Procuratoris totius ordinis partes exercuit. Demum ab Innocentio XII. Epifcopus Liparenfis electus eft 19. Julii 1694. Eo inftante penfionis pondus in Capituli Liparenfis beneficium addixit Pontifex, ut habemus ex decreto Conciftoriali, fic loquente. *Providetur de perfona Hieronymi Ventimiglia Cler. Regul. Theat. cum penfione 294. Duc. auri de Camera, & duorum Juliorum ad favorem Capituli ejufdem Ecclefiæ, eodemmet Hieronymo E pro eo humiliter fupplicante, inter dignitates, & Canonicatus dictæ Ecclefiæ, ut de more regionis feftivis diebus, feriatim verò hebdomadarim intereffentes, juxta previdam per dictum Hieronymo faciendam feparationem dividenda; & decreto quod Ecclefia Cathedralis reparationi pro viribus incumbat, nec non feminarium juxta præfcriptum Concilii Trident. inftituat, & Montem Pietatis erigi curet.* Id totum in generofi animi fui laudem ceffiffe non ambigitur, Ecclefiam fibi creditam fingulari F prudentia, ac paftorali Vigilantia moderatus eft. Defuncto Innocentio XII. orationem habuit ad S.R.E. Cardinales 9. Octobris 1700. de eligendo Summo Pontifice eodem anno editam Romæ; ediderat etiam ibidem anno 1695. vitam Ven. Hyacinthæ Marifcotti. A Clemente XI. inter Epifcopos pontificio folio affiftentes adfcriptus eft. Demum meritis plenus deceffit Romæ apud fuos Theatinos in Domo S. Andreę de Valle 17. Decemb. 1709. De eo Lucenti in Ital. Sac. f. 1242. Coletus in add. ad Ughellum t.1.f.788. & Bibl. Sic. t.1.f.287.

„ XLIII. NICOLAUS MARIA TEDESCHI nobilis Catanenfis, ordinis S. Benedicti Congregationis Caffinenfis, adolefcens, in Hierofolymorum Equitum albo relatus, mox & fi adverfante parentum voluntate, monafticum inftitutum eft amplexus. Doctrina fatis excultus, & Theologica laurea donatus in Catanenfi Academia, Philofophiam docuit, in patrio Monafterio S. Nicolai de Arenis: & omnium primus philofophicas thefes ad mentem S. Anfelmi, ex ejus operibus excerptas, publicè propugnavit. Eoque everfo ex terræmotu ann. 1693. primùm ad Panormitanum Monafterium S. Martini fe contulit, exinde Romam acceffitus in Collegio Benedictino Scholafticam, & dogmaticam Theologiam docuit juxta ejufdem S. Anfelmi mentem, non fine eruditionis, & doctrinæ celebritate. Ibi Congregationis S. Officii Confultor, Sacrorum Rituum, Indicis, & Indulgentiarum Theologus. Dum Prioris munere fungeretur à Clemente XI. Liparenfis Epifcopus electus eft 10. Martii 1710. Liparenfis Ecclefiæ libertatem, & exemptionem à dicto Pontifice confirmatam obtinuit, ex literis apoftolicis 7. Septemb. 1714. In Sac. Rituum, & examinis Epifcoporum congregationibus Secretarii munere fuit cohoneftatus. In controverfiis inter Sanctam Sedem, & Siciliæ moderatoribus, fat notis, involutus, diu verfatus eft. Demum anno 1722. Apameæ Archiepifcopus renunciatus, Liparenfem Infulam refignavit, fervata fibi annua penfione. De eo Coletus *cit. p.*789. & Bibl. *Sic t.*2.*f.*93.

„ XLIV. PETRUS VINCENTIUS PLATAMONE nobilis Camaratenfis Ordinis Prædicatorum S. T. Magifter, doctrina, & morum comitate confpicuus. Siculam Provinciam gubernavit, & ob refignationem Tedefchi Liparenfi Ecclefię donatur ex bullis Innocentii XIII. datis Romæ 24. Martii 1722. & literis pro poffeffione eidem tradenda 28. ejufdem menfis, exfcriptis Panormi 30. Aprilis 1722. Panormum regreffus, & honorificè à Senatu Panormitano, Capitulo Cathedralis Ecclefiæ, ac Dynaftis exceptus, innumeros ordinibus Ecclefiafticis, annuente Archiep. inftituit. Ex ejus doctrina, prudentia, & vigilantia, Oves curæ fuæ demandatæ egregiam gubernationem fibi promittunt.)

LIPARITANA ergo Ecclefia Meffanenfi eft fuffraganea. Ab anno 1400. collationis Romani Pont. Solum Liparam, & ejus Infulas habet diœcefim. Ex antiquo jure ad epifcopalem curiam devolvuntur cauffæ appellationis curiæ civilis, & Balivii. Annui proventus hodie funt fcut. 4500. ex decimis cujufcumque rei, maxime ex uvis paffis, & ficis, quæ ab Infula extrahuntur. Spolia à Collectore Nuntii Neapol. pro Camera Apoftolica exiguntur.

In ea Quatuor funt Dignitates: Prima poft Pontificalem *Archidiaconatus* pontificiæ collationis. 2. *Decanatus*. 3. *Cantoria*. 4. *Thefaurariatus*. Ad an. 1633. octo erant Canonici; inde ab Epifcopo Candido ad augendum divinum cultum fex additi funt, quos omnes quadam ftola violacea infignivit. Alternis vicibus juxta menfium partitionem à pp. vel Epifcopo eliguntur. Nomina Epifcoporum fuperius legiftis.

D. ROC-

D. ROCCHI PIRRI,

Abbatis Netini, & Regii Historiographi, S. T. ac J. V. D. Regii Capellani, Canonici, Apostolici Proton. atque in Sancto Quæsitorum fidei Tribunali Censoris, & Consultoris,

SICILIÆ SACRÆ,

In qua

SICULARUM

Abbatiarum, ac Prioratuum

NOTITIÆ

Proponuntur,

LIBER QUARTUS,

IN QUATUOR DISTRIBUTUS PARTES.

In PRIMA Ordinis Sancti Basilii Magni Notitiæ XXX.

In SECUNDA Ordinis Sancti Benedicti Notitiæ XXXV.

In TERTIA Ordinis Sancti Bernardi Notitiæ X.

In QUARTA Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium, atque Religiosorum Militarium Notitiæ X. continentur.

Sub Excellentiss. D. D. PETRI FAXARDO, & REQUESENS, Marchionis Vellesii nostri Proregis auspiciis.

ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINO

DON DIDACO REQUESENS

ARCHIEPISCOPO CARTHAGINIENSI,

ELECTO EPISCOPO MAZARENSI,

ATQUE

ARCHIMANDRITÆ S. SALVATORIS MESSANÆ.

ABBAS D. ROCCHUS PIRRUS HISTORIOGR. REGIUS

S. P. D.

TRIBUS jam in lucem editis Meæ Siciliæ voluminibus (Antistes Illustriss.) non mediocri, nisi me animus fallit, Christianæ Reip. commodo; quartum quasi corollarium adjungo lubens, quod *Abbatias Sicilienses* in notitiæ lumen ex tenebris antiquitatis educet. Hoc ego opus Tibi Abbatum, sive Pastorum Principi (talem enim Personam dignitatis tuæ nomen elatum ostendit) Tibi, inquam, in manus trado; ut quoniam libri priores tres Philippi IV. Regis nomini inscripti, ejusque Regiæ Majestatis Episcopatuum fundatricis augusto splendore coronati in publicum prodiere; hic Tibi consecratus pacifico Ecclesiasticæ dignitatis eorum gubernatricis ependyte * convestitus appareat. Quod si illi debebantur Regi, ut intelligeret quas Ecclesias Pastoribus decoraret, hic est addicendus tibi, ut omnes norint, quales Pastores sint Ecclesiis decoramento: hi nimirum, quorum sacerdotales virtutes Regiis sunt inoculatæ. Tua enim incorrupta morum integritas, doctrinarum scientia, paterna in gregem charitas, in gubernando prudentia, in speculando vigilantia illustrantur generis claritate, iisque insigniuntur ornamentis, quæ ab Avis in te tuis cum sanguine sunt traducta. Non ea mihi mens est, quando & facultas deest, in angusta epistolæ tela, calamo quasi acu depingere primævæ tuæ originis, hoc est Bavariæ domus ex immemorabili antiquitate decora repetita: nec enarrare, uti primum delecta novem Procerum manu ad recipiendam Catalauniam transgressa sit. Relata temporum vetustate ea facinora omittamus, tantò fortassis venerabiliora, quantò altiori tecta silentio. Res præclarè gestæ, & ardua incœpta Garzarenorum, Aloysiorum, aliorumque complurium, quorum factis annales, & historiæ contexuntur, argumento sunt; eos esse germina tali è stipite propagata. Sed quid necesse est tam longè evagari oculis, aciemque conjicere? Ecce vestra Requiesensium familia in Siciliam cum regio sceptro translata non ad se amplificandam venit, sed prolatatis ramis ad Regnum sua amplitudine inumbrandum. Eam Bernardus deduxit, quem fas est dicere, semel, atque iterum Principem, ac Proregem egisse. Ingredi sanè grandiore gradu non potuit; nec præ primo secundus augeri. Si defigere hic stylum possem, ostenderem Aloysium ejus filium, & si ad excelsiorem non venerit locum, caussam tamen veniendi habuisse altiorem. Barcinonis seditione dissidentis abdicato regimine, villas, ædesque magnificas direptioni, flammisque permisit: quibus flammis fidem Regi suo obligatam probavit, & evidentiùs spectandam dedit: & devinxit obsequii magnitudine regiam liberalitatem. A qua Lilybæi oppidum in Sicilia, ubi educatus fuerat, donario accepit. Præses Patrimonii Reginæ, & Magnus Cancellarius jussus est. Quarum dignitatum non minus, ac virtutum hæreditatem iniit Bernardus filius Cosyræ Insulæ Dominus, Qui cum vicem Præfecti classis Austriacæ Drepani gessisset, tandem in administratione muneris Strategi Messanensis excessit è vita, vivum sui desiderium Messanæ relinquens. Mansit in Josepho ejus filio Regni Cancellarii dignitas. Qui cùm primus Buxemæ Comitatus titulum in familiam induxisset, Antonium procreavit, qui primus Cosyræ auctus est Principatu, non tuus magis, quàm hujus fœlicissimæ Patriæ Pater. Quæ profectò nimis diutino orbitatis luctu contabuisset, ni ille reviviscere visus esset in Bernardo germano tuo. Qui hac tempestate Panormitanum Populum regens, seu pascens potiùs, ab imminente caritate annonæ, non Urbem modò Panormum, sed universum etiam Siciliæ corpus, ab hoc capite spiritum, vigoremque deducens, singulari sua providentia prohibuit. Sed quid ego huc encomia congero, quæ per omnium ora latè provagantur? spectavit hoc Regnum tanti viri, cui bis Vicario Gen. paruit, modestiam, gravitatemque cum comitate conjunctas; & paucissimis mortalium concessam illam Prudentiæ amussim. Itaque si gloriosum est filio Patrem habuisse Antonium; non minoris gloriæ est Patri, filium genuisse Bernardum. Fœlix ille profectò Pater est, qui duplici prole Civitati Rectorem, Ecclesiæ Pastorem dedit; cujus sanè meritum sicuti dejectæ Carthaginis glorias instaurat, ita Romæ gloriosæ præclarum columen, præsidiumque futurum spero. Accipe igitur novum hunc senescentis ingenii mei fœtum, quem in hyeme adversæ valetudinis, & senectæ progenitum, tuæ gloriæ sinu foveri gestio; & parentis insignibus inglorium, tuæ claritatis stemmatis decorari: ut hæc sacrorum, & antiquorum monumentorum editio, meæ in te observantiæ, & obsequii sit monumentum sempiternum. Vale. Panormi. Kalen. Apr. 1647.

* Latinè pallio.

PRIMA

PRIMA PARS
LIBRI IV.
DE ABBATIIS ORDINIS
S. BASILII MAGNI



DIVUS BASILIUS nobili ex genere in Cappadociæ Cæfaræa natus, Gregorii Nisſæ Epiſcopi pari virtute, ac munere inſignis germanus frater, una cum Gregorio Nazianzeno, qui illius vitam, atque præclariſſima geſta conſcripſit [a], amiciſſimo Athenis ſæcularibus litteris, deinde in monaſterio ſacris mirabiliter eruditus, ita cùm brevi curſum ad omnem doctrinæ, ac morum excellentiam fecit, ut Magni cognomen invenerit. An. enim ſal. 362. ad declinandum Juliani Apoſtatæ Imperatoris iram & inſidias, in Ponti eremos, ac ſpeluncas Cappadociæ proximas cum eodem Gregorio ſeceſſit, ubi quadriennio vixit, atque monaſticæ vitæ, perfectæque Chriſtianæ regula, atque inſtitutis [b] omnes ferè cœnobitas, & eremitas per vaſtiſſimam Ægypti ſolitudinem diſperſos cogens in monaſteria à ſe constructa ac maximè in illud celeberrimum Armeniæ, in quo ter mille Græci monachi degebant, primus inſtituit; anno 369. ſub Valente Imperatore Epiſcopali ſuæ patriæ dignitate, primique Doctoris, ac Eccleſiæ Græcæ Orientalis Capitis titulo cohoneſtatus eſt. Tum in illius vita, tum poſt obitum, qui ſub Theodoſio Cæſare an. 378. Kal. Januarii incidit, hanc ſanctam regulam quàm plures complexi, in varias colonias ac cœnobia propagaverunt monachorum cœtus; quorum in magna Græcia nunc Calabria dicta, & in noſtra Sicilia ſub Græco Imperio multi Epiſcopi, Abbates, Martyres ſanctitate, ac doctrina Illuſtres, atque illuſtria monaſteria recenſentur apud ſcriptores [c]. Hæc atque alia vel reſtaurata, vel denuò constructa ferè omnia à Magno Siciliæ, & Calabriæ Primo Comite Rogerio, uni Magno, quod Archimandritatus titulo Græcorum more inſignivit, ſubjecit ejus filius Rogerius Rex.

[a] autographum Græcè m. ſ. in membrana legimus in Archivio monaſt. S. Salv. Meſſ.

[b] Vide Cardin. Beſſarionem, qui per 23 capita diviſit.

[c] Octavium Cajet. in ſua Idea f. 22 Sylveſtrum Maurolyum in ſuo mari magno relig. & noc. in noſtris Notitiis.

S. ECCLESIÆ QUASI EPISCOPALIS
MAGNI ARCHIMANDRITATUS
S. SALVATORIS LINGUÆ PHARI MESSANÆ
NOTITIA PRIMA.

CElebberrimum S. Salvatoris Cœnobium Meſſanenſe aliis omnibus Baſiliani ordinis & mole ædificii, & opum magnitudine, & Juriſdictionis amplitudine excellit; ideoque magni Monaſterii nomen obtinuit; ejus verò Præſul quæſita à Græcis dignioris vocabuli novitate Archimandrita, latine Abbatum maximus Pater, & Prælatus nuncupatur. Templum ad portum Meſſanenſem Ieſu Chriſto Servatori omnium ſe conditurum vovit Rogerius primus *Siciliæ*, & Calabriæ Comes, ubi primum ad ejiciendos è Meſſana Saracenos littus occupavit: itaque Deo auſpice Meſſana anno ſal. 1059. capta [d], confeſtim ad apicem Iſthmi, ubi nunc eſt Pharus, ſeu Turris Laternæ ædem ſacram extruxit, & S. Salvatori dicavit, [e] ut ejus diplomate dato Meſſanæ anno mundi 6602. ſal. 1094. conſtat. Quas ſubinde breves admodum, humileſque ædes Rogerius Rex ejus filius funditus demolitus, munificentia Rege digna, nobiliori ac ampliori ſtructura, ac forma auguſtiori adjecto etiam pavimento marmoreo, ac porpheretico, diverſique coloris teſſulis compacto [f] reparavit, pluribuſque opibus, prædiis, ac templis, & abbatiis ditavit, non immeritò hujus magnifici A templi primus inſtitutor, & auctor à pleriſque ſit habitus Rex [g], qui in ſuo diplomate dato anno mundi 6641. & altero 6642. fundatorem ſe appellat. Sed anno 1550. (ſi Bonfilio in ſua Meſſ. fol. 6. credimus) eo templo ac cœnobio adjuncto cæleſti fulmine percuſſo, vel cum Fazello [g], quod *ætate ſua à Carolo V. Cæſare ad urbis, & Regni tuitionem Arx ibi muniſiſſima, & ingentibus propugnaculis circumſepta inſigni opere condenda eſſet*. Monachi intra urbis mœnia ad templum olim monialium D. Mariæ à Miſericordia [h], donec novum exædificaretur, remiſſi ſunt. Series autem Archimandritarum hæc. B

I. FR. BARTHOLOMÆUS S. Baſilii etiam vitæ, morumque ſanctimoniæ ſectator, & imitator primus ſub Comite Rogerio præficitur huic monaſterio; ejus res præclarè geſtas F. Daniel Baſilienſis & ipſe monachus proſequitur græca oratione [i] latinè 1. tradita... Sic *in vitam, moreſque S. Patris noſtri Bartholomæi Fundatoris magni Monaſterii S. Salvatoris in Iſthmo partus Leſſana* [k]. Scilicet.

Cùm Baſilius antiq; Sybaris Domini filius Deo ſe mancipandi ſtudia teneretur, patriis opibus, mundiq; illecebris nuncium remittens, B. Cyrilla magiſtro, monaſticam profeſſus eſt, Baſilii nomine in Bar-

[d] in noſtra Chro. Reg. & in not. Meſſ.

[e] Fazel. dec. 2. fol. 48. Sylveſtr. Maurolyc. in mari magno fol. 14.

[f] Idem Maur. fol. l. c.

[g] Fazel. lo. c.

[h] Loc. cit.

[i] Autographo in tab. ejuſdem Archim.

[k] Ex Cajet. in ſua idea fol 95.

---

1. Integram hanc vitam exhibet Cajetanus tom. 2. SS. Sicul. fol. 136.

Anno Christi

Bartholomeum commutato. Tum severioris, atq; ascetica vita cupidine pellicea veste contectus, nudisque pedibus incedens, baculo crucis signum in vertice referenti incumbens, quo dubios firmaret gressus (quippe assidua jejunandi consuetudo, nimiaq; corporis afflictationes florenti licet ætate non parùm valetudinem labefactarant) in montes Rossano proximos se recepit. Igitur asperrima locorum ingressus in specum præruptis collibus, inaccessisque rupibus horridum, atq; opacis sylvis obsitum secessit: ubi cùm ædiculam D. Martino sacram senem quemdam, cui nomen Blasio, incolentem invenisset, ab eo exoravit, ut paucorum oleum sibi ministerium exhiberet, quibus parcè admodum utens, & sylvestrium herbarum convescens radicibus, nuda cubans humo, divinis meditationibus, ac psalmodia indulgens; procul ab hominum frequentia cælesti finitimam vitam ducebat. Sed cùm aliquando, Deo ita disponente, venatoribus nonnullis fortè patefactus fuisset, eorum narratione de viri sanctitate permoti monachi quidam ad eum se contulerunt, atq; ejus admirandas virtutes præsentes suspicati, ei suadere conati sunt, longè gratius Deo se facturum, si una cum ipsis in Cœnobio degeret, exemplo, & doctrina plurimùm cæteris profuturus. Quorum suasiones minimè ad spiritualis vitæ profectum conducere arbitratus, illis abeuntibus in avia nemorum horridiora perrexit, ubi à Virg. Deipara per visum fuit admonitus, ut cœnobitarum votis obtemperans, eorum se consortio copularet. Interim ad eum advocandum regressi monachi cùm eum priore, quo viderant, loco minimè reperissent, maximo affecti dolore in genua prolapsi Deum rogavere, uti suum famulum iis indicare dignaretur: cùm ecce ignea columna eo loci consîdere visa est, ubi Bartholomæus supera meditationum vi elatus supplices cœlo tendebat manus. Inde igitur in Rossanense monasterium Beatissimæ Virginis Odygitriæ abductus, multis cœpit clarere miraculis. Paulò post cum paucis monachis Constantinopolim ad Imperatorem profectus, ejus sanctitate perspecta ab Alexio [a], & genitrice Irene Sanctorum non paucas reliquias, ac sacrorum librorum, atq; ornatuum copiam, quibus monasterium indigere videbatur, munera retulit. Rossanum reversus à Comite Rogerio Messanam advocatur, ut monasterio nuper in Insula D. Hiacynthi (nunc vulgò bracchio S. Raynerii) extructo præficeretur: quò duodecim secum è suo cœnobio adductis fratribus partem quoq; munerum ab Imperatore acceptorum intulit. Cæterum à nonnullis monachis ejus disciplinæ rigorem ferre non sustinentibus per summum scelus ad Comitem delatus est, quod simulata virtutis specie plurima scelera, nefandam in primis hæreseos labem admitteret, sumptusq; ad cœnobii exædificationem erogatos partim usui suo adscisceret, partim in cognatos, & propinquos insumeret. A Comite de objectis criminibus semel, atq; iterum interrogatus, cùm ne verbum quidem ad ea diluenda responderet, tanquam hæresis convictus, cæterorumq; scelerum reus judicum suffragio igni damnatur. Jamq; ad supplicium rapiendus id unum Comitem rogat, liceat sibi priùs quam inflicta pœna multetur, sacrum de more facere. Ejus rei copia à Rogerio facta, ad D. Nicolai de Gasis Basilianorum Cœnobium diverticulum ducitur extra urbem ipso Comite cum universo magistratu

a Ab Ann. 1081. ad ann. 1119. imperavit.

Anno Christi. 1130.

A conveniente, populoq; frequentissimo ad spectaculum confluente: cùm ergo mysteria offerens, Hostiam Sacrosanctam elatis manibus adorandam astantibus exhiberet, nubes pellucida altare circumsepiens omnium oculis spectandam se præbuit, in qua cælestium militum agmen divino obsequens Sacramento cernere erat. Tanto igitur miraculo Comes, ac reliqui in stuporem adducti ad Sacerdotis innoxios pedes accidentes veniam errati supplices petiere. Protinus autem mandatum, ut in improbos delatores pœna conversa in paratum rogum continuò projicerentur. Quorum omnium vitam
B vir sanctissimus perfectam charitatis formam in Christi scola edoctus à Comite deprecatus est. Pauloq; post ejusdem concessu ad Rossanense Cœnobium redit, unde Lucam spectatæ virtutis virum transmisit, qui à Rogerio primus delectus est Archimandrita, uti ex regio diplomate, ejusq; tumuli epigraphe in D. Joannis compertum est. En diploma ex Lib. Reg. Mon. f. 84. autograph. apud Archim.

ROGERIUS in Christo Deo pius, & fortis Rex, & christianorum adjutor. Quia ea, quæ sunt præsentis vitæ corruptibilia, & mortalia existunt, & instar capillorum ex aliis in alios mu-
C tantur, mirabilem quandam harum rerum religionis amatores mutationem dextera altissimi dignam juxta psalmum cogitaverunt, & ut permanerent firma, & æterna, omne studium adhibentes, alium tramitem non invenerunt, nisi erigere divina templa, & dedicare illis eorum possessiones, & reddere Deo. Etenim sit, quòd per incessabiles hymnos, & laudes, quæ fiunt in ipsis, Deus sine intermissione colitur, & glorificatur, & ipsi consequuntur memoriam æternæ beatitudinis, & assiduæ orationis. Hujusmodi enim exemplum veluti regulam primitivam quamdam tranquillitas nostra sequu-
D ta, divinum, & sacrum fundamentum erexit [b], atq; templum ædificavit in promontorio Portus Messanæ insulæ Siculorum ad gloriam, & laudem Magni Dei, & Salvatoris Nostri Jesu Christi, à quo, & coronam accepimus, & immaculatæ Matris ejus Sanctæ Dei genitricis, & semper Virginis Mariæ, & confessoris patris Sancti Nicolai, hoc venerabile templum in magnitudinem, & decorem, divina providentia gratia, consensu Hugonis venerabilis Episcopi [c], & Canonicorum Messanensium, mandramque hoc nuncupantes, & facientes, videli-
E cet matrem monasteriorum, quæ sub ea existant, & Archimandritam in eo constituentes scilicet patrem, & Prælatum Abbatum [d], qui sub eo existunt; Decernimusque pro episcopali jure solvere eamdem mandram dictæ Ecclesiæ episcopali annuum censum, centum libras ceræ, viginti thuris, xx. caphisos olei, & xx. nummos sive solidos pro omni episcopali Jure secundum factam inter nos, & dictum Episcopum cum suis canonicis concordiam, ut dictum est, quam accepimus,
F & custodimus in potestate, & mandato nostro, & hæredum, & successorum nostrorum. Eum, qui eligi debet Abbas in ipsa Salvatoris mandra; eligi debet à monachis, qui sunt in ea, videlicet a toto conventu secundum divinos, & sacros canones, & confirmari debet a nostra Majestate, vel hæredum, & successorum nostrorum, & benedici de jussu nostro. Volumus præterea idem nostrum monasterium esse libe-

b Rogerius Rex à fundamentis erexisse dicitur.

c Hugo adhuc Episcopus dicitur.

d Archimandrita, idest primus Abbatum.

Anno Christi 1130.

Quomodo eligendus Abbas cum Regia Cõfirmatione.

liberum, & exemptum ab Archiepiscopis, Episcopis, & similiter ab omni persona ecclesiastica, & seculari. Ejus Prælatus, & sui successores, si forte acciderit dubitatio alicui ex aliquo, volumus quòd non respondeant, nisi coram nobis, & hæredibus, & successoribus nostris. Liceat autem eidem Prælato, & ejus successoribus, si aliquando opus esset ei, clerici ratione ejusdem, etiam in quocumque monasterio, vel loco nostri Regni reperti fuerint, tales ducere ad se sine ulla prohibitione, & absque alio impedimento penitus ab aliquo; eos verò, qui fugiunt mundum, & ad eamdem divinam mandram accedentes ex quavis fortuna, & conditione existant, de cætero ab aliquo non molestari jubemus. Volumus præterea monachos ejusdem mandræ habere griphum liberum, & propter reliqua eorum servitia maris, & in ipsorum reservatione divinitùs conservata; classis nostræ habere marinarios liberos quadraginta, qui nullo pacto impediantur ab aliquo nostrorum servitorum, vel aliquo reliquorum ministrorum ejusdem scoliæ. Largimur insuper eidem nostro monasterio agrum nostrum Messanensem cum terris, præminentiis, & datium marinariorum, qui cum eo habitant. Hunc autem agrum largimur (sicut diximus) eidem monasterio, sicut est determinatus. Incipit autem à scala Sanctæ Margaritæ, & ascendit ad cristam ipsam usque ad mustata, & inde ferit in tres monticellos. Inde itur ad Richezam parvam, & inde per montem montis usque ad Sanctum Philippum de Margi, & inde * per montem usque ad cal moltum; & inde per cristam cristam usque ad populetum, & deinde ex crista, & via vineæ Atromtarum, & fertur ad chincasim usque ad alium montem, qui dicitur malus mons, sicut ascendimus sparsiones aquarum, & inde per cristam cristam usque ad hederas, & ascenditur usque ad magnum montem, & inde descenditur à cabalo, è Carlis inde descenditur per cristam cristam usque ad mare. Præterea in ipsis agri montibus * volumus quòd monachi intrassent porchos impinguandos liberè: ita, quòd nullus de nostris potestatibus, vel bajulis propter hoc exigat aliquid ab eis. Insuper largimur eidem nostro monasterio obedientiam Sancti Nicandri de Nicone[b] cum tenimento suo secundum quod continetur, & terminatur in præsenti privilegio beatissimi patris nostri Comitis Rogerii labente anno sexmillesimo sexcentesimo secundo;[b] & hæc omnia approbamus, & confirmamus eidem monasterio, ut sint immutata usque ad finem seculorum. Non liceat autem Prælatis, vel monachis ejusdem divini Monasterii pro tempore existentibus de obedientiis ipsius, vel reliquis possessionibus concedere alicui personæ Ecclesiasticæ, vel laicali quovis modo omnino ad possidendum, nisi fortè ad augmentum, & meliorationem rei pro monachis nutritis in eadem mandra. Nos igitur (ut superius dictum est) approbantes, & confirmantes eidem monasterio Salvatoris eadem. Qui præsumpserit contra hoc superbire, volumus nostram atque hæredum, & successorum nostrorum indignationem incurrere; ad confirmationem autem, & firmitatis robur ejusdem divinæ, & sanctæ mandræ præsens privilegium scriptum, & solita nostra Bulla plumbea sigillatum de mandato nostro exhibitum Mense Maii an-*

** Γρίφος græcè, latinè rete, sagena.*

** Alibi per viam usque ad Calsaneorum.*

** Alibi nemoribus.*

b Obedientia S. Nicandri de Sancto Nicone.

b Privilegium Comitis Rogerii dat. an. mundi. 6602. sal. 1094.

A *no sexmillesimo sexcentesimo trigesimo octavo, Indictione 8. Subditur. Extracta est ex copia provisionis conservata penes me Notarium Franciscum Calvum Magistrum Notarium Curiæ Archiepisc. Nob. Civit. Messanæ.*

Anno Christi 1130.

(„ Extat apud Cajetanum to. 2. SS. Sicul. in „ animad. f. 52. ut ex alia versione.)

Quas ex Rogerii Regis diplomate retulimus pactiones suis hisce litteris confirmat Hugo Messanensis Episcopus.

In nomine Dei, & Salvatoris Nostri Jesu Chri-
B *sti anno ab Incarnatione ipsius 1131. Indict. 10. Mense Octobris. Dominus Rogerius Siciliæ, atque Italiæ gloriosissimus, atque Invictissimus Rex quoddam monasterium Græcorum[c] in honorem S. Salvatoris, & Beatæ Mariæ semper Virginis, & S. Nicolai Confessoris Christi propè Messanam Civitatem in prato S. Hiacynthi[d] in loco, qui vulgò dicitur Lingua S. Nicolai pro anima sua, & liberorum suorum, & patris sui, & matris suæ, & omnium parentum suorum inceptum tempore prædecessoris nostri piæ recordationis Vuiglelmi Mes-*
C *sanensis Episcopi[e], volens perficere, & opibus suis, propriisque facultatibus ditare, & quædam monasteria nostræ diœcesis, quæ beatæ memoriæ pater suus Magnus primus Comes Rogerius fundavit, & per privilegia sua corroboravit, sicut sunt cum possessionibus, & privilegiis, & pertinentiis suis suprascripto monasterio subjicere, rogavit me, ut Ego Hugo Dei gratia Messanensis Ecclesiæ humilis Episcopus concederem, & Messanenses Canonicos concedere facerem tali quidem tenore: ut Abbas* F. Bartholomæus *qui jam dicto monasterio,*
D *& Abbates aliorum monasteriorum, quæ illi subjecta erant, & in sequentibus nominabuntur fratrum electione præfuerit, mihi, & successoribus meis exhibeat secundum Deum honorem, & reverentiam; ipsum autem Abbatem Archimandritam vocatum, patrem scilicet, & Prælatum, qui sub eo erunt, cognoscant. Præterea censum à prædicto Domino constitutum, & ab Abbate, sicut à fratribus monasterii Ecclesia nostra per singulos annos persolvendum esse, quòd si aliquid intervenerit, quare aliquo tempore persolvi non poterit,*
E *transacta necessitate sive occasione, reddatur. Census autem hic est Viginti solidi, ceræ libræ centum, viginti libræ incensus, viginti caphisi olei. Omne verò jus Episcopale reservare sibi, & successoribus suis. Cujus justæ petitioni assentientes, Ego Messanensis Episcopus, & Messanenses Canonici nostra sponte, & voluntate concessimus, & concedimus in perpetuum sine aliqua exactione, & sine fratrum ibidem Deo servientium inquietudine. Verùm Ego prædictus Messanensis Episcopus tam novitati, quàm impensis surgentis Ecclesiæ*
F *benignè compatiens communi fratrum nostrorum consilio, & assensu concessi censum annualem minimè persolvendum, dum ipsa Ecclesia construeretur, ne dedicatione careret. Debet autem prædictus Abbas, & ejus successores à me, sive successoribus meis cum assensu Domini Regis benedicti & Ecclesiarum consecrationes in Diœcesi nostra & oleum, & Chrisma suscipere[f]. Hæc sunt monasteria, quæ prædicto monasterio (sicut prædictum est) subjicimus. In primis Sanctum Nicandrum de Messana, S. Leonem de Messana, S. Salvatorem de*

1131.

c Hoc monasterium dicitur Græcorum.

d Hujus Ecclesiæ vestigium est extra muros veteres Messanæ, ubi hodie est colonia militum Hispanorum, qui locus dicitur Terra nova.

e Inceptum tempore Episcopi VVill. an. 1124.

f Monasteria quæ subjiciuntur Archimandritæ.

Anno Christi. 1131.

de Presbytero scholario, S. Philippum de Messana, S. Mariam de Massa, S. Stephanum de Messana[a]*, S. Petrum de Hitala, S. Nicolaum de Tsa, S. Petrum de Agrò, S. Joannem de Tsigiro, S. Salvatorem de Placa, S. Nicolaum de Pellera, S. Constantinum de Malet, S. Eliam de Embula, S. Basilium de Trayna, S. Mercurium de Trayna, S. Nicolaum de Canneto, S. Honofrium de Calatabiet, S. Nicandrum de S. Nico, S. Felicem de S. Marco cum obedientiis suis, S. Barbarum de Demena, S. Petrum de Deca, S. Angelum de Ficarra, S. Eliam de Scala Olivetii, S. Jacobum de Calò, S. Mariam de Mallimachi, S. Petrum de largo flumine, S. Veneram de Vanella, S. Theodorum de Insula Milatii, S. Annam de Monteforte, S. Pancratium cum suis obedientiis. Hac omnia monasteria pro Dei amore, & Domini nostri Rogerii magnifici Regis prece, & animarum nostrarum salute concedimus, & confirmamus, & prasentis decreti pagina corroboramus: quòd siquis instigante diabolo contra hoc decretum nostrum ire tentaverit, nisi resipuerit, & ad satisfactionem redierit, anathematizetur, & cum Juda traditore Domini aternis gehenna incendiis crucietur. Cartam verò hujus nostra concessionis, atque confirmationis tibi Pagano presbytero scribere, & nostro sigillo plumbeo insigniri pracepi, ut sanè monasteria, qua superius adnotata sunt, cùm proprii juris magni primi Rogerii Comitis extiterint, suisque regalibus lege proprietatis, pertinerent, libera, & quieta suis privilegiis roborasse cognoscitur. Ego autem jam sapè nominatus Messana humilis Episcopus ipsa eadem auctoritate prafata Ecclesia S. Nicolai, sicut in superiori pagina sancitum est, quantum mihi, jurique Episcopali pertinet; concedo, confirmo, corroboro subscriptorum testium testimoniis.*

✠ *Ego Hugo Messanensis Episcopus confirmavi, & subcripsi.*

✠ *Ego Vuillelmus Rhegynus Archiepiscopus.*

✠ *Ego M. Catanensis Episcopus.*

✠ *Ego Joannes Liparensis Abbas.*

✠ *Ego G. Prior Balnearia.*

✠ *Ego Joannes Prior Catania.*

✠ *Ego Gocelenus Prior Liparensis.*

✠ *Ego Thomas Messanensis Cantor.*

✠ *Ego P. Trainensis Archidiaconus.*

✠ *Ego Eribertus Rhegynensis Cantor.*

✠ *Ego G. Messanensis Canonicus.*

Hujus sanè diplomatis autographum in tab. Archiep. Messan. & Monast. Archim. legitur: ex quibus exaratum ab Octav. Cajet. („ postea „ editum in tom. 2. SS. Sicul. in animad. f. 50.) assentientibus, (ut refert Inchofer cap. 29. de lit. B. Mariæ fol. 192. 194. & 198.) Patribus Messanæ urbis Juratis: exscriptum in libris Reg. Monarch. fol. 604. Prælat. Regni Siciliæ, & Secretarii Antonii Monachi apud Regiam Cancellariam an. 1471. 6. ind. fol. 2. Ejus meminere Sixtus PP. IV. & Rex Alphonsus litteris à se datis in Tributina Civitate Kalendis Martii 1447. in lib. Monar. f. 541. illo scilicet in diplomate, quod ad annum 1471. integrè afferemus. Eodem præterea utitur Albertus Piccolus in suo de antiquo Jure Eccles. Messan. libello f. 77.

[a] nunc Gangia ..., ... seu ... Zotigiatis Casale.

A sed quàm malis artibus Hugonem non Episcopum, sed Archiepiscopum appellitet, satis ostendimus in nostra Not. Mess. ad an. 1131.

II. FR. LUCAS Abbas, & primus Archimandrita ord. Basiliensis è Rossanensi[a], cui præerat in Brutiis cœnobio[b], unà cum aliis ejusdem familiæ alumnis à Rogerio Rege accitus, Archimandritalem gubernationem suscepit. Cujus porrò viri singularem probitatem, vitæ religiosæ à prima ætate arreptum B iter, rerum humanarum contemptum, cœlestium studium, & meditationem integræ Rogerii ejusdem litteræ commendant; quibus plurima cùm in Sicilia, tum etiam in Calabria in D. Salvatoris templum collata donaria, ac largitiones explicantur.

Habes ista in sequenti Rogerii diplomate Græcè conscripto, quod Constantinus Lascaris latinitate donavit, & Fr. Leontius de Chrysafiis Archimandrita in tabulis Antonii Saccaratis Messanensis exscribendum curavit anno 1472. die 7. Octobr. 6. Ind. in libris tamen Præl. C f. 412. Monarch. fol. 100. & Capibrevii f. 203. aliqua verborum immutatione nullo dispendio veritatis aliter interpretatum, desumptum est ex tabulis Archim. & Archiepis. Messan. Id typis dandum sategit Theodorus de Judice totius ordin. Basiliensis Generalis Abbas teste Sylvestro Maurolyco in suo mari magno religionum fol. 64.

ROGERIUS in Cristo Deo fidelis, potensque Rex, & Christianorum adjutor. Quantum beatus pater noster in tota ferè vita sua pro Insula D *Sicilia laboravit, ac quanta gessit Dei virtute, noctes totas vigilans proficiendo nequaquam dans requiem totaliter corpori, ut Insulam, & ejus habitatores*[c] *Christianos ab amara impiorum Agarenorum tyrannide liberaret, quorum malicia in Calabria pracipue participabat vicina existens Sicilia, & ut iniquam, & horribilem illorum fidem longè ejiceret, Christianorum verò immaculatam, & veram fidem huic rursus restitueret; quatenus quemadmodum priùs liberè agerent, & Deum, & Jesum Christum pracolerent, notum est omnibus* E *hominibus ad quos fama pervenit, qua etiam illorum, qui à longe sunt, aures implevit; scilicet ille quidem pro Christo, & christiano populo usque ad extremum spiritum strenuè laboravit. Ecclesias multas, & maximas in pluribus locis adificans, & terram non paucam ad constitutionem divinarum ecclesiarum, & sacrorum monasteriorum adificationem illi dividens, qui petierunt, & libenter distribuens ad beata tabernacula accessit, Deo cum Angelis gaudens divino lumine decoratus. Quoniam verò in prasenti plura quidem in* F *Sicilia constituta sunt monasteria, non pauca verò & in Calabria sunt adificata, in quibus monachorum angelica, & cælestis vita maximè, egregieque processit, gratum duxit hoc opus nostra tranquillitas, quamobrem in sacrorum monasteriorum constitutionem; & qui habitabant in eis religiosos Monachos convenientem curam intendit: novit enim diligenter divinum nostrum regimen, quoniam ejus, qua apud Deum est fidelitas cùm in aliis tamen maximè constat in sacrarum donorum constitutione, & divinorum monasteriorum adificatione,*

Anno Christi. 1131.

[a] Rossanum C. Archiepiscopus suffraganeis tamen caret, in quam ex ... & nunc diruta urbe Thurio translatam sedem scribit Barrius de antiq. Cal. l. 5. additque suo ævo latinum factam, omisso, quem antea in sacris profitebatur Græco ritu. [b] B. Virginis addicto à Guil. Apuliæ Duce, qui illud non longè à Civitatum Cotiriano ædificandum locavit.

1134.

[c] Sub imperio Saracenico pressi Christiani in Sicilia.

Anno Christi. 1134.

catione, tali enim modo magis divinum propitiatorium meremur, & immaculata fides nostra confirmatur, & virtutum flores procedunt in monasterio; quemadmodum quæ in pomeriis conservata sunt. Quoniam verò providit nostrum regimen utile non esse sine capite ista relinquere, neque etiam in multa principia discindere; illud enim quod non habet principium, confusum est, secundum Divinum Gregorium, & quod multa habet principia litigiosum; hoc itaque bene considerans pacificum regimen nostrum; hinc quidem propter ferventem fidem, quam Deo habemus, qui & coronam nobis largitus est; hinc verò propter subjectorum humilitatem erexit, & ædificavit templum, divinam Ecclesiam à fundamentis [a] *in lingua,* [b] *quæ est in Portu Messanæ in nomine Magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, & ad convenientem decorem, & magnitudinem provexit, efferens locum, & terras, sicut incipiunt ab extremo dicti portus usque per totum pratum Sancti Hyacinthi, ubi solitum erat sepelire Saracenos* [c]*, prout mare concludit ab Oriente, & Occidente, Septentrione, & Meridie; fines habet tenimentum Messanæ, & Sancti prædicti Hyacinthi, & in eisdem terris, & loco, ubi optimum videtur eidem monasterio. Damus, & concedimus etiam ex puro nostro consensu ipsi sanctissimo monasterio, ut faciat sibi salinas ad opus ipsius divini templi, & omnium existentium, & in eo manentium intuitu Dei, & salutis animæ nostræ & cum juribus, & pertinentiis ad ipsasmet terras spectantibus, quatenus in eo memoria, & oratio pro beatis genitoribus nostris, & Regno nostro, & filiis nostris, & omni exercitu indeficienter fiant; & mandram virorum religiosorum in eo constituimus, & monachos congregavimus, & religiosos ex toto dispositos Deo, ut credimus, & oramus; nullius quidem alterius curam habentes, nisi divinorum hymnorum, & orationum, & ejus familiaritatis; nec non & Prælatum eis, & Abbatem constituimus illum, qui novo monasterio Dei genitricis, quod in Rossano Abbas extiterat honestissimum monachum Lucam virum sapientem quidem in divinis rebus, & valde probum, sicut ille educatus est à juventute in eis, & ex mollibus unguibus monasticam vitam sequutus, & cum præ multis aliis emendans & tempore, & peritia maximè circa divinorum monasteriorum constitutionem valde factum peritissimum; Igitur talem virum cognoscens tranquillitas nostra Archimandritam cum omnium, quæ inferiùs nominabuntur monasteriorum, & grangiarum in Sicilia, & Calabria præposuit, & quædam minorum monasteriorum donat, & attribuit huic nostro sacro Salvatoris monasterio, quæ debent computari, & esse etiam obedientiæ, eique subjici, & tractari, & ordinari à Prioribus, quos Archimandrita in eis elegerit, sicut & posterioribus videbitur Archimandritis esse utile* [d]*. Sunt autem in Sicilia hæc quidem: Sanctus Leo apud Messanam, & in Diœcesi Messana cum pertinentiis suis, Sanctus Stephanus apud Messanam, Sanctus Nicolaus de Isa, Sanctus Johannes de Ysgiro, Sanctus Nicolaus de Pellera, Sanctus Mercurius Trayna, Sanctus Nicander de Sancto Nico* [e]*; S. Barbarus de Demenna* [f]*, Sanctus Petrus de Deca, S. Elias de Scala Olivetri, S. Jacobus*

A *de Calò. S. Dei Genitrix de Mallimachi, S. Petrus Latiflumlnis, S. Venera de Vanellis* [g]*; S. Theodori* [h] *Linguę Milatii, S. Anna de S. Nicolao Montisfortis cum omnibus juribus eorum, & cum omnibus terris, & vineis, & pertinentiis eorum; S. Nicolaus Calamachi, videlicet quæ est in territorio Centorbis in jurisdictione Ecclesiæ Catanensis cum suis pertinentiis, & jurisdictionibus.*

In Calabria [a] *verò S. Pancratius de Briatico, S. Anargirius de Rosano, S. Nicolaus de Drosia,* B *Dei genitrix Maria dicta de Palearii, S. Theodorus de Nicotera; & hæc sunt in Jurisdictione Ecclesiæ Militensis cum juribus, & pertinentiis, & jurisdictionibus eorum* (alibi lego *S. Vitus cum terris, & Molendinis*) *S. Jerusalem in Cathona in jurisdictione Ecclesiæ Rhegii. Ista igitur sunt apud Calabriam Obedientiæ. Quædam verò reliquit nostra tranquillitas manere sicut priùs, & in capite monasteria, & per se ipsa dominantia; & ut ab illis, qui Abbates in eis constituuntur, & tractantur secundum placitum eorum convenienter,* C *& ut Deo sit gratum. Et hæc sunt in Sicilia quidem S. Nicander apud Messanam, in Diœc. Messana Salvator presbyteri Scholarii* [i]*. S. Dei Genitrix de Massa, S. Stephanus apud Mess. S. Petrus de Itala* [k]*. S. Petrus de Agrò, S. Salvator de Placa, S. Elias de Ambula* [l]*, S. Basilius* [m]*, S. Philippus de Demenna, S. Archangelus de Brolo, S. Dei Genetrix de Gala, S. Gregorius de Gypso. In Calabria verò S. Elias novus, S. Philaretus, S. Joannes de Laura in jurisdictione Ecclesiæ Mileti, S. Pancratius de Stella in juris-* D *dictione Ecclesiæ Rhegii* [n]*. Quamvis autem illi, qui in præscriptis omnibus Capitaneis Monasteriis Abbates per seipsos debeant ea, quæ sunt monasteriorum eorum tractare, attamen non propter hoc ille, qui Prælatus est in præfato monasterio nostro in honorem Archimandritalem provectus, & qui post eum Prælati, & Archimandritæ in ipso monasterio extiterint, prohibebuntur inquirere secundum divinos, & sacros Canones, criminales quascunque vel pecuniarias quæstiones, quàm in his principalibus in quolibet, & contra* E *quemlibet eorum, qui sunt in eis, monachorum, vel Prælatorum. Data est enim Archimandritæ potestas canonicè, & justè inquirere omnia, Deo prospiciente, & secundum divinum placitum, & sacrorum Canonum continentiam ea judicare, ac Abbates instituere in eis consilio, & consensu monachorum, qui sunt in eis, & removere illos Abbates, qui quolibet modo indigni reperiuntur, ac alios loco istorum (sicut dictum est) instituere; istam igitur solam potestatem qui pro tempore erunt Archimandritæ monasterii Salvatoris no-* F *stri debent habere in præscriptis Capitaneis Monasteriis in Sicilia, & in Calabria. Necesse verò est, ut Prælati istorum Capitaneorum Monasteriorum quando Dominica festivitas fuerit, & vocabuntur ab Archimandrita, accedere, & congregari in isto nostro sacro monasterio Salvatoris, & divinam congregationem convenienter adimplere, sic ergo curam agentes de constitutione divinorum monasteriorum, & propter hoc Salvatoris monasterium (sicut dictum est) ædificantes, & monachos in eo congregantes, & Prælatum eligen-*

Margin notes:

[a] Rex absterisse, & ædificasse à fundamentis templum.
[b] Saraceni in prato S. Hyacinthi Mess. sepeliebantur.
[c] Bona data Archimandritatui.
[d] Magni Monasterii Grangiæ in Sicilia permissu Hugonis Episcop. Mess. an. 1131.
[e] Nico. [f] De Demenna.
[g] In aliis schedis in f. S. Parasceve de vanellis.
[h] Ibidem S. Theodori linguæ Phari Mess.
Monasteria in Calabria.
[a] Hoc privileg. impressum Messanæ apud Petrum Breæ anno 1597.
Monasteria in Sicilia.
[i] In aliom f. legitur S. Philippus de Mess. [k] De Gitala
[l] De Embola [m] S. Blasius
[n] In alio m. f. præterea S. Fantinus de Scillo.
Archimandritæ facultas, & authoritas in Priores.
Abbates tenentur in Ecclesia Archiman. convenire inde ad an. 1540. infra.

Anno Christi 1134.

eligentes, & Archimandritam constituentes, ac tales possessiones, & donationes, & futuros ipsius monasterii Prælatos omnes volentes esse, & nominari Archimandritas, & præscriptam ipsos habere potestatem in Capitaneis Monasteriis disponentes. Curæ nobis fuit de indigentia corporali monachorum, qui in hoc Salvatoris Monasterio sunt, quatenus regalem, copiosamque in omnibus, & indeficientem abundantem corporalem eorum provisionem habentes, sine offendiculo perseverent in divinis hymnis, & orationibus, & sine impedimento divina, & religiosa opera facient; ideo cum prædictis rebus donamus prædicto monasterio Salvatoris Agrum, qui est apud Messanam in Jurisdictione Ecclesiæ Messanensis cum omnibus terris, & omni Jure, ac possessionibus & tota pertinentia, & tenimento, ejus nemoribus, glandinibus, vineis, molendinis, aquis, & exitibus aquarum, & reliquis à semetipsis operibus, sicut à Potentia nostra dominabatur, cum ipsis Agri habitatoribus, & hominibus teneri, possideri semper, & in perpetuum. Offerimus autem ipsi Monasterio Salvatoris Tenimentum Salicis, quod est in Jurisdictione Messanensis Ecclesiæ, & S. Stephanum novum, qui est in dicto tenimento Salicis, & terras Cammararias, ac terras Placzaviæ cum Juribus, & Jurisdictionibus circumtenentibus, ac terris, vineis, & ipsis operibus suis. Damus etiam, & offerimus ipsi monasterio S. Salvatoris Sanctum Gregorium de Trocculis [c] in Provincia Xaccæ jurisdictionis Agrigentinæ Ecclesiæ totaliter, & integritaliter cum universis pertinentiis suis, tenimento, vineis, & possessionibus, ac molendinis, aquis, & cursibus, & exitibus aquarum, & villanis etiam Agarenorum, ac Christianorum, qui in eis manent. In nemoribus tantum, quæ ibi sunt, & in omnibus nemoribus Siciliæ, & Calabriæ habeant licentiam Monachi omnia eorum animalia sine prohibitione pascere, & nil pro pascuali animalium suorum vel decimas, aut qualibet alia caussa à quolibet omnium hominum requisiti, omnino aut damnum patientes quolibet modo; aliud verò jus non habebunt in his nemoribus; in omnibus etiam hyemalibus, & pascualibus locis sine impedimento animalia eorum pascant. Etiam offerimus ipsi monasterio Salvatoris vineam Burelli, etiam viridarium Valloni [b] Hebræi, quod olim dominabatur à beatæ memoriæ matris nostræ potentia, positum in loco Messanæ. Et ipsum Archimandritam ipsius monasterii Salvatoris perpetuò confirmamus, & volumus habere dominationem, & propriam potestatem in omnibus dictis monasteriis, & grangiis subjectis, ac Abbatibus, & monachis, & hominibus omnibus, clericis, & laicis eorum subjectis eisdem Capitaneis monasteriis tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, & diligenter examinare, & rectè judicare, & ad finem caussas perducere, sicut pater Archimandrita judicaverit, ipse autem Archimandrita, & successores ejus non judicentur ab aliqua persona, neque alicui respondeant, nisi nostræ soli Celsitudini, & successoribus nostris. Hoc tantum nostra potentia reservamus: in omnibus monasteriis & Grangiis, Abbat. pro nostra tranquillitate etiam in dicto monasterio Salvatoris, proditionis [*] peccata, & homicidium. Hæc omnia prædicta confirmamus, & ratificamus ipsi monasterio Salvatoris pro salute animarum nostrarum, & genitorum nostrorum habenda, & possidenda, ut superius dictum est, & continetur usque ad seculorum finem, & absque impedimento Regni nostri, & hæredum, & successorum nostrorum dantes, & concedentes ipsi monasterio Salvatoris potestatem habendi, & dominandi, ut antea diximus, in pace, & libertate Episcoporum, Archiepiscoporum, & totius Sacri Collegii, & etiam Straticotorum, & omnium aliorum nostrorum officialium, & intentione alicujus, vel decimarum Diœcesis Archiepiscoporum, vel Episcoporum usque ad unum obolum, nulla contrarietate alicujus communis Ecclesiasticæ Justitiæ, seu alicujus obstantis ex gratia nostra. Et volumus & mandamus, quod Archiepiscopus [e] Messanæ, & successores ejus habeant ab ipso monasterio anno quolibet à quolibet Archimandrita, qui pro tempore fuerit, & successoribus ejus rationem census viginti solidos, ceræ libras centum, thuris libras centum, cados olei viginti secundum concordiam, & formam nostram, & dicti Archiepiscopi Messanæ factam Bulla plumbea ipsius Archiepiscopi ad confirmationem dicti nostri Monasterii, quam nostra Potentia recepit. Præterea donamus dicto monasterio equas quinquaginta, equos parvos [*], & magnos decem, oves ter mille, capras fœmininas ducentas, quinquaginta vaccas, trecentos boves, laborantes quinquaginta, porcos octingentos, asinos duodecim, servos decem. Habeant verò Monachi dextoriam [d] unam liberam dominino, & in perpetuum; & habeant licentiam sine impedimento, ac damno, & sine aliqua molestia mittere in Africam frumenti salmas ducentas ad emendum oleum, & reliqua necessaria eis, quæ in Africa sunt, nec etiam in reductione talium specierum damnentur; quod ab aliquo transfretari debet, quod apud Messanam est passagium cum propriis navibus sine prohibitione illinc [e] huc transfretari, & subjugalia eorum, & alia omnia pertinentia eis, aut obedientiis eorum, omnes species, & res pertinentes Monasterio, & obedientiis, cujus illinc delata huc in obedientias omnes mitti sine damno, & onere requisito caussa translationis à quolibet portulanorum, & eorum, quibus maris officium concessum est. Ille verò, qui ausus fuerit quantumlibet præterire privilegium istud, iram nostræ potentiæ incurrat. Quapropter & præsens Aurobolum [f], privilegium regium à nostra Celsitudine confirmatum. Datum est Messanæ mense Februario sub Indictione xii. anno mundi 6642. In subscriptione,

Rogerius in Christo fidelis, fortis, & Christianorum adjutor.

(„ Extat & apud Cajet. t. c. SS. Sicul. in „ animad. f. 53. at aliquantulum diversum.)

Ex alio privilegio dato Messanæ apud tabulas Archimandritatus eodem anno mundi 6642. mense Majo Ind. xii. scripto hæc accepi.

Quoniam templum S. Salvatoris in Lingua Phari Messanæ [*] ab ipsis ereximus fundamentis [*], & Archimandritam Dominum Lucam religiosissimum instituimus virum, & in divinis sapientissimum & valde expertum, ut per eum multi eximantur de retibus dæmonis, & offerantur Sal-

Donat Agrum apud Messanam

Tenimentum Salicis.

c S. Gregorius de Trocculis vide lib. nostro 3. not. 3.

b Alibi Zi...

Jurisdictio Archimandritæ.

Regiæ Jurisdictioni subjicit.

* Procul dubio proditionis.

Anno Christi 1134.

e An. 1130 Episcopus, tunc an. 1131 Archiepiscop. Messanæ ab Antipapa Anacleto.

* Alibi equitaturas masculinas parvas.

d In m. s. tripodium unum liberum.

e Ibi s. illinc transfretari hinc.

f Chrysobolum ibidem.

Concessio curiæ Archimand. a R. Rogerio.

* Alibi additur (valde decorum)

* Sicut in priori privilegio nostro cum bullatum continetur.

Anno Christi 1134.

Salvatori Deo, & Regi omnium, & quidquid de monachali vita erroneum fuerit prout divinus Canon requirit, & Deo amicum est, illud ab eo per correptionem debitam reficiatur. Proinde ei, & successoribus ejus propriam Dominicalem, & authenticam Curiam habere concessimus in omnibus monasteriis, & obedientiis, quæ sub eo sunt. Abbates, & Monachi, & omnes homines eorum, ut spiritualia eorum, & sæcularia per eum diligenter examinentur, & judicentur. Ipse autem, & successores ejus non judicentur à quoque, nec aliquod responsum alicui faciant, nisi soli Majestati nostræ, & hæredibus, & successoribus Celsitudinis nostræ. Ad hæc ei, & successoribus ejus concessimus ista, ut in tenimento obedientiæ ejusdem Monasterii Salicis potestatem habeant Monachi ipsius Monasterii terram facere, & quemcumque colligere, & in ea homines habitare, & esse ipsos homines in monasterio semper servientes, & operantes ea, quæ ei congruant, & à nemine exterorum perturbentur, vel impediantur in aliquo. Similiter concessimus, ut propria animalia Abbatiæ pascantur à principio, Insulæ, videlicet à Pharo usque ad partes Maniachi ad locum, qui dicitur Simantarion, & ut mandræ fiant ibi liberæ, & ab omni persona inimpeditæ. Similiter & ex alia parte usque ad partes Mascbalæ, & Jachi, & ut ab ipsis ambabus partibus ligna incidant sine detentione quot, & qualia necessaria fuerint magno Monasterio pro obedientiis, vineis suis. Eandem potestatem, & eadem pascua concedimus Abbatiam habere & in obedientiis suis de Calabria. In Civitate verò Messanæ statuimus habere de proventibus portus ad illuminationem divini templi, & escam fratrum monasterii olei metras annuatim octuaginta, donec fiant monasterio oliveta, & cum de fructibus eorum proventus facti fuerint, prædictum oleum cessare jubemus; similiter monasterio dari jubemus de proventibus portus Messanæ pro vestitu fratrum, tarenorum tria millia principio Augusti xii. Ind. donec deliberabimus ei dare terram in Sicilia, vel in Calabria. Volumus etiam habere de Tonnara Milatii quolibet anno tunnina barrilia quinquaginta, & de Salina Phari salmas salis centum. Donamus etiam magnum Pantanum, quod ibi est, & terras, quæ in eo continentur: quæ sunt à mari juxta septentrionem, & quæ à latere juxta meridiem videntur. Concedimus super his, ut potestatem habeant monachi ejusdem Abbatiæ in ipsis partibus Phari, & Messanæ, & in aliis facere calcarias sine detentione. Volumus etiam, ut habeant de vineis Messanæ annis singulis in tempore vindemiarum musti puri quartararum magnarum quatuor millia, & hoc donec vineæ Abbatiæ plantatæ crescunt, & cum vinum facere incipiant cessent &c. addens graves pœnas transgressoribus, præcipiensque omnibus administris, ut auxilium semper præbeant ipsi venerabili, & magno Archimandritæ Lucæ, & ejus successoribus. Anno mundi 6645. salutis 1137. Mense Martio Indict. xiv. ex alio diplomate sic loquitur Rex.

Potestas faciendi oppidum in Salice.

Concessio feudi S. Basilii in agro Leontino.

Magnus Archimandrita magni monasterii.

R*OGERIUS, &c. Deo observante nostrum tranquillum Regnum credentes, & attendentes super reverentiam, & religiositatem Sanctissimi Domini Lucæ Magni Archimandritæ magni monasterii nostri S. Salvatoris Punctæ Messanæ concedimus*, inter cætera, *feudum S. Basilii de Flumine Frigido in territorio Leontini.*

Anno Christi 1137.

Spectatur integrum autographum in Tabulis Archimandritatus, exscriptum in lite inter Lucam de Busalis Archimandritam, & Baronem illius feudi an. 1435. 14. Ind. in arch. Reg. Monar.

Invenitur in tab. Archim. & aliud autograghum caracteribus græcis scriptum in carta membrana, quod nostris ferè temporibus in latinum transtulit Leonardus Patè vir eruditissimus, & in græcis litteris peritissimus, iis sanè verbis conceptum.

L*UCAS Monachus, & magnus Archimandrita. Siquis aliquid auro, gemmisque conspicuum vas alterius sibi donatum liberalitate, quod momentaneam pareret delectationē, exiguamque afferret utilitatem, nisi & ipse benignè responderet, ingrati meritò animi notam subiret. Nos qui tantarum rerum copiam nacti sumus, quarum aspectu non mediocriter quidem recreamur, ac etiam contactu mirum in modum juvamur, quæ sanè non solùm corporibus utilitatem, verùm etiam animis salutem conciliant, nisi earum largitioni quà possumus animi significatione par referamus, quæ fieri posset, ut omnino culpam effugeremus, neque ab eo ingratæ mentis accusaremur. Hæc scientes æquum censuimus, secundum spiritum dilecto nobis, & probo filio, & fratri Donno Stephano sacras reliquias sacro huic, conspicuoque monasterio Salvatoris largienti nempe Sanctiss. MM. Cosmæ quidem humerum, Damiani verò capitis cervicem, Sancti verò Pantaleonis unam de Costis, & Sancti Stephani Junioris humerum, Caput quoque S. Theraphontis, nec non & ejusdem submentum, ad hæc & aliquid reliquiarum Sancti M. Theodori: hæc sanè omnia ad hujus sacri monasterii custodiam offerenti, & ad visibilium, & invisibilium hostium ejus fugam, ad stabilimentum, & confirmationem fortissimi, & pii nostri Regis Rogerii, atque inclytorum ejus filiorum & tandem ad ejusdem largitoris, ejusque parentum, & omnium Christianorum salutem, & peccatorum absolutionem; hæc (inquam) liberè donanti æquum censuimus nos etiam pro magnis & pretiosis muneribus parvas aliquas, tenuesque res conferre quanam autem illæ: oves centum, vaccas campestres duas, boves quatuor, quorum duo experere jugum, frumenti mensuras decem, vini cados quinquaginta; & ad hæc omnia territorium in contrata Salicis, sic circumscriptum limitibus; incipit à fonte Crysa, & descendit per cristam Sparræ, & exiit ad puteum juxta confinia S. Joannis, quæ confinia versum Orientem extenduntur usque ad vallem, ascenduntque eadem S. Joannis confinia & montis cacumen pertingunt, unde descendit ad torrentis fontem, qui exit ad flumen, defluitque ad flumen usque ad radices Castellacii, inde ascendit, & transit ad fontem Crysa, à quo fecimus initium, & clauditur. Concessimus etiam eidem prædium Vallis tale, quale est; hæc autem illi dedimus, ut per totum suæ vitæ tempus eorum sit dominus absolutus, eisque omnibus utatur, & ad proprium usum convertat, utque eodem in loco Ecclesiam constituat [a], & domos, vineam plantet, & viridaria nutriat etiam, quidquid ei beneplacitum & utile visum fuerit, exequa-*

Concessio aliquarum reliquiarum SS. monasterio, pro quibus danti contribuuntur quædam bona.

a Ecclesia constituta est sub titulo S. Stephani ut infra an. 1171.

Anno Christi. 1141.

exequatur. Nolumus autem licere ea vendere, vel aliquid alienare, vel (ut ajunt) in membra dividere, neque per ejus vita tempus nobis liceat illi molestiam inferre, nisi aliqua justa caussa emerserit. Post ejus autem obitum tam sese moventia omnia, quàm immobilia redire volumus ad hoc Magnum Monasterium Salvatoris; solùm fas illi sit mortis sua tempore mobilium, qua possidebat, aliquam partem pro sua anima salute, prout voluerit, concedere, reliqua verò (ut dictum est) monasterio acquirantur. Volumus etiam illi licere omnia sua armenta ad pascua ducere per universum territorium Salicis, quod monasterii nemine obstante, contradicente; aut in hoc ei liceat interrogare. Hac ita facta, rata, & firma sunt scripta manu humilis monachi Joannichii mense Feb. 4. ann. 6649. Dedit etiam inter cætera libros quatuor, evangeliorum unũ, Hexaemeri duos, chronicarũ unum.

Anno verò mundi eodem 6649. sal. 1141. Mense Junii Ind. 4. in suo diplomate sic loquitur Rex. *Rogerius circumcirca euntes per Insulam Siciliæ obviasti nobis tu nostri magni & spectabilis monasterii S. Salvatoris Messanæ honorabilis Archimandrita Lucas nobis existentibus in loco dicto Xiacca ostendens nobis per manus tuas sigilla S. Georgii de Trocculi Monasterii, qua in dicto bona mem. noster genitor fecit in anno, ut in ipsis sigillis scribitur, 6606. sal. 1098. &c. Unde inter alia & in Xiacca ædificavit SS. Martyris Georgii Ecclesiam, ipsumque monasterium ordinavit ad memoriam animarum illorum Christianorum, qui inibi occisi sunt, & mortui fuerunt; dedit ipsi monasterio terras sufficientes distinctas in certis limitibus, & finibus &c.* quæ describuntur in privilegio apud Tab. Archim. fol. 197.

1144.

Ann. 1144. Mense Junio 6. Indict. Lucas Archim. hic in agro dicto Psciero juxta Malcalum molendinum exædificare voluit, quòd ibi templum S. Joannis de Psciero juris suæ ecclesiæ esse coram Rege Rogerio contendebat, obstabat Joannes, seu Julianus electus Catanensis, qui amicis intercedentibus & molendinum extruendi, & tractum terrarum concessit: nos in Not. Cat. eo. anno fol. 23. & in tab. Archim. fol. 171.

Ex alio diplomate scripto anno mundi 6653. salutis verò 1145. mense Novembr. ind. 8. hæc haurimus.

1145.

a Autograph. in tabulario. Archim. f. 30.

Accessisti, ait Rex[a], *coram nobis tu venerabilis Archimandrita Lucas, ostendisti privilegium à Regno nostro indultum anno 6623. salutis 1115. in quo datur terra in Ecclesia S. Canonis sita in flumine Mauri, & privilegium à Regno nostro indultum, & à matre nostra anno 6618. salutis 1110. donationis terra, & vinea in ecclesia Sancta Hierusalem, sita in tenimento Mesa*[*]. *Et aliud privilegium de oleo, & vino, & vestitu fratrum de introitu dohana Messana.*[b] *Unde tu venerabilis Archimandrita impeditus à Bajulis, & aggravatus super iis, supplicasti adimpleri promissionem in dicto privilegio. Nos igitur donamus monasterio S. Salvatoris de Acroterio Messana propter supradicta, in Calabria nostram terram de Tucchiis perpetuò habendam, & possidendam cum dominio, & potestate, ut à Regno nostro possidebatur, & cum omnibus pertinentiis, & rationibus suis, in nemoribus, vineis, molendinis, terris, Villanis, pa-*

* forte Messanæ.

b In Calabria pro aliquibus bonis datis an. 1110. 1115. datur oppidum Tucchii.

Anno Christi 1145.

A *scuis, consuetudinibus aquarum, fructibus, & rationibus maris &c.* Ejusdem oppidi Tucchii in Calabria meminit idem Rex in alio diplomate dato mense majo Ind. 14. anno mundi 6659. sal. 1151. in quo *Concedimus*[c], inquit, *Monasterio S. Salvatoris de Acroterio Messana, & per eum tibi venerabili Fr. Luca Archimandrita, & successoribus omnia judicia Ittioliorum, Burgensium, Baronum, & aliorum omnium in Terra Tucchii habitantium, ut judicentur coram Bajulis Ecclesia tua, &c.*

c In tab. Archimand. f. 5.

B Luca eodem petente describuntur fines omnium prædiorum Archimandritatus; ut ex sequenti constat diplomate.

Descriptio confinium totius Archimandritatus.

d Ex privil. in Tab. S. Salvat. Messanæ.

REX ROGERIUS, &c.[d] *Mense Octobris Ind. 8. Commorantibus nobis Messana, venit Lucas vener. Archimandrita S. Salvatoris petens, ut à nobis eidem datis locis, & possessionibus fines, quòd à quibusdam foristeriis, & bajulis molestarentur praciperemus distinctiùs declarari; quam petitionem scientes justam esse, earumdem possessionum terminos scribi pracepimus. In primis locus,* C *in quo ædificatum est ipsum monasterium usque ad nostrum Tarsanatum, excepto pauco loco, in quo fundata est Ecclesia S. Hyacynti, qua est Catanensis Ecclesia*[e], *Obedientia S. Stephani de Bricula terminatio est, incipit à novo molendino, quod est in flumine Casalis de Rips, & descendit cum ipso flumine & dat in flumen Sancti Stephani ad magnam rupem, & inde ascendit ad Castellum Calacerii Bisconti, & inde ad Crateram, & à capite fluminis S. Stephani descendit super S. Zaccariam. Obedientia S. Joannis de Psychro, inde verò est sicut* D *ascendit flumen à mari ad lapidem nigrum, & inde ad vallem Castillucii; & inde ad viam Linguagrossa, & ad pedem Ætna, & ad rubrum montem, & per mare ad S. Mariam de flumine frigido, unde incœpit Obedientia S. Nicolai de Pellera &c. Habet verò ipsa Obedientia de Pellera Ecclesiam S. Andrea de Mazzara, & S. Nicolaum de Lapide cum terris incultis mediorum duodecim, molendinum, & barchalorium in flumine Caltuvalii, in tenimentum Maniaci. Obedientia S. Barbari de Demenna terminatio est, sicut ascen-* E *dit rivus ipsius Ecclesia, & dat super montem Andraam, & inde ad caput alterius rivi adversus Septentrionem, & ascendit ipse rivus, & cum alio conjungitur subtus Ecclesiam. Obedientia S. Anna de Monteforte terminatio est; incipit à monte ipsius Ecclesia, sicut ascendit via in Castellum montis fortis cum nemore, & terris, & ascendit in nemus S. Protomartyris Stephani, descendendo cum flumine, & ascendit in verticem magni montis; habet ipsa Obedientia & Ecclesiam S. Nicolai de monteforte cum suis tenimentis. Obedientia Salicis terminatio est, incipit à mari versus occiden-* F *tem, & versus Austrum ad flumen Limina, deinde ad antiquam viam de Gypso, & per viam Gypsi super S. Andream usque ad scalam Massa, & descendit cum rivo ad flumen Salicis, & cum flumine ad mare; cum ipsis donamus ipsi magna mansioni, in tenimento Rametta locum pascua, & paucas terras sic terminatas; incipiunt à Moncello versus Orientem, & inde ad crystam de Psychro &c. Hac omnia pracipimus esse omnino libera ab omni persona Ecclesiastica, & saculari, ab omni angaria, & pe-*

e Ubi fundaverat Rex monasterium, est locus in quo erat Ecclesia S. Hiacynti mart. juris Eccl. Catan.

Anno Christi, 1147.

& perangaria, ædificiis castrorum, & Castellorum, & exactione lignorum, & omni datione. Anno mundi 6653. in subscriptione, *Rogerius in Christo Deo bene fidelis, potens Rex, & Christianorum adiutor.* Extat & aliud privilegium, ita.

ROGERIUS REX, &c. *Tibi Luca Vener. Archimandrita S. Salvatoris de Acroterio Messanæ mense Aprili x. ind. anno 6655. Quoniam opus fuit nostræ magnificentiæ facere Philopatum prope Messanam, accepimus de possessionibus obedientiæ tuæ, quæ subest monasterio S. Salvatoris, videlicet terras S. Leonis, in quibus factum est Philopatum, & pro his aedimus monasterio excambium terras apud Cammaras specificatis terminis, molendinum apud flumen S. Philippi Macrarii, aquam rivi S. Leonis ad irrigandos hortos ejusdem monasterii, domos duas in ruga fabrorum conjunctas muro civitatis, extra portam S. Joannis locum pro domibus constituendis, licentiam faciendi molendinum in omnibus obedientiis suis, quæ donamus pro salute animarum nostrarum, & progenitorum nostrorum, ut libere, & perpetuò possideas &c.* Privilegium bulla plumbea munitum. [a]

Pro terris S. Leonis concedit terras apud Cammaras.

[a] In Archiv. Archim. f. 45. Privileg. Reg.

Anno 1167. Rex Guillelmus II. bona concedit & confirmat sequenti favorabili privilegio.

Guill. II. conceduntur nemora de Agrò.

IN nomine Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi Amen. *Vuillelmus divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, unà cum domina Margarita gloriosa Regina matre sua temporalia bona largitio perpetuat, & suo decori multiplici, & perenni compensatione rependitur, quod pauperum necessitatibus, & Dei Ecclesiarum usibus erogatur: hujus igitur tam piæ, tam magnificæ remunerationis intuitu, pro salute quoque, & remedio animæ quondam Regis Vuillelmi patris nostri, & aliorum prædecessorum parentum nostrorum felicis memoriæ, Ecclesiam S. Salvatoris de Lingua propè Messanam sitam nostra magnificentia respicientes intuitu, in parte, quæ ipsa est, nobis præsentibus dedicata concessimus, & velut in dotarium donavimus omnia nemora, & arbores terræ, quæ vocatur Agrò, quam terram sanctæ mem. Dominus quondam Rex Rogerius Avus noster eidem Ecclesiæ ab eo piè constructæ, & amplificis ditatæ beneficiis concesserat, prædictis arboribus tunc ad opus Curiæ nostræ retentis, jubemus igitur, ut & omnia nemora, & omnes arbores prænominatæ terræ tam ferentes grandes, quàm non ferentes, quæ jura divisa, & tenimenta ejusdem terræ continentur, liberè, & quietè teneant, absque ulla molestia, vel exactione Bajulorum, vel aliorum quorumlibet nostrorum fidelium, quam ipsi Ecclesiæ inferre, vel exigere non præsumant, Siquis autem contra hanc nostram concessionem, & præceptum facere præsumpserit, Culminis nostri validam non impunè sentiat indignationem. Ad hujus autem concessionis, & donationis nostræ memoriam, & perpetuam firmitatem præsens privilegium per manus Joannis nostri Notarii scribi, & bulla aurea nostro typario impressa jussimus roborari. Dat. Messanæ per manus Stephani Pan. Eccl. Electi, & Regni Cancell. Anno Dom. Incarn. 1167. Mense Martii Indict. 1. Regni verò Dom. Vuillel. Dei gratia mag. & gloriosissimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ 2. fæliciter. Amen.*

Anno Christi, 1175.

LUCAS magnus Archimandrita senectute gravis, & sanctitate clarus die 17. Februarii 1175. obdormivit in Domino, & honorificè in templo S. Joannis Baptistæ sub Altari majori juxta sepulchrum SS. MM. Placidi, & Sociorum sepelitur, & nostra tempestate circiter an. 1588. hæc inscripta sepulchro inventa sunt carmina græca, [b] post in latinum translata.

[b] Apud Sylvestr. Maur. in suo mar. Ocea. relig.

Hic Lucam inclytum Archimandritam.
Qui virtutibus splendidit luciferi instar
Multisque apparuit caussa salutis.
Et soli Deo vixit tempore toto.
Et corpus mortificavit ante mortem.
Abscondit urna tamquam solem nubes.
Tertio ante Kalendas Martii mensis.
Est autem dies Sabbathi hora verò tertia
Sex millibus præteritorum annorum.
Æqualibus centenariis numeratis.
Cum aliis octingenta octo.
Sed ò caput verax, & pater patrum
Nunc quippe, qui à Deo sine medio.
Trinitati & retributionem laborum recipiens
Memorare filiorum spiritualium dolorum.
Propitium numen reddens pro filiis tuis.

Ex hoc epitaphio habetur Lucam primum Archimandritam sepulturæ fuisse datum anno mundi 6688. salutis verò 1180. sed ex antiquis tabulis Monasterii, & iis, quæ dicemus ejus mortem in annum 1175. incidisse haurimus, fortasse error irrepsit annorum græcorum computatione.

III. FR. HONUPHRIUS Abbas III. & II. Archimandrita adlectus est, cui mox III. Alexander Pontifex bona suæ Ecclesiæ hoc diplomate confirmavit, [c] atque indultis amplissimis munivit,

[c] Autogr. in tabul. Arch. exscriptum in lib. Prælat. Sicul. f. 412. & in Bull. Mag. t. 1.

Alexander servus servorum Dei Honuphrio Archimandritæ Sancti Salvatoris Messanæ, ejusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Apostolicæ Sedis auctoritate, cui quamquam immeritò, providente Domino, præsidemus. Ea propter precibus carissimi filii nostri Guillelmi Siciliæ Regis illustris benignius inclinati, ac vestris postulationibus favore gratuito annuentes, præfatum monasterium in quo divino estis obsequio mancipati, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, & B. Basilii regulam, quæ in eodem monasterio antiquitùs instituta esse dignoscitur, perpetuis inde temporibus inviolabiliter servetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona, quascumque Obedientias, & Abbatias Rex Rogerius recolendæ memoriæ eidem monasterio concesserit, videlicet Ecclesiam S. Leonis de Messana, Eccl. S Stephani de Messana, Ecclesiam S. Nicolai de Ysa, Eccl. S. Joannis de Psychro, Eccl. S. Nicolai de Pellera, Eccl. S. Mercurii de Trayna, eccl. S. Nicolai de Canneto, eccl. S. Nicandri de S. Nicono, Ecclesi. S. Barbari de Demenna ecclesi. S. Petri de Deca, eccl. S. Eliæ de Scala Oliverii &c. quæ passim explicantur in privilegio Regis Rogerii, Bulla aurea communito, scripto mense Feb. 12. ind. anno mundi 6642. sal. 1134. quod integrum retulimus supra

Sub protectione Sedis Apostolicæ.

prà

Anno Christi 1175. pra f. 8. *Dat. Anagniæ per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi, & Notar. 12. Kal. Novemb. ind. 9. anno Incarnationis Dominicæ 1175. pontif. verò domini PP. Alex. III. anno 16.* & precibus Archimandritæ F. Leontii Chrisaphi sub Rege Joanne die 11. Decemb. 6. indict. 1472. in Regno executioni datur. („Bulla Alexandri integra „ exhibetur a Cajetano t. 2. SS. Sicul. in animad. „ fol. 56.)

1177. Anno 1177. Matthæus de Ayello genere nobilis Salernitanus pietate, & moribus clarus, Regis Guillelmi II. Cancellarius, ejusdem Regis permissu fit Monachus, seu (ut vocant) Oblatus Monasterii S. Salvatoris, eidemque ex diplomate mense Junio 10. indict. anno Regni Guillel. 12. concedit, elargitusque est *terras* (uti loquitur) *laboraticias ad tria pericla in Casali suo Callure* [a]. Id suo diplomate scripto in felici Urbe Panormo eodem anno, & mense confirmavit Rex [b]. („ De Matthæo plura diximus in Monumentis Sacræ Domus Mansion. „ Panor. c. 1. fol. 1.)

a In tab. Archiman. f. 62. & 61.

b Ibidem fol. 63.

Per hæc tempora Archimandritale templum sacro oleo unctum fuisse ostendunt publicæ Regis Guill. II. litteræ; inquit enim Rex.

c Ibid. f. 81.

Templi Archimandritatus consecratio. Nemora de Agrò dantur.

Cùm [c] *essemus Messanæ cum matre Regina Margarita beatæ memoriæ, Honuphrio Archimandritæ Monasterii Sancti Salvatoris coram nobis accersito, præcepimus, ut Ecclesiam S. Salvatoris faciat consecrari, hoc prompto animo facto, supplicasti nobis, ut donaremus dotem Ecclesiæ consecratæ. Nos preces admittentes donavimus præfato monasterio tota nemora totius tenimenti de Agrò &c.* cujus terminos, ac nemora an. mundi 6704. sal. 1196. mense Decembri 14. ind. præcepto Imperatricis Constantiæ Rogerius Buxellius & Leo Trahina Justitiarii declaraverunt [d].

d Ibidem fol. 83.

1178. Anno 1178. mense Decembri 11. ind. Regni vero Guillelmi II. anno 12. Rex eidem Honuphrio concessionem oppidi Tucchii in Calabria, & quòd in eo etiam jus dicendi habeat, rata voluit [e]. Verùm quando extremum clauserit diem Honuphrius, mihi incompertum est.

e Ibidem fol. 5. & 61.

1193. IV. FR. LEONTIUS anno 1193. Archimandritam agebat, cujus meminere diplomata, quæ afferemus; & primum illud Regis Tancredi, ac ejus filii, & consortis Regis Rogerii II. his conceptum verbis.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab incarnatione ejusdem 1193. mense Septembri ind. 12. Regni verò domini nostri Tancredi Dei gratia invictissimi, & triumphatoris Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno 4. feliciter regnante cum eo illustrissimo filio ejus domino nostro magnificentissimo Rege Rogerio anno 2. cum gloria amen. Quia ad patrata delictorum piacula plurimum interesse creduntur omnibus æquanimiter collata beneficia; sed potissimùm Sanctis Ecclesiis, & religiosis cœnobiis Deo famulantibus eleemosyna, & beneficia exhibita, tantò fœcundiora remedia nanciscuntur, quantò familiariùs summo opifici suscepta eorum devotio parentatur. Eo itaque spiritu spirante, qui ubi vult spirat, & animos de bono in melius ad quæcumque optima exercenda invitat.

Nos Margaritus de Brundusio Dei, & Regia gratia Comes Maltæ, & Regis victoriosissimi stoli Admiratus, universis præsentia scripta legentibus, & audientibus, manifestum fieri volumus; quia syncero animo, & pura conscientia de bona, & gratuita voluntate nostra, pro honore, & gloria omnipotentis Dei, & Sanctæ Ecclesiæ reverentia; nec non pro delictorum nostrorum remedio consequendo donavimus, tribuimus, & præsens scriptum tradidimus, & concessimus Monasterio S. Salvatoris, quod Mandra Messanæ dicitur, præsidente, & moderante Archimandrita venerabili domino Leontio, quidquid juris, & rationis nos habuisse visi sumus in nostro Casali, quod dicitur Cremastro, sito in contrata, quæ dicitur de Mascalo apud Siciliam juxta tenimentum Calatabiani, quod ad nos ex firma donatione, & concessione nostri Regis pertineat in perpetuum in jure, proprietate, & possessione ejusdem monasterii, sicut est, cum omni jure, proprietate, & pertinentiis suis circum circa, & infra; & sicut ipsum Casale olim ante nostram donationem dicti Reges tenuerunt juxta tenorem sigilli sui, quod modò habent, ita ipsum Casale liberè habeant, & possideant jure proprietatis ad commodum, & utilitatem Ecclesiæ præfatæ, & ad velle eorum exinde faciendum liberè, & expedite sine impugnatione, contradictione, & calumnia nostri, & nostrorum heredum nunquam modo quolibet eis inferenda, nec machinanda à nobis, per nos, nec per summissam personam. Ideo ad munimen, & perpetuam securitatem eorumdem fratrum prædicti monasterii præsens scriptum nostra, & Illustris dominæ Comitissæ uxoris nostræ subscriptione firmatum, & nobilium virorum testimonio roboratum sibi fieri fecimus per manus Magistri Riccardi Notarii donatum, & præfato Archimandritæ, & aliis suis Monachis ipsum tradidimus conservandum feliciter, Messanæ actum anno, mense, & indictione prædictis. ✠ Margaritus de Brundusio Comes Maltæ. ✠ Signum propriæ manus Illustris Comitissæ dominæ Matinæ uxoris domini Comitis Margariti quæ suprà confirmamus, &c.

Anno Christi 1193.

Comes Maltæ, & Admiratus. Margaritus Brundusius.

Datur Archimandritæ Casale Cremastri juxta Mascalum Siciliæ.

Aliud anno 1194. mense Septembri 13. ind. ita. 1194.

Guillelmus Rheginus Archiepiscopus cum consensu meorum Canonicorum, venerabili Fratri Leontio Archimandritæ dilectisque filiis, & monasterio vestro, vestrisque successoribus in perpetuum: caussam, quam adversus nos super decimas eorum, quæ in Territorio Mesæ Parochiæ nostræ, Ecclesia nostra moverat, omnino remittimus, concessione perpetua statuentes, ut de iis omnibus, quæ in præfato territorio Mesæ Monasterium unitum possidet, quietum perpetuò maneat ab omni debito decimarum exemptum &c. [f]

Mesa oppidum est in Calabria diœcesis Rhegii.

f In tab. Archim. f. 69.

1195. Anno 1195. nonas Febr. xii. ind. per Imperiale privilegium Bulla aurea munitum, præcessorum Regum diplomata firma habentur.

Henricus [g] *Sextus Rom. Imper. & Rex Siciliæ. Attendentes laudabilem conversationem Leontii Archimandritæ, & Monachorum Sancti Salvatoris de Messana, confirmamus eis privilegia Regis Rogerii, Regis VV. primi & secundi & quidquid possidet à tempore Regis Rogerii usque ad obitum Regis VV. Et siquis injustè molestare præsumpserit, indignationem nostri Culminis noverit*

g Lib. privil. Sic. f. 40.

Anno Christi 1195.

verit incursurum per pœnam temeritatis suæ XX. libras auri, medietatem fisco Imperiali, medietatem ei, qui damnum est passus &c. Dat. Messanæ 4. nonas Februarii 1195. Testes Matthæus Archiepiscopus Capuanus, Henricus Wormatiensis Episcopus, & Imperialis Curiæ Vicarius VV. Rheginus Archiepiscopus, Bonifacius Marchio Montis ferrati, Philippus frater noster, Corradus Dux Spoleti, Corradus Marchio Molisii, Robertus de Durne, Marcuovaldus Siniscalcus, Henricus de Kaldiri pincerna, Henricus Marstaldus major Siniscalcus.

1196. Anno 1196. Imperatrix Constantia suas per litteras decrevit;

a Ibid. f. 81. *Cùm* [a] *inter Dobanam, & Leontium Archimandritam S. Salvatoris, divisarum de Agrò quæstio verteretur; terminos definiri præcepit, ne in futurum controversia excitaretur. Dat. an. 1196. mense Januario, Imperii Henrici VI. an. 5. Regni Siciliæ an. 1. Reginæ an. 15.* Hæc nemora de Agrò dederat Rex Guill. II. anno 1178. ut suprà legistis.

1198. Anno 1198. Cœlestinus III. Pontifex Leontio Archimandritæ, ejusque monasterii Monachis, *Decimas* [b], ait, *possessionum vestrarum in tenimento Mesæ, quas frater noster Rheginus Archiepiscopus* Guillelmus *de consensu Capituli sui, Ecclesiæ vestræ remisit, super quibus quæstio vertebatur, sicut pacificè possidetis, auctoritate appostolica confirmamus. Nulli ergo hominum liceat &c. Dat. Laterani 4. Kal. Januar. Pontif. Cœlestini III. PP. an. 7. salut.* Hoc oppidulum Mesæ erat in Diœcesi Rheginensi, in quo erat Monasterium S. Pancratii de Stella, imperio attributum Archimandritæ Messanæ, cujus decimas Guillelmus Archiepiscopus an. 1194. Mense Septemb. (ut diximus) ad lites dirimendas concesserat.

b Ibid. f. 70.

1200. Anno sui regni 3. sal. 1200. Mense Junio ex diplomate scripto Panormi Fridericus Rex *Attendentes* [c], inquit, *laudabilem conversationem Leontii Archimandritæ, & Monasteriorum S. Salvatoris de Messana, eorumque fidem, & beneficia, quæ progenitoribus nostris exhibuerunt, confirmamus privilegia Regis Rogerii, Regis VV. primi, & II. & domini Imperatoris, & dominæ Imperatricis beatissimæ matris nostræ. Siquis molestare attentaverit, indignationem nostram se noverit incursurum &c.* Eademque denuò firmavoluit, & Archimandritale monasterium sua sub regia protectione, hortatu PP. Honorii III. suscepit isdem Fridericus, uti ex litteris scriptis Anagn. an. 1216. Mense Martio 4. Ind. & ex testibus subscriptis constat; scilicet.

c Ibid. & nunc in. Reg. Monial. f. 105.

Corrado Ratisbonensi Episcopo [d], *Henrico Argentinensi* [e] *Episcopo, L. Duce Bavariæ, C. Marchione Moraviæ, Hermanno Marchione de Baden, Salsagravio de Treyna, Voult de Liph pincernâ, Ricto Camerario, Corrado Methiensi, & Spirensi Episcopo* [f], *& Imperialis Aulæ Cancellario, ac Vicedomini Maguntii Archiepiscopi, totius Germaniæ Archicancellarii.*

d Episcopus Germaniæ sub Archiep. Salisburgensi. e Episcopus Germaniæ. f Ibid. f. 80.

Id exscribendum in tabulis Francisci Calvi Mess. an. sal. 1497. ind. 1. die 13. Octobr. Archim. Macarius (ategit.

Opera ejusdem Leontii Archimandritæ Rex

A Fridericus univit, atque adjunxit, subjecitque magno huic monasterio aliud ejusdem instituti sub invocatione SS. Petri, & Pauli de Agrò. Non multò pòst Leontio successit Anno Christi 1202.

V. FR. LUCAS II. Is susceptæ jam ab annò 1202. præfecturæ partes non sine cœnobii commodo explevit, & omnia; atque quæ contra jus, fas occupaverant, pro munere repetit. *Eodem enim anno, die 29. Martii 5. ind. Frederici Suevi Regis Siciliæ an. 4. Leo Cotochipsi, & Herina ejus uxor, & Dominicus filius vendunt Lucæ Archimandritæ S. Salvatoris ad opus ipsius Ecclesiæ, quandam eorum vineam pro tarenis CLX. ad pondus Messanæ, & pro Justitia Curiæ, sitam in territorio Messanæ in confinio S. Annæ de Protopapa in Flomaria de Cammaris, residentibus Stratigotis in Regio Prætorio Messanæ Bonvassallo, Burrello, & Gauffredo de Riccardo Medico, & Philippo de Montanea Judice Messanæ.* 1202.

B

Sub eodem etiam Luca, Ecclesia juribus, & opibus adaucta, & de Cathuna Archimandritalis antiqui juris in Calabriæ oppido cum domus hospitalis Leprosorum Præfecto suborta lis, ex commissione PP. Innocentii III. ita est composita. *Eam caussam mihi Alatrino Subdiacono, & Capellano suo die 9. Aprilis pontificatus anno 19. sal. 1216. commisit juris ordine terminandam; de cujus mandato Archimandritam Lucam, & Bernardum præfatæ domus Leprosorum Magistrum, & procuratorem eorum feci coram me in judicio conveniri, & ambarum partium auditis allegationibus, antequàm sententiam pronuntiarem. Ego, & Magister Joannes Græcus Coronensis Electus, Fr. Gaspar S. Clementis de Messana Ecclesiæ Monteregalis Prior, Matthæus Philosophus regius Scriniarius, partium communes amici ad pacem, & concordiam induximus partes ipsius. Sic Archimandrita concessit, ut ipse deinceps, & successores ejus dictos Leprosos, & successores eorum dimittant quietè, & pacificè perpetuò possidere Ecclesiam, & domum, in qua manent, & molendinum, & vineam, quæ ibidem possidebant; quæ omnia ipsis Archimandrita Honuphrius per scriptum concesserat, licèt in ipso scripto perpetua concessio non erat expressa. Præterea locum, & terras, quas ipsi Leprosi occupaverant Monasterio Salvatoris extra terminos eis datos, per idem scriptum dimisit illis Archimandrita Lucas perpetuo possidendas. Ipse vero Magister tam pro se, quàm pro Leprosis pro gratia sibi collata, Archimandritæ suisque successoribus, & eorum monasterio perpetuò dimisit quatuordecim auri bilancios, quos pro Eleemosyna statutos annuatim habeant, & sub eorum sint Jurisdictione, & ipse Magister, seu Præfectus Leprosorum personaliter ter in anno videl. Natali, Pascha, & in festo Salvatoris templum visitare debeat, &c.* Interea decedente PP. Innocentio III. successit Honorius III. qui has pactiones iis communivit verbis. *Vestris precibus inclinati, compositionem inter vos Lucam Archimandritam, & Bernardum Magistrum, & Fratres domus Leprosorum de Cathuna Reghynæ diœcesis super eadem domo, & Ecclesia, & pertinentiis, nec non & obedientia, & reveren-*

Cathuna Iuris Archimandritæ.

C D E F

Anno Christi 1216.

verentia à prædictis Magistro, & fratribus exhibendis, sicut ab utraque parte acceptata est, & sicut in instrumento exinde confecto plenius continetur auctoritate Apostolica confirmamus. Dat. Later. 3. nonas Feb. pont. nostri anno II. [a] Cæterum has pactiones Magister Leprosorum observare respuebat, quare Honorius ex diplomate dat. Lateran. 13. Kalend. Aprilis anno Pontific. III. transmisso Joanni Abbati Sanctæ Trinitatis Militensis, ac Abbati Sanctæ Mariæ Josaphat, & Gaspari Priori Sancti Clementis Messanæ perscripsit, quòd transgressores excommunicationis pœnæ subjacerentur. Deventum tandem est ad actum transactionis ex tab. scriptis in templo S. Mariæ de Latina Mense Octobr. anno 1218. Notarii Philippi Messanę: *Quòd electio Magistri fiat à fratribus Leprosorum, & ab Archimandrita confirmaretur, & quod in singulis annis die 9. Augusti Magister, & duo confratres ad obedientiam præstandam Archimandritæ tenerentur.*

[a] In tab. Archim. fol. 71.

Idem Pontifex Honorius datis litteris apostolicis per manum Raynerii Prioris Fridiani Lucani S. R. E. Vicecancellarii Kal. Novembris Ind. 5. Incarnat. Domin. anno 1216. Pont. an. 1. corroborat adinstar Alex. III. *Omnia privilegia, exemptiones, & prærogativas ipsius Archimandritatus, præsertim Obedientias, & Ecclesiam S. Leonis de Messana, Ecclesiam S. Stephani de Messana, Eccles. S. Marinæ de Messana cum possessionibus, quas olim Barlaam Monachus obtulit monasterio supra dicto, & successiones etiam, quas Simon Collecta, & Maria uxor ejus ipsi dudum monasterio obtulerunt, &c.* [b] *Item in Calabria Obedientias has: Ecclesiam S. Lazari Leprosorum de Cathuna. Eccl. S. Bartholomæi & Barnabæ cum pertinentiis suis, quam Nicodemus, & Athanasius monachi de Silipingi prædicto monasterio contulerunt, Eccl. S. Pancratii &c.* Id integrum habes in Tabulis Archimandritalibus, & in libro Regiæ Monarchiæ fol. 205. Quod opera fratris Macharii Malimachi Abbatis Sancti Pantaleonis anno 1497. Ind. 1. Die 3. Octobr. in publicis tabulis Notarii Bartholomæi de Guidone Mess. exscribitur.

[b] Ibidem f. 6. & 93.

Eumdem Lucam, teste Baronio tom. c. quod licèt jure antiquo electio Abbatum in Calabria ordinis Basiliensis ad Archimandritam Messanensem spectaret, ibidem jurisdictionem tamen exercere, Friderico Imperatore contendente, non se intromitteret extra Trinacriam in rebus Ecclesiasticis, hortatur idem Pontifex. Cæterum Lucam in Archimandritatu successorem habuisse.

1221. VI. FR. NYMPHUM anno circiter 1221. haurimus ex IV. Sixti PP. diplomate, quod integrum afferemus ad annum 1457. per hæc verba: *Nihilominus quia felicis recordationis Honorius PP. III. prædecessor noster materia quæstionis inter quondam Nymphum Archimandritam, & Conventum dicti monasterii, & bonæ memoriæ Archiepiscopum Messan. tunc Berardum super jurisdictione, & subjectione, ac superioritate dicti monasterii, & exemptione exorta ad relationem bon. memoriæ Ægydii SS. Cosmæ, & Damiani S. R. E. tunc Diaconi Cardinalis, cui dicta caussa in Consistorio referendæ interdictas partes commissa fuerat &c.* Quæ verò sanxerat Sedes Apostolica de Ecclesia Messanensi, & monasterio S. Salvatoris servanda per Epist. dat. an. pont. 8. sal. 1224. Friderico Imperat. perscripsit Honorius apud Bzovium anno 1224. — 1224.

Nymphus, ut suæ Ecclesiæ privilegia, & jurisdictionem in Calabriæ Oppido Thuccii sarta tecta tueretur, anno 1233. mense majo ind. 7. coram eodem Imper. hanc obtinuit sententiam.

Quòd [c] *Bajuli terræ Tucchii Calabriæ jurisdictionis Archimandritatus eligantur ab ipso Archimandrita, & homines illius terræ adjudicentur in foro prædicti Archimandritæ.* Hac de re sunt litteræ Imperatoris dat. 14. feb. 7. ind. missæ Matthæo Manchasabi dohanæ Imperialis, & Secretiæ & Quæstorum Magistro apud tabulas Archim. fol. 161.

[c] Lib. Reg. monar. f. 131.

Eodem sanè anno è vita decessisse Nymphum credimus.

1233. VII. FR. MACHARIUS anno 1233. Archimandrita renunciatus, à Friderico II. Cæsare, sed I. ejus nominis Siciliæ Rege bonorum omnium, quæ præteritorum Regum munificentia Archimandritalis Basilica consequuta fuerat iteratæ confirmationis litteras & ipse consequitur.

Fridericus [d] *Augustus, & Rex Siciliæ. Attendentes laudabilem conversationem, & honestam vitam Macharii venerabilis Electi, & Monachorum monasterii Sancti Salvatoris fidelium nostrorum, & devota servitia, quæ Majestati nostræ exhibuerunt, confirmamus ei omnia privilegia felicium Regum prædecessorum nostrorum, Regis Rogerii, Guill. I. & II. & divorum Augustorum parentum nostrorum Henrici Imperatoris, & Constantiæ Imperatricis recolendæ memoriæ, cum omnibus quæ in iisdem privilegiis continentur, ad hujus confirmationis robur præsens privilegium per manus Jacobi de Leontino Notarii & fidelis nostri scribi, & bulla aurea typario nostræ Majestatis impressa munimus. Dat. Cat. an. Incarn. dom. 1233. mense Junio. Regni Siciliæ 35. Hierusalem 8. Imperii 13.* Quamdiu vixerit, ejusque res gestas non lego.

[d] In tab. Archim. f. 37.

1265. VIII. FR. HENCHIMIUS, sive EUTHYMIUS anno 1265. Archimandritalem administrabat Ecclesiam, ut fides est in litteris Conradi Antiochiæ, Albæ, Cœlani, Laureti, & Abrutii Comitis datis Luceriæ eo anno, mense Junio, 8. Ind. Rege tunc Manfredo, Gualterio Speletur Magistro terrarum suarum Calabriæ. *Pro parte*, ait Conradus, *domini Henchimii venerab. Archimandritæ monasterii S. Salvatoris de Lingua Messanæ; quòd cùm à vestro prædecessore Berardo Malaspina fuerit collata Grangia Sancti Pancratii de Briatico anno 1255. Clerico Gentili Scagleonio* [e] *ex litteris Regis, modò ad notitiam nostram pervenit juris esse Archimandritæ Messanæ, ideo eam eidem restituatis unà cum suis juribus, & pertinentiis, & ejus nomine possessionem restituatis Antiniquio abbati S. Angeli de Tropea &c.* Autographum leges in tab. Archim. exscriptum in

[e] Clericus Gentilis Scagleonus ex antiquiss. familia Northmanna, ut nos in chron. regum Ughellus in Italia sacra f. 354.

lib.

Anno Christi. lib. Reg. Monar. f. 263. & in Capibrevio f. 261. A
1278. Nicolaus PP. III. ex litteris datis Viterbi Kalen. Octob. ann. 1278. apud Bzovium Epist. 185. severiùs edixit Priori Ordinis Prædicatorum, ac Guardiano ordinis minorum Messanæ, ut Archimandritæ huic Messanensi diem apud Sedem Apostolicam dicerent, in qua ipse tum negligentiæ in administratione officii, tum reliquorum criminum perpetratorum rationem
1286. redderet. Interfuit Henchimius anno 1286. 2. februarii coronationi Jacobi Regis, uti scribit Fazellus dec. 2. cap. 2. *Jacobum infantem* B *Petri secundò genitum Panormi more majorum Regia corona, ac diademate, ut Petrus Rex testamento reliquerat, decorarunt. Inyecto Cephaludensi, Philippo Squillacensi, & Tancredo Nebcastrensi Epis. Archimandrita quoque D. Salvatoris Messanensis & Abbatibus suis suffraganeis præsentibus.* Id tamen ægro ferens animo Honorius IV. Pontifex Max. Gerardum Cardinalem
a Hic est Cardin. Panormensis titul. ss. 12. Apost. Blancum [a] Apostolicæ sedis Legatum ad hos Præsules omni Ecclesiastica dignitate exuendos in Siciliam destinavit, [b] ut nos latiùs lib. 3. C
b Ex Lello in Histor. Montereg. p. 2. fol. 49. not. 5. E throno ejecto Henchimio, ea Archimandritali dignitate exornatur non multo interjecto tempore

1304. IX. BARNABAS. Is anno sal. 1304. Regni Friderici II. an. 9. mense majo [b] fines
b In tabul. Eccl. Agrig. Grangiæ, seu Prioratus S. Georgii de Trocculis suæ Ecclesiæ Juris juxta Calatabellottam diœcesis Agrigentinæ, cum ejusdem Antistite Bertuldo de tractu terrarum Gemniæ præscribendos atque ab Joanne XXII. Antistite Max.
1320. privilegia à præcessoribus Pontificibus indulta D confirmanda curavit. Qui Pontifex facit ei facultatem, ut Sacramenta administrare possit
c In tab. Eccl. Archim. cunctis Græcis Messanæ incolentibus [c] ex privileg. Dat. Avinione 15. Kal. Aprilis, Pont. an. 7. quod integrum affert Abramus Bzovius in Annal. an. 1323. num. 9.

X. FR. NYMPHO II. post Barnabæ excessum ad hanc sedem promoto [d] Rex Lu-
d Ex tabulis Arch. m. sub an. 1328 & ann. 1331 & 1340. ex tab. monialium S. Salvatoris Messanæ. dovicus script. litt. 4. Jan. 11. indict. 1342. lib. reg. Canc. anno 1341. 1345. &c. bona quædam elargitur, quibus damna, quæ fuerat belli E tempore Archimandritatus perpessus, resarci-
1342. ret. Huic successit

1345. XI. FR. THEODORUS cognomento *Simplex* à PP. Clemente VI. anno 1345. 3. idus Frebruar. jurium omnium, exemptionum, ac privilegiorum, quæ cùm præcessores Pontifices, tum præteriti Siciliæ Reges D. Salvatoris templo tribuerant, confirmationis novas obtinet litteras, Avinione datas 4. ejus Pontif. anno ex tab. Archi. exscript. in lib. Reg. Mon. f.
1351. 315. Isdem an. 1351. ut litium dirimeret jurgia, F S. Basilii Fluminis Frigidi feudum in agro Leontino, ac territorium S. Stephani ex Regio dono Rogerii an. 1134. Grangæ Archimandritatus ditioni subjecta cum Casali veteri Polydori, & Casali Locadi juris Petri Parisii (nunc ejus hæres est Joseph Balsamus) commutat Rege Ludovico, Petro Porta Messanensi Archiepiscopo, & S. Salvatoris cœnobitis assentientibus, in lib. Monar. de lite an. 1505. Theodoro fato functo sufficitur

XII. JACOBUS; qui fratrem Jacobum de Trayna sui instituti sectatorem, im- Anno Christi. 13..
perante Guillelmo Monstrio Messanensi Archiepiscopo, cui in hoc vices suas Urbanus V. Sum. Pontifex per litteras Avenione 2. id. Junii an. 2. sui pont. demandarat, monasterii S. Salvatoris de Placa possessione gaudere passus est, ex lib. Reg. Cancell. an. 1369. f. 146. Hic egregiam navavit operam, ut sui monasterii bona, quæ Henricus Rubeus, ac Messanenses aliquot nobiles diripuerant, vel quæ Galli Siciliam oppugnantes depopulati fuerant; favore litterarum Regis Friderici III. 28. Septemb. ind. 8. an. 1371. ibidem lib. an. 1371. fol. 241. pristinæ 1371.
restituerentur ditioni Archimandritali. Anno sal. 1390. [e] pontificatus Bonifacii IV. an. 2. 1390. e In tab. Arch. fol. 100.
dato Romæ diplomate, exoravit, quod Prioratus S. Georgii de Trocculis Ordinis Basil. in diœcesi Agrigentina ab eodem PP. concessus F. Barnabæ SS. Petri, & Pauli de Agrò ejusdem ord. diœc. Messanæ Abbati, deinde post ejus obitum detur Adæ tit. S. Cæciliæ Presb. Card, sed eo cedente, sic: *Nos indemnitati dicti monasterii, & mensæ Archimandritæ ejusdem vestri monasterii pro tempore existentis providentes, eundem Prioratum, qui à dicto monasterio vestro dependet, & de mensa prædicta est, per monachos ejusdem Monasterii vestri ad nutum Archimandritæ pro tempore existentis ponendos, & amovendos, & ad ipsum monasterium revocandos regatur, &c.* Hanc Ecclesiam cum omni piæ sollicitudinis laude administravit, & senio jam gravis libens cessit successori.

XIII. FR. PAULUS *de Notarleone* optimis moribus vir à suorum Monachorum cœtu in administratione (cessione præcessoris) constitutus, anno 1392. oblatis Regi Martino 1392.
mille aureis, litteras Catanæ scriptas 16. April. 1. ind. in lib. Cancell. fol. 24. & fol. 52. pro suorum privilegiorum confirmatione ad jus dicendi in subditos, seu vassallos exoravit. Et magno suæ Ecclesiæ zelo permotus Sedem Apostolicam adiit adversus Episcopum Militensem Calabriæ (tunc [f] Andream de Alangi) qui sui f Ex Ughello in Ital. sac. de Epis. Militen. f. 1038.
juris monasteria, scilicet S. Joannis de Blancea (alibi de Laura lego) S. Fantini de Seminaria, & Sancti Pancratii de Briatico diœceseos Militensis occupaverat, ut ea suæ antiquæ Jurisdictioni restituerentur, solutis etiam sibi expensis in lite, apostolica obtinuit decreta, quæ ad Archimandritatus, uti Regiæ Cappellæ a Regibus fundatæ præeminentiam, executioni mandanda præcepit Rex Martinus Catanæ nono Junii 1. ind. 1393. in Prot. eò 1393.
anno fol. 59. Idem Rex litteras dedit 6. ind. 1397. *Quòd Castellum in ditione Archimandritatus ipsi Paulo tradatur, hac tamen lege, ut illi custodes adhibeat, Regi fidelitatis juramentum præstet,* scribit. Ann. 1398. Fratrem 1397.
Athanasium de Messana post obitum F. Leontii, Abbatem S. Salvatoris de Milis, seu de Scholario à Monachis electum, Rege Martino annuente per litteras 12. Augusti 6. ind. in Prot. eo anno f. 40. & lib. prælat. f. 401. confirmat. Porrò per hæc tempora Ubedinus de Ubedinis Archiepiscopus Arborensis, Referendarius,

Anno Christi. 1398.

darius, & Nuntius Apostolicus ab Antistite Max. IX. Bonifacio ad jura subventionem, seu (ut vocant) taxæ Sedi Apostolicæ pendenda, in Siciliam destinatus, sub collectorem F. Joannem Pinum Episcopum Agrigentinum constituerat lib. Prot. an. 1399. fol. 73. 81. & 82. cui Martinus Rex per litteras 26. Decembris anno 1399. perscripsit, ut Archimandritatum, uti Regiam Cappellam ad eam solutionem nullo cogat jure. Deinde idem Ubedinus agens Messanæ apud cœnobium S. Placidi, suis litteris 6. Octobr. 8. Ind. 1399. auctoritate Apostolica, & Martino Regia corroborante in reg. Cancell. ann. 1399. & 1400. fol. 1. Paulum eorumdem jurium collectorem subdelegavit. Anno 1407. causa à Rege demandata V. I. DD. Uberto de Marino Panormitano, Nicolao Muleto Messanensi, & Gualterio de Paternione Catanensi 1. April. ind. 6. In reg. Canc. lib. ann. 1406. f. 26. Paulus ab Adriano de Parisio feuda S. Basilii de Flumine Frigido, ac S. Stephani de Urta, seu Scilico suæ Ecclesiæ revocavit. Ann. 1409. pro Græcis Monachis sub præceptore Abbate Philippo Ruffo de Calabria, Cive Messanensi gymnasia græca instituenda regio mandato promotus curavit prot. ann. 1409. f. 54.

1399. 1407. 1409.

Quando monasteria subjecta Archimandritæ in Calabria avulsa.

His temporibus Ladislaus Neapolis Rex occupata sibi penè Calabria tota, occuparat & Monasteria Ordin. S. Basilii Archimandritæ nostro subjecta; hæc ut Jurisdictioni Archimandritali redderentur, Regina Blanca Friderico Spataforæ Catana 20. Maii 3. ind. anno 1410. perscripsit. Post hujus Pauli obitum, Archimandritalis Ecclesiæ gubernacula cepit.

1410.

XIV. FR. HONUPHRIUS II. DE BUFALIS ex antiqua, & nobili Messanensi familia, regnante I. Ferdinando, cujus vices gerens in Sicilia infans Joannes secundò genitus per litter. dat. Panormi 1. Junii 1415. Honuphrio demandavit, ut Apostolicam Abbatiæ S. Mariæ de Gala collectionem cuidam F. Nicodemo admittat, sed respuit ille, suæ jurisdictionis esse Abbates Basiliensibus Monasteriis præficere contendens Lib. reg. Cancel. an. 1415. fol. 32. & Capibr. fol. 66. Hac, aliisque de rebus conquesti, atque ejus regimine fatigati monachi, Capitulum (ut appellant) convocavere, ubi Coadjutorem aliquot Fr. Philotheum (quem ann. 1427. in Prot. fol. 73. Coadjutorem Archimandritæ appellari video.) Aliquot Fr. Leontium de Clementia Abbatem SS. Petri, & Pauli de Itala magni nominis virum Honuphrio dederunt; Prorex verò ad hanc sedandam Basiliensium contentionem, eis litteras dedit *, ut nullam inferant Archimandritæ molestiam; ille verò suum jus in gratiam Lucæ successoris cessit.

1415. 1419. * Lib. prot. an. 1419. f. 68.

Primus Archimandrita Commendatarius ex reg. præsent.

XV. FR. LUCAS III. DE BUFALIS ex fratre nepos Honuphrii S. T. M. ordinis etiam Basiliensis, primus fuit sublectus Commendatarius Archimandrita ex Regis Alphonsi præsentatione, & P. P. Martini nuncupati V. confirmatione, ut ex utriusque constat litteris 1421. datis lib. canc. an. 1421. f. 351. Eodem anno idem Rex Messanę agens 13. Maii 14. Ind. in prot. eodem ann. f. 108. quæ gymnasia

1421.

Anno Christi. 1421.

A Græca instituenda antè decreverat, in quibus omnes Basilienses græcorum cœnobiorum, ac alii etiam subditi Archiepiscopo Messanensi doceantur græcum latinum ab Abbate Philippo Ruffo de Calabria; qui annuas uncias XXV. pro mercede dedit firmiter statuit hac adjecta conditione; *Si monachi non adirent, monasteriis gracis privarentur, eaque monachis latinis traderentur*. Mox Lucas possessionem Feudi S. Stephani de Silicio adeptus Fr. Leontium de Clementia Abbatia SS. Petri, & Pauli de Itala exB poliavit: hoc de spolio coram Rege Alphonso conquestus Leontius, litteras dat. 16. Junii 1422. ad causam decidendam ab V. I. DD. Regiis Consiliariis Matthæo de Bonifacio, ac Luca de Bartholomæo, impetravit, lib. cancell. fol. 329. & lib. mon. fol. 488. Eodem tempore hic de Bufalis adversus Magistrum Bonum, uti Apostolicæ Sedis collectorem, V. I. D. Antonio de Carbono Sacræ Regiæ Conscientiæ Judice per Proregem electo sententiam tulit; quòd *decedentium Abbatum Basiliensium spolia, pileum*, C *annulus, ac mula ex antiquo jure Archimandritæ debeantur* in reg. Cancell. eo anno fol. 352. haud secus anno 1425. die 21. Maii 3. Ind. ex litteris Proregis apud Catanam, per obitum Abbatum S. Gregorii de Gypso, tunc Fratris Neophiti, & SS. Petri, & Pauli de Agrò, tunc Fratris Barnabę Proton. f. 227. & Reg. Cancel. an. 1424. fol. 352. Causam quoque annuæ pensionis florenorum 200. de Florentia Joanni de Porta S. Thomæ solvendæ ex fructibus Archimandritatus per rescriptum PP. Martini V. ab D Infante Petro Vices gerente Patris in Sicilia, Ubertino de Marinis Archiep. Panormitano demandatam, in sui favorem obtinuit in Regia Cancell. exscriptæ sunt lit. 20. Jan. 3. ind. an. 1424 fol. 145.

Archimandritæ olim debebantur spolia Abbatum suffraganeorum.

1425.

Interea cùm idem Pontifex Martinus Cœnobitarum Gręcorum depravatis moribus medicinam facere decrevisset, suum per diploma dat. 5. kal. Decemb. pont. an. 3. in prot. eo an. f. 325. & 336. Archidiaconum Ecclesiæ Asculanę Laurentium Corella *Reformatorem, ac Visitatorem,* E *omnium, & singularum Ecclesiarum etiam Cathedralium, Monasteriorum, Capellarum, & locorum Ecclesiasticorum Ordinis S. Basilii, ad monachorum disciplinam reformandam, atque pravas eorum delendas consuetudines*, constituit. Eundem quoque Laurentium alio ex diplomate declaravit Generalem Collectorem in Sicilia, proventuum omnium, fructuum, censuum, ac jurium quorumcumque, quæ Romanæ, & Apostolicę Cameræ debebantur: à quorum tamen solutione exemptus Archimandrita litteras F dat. in Civitate Tributina primo Maii X. indict. 1431. lib. Reg. Mon. fol. 547. 578. & 581. ab Alphonso Rege impetravit. *Quòd illi observentur omnia Pontificum, præsertim Eugenii IV. & Regum, maximè Rogerii privilegia, & ne Archiepiscopus Messanensis in res Archimandritatus se intromittat &c.* In causa revocationis Feudi S. Basilii de Flumine Frigido in agro Leontino à Parisia familia die 22. Maii 14. ind. an. 1435. pro Arch. subsequuta est sententia. *Providendus est processus in caussa appellationis vertens coram nobis Nico-*

Ordinis S. Basilii Visitator, & Reformator Apost.

1431.

Nicolai Tudisco Abbatis Pan. sententia.

1435.

Anno Christi. 1445. *Nicolao de Tudischis olim Abbate Mantacense, & miseratione divina Archiepiscopo Panormitano, ad infrascriptam caussam Judice Delegato Sacra Conscientia ex provisione Regii Consilii inter Archimandritam Messanensem &c. In lite feudi ejusdem apud tabul. Reg. mon.* A

1446. Quando Archimandrita Iurisdictionem super Abbates amisit. Anno 1446. ex diplomate PP. Eugenii IV. dat. Romæ 12. Kal. Ianuarii pon. an. 16. cuncti Abbates, & monasteria Græca Ordinis S. Basilii tam in Sicilia, quam in Calabria à Iurisdictione ordinaria Archimandritæ eximuntur, Visitatoribus Apostolicis subjiciuntur; ac gymnasia græca cum magistrorum mercedibus constituuntur. Ex In tab. Archim. Ab eodem Rege exoratis litteris 28. Martii xi. Indict. 1447. Antonio de Peralta Calatabillottæ Comiti Feudum de Troculis in agro Villæ francæ dioecesis Agrigentinæ situm ad emphyteusim pro annuis unciis 42. concessit idem Lucas.

1447. Anno eodem ita: *Alphonsus* [a] *Rex &c. Vice-regi in Regno Siciliæ, nobilibus Straticoto, & Judicibus Civitatis Messanæ; Per reverendum magistrum patrem Consiliarum, & Oratorem nostrum Lucam de Busalo Archimandritam S. Salvatoris fuit nobis supplicatum, quòd cùm olim Hugo Archiepiscopus Messanensis devenerit ad quandam conventionem cum Illustrissimo diva memoria Preavo nostro Rogerio Rege fundatore, & dotatore prafati Monasterii: quod dictum monasterium pradicto Archiepiscopatui quoddam jus census solveret annis singulis: videlicet viginti libras thuris; 20. caphisos olei, viginti solidos, & centum libras cera, ut in ejus Bulla vidimus contineri; cujus census pretium cùm vix ad uncias novem, vel circa ascendat, tamen plures Archiepiscopi prateriti, & prasens longe majorem quantitatem exegerint, atque exigant, in ipsius Monasterii damnum; ideo dignaremur super observatione dicta Bulla providere. Nos jura dicti monasterii, quod est nostrum jus patronatus, tueri volentes, vobis pracipiendo mandamus, quatenus audito dicto Archiepiscopo, & Bulla tenore inspecto; quod vobis legitimè constiterit, prateritos ac prasentem Archiepiscopum superfluum cepisse à dicto Monasterio, totum id super bonis Archiepiscopatus, Archimandrita restitui faciatis; & Archiepiscopum, & successores ad observationem dicta Bulla constringatis. Dat in Civitate Tributina 1. Martii 1447. x. Indictione.* Isdem Rex inquit: *Volentes* [b] *privilegia, & praeminentias Reverendi in Christo Patris Luca Archimandrita S. Salvatoris, ejusdemque monasterii, quod nostrum jus patronatus est, tueri, & conservari; Idcirco vos dictos Pralatos, & prasertim vos Archiepiscopum Messanensem magno studio hortamur, & monemus, cateris verò officialibus pracipiendo mandamus sub nostra indignationis incursu, panarum unciarum mille; quatenus observetis privilegia per retroprincipes ipsi Monasterio concessa, quibus Archimandrita non possit pro nulla caussa civili seu criminali coram quacumque persona Ecclesiastica, vel saculari, nisi coram nostra Regia Majestate conveniri eundem Archimandritam nequaquam civiliter, nec criminaliter conveniatis, nec conveniri faciatis, aut permittatis, sed suas caussas ad suum judicem competentem remitti faciatis.*

Litteræ Regiæ de summa census solvendi Archiepiscopo Messanensi.

Caussę Archimandritæ solùm coram Rege possunt agitari.

a Lib. Proten. 24. Maii 1447. & Lib. Reg. monast. fol. 341.

b In Tabul. Archim. exscript. in Lib. Reg. monast. fol. 344.

Isdem Rex [c], sub eodem die; *Omnibus Regni officialibus majoribus, & minoribus, pracipiendo mandamus* [d]; *quatenus sub nostra indignationis incursu, pœnaque unciarum mille, omnia privilegia, praeminentias, dignitates, honores, jurisdictiones, ac jura concessa monasterio S. Salvatoris, ejusque Archimandrita, cum omnibus bonis, ac rebus per omnes retroprincipes, observetis, & observari faciatis juxta privilegiorum continentiam, quibuscumque rescriptis in contrarium non obstantibus; & signanter proximè per Eugenium IV. seu per Capitulum Apost. vel Cardinalem Nicœnum illius Commissarium, nec non quibusvis litteris nostris, & provisionibus, qua in prajudicium pradictorum privilegiorum facta sunt, tanquam nullas observari volumus, exceptis provisionibus per nos factis super concessione Abbatiarum Gracorum dicto Monasterio subjectarum.* Cardinalis Nicœnus, de quo mox dicemus, tunc erat totius ordinis Basiliensis Protector, ac unus ex Capitulo Apost. apud Basileam. B

Isdem Rex [e] Archiepiscopo Messanensi: *Dicimus, & hortamur, quatenus de jurisdictione monasterii S. Salvatoris, & Archimandrita nullatenus vos intromittatis in prajudicium nostra jurisdictionis, nostrique juris patronatus, & contra formam privilegiorum dicti monasterii. Dat. in Civitate Manfredonia xi. April. 1453. 1. ind.* C 1453.

Isdem Proregi Siciliæ [f]: *Vobis mando observantiam privilegiorum monasterii S. Salvatoris, & Archimandrita; nihilque in eorum prajudicium tentetur: cassans, ac revocans omnes sententias in derogationem privilegiorum Monasterii latas, & ad pristinum statum reducens. Dat. in Castello nostro novo Neapolis 20. Octob. 1455. 4. ind.* 1455.

Per eadem tempora Lucas quasdam edidit sanctiones, easque ab Abbatibus suffraganeis, suisque monachis observandas statuit, quas ratas, suis litteris voluit Prorex lib. ex Cancel. ann. 1452. Tandem jam graviter senescenti, & ob ejus desidiam toto Archimandritali cœnobio ferè collapso, illiusque juribus partim usurpatis, partim stultè abalienatis, apud omnes desipienti habito, à suorum monachorum cœtu Coadjutor in regimine attributus est D

FR. PAULUS TUFALUS [g], fortasse Coadjutor, quem Romana in Curia aliquandiu cum Jacobo de Tudischis Archiepiscopo Messanensi de iurisdictione litigasse lego. Ann. sequenti decessit Lucas. 1456.

XVI. BESSARION Græcus Trapezuntius [h], natione Asiaticus, patria Constantinopolitanus, Monachus S. Basilii, Nicœnus Archiepiscopus, Presbyter Cardinalis tit. SS. Apostolorum ab Eugenio IV. in Florentino Gener. Conc. 22. Novemb. electus, à Nicolao verò V. Episcopus Sabiensis pronunciatus, tunc ab eodem ad Tusculanum translatus est an. 1449. nonis Kalend. Maii. Vir in utraque lingua latina, græcaque doctissimus, iis succinctus armis, catholicæ pietatis accerrimus defensor extitit, auctor fuit, ut Græci cum Romana Ecclesia consentirent, & confiterentur in Florentino Con. Spiritum Sanctum à Patre, Filioque procedere, cui veritati per tot annos fœda discessione E II. Commendat.

c Habes integrum Lib. Reg. monast. fol. 348.

d Litteras ejusdem proeius formæ scripsit Joannes Rex dat. Barcin. 13. Iulii 1478. xi. ind. in. lib. Reg. monast. fol. 633.

e In lib. Reg. monast. fol. 338.

f Ibidem fol. 380. & 381.

g In tab. Archim.

h Civitas est ad mare Euxinum, olim imperii sedes Metr. sub Patriarcha Constantinopol.

Anno Christi 1449.

Græcos narratur egisse transversos. Unde Rex noster Alphonsus in grati animi significationem erga tantum S. R. E. Cardinalem Bessarionem, Episcopum Mazariensem, scriptis litteris 16. April. 12. ind. 1449.[a] Papa verò Callistus III. eodem volente Rege, Coadjutorem cum futuræ successionis ad Lucam Archimandritam spe designavere; uti ex litteris Apost. 4. id. Junii exscriptis lib. Prot. ann. 1456. fol. 516. & in Reg. cancell. fol. 584. & Regiis ibidem 6. Novemb. Ind. 5. fol. 396. per hæc verba constat.

[a] Nos latiùs lib. 3. not. 6.

Alphonsus[b] *Rex viceregi nostro &c. Non latet, quòd iis novissimis diebus Sanctis. dominus noster ad supplicationem nostram Reverendum dominum Cardinalem Nicænum in Coadjutorem, & Gubernatorem Monasterii Sancti Salvatoris de Lingua Phari nobilis Civitatis Messanæ ordinavit, qui dominus Cardinalis per Petrum Vallum ejus Vicarium procuratorem, realem, & corporalem possessionem obtinuit. Hoc enim fecimus, ne dictum monasterium, cujus jus patronatus ad nos spectat, & quod quasi caput est ordinis S. Basilii, ad nihilum reducatur, & successivè mortuo Archimandrita dicti monasterii ad nostram supplicationem à præfato domino nostro PP. in commendam habuit, ut in aliis nostris clarè apparet*[c].

[b] Autograph. in tab. Archimandritat. in Reg. Mon. fol. 584.

[c] Lib. Reg. Cancellar. 1456. Ind. V. fol. 392.

Ex aliis deinde dat. 11. Julii, & 25. Januarii, & ibidem anno 1457. fol. 174. & 302. subdit Alphonsus. *Nunc pervenit ad nostram notitiam quòd Reverendus Archiepiscopus Messanensis* Jacobus de Tudischis *quoddam jus census recepit, quod indebitum est juxta tenorem privilegiorum monasterii. Nos vobis mandamus sub pœna unciarum mille: quidquid à dicto Archiepiscopo, à monasterio sublatum fuerit indebitè, ei restitui procuretis, visis præsentibus, & si forte dictus Archiepiscopus aliquod jus dicit habere, illud experiatur coram Judice non suspecto per vos deligendo. Dat. in Castello nostro novo Neapolis 6. Novemb. anno* 1456.

Lucas obiit ann. 1457.

1457.

Anno sequenti fato cedente Luca, fit Perpetuus Commendatarius Bessario ex scriptis ejusdem Callixti, datis 3. Kal. Octob. pont. ejus an. 2. de Regis Alphonsi consensu, ex lit. Neapoli 21. Feb. 4. ind. 1457. in prot. an. 1457. f. 410. constituta tamen annua pensione à Pontifice, solvenda Joanni de Porta S. Thomæ, ad summam aureorum 200. in reg. Cancell. fol. 392. Alias quoque perscripsit litteras PP. hujus formæ.

Callixtus[d] *Episcopus ser. ser. Dei. Cùm, sicut accepimus monasterium S. Salvatoris de Lingua Phari ordinis S. Basilii ad Romanam Ecclesiam nullo modo pertineat; quod Venerabilis frater noster Bessarion Episcopus Tusculanus ex Apost. Sedis concessione obtinuit in commendam; facultates, & redditus satis tenues habeat, & præfatus Episcopus monasterium prædictum ad formam, & statum regularem reducere, & ad sufficientem numerum Monachorum reintegrare, & restituere properat. Nos monasterium favoris Apostolici præsidio communire volentes dilectos filios, Conventum, monachos, & ministros monasterii, jurisdictiones, proprietates, & bona, ejusque oppida cum incolis, locis, juribus, bonis, ab omni jurisdictione venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Messanensis, & omnium judicum ordinariorum, à collectis, & impositionibus, & illorum collectoribus auctoritate Apostolica deputatis eximimus; nec non sub Sedis Apostolicæ, & nostra protectione suscipimus; & ipsi Sedi volumus immediatè subjacere, ut Archiepiscopi Messanenses, & alii Ordinarii nullam in eis exercere possint jurisdictionem, neque aliquid exigere, nisi censum Ecclesiæ Messanensi debitum, prout in privilegio Monasterii continetur. Decernentes nimirum quidquid in contrarium præmissorum attentari contigerit, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno* 1457. 12. *Kal. Maji Pont. ann.* 3.

[d] Habes integrum in novo Bullario, & apud Bzovium in An. Eccles. ann. 1457. num. 18.

Monachi monasteria, bona oppida, incolæ ord. Basiliensis à Jurisd. Archiepiscopi Mess. eximuntur.

Anno Christi 1457.

Bessarion suum constituit Vicarium in temporalibus & spiritualibus Fratr. Marinum Perienum Basilianum, coram quo delatus F. Leontius Bevelacqua Abbas Galæ ejusdem instituti, conquestus est apud Proregem, qui caussam jurisdictionis decidendam demandavit Archiepiscopo Messanensi, tunc Jacobo de Tudischis in lib. secr. an. 1461. fol. 160. Senatu tandem Messanensi à Pio II. an. Pont. 4. salut. 1461. Kalendis Feb. Apostolicum rescriptum obtinente, Gymnasia Græca Messanæ pro monachis Græcis, seu Calogeris, constituta Præceptori annua mercede aureorum 80. de camera solvenda à monasteriis Basilianis, eriguntur; quod executioni dandum noster Bessarion tunc ordinis Protector, per litt. dat. Romæ an. 1462. 27. Jan. in lib. secr. fol. 122. 10. Maji 1463. Athanasio Episcopo Hitacensi, Abbatibus S. Pantaleonis, Adriano S. Gregorii de Gypso, SS. Petri, & Pauli de Itala Peregrino præcepit. Ob promerita Rex Bessarionem multis Ecclesiasticis beneficiis sui ordinis in Sicilia, scilicet S. Angeli de Brolo, S. Philippi de Grandis, & SS. Petri, & Pauli de Agro auxit. Hujus promeritorum meminere cum laude Æneas Sylvius, Cortesius, Franciscus, Philelphus, Platina, Campanus, Sigonius, Jovius, Michael Apostolicus, & nos lib. III. in Not. Mazar. fol. 512. ubi multis conjecturis ostendimus obisse an. 1464. cùm Ecclesiasticis dignitatibus in Sicilia, & Archimandritatu se abdicavit, quem in gratiam Petri successoris cessit, attamen apud Abbatem Ferdinandum Ughellum de Ital. Sac. tom. 1. fol. 278. („ in „ nupera editione t. 240.) sic lego in illius sepulchro insculptum epitaphium.

1461.

Monachi Basilienses nuncupabantur Calogeri

1462.

Bessarion Episcopus Tusculanus S. R. E. Cardinalis, Patriarcha Constantinopolitanus Nobili Græcia ortus, oriundusque sibi vivens pos. ann. sal. MCDLXXIII.

Hoc vivens adhuc Bessarion monumentum mihi perfeci, animus vero ad deum immortalem evolavit.

(„ De eo Oldoinus ad Ciacconium tom. 2. f. 905.)

XVII. FR. PETRUS PITALIUS *Calaber* ordinis Basiliani ex Abbatia Cryptæ Ferratæ, cui præerat, commutatione cum Bessarione. Hic Prioratum S. Georgii de Trocculis juris suæ Ecclesiæ concessit Fratri Hilario de Seminaria Basiliensi lib. reg. canc. an. 1465. fol. 11. Litem intendit adversus Jacobum Archiepiscopum Messanensem, quod nulla jurisdictione in Oppido Savocæ ditionis suæ uti possit. De re

latiùs

Anno Christi. 1465.

latiùs nos not.2. lib. 1. ad.an. 1465. & in lib. Prot. eodem anno, fol. 225. Pitalii studio adhibito, atq; à Prorege litteris ultimo augusti 1467. datis ex 1. reg. canc. f. 33. & f. 71. ad instruendos in greco idiomate Basilienses Magister Andronicus Gallinotus; Monachus Constantinopolitanus delectus est; post cujus obitum

Constantinus Lascaris Græcus quando Messanæ docuit linguam græcam.

Constantinus Lascaris Græcus etiam Constantinopolitanus ex literis Protectoris ordinis datis Romæ pridie id. Decembris 1467. in reg. Canc. f. 76. cum mercede annua scutatorum 80. quæ solvere tenerentur monasteria græca Siciliæ, sufficitur. Suam Ecclesiam, sibique commissos cœnobitas summa prudentiæ, zeli, doctrinæque laude administravit, & humilitatis caussa solùm Abbatis Pauli nomine appellari, & uti voluit. De ejus vitæ integritate, sceleris puritate, animique constantia monumenta servantur [a]. Jam senior, & muneris onere gravatus, successori libentissime cessit Archimandritatum.

a ex m. f. apud Tribul. Archim.

1468

XVIII. LEONTIUS *Messanensis* eo nomine *Secundus* ex Abbate S. Gregorii de Gypso etiam ordinis Basiliani, vir sane nobilissimo Chrysaphorum [b] genere, pietate, humanitate, zelo, prudentia, litterisque græcis, & latinis præclarissimus, Joanne Rege consentiente, & Pitalio præcessore cedente, ad hanc patriam sedem translatus est; ita testatur per suas litteras Rex Joannes in lib. Reg. Canc. f. 610. an. 1468. & reg. mon. f. 600. in Prot. fol. 23. In secret. fol. 218. Rex Joannes.

b Chrysaphius Theodosii m... per cubicularius intimus, & Consiliarius, in ... ejus vices gessit, apud ... in hist. eccl. lib. 5. an. 448. fol. 291.

Religiosus dilectus noster Abbas Petrus de Pitali Archimandrita S. Salvatoris, bonis respectibus dictum Archimandritatum, qui de jure patronatus nostri existit, in religiosum, & dilectum nostrum FRATREM LEONTIUM Chrysafi Abbatem S. Gregorii de Gypso, si noster aderit assensus, renuntiavit; & quoniam de iis per vos dictum Spectabilem Viceregem in quodam capitulo nostrarum instructionum nuper fuimus humiliter supplicati, vestris supplicationibus benignè annuentes, dictam renuntiationem, sive resignationem per dictum Abbatem Petrum in personam dicti Abbatis Leontii gratam habentes, dictum Archimandritatum eidem Abbati Leontio confirmamus, & de ipso eumdem investimus. Vobis mandamus, quatenus si bulla per SS. Dominum PP super dicto Archimandritatu in favorem dicti Abbatis Leontii concessa fuerint, ipsas debitæ executioni mandatis juxta ipsarum seriem, & tenorem. Dat. Cæsaraugustæ 23. Julii ind. 1. an. sal. 1468. Regni nostri Navarræ anno 43. aliorum verò Regnorum nostrorum an. 10. Eamq; resignationem suo apostolico diplomate 18. Kalen. Decemb. & alio 3. augusti pont. an. 4. Paulus II. approbavit. Mox Leontius utilitati suæ Eccl. providens, ab eodem Pontifice litteras 17. Kal. Februarii in secret. an. 1468. f. 220. Decano, ac Canonicis Messanensibus Prospero Pisano, & Joanni de Rampulla directas exoravit, ut auctoritate Apostolica suffulti: *feuda Salicis, ac Monfortis, cæteraque bona usurpata, maléque alienata, Archimandritali Ecclesiæ restitui curarent.* Atque à Rege Joanne alias hujusmodi. lib. Reg. mon. fol. 602. 604. 633. 645. & 652. *Quòd serventur monasterii S. Salvatoris jurisdictiones spirituales, quæ Archimandrita in oppidis Savocæ, & Italiæ, aliisq; locis obtinet.* Ab eodem Rege alias 27. Aprilis eodem an. exscriptas in lib. Archim. f. 114. exorat; quò à *Rever. Archiepiscopus Messan. existens suspectus, & inimicus ipsi Archimandritæ tam, caussa conventionis, jurisdictionis inter eos vertentis, quàm cæterorum gravaminum, & inductarum novitatum eidem Archimandritæ, & dicta monasteria per dictum Archiep. illarum cum toto hac intromittit se, & vult esse judex caussarum dicti Archimandritæ, in ejus Archiepiscopali Curia vertentium &c. Ea propter, vos Magister Justitiariæ, caussas per eumdem Archim. seu procuratores suos motas, & movendas absque interventu præfati Archiep. decidere, & terminare debeatis.* Contendebat enim Jacobus de Tudischis, tunc Archiepiscopus Messanensis ad se spectare jurisdictiones has spirituales; quarè diu Romæ adversus Archimandritas litigaverat; asserens à Rege Alphonso fuisse decretum, quò *Archimandrita tunc Lucas de Bufalis subjiceretur jurisdictioni Archiepiscopi, & ex antiquo Jure Ecclesiæ Messanensis*, imò idem observatum post obitum Cardinalis Nicœni, a Petro successore, uti priùs coram Antonio Cardinali nepote PP. Pauli II. Protectore ordinis S. Basilii, loco Bessarionis, post coram Nicolao Cardinali Theatino Presbytero tit. S. Ceciliæ, à quo decretum est ita: *Archimandritam* tunc F. Petrum, *Ecclesiæ Messanensi esse subjectum* idque observari à novo Archimandrita Leontio urgebat Archiepiscopus, & adversus cognatos, & fautores Leontii à Prorege litteras dat. Pan. 14 Octobris 1468. 2. ind. in secret. f. 141. eo an. directas *Straticoto, & Judicibus Messanæ* obtinuit. Quare inter utriusque consanguineos, & affines nobiles Messanenses Chrysaphios, & Tudischos magna exorta est simultas. Thomas, & Munellus Chrysafii Leontii fratres accusaverunt coram Prorege Andream, & Henricum germanos, & Jacobum Tudischum nepotem Archiep. ex litt. Pan. 13. Martii 1472. in secr. fol. 85. Eodem anno 7. Octobr. ind. 6. privilegium Regis Rogerii sub anno mundi 6642. ex greco in latinum à Constantino Lascari translatandum, & in tabulis Antonii Zuccaratis Messan. exscribendum, illaque Alex. PP. III. dat. an. sal. 1175. & Callixti III. dat. an. 1457. Kal. Maii sub Rege Joanne die 31. Decemb. 12. 6. ind. 1472. executioni danda curavit.

Anno Christi 1468.

1472.

Inde Sixtus IV. suis diplomatibus, præsertim illo scripto Romæ Kal. Maii an. sal. 1471 sui pont. an. 1. hanc jurisdictionum litem sic diremit.

Sixtus Episcopus [c] servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Constitutus in specula supremæ dignitatis Rom. Pont. æqua lance discussione, propositas sibi caussas, si quid in alicujus juris præjudicium emanasse comperit, id ne graviorem tendat in noxiam ad rationis debitum reducit lites extinguit, fundationes monasteriorum, & antiqua privilegia Apostolica corroborat, & sitni, & antiquitati religiosarum personarum salubrius providet, aliaq; disponit, & ordinat, prout rerum, & temporum qualitas exigit, caussas rationabiles suadet. & id in Domino conspicit salubriter expedire. Sanè nobis nuper innotuit, quòd dudum claræ memoriæ Rogerius Rex Siciliæ volens terrena in cælestia felici

c R. Instrum. Sixti IV. in reg. mon. fol. 6... transumptum ... Franciscum C... Mag. Not. C... Archiepis. Messanæ, illud etiam in registr. secr. ... de Monacho lib. an. 1... 6 ind. fol. 2.

Anno Christi 1472.

felici commercio commutare; sibi à Deo creditis in laudem, & honorem omnipotentis Dei nostri Salvatoris Jesu Christi, ejusque inviolatæ Matris Virginis Mariæ, & ad decorem, honestatem, & augmentum cultus divini, de consensu, voluntate, & beneplacito bonæ memoriæ Hugonis, tunc Episcopi [a]*, ac Canonicorum Capituli Eccl. Messan. Monasterium sub vocabulo S. Salvatoris Linguæ Phari extra muros Messanæ ordinis S. Basilii, Mandram nuncupatam, quòd mater omnium monasteriorum, quæ sub eo extant, erexit à fundamentis, & dotavit, decrevitque pro omni Episcopali Jure solvere eamdem Mandram Ecclesiæ Episcopali Messanæ* [b] *annuum censum 100. libras ceræ, XX. thuris, XX. caphisos olei, & viginti nummos, seu solidos secundum pactum, & concordatum inter eosdem Regem, Episcopum, Capitulum, & Canonicos factum, quod Rex prædictus in custodia, & potestate sui, & suorum successorum accepisset, sub hac conditione, & pacto: videlicet, quòd cum Archimandrita in ipso Monasterio exigere deberet à toto Conventu, & illis Monachis, pro tempore existentibus secundum sacros canones; ab eodem Rege, ejusque hæredibus, & successoribus confirmari, & casu, benedici debere, & quòd dictum Monasterium ab omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & ab omni persona Ecclesiastica, tam sæculari, unà cum Prælatis, & successoribus exemptum foret; quòdque dicta exemptio per Henricum, & Fridericum Reges ejus in dicto Regno successores, & post successivè fuissent confirmata, ac fel. record. Alexander Tertius volens votis dicti Regis existere, monasterium ipsum sub B. Petri, ac sua protectione suscepit, & ordinavit; quòd ibidem ordo monasticus secundum ordinem S. Basilii observaretur, & possessiones; & bona quæcumque dicti monasterii, nec non Obedientias, & Abbatias, omnemque honorem, dignitatem, consuetudinem, libertates, exemptiones, & privilegia; quas, seu quæ dictus Rex eidem monasterio privilegium suum concesserat. per privilegium suum confirmavit: & siquis dictum monasterium interdicere auderet, illud, nec non libertates liberas, & illibatas sibi servare voluit, & successivè fel. record. Innoc. III. ad Archimandritæ, Monachorum, & Conventus dicti monasterii supplicationem, ipsum monasterium specialiter, ac ipsas Obedientias, ac cætera monasteria suffraganea ab omni præstatione Ecclesiæ, & personarum; itaque ex tunc in antea essent libera, exempta, & nulli aliæ Ecclesiæ, Diœcesano, Archiepiscopo, Episcopo, vel locis religiosis, vel aliquibus personis, nisi ipsius monasterii Archimandritæ reverenter de cætero in aliquo (excepto dicto censu Ecclesiæ Messanensis juxta dictum privilegium) respondere, liberavit, & exemit, ac felicis record. Joannes xxii. dictum privilegium in invocatione privilegii præfati Alexandri III. antè dictum monasterium sub sua, & B. Petri protectione suscepit, & in quibusdam aliis litteris monasterium ipsum exemptum narravit, & illud ad Romanã Ecc. nullo modo pertinere, & omnia privilegia per prædecessores suos, & Reges antè dicto monasterio concessa confirmavit, prout in dictorum prædecessorum nostrorum litteris, & privilegiis, quorum tenoribus de mandato nostro priùs visis, & examinatis diligenter de verbo ad verbum, signis, caracteribus, subscriptionibus, dumtaxat exceptis præsentibus, inseri fecimus, quamvis de hujusmodi exceptione, ut præfertur, claré constet. Nihilominus quia fel. rec. Honorius PP. III. etiam prædecessor noster, materia quæstionis inter quondam Nymphum Archimandritam, & Conventum dicti monasterii, & bon. memor. Archiepiscopum Messan. super jurisdictione, & subjectione ac superioritate dicti monasterii, & exemptione exorta, ad relationem bon. mem. Ægidii S. Cosmæ, & Damiani S. R. E. tunc Diaconi Cardinalis, cui dicta caussa in Consistorio referenda, inter dictas partes commissa fuerat, & in dicto Consistorio facta, pro eo quod coram eodem bon. mem. Cardinali dictum privilegium præfati Innocentii III. non fuit productum, prout ipse Honorius* [c] *testatur; de consilio Cardinalium tunc existentium statuit, & ordinavit, quòd confirmatio, & infirmatio ejectionis Monachorum, & Archimandritæ, & benedictionis munus, nec non annua dicti monasterii visitatio ab eis fienda, & procuratio quoad Archiepiscopum, correptio autem monachorum, & dicti monasterii ad Archimandritam; sed correptio Archimandritæ ad Archiepiscopum, excepta dispositione ejus, quæ summo Pontifici reservaretur; in civilibus Archimandrita, & Conventus coram Archiepiscopo respondere deberent, & singulis annis ipse Archimandrita in festo S. Mariæ deberet accedere ad Cathedralem Ecclesiam in habitu solemni, excepto tunc usu mitræ, & ab Archiepiscopo, Archimandrita, & monachi prædicti accipiant sacramenta Ecclesiastica, eidemque persolvant censum annuum, & quod requisitus ad synodum Archiepiscopi veniat, & statutis ibidem factis, quæ non essent contra probatum ritum Græcum, & regulam S. Basilii reciperet, & super permissis juraret obedientiam Archiepiscopo, & in his, & non aliis dictum monasterium interdicere non præsumeret, prout in litteris dicti Honorii desuper confectis, quarum tenores habere volumus pro expressis, & ad hujusmodi provisiones dictus Nymphus Archimandrita, & aliqui post eum dicti Monasterii Archimandritæ reverentiam, & obedientiam dicto Archiepiscopo fecerunt. Bon. mem. Paulus PP. II. etiam prædecessor noster cùm super hujusmodi subjectione, & exemptione, & superioritate cujusdam Petri, tunc Archimandritæ dicti monasterii instantiam contra venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Messanensem, tunc Jacobum de Tudischis, dilecto filio Nicolao tit. S. Cæciliæ Presbyt. Card. audientiam commisit, & fine debito terminandam: ipseque Cardinalis in ea procedens, definitivam sententiam desuper pro dicto Archiepiscopo, & contra supradictos Petrum, fortasse Paulum Archimandritam, monachos, & Conventum dicti monasterii promulgavit, à qua pro Archimandrita, & Conventus dicti monasterii parte appellato; caussa dictæ appellationis bon. mem. Riccardo Episcopo Albanens. Cardin. Constantin. nominato extitit commissa, qui in ea etiam contra dilectum filium Leontium, post obitum dicti Petri, ipsius monasterii Archimandritam factum procedens, dictam sententiam cum expensarum condemnatione, aliam suam sententiam confirmavit; à qua appellato, & certo termino ad consequendam dictam appellationem præfixo, caussaque appellationis dilecto filio nostro Oliverio tit. S. Eusebii Presb. Card. post lapsum dicti termini extitit commissa. Qui expensas*

in dicti

Margin notes:

a Hugo Episcopus Messan.

b Ecclesia Episcopalis Messana.

Nymphus Archimandrita.

c Honorius PP. III. statuerat, quòd correptio Archimandritæ fieret ab Archiepiscopo Messan.

Anno Christi 1473.

in dicta caussa pro parte dicti Archiepiscopi Jacobi, ex speciali commissione taxavit, & litteras executoriales desuper decrevit, quæ executioni nondum sunt traditæ, quarum sententiarum, & totius processus desuper facti, & suprà nominatarum omnium, & singularum tenores, ac si de verbo, ad verbum intexerentur, habemus pro expressis. Cùm autem tempore, quo dictus claræ memoriæ Rogerius Rex antedictum Monasterium, cum illud (ut permittitur) construxit, ædificavit, fundavit, & Capitulo Eccles. Mess. ibidem præsentibus, volentibus, & consentientibus, ab omni eorum, & cujuslibet alterius Prælati, & Ordinarii superiorum exemptum esse voluerit, & post ejus obitum alii dicti Regni Reges dictam exemptionem (ut prænarratur) confirmarunt, nec non recolendæ memor. Callistus III. dictum monasterium ab omni jurisdictione, superioritate, & dominio Archiepiscopi Mess. & aliorum Ordinariorum totaliter exemisset, & illud sub sua, & B. Petri protectione suscepisset, & alia fecisset, prout in litteris ejusdem prædecessoris desuper confectis plenius continetur.

Regis Siciliæ jurisdictio in exempt. ab ordinario Episcopo.

Nos præmissa considerantes, & nolentes, prout non velle debemus, quòd desidia, negligentia, seu ignorantia Archimandritæ, Monachorum, & Conventus ejusdem Monasterii tunc existentium, ante dictum privilegium Innocentii coram dilecto fel. mem. Honorio, seu coram dicto Commissario non fuit productum ad subjectionem dicti Archiepiscopi, Canonicorum, & Capituli ipsius Ecclesiæ Mess. prætextu dictarum ordinationum Honorii, & sententiarum successivè latarum, redire debeat; cum non sit verosimile, quòd dictum privilegium Innocentii PP. III. coram dicto Honorio III. supradictoque ipsius Commissario productum fuisset. Ideo prædictas sententias, ac statum caussæ, & tenorem sententiarum, ac processuum desuper habitorum, ac caussam ipsam, si qua sit, ad nos hanc seriem advocantes, & hujusmodi litem penitus extinguentes, propitioris cautelæ suffragio pro expressis habentes, motu proprio, non ad ipsius Leontii Archimandritæ, Monachorum, & Conventus, pro eis nobis super hoc collata petitionis instantiam, sed ex nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, ordinationis Regis Rogerii exemptionem, liberationem, ac singulas Innocentii, Alexandri, Joannis, Clementis, & Callisti prædictorum litteras cum omnibus, & singulis approbamus, & perpetuum robur obtinere decernimus; & nihilominus, monasterium ipsum cum omnibus, & singulis juribus, & pertinentiis suis, membris, & Abbatiis, ac Archimandritam, Monachos, & Conventum ejusdem monasterii ab omni jurisdictione, superioritate, subjectione, ac potestate Archiepiscopi, & Capituli Eccles. Messan. & quorumcumque Ordinariorum præcedentium, & futurorum eximimus, & liberamus; nec non à collectis, & ab exactionibus, oneribus, gravaminibus contra sacrorum Patrum decreta impositis hactenus, aut de cætero imponendis; nec non ab illorum collectoribus, & exactoribus ad hujusmodi Collectionem, & impositionem quamlibet deputatis, aut deputandis officialibus, pro istis eximimus, & totaliter liberamus; ac illud, illas, & illa sub B. Petri, nostra, & Sedis Apostolicæ protectione suscipimus; ita quòd de cætero Archiepiscopi, & Ordinarii alii ratione etiam delicti supradicti, seu contractus, aut rei, de qua agitur, ubicumque committatur delictum, contractus, vel res ipsa consistat; nullam possint in Archimandritam, Monachos, & Conventum, ministros, personas Monasterii, membra, loca, & bona prædicta, utpotè prorsus, & omnino exempta & nobis, & dictæ Sedi immediatè subjecta, seu jurisdictionem, aut potestatem, aut aliquod dominium exercere; nec non ab eis ratione imposterum collectarum, & subsidiorum hujusmodi, quidquid petere, exigere, recipere, vel levare, nisi censum dumtaxat Eccl. Messanensi debitum, non obstantibus quibuscumque sententiis, & aliis contra hujusmodi exceptionem & privilegia attentatis, quæ pro nullis, & infectis haberi volumus, ac recol. memor. Innocentii PP. III. etiam prædecessoris nostri circa exempta, quæ incipit Volentes, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod Archimandrita dicti Monasterii pro tempore existens singulis annis unum florenum auri de Camera in recognitionem subjectionis Sedis Apost. hujusmodi pro annuo censu eidem Camera solvere teneatur &c.

PP. A. Sixti IV. decretum de exemptione Archimandritatus.

Fuit Leontius Papæ Sixti IV. intimus familiaris, in paucis carus, à quo aliud quoque diploma confirmans ad verbum omnia privilegia Comitis Rogerii, Regum, Pontificum, ac Messan. Episcopi Hugonis, datum 6. Kalen. Maii an. 1. pont. sal. 1472. lib. Secret. fol. 197. exoravit adversus Jacobum Archiepiscopum Messanensem, contendentem ad se spectare cognitionem caussarum spiritualium incolarum oppidi S. Angeli. Sed Leontius ex his apostolicis decretis juramentum ab incolis cunctis oppidorum S. Angeli de Brolo, de Agrò, Aly, Italæ, &c. exegit, ut ei, & successoribus tantùm in spiritualibus obedirent. Jacobus verò id contra ordinariam suam jurisdictionem indicens, eos homines publico subjecit interdicto. Interim 14. Martii 1473. obiit Jacobus, cui ex electione Canonicorum frustrà sufficitur Leontius, (ut nos lib. 1. not. 2.) qui à Tribunali Monarchiæ ultimo Decembris 7. indict. 1474. lib. Secret. eo anno obtinuit, quod interdictum suspendatur, licèt Senatus Messanensis eas litteras contra Civitatis privilegia esse instaret à Sixto eodem pensio annua solvenda ex proventibus Archimandritatus Episcopo Sipontino, an. 1477. mense Augusti 10. Ind. constituta, ob juris patronatus præjudicium, litteræ executioni in Regno non sunt datæ ex l. prot. eo an. f. 10. An. 1478. 15. Julii à Rege Ferdinando II. omnia Archimandritatus corroborantur privilegia, his novis additis. *Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & capitulis, provisionibus, Bullis, rescriptis in contrarium factis & faciendis per quosvis prætensos Sum. Pont. Collegia, Cardinales, Prælatos, Capitula, Commissarios, signanter per bon. memor. PP. Eugenium IV. seu per Capit. Apost. vel per Cardinalem Nicænum editis &c.* [a] Leontius Pontificis favoribus elatus, non modò cognitionem caussarum spiritualium, sed etiam temporalium ad se spectare in Oppido S. Angeli de Brolo contendebat. Prorex vero, transmissis Panormo literis 13. Decembris 12. indict. eodem anno in Prot. fol. 87. inhibuit ei jurisdictionem temporalem. Anno 1479. monasterium Basilianum extra Messanæ muros pænè collapsum, factis

Right margin: Anno Christi 1473. — 1473. — 1474. — 1477. — 1478. — 1479.

[a] Lib. Reg. Monarch. fol. 633.

Anno Christi 1480.

factis à Sixto PP. & à Ferdinando Rege facultatibus in Cancell. eo anno 13. ind. ad preces Senatus Messanensis, Leontius Archimandritatui univit, & novis ædificiis construxit cum duobus columnis in templi ostio ex 80. unciis annuis per litteras Proregis penult. Decemb. 14. Ind. ibid. fol. 141. venditis cum carta (ut vocant) & graria redimendi. Multa bona malè alienata revocavit, novas ædes, seu habitationes ad Zephirum construxit. Anno 1480. fugata Turcarum classe, cùm pestis Messanam invasit, biennio deguit apud Savocam, suæ ditionis oppidum; ibi novam exædificavit arcem. Anno eodem ex diplomate Regio Toleti 28. Apr. 14. ind. in prot. ann. 1487. f. 114. & canc. fol. 317. Ferdinandus omnia privilegia, a præcessoribus Regibus indulta, ad verbum confirmat; haud secus Innocentius VIII. PP. suis litt. 9. Maii an. sal. 1485. pont. ann. 1. illa præcessorum Pontificum Alexandri IV. Innocentii III. & Clementis VI. atque Callixti III. & Sixti IV. Regumque rata voluit. Prot. fol. 619. & in Reg. Canc. fol. 649. Per ea tempora Innocentius contulerat Monasterium S. Pantaleonis Fratri Thomæ de Pactis Basiliensi; id contra jus regium, atque ipsius Archimandritæ contendebat Leontius. Unde ex litt. Proregis dat. Platiæ 13. Novemb. 3. Ind. Lib. Reg. Cancell. fol. 648. & prot. fol. 236. *visis privilegiis fundationis, ac jurisdictionis Archimandritæ, ac juris patron. regii*, executioni non fuerunt mandatę hujusmodi litterę Innocentianæ.

Arx Savocę quando ædificata.

1485.

Anno verò 1485. sic: *Innocentius*[a] *PP. VIII. Abbatibus Monasteriorum S. Pantaleonis, & S. Philippi Majoris diœc. Messan. Venerabilis Frater Petrus Archiepiscopus conatur Archimandritam Monasterii S. Salvatoris in jurisdictione, & possessione Castrorum S. Angeli de Brolo, Aly, Mandanicii, Savocę, & aliorum locorum Archimandritę subjectorum perturbare, certasque exactiones Archimandritę debitas, ab eis exigere, & alia attentare prater, & contra privilegia claræ mem. Rogerii Regis, auctoritate Apostolica confirmata &c. Ideo vobis committimus, & mandamus, ut eidem Archiepiscopo inhibeatis, ne in jurisdictione Archimandritæ se immiscere, aut aliquas exactiones ejus subditis imponere, seu exigere, aut eum perturbare contra privilegia prædicta præsumat; & Archimandritam in possessione, & jurisdictione sua conservetis, & defendatis, eosque si aliter contra alterum aliquid prætenderet, audiatis, & justitiam administretis. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris 21. Aprilis 1485. pont. anno 1.* Idque executioni omnino mandandum jussit Rex eisdem Abbatibus; exscriptis litteris die 20. Junii 3. indict. 1489. In tab. Archiman. fol. 147. & a Raphaele Diacono Cardin. tit. S. Georgii ad velus aureum ejusdem PP. Camarario erutum è libris regest. Cameræ Apostol. Innoc. 8. fol. 10. die 2. Junii indict. 3. sal. 1587.

[a] In tab. Archimand. f. 137.

1487.

Idem Pontifex duo per diplomata sua Romæ 2. Junii ann. sal. 1487. pont. ann. 3. in Canc. eo an. f. 639. eadem, & 6. idus Augusti an. 1400. pont. an. 6. Prot. 25. Maii 1471. f. 70. approbavit illud. PP. Pauli II. dat. 5. Martii an. 1465.

Anno Christi 1487.

A *quod Archimandrita possit vendere feudum de Salice ad novum monasterium Messanæ construendum.* Rex etiam Ferdinandus litteras Proregi Siciliæ transmisit die 29. Octobris 1485. aliasque ejusdem formæ 15. Junii 1495. *quod Archimandritæ servetur antiqua jurisdictio consequendi ab Abbatibus ordin. Basiliensis sibi suffraganeis, cum obirent, tectum, mulam, pallium, pileum, annulum; clamidem, & breviarium.* Extant de hac Archimandritę antiqua præeminentia testes recepti, & litteræ Proregum, in- B stante F. Paulo Malaponte Vicario Gener. Archimandritatus sub die 20. Janar. 1502. 6. Ind. penes thesaur. Nob. Civ. Mess. & in tab. Archim. fol. 152. Interea Leontius, vir tanti nominis, senectute an. 76. ac ægritudine pressus, ad bonum religionis constituit Vicar. Gener. totius ordinis Basiliensis in Sicilia, per litteras Messanæ 8. Apr. 1496. confirmatas a Prorege Prot. fol. 109. Fratrem Macharium Millimachi, electum Abbatem S. Pantaleonis, qui suopte ingenio vafer obrepere cœpit in Archimandritatum, C & acrior Leontii insectator multa crimina, præsertim læsæ Regiæ Majestatis coram Prorege ei injecit; ea de re omnes libelli, & informationes, (ut vocant) apud Librum Regiæ Monarchiæ f. 687. & 690. habentur. Tunc Archimandrita suæ ecclesiæ proventibus privatur, carceri mancipatur primùm in Castro Regii palatii Messanæ, eique inhibitum est aliis alloqui, nisi Nicolectæ quondam Joannis Chrysaphi nepoti, deinde in oppido Savocæ. Dum hæc aguntur; Rex litteras transmisit à Villa Attaniæ 1. D Decemb. 3. ind. 1498. Prot. an. 1499. 2. ind. 15. Feb. fol. 37. in Siciliæ Regno edicendas sub titulo Pragmaticæ; *Ne in Monasterio S. Salvatoris Messanæ, neque in aliis monasteriis S. Basilii in Sicilia juxta primam Comitis Rogerii institutionem admittantur Abbates seu Priores alterius ordinis; & quod beneficia Ecclesiastica ejusdem ordinis deinceps, & omni futuro tempore conferantur Basiliensibus; qui eligi debent à monasteriorum Monachis eaque monasteria solùm visitentur, & reformentur per Archimandritam, vel* E *personam aliam per Proregem deputandam; & si adversus hoc decretum rescripta obtineantur, executione careant &c.* Macharius verò tituli Archimandritalis honorem ambiens, Senatum Messanensem deprecatur, ut ad uniendum Archimandritatui Cœnobium S. Pantaleonis Messanæ litteras exorarent, scilicet unas directas Regi Ferdinando alias Conventibus S. Salvatoris, & S. Pantaleonis extra muros Messanæ ordinis S. Basilii alias universis vassallis ejusdem S. Salvatoris & S. Pantaleonis sub eodem die, à Pont. Ale- F xandro III. Romæ 3. idus Julii 1498. & à Rege Ferdinando II. in Alcalà de Nares 27. Martii; his suffultus facultatibus Macharius utroque præficitur monasterio. Prot. an. 1499. f. 58. & 61. & Reg. Cancell. fol. 67. & 70. Hinc tot, tantisque injuriis affecti Leontii consanguinei odio maximo Macharium prosequuntur, in ipsumque proditionis crimen retorquent apud Regem: quod à Galliæ Rege octo millibus aureorum receptis, Messanæ Castella promiserat regioque mandato captus, & tormentis traditus,

1496.

1498.

Decretum de electione Abbatum Basil.

S. Pantaleonis unio cum Archimand.

Anno Christi 1501. tus, crimen exsecrabile confessus est ann. 1501. Macharius. Hæc acta apud lib. Reg. mon. fol. 501. reperiuntur. Insidiosa fraude, ac calumnia hujusmodi viri detectis, Leontius ita injecto crimine se purgat, ut conceptum, sparsumque dedecus in non leve cederet decus; sedi, ac proventibus restituitur, & in Macharium versa injecti criminis pœna, utriusque monasterii munere amotum, per litteras Regias Cesaraugustæ 3. Octobris 6. ind. 1502. Exscriptis Mess. 29. Mar. in Sardiniam exulasse legimus. Leontium verò non modò ab omni illato crimine immunem per litteras Barcinone 25. Maii 1503. declaravit Rex, sed ejus innocentiam, vitæ candorem, fideique probitatem magnis extollens laudibus, ad æternam rei memoriam publicis in tabulis exscribendas præcepit; Archimandritatusque in sui filii Alphonsi cessionem gratissimam habuit, in Reg. Canc. f. 413.

1502.

XIX. ALPHONSUS de ARAGONIA Ferdin. II. filius non ex Regina exortus[a] adhuc ætatis an. sex, sed eximiæ expectationis, indolisque Abb. Montis Aragoniæ, & Archiepiscopus Cæsaraugustanus, annorum verò ætat. 34. Montis Regalensis in Sicilia designatus, à patre Barcinone 2. Maii 1503. & à Pont. Julio II. Romæ 14. Feb. („ corrige 14. Kal. „ Febr. ex authogr. in tab. sacræ domus Mans. „ Panorm.) pont. ann. 1. Prot. fol. 100. & Reg. Cancell. f. 550. an. 1504. Ob Leontii cessionem, Archimandritatus cum unione monasterii S. Pantaleonis, etiam spe successionis ad omnia beneficia Sicula, litteras exoravit. Eas mox Macharius, uti Archimandrita coram Prorege die 26. Julii, tanquam obtrectitias, nullo jure executioni dandas, alioque ejusdem Pontific. 3. Julii 1504. diplomate fulcitus, possessione gaudere contendebat. Cæterùm Pont. Regisque mandato, Alphonsus per procuratorem, seu locum tenentem, suam est adeptus possessionem, Qui quidem procurator Basiliana Cænobia Archimandritæ subjecta perlustrans, ab illo S. Philippi de Fragalà Hospitali Magno Panormi, per Apostolicas, & Regias litteras unito, antiquum (ut vocant) Buccillati, seu panis jus petiit; sed Hospitalarius ad id non teneri asserebat. Res in Tribunali Regiæ Monarchiæ agitata[b] an. 1526. die 18. Maii 13. ind. pro Archimandrita successore Riccio decretum est[c]. Anno 1516. feudum de Trocculis, post Villæ Francæ ab anno 1447. 28. Maii pro aureis 105. ab Archim. Luca de Bufalis concessum in præjudicium Ecclesiæ, revocandum litteras Regias obtinuit, in cancel. & tab. Archimand.

1504.

1516.

Anno 1518. hanc dignitatem, qua Alphonsus se spoliaverat, Leo X. Papa contulit Gabrieli Carbonel, qui, ne juri regii patronatus fieret præjudicium, statim in Joannis Petri Riccii Messanensis familiaris Cardinalis Andreæ tit. S. Agnetis, de quo infrà, gratiam ex diplomate Romæ 3. idus Feb. resignavit, in cancell. 6. Maii 1518. fol. 678. Sed id non placuit Regi.

1518.

XX. ANDREAS DE VALLE ex nobilissima gente Romanus, Episcopus Crotensis, an. 1508. 23. Februarii Militensis[d] interfuit Concil. Later. Presb. Cardin. priùs tit. S. Agnetis in Agone, post S. Praxedæ creatus à Leone X. anno 1517. Kalendis Julii; antea Cancellariæ Apost. Regens, ac Episcopus anno 1519. Valvensis, & Sulmonensis[e], post Albanus, & an. 1533. Prænestinus, & Abbas S. Spiritus Caltanixettæ in Sicilia ex lib. Proc. ann. 1519. fol. 195. Rege volente, ac per suas litteras lib. R. Monar. fol. 919. & 958. jubente, Archimandritali etiam dignitate exornatur. Is constituit primùm Vicarium Jo: Petrum Riccium aulicum suum, post eidem, reservato sibi regressu, absque tamen Caroli nostri Regis assensu, hanc dimisit dignitatem. („ De Andrea Oldoinus ad „ Ciaccon. t. 3. f. 350.)

Anno Christi 1519.

1524.

XXI. JO: PETRUS RICCIUS Decanus, Canonicus, ac Patritius Messanensis, Protonotarius Apostolicus, Regius Capellanus, Beneficiariusque altaris nuncupati delli Rizzi in templo parochiali S. Nicolai ex lib. R. cancell. an. 1518. fol. 678. antea Regii Sacelli S. Joannis Palatii Messanensis Rector, ac S. Luciæ de Milatio Capellanus Major ex lib. Prot. anno 1494. fol. 61. cedente Cardinale de Valle (*cum regressu tamen, ut tunc erat in moribus*,) constituitur Archimandrita, ex litt. PP. Clementis VII. Romæ 4. Nonas martii anno salutis 1524. pont. ann. 1. & Regis Caroli in civitate Burgorum 22. April. 12. ind. 1524. Ibidem f. 349. an. 1525. Eodemque anno Riccius destinatur Regius, ac Apostolicus Commissarius ad perlustranda templorum juris patronatus regii ædificia, scriptis in eadem civitate Burgorum regiis litt. 15. April. 1524. & ex aliis Proregis 24. April. 15. ind. 1527. Ibidem 23. April. 13. ind. 1525. & lib. Arch. fol. 270. Carolus, ejusque mater Joanna Reges suis litt. in Burg. 6. Maii 12. Ind. 1524. Ecclesiæ Archimanditali omnia præcessorum Regum privilegia rata esse voluerunt. Anno 1526. 11. Maii 14. ind. Antonius de Lignamine civis, & Archiepiscopus Messanensis huic Archimandritæ calceis auratis uti, prælata cruce, & protenso syrmate incedere, in Cathedrali templo thronum ascendere, & ibi sacra peragere interdixit, uti Decano tantùm suum in choro locum indulgens. Sed cùm iniquè secum agi ab Archiepiscopo quereretur Riccius apud Proregem, ex illius litt. scriptis Panormi ultimo Maii eo anno, ad pristinum morem cuncta restituenda statutum est. Iterum anno 1527. die 20. Januarii, cùm Archimandrita in Processione Sancti Sebastiani ad latus Archiepiscopi incederet protenso syrmate, ab eo, atque ab illis Canonicis, qui Messanæ Archichori nuncupantur, ejicitur, atque ei vestimentorum pontificalium usus interdicitur. Sed ne apud Proregem iterum quereretur Riccius, Archiepiscopus in Tab. Not. Bernardi Cusertæ Messanæ die 10. Junii, 14. ind. liti cessit, & datæ sunt litt. Archimandritæ *de manutentione possessionis* ultimo Octobris 15. Ind. Hujus rei acta leguntur in lib. Reg. monarchiæ fol. 903. 1016. 1021. 1039, 1054. 1061.

1526.

Archimandritæ Pontificalium vestimentorum usus.

Anno 1530. die 20. Augusti è vita Riccium decessisse scribit Maurolycus lib. 6. de histor. Sic. f. 203. iisdem die, & anno falsò arbitratur obiisse Cardinalem de Valle Bonfiglius in sua Mess.

1530.

[a] De eo nos in Chronol. Regum & in not. Montis Reg.

[b] Vide in lib. Reg. Monar. f. 117.

[c] Ibidem eo ann.

[d] Ex Ughello in Ital. sac. f. 1040.

[e] Ex eodem f. 125.

Anno Christi. 1531.

XXII. ANDREAS de VALLE Cardinalis iterum, jure regressus sibi reservato, ad Archimandritatus regimen rediit, anno quidem 1531. Carolo V. volente, cum annua pensione aureorum 400. solvenda ejus nepoti Bartholomæo de Crapanica Canonico S. Petri de Urbe, & aureorum 100. ejus Auditori Felici Mariocco, hoc munere se exsolvens, dedit Andreas Annibali successori, uti ex litteris Apost. & Regiis, quas mox afferam, constat. Decessit Cardinalis pridie idus Augusti an. 1534. & sepelitur in templo S. Mariæ de Aracæli [a], in majorum suorum Sacello, cum hoc epitaphio.

a Apud Ciacconium in vita Papæ Leon. X.

Andreæ De Valle Cardinalis, Episcopi Prænestini ossa hic sita sunt; vixit annos 70. Men. 8. dies V. tertio nonas Sep. esse inter nos desiit.

1534.

Si sibi par ausis avum matura dedisset
Nacta erat amissum Martia Roma decus.

XXIII. ANNIBAL SPATAFORA Messanensis, quem falsò Joannem appellat Bonfiglius in sua hist. Sic. fol. 444. ex gente inter Siculas nobilissima, multis honoribus & titulis exornata, filius Francisci Mariæ Spataforæ, fit Archimandrita, Carolo Imperatore ex litteris 26. Sept. 5. ind. ann. 1531. concedente, & PP. Clemente VII. suo diplomate Romæ pridie nonas Decemb. an. eodem pont. anno 9. confirmante Lib. Prot. an. 1532. f. 103. mense Martio. Eorumdemque Pontificis, & Imperatoris auctoritate, illud primum S. Salvatoris cœnobium à Rogeriis patre Comite conditum, & filio Rege nobilissimis auctum ædificiis in Lingua Phari, ubi à Carolo Cæsare ad Urbis, & Regni præsidium & defensionem Arx munitissima propugnaculis circumsepta exædificata est, [b] intra Messanæ mœnia ad D. Mariæ a Misericordia delatum est. Et ut insigni opere illustretur, monasterium Basilianum S. Mariæ de Massa, uti de S. Pantaleone, unitur, ejusque proventus omnes traduntur in cancell. ann. 1538. & ibid. litt. regias dat. 12. Jul. 1536. fol. 4. Anno 1538. Annibal cujuscumque caussæ, etiam de rebus fidei, cognitionem in oppidis suæ ditionis ad se spectare contendebat. Sed in Trib. Reg. Monar. Lib. monar. fol. 1379. & 1385. pro rebus fidei Quæsitoribus sancitum est. Idem 4. Apr. 11. ind. ibidem fol. 1380. pro Abbatibus commendatariis S. Michaelis Troynæ, tunc Narciso Verdugo Neapol. & S. Angeli de Brolo Jo. Mattheo Giliberto, in electione, & designatione Monachorum, & Priorum, propriis monasteriis Abbatum, & non Archimandritæ juris esse. Iterum adversus hos Abbates urgens Annibal, de usurpata Jurisdictione anno 1538. 12. Junii accusatur ab eodem Carolo Imperatore litteràs in Oppido Majorensi 8. Novemb. 1539. obtinuit, quod ea bona, feuda, castraque malè à præcessoribus Archimandritis, maximè a Luca de Bufalis anno 1447. alienata, suæ Ecclesiæ, servato jure, restituerentur. In contentione quoque venit Archimandrita cum Priore S. Joannis Messanæ ordinis Hierosolymitani tunc Fr. Signorio Gattinara, in cunctis actibus publicis, tam in associando Prorege, tunc Ferdinando Consaga, in sedendo in Regni Comitiis, quam A in reliquis, præcedendi ex lib. Reg. Cancell. an. 1540. f. 1369. & in lib. Reg. monarch. f. 1396. & l. pro. an. 1555. f. 548. An. 1546. à PP. Paulo III. rescriptum iste Archimandrita tulit, quod gaudere, ac frui posset omnibus privilegiis, exemptionibus, præeminentiis, ac juribus, quibus Abbates, ac Archimandritæ monasticam professi disciplinam, utebantur [c]. Hoc suffultus Apostolico indulto F. Guillelmum de Castronovo elegit Abbatem S. Eliæ de Ambula, sed quòd in juris patronatus Regii esset præjudi- B cium, effectum non est sortitus. Fratri germano Cæsari Spataforæ Messanensi feudum Salicis juris Ecclesiæ suæ ad emphyteusim concessit pro annis unclis 80. [d] quam venditionem per litt. iisdem PP. Paulus, facta Apostolicis delegatis facultate, 24. Jan. 1547. ratam declaravit. Sed eam Cæsar ex tabul. Joann. Matthæi Angelica Mess. anno 1552. 30. Maii 10. ind. auctoritate etiam Apostolica Julii III. alteri concessit. Annibal hic, vel alter potiùs ejusdem nominis & cognominis, fuit Episcopus Liparitanus, ut in C ea notitia lib. III. nos diximus; post cujus excessum anno 1553. ex Lib. Prot. eo an. fol. 393. sufficitur

Anno Christi. 1546.

b Fazell. dec. 1. de Messan. lyl. Maurol. & Bonfigl.

1538.

c Archimandrita commendatarius ex priv. Pont. gaudet privil. Monach. Abbatum.

d In tab. Not. Stephani de Maxxono Mess. 24. Jan. 5. ind. 1546.

1553.

De præcedentia Archiman. & Prioris Messanæ.

XXIV. FRANCISCUS DE TOLETO *Hispanus* nobilitate, & V. I. peritia in Consiliis Regiis præclarus, ex litt. Regiis Bruxellis 28. Decemb. 1554. lib. prot. 28. 13. ind. 1555. f. 280. Iste antequam hujus dignitatis assecutus fuisset possessionem, obiit.

XXV. JOANNES ANDREAS DE MERCURIO, *Mess.* honestis parentibus na- D tus, ingenii laude præstantissimus, vir utique eruditus, ac virtutum, rerumque usu præclarus, variantis autem fortunæ rarissimum exemplum. Hunc ob egregias dotes Joannes Maria de Monte Episcopus Cardinalis Prænestinus maximè dilexit, & Sipontino præsulatu exornavit, mox in Summum Pontificem cooptatus, nomine Julius III. ad Presbyteri Cardinalis tit. S. Barbaræ anno 1553. 13. Kal. Feb. post S. Cyriacæ in Thermis, & sub Paulo IV. tit. Quirici, & Sulitæ dignitatem evexit. Carolus verò E V. Cæsar non solùm ann. 1550. patrii Archiepiscopatus, sed ex litt. confirmante Paulo IV. Romæ 15. Kal. Apr. an. 1555. Prot. 1. Maii 14. indict. 1556. & 30. Julii f. 623. & lib. mercedum f. 397. Archimandritatus honore cohonestavit. 1555.

Anno 1556. 23. Martii pontificali more ingressus est Messanam. [e] mox cœnobium Archimandritale intra urbis mœnia translatum, opere complendum curavit. De eo multa in Not. Messan. ad ann. 1550. f. 371. diximus, Ann. 1560. 4. nonas Februarii Romæ mortuus est. F

1556.

e Ex Maur. l. 6. f. 233.

XXVI. GARSIAS de HARO *Hispanus Cordubensis* ob generis nobilitatem, atque animi dotium splendorem, ad regiam Philippi II. vocatus, ab eo mox ad hanc magnam, & locupletissimam dignitatem cum suis annexis monasteriis S. Pantaleonis, ac S. Nicandri, scriptis Matriti litteris 5. Jan. 1563. In Prot. 4. Julii 6. indict. fol. 57. & 426. assumptus est. Sed post, eam successori cessit. 1563.

LAU-

Anno Christi 1564. XXVII. **L**AURENTIUS THEODOLUS A Forlimensis V. I. D. Abbreviator litterarum Apost. familiaris Alexandri Farnesii S.R.E., Cardinalis, Episcopi Sabinensis, ac Sedis Apostolicæ Vicecancellarii, ex Hari cessione, cujus tunc possessionem nondum inierat, Hieronymo Episcopo Gaudiensi, ob suam impetrationem à Rege obsistente, cum quo ad pactiones deventum est; quòd eodem Rege consentiente, Laurentius esset Archimandrita, ex diplomate Pii IV. Romæ 8. Kalend. Novemb. an 1564. pont. an. 5. Prot. 28. Decemb. 8. ind. f. 269. Hic, dum

1567. anno 1567. die 8. Junii 10. ind. in generali Panormi consessu sub Prorege Garsia de Toleto, cujus vices deinde gessit Carolus de Aragonia Dux Terrænovæ, interesset, omnium plane Archiepiscoporum, & Episcoporum Procuratores in sedium prærogativa, loco, ac honore anteire contendebat, qua petitione contra antiquum morem adjudicata, præsidentia data est Antonio Pharaonio Episcopo Cefalœditano ob gravem morbum Archiepiscopi Panormi Octaviani Preconii; secundus vero locus procuratori ipsius Archiepiscopi. ex lib. Prot. an. 1567. fol. 542.

1568. Anno 1568. à PP. Pio diploma dat. 13. Kalend. Octobris pont. an. 1. Lib. Secret. Reg. ann. eod. fol. 27. quo obliteratur illud Pauli IV. 2. nonas Julii pont. ann. 4. [a] Hospitalarius Panormitanus, tanquam Abbas Commendatarius Monasterii Basiliensis S. Philippi de Fragalà, ut in illius obsequium, defectu Basiliensium, monachos cujuscumque ordinis, vel presbyteros sæculares designare possit, exoravit. Sub anno 1573. 1. ind. 6. augusti Cœnobitas S. Salvatoris venisse ad habitandum novum monasterium, atque devota, ac pia processione lignum Sanctæ Crucis, & SS. reliquias duxisse, missamque solemnem in novi monasterii Ecclesia ex tabulis confecta, cecinisse lego in tab. Archim.

a Ibidem.

1573.

1576. Anno 1576. [b] è Messana, quam pestis premebat, Romam adiit Laurentius, ubi de revocatione feudi Salicis à Gaspare Joenio, caussa demandata a Pontifice ann. 1582. 4. april. Scipioni Lancellotto, egit: sed morte præventus, die 20. martii ann. 1584. fato cessit. Eius spolia ad summam unciarum 824. Regio Thesauro illata sunt.

b In libro VI. ... Danii fol. 139.

1584.

XXVIII. **F**RANCISCUS è præclarissima PUTEORUM Messanensi prosapia S. T. D. Regius Sacellanus, per litteras Regias Philippi II. datas 24. April. 1580. Prot. f. 348. fit Visitator Generalis Ecclesiarum Juris patronatus Regii; quo sanè in munere egregiè se gessit; nam litteris Papæ Gregorii XIII. Romæ 24. April. ind. 8. eodem anno, rem promovente S.R.E. Cardinale Guillelmo Sirleto: *quod proventus Monachis pro sua,* (ut vocant) *mensa, partim Abbatibus Commendatariis,* maximè obstitit; asserens id maximum illaturum esse præjudicium, ac detrimentum Juri patronatus regii. Tot auctus meritis Franciscus, à Philippo II. Rege, datis in Pardo litteris 6. octobris 1584. Proton. 17. Decembr. 13. Ind. f. 165. & 337. confirmante Gregorio XIII. 10. Kal. feb. an. 1585. pont. ann. 13. in

1585.

Sibil. Sacr. Thom. II.

Anno Christi 1585. sua patria Archimandritali dignitate cum octo millibus aureorum in auxilium, donatur. Eodem anno 6. maji ind. 13. Messanæ convenerunt Præsules, ac Regni Proceres, ubi Joannes Alphonsus Bisballi Marchio Briatici, urbis Strategus, & Regni Præses cum regio magistratu degebat, in iis Comitiis Puteus in sedendi ordine cunctos, quibus vices suas Archiepiscopi, & Episcopi demandarant, præire contendebat; Præses verò, *nullo præjudicio iisdem illato, ad scandalum tollendum, Archimandrita tunc illum cedendum locum,* decrevit. In Prot. an. 1585. fol. 13. Consulit Puteus Sacram Congregationem DD. Cardinalium super rebus Sacri Conc. Trid. an suam spiritualem Iurisdictionem in oppidis suæ ditionis tuendam; cui Hieronymus Matthæi Cardinalis; & Congregationis Præses hæc scripsit. *Congregatio Concilii respondit: Si verò hujusmodi loca sint nullius diœcesis, & Archimandrita in eis omnimodam jurisdictionem, quasi Episcopalem habeat; dispensationes matrimoniales, & litteras in forma significavit, quoad homines eorumdem locorum ipsi Archimandritæ, & non alteri esse committendas* [c]. An. 1589. transmissæ sunt in Sicil. litteræ, Rege assentiente, à PP. Sixto V. scriptæ Romæ 10. Maji pont. an. 5. instante Iulio Antonio Cardinale S. Severinæ, ordinis S. Basilii, Protectore: *quod proventus Abbatum Commendatoriorũ dividerentur cum monachis*, eas executioni dandas non esse in maximum juris patronatus detrimentum dum enixè agebat Puteus, ad Episcopalem sedem Agrigentinam translatus est, ubi ann. 1593. 7. martii decessit.

Archimand. locus in Comitiis.

c Autograph. in tab. Archimand.

1589.

XXIX. **N**ICOLAUS STIZZIA CATANENSIS V. I. Consultissimus, nobilibus parentibus procreatus, Regius Cappellanus, cui, ut dignitate Ecclesiastica esset exornatus, data est Abbatia S. Philippi de Grandis prope Messanam ex litt. Regiis, & Apost. Greg. XIII. *Romæ* Kal. mart. 1579. & primus Judex ordinarius Reg. Monarchiæ est constitutus, quo in præclaro munere ita prudenter, piè, ac erudite se gerebat, ut idem Rex Matriti 27. Januar. an. 1590. Pontifice Innoc. IX. annuente Romæ 6. Kal. maji sui pont. an. 1. Prot. 19. Junii 4. Ind. 1591. f. 152 & 160. Abbatiæ Novæ Lucis pinguioribus proventibus, post hac insigni Archimandritali dignitate augeretur. Mox alia haud obscura edens præsagia, suorum cœnobitarum Græcorum celebre erexit seminarium e. Adversus cum Antonius Lombardus Archiepiscopus Messanensis, quod oppida juris Archimandritalis intra suæ Messanensis diœcesis finibus essent constituta, litem intendit. Cujus quæstionis caussa dirimenda coram Pompejo Columna ab Antistite Max. demandatur. Judex hic pro Archimandrita hujusmodi protulit sententiam juridicam: *Oppida omnia Archimandritalia alterius esse ab Archiepiscopali diœcesis* [d]. Ab anno 1593. ad 1595. 17. Feb. Cephaludensem, appositis prudentiæ suæ monumentis, magna cum laude rexit Ecclesiam.

1590.

d Autogr. in tab. Archi.

XXX. **F**OELIX NOVELLUS. V. I. D. in Umbria Romanę Provinciæ nascitur, ob 1599.

Anno Christi 1599.

multa Regi Philippo II. præstita obsequia, VIII. Clementi oblatus, ab eo datis Romæ 4. idus Maii an. sal. 1597. pont. ann. 6. Prot. 19. Junii eod. anno litteris confirmatur. Sedis Archimandritalis vacantis intervallo, nullo ex Abbatibus Commendatariis obsistente, & Rege permittente, illud rescriptum ejusdem Clementis die 26. Junii 1597. alia præcessorum pontificum approbantis, in Sicilia die 9. Martii 10. Ind. 1598. executioni datum est. In illo sanè quidam V. I. D. Brutus Fernetus subdelegatus Apostolicus constitutus in Sicilia, ex omnibus monasteriorum Basiliensium proventibus, & Juribus aliquot bona stabilia pro mensa, seu victu, & vestitu cœnobitarum attribuere, & reliquum pro Abbatibus Commendatariis relinquere satagebat. Quamprimum suæ Ecclesiæ initt possessionem Novellus, uti totius ordinis Caput, illiusque boni zelo permotus, id juri regii Patronatus magnum præjudicium, divino cultui detrimentum, atque monasteriorum desolationem fore prævidens, plures cum Proregis, ac Tribunalis Reg. Patrimonii approbatione litteras, (eas leges in Archivio ejusdem Tribunalis) Regi perscripsit; *quòd Apostolica divisionis mensa rescripta, atque Regium assensum extorquissent monachi, sub spe propagandæ fidei, scilicet Græcos Orientales Cœnobitas (Calogeros nuncupatos) relictis suis scismaticis Præsulibus, in Siciliam transfretaturos, eos Romano Pontifici subjicerent.* Sed id nunquam suum sortitum est effectum, *idcirco* (ait Novellus) *omnia pristino reddenda statui, hujusque Basilianæ religionis sectatores in tria maxima monasteria Panormi, Messanæ, & Catanæ ad vitam conventualiter monasticam servandam, relictis aliis in sylvis, & sollicitudinibus sitis, latronibus obnoxiis, cohiberentur; illosque ex suis proventibus Abbates Commendatarii alere, atque necessaria præstare tenerentur.* Hac de re Regem Visitator Ecclesiarum ejus jurispatronatus Philippus Gordi anno 1604. consulit; inde Regio mandato Prorex Villenæ Marchio cum Tribunalis Regii Patrimonii consilio, Regi die 10. Martii anno 1608.[a] respondit. Rex vero de re tam gravi certior factus, rescripsit Matriti primo Novemb. ind. 2. 1613.[b] Duci Ossunæ suas vices gerenti, *ut ipse, ac Archiepiscopus Messanensis,* (tunc Petrus Ruiz) *Episcopus Tropiensis, & Abbas S. Placidi Messanæ diligenter pervestigarent, ac cognoscerent; an vera essent, quæ iis Monachis objicerentur, & quæ, & quanta mala evenere ex hac mensæ divisione.* Prorex tandem, Regiique Consiliarii Regi perscripsere, hæc, & majora, quæ haurietis ex datis Panormi litt. 31. Januarii anno eodem[c]. Fuit noster Novellus monachis infestissimus, eosque *Basiliscos* appellare solebat, ab iisdem apud Judicem Monarchiæ, tunc Joannem Nanclarem à sacris Ducis Ossunæ accusatur, & adversus Archimandritam Alphonsus Gonzales à sacris cæremoniis ejusdem Ducis, Delegatus transmittitur[d]. Obtinuit à Rege Novellus duas litteras, alteras Matriti 6. Martii 1612. in lib. Cancell. 17. Sept. 11. Ind. f. 10. Quòd feudum de Troeculis Juris Archimandritatus pro annuis unciis 42. concessum (de quo supra ad annum 1447. diximus) in Ecclesiæ, & Jurispatronatus Regii præjudicium fuisse, & servato jure revocandum esse. Alteras 1. Februarii 1613. ibidem fol. 605. & 615. Quòd, decentibus Archimandritis, Vicarii sede vacante Abbates Commendatarii, & non monachi Basilienses eligantur. Sed nihil ad perfectum duxit. Relictis ex spolio unc. 2367. è vivis exemptus est Messanæ, ibique sepelitur die 28. Jan. 1615. sede vacante Capitulum Monachorum Laurentium Constam Monachum S. Basilii genere Græcum delegit Vicarium. 1615.

Margin (left): 1604. — a In Archivio ejusdem Tribu. eo anno. — b Ibidem 1613. — c Ibidem. — d In Tab. R. Mon. eod.

Anno Christi 1613.

XXXI. PETRUS CAROLUS DE ARAGONIA, ET TAGLIAVIA *Panormitanus* ex illustrissimis parentibus Carolo Principe Castelli Vetrani, Magnate Hispano, Siciliæ Magno Amirato, Duce Terrænovæ, & Marchione Abulæ, atque Joanna de Pignatello ex Ducibus Neapol. Montis Leonis secundogenitus. Ut verò puer adolevit, dedit manifesta ingenitæ virtutis signa, ac omnibus admiratio tam præclaræ indolis erat, cùm Alcaræ apud Hispanias studiorum caussa moraretur; & iis omnium plausu esset Præfectus, multorum oculos in se convertit ob singularem modestiam, pietatem, & ingenii acumen. Quarè Philippus III. Rex ex litt. in Valle Oleti 20. Septemb. 1608. cum confirmatione PP. Pauli V. 5. Idus Martii Abbatiam S. Mariæ Nobariæ lib. Prot. 24. April. 7. Ind. 1609. f. 99. & 100. post anno 1612. ex aliis Regiis, & Pontificiis dat. Romæ idibus Junii, ibidem 23. Junii 1613. fol. 252. Prioratum S. Andreæ de Placia; anno verò 1618. cum Prioratu eodem etiam Archimandritatum S. Salvatoris Messanæ, datis litt. Matriti 17. Februar. & Romæ pridie idus Maii, ibidem an. 1618. fol. 184. & 187. die 25. Nov. 1619. simul ac omnes proventus Archimandritatus sede vacante, cum onere solvendi annuam pensionem aureorum 1900. Augustino Spinolæ Cardinali, concessit nostro Petro. Mox in Supremo Italiæ Regio Concilio Regens Siculus eligitur; quo in munere, animi ingenui, justitiæ, prudentiæ, cæterarumque virtutum exempla reliquit memoranda. Solùm minoribus ordinibus constitutus, ætatis vix annorum 22. immatura morte ad cœlum evolavit, habitu S. Francisci indutus, humatur Matriti die 17. Junii 1619. 1618.

XXXII. FR. LUDOUICUS ALLIAGA *Aragonensis* Ordinis Prædicatorum, in Academia Cæsaraugustana celeberrimus Cathedraticus, inde sui Ordinis Prior Provincialis Terræsanctæ, ac Visitator Generalis Provinciæ Lusitaniæ, a confessionibus, ac conciliis senioribus (ut vocant) status Regis Philippi III. apud quem magnæ erat æstimationis. De rebus fidei Apostolicus Quæsitor Generalis. Post obitum Caroli fit Archimandrita, simul & Prior S. Andreæ de Placia, Rege volente, ex litt. scriptis Ulissiponæ 3. Augusti 1619. & Paulo V. confirmante, Tusculi nonis Novembr. eodem salutis anno, pont. verò an. 15. 16. Janu. 1620. in Reg. Cancell. fol. 125. & Prot. 133. 137. 181. & 187. Sed non multò post demortuo Philippo III. Ludovicus in multas incidit ærumnas: privatur Generalis Quæsitoris mune- 1620. 31. Januar.

Anno Christi. 1620. 1622.

munere, idque datur Andreæ Pacheco, ab illius tribunalis consiliis, ac Episcopo Segobricensi. Die 22. April. 1622. secedere cogitur, primùm in sui ordinis Ortæ, deinde Ville Baroxæ monasteria. Istius meminit Aloysius Congales Regius historiogr. in libro Theatri laudum Matriti fol. 445. iis ærumnis, & gravi annorum ætate pressus die 8. mensis Martii anno 1627. moritur.

1627.

XXXIII. DIDACUS REQUISENS *Panormitanus* ex antiquissima, & nobilissima Requiseosium Catalanorum familia; patre Antonio Pantallariæ Principe, ac Buxemæ Comite, matre Hippolita Marchisi, ex Principibus Scalettæ an. 1594. 26. Octob. ortus, florente ætate litteris eruditus, constituitur Regiæ Aulæ Sacellanus statim Abbas SS. Petri, & Pauli de Itala, ex litteris Regiis, ac Pontificiis anno 1627.[a] Deinde Archimandritali Ecclesiæ præficitur, dato diplomate Regis Philippi IV. Matriti 8. Aprilis 1628. & Urbani VIII. Romæ Kalend. Aug. Pont. anno 6. in Cancel. 21. April. 1635. fol. 190. *Unà cum proventibus quatuor mensium sedis vacantis, dummodo non excederent aureos mille*, ex aliis litt. 9. Feb. 1630. in Cancell. 26. Novemb. ejusdem anni f. 49. hac tamen adjecta conditione; ut annuam solvat pensionem, præter antiquam aureorum 1900. Cardinali Augustino Spinolæ, aureos alios 1200. scilicet Fr. Joanni Bravo, olim Episcopo Urgenti 350. Joanni Majo Neapolitano 250. & Petro Picacio 300.[b]. In Siciliam venit, primum Panormum, deinde Messanam, ubi à Prorege Ferdinando Alcalæ Duce, atque Messanensi Senatu an. 1632. multis afficitur honoribus; iterum Panormum, post Romam an. 1634. adiit, ubi Summ. Pontifex VIII. Urbanus hilari sinu honorificentissimè excepit, & sub diebus 13. 14. & 17. *Aprilis Pontificiis Capellis cum Rochetto, & Cappa interesse, & in sedilibus Episcoporum post ultimum Episcopum locum habere*, præcepit[c]. Marcoque Antonio Franciotto Prot. Apost. utr. sign. Referendario, Cur. caus. Cameræ Apost. Generali Auditori, &c. demandavit; ut ipsi Didaco litteras Apost. de manutentione, & continuatione possessionis omnium, singulorumque privilegiorum, immunitatum, prærogativarum, & præeminentiarum Archimandritatus hujus daret; scilicet habendi *Diœcesim propriam, distinctam, & separatam à quavis alia Diœcesi, consistentem in locis, terrisve, seu oppidis infrascriptis: Savoca nempe, Casali Vecchio, Pagliara, Loccadi, Antello, Misserio, ibique dominium etiam temporale liberè exercendi; nec non la Forza, Mandanici, Aly, Itala, S. Gregorio, Salice, S. Angelo, & in eisdem pariter jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, civilem, & criminalem, voluntariam, & contentiosam privativè quoad Archiepiscopos, & Episcopos administrandi, tribuendi, & exercendi; ipsumque Illustrissimum, & Reverendiss. Archimandritam, illiusque Diœcesim, aliquem in superiorem, præter Sedem Apostolicam, cui immediatè subsunt, non recognoscendi. Præterea ex beneficiis vacantibus in eadem Diœcesi, nonnulla uti liberæ collationis, per semetipsum nonnulla verò Capitulariter cum monachis monasterii prædicti Sanctiss. Salvatoris conferendi, monitorialesque litteras pro rebus deperditis revelandis concedendi, omnesque actus jurisdictionales Diœcesanæ jurisdictionis, (ut suprà) exercendi, quos quilibet Archiepiscopus, Episcopus, Ordinariusve (exceptis his quæ ordinem respiciunt) facere, & gerere solet. Item Pontificalia cum mitra gemmata, baculo pastorali, cruce pectorali, ac baldachino exercendi, benedictionem solemniter, privateque per vias populo dandi, crucemque argenteam ante se per cappellanum deferre faciendi, habendique supremum suum Tribunal in Civitate Messanæ, ac ibi Vicarium Generalem, Assessorem, Advocatum, & Procuratorem Fiscalem, familiamque necessariam pro justitia ministranda, & Algozinum virgam altam per eamdem Civitatem deferentem deputandi, & eligendi; & quavis ejusdẽ dictæ Civitatis parte contra subditos suos jurisdictionem habendi, exercendi, & deferendi habitum violacei coloris ubique cum rocchetto, & pileo ex serico viridi ornato, & mozzetta, aliaque ornamenta, & habitus, à quovis Episcopo deferri solita, & consueta. Tandem eumdem Illustriss. & Reverendiss. Archimandritam, ejusque palatium etiam conductitium in quavis parte dictæ Civitatis Messan. illius familiares in quieta & pacifica existere possessione, seu quasi gaudendi, fruendique eadem Ecclesiastica immunitate à quavis laicali jurisdictione, & quavis alia, prout & eodem modo, quo palatium Archiepiscoporum, & Episcoporum, & eorum familiares gaudere, & frui solent, & consuetum est sub pœnis &c. Dat. Romæ an. Dom. 1635. ind. 3. die verò 23. Febr. Pont. autem Sanctissimi in Christo Patris D. N. Urbani PP. VIII. anno 12. Augustinus Hellius Cur. causs. Cameræ Apost. Notar. Cælius Bruchut.* Idem Summus Antistes eodem etiam anno, *Archimandritam ad personalem residentiam suæ Ecclesiæ non teneri*, oretenus declaravit. Quod deinde his verbis sancitum est: *Reverendissimi, & Eminentissimi D.D. Quæritur, an Abbas Commendatarius monasterii ordinis Sancti Basilii, nullius Provinciæ Messan. Archimandrita nuncupatus jurisdictionem spiritualem, & temporalem habens cum usu baculi, & mitræ; non tamen curam aliquam regularem, nec sacramentalem monachorum, vel personarum sæcularium, teneatur ad personalem residentiam; & maximè cùm Commendatarii hucusque non resederint? Die 14. april. 1646. Sacra Congregatio Eminentiss. Cardinal. Concilii Tridentini Interpretum, post maturam discussionem censuit supradictum Archimandritam Commendatarium ad personalem residentiam non teneri. Petrus Aloysius Cardin. Caraffa. Franciscus Paulutius S. C. C. secret.* Qui quidem Pontifex spectatissimis nostri Didaci nobilitatis genere, litterarum peritia, ac morum candore permotus, ad totius Orbis celeberrimum Archiepiscopatum Carthaginensem evehendum, atque à D. Bernardino tit. S. Stephani in Monte Cælio S. R. E. Presbytero Cardinale Spada nuncupato consecrationis munus impendendum voluit. Cardinalis iste an. 1637. ind. 5. die 25. octobris (quæ fuit Dominica XXI. post Pentecostem) pont. Urbani VIII. ann.

Margin notes: 1629. 29. Aug. — [a] In tab. secret. Regni 90 ann. — [b] In Cancell. 19. Aug. 1635. fol. 214. — 1632. — 1634. — [c] Ex Migparemon Papæ Gasparis Servantio. — Quæ sunt oppida jurisdictionis Archim. — Quæ præeminentiæ Archim. — Anno Christi. 1634. — Consecratur Archie. Carthag.

Anno Christi. 1634.

ann. 15. adscitis, & assistentibus sibi Octavio Corsino Tarsensi; & Blasio Proto Messanens. Archiepiscopis, in Romano D. Mariæ de Scala Carmelitanorum Discalceatorum S. Theresiæ Templo solemni ritu id exercuit [a]. Sed Didacus optimorum præsulum vestigia semper secutus, ad suam Archimandritalem Ecclesiam non modò cultu divino, & præeminentiis exornandam, sed effusis propemodum, tum apud Romanam Curiam novis censibus augendam, locupletandamque insudavit; maximè *ad magni feudi Salicis*, quod ad emphyteusim Archimandrita Annibal suo fratri Cæsari Spataforæ anno 1547. concesserat, revocationem [b]: id sanè semper à præcessoribus tentatum, pòst omissum: utpotè arduum, & magnis difficultatibus impeditum: tamen per sententiam ab Auditore Rotę Romanę Clemente Merlino lataã obtinuit; & anno 1637. possessionem iniit. Haud minus *Feudum, seu Territorium de Trocculis* sub jure emphyteutico unciarum 42. annualium ab Archimandrita Luca de Busalis an. 1447. 25. Maii præstitum [c]; (nunc Joseph Alliata Princeps Villæfrancæ possidet) pinguiori censu adauxit. Quosdam terrarum tractus in agro Paternionis suæ Ecclesiæ restituit. Cætera tanto Præsule digna cunctis clarescunt. Hæc Didaco ampliorem dignitatem ad Romanæ Ecclesiæ ornamentum precantur, & spondent. „ (Anno 1647. ad episcopalem sedem Mazariensem evectus, an. 1650. Panormi decessit.

[a] Constat ex fide Gasparis Servantii mag. cæremon. Papæ.

[b] Vide lib. 4 r. Sic. an. 1592. 4. Ap. & not supra.

[c] Not. sup.

„ XXXIV. FRANCISCUS GISULFUS ET OSORIUS nobilis Panormitanus, I. V. D. Regius Capellanus, & ann. 1643. Abbas S. Marię de Gala: an. 1647. Archimadrita electus: at anno 1650. ad Ecclesiam Cephaludensem transiit Episcopus. Anno verò 1658. ad Agrigentinam, ut in dictarum Ecclesiarum notitiis diximus.

„ XXXV. FEDERICUS SFORTIA Romanus, Alexandro Signiæ Comite, & Aleonora Ursino parentibus nobilissimis natus, Protonotarius Apostolicus ex numero Participantium, Vicelegatus Avenionensis, ann. 1638. ab Urbano VIII. missus, ut fasces à se benedictas deferret pro nativitate Delphini Franciæ, exinde Ludovici XIV. Galliarum Regis: in S. R. E. Cardinalium Collegium cooptatus ab Innocentio X. 6. Martii tit. S. Viti & Modesti, mox Presbyter Card. tit. S. Petri ad vincula: an. 1646. Episcopus Ariminiensis, cui Ecclesiæ nuncium remisit an. 1655. exinde Episcop. Tyburtinus an. 1676. Oratoris vices Catholici Regis subiit, & Regnorum Hispanæ Monarchiæ Protectorem egit. Ex literis Philippi IV. Regis Catholici, datis Matriti 9. Augusti 1650. in offic. Proton. f. 410. Archimandritatum obtinuit. Decessit Romæ mense Martii 1676. ex Battaglino: at 24. Maii ejusdem Anni ex Nicolao Coleto *in additionibus Ughellianis*, & in Basilica Liberiana sepultus est.

„ XXXVI. CAROLUS REGIUS nobilis Panormitanus, Principis Campi floridi D. Stephani Regii filius, Abbas S. Mariæ de Gala, S. Luciæ, & S. Mariæ de Roccamadore: demum ann. 1676. Archimandrita: at antequam in Siciliam remearet anno 1681. Episcop. Mazariensis electus est, ut in not. Eccl. Mazariensis diximus.

Anno Christi 1671.

„ XXXVII. PAULUS SABELLUS nobilis Romanus, Principis Bernardini, & Filius Peretti filius, ex Cameræ Clerico S. R. E. Diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ de Scala electus 14. Jan. 1664. ab Alex. VII. exindè ad tit. S. Nicolai in Carcere, demum ad S. Mariam in Cosmedin transiit: Ad Archimandritatum est electus anno 1682. ex Bullis apost. datis Romæ 5. Kal. Jul. 1682. exscrip. Panor. 21. Aug. 1682. in Reg. Canc. fol. 370. Decessit Romæ 2. Sep. ex Clar. Prospero Mandosio apud eruditiss. Crescimbenium, vel 13. ex Battaglino, vel 14. ejusdem ex diario Magistrorum Cæremoniarum apud cit. Crescimbenium, anno 1685. in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam conditus.

„ XXXVIII. PLACIDUS DE JOANNE nobilis Messanensis ex Principibus Trium Castanearum, an. 1686. Archimandritatu insignitur ex bullis apost. datis Romæ 16. exscrip. Panormi 6. Junii 1687. An. 1695. Episc. Syracusanus electus, dum se parabat, ut Romam velificaret, vivere desiit Messanæ 18. Sept. 1695. & in Capuccinorum Ecclesia conditus est, hoc epitaphio cohonestatus.

„ *D. O. M. Quisquis es, Iconem hanc inspiciens, oculis haud frigidis gelidum marmor intuere. Lapidem vides? vivam Illustr. Antistitis D. Placidi de Joanne ex perillustri Principum Trium Castanearum Sobole Messanensis Archimandritæ, tibi prabet figuram. Qui dignitatum Oneribus Magis, quam honoribus vivens; non sibi, nec suis, Pauperibus potiùs (quibus omnia ad patrimonium usque proprium erogavit) prospiciens, divo Laurentio Justiniano sic virtutibus ut sanguine conjunctus, puritatis, & morum nitorem Pastorum ut Gemma refulsit, donec ad Syracusas Insulas illustrandas regia signatum munificentia, æternas inter gazas Cœlum reconcedere maluit. Nostro si plangis amissum ævo, mortis umbra, ne lugeas obscuram; nam sæculorum memoria puriori claret lumine. Partem hic recole, terra die 18. Septembris festivo S. Thomæ à Villanova (omine non inepto) post triduum reposita an. ab Orb. R. 1695. ætatis primo supra sexagesimum. Tanti Præsulis prædilectus nepos D. Dominicus de Joanne, & Zappata, ex ducibus Saponariæ hasce studuit ad posteros amoris notas insculpi.*

„ XXXIX. PETRUS PHILIPPUS DE BERLIS Germanus, N. Berlis primarię mulieris honorarię in aula Mariæ Annæ ex ducibus Neoburgi Hispaniarum Reginæ filius, præficitur Archimandrita ex bullis apost. Innoc. XII. datis Romæ 12. Kal. Febr. 1695. exscriptis Panormi 1. Aprilis 1695. at anno 1703. huic dignitati nuntium remisit.

„ XL. ASCANIUS GONZAGA ex clarissimis ducibus Mantuanis, electus ex apostolicis bullis Romæ datis 25. Junii 1703. exscriptis Panormi 15. Aug. seq. Vivit.)

AUCTA-

AUCTARIUM SACRUM
ARCHIMANDRITATUS S. SALVATORIS

Messanæ, ejusque jurisdictionum, praeminentiarum, atque suffraganearum Ecclesiarum.

ARCHIMANDRITALIS hæc Ecclesia græcè dicitur Μάνδρα. *Mandra*, latinè *videlicet Mater omnium Monasteriorum, quæ sub ea existunt* [a], & Laurentius Beyerlinch ait *in Theatro vitæ hum. tit. M. ver. Monach. Mandra nomen græcum speluncam, caulam, & stabulum, in quod greges ovium advertebantur, significat*. Cujus verò pastor, seu antistes græcè Αρχιμανδρίτης; *Archimandrita*, latinè *Pater, & Prælatus Abbatum, qui sub eo existunt*; ex Laurentio: *porrò is, qui multis Monachorum turmis, veluti gregibus præerat, Archimandrita vocabatur. Dicitur autem Archimandrita, eo quòd multis Monachorum catervis præsideat: cùm Monachi per turmas, & classes dividerentur*. Jure ergo optimo, hoc præ cęteris honorifico gratulantur titulo. Quòd *præerant omnibus Monasteriis, & grangiis ord. S. Basilii, quæ in Sicilia, & Calabria Comes Rogerius fundaverat* [b]. In his Archimandrita noster & divinum, & civile jus ab initio dicebat, at adhuc in aliquibus dicit; Jurisdictionem quasi Episcopalem, atque pontificalia munia exercet, Crucem erectam Patriarcharum, & Archiepiscoporum more sibi præfert, dum suam ab Archiepiscopali Messanensi divisam perlustrat Diœcesim, cujus confinium, (sicut Rogerius Rex [c], *obtulit locum, & terras incipientes ab extremo Portus Messanæ per totum Pratum S. Hyacinthi, prout mare concludit ab Oriente, & Occidente, Septentrione, & Meridie*, id est, ab antiquo Templo S. Hyacinthi Linguæ Phari, nunc Brachii S. Raynerii ad verticem telluris curvæ (ubi situm erat primum Archimandritale Cænobium) attingit ad quoddam lapideum Crucis signum in regione Terrænovæ. Ita tandem Pompejus Columna per cap. 1. 2. 3. & 4. [d] anno 1593. declaravit. Hæ, aliæque nostri Archimandritæ jurisdictiones, ac pręeminentiæ jussu VIII. Urbani Pontif. Max. in brevibus litteris sub anno 1635. 23. Feb. singulæ ostenduntur.

a Ex privil. R. Rog. an. 1130. & ... an. 1134. f. 8. & PP. Six. IV. an. 1482. fol. 39.

b In privil. Apolic. Mess. fol. 5. & R. Reg. f. 3.

c In dict. privil. an. 1130. fol. 3.

d In tab. Archim. & ... fol. 39.

Porrò ad Monasteria fundanda tum in Calabria, (olim magna Græcia dicta) tum in nostra Sicilia, non pauca, cùm primùm Patriarcha Basilius anno scilicet sal. 363. suam *de institutione Monachorum* regulam constituit aliquot alumnos, ac sectatores destinavit suos. Constat autem Epistolam 69. [e] dedisse S. Basilium *Monachis Siculis, & Afris, & iis, qui in Ægypto adhuc sani erunt, & reliqua portio esset Syria*, quarè Baronius ad ann. 382. num. 10. affirmare non dubitavit, *ejusmodi Cœnobitas non solum in Oriente, sed multò magis in Occidente floruisse*. Servabant verò sui fundatoris regulam Siryaca lingua fortasse conscriptam, quam (ait Eminentissimus idem Chronographus) [f] Ruffinum (qui presb. Aquilens. a Palæstina, & Ægypto ann. 399. Romam est regressus) Hieronymo coœvum in Latinum transtulisse *pro Monachis Siciliæ; postquàm eam professus fuerat anno 25. in Oriente. Post eam translationem per universa Occiduæ partis Monasteria promulgatam fuisse* [g]. Eosque Monachos vixisse secundum regulam Orientalium. *Cognovit*, ait Augustinus, de morib. Eccles. l. 1. fol. c. 33. ejusdem sub an. 384. *singulos gravitate, atque prudentia, & divina fidentia præpollentes, & qui cæteris secum habitantibus præsunt, Christiana charitate, sanctitate, & libertate vivebant, nec ipsi quidem oneri sunt, sed Orientis more, & Pauli Apost. auctoritate, manibus suis operantur; jejunia etiam prorsus incredibilia multos exercere didici. Quotidie semel sub nocte reficientes corpus, quod est usquequaque usitatissimum: sed continuum triduum, vel amplius sæpissime sine cibo, & potu vitam ducunt*. Temporis autem cursu nostra hæc Monasteria majori Cœnobitarum numero, politiorique Græco ritu adaucta, atque illustrata sunt. Nam, *cùm Copronymus* (Constant. Coprony. Iconomasticus ab anno 741. ad an. 176. regnavit) *impius Imperator, edicto promulgato*, (teste Baronio ad an. 761.) *vetuerit esse Monachos in Oriente; ingens Monachorum Orientalium multitudo sese in Urbem, & Italiam, infudit; quorum cùm Græca lingua esset peculiaris, eosdem in Monasteriis collatos voluit Paulus Papa I.* [h] *ea præstare, quæ consuevissent in Monasteriis Orientis, & Psalmorum cantus, aliaque officia Ecclesiastica sua ipsorum lingua absolverent*. Quod succedentibus temporibus ad nostram usque ætatem à nostris Monachis Basiliensibus servatum est. Ita Leo Armenius Imp. sacrarum Imaginum hostis omnes Orthodoxos Constantinopoli, & aliis Orientis partibus relegavit; *erat enim* (ex Baronio to. 9. fol. 486. n. 18.) *extorrium haud exiguus numerus Monachorum, ut non sufficerent alia, quæ in Urbe Græcorum monasteria*. Anno verò sal. 827. ex Africa in Siciliam trajicientes Saraceni, nostra opulentissima potiti sunt insula; Calabria, ut loco proximior, hostilem sensit impetum, maritima omnia ferè oppida, quæ adjacent mari, ferro, flammisque dari vidit, utraque plurimorum illustrium Monasteriorum perniciem ingemuit; aliquorum verò usque ad felicia Northmannorum Principum tempora sanctam, sed pauperrimam Basiliensem progeniem juvit; atq; pane doloris sustentavit.

e Vt. Baronio tom. 4. Anna an. 363. & Hieron. Platl de Bon. stat. Relig. l. 2. c. 21. Basilius numero item monasticam amplificatis.

Qualis olim Monachi Basil.

f Ad an. 397.

g August. in Reg. S. Basil.

h Ad an. 767. ad an. 767. ibid.

Quare nostri Monachi dicuntur Græci, & ritu Græco utuntur.

In Calabria siquidem, vel solo adæquata novis fabricis, & tutilis restauravit, vel à fundamentis erexit, prædiisque cęnobia ditavit Rogerius Comes, eaque ejus filius Rex nostro subjecit Archimandritatui, uti in suo diplomate sub anno 1134. ita recenset: *S. Pancratii de Briatico, S. Anargirii de Rossana, S. Nicolai de Drosis, S. Mariæ de Palearits, S. Theodori de Nicoterâ in jurisdictione Ecclesiæ Militensis* cum

cum juribus suis, *S. Hierusalem* (*cujus sanctæ coluntur reliquiæ in Templo S. Salv.*) *in Cathona in jurisdictione Ecclesiæ Rhegii*. In territtorio Messæ ex donatione Reginæ matris Rogerii, & subdit *S. Eliæ Novi*, *S. Philareti*, juxta Seminariam; id à S. Philareto Monacho Basil. Panormit. nomen accepit. *S. Joannis de Laura in jurisdictione Ecclesiæ Mileti*, *& S. Pancratii de stella in jurisdictione Ecclesiæ Rhegii in oppidulo Mesa*, alibi, *Et S. Fantini de Scillo*. Horum Abbates, ac Priores à prima Rogerii Regis institutione, à nostro Archimand. eligebantur, amovebantur, puniebanturque ad annum 1410. cum tota Calabria Landislao, genere Gallo, Neapolis Regi parebat, ab illius jurisdictione avulsi, suis Abbatibus obediunt, & ne antiquo Ecclesiæ Archiman. juri præjudicium inferretur, ad diem hunc S. Salvatoris 6. Aug. ut compareant, vocantur, & contumaces pœnis Sacrorum Canonum subjiciuntur. Deperdita sunt in Calabria *Terra Tuccii*, Casale Collutræ, S. Lazari Leprosorum de Cathuna, & S. Bartholomæi, & Barnabæ.

In Sicilia verò Oppida, in quibus Archimandrita & temporale, & spirituale liberè exercet dominium, hæc sex recensentur in Urbani VIII. rescripto scilicet. 1. *Savoca cum ejus Casalibus*, quæ à flumine *Savoca* nomen mutuant, à Comite Rogerio ex multis Saracenis pagis condita, *sub titulo Baronis, seu Domini*, illi dantur an. 1139. cum incolis, qui hodie 3307. & lares 827. numerantur, celebre est Mamertino vino. Hic Leontius Archim. ann. 1480. nobilissimam construxit arcem, quam suis sumptibus ad scutata quatuormillia, ampliavit, exornavitque Riquisenz. 2. *Casalis Veteris* inter Liminam, & Mandanicium situm, 512. lares, & 2061. capita habet. Hìc Parochialis Ecclesia *D. Honnphrio* dicata; an sit eadem ac *S. Honnphrii de Calathabiet*. in privil. Hugonis Episcopi Messanensis mihi non liquet. Est & alia *S. Mariæ Annuntiatæ* sub Monachis Basilien. 3. Casale Tuguriorum, vulgò, *Lepagliare*, quod supra fretum surgit cum 282. laribus, & 1085. accolis. Hic Templum *S. Mariæ de Pollimeno*, sub titulo Prioratus, nunc Prior D. Jo. Baptista Ægyptius. Cœnobitis hujusmodi confertur. 4. *Loceadi* parvus pagus juxta Mandanicium. 5. *Antelli*, vulgò *Antidu*, haud secus. 6. *Missarii* cum paucissimis incolis.

In Sicilia, maximè in Diœcesi Messanensi in privilegio Hugonis Episcopi Messanensis sub anno 1130. hac serie disponuntur Obedientiæ, & Monasteria Archimandritæ subjecta. 1. *S. Nicandri de Messana*, de eo nos Not. III. 2. *S. Leonis de Messana cum pertinentiis suis*. Sed Rex an. 1147. ait: *Quoniam opus fuit nostræ magnificentiæ facere Philopatum prope Messanam, accepimus de possessionibus Obedientiæ tuæ, quæ subest monasterio S. Salv. videlicet terras S. Leonis; in quibus factum est Philodatum, & pro his dedimus monasterio excambium terras apud Cammaras*. Philopatum nomen Græcum, Latinè sonat locum deambulationis, aut recreationis: quia Philo. i. e. proprium, patos i. e. deambulare: quasi ibi Rex exædificaret *locum recreationis* hujusmodi *Parcum*, *seu locum deliciarum* dixere Reges Siculi. Sed Templum S. Leonis credimus fuisse in Regione S. Lei, ubi erat Capuccinorum vetus Cœnobium extra portam Regalem. Hic adhuc extare audio antiquissimum fanum Græcis imaginibus exornatum sub titulo (fortasse corrupto vocabulo) *Sadei*. Adhuc ex quibusdam viridariis ibidem familiæ Averlæ exiguntur annuæ unc. 8. pro mensa Monachorum. 3. *S. Annæ de Cammariis cum jurisdictionibus*, *& pertinentiis suis*. [a] Et in privil. ejusdem Regis habetur: *Situm in territorio Messanæ in confinio S. Annæ de Protopapa in Flomaria de Cammaris*. Quibus ex pertinentiis aliquot annuos census adhuc exigit Archim. 4. *S. Salvatoris de Presbytero scholario in Diœc. Mes.* Id est, quod ab an. 1430. *S. Pantaleonis* est dictum, de eo nos in Not. 4.

[a] In privil. Regis imper. Messan. an. 1551.

5. *S. Philippi de Messana*. Hodie *Magni*, extra mœnia contra portam delli Legni: de eo nos in Not. 13. Sed aliud Messanæ *S. Philippi Minoris* ad differentiam *Magni*, invenio fuisse olim juris monasterii S. Pantaleonis, & ex unione deinde S. Salvatoris; sub titulo Prioratus ab Archimandrita, aliquando à Pontif. Max. collatum etiam presbyteris sæcularibus. Anno scil. 1542. post obitum Hieronymi Centelles Archiep. Rhegiensis, à Paulo III. post ann. 1554. confirmante III. Julio, datur Andreæ Compagno clerico Messanensi, cui successit ann. 1565. Guiglosta Chrisafulli etiam Messanensis, ei sufficitur Gaspar Testa Canonicus Messanensis qui ann. 1580. resignavit in manibus Archimandritæ Laurentii Theodori; is Paulillo presbytero Messanensi contulit. Hæc omnia habentur in Tabul. Reg. Monar. sub ann. 1600. de lite beneficii hujus.

6. *S. Mariæ de Massa*, de eo nos Not. 5.

7. *S. Stephani de Messana*, quod extra mœnia Portæ Buzectæ Messanæ sub titulo Prioratus nunc ab Archiepiscopo Messanensi confertur presbyteris sæcularibus, à Rege Rogerio an. 1145. vocatur *S. Steph. de Briculo*, & describuntur confinia.

8. *S. Petri de Itala*, seu *Gitala*, in cujus oppido cum laribus 396. & animis 1591. ac alio *Aly* aucto 716. laribus, ac 3138. incolis, jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem privativè quoad Archiepisc. & Episc. administrat Archimandrita. de hac Abbatia nos in Not. XIV.

9. *S. Nicolai de Ysa*, ad hoc, & alia infra invenienda, diligens adhibui studium; sed vel penitus collapsa, vel novo appellata nomine, obscurissima redduntur. Hoc S. Nicolai Templum esse in regione S. Gregorii de Gypso aliqui putant, quod à Monachis, ut nunc Abbati Matthæo de Alexandro Basil. cum annuis unc. 8 confertur; nonnulli verò *de Uzono*, vel de *Uchrya* dici in oppido Ueriæ; cujus Abbas an. 1577. 21. Sept. Marcus Imbuta Monach. Basil. à Monachorum S. Salvatoris Capitulo eligitur. Sed quod Thomas Calvus vices Archim. Theodoli gerens contulerat Joanni Bruno Raccudensi presb. sæculari; Regius Visitator Nicolaus Danius an. 1579. 12. Octob. [b] hanc dignitatem de jure. Monacho Basil. dandam decrevit. nunc possidet tanquam beneficium simplex cum unc. 8. Abbas

[b] In visit. ejus apud conserv.

bas Antoninus Fulginas Messan. Basil. A

10. *S. Joannis de Nigro seu de Pschycro, vel Psoycro juxta Mascbalum*, cujus confinia describuntur Regis Rogerii mandato an. 1145. quòd anno 1144. Lucas Archim. & Julianus Episc. Cathan. de ejus jure litigaverant. Non longe Margaritus de Brundusio *Casale Camastris* pio dono concessit.

11. *S. Salvatoris de Placa*, datur nunc Abbatibus Commend. nos not. 20.

12. *S. Nicolai de Pallera*, cujus confinia describuntur in privilegia Regis Rogerii an. 1145. B Habet annexas *Ecclesiam S. Andreæ de Mazara, & S. Nicolaum de Lapide cum terris suis*, cujus feudi proventus in territorio Roccellæ sunt hodie Archimandritæ.

13. *S. Eliæ de Ambula* hodie confertur Abbatibus Commend. nos not. 8.

14. *S. Basilii de Trayna*, cujus templum pœne collapsum sub titulo Abbatiæ datur à Monachorum Cœtu, tanquam beneficium simplex. Hodie Abbati Jo. à Martino Messanensi.

15. *S. Philippi de Demenna* in privileg. Re- C gis Rogerii idem est, ac hodie *S. Phil. de Fragalà*, Not. XII.

16. *S. Mercurii de Trayna* non longe à Monasterio S. Eliæ, cujus juris esse decernit Visitator Puteus ann. 1588. [a] Illius Ecclesiæ solum vestigia visuntur; sed proventus exigebat an. 1542. Prior Fr. Anselmus de Cicala monachus Basil. nunc seminario monachorum tribuuntur sub tit. Prioris Didacus Cœli Abb. Messanensis est.

[a] In visit. sua apud conserv.

17. *S. Constantini de Malet.*

18. *S. Nicolai de Canneto.*

19. *S. Honuphrii de Calatabiet.*

20. *S. Felicis de S. Marco cum Obedientiis suis.* in privil. Hugonis Episcopi Messanensis; sed in regiis, ac pontificiis non habentur, nec apud me adhuc est ulla Notitia.

21. *S. Nicandri de Sancto Nicone cum tenimento suo, secundum continetur & terminatur in præsenti privilegio beatiss. patris nostri Comitis Rogerii labente anno 6602.* Ita loquitur Rex Rogerius in suo privil. an. 1130. Unde constat, quod ante an. sal. 1094. esse à Comite Rogerio constructum Monasterium S. Salvatoris Linguæ Phari Messanæ, & illi attributum hoc S. Nicandri templum, & prædia; post concessit Hugo Episcopus & confirmavit Rex id fanum hodie, quasi solo est adæquatum in agro Oppido Fluminis Dionysii, vel id, vel aliud ibidem eiusdem instituti cænobium aliquando *S. Trinitatis*, aliquando *S. Mariæ de Flumine Nisi* appellari video; cuius Pri. an. 1594. Fr. Paulus Stayti Monachus Basil. ab Archimandrita ablectus est [b]. Proventus verò ad summam unciarum 90. mensæ Monachorum S. Salvatoris attribuuntur. Dicitur *de S. Nicone*, fortasse quod ibi hoc cœnobium Basiliense fundaverat S. Nico, qui genere Neapolitanus fuit ante miles, post in Oriente ordinis S. Basilii regulam professus episcopali dignitate auctus est, unde Neapolim reversus, matrem vidit, eamque mortuam sepelivit; mox in Montem Tauromenii Siciliæ cum novem alumnis secessit; & cum aliis 199. ejus discipulis die 23. Martii martyrii palmam est assecutus [c] (De S. Nicone Cajet. t. 1. SS. Sicul. f. 44.)

[b] Prot. eoan. fol. 134.

[c] Ex menolo græcisco de & apud Cajet.

22. *S. Barbari de Demenna*, prope Obedientiam S. Nicolai de Pallera, illius confinia per privil. sub an. 1145. Rex Rogerius declarat.

23. *S. Petri de Deca*, nunc *de Vega* situm in ora maritima Oppidi S. Marci Diœcesis Messanensis: an idem, ac *S. Felicis de S. Marco?* ejus Prior ab Archimandrita designabatur. An. 1524. Fr. Methodus Barone Monachus Basil. An. 1551. Thomas Calvus presbyter Messan. qui ex lit. Apost. Julii III. Romę nonas Maji ann. 1552. In lib. Secret. 1. aug. 1552. Antonio Janucio Mess. Regioque Panormit. Canonico cessit. Sed an. 1556. idem Antonius post obitum Canonici Francisci de Bononia, in commendam obtinuit Prioratum [d]. Anno 1558. id templum tamquam de jurepatr. reg. & subjectum Archimandritæ, perlustrans Regius Visitator Jacobus Arnedus [e], invenit pæne collapsum, hodie titulo Abbatis, ex Monachorum S. Salvatoris electione, decoratur Thomas Lombardus nobilis Messanensis.

[d] Ex bullis 16. Kal. Feb. 15. ind. in Cancell. fol. 659. & 665.

[e] In sua visit. apud Conser.

24. *S. Angeli de Ficarra* in diœcesi Messanensi ab illius Episcopo Hugone datur Archimandritatui. Sed in Regiis, Apostolicisque litteris non legitur. Fortasse illud est, mutato nomine, quod in Oppido Ficarræ dicitur *S. Maria de Monte Dei*, conferturque à PP. hodie ex cessione Pauli de Angelis Siculi Natensis sub nomine *Abbatis* extat Antonius Castiglonus etiam Siculus Camaratensis.

25. *S. Eliæ de Scala Oliverii*, in Episcopi, & Regis diplomatibus vidimus, sed adhuc locum vel templi vestigia non cognovimus.

D 26. *S. Jacobi de Calò* juxta Nohariæ oppidum, illius hodie proventus sunt Archimandritæ.

27. *S. Mariæ de Mallimachi*, prope oppida S. Salvatoris, & Castaniæ; olim ord. Basil. De istius Prioratus collatione frequens oritur contentio inter Archimandritam, & Episcopum Pactensem [f], in cujus diœcesis confinio desolatum jacet antiquissimum templum. Attamen an. 1526. post cujusdam Joannis obitum, à nostro Rege Carolo tamquam de jure patr. reg. datur E Fratri Jacobo Perrono ord. [g].

[f] Nos lib. 3. de Eccl. Pactense.

[g] In Cancell. eo ann.

28. *S. Petri de Largo Flumine* in Episcopi Hugonis, & Regis Rogerii litteris.

29. *S. Parascheva, seu Venere de Vanellis*, juxta Castrum Regale sub tit. Prioratus datur Monachis Basil. ejusque proventus sunt annuæ unciæ 60. pro eorum mensa.

30. *S. Theodori Linguæ, sue Insula Milatii*, alibi lego *Sylvestri lin. mil.* Prior eligebatur ab Archim. uti an. 1520. [h]. Fr. Hilarius de Cannarao monach. Basil. estque Grangia Abbatiæ S. Nicandri Messanæ.

[h] In Cancell. eod. ann.

31. *S. Annæ de S. Nicolao Montisfortis cum omnibus juribus eorum, & cum omnibus terris, &* F *vineis, & pertinentiis eorum*; confinia in suo privilegio R. Rogerius an. 1145. ostendit, additque: *habet ipsa Obedientia S. Annæ, & Ecclesiam S. Nicolai de Monteforte cum suis tenimentis.*

32. *S. Pancratii cum suis Obedientiis* in priv. Hugonis tantùm, hodie simplex beneficium juris patr. Regii; situm non longè ab oppido S. Philadelphi. Nos not. 22.

33. *S. Nicolai de Callamachi, videlicet quæ est in territorio Centorbis in jurisdictione Ecclesiæ Catanensis cum suis pertinentiis, & jurisdictionibus.* Ita ex privil. R. Rogerii sub anno 1134. Id aliquando *S. Nicolai de Luribeis*, aliquando *S. Nicolai Mulierum de Scholario* dictum, à Regina Maria filia Regis Federici III. dato diplomate 17. apr. 13. ind. ann. 1390. multis prædiis ditatur [a]. Sed hodie *S. Maria de Medio Augusto Cataniæ* Abbas titularis deligitur, estque Paulus Carrozza Basiliensis.

a In tab. Archim.

34. *S. Petri de Agrò*, in qua solitam quasi Episcopalem exercet jurisdictionem Archim. ut nos not. XVII.

Hæc oppida sub jurisdictio. Archi.

35. *S. Archangeli de Brolo*, sub eadem jurisdictione Archimandritæ, uti nos not. X.

36. *S. Gregorii de Gypso*, in cujus pago parvo Archimandrita eandem exercet Jurisdictionem; & Abbates Commendatarii suos exsugunt census. De ea Abb. nos not. XIIX.

37. *S. Mariæ de Mandanicii*, de quo Monast. nec in privil. Hugonis, nec Regiis sub eadem Archimandritæ jurisdictione, ut nos not. XVII.

38. *S. Dei Genitricis de Gala*, sub Abbatibus Commend. nos not. XVI.

S. Steph. Salicis.

39. *Tenimentum Salicis, quod est in jurisdictione Mess. Ecclesiæ, & S. Stephanum Novum, qui est in dicto tenimento Salicis* [b], de quo frequens fit mentio in tota hac Notitia Archimandr. Hoc in oppido aquis, & fructibus affluente est Ecclesia parochialis sub tit. *S. Stephani* nuncupati *Junioris* ad differentiam S. Stephani Protomart. cujus sunt reliquiæ, nam ille fuit monachus Basil. & ejus festum celebratur 28. octobr. Corpus ex antiqua traditione ibidem in loco adhuc obscuro sepultum; vita verò, & sancte gesta apud bibliothecam S. Salvatoris græco idiomate conscripta extant. Idem Archimandrita jurisdictionem quasi Episc. habet. Etsi an. 1541. Priorem Franciscum Tudiscum presbyt. sæcularem legam, tamen à Monachis eligitur monachus Basil. nunc D. Gregorius Cœli.

b Ex privil. Reg.

40. *S. Georgii de Trocculis in Provintia Sacra cum pertinentiis suis.* De eo tanquam annexo Archimandritatui nostra erit notitia VI.

41. *S. Æmilionis* in oppido Gallidori titulo Marchionatus aucto templum penitus ruit, proventus ad unc. annuas 19 sunt mensæ monachorum, nunc sub D. Antonii Rejitani Basil. regimine.

Horum planè Cœnobiorum omnium Abbates, & Priores, (ex tabulis Archimandritatus constat) initio Archimandritæ imperium immediatè venerabantur; de consensu Capituli monachorum eligebantur, vel confirmabantur; eorumque spolia eidem cedebant, atque in die 6. augusti festo S. Salvatoris conveniebant simul in Templo Archimandritali, vel eorum procuratores, & inter Missarum solemnia Archimandritæ se offerebant; id omnino servandum statuit 1540. in 13. Annibal Spatafora tunc Archimandritali dignitate cohonestatus [c]. Cæterùm ab anno 1455. Archimandritatus, pòst Abbatiæ Basilianæ datæ sunt in commendam à Rege Siciliæ, tanquam de suo Jure patron. cum Pontificia confirmatione, presbyteris sæcularibus; vel cujuslibet ordinis viris. Inde nec Abbates Commendatarii subjici voluere Archimandritæ, nec Monachi. Sed sua monasteria pleno jure, ac monachos sibi subjectos regebant, eosque, & Priores ad nutum amovebant, constituebantque.

c In tab. Archim. & nos fol. 37.

Anno verò 1579. Romæ Kalen. novemb. ex litteris Apostolicis Gregorii XIII. Julius Antonius Sanctorus presbyter Card. nuncupatus Sanseverina tit. S. Bartholomæi in Insula, Protector ordinis S. Basilii ad constituendas res eiusdem ordinis in Sicilia designavit subdelegatum Brutum Farnetum V.I.D. presbyterum Spoletanum. Deinde res demandata est Guillelmo Card. tit. S. Laurentii in Palisp. nuncupato Sirleto, etiam protectori, ex rescripto Romæ an. 1589. 10. Maii. pontif. Sixti V. anno 5. Rege consentiente Matriti 11. novemb. 1588. In secret. Sic. 25. Julii 2. Ind. Tunc constitutus est unus Abbas Generalis totius ordinis Basiliensis, qui posset constituere Priores (nescio qua ratione post dicti sunt hi Abbates Conventuales,) & illis subicerentur omnes monachi more aliarum religionum [d]; & ab iurisdictione Archimandritæ, & Abbatum Comendatariorum eximerentur illisque data sunt monasteria, & proventus mensæ separatæ ab Abbatibus Commendatariis, quibus Pontifex semper antiquas præeminentias; & iura integra servanda per litteras breves decrevit.

d Hæc de [illegible].

Farnetus non omnia hæc Siciliæ monasteria lustravit, & in eis decrevit ea, quæ sibi demandata fuerunt. Ideo in reliquis deligitur delegatus, à PP. Clemente VIII. Romæ 4. Kalend. Decembris 1592. Theodorus de Judice, Abbas Generalis Congregationis S. Basilii, ut ex aliis litt. scriptis etiam Romæ 26. Junii 1597. In Secret. Regni VIII. Mart. 1598.

Huic Basilianæ congregationi aggregavit, & univit Paulus V. Summus Pontifex sub diplomate Romæ 17. Martii 1606. privilegia congregationis Casinensis, quibus frui possunt Archimandrita, & Abbates Commendatarii, uti ex diplomate Pauli III. dat. Romę an. 1546. Vide supra ad eum annum.

In hoc magno S. Salvatoris monasterio degunt decem Sacerdotes monachi Basilienses, & quatuor in alio Sancti Pantaleonis annexo, & quinque in Sanctæ Mariæ de Massa etiam unito, & quatuor clerici. Ii omnes grecè psallunt, ac sacrificium Missę celebrant, (plures tamen græcum literale non percipiunt,) hac tamen conditione: si semel more latino celebrant, ad id servandum coguntur, habentq; mensam separatam ab Archimandritali ex proventibus illius ad summam quasi scutatorum mille, & 500. ipsis à subdelegato Apost. Bruto Farneto designatam.

Adorantur præterea, honorificeque asservantur hic præclarissimæ sanctorum reliquiæ; *Integrum* scilicet *Caput S. Joannis Chrysostomi, præter mandibulam inferiorem*, eius translatio 21. ianuarii celebratur. *Caput* item *integrum pelle, carne, dentibusque nondum exutum, & bracchium S. Philareti Panormit. monach. Basil.* dies festus est 17. aprilis, inclusa in thecis argenteis. Item *de Ligno salutiferæ Crucis tria frusta*, Item *tria capita*,

pita, sive crania SS. MM. Alphii, Philadelphii, & Cyrini, Bracchium sive Cannella bracchii adhuc carne, & pelle circundatum S. Agatha V. & M. Humerus S. Barbara V. & M. Humerus S. Hierosolyma ᵃ. *Ex ossibus S. Blasii Episc. & M. ex Ossibus S. Nicolai Episcopi. Costa S. Pantaleonis M. Pollex quidem magnus S. Christofori M. De ossibus S. Nistorii M. de ossibus S. Venera V. & M. De nervis manus S. Anna Matris Virginis. Sanguis coagulatus S. Demetrii M. De Virga Aaron frustum*. Hęc apud Sylvestrum Maurolycum Mess. in suo Mari Oceano Relig. fol. 64. Recensentur aliæ multæ datæ primo Archim. Lucæ an. 1141. ᵃ Bonfiglius in hist. Sic. lib. 1. fol. 54. addit *Caput S. Elia discipuli S. Philar. Ossa SS. Nicandri, Gregorii, Petri, Demetrii, & Elisabetha ascetiarum*, quorum inventio accidit 19. Sept. anno 1597.

Celeberrimam quoque, & totius ferè Europæ nobilissimam habet Bibliothecam M. SS. in membranis, cunctorum pœnè Patrum Græcorum etiam authographa; ᵃ licèt monachorum inertia plura hodie desiderentur. Archimandrita Romano Pontifici offertur à Siciliæ Rege. Titulo *Reverendissimi*, ut Archiepiscopi, & Episcopi ab anno 1495. ᵇ cohonestatur. Post eos in regni Comitiis sedet, Savocæ, Casalium que Dominus, & Baro.

Annui ejus proventus sub an. 1619. & 20. sede vacante unciæ 2666. 20. scilicet. Ex feudo S. Jacobi in oppido Nohariæ unc. 34. Ex feudo S. Joannelli unc. 50. Ex decimis victualium Savocæ unc. 200. Ex feudo Pallerę in territorio Roccellæ unc. 100. Ex domo magna Messanæ unc. 30. Ex censibus parvis unc. 136. 10. 5. & ex aliis feudis ad summam unc. 3211. 10. 15. sed ex revocato Territorio Salicis, & aucto censu Trocculis opera Didaci Archimandritæ plures sunt proventus.

Onera. Pro fabricis, & ornamentis Ecclesiæ unc. 200. Pro jure Archiepiscopi Messanensis unc. 16. Pro Seminario unc. 40. Pro Seminario Græcorum unc. 40. Pro Ecclesia S. Pantaleonis unc. 20. Pro custodia S. Alexi unc. 6. Pro dandis Regiis unc. 164. 6. 12. Pro dandis Deputationis unc. 76. 21. 7.

Habet simul annexa quatuor monasteria ejusdem ordinis S. Basilii. 1. *S. Nicandri*. 2. *S. Pantaleonis*. 3. *S. Maria de Massa*, & 4. *S. Georgii de Trocculis*. De his sequens erit sermo.

ᵃ ex oppido in Calabria. ejusdem nominis translatus.

ᵃ vide supra.

ᵃ hanc falso Presbyteri Scholarii credideram, ut in notit. 45.

ᵇ in lib. Monach. fol. 676.

Proventus.

Onera.

NOTITIA SECUNDA

SANCTÆ MARIÆ DE CRYPTA, seu GRUCTA PANORMI,

Cum annexione alterius ejusdem nominis in Lilybæo.

DUo hæc ordinis etiam S. Basilii Magni Cœnobia post exactos Saracenos prima in Panormitana Regione erecta, anno sal. 1197. per privil. dat. Panormi 8. Kal. Maii 2. Ind. ab Henrico VI. ejusque uxore Constantia Impp. & Siciliæ Regibus, III. Innocentio Pont. Max. 4. id aug. anni ejusdem confirmante, simul copulantur; anno verò 1552. ᶜ Regia Caroli V. Cœsaris munificentia præclarissimo Societatis Jesu Panormitano Collegio præbentur.

Primum quidem in Regiæ Urbis loco juxta Forum venale Saracenica voce *Segeballarath*, post Gallorum cædem, peraphæresim, & Syncopen *Ballarò* nuncupato, ubi hodie supra quod visendum, & superbum Domus Professæ ejusdem Societatis sub titulo S. Philippi templum exsurgit; Dux Robertus Guiscardus statim ac, anno sal. 1072. Panormo est potitus, summa religione ductus, antiquissimum Basiliense sub invocatione *S. Philippi Agyrensis* reædificavit, novisque ædificiis, ac fœcundo monachorum incolatu nobilitavit ᵉ, atque piis donariis, prædiisque apud Lilybæum ditavit, pòst illius conjux Sichelgaita aliis bonis, & tertia redditum Judæorum parte adauxit ᵈ. De hoc monasterio (ex conjunctione alterius sub nomine S. Mariæ de Grutta) Panormitano brevis in lib. 1. de Abbatiis Panorm. f. 217. sed latior fuit sermo lib. 3. de Mazara fol. 557.

Secundum verò in Lilybeo, seu Marsala, quod pietate, & Antiocheno genere illustris Christodolus Rozius Siciliæ Amiratus ᶠ ex ejus uxore Nympha pater Georgii Amirati magnificè & excitavit, & locupletavit; uti testatur Rogerius Rex per diploma ᶠ *Mense madii 16. ejusdem ind. 8. an. 6638* ᵃ *existentibus nobis in Civitate Panormi in omni pace, & tranquillitate; virtute Omnipotentis Dei Genitricis custodita, una cum Comitibus, & Principibus potentia nostra, accessisti in conspectu nostro tu Bartholomae Abbas Monasterii Sancta Dei Genitricis de Marsalia, & ostendisti nobis privilegium à divæ, & beata memoria matre nostra* Adelasia, *& à me tunc existente Comite, plumbea bulla factum, & munitum, scriptum an. 6606.* ᵃ & subdit: *Similiter roboramus omnia, qua beata memoria nostri parentes in eorum privilegiis ibidem concesserunt, scil. homines, Casale Farchina, vineas, terras, & barcham liberam, & qua Christodolus, qui de fundamento ædificavit prædictum sanctum Monasterium, & eadem donavit, & specialiter omnia, qua ipsum monasterium, à principio, usq; nunc tenuit, & possedit*, & describuntur cuncta confinia Casalis Farchinæ. *Rursus autem Excellentia nostra concessit prædicto sancto monasterio methochum seu grangiam S. Pantaleonis*, ᵃ *qua est in Insula opposita ad Libyge, qua cognominatur Zizareth, & Zezebuz &c.* De hoc cœnobio satis diximus in eod. lib. 6. de Episc. Mazar. fol. 557.

ᶜ not. lib. 3. not. 6.

ᵈ not. eod. lib. 1.

ᵉ apud Baron. tom. 11. annal.

ᶠ not. in chronol. Reg.

ᵍ habes integrum in lib. Reg. monast. fol. 76.

ᵃ Sal. 1130. primo Regni.

ᵃ Sal. 1098.

ᵃ alibi lege S. Pantalai.

NOTITIA TERTIA
SANCTI NICANDRI DE MESSANA.

Templum, atque multò post adjunctum hujus nominis cœnobium in colle pagi prope Messanam situm[a], ex M.S. Græco in latinum translato [b] habemus; sub Impp. Christianis anno sal. 800. fuisse constructum; cùm SS. Ascetiæ, ac Sacerdotes Nicander, Gregorius, Petrus, Demetrius, & Elisabetha Anachoretis ad Saracenorum declinandam iram, ac incursiones, è Calabria huc aufugerunt, ubi in tugurio eremiticam sanctè duxerunt vitam, atque per temporis intervalla ad cœlum volantibus animis, eorum consepulta sunt corpora. Sed haud diu unius cujusque sanctimoniæ lucerna ardens, & lucens sub modio potuit latere; quin illud ipsum tugurium, in quo antè cum vitæ austeritate latuerant, in honorem *ipsius S. Nicandri* (quem Abbatem sub ann. 1136. statuit Bonfiglius in hist. Sic. fol. 57.) commodius domicilium nobiliori schemate evaserit. Eidemque etiam adjectum est Cœnobium, in quo ex D. Basilii temperatione monachi divinum opus græco ritu urgerent; sub Saraceno verò, an Northmano Imperio non liquet; constat tamen clarissimè Hugonem Episcopum Messanensem Regis Rogerii precibus an. sal. 1131.[c] Magno Archimandritali Monasterio *in primis Sanctum Nicandrum de Messana* subjecisse, & Regem eundem in diplomate sub ann. 1134. inter cœnobia enumerasse. Horum sanè sanctorum ossa eodem in tumulo pervetusto ex cujusdam viri pii revelatione sub anno 1597. Abbate Generali Ordinis Basiliani Theodoro de Judice die 19. sept.[d], cum festum celebratur inventa; inde ad Magnum S. Salvatoris Messanense Cœnobium magna celebritate transferuntur. („ De S. Nicandro, & Sociis „ consule Cajetanum tom. I. SS. Sicul. fol. 37. „ Antonium Laguidara *in vita* edita Messanæ „ 1685. & Benedictum Chiarellum in monum. „ Sac. Messanæ f. 219.) De illius Monasterii dotatione nihil invenio, nisi quod fit ex fundatione, & largitione Regii patronatus, ex litteris Regis Ferdinandi II. an. 1479. ind. 3. in lib. merc. Siciliæ apud Conserv. Eodem anno templum, & cœnobium pœnè collapsa reædificantur, ut nos suprà. Hujus Monasterii Abbates, Monachos Basilienses fuisse de more, constat.

[a] Bonf. in hist. Sic. f. 23. & Mess. f. 3.
[b] Apud tab. Archim. & Cajet. in Idea f. 76. & 39.
[c] Hoc supra
[d] Apud tab. Mess. Maurol. Moland. ad Usuard.... & Cajet.

1460. *Fr. Frasinum* ejusdem ordinis Cœnobitam an. 1460. Abbatem egisse Archimandritatus tabulæ indicant.

1479. *Fr. Joannem de Campagna* S. T. M. ordinis Eremitarum S. Augustini à PP. Sixto IV. ob reservationem omnium beneficiorum Romæ XI. Kal. Novemb. 1479. Proton. 24. Feb. 13. ind. fol. 143. Ad hanc Abbatiam promotum possessione deturbavit Prorex Gaspar de Spes; quòd in præjudicium juris patronatus Regii (visis Archimandritatus fundationis privilegiis) esset, sed per litt. dat. Panormi 18. Julii 13. Ind. 1480. commendæ ab Leontio Archimandrita concessæ titulo solùm gaudere Joannem permisit; administratio verò Regiæ Curiæ nomine ex litteris ejusdem Proregis 23. Junii 4. Ind. 1486. in Prot. fol. 111. conceditur Fratri Leontio de Amico monacho Basiliensi. Interea Petro Candelæ Canonico, & Civi Panormitano à PP. Innocentio VIII. an. 1487. Prot. 29. Octob. 6. Indict. 1487. sublecto, hac dignitate frui non licuit, Leontio Chrysafio Archimandrita ad jus antiquissimum unionis suæ Ecclesiæ asservandum obsistente, & diligentissima conquisitione ad pristinam eligendi Abbatem potestatem reducente.

Hilarium Camardam Messinensem Abbatem S. Nicandri in visitatione Francisci Venti lego apud off. Conser. eo an. 1541.

Angelum Damottum Siculum à Rege Philippo II. oblatum, & ab Archimandrita confirmatum; atque tunc temporis presbyteros sæculares inservire testatur Jacobus Arnedus in sua regia visitatione. Quarè ab eodem visitatore decretum est: quòd posthac monachi Basilienses juxta fundationis privilegium constituerentur; ita in posterum ad nostra tempora servatum est. 1559.

(„ *Angelus de Ainoto* Abbas S. Nicandri, „ post cujus mortem

„ *Thomas de Leonardo* Siculus Calaxibettensis, electus ex regis literis 24. Decembris 1648. mox an. 1650. Canonicus Ecclesiæ „ Panormitanæ. Decessit 21. Junii 1662.)

Hujus monasterii præfectus ad generalia Regni Comitia convocatur sub nomine Abbatis S. Nicandri, vulgò Licandri, & 41. votum profert. Nunc inserviunt duo tantùm monachi, qui subiiciuntur ab anno 1598. eorum Abbati generali. Eliguntur que à monachorum cœtu. Nunc Abbas Dominicus Zirillo Mess. gener. Abbas.

Feudum habebant nuncupatum S. Licandri, quod datum est ad emphyteosim pro annuis unciis 22. 6. ex quibus solvuntur in singulis annis scutata quinque pro oleo, 10. pro fabricis, decem pro regiis collectis, reliquum pro monachis sunt Scut. 37. 6.

NO-

NOTITIA QUARTA

SANCTI PANTALEONIS, OLIM SANCTI

Salvatoris de Presbytero Scholario,

HOC utique est Cœnobium Basilianum in edito colle recentis oppidi Bordonari, unde flumina magna dilabuntur, situm, ab Urbe Messana 3. m. p. distans, quod Hugo Antistes Messanensis Rogerio Rege intercedente anno sal. 1131. novo S. Salvatoris Messanensis Archimandritatui subjecit. Dicebatur *S. Salvatoris*, cui ab initio fuit dicatum. *De Presbytero* à primi fundatoris sacerdotali aulica Rogeriorum Comitis, & Regis dignitate. *Scholario* à proprio ejusdem nomine, *Grassei* fortasse cognomine: quia *Ula* ipsius ex primogenito Joanne neptis, atque hæres (ut clarius in Not. VI. ostendemus) *de Graffeo* cognominabatur.

Vir quidem antiquissima Græca nobilitate ingenuus, omnium scientiarum, præsertim utriusque juris peritia præclarus, codicibus græcis dives, amplissimis agris, ac possessionibus tum in Sicilia, tum in Calabria, vel ex paterna hæreditate, vel regiis largitionibus locupletissimus. Illustrem fœminam, magnarum ædium juxta S. Theodorum Messanæ dominam more græco habebat in matrimonio ex qua, 1. *Joannem*, 2. *Petrum*, 3. *Nicolaum Logothetam*, 4. *Simonem*, 5. *Theodorum jam Sacerdotem*, 6. *Thomasium*, & 7. *Mattheum* tulit filios; cuique suam impertitus est portionem, Germanos quoque fratres: *Nicolaum*, *post susceptam cucullam monachalem F. Nicodemum*, 2. *Theodorum Palati Presbyt.* & 3. *Molem* habuit; his hæreditarias patrimoniales divitias divisit. Alacriter structis perpulchro Templo, & cellis in sui juris Bordonari loco; vel ut ipse loquitur: *ubi* [a] *domos ex fundamentis ædificavi, & alias reparavi, quæ à tempore ruinatæ sunt; & numerum monachorum auxi*. Intra illius septa sub D. Basilii temperatione monasticam coluit vitam, vocatusque *Saba*. Quibus ex verbis consulte accepi, hoc in loco ante, & sub Saracenis, & adhuc cœnobitas incoluisse. Quarè Bonfiglio in sua Mes. fol. 4. asserenti; *hoc cœnobium fuisse Græcorum cænobitarum eremiticam vitam agentium ante Saracenicam tyrannidem*, me subscribo.

[a] In suo test. fol. 31.

Prænarrata hæc in tribus Græcis monumentis, à Constantino Lascari precibus Honuphrii Cirini Abbatis hujus, atque S. Mariæ de Milis, in latinum translatis; post in publicas Notarii Hieronymi Manianti Messan. tabulas die 8. Octobr. x. ind. 1506. redactis, tandem 19. Martii 1510. in lib. Prælat. Siciliæ fol. 397. & Reg. Mon. fol. 88. exscriptis, continentur.

En Primum de donatione feudorum Phragalæ, & Pherlæ hodie Bordonari.

Sigillum factum à me Rogerio Comite Calabriæ, & Siciliæ, datum ad te nostrum fidelem servitorem Scholarium mense Septembr. ind. 7. anno à principio mundi 6607. * *Qui nobis in omnibus rebus purè ministrarunt, & servierunt, & pura*

* Sal. 1099.

A *servitia erga nos demonstrarunt; honestum putamus, & valde laudabile, ut res eorum bene dirigantur, & crescant & multis beneficiis frui. Igitur, quoniam & tu prædictus Scholarius perfectam erga nos habuisti & optimam intentionem, promptitudinem, & conscientiam: fidelissimus existens in omnibus rebus nostris, & summa exercens ministeria, & servitia nobis, restituere tibi voluimus parva munera pro tuis maximis & honestissimis ministeriis, ac servitiis; pro quibus donamus tibi omnes campos domesticos, & agre-*
B *stes nominatos Phargala, & Pherla cum monte proximo; similiter & cursus aquarum, ut habeas licentiam liberè, & expeditè facere molendina. Terminantur verò ita, ut ascendit collis, qui supra tuos alios campos est, & finit ad viam procedentem ad rivulum* * *existentem in conspectu S. Fazontis per partem Occidentalem, & terminat suprà ad cacumina serrarum magnarum collium; illinc rursus descendit aqua, & finit ad prædictos campos Pherla, qui existunt infra hunc terminum; illinc iterum descendit ad prædictam viam*
C *rivulorum, & descendit ad viam S. Laurentii, & includuntur. Hæc omnia, quæ dividentes, denotavimus, dedimus, ac donamus tibi per præsens nostrum privilegium; ut possideas à præsenti in perpetuum. Admoneo igitur, & præcipio omnibus meis successoribus, & omnibus meis officialibus, Straticotis dico, & Viceregibus, Gubernatoribus, & aliis in officiis constitutis, ut non contrarium dicant, vel permittant meum privilegium, vel annihilent hanc meam donationem. Imò etiam volo, & à meis successoribus hæc tibi confir-*
D *mari, tanquam à me bene tibi donata; & possideri abs te, & tuis hæredibus, & successoribus usque ad finem vitæ vestræ, & ad finem mundi. Si verò quispiam ausus fuerit nostrum privilegium parvifacere, noscet se indignationem nostram habiturum, & privationem nostræ gratiæ. Hæc igitur omnia, (ut superius diximus) donavimus tibi per præsens privilegium, quod fieri præcipimus pro cautela, & fide firma, & tutela possidentium; sigillatum nostro solito sigillo, & datum tibi prædicto Scholario mense, & anno præ-*
E *dicto.* Dona Patris Comitis Rogerii filius Rogerius favorabili privilegio munivit ad preces filiorum Scholaris. En Secundum.

Phargala, & Pherla sunt contermina Bordonato tunc juris Scholaris.

* Alias ad vallinum.

Rogerius in Christo Deo pius, & potens Rex, & Christianorum adjutor. Rectè, & diligenter nobis servientes, & seipsos nostris præceptis, ac voluntatibus dantes libenter exaudire honestum duximus, & suas petitiones complere. Unde nobis trahentibus moram Panormi mense Julii ind 8. anno verò à principio mundi 6636. Postquàm tu Nicolaus Logotheta *, *& tuus frater Simeon fide-*
F *lissimi servitores nostræ Majestatis venistis coram nobis, retulistis de quodam antiquo paterno privilegio: quòd habetis, & possidetis quasdam gratias, ac donationes habitas, ac donatas à quondam bon. mem. parentibus meis Comite Rogerio,*

& mea

* Salut. 1130. id est Protonotarius.

& mea matre, vestro patri Scholari, qui à primis suis annis fidelis servitor apparuit erga majestatem eorum, imò & Capellanus eorum factus Ecclesiæ ædificatæ in Palatio Reginæ; demonstrastis (ut dictum fuit) privilegium, per quod donatio firma data fuisset, affirmabatur. In tenimento Messanæ in territorio Fluvii Bordonarii.* [* Donatio possessionum in Fluvio Bordonario.] scil. campi domestici, & agrestes, montes, colles, & pascua animalium, cursus aquarum; præcipiens, ut habeat ibi licentiam liberè constituere molendina, & sine impedimento renovare ea. Similiter eadem demonstrabatur firmatio donationis in territorio Massæ, * [* Altera donatio Massæ.] & campi domestici, & agrestes, colles, montes glandium, & pascua animalium, & cursus aquarum, pro quibus supplicavit nostræ Majestati prædictus Nicolaus Logotheta, & ejus frater Simon ut prædicta gratia, ac donationes confirmentur, & corroborentur eis, & suis successoribus. Nos videntes vestras petitiones honestas: & parentum, & creatorum nostræ Majestatis gratas; & etiam desiderantes res ab eisdem bon. mem. meo genitore, & genitrice augere, & splendidiores reddere; libenter præcipimus, ut vobis fiat hoc præsens sigillum, approbans, & affirmans ea, quæ in paterno nostro sigillo nobis ostenso, vos habere, tenere, & possidere. Tu, dico, prædictus Nicolaus Logotheta, & Simon tuus frater, quemadmodum & dictus pater vester Scholaris tenuit, & unicuique partem suam dederat; Qui Nicolao quidem Logothetæ dedit tenimentum Massæ, ut continetur in instrumentis eorum partitionis. Simili modo, & tenimentum fluvii Bordonarii dedit Simeoni, ut continetur in instrumento suæ partis; [Tenimentum Massæ datum Nicolao Logothetæ. Tenimentum Fluvii Bordon. datum Simeoni.] ita etiam ego jubeo vos habere, & possidere, & vestris hæredibus, & successoribus dimittere in perpetuum libera, & expedita. Præterea præcipimus, & jubemus omnes subditos nostræ majestatis, actores, & officiales, & reliquos potestatem habentes, parvos vel magnos; ut nemo audeat impedire vos, vel violare cogere, vel molestare, vel detrimentum, vel novitatem afferre in aliquo prædictorum meæ immobilis donationis; neque ad montes, neque ad terminos * [* Neque ad cursus aquarum.] neque in ergastulis factis in fluvio usque ad minimum. Si verò quispiam ausus fuerit, & inobediens nostris præceptis visus fuerit: non parvam indignationem, & pœnam sustinebit, & expulsus cessabit. Eodem modo firmiter volo, ut fideles servitores nostræ majestatis Nicolaus Logotheta, & frater ejus, & ejus successores omnia teneant, & possideant perpetuò per præsens nostrum sigillum, factum vobis à nostra Majestate, & sigillatum nostro solito sigillo plumbeo, datum vobis mense, ind. & an. prædicto. Quæ omnia tradita sunt monasterio S. Salvatoris, & ex Scholario testamento. En Tertium.

Signum manus Sabæ Monachi, & indigni Abbatis monasterii S. Salvatoris de Scholari, &c. Cum essem ego Scholaris memor, & hæc in mentem evolverem; & quia ego humilis peccator à nihilo creatus sim à Deo ex terra, & imagine, ac similitudine sua decoratus; & quia Jesus Christus pro nobis tradidit se ipsum; toto ego divino zelo inflammatus, & omnes res mundanas negligens, monasticam vitam elegi, & me ipsum Jesu Christo obtuli. Novi enim non aliter potuisse me ei per-

A solvere; nisi me ipsum per reliquum tempus meæ vitæ ipsi commendarem, & ei servirem. Abiens igitur à Civitate ad quemdam locum mearum possessionum; in loco Fluminis, nominato Bordonari, ut alter Abraham, feci habitaculum derelinquens mundum, affines, & amicos. [Elegit locum Bordonari.] Nam cum Jesus Christus promiserit omnia facere nomine suo qui in eum toto corde crediderit dicens in evangelio suo: quæcumque facitis, in nomine meo facite; quia lux est, & Sanctus Chrysostomus dicit: fratres, quilibet vestrum videat seipsum in ultimo B tempore suæ vitæ. Et desideras res mundanas, ut possideat Jesum Christum, qui à nihilo nos ad esse creavit, & omnia donavit, ut simus cohæredes Regni sui. Ideo & ego volui hæreditatem meam partiri meis filiis fraternaliter; quod adjutorio Dei feceram: congregatis enim omnibus, & bene convenientibus, voluntatem meam complevi, judicavi, ut Primogenitus habeat suam partem, & alter etiam de rebus meis quas possidebam in Sicilia, & Calabria, scilicet campos, vineas, hortos, molendina, domos, vassallos, montes in C territorio Messanæ, & Panormi, & Castro Joannis, & Troynarum, Maniacii, & Castelli. Præterea equos, & equas, vaccas, boves, oves, asinos, servos, ac servas emptos cum filiis, & filiabus. Præterea res, & possessiones in Calabria, in Rhegio, Massa, Seminara, Nicotra, Briatico, Hiracio, Cosentia, & Rossano, scil. campos, vineas, viridaria, molendina, montes, vassallos, domos, equas, vaccas, porcos oves, asinos. Similiter loci Magidos, & tabernarum, hæc omnia divisa * [* Divisio inter filios Scholaris.] fuere inter meos filios D amicè, & justè. Ut contractus continet: ne alter alterum lædat, & simul propria voluntate, atque recta conscientia, & amore fraterno dividentes conservent, & maneant obedientes. Contractus verò divisionis datus est consilio omnium, & mei genitoris consensu, nobili D. Nycephoro Rhegyno medico, nostro familiarissimo, ut conservet, uti depositum pro tutela fraternitatis. Igitur quicunque in concordia, & amore possidere paternas res voluerit, & non transgrediatur jusjurandum, & promissionem, bonam retributionem, & meri- E tum à clementissimo Deo habebit, & sic successores. Si verò aliquis transgrediatur, ultra accusationem, & maledictionem, etiam suam partem amittat. Hæc ergo à me patre divisa, & justè tributa, cum tota, & bona voluntate velim esse immobilia, ut decrevi. Præterea jam diu cum D Nicolao, nominato propter habitum Nicodemo, meo fratre carnali, & D. Theodoro Palati, & D. Mole omnem nostram substantiam fraternaliter, & amicabiliter partitus sum, & quilibet nostrum partem suam legitimam habuit a nostris campis &c. F Igitur in nomine Jesu Christi Salvatoris nostri templum perpulchrum ex fundamentis ipsis erexi, in quo omnem meam legitimam partem mobilem, & immobilem posui, muravique locum, & cellas ædificavi, ornavique in quantum potui, in quo comam meam totondi, & habitum monasticha vitæ indui, vocatusque sum Saba, moramque traho cum aliis monachis more solito monachorum: orans, & petens à Deo eleemosynam, & mercedem: non pigritia utens, neque timens labores, sive mortem; cùm non sit corruptio vitæ, sed trans-

transmutatio ad aliam vitam majorem, & æternam: pretiosa est enim in conspectu Dei mors Sanctorum suorum; tamen cum vocatus sim per viam strictam ire, jam sanam habens mentem, & sensus, consideravi hoc testamentum condere pro rebus, quas dotavi monasterio meo Salvatoris; ne res datas, vel donatas ex justo meo labore aliquis usurpet, vel rapiet. Quod siquis præsumpserit facere, excommunicatus esto, & maledictus ex tunc, & in futuro sæculo, & Salvatorem ipsum inimicum habeat, tanquam raptor, & latro rerum ejus. Quas quidem res esse velim stabiles, & immobiles, quas dicemus & denotabimus in hoc testamento. Et primùm ornamenta monasterii interiora. Doto ac dono monasterio ornamenta altaris octo ex serico: quatuor alba syphax aurea habentia. Duo Quadragesimalia, & reliqua duo rubea græca, habentia eminentias aureas. Item plurima, & diversa operimenta ex serico, auro designata ex diversis pannis; quorum numerus duodecimus est. Calices sex argenteos deauratos, quos duxi ex Græcia; cùm missus fueram à Domina Mobac, cum eorum patenis deauratis, & cochlearibus. Item tria thuribula argentea pulcherrima, quæ emeram à quibusdam Græcis &* alia vestimenta pretiosa. *Item missalia membrana sex, quorum tria continent Missam Beati Basilii, tria verò S. Jo. Chrysostomi, & alia duo cum Missa consecrata, & Chrysostomi. Item evangelia quatuor: duo cotidiana cum titulis aureis, & ornamentis exterioribus deauratis, alia duo cum ornamento argenteo. Retro evangelium unum magnum, cujus ornatus argenteus est; & alterum sine tabulis. Codices duos græcos Epistolarum S. Pauli. Codices Actuum SS. Apostolorum duos. Codices Juris Canonici tres. Martyrologia duo totius anni Catanistyca Minæa totius anni. Et alios Codices pulchros, & diversos numero trecentos. Item dono Imagines perpulchras, & coopertas auro, & Templum pulchrum*; his omnibus intrà ornatur monasterium. Dicam verò exteriora ornamenta; quæ dimittam eidem templo: cellas omnes cum suis vasibus, quæ specialiter alia declarabat scriptura. Doto verò campos, vineas, viridaria, molendina libera ex quacumque solutione, & molestia regia. Similiter tenimentum nominatum, Phargalà cum monte, & campis usque ad rivulum, quod tenimentum donavit mihi Christianissimus Dom. Comes; cujus loci terminus talis est, ut ascendit collis existens super meum monasterium Salvatoris,* & finit in viam ascendentem ad rivulos in frontispicio, S. Sozontis &c.* ut in privileg. Comitis Rogerii suprà. *In hoc verò tenimento, videlicet in Fluvio nominato Bordonario, donavit mihi licentiam, & potestatem piissimus noster Dominus, ac Rex Rogerius potens constituere, & ædificare molendina* quæcumque Sanctum monasterium posset facere libera, & expedita ex quacunque solutione &c. *Præterea doto campos, quos pretio habueram existentes in Massa, dictos Media Insula, quemadmodum includuntur prope templum Virginis Austri, quod construxit propriis impensis meus frater germanus Dominus Nicodemus*. Similiter & doto campos nominatos Arcarum, ut* descendunt à monte mei fra-*

* Alibi lego à Dominatione.

* Templum quod ædificaverat.

* Confinia tenimenti Phitiæ & Phargalæ.

* Erectio Abbatiæ S. Mariæ de Massa.

A *tris Domini Nicodemi, usque ad mare: similiter doto loco vinearum, & fructuum, quæ sunt proxima campis Arcarum, quorum terminus rivulus inter eos. Habeo præterea in tenimento mei fratris Dom. Nicodemi super campos, quos donavit prædicto meo fratri potens Dominus noster Comes Rogerius oves &c. Hæc omnia doto Templo S. Salvatoris. Habeo præterea servos quindecim, quos habeo in parte mea;* hos partitus est pro fratris, & monasterii obsequiis. *Similiter doto meam partem ex mea uxore attinentem Magnam* do-* B *mum trium cœnaculorum prope Sanctum Theodorum meam Capellam, & paternam hæreditatem ad meum monasterium Salvatoris, & apothegas proximas Paraporti. Similiter & omnes vineas illic existentes, & incultos campos proximos, & adhærentes viæ Basilicæ versus S. Nicolaum, nominatum Gract. Dico autem, & affirmo ita: quicunque à meis filiis, vel nepotibus, vel hæredibus descendentibus habuerit habitum monachalem*, habeat Abbatiam, seu Prioratum monasterii, non impeditus ab aliquo; sed tenens omnia monaste-* C *rii, tanquam potestatem habens à me, in timore Dei, & castitate vivens, & honesta vita; non considerans istius temporis vana: quoniam mala sunt, & in corruptionem finiunt. Præterea non habeat aliquis licentiam, vel potestatem vendendi, vel dandi, vel alienandi quocunque modo, vel quacumque caussa ab omnibus superiùs dictis rebus, quas dotavi monasterio; de vineis, & campis & viridariis, & aliis rebus usque ad unum obulum, vel unam palmam, & jam à rebus dotandis à Christianissimis hominibus monasterio Salvato-* D *ris, non habeant licentiam alienandi quovis modo a potestate monasterii, & dominatione ejus. Quicumque verò ausus fuerit Abbas hoc facere habeat anathema anathema, & iterum anathema a Patre, Filio, & Sancto Spiritu, & ab omnibus Patribus Synodorum universalium, & æternam maledictionem; & judicetur pars ejus cum Judeis, qui crucifixerunt Dominum; & privatus sit benedictione mei peccatoris & in præsenti, & in futuro sæculo. Etiam sit expulsus à monasterio, tanquam transgressor mei præcepti indigni, & pec-* E *catoris. Aqua verò defluens à Fluvio Bordonarii* esto taliter: ut aliquis non impediat successores meos usque ad finem sæculi, sed habeat ipsam aquam sanctum monasterium Salvatoris in viridariis ejus per unum diem, & noctem unam, & Dom. Johannes, & Thomasius mei filii per duos dies, & duas noctes, & Matthaeus* per unum diem, & unam noctem; & meus filius Petrus per diem & unam noctem, & dominus Nicolaus Logotheta per tres dies, & tres noctes; & alter alterius vicem, & rationem non impediat. Si verò impedierit,* F *esto reus superiori scripto anathemate. Debemus arbitrari, electionem ad melius transmutemus, & ponamus nostram spem ad Deum; indigentes prudenter diligentia, & indesinenter, neque aliter fuisset nostri studii finem habere: & officium nostrum præparasse, & numerum Monachorum auxisse,* & necessaria eis præbere indeficienter secundum aliquam consuetudinem prædominantem; domosque ex fundamentis ædificasse, & alias præparasse, quæ à tempore ruinata sunt* & diversarum possessionum immobilium monasterii curam habere,*

* Hodie cœnobium monialium Basil. S. Annæ, ideo de Scholario.

* Notat ut successores ad vitam monach. & fiant Abbates.

* Hodie la Fiumara di Bordonaro.

* Alibi lego Nomicheba.

Ecce filii Scholaris.

* Tempore fundationis erant jam monachi.

* Ante novum templum erant jam domus monachorum.

*habere, & has meliores propriis laboribus, & sumptibus praparare, & constituere & ante omnia curam habere sacri templi lapidum, & laudum officii divini, ut indifferenter, & liberaliter ambo fiant; & nihil deficiat; qua pertinent ad augmentum, & confirmationem dicti monasterii, & ut breviter dicam: vita, & moribus utendum est in omnibus, qua dixeram, & praordinaveram. Si aliquis ausus fuerit contrafacere, sit reus superioribus maledictionibus, & ligaminibus; ut prasens testamentum maneat immobile, & omnia, qua continentur, tanquam à me donata sano corpore, & mente & verbo. Dimitto autem procuratorem pro adjutorio, & utilitate gubernationis rerum monasterii, meum fratrem germanum venerabilem Dom. Nicodemum, similiter, & fratrem meum Dom. Theodorum, & Dom. Nicolaum Logothetam, meum filium Joannem, & Theodorum. Dimitto Petrum meum filium commissarium, & Procuratorem, ut in rebus omnibus monasterii curam habeant, & ipsa dominata defendant, ut ego dominatus per unum diem, & per unam noctem. Sine verò consilio pradictorum procuratorum nihil agatur. Si verò filius meus Petrus, prater alios meos filios, * voluerit vitam monasticham habere, & eligere res cœlestes pro corruptibilibus; esto dominus, & successor omnium rerum monasterii, & ut fiant omnia, ut constitui in prasenti meo testamento, quod scriptum est manu Nicolai vulti * Notarii; mense Januario, à principio mundi anno 6622. * vit. indit.*

Ecce Frates Scholaris.

* Alibi lego, me alii mei filii.

Ecce filii Scholaris.

* Alibi lego Humilis. * Sal.

1114.

† *Theodorus frater testatoris testificans subscripsit.*

† *Joannes filius superius subscripti Dom. Saba fateor, & approbo omnia ab ipso constituta.*

† *Theodorus humilis Sacerdos, & filius ejus fateor, & app. omnia affirmata à meo patre.*

† *Nychephorus Rhegynus medicus adsum tali testamento, testific. subscripsi.*

† *Joannes presbyter, & filius ejus testificans subscripsi.*

† *D. Marchisi testif. subscripsi.*

† *Bonus Protonovellus, & suus germanus testif. subscripsi.*

† *Chrysaphius filius Leontii manucantari subscripsi.*

† *Leonatus Grimaldus testificans subscripsi.*

† *Nicolaus Logotheta filius superius scripti D. Saba test. subsc. manu propria.*

† *Lucas monachus ejusdem monasterii Salvatoris testif. subsc.*

† *Nicodemus humilis monach. & Sacerdos superiùs affirmata testif. subsc.*

† *Laurentius peccator monach. & Sacer. test. subsc.*

† *Joannes Monac. & presb. test. scrips.*

† *Ignatius humilis mon. & Sac. test. subsc.*

† *Theodosius mon. & Sac. test. scrip.*

† *Melesius mon. & Sacer. test. subsc.*

† *Nympho mon. & sacer. & gubernator monasterii test. subs.*

† *Nilus monachus testific. subs.*

† *Nicolaus humilis Sac. & Tabellarius Civitatis Messana test. subs.*

F*R. SABA* igitur, qui antea *Presbyter Scholaris* nuncupatur, hujus sui monasterii sub titulo S. Salvatoris, post ab anno 1446. *S. Pantaleonis* constitutus est Primus Abbas, atque alterius ejusdem Basiliani Ordinis ad honorem *S. Maria de Massa* à suo germano F. Nicodemo conditi, in quibus monastieam sanctissimè vitam egit, simul & duo fratres germani idem Nicodemus, antea dictus Nicolaus Regni Logotheta, seu Protonotarius, & Theodorus, tres filii Frater Joannes, Frater Theodorus, & Frater Joannes alter, Sacerdotes. Cum his ergo deguit, & obiit virtutum exemplo insignis. Cæteri Abbates à monachorum cœtu auctoritate Archimandritæ deligebantur, & fortè illius successores fratres, filii, nepotesque, ut præceperat in suo testamento Saba.

F. Leontium Monachum Basil. hujus, & alterius S. Mariæ de Bordonaro egisse Abbatem anno 1393. Prot. an. 1393. fol. 59. & lib. præl. fol. 401. ac obiisse an. 1397. lego.

Fr. Athanasius de Messana cœnobita ejusdem monasterii S. Salvatoris post obitum prædecessoris à monachorum Capitulo ad sonum campanellæ designatur, ab Archimandrita Fr. Paulo, ac pòst à Rege Martino ex litteris datis Randatii 17. August. 6. ind. 1398. Prot. anno 1393. fol. 401. in quibus ait: *Amborum monasteriorum scil. Sancti Salvatoris de Scholario, dicti de Bordonario, & S. Maria de Bordonario fundatorum, & dotatorum à Serenissimis Principibus Sicilia pradecessoribus nostris jure patronatus electio ad nos spectat*, confirmatur. Tunc id monasterium Sancti Salvatoris de Milis, & de Scholario, & Bordonario nuncupabatur.

Fr. Athanasium de Compagno Basil. Abbatiam hanc adeptum esse invenio multò ante annum 1450. in lib. Prot. fol. 175. Hujus meminimus in Archimandritatu ad annum 1462. cui Papa Pius II. de erigendo gymnasio Græcorum demandavit. Paulo quidem ante hæc tempora aboleto primævo nomine *S. Salvatoris de Presbytero Scholario*, appellari cœpit *S. Pantaleonis* à reliquiis ejus Sancti in eo, rem promovente monacho Basiliano vitæ sanctitate præclarissimo, & ideo, si Bonfiglio lib. hist. Sic. f. 22. credimus, dicebatur *Monasterio del Santo*.

Quando cœpit nomen S. Salv.

1462.

Fr. Honuphrius Cyrinus de Armo Basil. successit & simul fuit Abbas S. Mariæ de Milis ordinis * ejusdem. Hic privilegium monasterii ex græco in latinum à Constantino Lascari transferendum fategit. Post cujus obitum die 10. Decembris 12. Ind. 1478. nomine Regiæ Curiæ Secretus Messanensis monasteriorum iniit possessionem, contradicente Archimandrita Leontio Chrysaphio.

* vide in not. monast. S. Mariæ de Milis eo an.

1478.

Alponsus de Aragonia Hispanus, data ab ejus Patre Ferdinando II. Rege expectativa, ex Siciliæ Proregis litteris datis Panormi ultimo Decembris 12. Ind. anno 1478. lib. Prot. f. 153. Interea Branca de Minutilis nobis Messanensis ob obitum Fratris Honuphrii à PP. Sixto IV. eam dignitatem obtinuit, scripto Romæ diplomate, sed id in præjudicium regii juris patronatus executioni in Regno non est datum; ut patet in lib. Prot. eo anu. fol. 169.

Primus Abbas Commendatarius.

Fr.

1484. *Fr. Leontius II. de Gregorio*, sive *Gregora* A Monachus præficitur; eam tamen dignitatem à PP. Innocentio VIII. anno 1484. exoravit Fr. Thomas de Pactis Basil. sed Apostolicum rescriptum, in quo nulla fiebat mentio de Jure patronatus regii, mandato proregio Placiæ 15. Novemb. 3. Ind. eod. anno in Reg. Cancell. fol. 648. & nos fol. 33. executione caruit; obstabant enim privilegia fundationis Archimandritatus Leontio jam effætæ ætatis.

Fr. Macharius Mallimachi Basil. à Monachis eligitur anno 1484. & ab Archimandrita Leontio Chrysaphio, in Prot. an. 1485. fol. 58. ac B litteris Apostolicis Innocentii VIII. Romæ 15. Decembris eodem anno, pontif. an. 1. sub Protectore ordinis Basiliensis Cardinale Juliano confirmatur; ex Prot. fol. 21. Junii fol. 16. adhuc Frater Thomas de Pactis nobili Messanensis, cui primum à Pontifice fuerat Abbatia collata, inire possessionem satagebat; sed Prorex, scriptis litteris Messanæ 24. Junii anno eod. Prot. fol. 62. ne juripatronatus Regii inferretur præjudicium, utrique eam negavit; tandem an. 1486. 7. Feb. Ind. decretum fuit: C *tradatur possessio isti Fr. Machario* qui an. sequenti illa diplomata Archimand. ab Honorio III. PP. indulta, in tabulis Bartholomæi de Guidone Messanæ exscribenda voluit. Macharius ergo constitutus à Leontio Archimandrita senio, & ægritudine confecto Vicarius Generalis totius ordinis Basiliensis in Sicilia, Senatu Messanensi rem urgente, sategit, quod facta Pontificia D ac regia facultate, monasterium S. Pantaleonis suo capiti magno cœnobio S. Salvatoris Archimandritatus, uniretur, & ipse utrique præficeretur, appellareturque Archimandrita, ita accidit anno 1499. ut fusiùs diximus in Not. Archim. ad eum annum. Sed accusatur Macharius, & utriusque regimine privatur an. 1501.

S. Pantaleonis monasterium unitur Archimandritatui.

Quarè monasterium in commendam incidit.

Alphonso Aragonio Ferdinandi II. Regis notho id monasterium unitum Archimandritatui confertur ex paternis litt. Barcinonæ 2. Maii, & Julii II. PP. 14. Feb. anno 1503. Prot. anno 1504. fol. 100. & reg. Canc. f. 550. Interea Macharius contendebat injustè fuisse possessione spoliatum, tandem agitata causa in Regno die 15. Julii 7. ind. eodem anno decretum est; *Machario restituendam esse possessio nem monasterii S. Pantaleonis* [a] *tantum*, idque confirmante Rege ex litteris Cæsaraugustæ 20. Octobris, exscriptis 23. Martii 1505. & in Civitate Tori 10. April. 1505. exscript. 14. Maii 8. ind. [b] Cæterum cunctis infestus Macharius ab Archimandrita Joanne Petro Riccio Messanensi apud Regem an. 1522. accusatur variis perpetratis criminibus, iis purgatis Rex Carolus perscripsit Emburgos 20. Maii 1524. Prot. 5. April. 13. an. 1524. f. 490. & lib. mon. fol. 959. quod *non molestetur Macharius*; mox hoc prioratu se exsolvit, & de regio consensu successori cessit.

Francisco de Muoro Tarraconensi Aragonia à Carolo V. ex litteris Bononiæ 20. Martii 3. ind. 1530. Prot. 23. Maii eod. an. Datur, divisum tamen ab Archimandritatu. Cæterùm re bene cognita, inde decretum est, semper unitum Archimandritali dignitati futurum, eumque regendum à Priore. Hujus monasterii Præfectus ab anno unionis 1498. est Abbas claustralis, nunc Don Petrus Jacobus Basil. Messanæ convocatur ad Comitia Regni, vigesimo quarto sedet loco, non subest regiis collectis, nec spolio ratione unionis cum Archimandritatu. In eo quatuor Sacerdotes, & unus Clericus Ordinis S. Basilii degunt, & more græcorum psallunt. Hic magna est in veneratione digitus manus, ac pedis, & genu [c] *S. Pantaleonis titularis Monasterii*. 1530

[a] lib. Reg. mon. f. 776. & 729.

[b] Prot. f. 111.

[c] Bon. gl. in descrip. Mes. fol. 6.

NOTITIA QUINTA

S. MARIÆ DE MASSA, OLIM SANTÆ *Mariæ de Austro*.

HUJUS etiam nominis Basilianum cœnobium in pago vulgò *Lemasse* ab urbe Messana 7. p. m. remoto, quod favente R. Rogerio, Hugo Præsul Messanæ inter alia Archimandritæ, tanquam totius Ordinis capit. parendum an. 1131. decrevit, Alexanderque III. Papa approbavit, Honorius quoque III. sic loquens: *item Ecclesiam subjectam Archimandritæ, S. Mariæ de Messana*, forsan de Massa, *cum possessionibus suis, quas olim Barlaam monachus obtulit monasterio supradicto*, comprobavit; non Comitis Rogerii (ut putat Bon. F figlius in sua Mes. fol. 7.) sed Nicolai Graffei, post susceptum habitum Fr. Nicodemi nomine Basiliensis Monachi opera, paternis, fraternis, suisque opibus anno sal. 1099. circiter constructum est. Hanc testamentariæ Sabæ tabulæ radicitùs fundant veritatem. Ita: *Præterea dono campos, quos pretio babueram, existentes in Massa dictos Mediæ Insulæ* [*], *quemadmodum includuntur prope Templum Virginis Austri* E *quod construxit propriis impensis meus frater germanus Dominus Nicodemus &c.* qui cum religione, vitæ sanctimoniam conjungens, & Sacerdotii, ac pòst Abbatis honore præfulgens, sui Basiliensis instituti religiosorum familiam ibidem congregavit, Idque ad annum 1538. succedentibus Abbatibus titularibus servatum est. Sed inde Pont. Max. Paulo III. ac Carolo V. Cæsare volentibus omnes proventus istius Cœnobii ad novum monasterium S. Salvatoris Messanæ intra mœnia construendum attributos esse legimus in lib. Reg. Cancell. anno 1538.

[*] Lingua Sicula.

Hujus Abbas Claustralis à monachorum cœtu, vel ab Archim. olim eligebatur unus Monachus ex Archimandrit. sed ab anno 1589. ab Abbate Generali Basiliensi confirmatur, præficiturque cum quinq; monachis græcè psallentibus. Nunquam eum interfuisse comitiis Regni, nec collectis regiis subjectum ex antiquis monumentis satis constat.

NOTITIA SEXTA

SANCTI GEORGII DE TRIOCALA.

seu Trocculis.

QUARTUM hujus tituli adjunctum Archimandritatui Monasterium, quod ante Saracenorum tyrannidem Triocalitana Ecclesia Episcopalis erat, cujus meminimus lib. 2. not. 2. pag. 444. *Episcopatuum Siciliæ, qui perierunt*. Ea Civitas ad mille passus ab oppido, quod *Calatabillottam* vocant, meridiem versus distans vestigia adhuc suæ eversionis indicat. Sed celebrem illam reddit insignis gloria, quam Rogerius Siciliæ Comes paucis equitibus instructus, fusis ibi Saracenis Calatabillotensibus, consequutus est. Qua de caus- B sa D. Georgio suo tutelari ædem duplici columnarum ordine suffultam statuit, presbyterisque Basiliensibus dedit; uti ex græco diplomate in latinum translato constat apud Tabulas Ecclesiæ Archimandritalis, cui adjuncta est. Sed accepisti privilegii partem, ad anno 1134. Reliquum est ita.

Anno 6604. Cum Insulam Siciliæ Dei auxilio, & commilitatione jam totam subjecissemus; non qualemcunque curam suscepimus de sacrarum domorum ædificatione, & elevatione maximè de C *monasteriis à nefandis Saracenis destructis* [a], *ac de vita, & sustentatione eorum, qui in eisdem servirent fratrum; quatenus intentiùs pro militibus in eadem Insula mortuis orarent, & pro pace Christianorum, & pro remissione peccatorum meorum in Saccensi Diœcesi,* [b] *Sanct. Martyris Georgii templum ædificavi, & monasterium ipsum constitui pro memoria Christianorum, qui ibidem interfecti sunt, & donavi ibidem sufficientes terras &c.*

[a] annuls Comes hoc fuisse monasterium ante Saracenos.

[b] alibi Provincia Sacca hunc Diœcesi Agrigentinæ.

Rogerius verò Rex ex suo diplomate etiam D græco idiomate scripto anno mundi 6642. sal. 1134. quod integrum retulimus in notitia Archim. ad eumdem annum, dedit id Cœnobium S. Georgii magno Monasterio S. Salvatoris Messanæ iis sanè verbis.

Damus etiam, & offerimus ipsi monasterio S. Salvatoris Sanctum Georgium de Trocculis in Provincia Xacca juridictionis Agrigentinæ Ecclesiæ totaliter, & integraliter cum universis pertinentiis suis, tenimento, vineis, & possessionibus, ac molendinis, aquis, & cursibus, & E *exitibus aquarum, & villanis, etiam Agarenorum, ac Christianorum, qui in eis manent. Atque præcepit Philippo Protonot. Stephano Malla Judici, & secretis Judicibus, & Joanni Bajulo, ut videant, & scribant juxta tenimentum, & limites terrarum ipsius Monasterii de Trocculis, & ipsius Casalis Rachalbusal, & auditis partibus divisere; prout in diplomate Rogerii Regis.*

Idem Rex ex alio diplomate dato anno mun- F di 6645. sal. an. 1137. concedit eidem mona-
1137. sterio S. Georgii *Pariclas, ... ad laborandum, & ejus animalia sine quavis exactione pascentia in tenimento Saccensi, atque liberum constituit ab Archiepiscopis, Episcopis, & omnibus Ecclesiasticis personis; iterum etiam à Principibus sæcularibus, & ab omni consuetudine, vel exa-* *ctione aliqua usque ad obulum unum, &c.* Quæ omnia concedit Archimandritæ tunc Fratri Lucæ; id integrum habes in tab. Archimandritatus. Sed anno 1304. de confiniis eorum actum 1304.
est inter Episc. Agrigentinum Bertuldum, & Archim. Barnabam.

Hæc sanè prædia, seu feudum, vel territorium nuncupatum de Trocculis à Comite Rogerio Monasterio S. Georgii concessa in eo loco, ubi erat Prioratus; ab Archimandrita Luca de Busalis Messanensi anno 1447. ex litteris Regis Alphonsi datis 28. Martii, xj. Ind. dantur ad emphyteosim pro annuis unciis 42. Antonio de Peralta Comiti Calatabillottæ, anno verò 1496. ex litt. Regis Ferdinandi II. 30. Martii, x. Ind. exscriptis in Cancell. 15. Decembris xj. Ind. eodem anno fol. 277. volente Leontio Chrysaphio Archimandrita, conceduntur à Carolo filio Antonii de Luna, & Peralta Petro Alliatæ. Anno 1499. ex litteris Proregis 27. Sep. 3. Ind. in lib. Reg. Cancell. fol. 61. facta est facultas Antonio, & Andriottæ Alliatæ fratribus, filiis Petri in eo feudo de Trocculis exædificandi Castellum, appellandi illud oppidum Villæfrancæ, illiusque dominum nuncupari Baronem. [c] An. 1609. 24. Aprilis Franciscus Alliata, & Paruta Baro illius oppidi ex privilegio regio appellatus est Princeps Villæfrancæ. Sed Felix Novellus Archimandrita ex litteris Regis Philippi III. Matriti 6. Martii 1612. exscriptis in lib. Reg. Cancell. 17. Sept. xj. Ind. fol. 10. eum feudum in præjudicium Archimandritatus concessum revocare curabat, morte tamen præventus, rem infectam reliquit. Anno verò 1646. sub pinguiori censu (ante erat census annuus unc. 42.) Didacus Archimandrita constituit.

de oppido Villafrancæ.

[c] Vide lib. nostro 3. not. 3. fuisse.

Huic monasterio Prior semper præfectus est ab Archimandrita, ut clarissimè declaravit PP. Bonif. IV. anno sui pont. 2. sal. 1390. & nos suprà ad eum annum fol. 22. ita etiam an. 1396, 1396.
post obitum cujusdam Fr. Nymphi, deligitur ab Archimandrita Paulo de Notarleone, ac à monachorum cœtu *Fr. Macharius* monachus Basiliensis, confirmante Rege Martino, ex litteris datis Catanæ penultimo Januarii in lib. Reg. Cancell. fol. 44.

Fr. Hilarius de Seminara [d] Ordin. Basil. sed anno 1476. mutato consilio *Fr. Paulus Miraponte, seu Malaponte*, tunc Abbas S. Eliæ Troynæ ejusdem ordinis ab Archimandrita Petro Pitalio adlectus est: qua de re conquestus Hilarius apud proregem, ex ejus litteris apud secret. Macri ann. 1476. fol. 11. in suam resti- 1476.
tuitur possessionem, Cui sufficitur in utro monasterio
1486.
Fr. Leontius de Clementia Basil. ac rexit alia S. Gregorii de Gypso, S. Mariæ de Milis, & S. Petri de Itala.

[d] Lib. reg. Cancell. ac an. f. 11. & not f. 21.

(„ Nicolaus Galletus nobilis Panormitanus, „ Cathedralis Ecclesiæ Panormitanæ Canoni- „ cus,

„ cus, Prior : anno 1560. ad Episcopatum Alexanum evectus, ex Coronello in Chronol. pag. 402. De eo Ughellus Ital. Sac. to. 9. pag. 92.)

Thomam de Andrea presbyterum sæcularem, ab Vicario Archimandritę Laurentii Theodori electum reperio. Unde quidam *Fr. Ambrosius Kyrieleison* monachus Basiliensis conqueritur apud Visitatorem Ecclesiarum juris patronatus Regii Nicolaum Danium: quod Monachis Basi- A liensibus is Prioratus de more esset dandus, & *F. Ambrosio* 29. Dec. anno eodem conceditur, ut legere licet in tabulis visitationis. Nunc vix unus monachus in eo degit: Porrò sub titulo Prioratus ex electione monachorum datur uni ex his cum annuis unciis 24. *D. Petro Jacobo Mess.* Reliqui proventus sunt Archimandritæ; tempore Thomæ Fazelli ad summam unciarum 100. Tunc hinc cœnobitæ recessere [a], & hæc satis de quatuor Abbatiis annexis.

a Li. 10. dec. 1. de Abbatiis.

NOTITIA SEPTIMA
SANCTÆ MARIÆ DE BORDONARO.

DUO nobilia Ordinis etiam Sancti Basilii monasteria : Alterum quidem Monachorum sub invocatione *Deiparæ*, (cujus antiquissimam, & affabrè depictam imaginem, frequenti semper in veneratione, unam ex duabus [b] a Presbytero Scholari hujus loci olim domino, ac fundatricis avo datam esse credimus) jacet in amœnissima planicie celebris, atque inundantis undique Fluminis, vulgò *la Fiumara Bordonari*, quod & oppidum ejusdem nominis à Messana duo millia passuum distant; Alterum verò monialium *D. Annæ Virginis Mariæ matri* [c] dicatum, in antiquissimis, atque ejusdem Scholaris magnificis ædibus juxta proprium S. Theodori M. sacellum in urbe videbatur. A primis fundamentis ante annum 1159. construxere, atque suis omnibus avitis, hæreditariis, dotalibusque possessionibus, & redditibus locupletavere Rogerius de Secreto nobilis Messanensis, ejusque uxor Ula Graffæo. Fuit illustris, ac pia fœmina ista, Presbyteri Scholaris, post Abbatis Sabæ nuncupati ex primogenito Joanne Graffæo, Partanæ domino, Messanæque Stratego, neptis, Sergii Siciliæ Logothetæ soror, & eorum hæres.

b in suo test. fol. 17.

c Mes. in lib. 1. not. 3.

Cujus rei habetur vetustissimum testimonium in testamentariis eorum tabulis Græcè, & Latinè conscriptis apud utrumque cœnobium [d]: sic firmatis. *Nicolaus nutu Dei Messan. Archiep. Primus subscripsimus, ita subscripsimus, ut præsens testamentum ratum & firmum perpetuò teneatur.* Per Majorem magnum Amiratum Rex quoque Guillelmus I. hoc favorabili diplomate ea approbavit.

d Ex Bonf. sua Mess. f. 9. & 11. not. 1. 1. not. 2. & Fazel. dec. 2. lib. 10. ol. 633.

Guillelmus Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, unà cum Domina Margarita matre mea. Expedit dictis Ecclesiis concedere, manus adjutrices extendere, quod justum videtur etiam in Ecclesiis, Monachis existentibus tradere vitam, prout humanitùs est eis concessum. Unde ego prædictus excellentissimus Rex Guillelmus unà cum prædicta matre mea Domina Margarita, divino spiritu instigatus, residentibus nobis in Regia nostra, & in Felice Urbe Panormi, venisti coram nobis tu Rogerius de Secretis [*] *nobilis Urbis Messanæ, & tua uxor Ula de Graffæo, ut confirmaremus præsens privilegium, seu* B *sigillum, quod spontè obtulistis Deo pro remedio animæ vestræ, & parentum vestrorum infrascriptis monasteriis. Quorum ædificastis unum monachorum masculorum, & reliquum fæminarum; prædictorum verò masculorum in Flomaria Bordonarii, nomine gloriosissimæ matris Mariæ, & illud fæminarum nomine Sanctæ Annæ matris Virginis Mariæ, quod ædificatum est in vestris domibus intus Civitatem Messanæ juxta Ecclesiam Sancti Theodori Martyris. Abbatissa in eo Anna* [*] *monialis della Corta, &c. Datum Panormi anno à mundo creato 6670. sal. 1162.*

* De Secretis scribit Bonf.

* Aliàs Agnes filia Sergii Logothetæ.

Mortuo Ulæ marito, ipsa iterum ad corroborandas suas pias largitiones Archipræsulem adiit, uti ipse sic testatur.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi Amen. Anno incarnationis ejusdem M.C. LXXVI. mense Dec. ind. x. Nicolaus Dei gratiæ Sacrosanctæ Messanensis Metropol. Eccl. primus Archiepiscopus. Nobis residentibus in Sede nostra feliciter, Ula filia Joannis Graffæi, & uxor quondam Rogerii filii Joannis Secreti conspectui nostro se obtulit rogatura, &c. 1176.

Huic *S. Mariæ*, atque alteri haud longè *S. Salvatoris de Presbyterio Scholario* ejusdem instituti, ac Graffæorum fundationis, semper præfectus est idem Abbas, uti & sequentibus annis.

F. Leontius ab anno 1371. ab Urbano V. electus, & post ad Abbatiam S. Michaelis Troynę translatus, & hic etiam ad an. 1397. Cancell. 1371. fol. 257. & in Prot. an. 1393. f. 59. & lib. Præl. fol. 401. post cujus obitum 1371. 1398.

Fr. Athanasius de Messana more solito a monachis delectus, ut in notitia Abbatiæ S. Pantaleonis eo anno. Ibid. & Canc. f. 173. eo an.

Fr. Adrianus de Navarra Abbatem egit, ab an. 1455. ad 1476.

Fr. Ægydii post obitum anno scil. 1481. spolia, atque proventus sedis vacantis spatio annorum duorum, & mensium septem, ex lit. Proregis die 22. jan. 1483. In Canc. eo an. 1413. à Regio Thesaurario recipiuntur. Inde in commendam incidit Abbatia hæc. 1455. 1476.

Gylus Staiti Messanensis civis, ac Canonicus genere clarus, Abbas Commendatarius à Canonicorum Messanensium Capitulo subdelectus, atque ab Archiepiscopo confirmatus, à Prorege

Quando in commendam data est.

rege tamen pro tuendo jure reg. patron. scriptis A litteris 20. Feb. an. 1484. Prot. eo anno fol. 10. corroboratur. Sed dum pacifica Abbatiæ frueretur possessione

Fr. Thomas de Curvillo apostolicas Nicolai V. litteras de collatione Abbatiæ exoravit, quæ tanquam in juris regli patron. præjudicium, effectu caruere. Dum verò de utriusque præcipuo jure ageretur; decedenti Gylo, regio nomine ex litt. Panormi 27. Aug. 3. ind. eodem anno in commendam Thomæ concessit Prorex Prot. eo an. fol. 251.

1505. *Lucas de Marinis*, seu *Marineus Siculus Vizinensis* à Rege Ferdinando II. his honorificis verbis 8. April. an. 1505. Prot. eo anno 4. Aug. ind. 8, in Civitate Tauro præsentatur: *Lucas in Salmatico studio, pluribus annis Poeticæ, & Oratoriæ facultatis professor; vir litteris illustris, qui præclara gesta per Serenis. Regem Joannem laudabilia carminibus, & poematibus, & oratione soluta redegit, &c.* Eodem Alphonsus Seguritanus lib. VI. ep. ejusdem Lucæ; Sic. *Lucius Marineus Siculus Vicinensis Panormi commodum degebat, & laute vivebat* (erat enim ibi Canonicus [a],) *cum in Hispaniam venit, suadente Federico Henrico Castella Architalasso, qui in Siciliam iverat uxorem ducturus Annam Capreram Motycæ Comitissam. Duodecim annos docuerat, cum à Regibus Catholicis Ferdinando, & Isabella itidem ad aulam evocatur, in qua statim Rex ministros, & famulos litteris informandos, & Regina Palatinos Sacerdotes plenius instruendos commendarunt. Sed ipsum interea Historiographi, & Capellani honore decorarunt.* Ita & Franciscus Guicciardinus Florentinorum Orator in cujusdam epistolæ inscriptione: *Lucium Ferdinandi Regis Historicum, & Sacerdotem* appellat. Postquàm Lucas quinquennio in sua esset possessione; Petrus Isueglies Messan. Cardinalis Reginus ab eodem R. Ferdinando, datis litteris in Valleoleti 4. Novemb. 14. ind. ann. 1510.

1510. in Prot. eod an. 7. Jan. f. 54. ipsammet obtinuit Abbatiam. Quarè Lucas pro suæ possessionis jure tuendo celeberrimum V.I.D. Blascum Lanceam, & Lucam Barberium Netinum (quem equitum Siculorum decus, & Secretarium Regium vocat) patrocinantes sibi optavit [b]. Cardinalis tamen obitu, de libera, atque pacifica Lucii possessione maximè gratulatur Gaspar Bartochinus scribens: *Ut senectam venerabilem honestè transigere, & fratres tuos charissimos tueri*

1517. *possis*. Caroli V. ad annum 1517.[c]. Aulico quoque perfungens Sacerdotio; de illius consensu successori an. 1525. Abbatiam cessit. De nostro præclara in historiis, maximè de Sacello Reg.

1525. Tortoreti in fine scribuntur. („ Plura de eo „ in Bibl. Sic. t. 2. f. 16.)

a In lib. Sacrat. anno 1569. f. 179.

b In Epist. suis lib. 16.

c In ep. ult. in comment. Lucæ.

7. Oct. 14. ind.

3. *Joannes Grazia Cæsaraugust. V. I. D.* ex patre Joanne à Caroli V. Imp. secretis, eodem Cæsare per litt. Majorati 30. Martii 13. ind. 1525. in lib. Prot. 7. Octob. 14. ind. fol. 54. volente, & iterum post an. XI. Joannes in consequentis Abbatis favorem resignavit.

4. *Franciscus Franciscinus Cosentinus* ex S.R. E. Cardinalis Alexandrini Vicecancell. aula; breves confirmationis Regii assensus litteras à PP. Paulo III. dat. Romæ 14. Kal. Julii 1546. pont. 12. an. exoravit in lib. Prot. eo anno 27. Octob. 6. ind. fol. 95.

5. *Jacobus de Arnedo Hispanus S. T. D.* nobilitatis, Regii sacerdotii, atque generalis Visitatoris Ecclesiarum juris patr. Reg. honore præfulgens, regio mandato per Joannem de Vega Proreg. dat. Panormi 13. Dec. 1552. fit Abbas[d].

d In lib. Conserv. 1560.

6. *Antonius Pharaonius Messanensis* a sacris B Regiis; vir sanè clarissimi nominis, spectatæ virtutis, nobilitatisque primariæ, qui anno 1562. ad Cephaludensem, ann. verò 1569. ad Catanensem sedem, ex ea an. 1573. ad Cœlestem evectus est.

7. *Joannes de Vedoya Palentinus in Hispania*, ubi de rebus fidei quæsitoris munere perfugens, scriptis Regiis 3. id. Aug. & Pontificis Pii IV. litteris anno pon. 3. sal. 1562. huic præficitur Abbatiæ ex Prot. eo ann. 20. Oct. 6. ind. fol. 65. 1562.

8. *F. Hieronymus Carruba Siculus Policensis* C ordinis Carmelitarum, Regi Philippo II. à quo hujus Abbatiæ dignitate decoratur, ob rerum mathematicarum peritiam apud Hispaniam agens charissimus; pòst patrios lares repetens, sui instituti reliquit, & clerici sæcularis habitum sumpsit; jam divitiis instructus, ibi hospitalem S. Joannis de Deo domum erexit, dotavitque. Ætate annorum 80 mortalitatem explevit, & in æde majori sepelitur. 1570.

9. *Petr. de Gurrer V. I. D. Siculus*. („ Cephaludensis ex Vinc. Auria in hist. Cephal. „ cap. 9. f. 70.), cum aureis 300. ex fructibus D sedis vacant. R. Philippo II. concedente 29. Jan. an. 1582. & PP. Gregorio III. Kal. Maii approbante. („ Fuit exinde Episcopus Ugenti; „ de quo Ughellus t. 9. Ital. Sac. f. 112. at perperam tradit Hispanum fuisse.)

10. *Fabius Lanari Neapolit.* Post cujus obitum an. 1602. sufficitur

11. *Nicolaus Danius Mediolanensis Diœcesis Aquensis V. I. D.* ob ejus patrui etiam nomine Nicolai * generalis Visitatoris eccl. Juris pat. Reg. * ad Sacellani, & anno 1594. *Beneficii S. Pancratii* atque an. 1599. *Abbatiæ S. Nicolai de Ficò* honorem promotus est. Matriti an. 1636. obiit.

* Apud consser. an. 1578.

* In Cancell. an. 1602. f. 169. an. 1604. f. 166. & 49. Prot. eo an. fol. 124. & 637.

12. *Joseph Esciaffitte Siculus Troynensis S. T. D.* ingenii acumine, ac memoriæ retentione, ita ut quæ à concionatoribus audiebat, retenta ad verbum domi exscribebat, clarus apud Matritum, aulicosque regios. Tandem ætate, & infirmitate pressus, in Siciliam reversurus, à Philippo IV. per lit. 13. Aug. an. 1636. in Canc. 6. Martii an. 1638. fol. 245. Abbas subeligitur, cum aureis 200. pro expensis (die 30. Aug. eodem anno) bullarum Apost. dat. Romæ Kal. Aug. 1637.

1638. Mense Majo.

Ibid. 30. Julii 1537. fol. 145

(„ 13. *Alvarus Moncada* Nobilissimus Panormitanus, filius Ignatii Moncada; nepos „ ex fratre Aloysii Moncada Siciliæ, Sardiniæ, „ & Valentiæ Prorex, & S. R. E. Cardinalis, „ & Frater Ferdinandi Moncada S. Joannis Ducis, Sardiniæ, & Navarræ Prorex. Anno „ 1664. Abbas electus, 31. Sept. 1701. excessit

„ sit Panormi, in domo Professa Soc. Jesu se- „ pultus.

„ 14. *Franciscus Catena* Panormitanus V. J. „ D. Cantor Capellæ Collegiatæ S. Petri in re- „ gio Palatio Panor. electus & bullis Apost. 18. „ Octob. 1713. exscriptis Panormi 15. Dec. „ 1713. possessionem est adeptus 15. Jan. 1714. „ De eo in notitia dictæ Capellæ S. Petri f. 70.)

Hujus Monasterii à prima fundatione sub an. 1159. ad an. 1483. Monachus Basil. more solito electus, fuit Abbas Titularis, inde Commendatarius. In Regni Comitiis 36. profert votum. B

Est de Regia præsentatione cum pontificia confirmatione.

Regiis dandis, ac spolio subest.

Annui reditus.

Annui Proventus an. 1553. ex proregis man- A dato inventæ sunt un. 104. 8. Sagmata frumenti 19. 8. sagm. farinæ 3. pecun. hodie in totum un. 156. 6.

Onera.

Onera. Pro Regiis dandis unc. 27. 10. 15. 5. pro fabricis, & ornamentis, unc. 5.

Pro quatuor Monachorum S. Basilii victu, & vestitu, unc. 34.

Sed ab an. 1589. mensæ eorum attributa sunt aliquot bona stabilia.

Pro jure Archiep. Messan. unc. 8. Pro jure Capit. Messan. unc. 2. 12.

Pro oleo, & cera Ecclesiæ, unc. 4. 22. in totum. 75. 22. 15. 5.

Reliquæ sunt Abbatis Commendatarii unciæ 80. 12.

NOTITIA OCTAVA
SANCTI ELIÆ EBULI, SEU DE AMBULA.

HUJUS Templi, atque Basiliani Cœnobii prima in nostra Insula fundamenta anno sal. circiter 1080. jecit Rogerius ille tam vehementis spiritus, quo bellacior nemo, quo pietate præstantior nullus, Primus Siciliæ Magnus Comes; cùm ea nondum tota potitus esset, de expugnanda vetustissima Troyna. Urbe, natura, & arte munita, atque Græcis Christi cultoribus, Saracenorum tempore, promiscuè culta consulit. Eo quidem in eminentiori loco inter nemora ad Septentrionem ab Urbe 5. m. p. dissito*, ubi in nocte *D. Elias Propheta* stricto gladio contra hostes apparuerat, convocatis militibus, & incolis Christianis annuentibus, post paucorum dierum obsidionem & Barbaros, & Troynam suo subjecit imperio. Quarè ad gestantis animi de felici rerum eventu lætitiam effundendam, ac debitas Sancto gratias agendas, statim sub titulo ejusdem *S. Eliæ Ebuli* Græcè, *de Ambula* Latinè, idest, *Boni Consilii*, sacras extruxit ædes, easque viris vel ex urbe, vel vicatim per nemora eremitico more sub D. Basilii disciplina degentibus, collectis elargitus est. Quorum, atque suorum consanguineorum exemplo anno 1094. inflammatus

* Not. lib. 1. de Eccles. Troyn. & Pirrh. cap. 1. lib. de Troyn.

1094. Joannes Primus Abbas.

JOANNES LOGOTHETA ejusdem Comitis, (quem ex *Grafsorum* nobilissima Græca familia, semper hoc honorifico Logothetæ regio munere cohonestata, ut superiùs not. 4. legistis, esse crediderim) vanis hujus sæculi honoribus, oblectamentis, divitiisque despectis, eandem Basilianam professus est regulam. Cujus precibus monast. ad culmen producendum, religiosorum ad majorem Dei cultum, numerum augendum, eosque strictiori moderatione regendum, atque cuncta ferè nemora, agros, possessionesque in circuitu pio dono libentissimè Comes concessit.

Hujusmodi à me relata enucleatiùs deprehendes ex M. S. græco, & ex ejusdem Comitis diplomate dato anno mundi 6602. quod inclusum in alio Regis Rogerii tantùm invenies, characteribus græcis in carta membrana conscri- C ptum apud ipsum monasterium, & primò à Constantino Lascari, ut in tabulis notarii Presbyteri Blasii de Rustico Troyn. sub die 1503. 13. Octob. postea Proregis mandato in publicis Prælatiarum Siciliæ an. 1510. 3. April. 13. ind. fol. 74. & 531. exscriptis; & iterum caussa recuperandæ possessionis Territorii S. Luciæ de Judica à Civitate Calatabieronis, mandato Abbatis Nicolai Danii Regii Visitatoris, die 5. Decembris 8. ind. 1575. in actis ejusdem visitatoris apud Conservat. à Jacobo Pizzolo Savocesi D linguæ Latinæ Præceptore, ex Græco in Latinum translatum est. En diploma.

*Rogerius Siciliæ, & Calabriæ Comes anno mundi 6602. Ind. 2. &c. Insula Sicilia tota, & Calabria, procuratione divina, nobis subjectis: devastatas templorum Ecclesias adjussimus ipsas ad pristinum statum reducere, prout erant, cùm genus splendebat humanum**, *& in eis sit. Et hanc putamus caussam justam, & placibilem, per quam Divinitas serviatur, & glorificetur secundum fuit à principio. Ob istam caussam ponendo publicè* E *exemplarem materiam, volentibus opus publicavimus; multi miserunt** *multi & à nobis templa susceperunt cum nutrimentis, & necessariis alimentis caussa resurgendi**, *& fabricandi ipsa, & restituendi, & ordinandi in habitaculis monachorum, qui Deum exorent pro toto humano genere Christiano; & cum omnibus istis concurrentibus, nobis supplicavit Noster Protonotarius Joannes. Unde tibi dedimus in hac Insula apud Tenimentum Terræ Trayne Sanctum Eliam de Ambula, caussa erigendi, & ædificandi istud monasterium* F *monachos instruendi**. *Et cum ita feceris, & novam Ecclesiam ædificaveris sanctissimæ Deiparæ supra petram**, *& monachos congregaveris, & omnia ad commodum eorum facientia constitueris, Deus ab ipsis sine intermissione collaudabitur. Visis per nos istis caussis, & diligenter cognitis dilectissimè dileximus, & magis voluntariè ei dedimus in futurum habitaculum hujusmodi seu monasterii, & monachorum in eo habitantium subscriptum tenimentum terrarum. Incipit ab Oriente à pede de Ambula: à quodam magno lapide, & descendit*

* In alia transl. cum Christianis genus efflorebat, atque exultabat in ipsis.

* Occurrerunt

* Erigendi.

* In statum Monachorum stabilire.

* Hujus Ecclesiæ nullum est vestigium.

Confinia donationis com. Rogerii.

scendit versus Occidentem ad pedem * Serra, & vadit ad cristam de Ambula, & deinde descendit versus Boream, & per cristam usque ad aquas pendentes. A flumine S. Eliæ de Ambula, & pervenitur usque ad viam qua venitur de Archara *, & prope viam, quæ transit versus Occidentem ad Ciramum, & ab hinc volvitur versus Occidentem per cristam ad aquas pendentes Petra Eliæ *, & vadit usque ad ulmum, quod vocatur cedrus, & extenditur ad cristam, quæ est super calcarias; & abinde descendit versus meridiem per chrístam etiam aquis pendentibus versus flumen S. Eliæ, & finit ad viam de Cirami, & vadit per viam, viam usque ad Montem Acutum; & deinde redeundo versus Orientem per cristam, cristam respondit ad meridiem aquis pendentibus ferit ad flumen S. Eliæ de Ambula, & extenditur à S. Elia: ad viam Regiam, redeundo versus Boream ferit ad silidam *, quæ est sub flumine S. Eliæ, ubi dividitur via S. Eliæ eundo per flumen flumen versus Orientem usque vallonum, & vadit per vallonum & ferit usque ad flumen de Trayna, & eundo per flumen versus Orientem usque ad vallonum de Thaimuto, qui est in frontispicio S. Dominicæ; & deinde redeundo versus Boream per vallonum vallonum usque ad Serram dello Conte, & abinde eundo versus Orientem per vallonum siccum ferit usque ad magnum vallonum, & ad gruttam * de Casia; & abinde revertitur versus Boream per vallonum vallonum usque ad cryftellam Comitis usque ad gruttam de Pitrana, usque ad terram rubeam, & extenditur usque ad vallonũ, qui descendit de Ambula, & abinde per vallonum usque ad magnam petram existentem in pede de Ambula, & extenditur usque ad cristam, qua initium fecimus. Donavimus eidem monasterio montes * cum glandinibus domesticis, & sylvestribus, quæ sunt infra hos confines supradictos, ad habendum, tenendum, & eis dominandum, prout ex dominatione nostra prædominabatur; & nullus super idem monasterium valeat se impedire. Et donamus eidem monasterio pro jure subventionis, seu pascua suorum animalium, & pro aliis necessariis in Tenimento Theurori * Sanctam Luciam de Judica, & deinde cum toto tenimento subscriptis finibus limitate: & incipitur à vallono S. Luciæ versus Orientem, in quo est terra russa, & abinde à vallono Tragonum *, & descendit per vallonum, vallonum usque ad flumen, quod vocatur Trayna; & abinde descendendo, descendendo versus Occidentem pervenitur ad paludem, ubi submersi fuerunt Bufali, & ascendit ad aquam Albam, & ad Petram Serratam, quæ vocatur la Castellana *, & abinde per planitiem, planitiem pro ut in græco dicitur Pat. Pat. versus meridiem usque ad terram Rubeam; unde in tenimento incœpimus, & sic concluditur * Et cum ipso donamus pro servitio ejusdem monasterii ex nostris hominibus Nicolaum Christallum, Leonem Stallisi, Leonem Mudicanum, Joannem Speranum, Joannem Sallum, Ardosenum, & Ametum; & ista donamus voluntariè, & benignè dicto S. Monasterio, atque habituro, & possessuro realiter ad habitaculum, & usum Abbatis, & Monachorum ipsius monasterii, qui sunt, & esse debent in eodem; volentes potentiam aliquam alicujus non posse impedire, seu devastare partem aliquam supradictarum continentiarum; & per ipsum monasterium non dimoveri possit, seu destitui de eisdem usque ad finem sæculorum. Necnon injungimus, & mandamus omnibus: quòd non sit ei potestas abstulendi aliquid ab eodem monasterio, aut petere servitium civile *. Nec non adjungimus, quòd si voluerit Abbas, seu Prælatus ad alia loca transmutare, seu transferre animalia ipsius monasterii ad pascendum prata viridia pastoralia; quòd ob ipsas caussas sit liberum, & immune ab omni persona cujuscunque status, & præeminentiæ. Et quicumque præsumpserit infringere sigillum nostrum, in nostra potentia incurrat indignationem, & indignationem habebit non solùm à nobis, sed ab hæredibus, & successoribus nostris. Et ad roboris firmitatem, & cautelam ipsius supradicti monasterii præsens sigillum sigillo plumbeo sigillatum fuit concessum eidem sancto monasterio, die, indictione præmissis. Mortuo Primo Abbati Joanni sufficitus Secundus

* A pede collis ad colleni.

* Hodie l'Arcara, ubi sunt terre Abbatie.

* propheta Elia.

* Ad Sextum.

* Hodie il feudo delle grotte.

* Hodie dicitur la Foresta di S. Elia; jam usurpata.

* In alia litera Cantor ipi seu Cêtorbi nunc Lodictaino.

* Tragonia.

* Hodie la Castellana.

* Totum hoc S. Luciæ de Iudica Tenim. malè possidetur à Repub Calatabilteronis.

Nemo potest ex datis auferre, dare, &c.

* Sententiam perpetuum inquimte.

2. *Rogerius Damavanti Abbas monasterii S. Eliæ de Ambula, Pater Philoteus dictus*, qui anno ab orbe condito 6653. mens. Novemb. 8. ind. à Rogerio Rege Primo Siciliæ suo favorabili privilegio illud ejus patris Comitis Rogerii corroboratum obtinuit a. Quoniam verò hoc Basiliense cœnobium ab Hugone Præsule Messan. cujus erat Diœcesis, ann. sal. 1130. b propitiante eodem Rege, Archimandritæ Messanensi subjicitur, abhinc Abbates ex instituto S. Basilii de more præfecti sunt. Quorum inertia, atque nota ignavia, omnia ferè nemora, pòst *Foreste S. Eliæ* vocatæ, quæ à Comite Rogerio regia liberalitate sunt donata (ut suprà vidistis) & à filio Rege, quod sub iis, ac gravibus pœnis non concedantur, nec alienentur, sunt laudata, tamen usurpantur atque monasterium jure, & possessione sua privatur primæva. salut. 1145.

a Habes integrum in locis citatis supra.

b Nos supr.

Cùm enim an. sal. 1325. die 13. Sept. 9. ind. Rex Petrus II. Peregrino de Pactis militi Mess. concessisset quædam bona, ea Rex Fridericus filius anno 1337. 18. Aug. in lib. Canc. & Prot. eo anno, & fol. 176. ita declaravit, ac confirmavit, esse *jura secretiæ Trayne, nemora portæ Traynæ, seu Forestas S. Luciæ de Randazo, S. Georgii de Grassecta de nemoribus Regiæ Curiæ*, ad preces Peregrini de Pactis * primi filii Protonotarii, & Vicecancellarii Siciliæ, soluto unciarum 300. pretio, atque munere Protonot. relicto, hunc, & ex primo filio Ansaldo successore solùm dominos fuisse Forestarum S. Georgii, & Grassectæ, & non *Forestarum S. Eliæ* in regist. Cancell. divers. anno 1535. fol. 35. ut inferius dicemus ad annum 1558. 1325.

* Ex Peregrino I alter Peregrinus II. & ex eo Ansaldus, & Nicolaus ex Ansal. 4. Joannes, ex eo 5. Peregrinus III ex eo 6 Joannes I. ex eo 7. Nicolaus Ant. de Pactis hi domini feudorum Sancti Georgii. Ex Nicolao secundo genito herede in Castro Scialectæ, & Forestæ Traynæ, qui in actis Petri de Armato Messan. an. 1507. præscripsit heredem in his bonis V. I. D. Sacumbeni de Marchisio Mess. ad hunc diem illius heredes.

1. *Fr. Guillelmus de Minot* post obitum Fr. Martini Basil. anno 1393. à Rege Martino una cum Abbatia S. Mariæ de Arcu Neti ord. Cisterciensis fit Abbas Commendatarius lib. Prot. an. 1393. f. 207; erat enim a sacris Regii Sacelli.

2. *Fr. Adrianus de Carduchio, & Neapoli nobilis Troynensis* monachus Basilianus an. 1440. hac retenta Abbatia, præficitur etiam alteri ejusdem ordinis, & loci sub titulo *S. Michaelis* ob cujus promotionem

3. Fr.

3. *Fr. Antonius de Balestra* ab Eugenio IV. apost. litt. 10. Kal. Apr. 1445. de Abb. S. Eliæ obtinuit. Prot. an. eod. f. 44.

4. *Fr. Paulus Malaponte, seu Miraponte, etiam Troynensis* ejusdem ordinis, ac S. Georgii de Trocculis prior interim ab eodem Pont. utriusque Basiliani cœnobii unionem, & præfecturam anno 1448. exoravit, & iterum ex rescripto Sixti IV. anno 1473. post obitum Guillelmi Abbatis S. Michaelis earumdem confirmationem obtinuit. Sed Rex, ne suum patronatus jus minueretur, primas Eugenii litteras, per alias successoris Pauli II. dat. 1467. in tab. mon. S. Mich. revocandas sategit, secundas Sixti executione sua carere præcepit in capib. ecclef. f. 103. Remansit tandem Malapons S. Eliæ tantùm Abbas, ut in tabulis Archimand. sub an. 1473. subscribitur lib. Prælat. f. 412.

5. *Fr. Leontius de Clementia Messan.* Basiliensis magni nominis, & auctoritatis monachus huic, atque aliis ejusdem instituti S. *Gregorii de Gypso S. Mariæ de Milis: ac SS. Petri, & Pauli de Itala* monasteriis eodem præficitur tempore.

1489. Anno 1489. Leontius, Sanctique Fratelli Abbas (quem S. Pancratii juxta Oppidum ejusdem nominis S. Fratelli crediderim) Apostolicas à Sixto V. litteras de Basilianis Siciliæ cœnobiis perlustrandis sunt assecuti, quas tamquam Regiæ jurisdictioni, Siculisque sanctionibus obnoxias, Prorex scriptis Panormi litteris 29. Decemb. 8. Ind. ejusdem anni Prot. eo an. f. 188. nullo modo executioni mandandas jussit. Nec tamen Leontius apud Curiam Romanam pro reunienda Abbatia S. Michaelis de Trayna, sicut antea illius Abbatem F. Hieronymum Carduchio defatigare desinit Prot. an. 1491. f. 292. cui anno 1502. decedenti

6. *V. I. D. Bartholomæus Bassan, Tarraconensis* à Joannis de Lanuca Proregis sacris sufficitur, atque diplomate (in quo valor florenorum mille exprimitur) VI. Alexandri PP. 2. Kal. April. 1502. confirmatur in Canc. 15. Julii 6. ind. 1503. fol. 255.

1503. Hic Hispanam nobilem familiam ex Marchionibus S. Crucis alumnam per V. I. D. Cæsarem Bassan nepotem, in Traynam, ubi hodie floret, introduxit; beneficiis *S. Nicolai, S. Antonii, ac S. Trinitatis Dohana Panormitana* etiam auctus Prot. anno 1503. f. 760. & anno 1507. fol. 40.

1507. Sed hanc proregiam provisionem juribus Religionis obesse Basilienses obsistentes; unum ex suis præficiendum curavere; scilicet

7. *Fr. Paulum Malapontem Priorem S. Georgii de Trocculis, atque Archimandritatus Vicarium*, qui per suum procuratorem Joann. Matth. de Neapoli, in successoris gratiam anno 1112.

1512. cessit.

8. *Fr. Philaretus de Neapoli Troynensis, ac ejusdem S. Eliæ monachus Basil.* Hic tunc ætatis solùm annorum 12. in commendam à Rege Ferdinando II. (filio ejus Alphonso Aragonio Archimandrita annuente) per litt. in Valle Oleti 26. Junii 1513. Prot. 13. Feb. 12. ind. fol. 480. obtinuit, & à Leone X. Pont. Max. Romæ mense Novemb. Pont. ann. 1. Prot. 10. Decemb. 13. ind. 1514. fol. 99. confirmationem; hac tamen adjecta conditione: *quòd cùm Philaretus ad ætatem ann. 16. pervenerit, professionem emittere, & à qualibet Antistite benedictionis beneficium petere teneretur; salvo jure reg. patr. atque expresso valore 40. florenorum.* Hic Abbas & monasterio sibi concredito, & ipsimet perniciei fuit. In monasterii quidem jacturam: anno

1528. 1528. 24. Octob. 2. ind. in tabulis notarii Antonelli de Antonio Tauromen [a] quosdam latos terræ tractus juris antiquissimi, atque perutilis Abbatiæ in agro Tauromenii in regione Mendulę, seu delle Petre Nigre pro annuis tantùm tarenis 18. Notario Petro Russo Taurom. ad emphyteosim concessit [b], cujus filii Joannes, Gregorius, & Vincentius ob Canones non solutos, ut in anno 1579. dicemus, possessione privantur. Eodem sanè modo quasdam magnas ædes (de quibus ait Puteus in sua visitatione: *quòd hac Abbatia habet tenimentum quoddam domorum in civitate Troina in quarterio de Baglio*) in actis Joannis de Gregorio Troyn. anno 1529.

1529. 8. Decemb. 3. ind. pro annua unc. una, & tarenis tribus suo consanguineo Marco Antonio Tortoreto Troyn. concessit. Haud secus in gratiam suorum civium, & detrimentum primorum jurium Abbatiæ per sex menses feuda pascere permisit, unde ad nostra tempora consuetudinem hanc, seu potiùs usurpationem servant. Ipsimet quoque multùm noxius: quòd multis criminibus irretitus, atque publicorum latronum in suo monasterio esset refugium, apud Proregem defertur [c], quare & regimine, & dignitate per sententiam orbatur, atque anno 1525. mense Decemb. 14. ind. in commendam à Prorege ipso *Ambrosius Sanches* donatur. Sed Annibal Spatafora, tunc Archimandrita & Pontificiis [d], & Proregiis Hiracensis Marchionis litteris sub die tertio April. 8. ind.

1534. 1534. Lib. R. Monarc. fol. 1500. suffultus pro suo tuendo jure *Fr. Guillelmum de Castronovo Basil.* suffecit. Utrisque electis usque ad suum obitum, qui incidit anno 1542. ult. Feb. 1. ind. Philaretus obsistit.

1542. 9. *Ambrosius Sanches Panorm.* Ludovici Sanches Hispani Regii Thesaurarii, ac Protonotarii filius, & Prior Terranæ ex litt. Caroli V. Barcinonæ 3. Maji 1535. Prot. eo an. fol. & aliis Neapoli 22. Maji 1536. cum confirmatione Pauli III. 3. nonas Octob. 1537. unà cum sedis vacantis fructibus. Prot. ann. 1517. fol. 285. & Canc. fol. 368. & Monarc. fol. 1500. ad annum obitus præcessoris 1542. possessionem iniit, sed post annos quatuor Abbatiam resignavit.

1546. 10. *Antonius de Crasso Hispanus* à claris natalibus, atque Regiis sacrificiis; eodem anno ad aliam SS. Petri, & Pauli de Itala pinguiorem in Sicilia translatus est. Prot. an. 1546. f. 259.

1547. 17. August. 11. *Ludovicus Sanches civis, & Canonicus Panorm.* Regni Protonotarius, Ambrosii præcessoris frater, ex Pontificio Leonis X. atque Regio Caroli V. indulto Prot. 1517. f. 388., non solùm post Bartholomæi Bassan [e] an. 1517. obitum beneficio *S. Nicolai Castri ad Mare, & SS. Antonii, & Trinitatis Dohana*, sed alio *Canonicatus S. Petri de Palatio* post Antonii de Simone mortem [f], atque *S. Petri & Pauli de Itala, &*

S. Ma-

a Hæc acta hodie penes Benedictum Cassisi Taurom.

b In visit. Puteo, Vener. an. 1542. apud Conserv.

c Vide acta apud Reg. Monarch. à fol. 1037. ad 1044.

d Vide supra.

e Prot. eod. an. fol. 760.

f Ibid. f. 415.

S. Mariæ de Roccadia Abbatiis, & tandem etiam ista S. Eliæ novis litt. Caroli 2. April. 1547. Prot. eo an. ind. 6. f. 259. & in Cancel. fol. 68. condecoratus, post duos annos scil. 1549. 10. Octob. mortalitatem explevit. Prot. an. 1549. fol. 320. 1550.

12. *Petrus Ximenius Hispanus* apud Romanam Curiam ab Oratoris Regii Didaci de Mendoza secretis, cujus suffragiis à Carolo V. datis Augustæ Cæsareis litt. 13. Sept. 8. ind. 1549. In Cancel. 10. Decemb. 1550. f. 172. & 174. unà cum sedium vacantium proventibus, & 500. aureis pro bullarum expeditione, (ita tamen, ut annuam scut. 200. pensionem Octaviano Præconio Siculo, tunc Metropolitano Episcopo persolvat Prot. ult. Octob. 1550. fol. 340.) sufficitur in Canonicatu Panor. de Eremitis, & Abbatia S. Eliæ. Facta facultate de non residendo, Romæ pro regiis obsequiis moram semper trahens, suos constituit procuratores ad reditus exigendos. Unde anno 1558. Jacobus Arnedus cui à R. Philippo II. Ecclesiarum Siciliensium sui jurispatr. Visitatio demandata est, ex publicis instrumentis declaravit annuos Abbatiæ proventus esse unc. 182. scil. prò Abbate unc. 128. & pro expensis unc. 54. item, quòd potiora prædia à prima fundatione Monasterio tributa, fuerint temporis cursu alia a Scaleçtæ Baronibus *, alia à Troynensibus civibus, alia à Republica Calatahieronensi usurpata ᵃ. Jure ergo optimo Troynenses eodem ann. 1558. 3. Junii ind. 1. multis probavere testibus in cap. 8. apud M. R. C. Forestas a Rege datas non fuisse istas S. Eliç sed alias etiam Forestas nuncupatas in regione S. Georgii, & Grasseteçita contra Antonium Marchisium Schaleçtę Baronem, tanquam bonorum Ecclesię usurpatorem ann. 1563. 23. Martii ind. 7. pro Abbate, & Troynensibus à M. R. C. apud Messanam agente decisum est. Ad cujus rei confirmationem Nicolaus Danius Regius Visitator pro revocandis bonis Ecclesiasticis malè detentis, ann. 1579. 14. Novembris audito prædicto Antonio Barone, qui Cæsaris Tortoreti arrendatarii pecora in Forestis S. Eliæ pascentis impedierat, Monasterio nostro restituenda decrevit ᵇ. Sed ex appellatione ad Tribunal Reg. Monarchiæ suspensa est possessio. Non secus sub eodem an. 25. Octob. de feudis S. Luciæ de Judica, seu Hamopetro penes Calatahieronenses ᶜ. Ita etiam revocanda eodem an. 19. August. 7. ind. *vineam, viridarium, Sicomros, & terras alias juxta vineas Hieronymi là Camiola, & Presbyteri Nicolai de Genaro*, à filiis Notarii Petri Russi (ut suprà nos ann. 1528. ᵈ) jussit. Anno 1583. 3. Aug. 2. ind. omnia jura Abbatiæ locaverant Procuratores Ximenii pro annuis unciis 311. 6. 12. uti in visitatione Francisci de Puteo apud Conservat. Obiit verò hic Abbas anno 1586.

1558.

* Primus ex testamento Nicolai de Pactis nos sup. Salimbeni Marchisius 2. filius & filio nepos sub tutela ejus. Ciccæ ann. 1453. 24. Martii Salimb. II. March. 3. filius filius Joann. Marchisius ann. 1451. 20. Julii.

ᵃ In visit. Arnedi ann. 1558. apud Confer.

ᵇ Idem in lib. visitat. apud. Confer. an. anno.

ᶜ Ibidem.

ᵈ Ibidem.

13. *Paullus Bellarditus Siculus Leontinus* simul & Episcopus Liparensis doctrina, & nobilitate notus, ex Regis Philippi II. 17. Sept. ann. 1586. præsentatione, & PP. Clementis VIII. Iunii 25. 1590. approbatione Prot. 20. Iulii eo ann. fol. 505. Cancell. fol. 292. & lib. rationum f. 496. Onere tamen annuæ pensionis scut. 100. solvendæ Michaeli Cupano Ioannis Andreæ filio ann. 1594. retenta Abbatia, Episcopatum cessit, & à Roma celebres in patrios lares transtulit Sanctorum reliquias, eodemque è vita decessit, sepeliturque in æde fratrum Dominicanorum sine epigraphe, insculpto tamen stemmate trium astrorum in ceruleo campo, & subtus trium flammarum ignis.

1590.

14. *Michael Ingaraus, & Zara Syracusanus* apud Regiam secretariam Matr. sedulus scriptor, his suffragantibus obsequiis, per litteras Philippi II. 30. Octob. 1594. & aliis cum aureis 150. Pro expensis bullarum 11. Iulii 1595. lib. 2. mer. eo an. fol. 21. atque apostolicis Clementis VIII. 14. Kal. Maji 1596. Prot. 27. Iulii 9. ind. fol. 60. & 83. & Cancell. fol. 407. 72. litteris, ita: *Cujus Abbatiæ fructus, redditus, & proventus ad triginta tres florenos auri cum uno tertio alterius similis floreni in lib. Cameræ Apost. taxati reperiantur:* fit Abbas, additis etiam aliis 200. aureis in illius auxilium per litt. dat. in Pardo ult. Novemb. 1598. in lib. merced. 23. Martii 12. ind. 1599. fol. 124. Eodem anno Theodorus delegatus Apost. de quo latiùs suprà, subdelegavit ad hujus Abbatiæ mensam dividendam Laurentium Grillum monachum Basil. qui nullo servato juris ordine, per Notarium Modestium de Tudischo Troyn. die 7. Maii. xi. ind. octo feuda, seu mercata valoris annui unc. 311. pro unc. 108. in detrimentum Abbat., cui vix unc. 30. & hodie 20. superfuere, designavit ex lib. rationalium sub. an. 1606. & 1620. His de rebus, atque de prædiis à Barone Scaleçtæ, à Reipub. Calatahieronis, atque à Civibus Troynensibus usurpatis, Abbas hic Philippum III. certiorem fecit, à quo litteras dat. in Pardo 7. Novemb. ejusdem anni in lib. Castri Reg. Pat. 29. Julii 12 ind. 1599. f. 71. & Can. fol. 133., exoravit, quòd *Regio Fisco curante, & assistente, bona hæc restituantur*. Sed dum Duci Feriæ Proregi inserviebat in Magistri Cœremoniarum munere an. 1604. ad aliam pinguiorem sub tit. SS Petri, & Pauli de Agrò transiit.

15. *Hieronymus Pachecus Hispanus, eques Alcantaræ, Canonicus & Decanus Ioannensis* ex nobilissimo genere, atque à secretis Marchionis *Villenæ* nostri Proregis, unà cum aureis 500. pro bullarum sumptibus, à Philippo III. deligitur Abbas; sed quòd in *Hispaniam* sui Decanatus muneris impendendi caussa se contulisset, & pontificiam confirmationem ad ineundam possessionem non curavisset. Ab. an. 1604. ad 1621. cùm apud Joannem fato cessit, & ultra ad ann. 1623. vacavit Abbatia. Interim illius juribus Monachi libere dominantes, ad se quæque traxere: qua de re suprà ad ann. 1613. sub Archim. Novello latior fuit sermo.

16. *Rocchus Pirrus Siculus Netinus S. T. ac V. I. D.* simul ac Regius Capellanus Canonicus S. Petri de Palatio, Prot. Apost. Censor, ac Consultor Ordin. in Tribunali S. Officii, Regius Historiographus, hujusque operis auctor Philippo IV. per litt. 15. Octob. 1621. offerente, & Urbano VIII. per suas 3. id Octob. ejusdem anni laudante in Cancel. ann. 1622. fol. 44. Antequàm Abbatiæ possessionem adeptus fuisset, scilicet an. 1623. die 9. Julii 6. ind. coram Tribunali Regii patrimonii, cui caussa à Principe Phili- 1623. 29. Julii.

Philiberto de justitia demandata est, per duos annos cum Regio Fisco de exemptione à spolio certavit. Tandem sic decretum est: *Panormi die 20. Junii 6. ind. 1623.*[a] *Proiste de Pirri non fiat spolium, salvis tamen juribus Regio Fisco in futuro*. Quoniam verò Monachi Cœnobii hujus ob multa incommoda, quæ in eo patiebantur, ad novum in templo Troynensi S. Sylvestri Basiliensis (cujus corpus hic conditum 2. Julii indulgente PP. Iulio III. honorificè colitur) monasterium ædificandum, atque illuc se transferendum & Regias sub anno 1625. exscriptas in lib. Cancell. 3. Iunii[b], & Apostolicas Gregorii XV. die 3. Feb. an. 1622. in secr. regni an. eod. 17. Iunii Archiepiscopo Messanensi tunc Andreæ Mastrillo directas exoravere. Quibus executioni datis 15. Iulii ejusdem anni, ex Arch. Mess. Archiep., relicto S. Eliæ primævo Cœnobio, Monachi in novum SS. Eucharistiæ Sacramentum, æs campanum, aliaque Ecclesiastica ornamenta secum transtulerunt: inde Prior Claustralis dici cœpit, *Abbas S. Eliæ, atque S. Sylvestri*. Mox ego, uti Abbas Commendatarius è Tribunali Regii Patrim. 3. Sept. 11. ind. 1627. atque ab illo R. Monarchiæ 15. Sept. 12. ind. 1628.[c] obtentis litteris in possessione antiqua persistens, mea tuebar jura. His auditis Monachi, ne monasterio, ejusque bonis priventur, eodem anno unà cum ablatis ad idem sunt reversi. Unde Fiscus Regius oblæsum undiquaque agnoscens jus patr. maximè in prædicta mensæ divisione ab Apost. subdelegato Laurentio Grillo peracta, de illius excessu an. 1636. 21. Ian. apud judicem R. Monarch. questus est, à quo servatis servandis ita edictum est: *Die 22. Martii 1638. declaretur fuisse, & esse factum excessum; & nihilominus fiat divisio mensarum Conventualis: & Abbatialis juxta formam bullarum Apostolicarum*. Ad cujus sententiæ executionem, die 28. Aug. 6. ind. anni ejusdem in actis Not. Marci Antonii Blasco Troyn. nomine ipsius Pirri, inita est cujuscunque juris Abbatiæ possessio, qua de re in Tribunali Consistorii, & iterum in illo Sedis Criminalis appellatum est[d]. Ann. 1643. 17. mensis Iulii tota Troynensis Civitas, atque circa 8. m. p. ita ingenti concussa est terræ motu, ut Cives pœnè omnes in apertos campos prorumperent, & magna ædis Majoris, ac nostri monasterii pars corrueret. Tam in publicis, quàm in privatis etiam cum sacrorum oleorum usu baptizando campanas in S. Trinitatis, ac S. Crucifixi, atque S. Isidori templis Panor. pontificalia liberè exercui. („ Præclarissimus huius operis Auctor „ Pirrus decessit Panormi 8. Sep. 1655. & in Ecclesia S. Elisabeth Monialium S. Francisci conditus est. Anno 1722. in Ecclesiæ innovatione incorruptus inventus est. De eo in Biblioth. Sic. t. 2. fol. 201.

Marginalia: 1627. — 1636. — 1638. — Terræmotus Troynæ.

[a] In archivio Reg. Patr. eo anno fol. 310.
[b] ibid. eo an.
[c] In eo trib. sub iisdem annis.
[d] Omnes scripturæ hodie in archivio caus. delit.

„ 17. *Sebastianus Cepolla* Siculus Nicosiensis S. T. D. Canonicus primùm S. Petri in Regio Palatio Panormi; exinde Cathedralis Ecclesiæ ab anno 1658. præficitur Abbas anno „ 1656. Iudicem, & Synodalem examinatorem „ egit. Obiit Panormi 29. Decemb. 1686. In „ eadem Cathedrali sepultus.

„ 18. *Alvarus Moncada* nobilis Panormitanus anno 1687. deligitur Abbas: fuit etiam „ Abbas S. Mariæ de Bordonaro, ut in ea notitia diximus. Decessit Panormi 31. Sept. 1701.

„ 19. *Joannes Carrego & Roxas* Hispanus anno 1706. huius Abbatiæ possessionem adiit 15. „ Feb. 1706.

„ 20. *Franciscus Moncada* Panormitanus clarissimo genere ex S. Ioannis duce, & Camaratæ Comite exortus, civit. Panormi.)

Hujus Abbatiæ ab initio ad ann. 1545. monachus Basil. deligebatur Titularis, deinde Commendatarius à Siciliæ Rege, cum pontificia confirmatione. In Regni Comitiis 38. profert votum. Ante mensæ divisionem ad annuas unc. 20. pro dandis Regiis Visitator Puteus, quòd Abbatis 311. annuæ unciæ erant proventùs, decrevit. Sed ab an. 1598. usurpatis pluribus bonis, ac jurisdictionibus etiam creandi Judicem, Magist. Notarium, & alios officiales, & Rantaria (ut vocant) à Monachis, vix unc. 12. percipit. Ad dandarum regiarum solutionem non cogitur. Imò ex sententia lata per Tribunal Reg. Patr. an. 1623. 20. *Junii 6. ind.*[e] *proiste de Pirri non fiat spolium, salvis juribus Reg. Fisco in futuro*.

Proventus.

Proventus antiqui (non usurpatis tot prædiis) ad annuas unc. 600. an. 1583. ad unc. 311. 6. 11. ut ex titulis Notarii Jacobi Calcei Troynensis sub die 18. Decemb. 1578. satis liquet. scil. pro ipso Abbate unc. 170.

Onera.

Onera tunc. Pro dandis regiis unc. 20. 24. 11. pro cera, & oleo unc. 6. 12. pro fabricis unc. 18. pro victu, & vestitu monachorum unc. 108. Sed quòd Commendatarius tot bonis spoliatur, ad nihil tenetur. Hic sex monachi, quorum unus fit Prior, Abbas Claustralis nunc D. Phil. Altamagna, Sacerdotes, & duo diaconi ritu græco psallentes inservire debent.

Huic monasterio suffraganeæ Eccl. recensentur in Regiis Visitationibus.

1. *S. Basilii* extra Troynam ad 2. m. p. de qua in privil. Regiis, & PP. Alexandri III. An. 1507. 29. August. 10. ind. *F. Filagani de Fugarde Prioris* Archimandrita electi decedentis spolia à Regia Curia de more exigebantur, in Prot. eo ann. 11. ind. f. 167.; sed ad Archimandritam spectare Fr. Paulus Miraponte uti illius Vicarius contendit. Ann. 1558. *Fr. Jacobus de Bella Prior*[f]. Ann. 1579. *Joann. Dominicus de Masculino*, uti de jure regio visitatur à Nicola Danio[g]. Nunc *Joan. de Martinis* Abbas nuncupatur.

2. *S. Mercurii*, cujus vestigia à Troyna 2. m. p. distantia vix hodie cognoscuntur sub visit. Arnedo *Prior Fr. Petrus Chicala Basil.* an. 1579. uti membrum S. Eliæ de jure patr. reg. à *Danio* illustratur[h] modò Prior.

3. S. N. cum terrarum tractu, olivis, & clausula in Alchariæ agro, in confiniis prædiorum Antonii Rizzi, & Sebastiani de Blatto, & viæ publicæ, quæ ob canones non solutos mandato visitatoris Danii[i], nostro monasterio revocantur a Michaele de Manuele, & Andrea Auriti alias Calamochi. Quarè Petrus Ximenius Abbas Commend. in actis Not. Angeli de

[e] Archivio eodem, f. 230.
[f] In visitat. Arnedi.
[g] In ejus visit.
[h] In ejus visit.
[i] Ibid.

Barone Troynensi 28. Sept. 8. ind. 1579. ad emphyteosim Carolo de Ferraro concessit. Sed probatum est eo in loco exædificatum esse Capuccinorum Alcharæ cœnobium [a].

[a] Ibidem.

NOTITIA NONA

S. MICHAELIS ARCHANGELI DE TROINA.

AD hujus Sancti, tanquam Antesignani honorem & templum, & cœnobium ædificiis, atque opibus Regiis, Rogerius Comes cùm primùm Troynam, expugnatis Barbaris, sedem sibi Regiam elegit, super collem ab Urbe 2. m. p. distantem meridiem versus exstruxit. Hac de Urbe, ad quam tanquam ad Regni arcem, dum in Sicilia bella fervebant, Rogerius frequentissimè se recipiebat;

1061.

latior fuit in Notitia Octava de Eccl. Troin. lib. nostri II. sermo.

1071.

1. *Fr. Robertus Northmannus* genere, atque virtutum gloria præclarissimus fuit in Northmanniæ Cœnobio S. Ebrulfi, in quo ipse, & duæ uterinæ sorores Juditha, & Euema monasticam professæ fuerant, primùm Abbas; hinc ad declinandam Richardi Ducis illius iram, ad consanguineum Comitem Rogerium in Apuliam venit [a]. Ubi ab eodem Comite ex Roberti germana Juditha cognato [b] statim S. Euphemiæ, pòst S. Trinitatis Mileti monasterio ditioribus censibus locupletato præficitur: quem secum cum tota familia Comes conduxit in Troynam, ibidem ædificato S. Archangeli novo Cœnobio Præfectum instituit; atque Bullam institutionis, donationisque characteribus Græcis conscriptam, inde in Latinum translatam dedit. En illam.

[a] De Orderico inscript. Northm. l. 3. fol. 485.
[b] Nos in Chron. Reg.

1083.

In nomine [c] sanctæ, & individuæ Trinitatis Amen. Notum sit cunctis Ecclesiæ filiis; quòd Ego Rogerius Calabriæ, & Siciliæ Comes construxi in Civitate Troynæ Monasterium ad honorem S. Trinitatis, Sanctæ perpetuæ Virginis Mariæ, atque S. Michaelis Archangeli, & aliorum SS. quorum ibidem nomina, & reliquiæ continentur [*], *& prædia, & terras ibidem Deo servientibus Monachis dedi*; hæc in privilegio incluso in alio Regis Guillelmi sub anno 1169. declarantur, *& Abbati Roberto consanguineo. Et noviter tam libera auctoritate, quam privilegio domini mei Ducis, ac meo, illi dono, ac concedo, ut habeant monachi potestatem secundum Regulam S. Basilii ipsimet sibi eligendi, & constituendi Abbatem; & quòd in omnibus, quæ supradicta Ecclesia habet concessione mea, & habere poterit, liberam potestatem omnium prædiorum, & Ecclesiarum pertinentias, & jura omnia habeant. Si quis verò fidelium amore Dei, & salute ejus animæ compunctus, eidem Ecclesiæ ex suo jure dare aliquid voluerit: vel Ecclesias, possessiones, vineas, terras, domos, villicos, fiet in eorum libertate. Concessa gaudio spirituali, remota omni occasione, prabeant. Ad auctoritatem dedicationis Ecclesiæ, quæ facta est à bona memoria Donni Arnulphi* [*] *14. Januarii, anno ab incarnat. Domin. 1081, indic. 4. Dominante domino meo Duce Roberto Guiscardo. Amen. Datum Troynæ anno sal. 1083.*

[c] Autogr. in ipso monast. & lib. Prel. Sicil. exscriptum fol. 41. & ex Fazell. dec. 2. lib. 10. fol.
[*] Ilsdem titulis monast. Mileti.

Potestas eligendi Abbatem.

Dedicatio Eccle. 14. Jan. 1081.

[*] Hic fuit primus Episcop. Militensis ab eodem Comite electus apud Gaufrid. lib. 3. fol. 1013.

Quoniam verò præfatus Abbas Robertus anno 1082. ab eodem Comite oblatus fuerat Gregorio Septimo Romano Pontif. ut Troynæ Episcopus consecretur; latiùs de re actum est in nostro libro primo notitia secunda & libro secundo notitia octava) ideo Comes per privilegium jam antedictum, monachis potestatem eligendi successorem Abbatem elargitus est, & fortasse

B 2. *F. Eugenium*, qui antè Notarii, & Amirati nobili munere apud Troynam fungens, illibatam vitam servare, ac monasterii Basiliensis claustris se claudere cupiebat. Ut sacri voti esset compos, ab eodem Rogerio ad hoc reædificandum, donariis augendum cœnobium expostulavit. Ità declarat sequens diploma ex Archivio ejusdem monast.

Sigillum factum à Rogerio Magno Comite Calabriæ, & Siciliæ, & Mileti datum ad te Eugenium Notarium Troynæ, & fidelissimum nostrum hominem mense Sept. ind. 1. anno mundi 6601. Quoniam Dei Sanctas Ecclesias sitas in Sicilia dignum est readificare [*], *& erigere ad gloriam Dei, & laudes ejus, desertas dico prædictas ab infidelibus hæreticis Insulam tyrrannizantibus; & nunc Dei pietate quasdam sub Episcopos, quasdam sub Abbates, Sacerdotes, & monachos, quasdam sub sæculares timentes Deum erigere; & readificare ad gloriam Dei. Eugenius verò Notarius superiùs dictus postulavit à me in Urbe Tragynensi venerandum templum Principis militiæ Michaelis existens, & nominatum in locis Carineis. Et per hoc do, & concedo tale monasterium ad te Notarium Eugenium, ut reædifices pro salute animæ tuorum progenitorum, & pro omni anima Christiana. Unde feci tibi præsens meum sigillum, ut neque ab Episcopis, neque ab Abbatibus, neque à monachis habeat quæstionem præsens monasterium; Sed sine molestia sit ab omni homine. Et Sacerdotes futuros monasterii gubernari consilio, & potestate illic existentium. Et quicumque hæc destrueret vel hæres meus, vel alter alius quispiam, habeat anathema à Patre, Filio, & Spiritu S. Et ad majorem cautelam feci sigillare consueta meà bulla cerea, annò, mense, & ind. præscriptis.*

[*] Annuit Comes ante Saracenos fuisse monast.

1093.

Exemptio monasterii ab Episc. &c. & subjectio Monach.

Quæ sanè jura confirmanda, atque pleraque bona concedenda à Rege Guillelmo II. sategit per diploma.

3. *Fr. Nicodemus Tertius Abbas* hac sub forma conscriptum ex Archivio monast. exscrip. in Monar. fol. 165.

Guillelmus in Christo Deo pius, & potens Rex unà cum piissima matre sua in Octobris mense, 12. ind. anno 6677. Potentia nostra à Deo coronata trahente moram in Civitate Panormi, & degente in omni serenitate, & fœlicitate, profectus tu sanctiss. Abbas monasterii in urbe tua Tragynæ Nicodemus, demonstrasti sigillum antiquum factum à bon. memor.

1169.

mor, proavo, Magno videlicet Comite Rogerio ad A *Eugenium* * *Admiratum continens.* Eadem verba superiùs allata, & addit. *Praeterea concessi tibi Casale ad utilitatem, & vita abundantiam ejusdem monasterii, & futurorum orantium Deum pro omnibus Christianis, quod dicitur Busenia; quod est in territorio Tragyna cum omnibus continentiis, & jurisdictionibus suis, quod terminatur sic; ut ascendit vallonus dextera partis longi lapidis versus Septentrionem: incipiens à fluviolo, & ascendit per vallonum, vallonum usque ad quandam terram albam, ubi frequentes sunt lapides: Illinc* B *per eandem partem Septentrionalem finit in Serra Sucha; illinc procedit in viam ejusdem Busenia, venientem ex Tragina, & aliunde, illinc cum versa via per eamdem partem Septentr. finit ante Gructas, & procedit ad vallonum de Aczò, illinc procedit via ad vallonum ante S. Vitum, illinc ascendit vallonus ante S. Vitum, & procedit ad locum aquosum; illinc procedit ad magnos lapidas, & ab ipsis lapidibus procedit per serram serram usque ad magnam serram, ubi sunt magni lapides, & via Imilicem; illinc revertitur divisio per serram exi-* C *stentem super in frontispicio Salsi fluminis secundũ partem meridionalem, & procedit per serram transsens in frontispicio magni lapidis Assolichi lapidis hedra usque ad collem venientem ex Centorbio ad Buseniam, & alio; illincque, ut descendit eadem serrá, & procedit descendens per serram, serram, ubi est lapis acutus in loco dicto Alburato, illinc descendit per partem Orientalem, & descendit ad parvam serram, ubi sunt lapides & agrillei in frontispicio Castillucciis & procedit ad viam venientem ex Buscenia, & venientem ad molendina Christi; &* D *ascendit per eandem viam, procedendo ante gructam, qua dicitur fumata, & jungit ad fluviolum in frontispicio lapidis nominati de Georgio: illinc revertitur ascendendo per fluviolum usque ad vallonectum dextera partis longi lapidis; unde initium fecimus, & includitur: & hac quidem continebat sigillum. Postquàm verò à multis annis* * *corruptum fuit, adeò, quòd vix possint qua sunt in eo contenta cognosci, postulasti verò serenam potentiam nostram tale sigillum, ne paulatim verteretur, & totaliter corrumpatur, &* E *qua sunt in eo contenta oblivioni tradantur: tuam petitionem justam agnoscentes, & paterno nostro amore, more solito usi, cessimus tua petitioni, & pracipimus Thesaurario, & familiari nostro, qui est super omnes secretos Casti Riccardo renovare pradictum sigillum, quod & fecit. Solam enim divisionem pradictam Casalis Buscenia in fine sigilli denotatam, quoniam totaliter littera deleta erant, & non poterant clarè legi, transcripsit ex quinternis magni secreti, in quo continentur confines* * *Sicilia, ut certè habeas in futu-* F *rum. Ad majorem cautelam: quoniam vidimus fratres ejusdem monasterii studiosè vivere, & rogare clementissimum Deum pro remissione peccatorum nostrorum, libenter nos hac beneficia retribuimus, & concedimus licentiam tibi prefato Abbati, & eidem sancto monasterio, & tuis successoribus à modo in futurum, vendendi res proprias mobiles ad quos vultis liberè; neque ementes postulari solutionem ab aliquo, neque vendentes ab aliquo officiali terra Tragyna. Praeterea concedimus licentiam pradicto sancto Monasterio, si facultas est, possessione; & mobiles res liberè, & sine molestia emere à burgensibus & colonis. Et si quis voluerit fieri monachus sine omni impedimento ab omnibus suis rebus, recipiatur ab Abbate existente pro tempore. Et ex more concedimus libertatem afferendi ligna usui monasterii, a lignis dico siccis, & viridibus, prater à prohibitis, & pascendi animalia monasterii tantùm ex herbis, quantum ex glandinibus. Concedimus praeterea licentiam Abbati Monasterii in tempore existenti habendi officialem, & judicem in omnibus pradicti Casalis Busenia* *, *& ad incolas ejusdem Casalis tenendi jura super ipsos, & habendi custodem super inordinatas res eorum, excepto de ira, & sanguine, qua judicio nostro reservamus. Ergo concedentes, & confirmantes per prasens sigillum nostrum datum à bon. mem. nostro proavo, & concedentes qua à nostra potestate data sunt, & contessa, concessimus prasens sigillum plumbea bulla solita nostra muniri, & datum tibi pradicto Prasidenti pradicti monasterii Nicodemo, mense & indictione prascriptis.*

* Eugenius a- lib. dicitur Amiratus, (?) in Notarius.

Confinia Casalis Buseniæ.

* annis sel. 96 ab anno 1091 ad 1187.

* hac volumen conti- (?) Siciliæ (?), & opus (?) maximo.

Facultas concessa emendi, & vendendi.

* Casale Buseniæ hodie eversum, nec ejus sunt vestigia.

4. *Fr. Joannes* huius cœnobii Abbatem agebat imperante Friderico III. a quo apud Messanam agente viginti tynnorum barrilia pro suis monachis in perpetuum concessa obtinuit. Hujus successor fuit * 1368.

* In privil. monasterii.

5. *Fr. Theodorus*, quem Damianus Spatafora uti Justitiarius vinculis mancipandum decreverat; sed Rex Fridericus eidem Spataforio per litteras præcepit, ut ab ergastulo solvat, & ad se Messanam mittat. In Reg. Canc. lib. an. 1369. fol. 119 post cujus obitum an. 1371. 1369.

6. *Fr. Leontius Monachus Basil. in monasterio S. Salvatoris de Scholario* ex lit. PP. Urbani V 10. Octob. 1371. fit Abbas S. Michaelis. Hic ann. 1376. 20. April. ab eodem Rege Messanæ degente privilegium primæ concessionis Comitis Rogerii in publicas redigendum tabulas fategit. In Cancel. eo an. fol. 257. 1371.

7. *Fr. Adrianus* à monachorum cœtu delectus confirmatur à Rege Martino datis litt. 29. madii anno 1391. In lib. Reg. Canc. ann. 1392. fol. 44. cui idem Rex multa concessit prædia ex diplom. 7. Sept. 1392. autog. in eodem monast. & lib. Reg. Canc. ann. 1391. fol. 153. sed cùm ab illo defecisset, & fortè Claramontanis adhęsisset; Monachi inito concilio cum suo Priore tunc Fr. Nicodemo Sanchipi *Fr. Hieronymum Spataforium* Priorem, ac Abbatem totius ordinis Basiliani locumtenentem sibi præfecere, & privilegio regio corroborandum Martino proposuere: cùm tamen de Abbatiæ vacatione non constaret; id respuens, eumdem F. Hieronymum cœnobii administratorem cum fructuum perceptione subelegit Rex, datis Catanæ litt. 26. Sept. 1393. In Canc. an. 1393. fol. 73. Bona verò, quibus ob rebellionem Abbatis monachi privati fuerant, restituit Rex Catanæ agens 16. Martii 5. ind. 1396. ex eadem Canc. lib. an. 1397. fol. 48. & an. 1393. f. 135. & Prot. eodem Ann. fol. 80. Ann. 1397. Rex in xenodochium, seu grangiam huic monasterio templum S. Nicolai de Pauperibus Messanæ per suum diploma adjunxit.

8. *Fr. Leontius Chrysaphius* nobilitate generis Messanensis, & morum candore clarus à PP. Bonifacio IV. datis brevibus litteris, quas ob preclaram virtutum famam executioni dandas Rex Martinus 24. Maii. 6. ind. an. 1398. precepit, delectus est. In ead. Can. eod. an. f. 69. Proton. fol. 69 & Reg. mon. fol. 365. Eodem sané anno Rex patribus juratis Messanæ perscripsit, ut *Ecclesiarum S. Nicolai de Pauperibus in flumine de Nunciata, & S. Georgii in terra S. Philippi, uti Abbatiæ huic subjectarum* possessio tribuatur, sub quo anno 1398. Trayna Civitas redacta est iterum in regium demanium, ex ejusdem Regis litteris scriptis Randacii 13. Aug. 6. Ind. in Reg. Cancel. eod. an. fol. 78. An. 1403. à Martino R. litt. Catanæ 7. Julii x1. ind. ibid. an. 1402. fol. 90. confirmationem privilegii Regis Friderici III. de concessione 20. buticellarum tynninæ super tynnariis Siciliæ exoravit, fuit deinde Abbas S. Gregorii de Gypso, postea Archim. anno 1468. Hujus successor fuit

S. Nicolai de Pauperibus Mess. & S. Georgii oppidi S. Phil. Grangiæ hujus monaster.

9. *Fr. Paulus Malaponte Troynensis.* Iste an. 1444. in Romana Curia adversus Fr. Angelum Abbatem S. Mariæ de Crypta Panorm. ejusdem ord. Basil. hpic, & illi cœnobiis præfici contendebat, Tandem de communi assensu illud Panormit. voluntati Papæ Eugenii IV. ceditur, in reg. Canc. an. 1444. fol. 225. Paulus Abbatem agens, hoc cum alio S. Eliæ etiam Troynæ uniendum, per Pontificem curavit, uti in eo cœnobio satis diximus de lite,

10. *Fr. Guillelmus* præficitur, post cujus obitum an. 1473. iterum *F. Paulus Malaponte* hujus, ac alterius S. Eliæ per unionem pontificiam Abbas fuit, Prorege contradicente, ne juri patron. fieret præjudicium [a]. Remansit tandem Præfectus in monasterio S. Eliæ, atque S. Basilii Troynæ, & Vicarius Archimandritatus.

a Hoc sup. in monast. S. Eliæ, & lib. Capib. 2. fol. 103.

11. *Fr. Adrianus de Carduchio, & Neapoli* ex genere nobili Troynensis, ab an. 1440. ad 1446. Abbas S. Eliæ, post S. Michaelis. Hic facta facultate à Romano Pontifice die 15. Ian. 4. Ind. an. 1486. atque Regio obtento consensu 17. Julii ejusdem. In Prot. 28. Octob. 5. ind. fol. 74. Hanc Abbatialem dignitatem nepoti successori cessit.

12. *Fr. Hieronymus de Carduchio etiam Basilianus* ex patrui cessione ex Prot. lib. an. 1491. fol. 229. & Apostolico Innocentii VIII. rescripto Romæ 28. Jan. 1491. Prot. fol. 39. 28. April. Monasterium hoc ab illo S. Eliæ, cui antea conjunctum erat, divisum declarandum adnisus est. An. 1495. mense Novembri, omnia suæ Ecclesiæ privilegia tum à Comite Rogerio in prima fundatione [b], tum ab aliis Principibus Siciliæ, atque Summis Pontificibus indulta ann. 1499. & 1510. in tabulis notariorum Messanensium Jacobi de Carissimo, & Francisci de Silvestro sub publica fide exscribenda voluit. De ejus obitu mihi non constat.

b Lib. priv. sic fol. 549.

13. *Narcisus Verdungo* patria *Neapolitanus*, medicus celeberrimus, ex commendatariis primus fuit Abbas, Carolo V. Imper. uti Siciliæ Rege offerente, & PP. Clemente VII. confirmante, per breves litt. in Reg. Cancel. eo ann. in quibus dicitur *apud Apost. Cancell. in florenos 50. taxatur hæc Abbatia.* Hujus apud Neapolim semper degentis Procurator an. 1530. die 25. Jan. 13. indict. in tabulis Nicolai de Vitali Troyn. pro annua uncia una ad emphyteusim Paulo de Neapoli Troynensi, terræ tractum lo fundaco del Ponte nuncupatum concessit. Apostolica, ac regia facultatibus suffultus, hanc dignitatem nepoti successori indulsit.

Primus Abbas commendat.

14. *Jo. Baptista Verdungo* etiam *Neapolitanus*, post cujus obitum 1541.

15. *Fabio de Monte-aperto* nobilitate claro, patria ac Canonico Agrigentino, Regio Sacel- 1552.
lano, à Carolo V. unà cum sedis vacantis proventibus conceditur, ex litt. 24. Junii, in Cancel. 16. Septem. an. 1552. fol. 32. Is hoc in cœnobio antiquissima volumina Monarchiæ, ac historiam Gaufridi Malaterræ à Comitis nostri Rogerii temporibus m. SS. invenit, & sub publica fide edidit [c]. E vita decessit anno 1560.

c In lib. Rom. Monarc. f. 11. & nos in lib. 2. fol. 453.

16. *Alphonsus de Sanctillana Hispanus* Regii Concilii Castri Capuani Præses, & à Concilio 1561.
Collaterali Neapolitano, per litt. Philippi II. Toleti 24. Martii 4. ind. Prot. an. 1562. fol. 82. & 385. unà cum sedis vacantis fructibus electus est Abbas. Huic successit

17. *Octavius Preconius Siculus Castroregalensis* a sacris aulæ regiæ; Fr. Octaviani Preconii Franciscani Archiepiscopi Panormitani ex fratre nepos; ob cuius, & sua non pauca promerita primùm Prior S. Andreæ de Placia, post simul huius monasterii Abbas, confirmante Pio V. sui pont. ann. 5. salutis 1570. 9. Decemb. in lib. Prot. an. 1571. 30. Jan. 14. ind. fol. 210. An. 1578. ad Episcopalem Sedem Cephaludensem promotus est, de eo ibidem satis. Sede vacante feudum de Cugno nuncupatum in confinio feudi della Miraglia in agro Troynensi de membris huius Abbatiæ, quod malè possidebat Franciscus Ivenius; die 21. Jan. 8. ind. an. 1579. per Regium Visitatorem lata sententia, restituitur monasterio, cujus nomine pro tuendo jure regii patronatus Capitaneus Troinæ possessionem est adeptus [d].

d In visitat. Donii apud Reg. conserv.

18. *Ferdinandus de Vega, & Fonseca Hispanus Abulensis*, Concilii Indiarum, & Castellæ 1581.
Præses ex rescripto Gregorii XIII. sui pont. an. 10. in lib. Proton. 22. Sept. 10. ind. ann. 1581. fol. 30. sed anno 1591. ad Episcopatum Cordubensem transeunte, sufficitur

19. *Petrus Junctus de Posada Hispanus Ovetensis*, Regiæ Cancellariæ Vallis Oleti Præses; offertur à Philippo III. 27. Feb. & ab Innocentio IX. admittitur 4. Kal. August. pont. an. 1. in Prot. an. 1591. 18. Novemb. fol. 175. Eodem an. Abbatiam renuntiavit, in Cancel. fol. 124.

20. *Henricus Cajetanus Romanus* præclarissimæ stirpis Presbyter Cardinalis tit. S. Pudentianæ, Camerarius Apost. ac Patriarcha Alexandrinus, ex ejusdem Innocentii IX. Bullis 15. Kal. Martii an. 1592. ibid. 17. Junii fol. 565. obiit ann. 1599. („ De eo Ciacconius ex edit. Oldoini to. 4. fol. 151.)

21. *Guillelmus Cœlestis V. I. D. nobilis Syracusanus* Joan. Baptistæ Cœlestis Marchionis S. Cru-

1601. 18. Nov.

Crucis in supremo Italiæ Concilio Regentis nepos; aulicus Sacellanus Regis Philippi III. à quo apud Vallem Oleti 13. Junii Clementi VIII. Romæ 27. Aug. eodem an. confirmanti oblatus est. Proton. 18. Octobr. fol. 20. & 23. Eodem ab Antistite Max. ann. 1604. Utriusque signaturæ Referendarii honorifico munere exornatus apud Curiam Romanam deguit, semper Pontifici, qui dicere solebat: *hic primus Siculus apud nos*, charissimus. Vir utique doctrinæ, ac morum, maximè modestiæ, & vitæ integerrimæ laudibus clarus. Adhuc ætate florente in patria 18. mensis Junii an. 1618. vita functus est.

1618. 16. Sept.

a Electus à PP. Paulo V. 2. Decemb. 1615.

22. *Gabriel Trexo de Cardines Hispanus* tit. S. Bartholomæi Presb. Cardinalis *de Pane & Aqua* nuncupatus [a], Episcopus Malacitanus Archidiaconus Ecclesiæ Calatraves, In Sicilia verò S. Mariæ Nohariæ, ac simul istius monasterii Abbas, ex litt. Regiis Matriti 5. Junii an. 1618, & brevibus Romę pridie nonas Aug. an. 14. pontif. Pauli V. In Proton. 3. Sept. 2. ind. an. 1618. fol. 4. & 31. Vir sanè generis nobilitate, litterarum peritia, virtutumq; splendore notus, an. 1625. fit quoque Archiepiscopus Salernitanus, inde Malchensis, & supremi Regii Concilii Præses; apud suam Eccles. moritur die 12. Feb. 1630. („ De Gabriele „ Oldoinus ad Ciacconium to. 4. fol. 436. & Ughellus to. 7. Ital. sac. fol. 444. qui Maleacen„ sem, non Malchensem Episcopum fuisse, ac „ decessisse 2. Febr. tradit.)

b an. 1619. 29. Julii electus.

1611.

18 Martii.

23. *Ferdinandus de Austria* Regum Philippi III. filius, atque IV. frater *Cardinalis Infans* dictus *Diac. tit. S. Mariæ in Porticu* [b] quod ex regio genere Siculus est habitus, & in Sicilia res ditissimas simul a fratre, datis litt. 18. Martii 1630. unà cum sedium vacantium proventibus, & ut possit Prorex constituere judicem in caussis ejusdem; scilicet *S. Mariæ de Nobaria S. Mariæ de Arcu, atque hanc* obtinuit Abbatias, ex Reg. Canc. lib. an. 1632. fol. 64. & lib. 1631. 21. Febr. fol. 85. Adhuc æt. an. 10. facultate Pontif. Archiepisc. Toletanus, post plurima præclarè gesta apud Flandriam Gubernator æt. annorum 32. sal. 1641. mense Novemb. mortalitatem egit. Quoniam Ferdinandus hic dum hac frueretur luce decreverat, ut tam pro isto, quàm pro duobus monasteriis Nohariæ, & Arcus, expenderentur aurei 500. sub Inquisitore Gonzalo Bravo, & Gregera; Rex per litteras 18. Junii 1642. in Cancell. 6. Octob. an. ejusdem f. 32. decrevit post Ferdinandi obitum, quòd omnino expendantur.

24. *Marcus Antonius Gussius V. I. D. Siculus Nicosciensis nobilis*, ab an. 1630. 17. Octob. Regius Sacellanus ex Canc. lib. 1631. fol. 26. An. 1642. Abbas S. Mariæ Madanicii, cum pensione aureorum 400. ex proventibus Abbatiæ S. Philippi de Argyre ex litt. 2. Martii 1638. in Cancell. fol. 300. & simul ex præsentatione Philippi IV. & bullis Urbani VIII. hujus monasterii Abbas, ibidem, & Prot. ann. 1643. Eodem anno Petro Corsecto Episcopatum Cephaludensem renuntiante, ad illam dignitatem evectus cum harum Abbatiarum proventibus. Petro obeunte 23. Octob. an. 1643. Gussius 26. Junii an. 1644. possessionem Præsulatus est assecutus, & Abbatia vacavit, mox datur

1644.

25. *Alphonso* [a] *Peres de Gusman Hispano* ex illustri prosapia, Tuentino Archiep. Indiarum Occident. Patriarchæ, Capellano, ac Eleemosynario majoris Regis Philippi IV. Simul & Abbatia S. Mariæ de Noharia ex litt. ejusdem, („ datis Matriti 2. Feb. 1644. in Offic. Prot. „ fol. 93.) & Urbani VIII. Possessionem iniit 1. Sept. 1645. ex Canc. eo an. 5. Octob. ex Bull. 12. Kal. Sept. & lit. Reg. 15. Decemb. 1644. „ Obiit Alphonsus anno 1671. cujus obitu

a [illegible] vero.

„ 26. *Aloysius Gulielmus Moncada* nobilissi„ mus Panormitanus, primum Dux Montisalti, Siciliæ, Sardiniæ, & Valentiæ Prorex, „ ex Hispaniæ Magnatibus, à muneribus pręclarè gestis, honoribusque celebris: exinde „ inter S. R. E. Cardinales adoptatus ab Alexandro VII. Pont. Max. 7. Martii 1667. De „ eo plura diximus in Bibl. Sic. tom. 1. fol. 18. „ Anno 1671. hanc Abbatiam S. Michaelis obtinuit, & à regiis dandis eximitur, ex literis datis Matriti 22. Aug. 1671. exscriptis „ Panormi 2. Decemb. ejusdem anni. Obiit „ Matriti 4. Maii 1672.

„ 27. *Ludovicus Emmanuel Fernandez Portocarrero* Hispanus S. R. E. Cardinalis sufficitur Abbas, anno 1672. Dum Siciliam Regis nomine moderaretur, Archiepiscopus „ Toletanus electus anno 1678. huic Abbatiæ „ nuncium remisit.

„ 28. *Franciscus de Simone* Siculus Nicosiensis, Regius Capellanus Catholici Regis „ Caroli II. Abbas electus anno 1679. cum annua pensione solvenda Josepho Milone ex „ bullis datis Romæ primo Octobris 1679. exscriptis Panormi in officio Proton. eodem an. „ f. 47. & 72. Eo Abbate cum Troynenses, aliique prætenderent jus pascendi in feudis, terrisque Abbatiæ, litem exturbantibus intulit; & in sui favorem sententia est prolata in „ Regii Patrimonii Senatu 7. Januarii 1681. „ & per literas ejusdem Tribunalis Ministris „ Troynæ datas 13. ejusdem mensis, & anni, „ & 16. Maii sequentis, sententiæ observantia demandata est. Decessit anno 1684.

„ 29. *Balthassar de Mendoza, & Sandoval* „ Hispanus, electus ex bullis datis Romæ an. „ 1684. in offic. Proton. eodem anno f. 59. Archiepiscopus Segoviensis electus anno 1699. „ obtinuit, ut ab inita Archiepiscopatus possessione per annos sex fructus nostræ Abbatiæ „ haberet, ex pontificio brevi dato Romæ 5. „ Octob. 1699. Elapso sexennio sufficitur

„ *Laurentius Joenius & Cardona* Siculus Panormitanus nobili genere exortus, Ducis „ Andegavensis filius, electus ex bullis Romę „ expeditis 8. Maii 1706. exscriptis Panormi „ 9. Junii 1706. Ante possessionem antiquum „ Abbatiæ jus instauravit, quo Judicem peculiarem Abbatis eligere poterat; qui causas „ tam activas, quàm passivas Abbatię cognosceret: quod obtinuit à Prorege duce de Bedmar ex litteris 7. Junii 1706. exscriptis apud Regni secretariam 10. ejusdem, & ex „ instru-

„ instrumento electionis 12. dicti mensis fuit A
„ Judex delegatus constitutus D. Nicolaus Diaceto. Possessionem Abbatię adeptus 22. Julii
„ 1706. eamdem perlustravit an. 1709. & omnia
„ ad ejus dignitatem competentia obtinuit, &
„ exercuit. Cùm autem vectigalium immunitatem pro fructibus, & proventibus Abbatis eidem denegaret Troynesis civitas, ipse
„ literas Regii Patrimonii 1. Maii 1711. est
„ assequutus ad Juratos Troinę, aliasque con„ terminas civitates scriptas, quibus declaratum est, se suaque Abbatię exempta ab o- B
„ mni vectigalium jure. In feudo Abbatię cui
„ nomen Buscemi, Ecclesiam S. Georgio dicatam anno 1712. extruxit pro loci habitatoribus. Feudo *Scarallassi* spoliare Abbatiam
„ tentavit Cęsar Diacetus: at ipse Laurentius
„ acriter Abbatię jura propugnans favorabilem
„ sententiam retulit in Regii Patrimonii Tribunali 17. Ap. 1719. Pervetustam Eccl. Abbatię eversam ob terręmotum anni 1693. anno
„ 1720. reędificavit, amplitudine, & elegantia
„ pręstantiorem. Aliam etiam Ecclesiam an. C
„ 1722. S. Georgii extruxit in civitate S. Philippi, & in loco ubi antiqua olim fuerat sub
„ eodem nomine, quę ultra sęculum jacuerat,
„ è membris nostrę Abbatię: sacra supellectili, & Icone ejusdem Sancti exornavit. Anno 1730. ad Agrigentinam Ecclesiam evectus est, ut in ea notitia.)

Hujus Monasterii Abbas à prima fundatione ad ann. 1525. semper fuit Titularis monachus Basiliensis, inde Commendatarius clericus secularis ex Regis Siciliæ jure patron. cum Apostolica confirmatione, nunc *D. Matthaeus ab Alexandro Abbas Claust. vir dignissimus*. In D
Regni Comitiis 28. habet votum. Regiis dandis ac spolio subest. Creandi Judicem, & officiales in caussis Abbatiæ potestate fruitur ex visita Arnerdi an. 1558.

Annui proventus an. sal. 1618. Sede vacante, erant annuæ [a] unc. 690. ex feudo Magno in agro Troynensi: ex feudo de Busceni ibid. ex territorio de Scardiglio in Civitate S. Philippi. Ex variis Missariis, terrarum tractibus, censibus, frumentis, & hordeis.

[a] In lib. rel. Regalis Patrim.

Proventus Onera.

Gravamina. Pro fabricis, & ornamentis monasterii unc. 35.

Pro festis diebus Epiph. & S. Michaelis un. 3.

Pro Candelaria Ecclesiæ unc. 6. pro oleo lampadarum, & incensu 12. 7.

Pro eleemosyna in festo epiphaniæ tt. 24.

Pro mercede Capellani Eccles. S. Georgii in Civit. S. Philip. unc. 10.

Pro mercede S. Nicolai de Pauperibus Messanæ unc. 3.

Pro fabricis horum templorum unc. 2.

Pro dandis Regiis unc. 56. 26. 10.

Pro dandis Regni unc. 23. 23. 5.

Expensum ergo unc. 149. 20. 15.

Pro Abbate reliquum est unc. 549. 20. 15.

Hic interesse debent decem Monachi ord. S. Basilii; scilicet octo Sacerdotes, cujus primus dicebatur Prior, sed hodie primævo nomine Abbas Conventualis, unus Gramaticæ Græcæ magister, & duo clerici, & in omnibus horis canonicis more, & ritu græco canere. Quibus a delegato Apost. an. 1598. pro mensa attributa sunt feudum Magnum pro unc. 175. Tractus terræ Messariæ pro unc. 67. 7. 10. (quod hodie locatur in detrimentum Abbatis unciis 300.) & quoddam jus tt. 10. pro quolibet monacho ad summam unc. 243. 10.

Grangias, seu Ecclesias subjectas has habet: 1. S. Georgii in Civitate S. Philippi de Agyre [b] 2. S. Nicolai di Pauperibus extra Messanæ muros ad p. m. 2. in Flumaria de Annunciata 3. S. Gregorii de Nemore, vulgo de Boschetto p. m. 3. ab hoc S. Michaelis monasterio. 4. S. Dominicæ de Fodeglia in eodem nemore hodie diruta est. 5. S. Cataldi extra Troynam in via Randacii, cujus tantùm vestigia visuntur. 6. S. Georgii in Flumine Oliveti in agro S. Philippi de Agyre, hæc quasi solo est adæquata. Hic magna in veneratione habentur insignes Sanctorum reliquiæ, videlicet *integrum caput, & magna corporis pars S. Sylvestri Confessoris monachi Basiliensis civis, & patroni Troynensis in argentea arca servata*, multis miraculis clari, cujus festum solemni ritu, ac nundinis die 2. Janu. celebratur [a], ad cœlum Sylvester evolavit an. 1164. („ Cujus vitam exhibeat Cajeta„ nus tom. 2. SS. Sicul. fol. 176.) *Item quatuor Apostolorum, S. Bartholomæi, Philippi, Jacobi, & Marci digiti*. Item *Lignum S. Crucis*, E
Lac B. Virg. Item *S. Nicolai, Viti, Georgii, Catherinæ, Procopii; quatuor frustra virgæ Aaronis*; nec omittendum *Baculum Pastorale pretiosissimum* à Gręcis emptum ab Abbate Carduchio, hodie apud juratos servatum pro solemnitatibus.

[b] Vide sup. ad anno 1198. & nos l. 3.

[a] Julii 1th. permissu.

NOTITIA DECIMA

S. ANGELI DE BROLO. OLIM DE LISICO.

NOstræ Siciliæ, ac Calabriæ Comes Rogerius quàm bello, tam pietate, & religione insignis, divina suffultus ope, res contra Saracenos egregias semper gessit, & in tantæ felicitatis cursu, tres eorum pagos Anzan Lisicon, & Tondenconon in eminente colle non longè à mari conditos aggressus, eos evertit, incolentes Barbaros cæcidit. In cujus victoriæ monumentum, eodem in loco F (qui à Sancto nomen fecit *oppidum S. Angeli* 975 laribus, & 4099. accolis auctum) sacrum suo auxiliatori, atque antesignano *Michaeli Archangelo* templum erexit. Basilianumque cœnobium colonis, territoriis, culturis, vassallis, jurisdictionibus ditatum adjunxit; illique primum Abbatem præesse voluit [c].

1. *Fr. Erasmum ejusdem ordinis Monachum*, virum vitæ sanctitate, doctrina, & nomine clarissi.

[c] Fazell. dec. 2. lib. 10. fol. 226.

clarissimum, eidemque Comiti in primis charum, à quo duo recipit pro hac Abbatia rescripta: alterum quidem continens omnia piæ largitionis confinia sub an. mundi 6592. ind. 7. salutis 1084. id solùm in quodam Regis Rogerii dato Panormi an. mundi 6652. sal. 1144. inclusum, alterum verò de exemptione monasterii, & ejus jurisdictione sub an. sal. 1093. utrumque in carta membrana Græcis caracteribus conscriptum, & an. 1487. 6. ind. 2. Octobr. à Constantino Lascare Constantipol. in utroque idiomate peritissimo in Latinum translatum, apud tabularium ejusdem Abbatiæ servatur, exscriptum deinde in lib. Prael. Sic. fol. 478. & Reg. Monast. fol. 139. Dabo ergo secundum.

* Comes legendum est non Rex ex errore in lib. Prael. num an. sal. 1093. superstes Comes, ita etiam affirmat Faz. fol. 212. adest in alio privil.

*Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ, Calabriæ, & Apuliæ Comes**. *Pro remedio animæ meæ, & omnium parentum meorum defunctorum, monasterium S. Angeli de Lisico de Valle Demane liberum feci de omnibus hominibus ut supra a Prædictum monasterium nullus potestatem habeat: Archiepiscopus, Abbas de alieno dominio, nec laicus, & nemini serviat. Monasterium istud prædictum Capitaneum maneat, & liberum sit in æternum**. *In hoc damus, quòd homines habitantes, vel qui habitare debeant in loco dicti monasterii, dignè autem perveniente gratia, de cætero ab aliquo extero non molestentur, neque impediantur pro aliqua causa, vel occasione. Sed morari eos in perpetuum, & omni libertate gaudere servientes, & laborantes in eis, quæ pertinent ipsi mansioni sanè obediant suo Abbati: judicantes, & compellentes eos à potentia dicti monasterii, & non ex alia causa. Ex abundantia nostræ Magnitudinis damus, & concedimus omnia judicia hominum trium Casalium habitantium in terra Ecclesiæ, Anzæ**, *Lisico, & S. Angelo, exceptis sanguine, & proditione, quæ pertinent à Deo custodita curia nostra. Item volumus, & concedimus ipsi mansioni sanctæ, ut omnia animalia ipsius sanctæ Mansionis ubicumque per Regnum nostrum Siciliæ liberè pascua suscipiant. Hæc omnia concedimus, & confirmamus dicto Sancto Monasterio esse immobilia usque ad finem mundi. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi* 1093. Ex Fazello l. c. anno 1902. à Comite Rogerio.

* Capitaneum dicitur, quasi nulli subjacens.

Quæ concessio judiciariæ jurisdictionis in incolas Pagorum.

* Alibi Ansa, vel Ansi.

2

1144.

2. *Fr. Theodosius* Secundus successerat Abbas, in cujus gratiam Rogerius Rex omnia patris indulta suo favorabili diplomate ad cognoscenda Abbatiæ bona, & jurisdictiones confirmat ita. *Rogerius in Christo Deo pius, & potens Rex, & Christianorum adjutor. Nostræ Providentiæ convenit res omnes ad melius reducere; & præcipuè quæ pertinent ad divina templa, cum omni voluntate comprobare, in hoc serenissimo statu, qui semper, Deo volente, conservabitur. Unde præcipimus omnia privilegia Ecclesiarum, & sacrorum monasteriorum, & reliquorum fidelium Majestatis nostræ renovare, & demonstrare in claritudinem, ut sint corroborata à nostra Majestate. Unde in martio mense præsentis octavæ indictionis venisti tu coram nobis venerabilis Theodosius Abbas monasterii S. Angeli de Lisico Tondemenon anno 6652.** *me moram trahente in felici Civitate Panormi in omni pace, & serenitate cum omnibus communibus, & Cu-*

* An. mundi 6652. 8 ind. sal. 1144. sed ex Fazello l. c. ex errore an. 6902 esset sal. 900.

A *rialibus nostris; demonstrasti nobis sigillum bon. mem. Patris Majestatis nostræ Rogerii Magni Comitis, in bulla plumbea scriptum anno 6592. ind. 7. Quod privilegium declarat, & probat prædictum monasterium liberum, & exemptum ab omnibus Episcopis, Archiepiscopis, & omni Ecclesiastica, & seculari persona. In quo dedit, & donavit bon. mem. Pater meus montes, colles, possessiones aquarum mobilium, & immobilium, quæ priùs tenebat, & possidebat tempore impiorum Agarenorum. Unde & termini ipsius monasterii*

Quæ continet. privil. Com. Rogerii sub an. sal: 1084.

B *denotantur in dicto sigillo hoc modo: ut ostendit vallonus S. Silvestri, & finit ad portam de Nobara, & descendit per serram ad crucem de Caringhi. Illinc descendit vallonus ad fluvium montium. Illinc ascendit ad serram Mavera, & finit ad Ardarim, & descendit Alcheladin, & finit ad fluvium illincque descendit parum per fluvium, transit ad vallonum Asturum. Illincque ascendit rectè idem vallonus usque ad serram capitis montis, & procedit serra usque ad crucis viam. Illincque ascendit, & finit ad lapides muratos dictos de Psicha. Illinc ascendit per serram serram,*

Hæc addit dona Rex.

C *usque ad lapidem ad modum mensæ fabricatum, in quo sculpta est crux, illinc ascendit ad vallonum de Cordo ad fluvium, & finit ad vallonum Sancti prædicti, & ita concluditur.*

Præterea Majestas nostra concessit eidem monasterio pro salute animæ meæ, & meorum, ut sit semper post meum obitum ex nostro dominio Templum S. Mariæ Virginis de Bosco, quod est in Territorio Randacii cum omni tenimento, & etjam Templum S. Mariæ Virginis Confermon,

S. Mariæ de Bosco.

D *quod est in territorio Milatii ad latum flumen cum campis suis, quod incipit ex lato flumine, à capite magni cacuminis & descendit ad viam publicam, & procedit ad partem boreæ rectè per viam ad callem campi ad partem occidentalem. Illinc ascendit usque ad planitiem Confermon, & finit ad serram superioris partis per partem australem. Illinc procedit ad magnum alvum latifluminis, & ita includitur. Templum verò Virginis de Bosco, quod est in territorio Randatii ita terminatur, ut ascendit fluvius Randacii, usque ad serram duplam & usque ad vallonum magnum, in quo scul-*

E *pta est crux; & ab eodem lapide procedit rectè ad serram magnam per partem orientalem, & ab eadem serra ascendit ad medium magnæ concavitatis, & ascendit usque ad magnum arvum alborum lapillorum. Omnes verò montes, arbores fructiferas, & non fructiferas, siquid aliud, præter prædictos terminos includitur. Volumus, ut habeat monasterium sine aliqua molestia herbam, dico calamos, possessiones aquarum mobilium, & immobilium, facere molendina; & battinderia, & siquid aliud voluerit facere Abbas intra domi-*

F *nia hæc; piscari quoque in fluvio sine impedimento. Præterea præcipimus, ut habeat à venatione Oliverii, gratia obsonii per annum tunnii barrilia 20. Similiter præcipimus, ut animalia prædicti monasterii absque impedimento pascere liberè in nostro territorio, & foresta, & omni loco Insulæ Siciliæ sine molestia, mandras animalium constituere. Simili modo & à foresta ligna liberè incidere sine aliqua solutione. Similiter præcipimus incidere lapides molendinorum liberè in omni terri-*

torio

torio, ubicumque prædictus Abbas voluerit facere. A

Præterea damus potestatem Abbati, & monachis habere omne jus virorum suorum sitorum in territorio monasterii S. Angeli, ac in S. Angelo, Ansan, & Lisicon officiales, & Juratos constituere, & in omni jure gubernare sanctum monasterium, & ejusmodi viros, sine crimine culpa sanguinis, & homicidii, quod pertinet ad nostram Majestatem. Hæc autem omnia, quæ data sunt prædicto monasterio à nostra Majestate, & à bonæ memoriæ Patre nostro, ut continet ejus privilegium, dono, probo, & affirmo tibi, & successo-* B *ribus tuis; & præcipio idem monasterium cum suis esse liberum ab omnibus Episcopis, Archiepiscopis, & ab omni Ecclesiastica persona, & officialibus nostris, Straticotis, Vicecomitibus, & reliquis; ut ne aliquis judicet, neque imperet, nisi solus Abbas, & sui. Si quis autem præsumpserit aliquo tempore molestare, vel perturbare monasterium, post vitam nostram non sit audiendus, imò excommunicatus à Patre, Filio, & Spiritu Sancto, & ab amicis castigetur tanquam injuria afficiens S. Archangelum Michaelem, & reliquos Sanctos* C

* Habitantium.

Conceditur jurisdictio in incolas oppidi S. Angeli, atque creandi officiales.

Eximit ab omni Ecclesiastica, & temporali jurisdictione.

De cæteris Abbatibus nulla habetur notitia, sed quòd

1362. 3. *Fr. Macarius* hujus cœnobii Abbatem agebat, cùm à Regis Friderici III. sacrificiis constituitur, lib. Prot. an. 1362. fol. 28. & ab eo possessionis Casalium Antichisti, & S. Angeli, quorum uti Abbas erat Baro, confirmationem exoravit Prot. fol. 90. & lib. Canc. f. 23.

4. *Fr. Franciscus Marinus* sufficitur; mox ab eodem Friderico suæ Abbatiæ privilegia rata habuit ex Prot. ann. 1366. f. 23. ejusdemque D fit sacellanus, ac familiaris.

5. *Fr. Angelus* hac fulgebat præfectura; cùm litteras Catanæ 24. Aprili. 7. ind. 1393. à Rege Martino obtinuit, ut de antiquo jure suæ Abbatiæ non solùm in spiritualibus, sed & in temporalibus in oppido S. Angeli dominus esset, atque Balium, & alios officiales in eo crearet, lib. R. Canc. eo anno fol. 190. 213. Anno verò 1404. cùm ibidem Capitaneum idem Rex constituisset, id ex errore processisse, atque jurisdictionis Abbatis esse declaravit Prot. an. 1404. E fol. 66.

1408. 6. *Fr. Honuphrius Rizzi* ex nobili familia Messanensis Joannis Rizzi Regii Palatii Mess. Castellani filius, à Monachorum S. Salvatoris Linguæ Phari Capitulo, sub Archimandrita Fr. Paulo de Notarleone Abbas subrogatur, & per litt. Regis Martini dat. Messanæ 12. Sept. 2. ind. anni ejusdem confirmatur Prot. ann. 1407. fol. 63.

1422. 7. *F. Adrianus de Scholaribus* à Rege Alphonso, ut oppidum S. Angeli à solutionis one- F re pro custodia Castri absolveretur, obtinuit in Canc. ann. 1422. fol. 439. post cujus obitum primus in commendam fuit Abbas

P. Abbas Commen.

1444. 8. *Julianus de Lachisio* ex nobili genere quondam Joannis de Luchio filius per Litteras Regis Alphonsi dat. in Castronovo Neapolis 9. Oct. 3. ind. ejusdem anni ob multa patris promerita Prot. lib. an. 1444. f. 61. cui an. 1446. demortuo sufficitur

Hic primus dictus est Abbas S. Angel. de Brolo, antè de Lisicio.

9. *Bessarion* ex nobilissima gente Græcus Constantinopolit. Archiep. Nicænus, Presbyter Cardin. tit. SS. Apost. Episcopus Tusculanus, totius ordinis Basiliani Protector, in Sicilia Antistes Mazariensis, Archimandrita S. Salvatoris Messanæ, simul ac SS. Petri, & Pauli de Agrò, S. Philippi Grandis, atque hujus monasterii ex electione Regis Alphonsi fit Abbas 1447. Prot. anno 1447. fol. 98. & Reg. Canc. fol. 199. Anno 1449. 13. ind. in his Ecclesiis Locumtenentem, seu Gubernatorem generalem constituit Joannem de Burgio Siculum, tunc Archiepiscopum Sipontinum*. Sed cùm ob continuos, & maximos in Sicilia terræmotus an. 1450. hoc cœnobium quasi à fundamentis dirutum, solo fit adæquatum, magna pecuniarum copia erogata, Joannes Burgius nomine Abbatis reædificandum sategit in Reg. Canc. ann. 1450. f. 221. Anno 1446. die 8. Aug. 4. ind. datis in Terra octava Alphonsi Regiis litteris ab incolis oppidi S. Angeli gabellam (ut vocant) del Maldinaro, ex antiquo jure suæ Ecclesiæ debitam, & temporis intervallo usurpatam exegit ex Reg. Can. an. 1446. f. 529. An. 1464. vel quia ex publica fama prædicabatur Bessarionis obitus (ut latius diximus in Not. Eccl. Mazar. & in lib. IV. de Archimand. eo anno,) vel ob aliam caussam Prorex Panormo 25. Junii 5. ind. Prot. an 1465. fol. 286. Pucio de Paliciis Canon. Messan. & Capellano Regni Majori perscripsit, ut spolia ex omnibus Abbatiis, ob Cardinalis Bessarionis exitum pro thesauro Regio colligeret.

* Hic fuit Episc. Mazariensis, post Archiep. Panor. vide in his Not.

10. *Barsanophrius de Lanuza* à Regis Joannis secretis, à quo electus, per Bullas PP. Pauli II. Romæ pridie Januarii 1464. pont. ann. 1. confirmatur, Prot. 12. Maii 13. ind. 1465. fol. 73. atque etiam Abbas S. Nicolai de Ficò ordinis Basil. creatur Prot. fol 27. & lib. ann. 1479. fol. 245. in toto suæ vitæ cursu sæpè sæpiùs vel alieno ære, vel criminibus gravatus in judicio accusatur. A cunctis caussis Archimandrita Messanensis ex Sixti IV. Romæ 12. Kal. Novemb. 1479. Prot. fol. 177. commissione eum absolvit. Jam senio confectus, morte deletur ann. 1485. cujus spolia *annulum* scilicet, *pileum*, *mulam*, *& pallium* Archiepiscopus Messan. tunc Petrus de Luna ad jus suæ Ecclesiæ coram judice Ecclesiastico spectare sistebat Proton. anno 1485. fol. 20.

11. *Antonius de Lignamine* ex proceribus Messanensibus, Joann. Philippo patre, Canonicus etiam Metropolitanæ Ecclesiæ Messanensis nullo juris patr. Regis mentione facta, hanc dignitatem ab Innocentio VIII. impetravit. Hinc suum non sortitus effectum, resignavit, fitque à Rege Abbas S. Mariæ de Gala lib. Præl. Siciliæ f. 463. pòst in patria Archiepiscopus.

12. *Antonius de Gardinis Proton. Apost.* ex Regia oblatione (ob cessionem prædecessoris) & Pontificia confirmatione in Cancel. anno 1480. fol. 196 post duos annos mortem egit.

13. *D. Alphonso de Aragonia* illegitimo suo filio Rex Ferdinandus II. futuram spem ad omnia Ecclesiastica Siciliæ beneficia indulserat. Hoc regio mandato Ferdinandus de Accugna Prorex astrictus anno 1488. 18. Aug. 6. indict. in Prot. anno 1488. fol. 254. in hujus etiam Abbatiæ

batiæ immisit possessionem. Ut immunitatibus, atque honore perpetuis extolleretur oppidum ipsum S. Angeli, idem Rex intercedente filio, per litt. 1. Junii 7. ind. 1489. Prot. fol. 374. nundinas 15. diebus in festo ejusdem Sancti more Græcorum 8. die Novemb. celebrandas præcepit. Sed Innocentius VIII. Sum. Pontif. Baptistæ Pinello Januensi liberè eam contulit dignitatem; Pinellus verò ne regio juri inferret præjudicium, libentissimè eam cessit Alphonso, pro quo datæ sunt Romæ breves litteræ 6. nonas Octob. 1490. exscriptæ in Prot. 11. April. 9. indict. 1491. fol. 254. 255. Hic à patre omnia privilegia, maximè illud Comitis Rogerii; suæ Ecclesiæ corroboranda per aliud regium Gramatæ 30. Augusti 1500. [a] fategit. Anno 1519. Rege volente, in successoris gratiam resignavit.

In oppido S. Angeli Nundinæ quando.

a Extat in thesauro ecclesiæ

14. *Jo. Matthæus Gilbertus* nobilis Panormitanus, Cardinalis de Medices tit. S. Laurentii in Damaso inter aulicos honorarios secretarius, ob præcessoris cessionem per litt. Regias in 6. Decemb. 1519. in Prot. 28. Martii 9. indict. anno 1520. fol. 744. Eodem anno Barcinonæ 23. Septemb. confirmantur à Carolo V. ejusdem Abbatiæ privilegia Prot. fol. 186. 24. Novemb. 9. ind. 1520. In tribunali R. Monar. die 4. April. 1536. 9. ind. adversus Archimandritam Messan. sententiam tulit de jure eligendi in suo monasterio Priorem monachorum in lib. R. Mon. fol. 1315. & 1385. Fuit Episcopus etiam Veronensis, & apud suam obiit Ecclesiam, anno 1544. („ De „ Joanne Matthæo, viro sanè amplissimo, con„ sule Ughellum to. 5. Ital. Sac. fol. 958. & Bi„ bliothecam nostram Siculam to. 1. f. 352.)

1520. 14. Jan.

15. *Eustachius Capucius*, seu *de Capuciis Gebenensis* Episcopus Veronensis Caroli V. Orator apud Angliæ Regem, ex cæsariis litteris 4. Augusti 1544. & rescripto Pauli III. Romæ 9. Decemb. pont. anno XI. exscriptis in Prot. f. 96. 5. Maii 3. ind. 1544. vir siquidem in negotiis peragendis celebris, & Cæsari charissimus („ Hic „ Eustachius inter Veronenses Episcopos ab „ Ughello tom. 5. Ital. Sacræ non recensetur.) Post illius excessum anno 1554. 21. Januarii sufficitur

16. *Joannes de Bononia S. T. D.* Patritius Panormitanus Regiusque Sacellanus, Francisci de Bononia Cæfalæ, & Capacis Baronis quartò genitus, unà cum sedis vacantis proventibus Abbas ab Imperatore Carolo apud Bruxellas 24. Martii 14. ind. 1556. Paulo IV. annuente Romæ 6. Junii pont. anno 2. exscriptis in Prot. 6. Julii 14. indict. 660. 654. Mox ob suæ Ecclesię defendenda jura ab Archiepiscopo Messanensi Joannes sacris interdicitur & in Tribunali R. Monarch. 14. Octobris absolvitur in lib. R. Mon. fol. 76. Eodem anno 28. Junii, in Prot. 26. Novemb. 15. ind. in Prot. anno 1556. fol. 109. testandi in aureis duobus mille, & mille in argento, imperialem obtinuit facultatem. Tunc ædificandi monasterium sub tit. S. Dominici in æde D. Antonii suæ jurisdictionis, veniam Monachis Benedictinis concessit. Is fuit magnæ virtutis donis præclarus, adhuc adolescens fit in Metropolitana Ecclesia Panormi Subcantor [b]

1556.

b Lib. secret. apud Reg. Canc. anno 1556.

A deinde Canonicus, & Thesaurarius, post Archidiaconus, mox Prior SS. Trinitatis Deliæ, & tandem hujus cœnobii Abbas. Decessit anno 1564. 22. Maii („ Verius 20. Junii 1564. ex li„ bris defunctorum Cathedralis Ecclesiæ. Con„ didit testamentum ex tabulis Jacobi Cepha„ ledii 16. Junii 1564. Vir fuit doctissimus. „ Consule nostram Bibliothecam Siculam tom. „ 1. fol. 340.)

17. *Antonius Barba Osorius Hispanus Villa Umbrosa* Archidiaconus, ex Regia præsentatione in lib. Reg. Cancell. ann. 1565. sed an. 1570. Philippo II. Rege assentiente, successori hanc cessit dignitatem

B

1565. 28. Maii. 1570.

18. *Marco Antonio Basilico Presbytero Card. tit. duodecim Apostolorum de Colonia nuncupato*, Pio V. anno sui pont. 5. Romæ 13. Junii Prot. anno 1570. 23. Sept. 14. ind. fol. 17. confirmante. Anno 1590. Rege Philippo concedente ad pinguiorem S. Marię de Noharia in Sicilia transfertur, & ei successit

19. *Simon de Aragonia, & Tagliavia tit. S. Mariæ de Angelis presb. Cardin. de Terranova dictus*, quòd Ducis Terrænovæ in Sicilia fuerit filius, Philippo III. per litt. Matriti 24. Decemb. offerente, & Clemente VIII. Romæ 3. id. Martii anno 1597. confirmante in Cancell. an. 1597. fol. 218. & 500. vir pari nobilitate, & omni virtutum genere illustris; post abbatiis S. Mariæ de Noharia, ac sacræ Mansionis Teutonicorum, & an. 1601. alia totius Siciliæ ditissima S. Mariæ de Altofonte, seu de Parco auctus est. („ De eo Ciacconius Oldoini tom. 4. „ fol. 101. Vide Monumenta nostra Sac. Mansio„ nis Panormi cap. 9. fol. 162. Ughellum Ital. „ Sac. tom. 1. fol. 186. & 275.) Quare Abbatia hæc datur

C

1597.

D

20. *Francisco Alvarez de Ribera Salmaticensi* Canonico, atque Supremi Concilii Italiæ apud Regem Neapolitano Regenti, ex litt. in Valle Oleti 16. April. 1601. in Prot. 16. Decemb. 1602. fol. 124. Is Rege assentiente; servata annua pensione aureorum 200. solvenda Francisco Martinez de Ribera suo nepoti ex litteris Regiis, atque Pontificiis Romæ 5. Kal. Decemb. anno 1606. Prot. lib. anno 1606. 19. Septemb. fol. 13. & 75. resignavit in successoris gratiam

1601.

E

21. *Vincentii Garlani Siculi Corleonensis* à Regis sacris, una cum aureis 600. pro litterarum Apostol. expeditione dat. in Valle-Oleti 5. Febr. 1607. Prot. anno 1607. fol. 7. cum retentione aureorum 150. annuæ pensionis ex proventibus Episcopatus Pactensis. Hic cum monachis sui monasterii, qui contendebant interdicere illi usum Pontificalium, novam habuit litem: Sed per plures dignos, & antiquos testes probato pervetusto, atque diuturno usu rerum Pontificalium etiam Sacrorum oleorum in baptismate Campanæ Monasterii Panorm. S. Mariæ de Cancellario, secundum nostrum Abbatem, Fisco Regio assistente, pronuntiatum est. E vita decessit apud Pactas repentina affectus paralysi 3. April. hora Missæ majoris Sabbathi Sancti anno 1628. cujus Abbatiam

1607.

F

Usus Pontificaliū.

22. *Augustinus Spinola Januensis Cardin. tit.*

1628.

S. Bartholomæi in Insula à Rege exoravit; interim vacantem aliam pinguiorem S. Mariæ Novælucis; ista Broli sine possessione omissa, obtinuit. („ De Spinola consule Oldoinum tom. 4. „ fol. 462.)

1634. Mense Maioi 23. *Ægydius Alburnos Presbyt. Card. tit. S. Mariæ in via* & hujus, & alterius Novæ lucis per promotionem Spinolæ prædecessoris ad Archiepiscopatum Compostellensem, adsecutus est possessionem Abbatiæ, additis sibi mille annuis aureis ex Mazariensis Episcopatus proventibus Philippo IV. offerente, ac Urbano VIII. suffragante in Cancell. 13. Martii, 1634. fol. 156. & fol. 226. & anno 1636. fol. 38. & 41. Quia verò hæc regia provisio duorum simul immediatè exterorum maximè obstuerat alternativæ Siculorum; Rex medelam faciens pactionibus juramento firmatis, *ut alternis vicibus beneficia Siciliæ Ecclesiastica conferantur*, suis litt. 12. Julii 1636. in Cancel. 29. Aug. fol. 7. decrevit: *quòd pro hac vice possessioni Cardinalis Siculus Senatus non obstaret; nam sub regia fide aliæ duæ similes Abbatiæ Regnicolis conferentur*. („ Ægydius „ an. 1627. Cardinalis creatus ab Urbano VIII. „ Mediolanensis Status Gubernator, Episcopus „ Tarantinus, decessit Romæ 20. Decemb. 1649. „ Consule Ughellum tom. 9. Ital. Sac. fol. 148. „ Oldoinus ad Ciacconium tom. 4. fol. 561. Battaglinum an. tom. 2. an. 1627. num. 8. & an. „ 1649. num. 10.

„ 24. *Theodorus Card. Trivultius* Mediolanensis ex præcipua nobilitate Mediolanensi, „ inter S. R. E. Cardinales ab Urbano VIII. adlectus anno 1627. 16. Decembris, Siciliam, & „ Mediolanensem statum pro Catholico Rege „ gubernavit. Hanc obtinuit Abbatiam ex literis datis in Cænobio Escurialensi 24. Octobris 1650. in offic. Prot. fol. 340. Obiit Alexandriæ anno 1656. Consule Oldoinum ad „ Ciaccon. tom. 4 fol. 582.

„ *Franciscus Barbarsa* Drepanensis S. T. D. electus ex bullis Apostol. datis Romæ 4. Julii „ 1690. In offic. Proton. fol. 29. Anno 1713. ad „ Majoris Capellani Siciliæ gradum transiit.

„ *Vincentius Gualterius*,

Didacus Calagiura Panormitanus electus ex „ literis Caroli VI. Imp. anno 1723.)

Alternativa non servatur. Hujus Monasterii Abbas Titularis Monachus Basiliensis à suis electus, & ab Archimandrita confirmatus fuit ad an. 1444. Inde Commendatarius cum iisdem semper præeminentiis, & jurisdictionibus a patrono Siciliæ Rege præsentatus, atque à Romano Pontifice approbatus. In Regni Comitiis 16. obtinet locum. Est in temporalibus dominus, seu Baro oppidi S. Angeli cum primæva facultate creandi aliquot officiales; in spiritualibus verò quasi Episcopalem jurisdictionem habet Archimandrita. *Officiales sunt Capit. unus Juratus, Mag. not. Judex, & Balius*.

Annui provent. Annui proventus. *Ex feudo S. Mariæ de Bosco juxta Randacium, ex feudo Fico juxta oppidum Abbatiæ, ex tribus Molendinis ibidem, ex Balliatu oppidi, ex decimis porchorum, ovium, caprarum, & caseorum, Triticorum, hordeorum, & leguminum sag. 13. Item ex gabella Malidenarii, & ex parvis censibus. Item ex glandinibus nemorum, & ex aliquot arboribus olivarum in agro oppidi; item ex gabella nundinarum* sub visitatore Franc. Puteo an. 1583. unc. 395.

Ann. 1607. 7. ind. aucti recensentur in Reg. Curia (sede vacante) unc. 549. 5. 1.

Anno 1634. sede Abbatiali etiam vacante, ibidem habentur unc. 605.

Onera. Onera Pro fabricis, & ornamentis Ecclesiæ unc. 40.

Pro mercede Capellani Sanctæ Mariæ de Bosco	unc. 10.
Pro Seminario Messanæ	unc. 10.
Pro mercede Cleri S. Angeli	unc. 12.
Pro Jure Visitationis Archimandr.	unc. 1. 21.
Pro emendis Palliis braviorum in festo S. Michaelis	unc. 3. 24. 10.
Pro dandis Regiæ Curiæ	unc. 53. 12. 18.
Pro dandis Deputationis	unc. 23. 19. 13.
Expensæ ergo sunt	unc. 184. 28. 1.
Reliquiæ pro Abbate sunt	unc. 420. 1. 19.

Ab eodem Visitatore Puteo in obsequium monasterii decem ejusdem Ordinis Monachi scil. sex Sacerdotes, & quatuor Diaconi Græcè psallentes designantur. Hisque pro victu, & vestitu annuæ unc. 153.

Sed ab an. 1598. mensa separata data est.

Ecclesiæ suffraganeæ recensentur: 1. *S. Antonii, nunc Fratrum Domin.*

2. *Prioratus S. Mariæ de Gardinis extra oppidum*. 3. *S. Georgii* 4. *S. Mariæ Assumptionis, seu de Medio Augusto*, 5. *S. Maria della Fontana*. 6. *Philippi de Agyrione*. 7. *S. Petri* 8. *S. Dominicæ*. 9. *S. Gregorii in eodem oppido*. 10. *S. Mariæ Annunc*. 11. *S. Mariæ de Bosco in Territorio Randacii*. 12. *S. Mariæ de Cofrim*. nunc *de Nive* in agro Millacii diruta.

Reliquiæ *SS. frustulum S. Crucis de velo B. Virginis de off. S. Nicodemi xii. frusta variorum SS*, ablata à D. Matthæo de Alexandro tunc Romæ Protectore Generali totius ordin. Basil. cum autentica Cardin. Alteris Viceger. Papæ.

Ecclesiæ Paroch. 1. *S. Maria* 2. *Nicolai* 3. *S. Salvat.* 4. *S. Phil. Apost.*

NOTITIA UNDECIMA

SANCTÆ MARIÆ DE MILI.

HOc pervetustissimum ordinis etiam S. Basilii cœnobium in pago *Flomaria de Mili* ab urbe Messana 7. m. p. meridiem versus distat*, quod parta de Saracenis in Siciliæ victoria, ad B. Virginis honorem excitavit, dotavitque, ut ex privilegio liquet sequenti, Rogerius Comes.

1. *Fr. Michael monachus Basiliensis* virtutibus

* Bonfigl. in hist. c. 1. p. 2. 41. & Messi. fol. 3.

bus clarus primus præficitur Abbas. En diploma ex idiomate græco ann. 1499. à Constantio Lascare in Latinum translatum.

Sigillum factum à me Rogerio Magno Comite Calabriæ, & Siciliæ, datum ad te Venerabilem Abbatem Michaelē in mense Decemb. ind. 14. Postquam providentia divina nuper Insula Sicilia subjecta est, & liberata ab austeritate perfidiæ; ego quoque proclamatus sum Rex, proposui ædificare templa Sanctorum, & oratoria ad laudem Dei, & decorem reficere, quemadmodum priùs fuerant, quando Christianissimum genus florebat, etiam monasteria revocare ad contemplationem monachorum, & venerabilium Præsulum, quos ad solatium hujus rei revocavi, rem justam, & rationabilem putavi (ut decet) venerentur, & colantur, quemadmodum etiam prius. Igitur cùm hoc in animo proposuissem, & rem ad perfectionem educerem; in territorio Civitatis* templum S. Mariæ Virginis ædificavi in fluvio nominato Mili, & prænominato Abbati Michaeli conventum ordinavi; ut duceret alios monachos, quos inveniret; & eis omnia necessaria dari præcepi ad commoditatem monasterii, & ad congregationem fraternitatis, ut possint faciliùs orare pro toto genere Christiano, & pro me peccatore. Præterea & locum sufficientem his donavi cum sigillo meo scil. montes, valles, campos, arbores fructiferas, quæ ita divisi: à magna via, per quam ascendit fluvius Lardariæ, usque ad pedem magni Montis, & ad rubeam petram, & antiquam Ecclesiam, & ad fluvium Lardariæ, unde initium fecimus. In hoc autem territorio vidimus quosdam proprietarios, quibus præcepi: donec ea teneant, & possideant, dare servitores, & obedientiam isti sancto monasterio, & perdices quinque singulis annis, vendere autem eos non habeant licentiam. Quisquis, aut aliquis negare voluerit obedientiam erga Abbates, & successores, expellatur a territorio illo sine meó consensu. Hæc superiùs annotata loca, & jurisdictiones illorum prædicto Abbati donavi, ut teneat, possideat, & habeat potestatem in eis ipse, & futuri Abbates; & nullus impediat, perturbet, & molestiam faciat, vel aliquis privet ab hujusmodi jurisdictione, sed stabilem, & immutabilem servet usque ad finem sæculi. Præterea admoneo Archiepiscopos, Episcopos & omnes Ecclesiasticas personas non auferre aliquid a tali monasterio, neque quærere tributum, ut moris est, ab aliis Ecclesiis. Sed permittant monasterium liberum, & exemptum, nisi illud solùm, quòd ordinatum fuit à SS. PP. Urbano*, & à me. Si verò Episcopus in monasterio applicuerit, gratiam benedictionis habeat duos panes, & unam fialam vini, & non aliud. Ego verò dominus loci, & patronus, & successores mei habeant herbas, & fructus. Si verò quispiam cogere voluerit, sit excommunicatus à prædicto SS. Papa, & ab omnibus Sanctis. Etiam addo hoc, si Abbas monasterii voluerit alio in loca animalia monasterii mittere ad pascendum, sint libera, & jam molendinum, quod constituit Abbas in fluvio Mili, extet liberum, & habeat potestatem alia constituere ubi voluerit in prædicto fluvio: etiam quando opus esset Abbati emere, vel vendere aliquas res in Civitate Messana in territorio Siculo, vel Calabro sit liber sine solutione aliqua commercii. Si verò aliquis meus hæres, vel consanguineus, me vivo, vel mortuo, voluerit permutare istud meum sigillum, vel diminuere aliquid monasterii: sit maledictus à Sancta Consubstantiali Trinitate, & habeat maledictionem tricentorum ducentorum decem, & octo Sanctorum Patrum; & privatus sit futura gloria. Ad probationem verò, & confirmationem hujus rei jussi fieri has præsentes sigillatas meo consueto plumbeo sigillo, quas tibi venerabili Abbati prædicto commendavi anno 6590.* Rogerius Comes Siciliæ, & Calabriæ.* Ex Bonfiglio dat. an. mundi 6600. 10. Decemb. ind. 14. quæ indictio cadit ad annum sal. 1092. ex anno mundi 6600. Aliorum Abbatum ex ordine Basiliano ab Archimandrita electorum nomina desunt.

* Autograph. in ipso monast. exscript. in lib. Prælatiarum f. 181. & l. R. mon. f. 3. atque in tab. caussarum deleg. die 31 Januarii 1602.

* Messanæ.

De jurisdictione Abbatis in pago Mili.

* 11. Quia ab an. 1089. ad annum 1099. sedit.

* Ex Lascare à Nativitate Domini 1090. fortasse bene Bonfigl. ann. mun. 6600.

1211.

2. *Fr. Ambrosius* hujus cœnobii Abbatem agens, quædam bona de jure Abbatiæ per quendam nomine Falionum malè alienata, ex Regis Friderici Secundi sententia, via appellationis lata, sibi restituenda curavit Autographum in tab. monaster. exscript. in lib. R. Mon. fol. 209.

1425.

3. *Fr. Barnabas*, post cujus obitum eligitur

4. *Fr. Macharius* à monachorum cœtu, & ab Archiepiscopo Messanensi Dionysio ex Lib. Reg. Cancell. anno 1360. & 1366. fol. 74. Elisabetha matre Regis Friderici III. intercedente, pòst anno 1365. ab Innocentio VI. Pont. de more confirmatur

1445.

5. *Fr. Paulo Camuglia* Abbate, sententia lata est: *quod Abbatis, & non Furiarum Capitanei jus sit creandi in oppido Mili officiales, & custodes in fortilitio ponendi* in Prot. anno 1425. f. 140. 141. His de rebus, atque de oppidi temporalibus ad se, tamquam Baronem spectantibus, *quòd appellatio ad Regiam Curiam, & non ad Archiepiscopum spectaret*, confirmationem privilegiorum à Rege Alphonso obtinuit Camuglia Prot. fol. 170. & in Canc. anno 1424. f. 503.

1445.

6. *Fr. Leontius de Clementia* religione Basilianus, patria Messanensis offertur ab eodem Alphonso Prot. anno 1445. 10. indict. fol. 420. & Prot. f. 180. monachis tumultuantibus, hac privatur dignitate, donaturque anno 1447. *F. Fulgato*, cui eodem anno decedenti Prot. anno 1447. f. 70. sufficitur *Fr. Joannes Campulus* ejusdem instituti. Sed Leontius adhuc Abbas etiam monasteriorum S. Gregorii de Gypso, & SS. Petri, & Pauli de Itala, de privatione istius Abbatiæ apud Siculum Proregem conquestus, & caussa bene discussa, per litteras dat. 18. Aug. primæ ind. 14. 1452. in suam possessionem restituendum obtinuit. Quas sanè Tribunalis Reg. Monar. litteras contra privilegia declaravit Senatus Messanensis, & *Fr. Joannem Campulum* ab abbatiali honore amoveri non permisit. His auditis Prorex Monarchię præeminentia suffultus, ita Messanensibus rescripsit In lib. Monar. an. 1452. fol. 568. *cùm nostra provisiones non tendebant, neque tendunt contra privilegia Civitatis, cum commissio fuit, & est mera spiritualis, & privilegia dicta Civitatis non eam apprehendunt; ideo, &c.* Tandem suæ dignitati restitutus, à Pontif. Callixto III. litteras Romæ Kal. Maii anno 1457. directas Archiepiscopo Messanensi, atque Episcopo Pactensi Prot. an. 1457. fol. 419.

Abbas potest creare officiales in oppido.

Litteræ merè spirituales non tendunt contra privilegia Messanæ.

f. 419. ibid. f. 416., & a Rege Alphonso alias eodem mense exoravit adversus Archimand. Messanensem Fr. Lucam: quòd omnia ferè bona hujus monasterii malè alienasset, dissipassetque: ideo pristino restituerentur juri. Interim obeunte *F. Joanne Campulo*, qui Abbatem egerat, à PP. Pio II. per rescriptum Romæ pridie nonas Martii ann. 1460. In Prot. ann. 1461. 18. Apr. fol. 74. ob reservationem omnium beneficiorum ad sedem Apost. eam obtinuit dignitatem *Fr. Honufrius Cirinus sive de Armo, Abbas S. Salvatoris de Scholario, seu S. Pantaleonis* etiam monachus Basiliensis, & civis Messanensis, hujus impetrationis Apostolicas litteras contra jus patr. reg. & subreptitias dixit coram Prorege Abbas Leontius. Hinc *die* 20. *Junii* 11. *ind.* 1462. In lib. secr. Regni anno 1462. f. 195. & 219. decisum, *quod executioni non dentur*, & ab Apost. delegato Episcopo Pactensi: *quòd litteræ sint subreptitiæ* Prot. ann. 1462. f. 178. & lib. secr. eod. an. f. 195. Confirmante an. 1474. 8. Junii Sixto IV. Prot. eo an. Anno 1474. mense Novemb. 12. ind. fato cessit Leontius, ob cujus obitum Secretus Messanensis nomine regio & Abbatiæ, & bonorum assecutus est possessionem. In Prot. anno 1487. fol. 312.

7. *D. Alphonsus de Aragonia Archiepiscopus Cæsaraugustanus*, Ferdinando II. R. patre volente, & Sixto IV. suffragante in futura spe ad omnia beneficia in Sicilia vacatura, primus Abbas Commendatarius hujus, ac S. Pantaleonis per litteras Proregis dat. Panormi ultimo Decem. 12. ind. an. 1478. electus est, in Prot. ann. 1478. f. 153.. Sed *Fr. Leontius de Gregorio Basilianus nobilis Messan.* ab eodem Romano Pontifice litteras pro hac dignitate habuit, quę ne juripatronatus fieret prejudicium, omni caruere effectu Prot. f. 169., & successit.

Primus Abbas Commendatarius.

1480. 8. *Fr. Paulus de Camulia ordinis S. Basilii.* Is de more suo in oppido Milis Bajulum, & alios officiales constituit; à quibus caussas decisas via appellationis ad suam trahebat Curiam Archiepiscopus Messanensis. Abbate hoc reclamante, decretum est per Proregem ad Mag. Regiam Curiam devolvendas esse in Reg. Cancel. ann. 1481. f. 190. Hujus successor fuit

9. *Fr. Leontius de Clementia* ejusdem instituti 1481. ac simul Abbas S. Elię de Ambula, SS. Petri, & Pauli de Itala, & electus de Gypso. Iste in successoris gratiam cessit.

10. *Petrus de Cardona illustris Barcinonensis,* 1490. *Episcopus Vigellensis, Consiliarius, ac Cancellarius Regius* ob prædecessoris cessionem fit Abbas, annuente Rege Ferdin. II. uti legimus in lib. Prot. an. 1497. fol. 168. & in lib. Reg. Cancell. an. 1504. fol. 59. post cujus obitum, Pontifici ab eodem Rege oblatus est

Episcopus Vigellensis.

11. *Franciscus Remolinus Illerdensis, Presbyter Cardin. tit. SS. Jo. & Pauli nuncupatus Surrentinus*; quod Episcopus fuerat Surrenti, simul & Archiepiscopus Panormi, ut in ea notitia ad an. 1511. satis diximus eo decedente

12. *Aloysius Sanches* patria Panormitanus, sed 1518. genere Hispanus ob litteras regias cum futura spe ad omnia beneficia in Sicilia vacatura, nulla expectata pontificia confirmatione, Abbatis munera irrepsit. Quare Carolus, & Ioanna Reges per litt. scriptas Cæsaraugustæ 3. Julii 6. ind. In Prot. 3. Decembr. 7. ind. an. 1520. fol. 32. successorem subrogavere

13. *Joannem de Cardona Barcinonensem* Petri 1530. de Cardona viri illustris nepotem. Hic an. 1530. ad patrium Episcopatum evectus est, & sufficitur

14. *Adam de Forz Aragonensis* Doctor Medicus Regis Boemiæ Ferdinandi, germani fratris Caroli V. Imper. ex hujus litteris datis Augustæ 8. Novemb. 4. ind. 1530. Prot. anno 1532. 24. jan. 6. ind. f. 65. Adam obeunte, fit

Anno 1542. Abbas perpetuus Commendatarius *Rector domus Hospitalis Messanæ sub invocatione S. Mariæ de Pietate* ex litteris Caroli V. Imp. tanquam de jurepatronatus Regis Siciliæ, & rescripto Pauli III. Romæ 18. Kal. Feb. an sui pont. 9. fol. 1542. cui quidem Hospitali de Regia munificentia Ferdinandi II. post Dalmatii de Tolosa ultimi beneficiarii obitum, scriptis litteris in Castellonovo Neapolis 26. Martii 10. ind. 1507. In lib. Præl. Siciliæ f. 419. alii beneficium juris patr. Regii nuncupatum *Hospitale S. Mariæ Annunciatæ Castri ad mare Messanæ* annexum fuerat.

Unio hujus Abbatiæ Hospitali Messanæ.

Hujus de Mili monasterii Abbas proprietarius ordinis S. Basilii a prima fundatione ad an. 1478. à Monachorum cętu electus, Archimandritæ suffragabatur, inde ad an. 1542. Abbas Commendatarius ad tempus, ab eo anno Abbas Commendatarius perpetuus est Hospitalarius Messanæ. Fuit, estque juris patronatus Regis Sicilię, & per bullas Apost. confirmatur. In Regni Comitiis 27. sedet loco: sed postquam Hospitalarius hac fuisset dignitate vel raro, vel ter interfuisse lego. Est oppidi Milis Baro, Regiæ visitationi subest.

Annui proventus; deductis oneribus scil. pro victu, & vestitu monachorum unc. 85. pro oleo unc. 3. 6. pro cultu divino unc. 10. pro fabricis unc. 15. In festo S. Mariæ titularis Abbatiæ unc. 4. pro festo Ecclesiæ S. Mariæ, & mercede Capellani unc. 8. 13. 10. ad summam unc. 125. 19. & 10. sunt pro Hospitali unc. 150.

Proventus.

Monasterio, cujus Ecclesia pro incolis oppidi est Parochialis, à prima fundatione cœnobitæ Basilienses, hodie quinque more græco psallentes inserviunt; licet sub visitatore Regio Jacobo Arnedo ad an. 1557.[a] presbyteri sæculares in obsequio essent. In sacrario Ecclesiæ hæ sunt Reliquię Sanctorum. *Fragmentum ligni Crucis. Lapis innuitus medulla quo in capite fuit percussus S. Stephanus Protom. & corona oratoria Mariæ Magdalenæ*[b].

Ibidem sepulchrum marmoreum hoc epitaphio insculpto.

Jordanus obiit an. domini MXCII. qui quantus fuit, & nituit vi, consilioque, est Calaber testis, victaque Sicilia. Septembris quintadecima, cuique die Syracusis, Sicilia occidit, & solii libr. acerbit ....

Sed ex Bonfiglio in sua Messana[c] ita.

Jordanus Rogerii Comitis filius, qui quantus fuit invictus consilio, auctorque domesticæ libertatis, ipsa devicta à Barbaris Sicilia demonstrat. Occidit Syracusis, hic tumulatus jacet, an D. MXCII.

Sunt huic monasterio annexæ Ecclesiæ, seu grangię. 1. S.

a In visitat. hujus apud eum servat.

b Bonfigl. in sua Mess. f. 11

c Fol. 3.

1. *S. Maria Annunciata* in via, qua itur Mes. A fanam: hęc quidem à Comite Rogerio condita, atque multis prędiis ditata [a].

a In Cepl. Eccles. Sicil.

2. *S. Stephani* Protomartyris in territorio Francę Villę.

NOTITIA DUODECIMA
SANCTI PHILIPPI DE FRAGALA, OLIM *de Myrtiro*.

LAudabiles quidem ritus, & pias largitiones, quas apud partæ victoriæ contra Saracenos locum in novis Sanctorum suorum Auxiliatorum construendis templis Primus nostræ Siciliæ Comes Rogerius semper servarat; in hoc quoque Basiliano diligenti studio exædificando ditandoque servavit. Illud enim dicavit tutelari suo *D. Philippo*, qui à regione primum *de Demenna* [b] pòst clariùs *Vallis Demanis* [c], deinde à propinquo oppido Myrto, *de Myrtiro*, nunc à suæ ditionis Fragali confiniis *de Fragala* [d], nomen habet. Huic cœnobio super editum collem à pago Frazanone 500. p. distantem reposito, præficiendum primum Abbatem voluit idem Comes.

b In privil. Hugonis Episc. Mess. fol. & R. Rocc. fo. 70 c In hoc privil. d Fazell. dec. 1. l. 9. f. 1090.

1. *Fr. Gregorium* sanctitatis, & instituti Patriarchæ Basilii locupletem sectatorem. Hic non solùm primæ fundationis à Rogerio Comite privilegium sub an. mundi 6598. Sed aliud ab eodem anno 6600. & an. 6601. & an. 6603., an. 6605. sal. 1097. sed etiam cætera à Comite Simone, ejusque genitrice Adalasia an. 6610. & ab Rogerio II. Comite an. 6618. & 6622. ind. 7. & an. 6625. concessa, Messanam adiit ad eundem Comitem II. Rogerium anno mundi 6628. sal. 1120. & eorum approbationem tulit, Gregorio magna sanctimoniæ fama obeunti sufficitur

f. 1090. f. 1092. f. 1093. f. 1095. f. 1097. f. 1102. f. 1110. f. 1114. f. 1119. f. 1120.

2. *Fr. Bonifacius* haud in moribus, & religione absimilis. Iste eodem promovendæ rei monachicæ, atque facultatis augendæ zelo permotus & novum à Rege Rogerio exoravit anno à condito mundo 6644. privilegium, & singula indulta à prædecessoribus, an. mundi 6653. sal. 1145. ab eodem Rege confirmanda fategit; cujus contestata verba Græca latinitate donata libenter subjicio.

1145.

Rex [e] *Rogerius Adjutor Christianorum. Ad nostra Majestatis potentiam pertinet & sapientiam omnes res in melius convertere; & insuper res ad sacras Ecclesias pertinentes in omni industria, & animo syncero in hoc statu pacifico augendo corroborare. Unde pracipimus omnia sigilla Ecclesiarum, & aliorum fidelium Regni nostri renovari, & ea palam monstrari, ut sint confirmata sub magnitudine Regni nostri. Unde in mense Martio xx. die ind. 8. anno ab initio mundi septies millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio existentibus nobis in Civitate Panormi in omni pace, & tranquillitate: gratia Omnipotentis Dei cum Regni nostri familiaribus, venisti ante nostram Potentiam tu Bonifacius Abbas S. Philippi Vallis Demanis, & demonstrasti nobis sigillum quandam auream bullam habens à patre nostro Rogerio Magno Comite*

e Extat archetypus in monast. eodem exscrip. in lib. Priul. Siciliæ fol. 495. & lib. R. mon. 349.

f. 1145.

B *diva memoria tibi, & monasterio tuo factum, & concessum anno à mundi creatione sexies millesimo quinquagesimo nonagesimo octavo, cujus scripto continetur: Abbatiam S. Philippi ab omni contradictione Archiepiscoporum, & Episcoporum liberam habere, & omnia, qua in sigillo continentur similiter. In fine verò sigilli ipsius continetur, in anno 6625. Nos omnia, qua in sigillo patris continentur, concessisse. Aliud sigillum monstrasti bullam habens plumbeam à gloriosissimo Regno nostro factum, & concessum anno ab initio mundi* C *6620. ind. 5. de carta cuttanea, in pargamenum renovavimus; quod fecit Simon* [*] *frater noster, & felicis memoria mater nostra, cujus scripto continetur de terris Abbatia concessis per eos, qua sunt in Catuna Maniacii, scil. in S. Maria Gullia nominata, quidquid in illo continetur, & aquam illius loci tibi concessimus. Monstrasti nobis sigillum aliud ex Carta cuttunea factum anno à mundi creatione 6610. quod renovavimus in pargamenum, in quo continetur de molendino, quod donavit Abbatia mater nostra felicis memoria. Aliud* D *monstrasti sigillum plumbea Bulla factum à patre nostro beata memoria anno 6600. ind. 14. cujus scripto continetur de Obedientia S. Chalcheli* [*], *& de terris, & sylva ipsius. Aliud sigillum monstrasti nobis bulla plumbea à Regno nostro, & à matre nostra concessum anno à mundi creatione 6628. cujus scripto continetur, quod venit Gregorius Abbas S. Philippi ad Messanam, petens, ut quod habebat sigillum vetus cuttuneum sibi renovaremus, quod fecerat Abbatia pater noster bon. mem. in anno 6605. cujus scripto continetur, ut* E *locus, qui descendit à Monte nominato Linaria* [*] *secus sanctum Philippum, sit pascua animalium Abbatia, hunc quoque locum concessimus, & terras, & sylvam, qua in ipso monte sunt, similiter & aquam loci sancti Georgii, ut in novo sigillo, quod concessimus, continetur. Aliud sigillum monstrasti à Majestate nostra, & à genitrice nostra gloriosa mem. concessum bulla plumbea ind. 7. cujus scripto continetur; quòd genitor noster pia recordationis jam donaverat Abbatia in Valledamanis villanos octo, de quibus continetur scripto sigilli pargameni, quod renovavimus de sigillo* F *veteri cuttuneo, quorum nomina sunt hac: Basilius cognominatus Cangemu, Petrus Basili, Brunus Curta, Licopetrus, Nicolaus Faber, Claudus Stephanus, Nepos Abbatis, Gregorius captivus Jeini de Vatala. Aliud sigillum monstrasti bulla plumbea à nostro genitore fel. mem. corroboratum anno ab initio mundi 6605. in quo continentur terra, qua sunt apud S. Theodorum. Horum, & earum divisam, & duas Obedientias, scil. S. Mariam*

f. 1090. f. 1117. f. 1112. f. 1102. f. 1092. f. 1120. f. 1097. f. 1114. f. 1097.

* Simon frater Regis Rogerii. Terræ in Catuna Calabriæ.

* Ubi hæc Ecclesia S. Chalcheli, & terræ?

d De hoc loco Linariæ vide in privilegiis Eccles. Messan.

riam

riam Frigani, & S. Barbarum, & quatuor villanos Abbatiæ donavi; villani siquidem hi sunt Nicolaus Cumafagus, Eugenius Psans, Galatanus de Flavanu, Galogerius de Falcanno. Aliud monstrasti sigillum à nobis, & à matre nostra fel. mem. concessum, & datum bullam habens plumbeam anno à mundi creatione 6618. ind. 3. cujus scripto continetur: quòd Ecclesia sancti Mauri quod est in Catuna Maniacii, unà cum terris, & sylvis supradicti Sancti Philippi fuit Obedientiaria. Aliud sigillum monstrasti à nobis concessum, & datum anno ab initio mundi 6644 ind. 14. scripto cujus continetur, quòd terræ sancti Philippi, quæ erant apud Sanctos Philadelphos cambiatæ fuerunt pro terris, quæ sunt apud Muellis cum sylva ipsius loci. Aliud sigillum monstrasti bulla plumbea à patre nostro Rogerio beatæ mem. concessum, & datum anno ab initio mundi 6601. ind. 1. donante Ecclesiæ S. Philippi terras, quæ sunt apud Muellis, & earum divisam, & sylvam loci illius. Aliud sigillum monstrasti bulla plumbea à Comite Rogerio felicis memoriæ concessum, & datum anno à creatione mundi 6603. donante Ecclesiæ S. Philippi Ecclesiam S. Hyppoliti obedientiariam, habentem terras cum earum divisa, sicuti in sigillo suo continetur, & aliam Ecclesiam S. Nicolai de Petra Obedientiariam, habentem terras, & earum divisa. Aliud sigillum cum bulla plumbea à genitrice nostra bona mem. & fratre nostro Simone concessum, & datum anno à creatione mundi 6610. ind. 10. cujus scripto continetur de terris, quas à flumine Panegia & earum divisa cum aqua loci propter molendina; in quo etiam continetur de quatuor villanis Christianis, quorum nomina hæc sunt; Sidelphus captivus cognomine Philadelphus, & Theodorus Accomodutus. Aliud sigillum nobis monstrasti bulla plumbea à matre nostra gloriosæ memoriæ concessum & datum præcipiens, ut Abbatia S. Philippi à salinis Castri Joannis omni anno salmas sufficienter habeat. Aliud tamen sigillum monstrasti cum bulla cerea à Mattheo de Creona concessum, & datum; cujus scripto continetur, ipsum Matthæum Ecclesiæ S. Philippi Ecclesiam S. Anastasiæ cum terris suis, & earum divisa obtulisse. Omnia hæc supradicta sigilla cum cunctis in ipsis contentis Majestas nostra tibi, & successoribus tuis ad opus Ecclesiæ præfatæ concedit, & confirmat, & præcipit prædictam Ecclesiam cum omnibus hominibus, & rebus suis tam stabilibus, quam mobilibus ab omni contradictione impedientium, & calumnia Archiepiscoporum & Episcoporum, Stratigotorum & Vicecomitum, & aliarum potestatum, sicut in sigillo aurea bulla continetur, liberam, & absolutam haberi. Nec habeant potestatem aliquod damnum Ecclesiæ, vel hominibus suis inferendi, neque herbaginm capiendi, neque angariam inferendi, & omnia, & cuncta illibata sint ab omnibus potestatibus nostris confidens precibus, & meritis Beati Philippi, sempiternam inde consequamur retributionem, & animæ cunctorum nostrorum defunctorum æternam habeant requiem quod scriptum à Majestate nostra confirmatum, & plumbi bulla sigillatum, mense, & ind. supradicta, tibi, tuisque successoribus Abbatibus datum est.

Terræ apud S. Philadelphum. f. 1116.

Ecclesia S. Hypolyti Obedientiaria. f. 1097.

f. 1099. Eccl. S. Nicolai de Petra obedient.

1102.

De sale Castri Ioannis debito Abbatiæ, 1218.

Ecclesia S. Anastasiæ datur à Creona, de quo nos in chron. Regum fol. 4.

Ita Abbates, eorumque alumni hic omnium virtutum gloria splenduerunt, ut *Laurentius civis Frazanensis* inter eos Beatus diceretur, sub an. 1140.[a] & ad cœlum die 30. Decemb. 1162. volavit, cujus corpus honorifice conditum unà cum vita illius græcè conscripta an. 1573. 20. Jan. Archiepiscopus Messanen. Joannes de Raytana suam lustrans Diœcesim invenit[b]. „ Vita „ S. Laurentii habetur apud Cajet. t. 2. SS. Sic. „ f. 172.

a Cajet. t. 2.

b Nos lib. 1. not. 1. ad eum annum.

Ita Anno 1188. idem Basiliense cœnobium, alterius ordinis S. Benedicti sub titulo *S. Mariæ de Maniaci*, rem volente Regina Siciliæ Margarita, ac confirmante PP. Clemente III. unitum est, uti in hoc libro IV. de Abbatiis Benedictinis notitia VII. repetam.

3. *Fr. Agnotus* hanc tenens Abbatiam, de suorum monachorum consensu quoddam molendinum in agro monasterii à Vinciguerra de Aragonia Camaratæ Comite ipsi datum, concessit Christophoro Comiti, ejusque successoribus; quod non obstante Aragoniæ defectione, Rex Martinus datis litt. 15. Aug. 6. ind. 1398. In lib. Canc. eo an. f. 125. confirmavit.

4. *Fr. Marius de Monteleone* à Rege Alphonso offertur, & à PP. Martino III. dicto V. per diploma dat. Gebertis 6. Aug. sui pont. an. 1. sal. 1417. In Canc. lib. an. 1416. f. 55. & Prot. lib. an. 1418. fol. 6. admittitur.

Primus Abbas Commendat.

5. *Jacobus de Balbo*, tunc Regii Sacelli Panormit. Cantor, à Rege Alphonso Abbas Commendatarius S. Philippi hujus constituitur. In Reg. Cancell. an. 1456. f. 411. Prot. anno 1470. f. 112.

6. *Fr. Adrianus de Neapoli, & Carduchio* patria Troynensis, religione Basilianus cum retentione Abbatiarum S. Eliæ & S. Michaelis de Troyne ejusdem instituti, fit etiam Abbas hujus monasterii In lib. secret. sub eo anno. Moritur hic mense Martio, an. 1474. cujus spolia omnia transtulere in patriam consanguinei, quarè Archimandrita probans de jure, & consuetudine sibi spolia, scilicet mulam, annulum, pallium, & pileum cujusque Abbatis Græci deberi: à Prorege ea restituenda litt. datas Panormi 19. Martii 7. ind. 1474. exoravit.

7. *D. Alphonsus de Aragonia* ex illegitima Ferdinandi II. Regis uxore, per procuratorem suam adeptus est possessionem, datis Panormi litteris 3. August. 7. ind anni 1474. in Prot. eo an. f. 253. Litteræ verò Apostolicæ Sixti IV. pont. anno 4. constituentes hujus Monasterii Abbatem Cardinalem S R.E. Vicecancellarium, in juris patronatus Regii præjudicium executioni in Regno non sunt traditæ.

Porrò cum in urbe primaria Siciliæ Panormo quàm plurima fuissent Xenodochia, de quibus singulis Nos lib. 1. not. 1. fol. 224. unum Magnum, & Novum sub titulo Sancti Spiritus Hospitale in æde magna, & celeberrima Comitis Matthæi de Sclafano juxta Regium Palatium, facta à Rege Alphonso facultate, Messanæ 26. Octob. 11. ind. 1432. & Eugenii IV. Romæ 3. id. Novemb. 1431. lib. Præla. fol. 200. & Prot. an. 1432. f. 2. 3. & 4. Senatus Panormitanus suis sumptibus pientissimè copulavit. Tunc Pontifex Parochialem Ecclesiam in eo constituit, ab omnique Ordinariorum exemit jurisdictio-

D. Hospitali Magno Panorm.

dictione. Rex verò per litt. an. 1441. In Can. A cel. an. 1441. fol. 433. de illius regiminis forma constitutiones, seu capitula (ut dicunt) dedit. Licèt Rectores olim Sacerdotes; aliquot ab hinc annis, 4. sæculares: Primus titulo Comitis, &c. vel Prætoris, vel Capitanei honore decoratus, Secundus eques Panormitanus, Tertius præsens Hospitalarius, Quartusque Mercator à Senatu deliguntur. Sed cum proventus annui ad tot pietatis opera non sufficerent; Innocentius VIII. ex rescripto Romæ 8. Junii pont. sui an. 7. sal. 1491. & Ferdinandus II. in villa B Methynæ Campi 7. ind. 22. April. an. 1503. in Canc. eo an. Magno Hospitali duo unita cœnobia, hoc S. Philippi de Fragalà, alterumque S. Mariæ de Maniaci in perpetuum adjunxere.

A prima ergo Monasterii fundatione Abbas Titularis monachus Basiliensis de more electus ac an. 1417. deinde à Rege Patrono vel monachus, vel clericus constitutus ad annum 1503. pòst Abbas perpetuus Commendatarius Hospitalarius ipse pro tempore. In colloquiis Regni 33. profert votum, Sed solùm an. 1508. 10. Aug. 11. ind. sub Raymundo Cardona in Prot. anno, C an. 1614. sub Ossunæ Duce, & an. 1636. sub Paternionis Principe Proregibus per procuratorem intervenisse tantùm lego.

Annui proventus; sub Regio Visitatore Francisco de Puteo anno 1583. 9. Aug. 12. ind. deductis oneribus pro alimentis monachorum, & Ecclesiarum annexarum obsequio, erant unciæ 1873. Provent.

Non subest Regiis collectis, sed bene Regio Visitatori. Hic religiosa obsequia ab initio ad hunc diem Monachi Basilienses præstant, & more græco psallunt. Aliquando monachorum defectu suffecti sunt presbyteri sæculares, facta Hospitalario à PP. Paulo IV. an. sal. 1568. facultate, loco cœnobitarum tam in his monasteriis, quàm in alio S. Spiritus Panormi etiam annexo subrogandi cujuscumque ordinis Sacerdotes. Vide in not. 1. de Archim. ad annum 1568.

Hujus cœnobii suffraganeę Ecclesiæ plures leguntur in privilegio Regis, sed hodie tantùm S. Mariæ in oppido Farzanonis, Reliquiæ *B. Laurentii confess. monachi Basil. & civis Farzan.* Ita *Crux argentea, in qua frustum Crucis vexilli Comitis Rogerii asservatur.* De aliis in Monasterio Maniacensi suo dicemus loco. In quo etiam Basilienses monachi assiduum præstant famulatum, & Abbas Conven. ex nominatione Abbatis Gener. ordinis ab Hospitalario designatur.

NOTITIA DECIMATERTIA

SANCTI PHILIPPI MAJORIS, SEU GRANDIS.

HÆC Abbatia, quę in eminenti, & per- D jucundo colle consurgit, ob aeris salubritatem, florentium, fructiferarumque arborum varietatem, amænumque aquarum (vulgò la Fiumara) cursum, atque templi more græco, & teutonico conditi, officinarumque amplitudinem nobilis quidem est [a]. *A Divi Philippi Agyrensis* specu, in quo aliquando vitam egisse dicitur[b], nomen habet. Ab Urbis verò vicinitate ad 4. m. p. meridiem versus, *de Messana*. A longo prædicto fluminis tractu, *de Valle longa*[c], vel *de Valle*[d], vel *de* E *Valle Nemoris*[e], tandem ad alterius *S. Philippi* Minoris, vulgò il *Piccolo*; Græcè *Macrarii*[f], Latinè *Magni*[g]; *Majoris*[h], vel *Grandis* cognomen retinet. Hic ad hujus Sancti honorem, ac ad triumphi contra Barbaros monumentum, cœnobium amplum circumstruxit, suis addictis Monachis ordinis S. Basilii attribuit, publicoque diplomate anno ab orbe condito 6608. salutis nempe 1100. scripto munivit noster Primus Siciliæ Comes Rogerius.

1. Nomen tamen *Primi Abbatis*, quem idem F Comes præfecit, & autographum privilegium illius delevit temporum vetustas.

2. *Fr. Athanasius Geromonachus*[*] secundus fuit Abbas. Is suo monasterio indulta prędia, lataque fluminis, salinarum, aç aliorum proventuū jura per privilegium patris Comitis, approbanda anno mundi 6653. sal. 1145. à Rege filio Rogerio; Messanam adiit. Quod æquissimè, dato novo confirmationis, atque explicationis jurisdictionum, juriumque rescripto Rex approbavit. Utrumque ex Græco in Latinum conversum à Constantino Lascare primùm, & an. sal. 1510. 18. Martii in lib. Prælat. Siciliæ fol. 394. & in actis Not. Franc. de Silvestro Messan. & lib. Reg. Monar. fol. 143. exscriptum. Pòst à presbytero Societatis Jesu, a Fr. Petro David, & à Fr. Anatholico Constantinopol. Monachis Grecis Basilien. Proregis Joannis de Vegha jussu an. 1551. in lib. Reg. Cancell. fol. 72. & in tabulis Notarii Bonfiglii Ciampoli Messanę eodem anno 20. Octobris conscriptum est. En illud.

Rogerius in Christo Deo pius, & potens, & Christianorum adjutor. Nostra Majestati convenit providere de omnibus curis, & diligentiis amicabiliter; & præcipuè divinorum monasteriorum procurare auctiores; in quibus Deus continuis orationibus, & cantibus exaltatur, & colitur, & consideratione vigilanti adoratur. Unde spirituales res temporalibus, & fluxibilibus præponentes, & diligentes, ut fas est æternam retributionem à Deo retribuente mercedem expectamus. Desiderans ergo nostra Majestas quietem, & serenitatem: omnem spem in Deo totaliter imponens mercedem centuplam festinat; non solum erigens, & ædificans templa à nostris bonæ memoriæ progenitoribus, caussa salutis animæ ædificata, & data, & concessa monachis; quæ oportet conservare illæsa, sed etiam caussa nostra salutis, & nostrorum successorum statuimus protegere dareque manum adjutricem; juraque illorum, & privilegia & sigilla, & omnia quæ pertinent ad utilitatem cum benevolentia, & amore cupimus conser-

[a] Bonfigl. sup. Mess. & in hist. Sic. lib. 2. fol. 12.
[b] Ibid.
[c] In privil. Eccl.
[d] Ibidem.
[e] Prot. anno 1442. fol. 78.
[f] Suprà, & Prot. an. 1.. 8. fol. 15.
[g] In Prot. 1391. fol. 59.
[h] Ibid. anno 1424. f. 409.
[*] Gero Græce, senex Latinè, vel Jerro Sacerdos.

conservata esse firma & rata, & nullo tempore ab aliquibus violata, & ad seipsos attrectata; Sed res monasteriorum essent in dominio monachorum imperturbabiles, & immobiles sine aliqua tentatione habere, & possidere: ut quietam, & serenam vitam degentes; circa officia divina habeant animum, & orent continuò pro nobis, & nostris successoribus. Hac pia caussa & placita Deo praeposita, praecipimus omnia sigilla Ecclesiarum, & caeterorum fidelium nostra Majestatis renovata esse, & ad melius redacta, confirmataque à nostra Majestate. Nobis igitur morantibus in Civitate Messanae cum Comitibus, Baronibus, Officialibus nostra Majestatis; & pace, & quiete, & gratia Dei existente: venit coram nobis Athanasius Geromonachus venerabilis Abbas S. Philippi nominati Longa, & demonstravit nobis sigillum scriptum anno 6608. 8. ind. datum à faelicis mem. Patre meo Rogerio Magno Comite, affirmans praedictum monasterium habuisse quaedam, affirmatumque sua consueta plumbea bulla; petivitque à nobis ad majorem cautelam confirmari, & ratifieri; Quae sunt haec. In primis incipit terminus Tenimenti Monasterii à vinea de Palmita. Illinc quae procedit à Zafaria*, usque ad magnum montem, ut procedit serra. Illinc venit ad serram Moysi, & approximat ad vineam de Canata ad antiquam Turrim sitam in vinea. Illinc descendit ad campos de Vitali ad fontem, & procedit ad Massidam. Illinc descendit ad magnam viam, unde initium termini fuit; & ita concluditur.*

Athanasius Abbas S. Philippi Longae. Ecce primum privil. Comitis Rogerii anno mundi 6608.

* Ex Bonfig. in sua Mess. fol. 4 dat an. 6608. falso nam ind. 8. incidit in an. 6608. fol. 8145.

* Zafaria hodie pagus juxta Archiepisc. Mess.

Hinc confirmatio Regis Rog. Concessit Homariam monasterio.

Nos divino desiderio exaltati cupimus idem monasterium in omnibus suis rebus sine perturbatione permanere, ea non solùm sua concedimus, & affirmamus; sed cum his praecipimus, ut aquas currentes infra hunc terminum habeat possessionem illarum, & perfectam potestatem, & dominium, & totaliter subiiciant ei, ut utantur his liberè, & cum potestate in quocumque loco, vel possessione voluerint Abbas ejusdem monasterii, & monachi ibi habitantes, & successores eorum. Et siquis ab eisdem aquis, vel circumcirca existentibus voluerit molendinum aedificare, hortum facere, vel possessionem, vel viridarium, usum illarum aquarum assumat; in tempore existenti Abbati, & suis Monachis correspondeat, tanquam dominium, & potestatem plenissimam à nobis habentibus. Molendina verò, quodcumque & ubicumque & quandocumque monasterium voluerit aedificare, & battitoria, & viridaria secundum possibilitatem, potestatem habeat constituendi, & faciendi tanquam dominium habens. Praeterea, quoniam non habet infra dictum terminum loca pro pascuis apta pro animalibus propter angustiam loci, praecipimus animalia monasterii pascere, & accedere sine aliquo impedimento, ac molestia in toto districtu Messanae, & Rametta, & Milatii, & in tempore glandinum in montibus, & in territorio etiam Rametta pinguefacere porcos tantum quinquaginta sine decima, & alia solutione. Donamus quoque caussa condimenti mensae monachorum in territorio Phari à Salina gurnas, sive cassettas quinquaginta. Praeterea habeat Abbas in potestate vendere, & emere liberè, & expeditè non impeditus, neque molestatus à jure publico, vel ab aliquo Stratigoto temporis, vel judice, vel aliqua persona. Sed liberè agat ab omni impedimento, & solutione saeculari, vel Ecclesiastica secundum praeceptum, quod accepimus à SS. PP. Urbano. Etsi acciderit Archiepiscopo, vel Episcopo diecesis intrare in eodem monasterio, vel applicare; caussa benedictionis dent tres panes, & vini tria quartuchia; mihi verò, & meis successoribus dent fructus, & olera, & nihil plus. Propter hoc praecipimus nostris Strategotis, Foresteriis, Capitaneis, & Vicecomitibus, Procuratoribus, & omnibus degentibus sub nostra potestate, praedictum monasterium cum omnibus possessionibus, privilegiis, juribus, & gratiis illorum datis & concessis à fel. mem. Patre nostrô, & à nobis conservatis sine molestia, & tentatione custodiatis. Et siquis praesumpserit contrarium facere, incidat sub nostra indignatione, & subjiciatur excommunicationi, qua principes Haeresiarcha obnoxii sunt; habeant etiam maledictionem SS. Papa Urbani. Hac igitur concedimus, & affirmamus supplicatione praedicti Athanasii Abbatis, & suorum monachorum sperantes per orationes, & nocturnas supplicationes eorum, in pace profunda degere, & coeleste regnum assequi. Et ad majorem cautelam concessimus praesens privilegium; sigillantes nostra consueta plumbea bulla quod dedimus praedicto monasterio die Maji 6. ann. 6653. ind. 8. Rogerius in Christo Deo pius, & potens Rex, & Christianorum adjutor.*

Concessio construendi Molendina.

Exemptio ab omni jurisd. Eccl. & saecularii.

* Urbanus hic fuit II. qui ab anno 1088. ad an. 1099. sedit ergo hoc praeceptum recitabitur ad an. 1098 cum subscriptum legationis A-post. concedit Rogerio Comiti, Regis confirmatio an. 1145. patet.

Subsequentium Abbatum de more electorum, atque ab Archim. confirmatorum nulla apud me notitia est.

3. *Fr. Barnabas, Abbas S. Philippi Majoris* erat, cùm anno 1393. In Prot. eo anno fol. 59. Rex Martinus perscripsit, ut tanquam Archimandritae subditus, portionem mille florenorum sibi competentem solvat. Huic successit

4. *Fr. Nuntius Martelletti* anno 1421. uti ex tabulis notarii Antonelli de Tremarchi Messanensis sub die 7. Octob. x. ind. 1551. haurimus.

5. *Fr. Adrianus de Cruvenza Abbas S. Philippi Grandis*, cui Petrus Iulans Siciliae Gubernator caussam appellationis ab Archiepiscopali Messan. Curia devolutam, decidendam demandavit. Prot. anno 1424. fol. 403. 1424.

6. *Fr. Maurus Abbas S. Philippi de Vallenemoris* anno 1428. erat etiam Abbas S. Salvatoris de Placa ejusdem Basiliensis ordinis. Prot. anno 1428. fol. 78.

Fr. Hadrianus Flamma Abbas S. Philippi Grandis de Macrario. Huic Apostolica auctoritate datur coadjutor in regimine an. 1439. *Fr. Adrianus Navarra*, etiam monachus ejusdem monasterii, quare 1448. Abbatiam resignavit in Pontificis manibus. Prot. anno 1448. fol. 35.

8. *Joannes Aurispa Siculus Netinus presbyter saecularis*, vir utique peritissimus, & litterarum, maximè poeticae artis peritia celeberrimus, de quo nos lib. III. not. 2. fol. 225. latius. Is primum in nostrae patriae Ecclesia praecantor, post à Nicolao V. Antistite Summo Romam accersitus, honorariis S. R. E. rerum secretarum, atque familiaritatis intimae, demum hujus Abbatiae dignitatibus exornatur, datis Spoleti litt.

litt. pridie Kal. Junii an. pont. 3. sal. 1449. quæ licèt in Regno 26. April. 13. ind. ejusdem an. executioni fuerint traditæ, in Prot. eo an. fol. 35. & Cancell. fol. 207. possessionis tamen effectu ob juris patr. reg. præjudicium caruerunt. Sed Rege annuente, eodem anno

9. *Bessarion Græcus Constantinopol. Nicænus Cardinalis, & totius Ordinis Basiliani Protector* subdeligitur. Hic Regi Alphonso charissimus plurimis Siciliæ Abbatiis auctus fuit, etiam Archimandritatu Messanensi, ut in ea Not. fol. 26. satis de eo egimus.

10. *Fr. Petrus Pharaonius Basil. I. V. D. Mess.* ob resignationem prædecessoris Bessarionis, à Rege Joanne designatur Abbas an. 1469. In Reg. Canc. fol. 100. Sed Papa Paulus II. hanc dignitatem tanquam ad se spectantem contulit cuidam ex sua familia; cujus impetrationis bullæ regio mandato 14. Jan. 13. ind. ejusdem anni, in Prot. eod. an. fol. 100. nullum in jurispatr. diminutionem, effectum sunt sortitæ. Ideo Pharaonius pro suarum litt. Apost. expensis unciarum 42. quoddam tenimentum ipsius

Tenimentum Lacci. monasterii dictum lo Lacco positum in flumaria juxta templum S. Philippi, loco pignoris de consensu trium suorum monachorum quibusdam de Musolino, Romano, & Paræ dedit an. verò 1484. die 9. Novemb. de eorumdem suorum alumnorum voluntate ad sonum campanellæ Philippo de Condrannis Mess. ad emphyteusim pro annuis unc. 10. & tar. 3. atque

Feudum S. Blasii. jure gallicarum pecunia numeratà unc. 40. ad redimendum agrum de Lacco concessit *Tenimentum terrarum nuncupatum lo Fego di S. Blasi situm, & positum in regione ruriam Messana, & Pharicum suis juribus, &c.* his tamen conditionibus: facta prius à Prorege, & à Summo Pontif. facultate in Ecclesiæ utilitatem [a], quam probavere per Bullas die 9. Novemb. 1485. Joannes Puxades Vic. G. Mess. & Petrus Vagles Can. (fuit iste Cardin. & Archiep. Mess. an. 1510.) delegat. Apost. Tandem senio, & imbecillitate conflictatus an. 1498. in sui nepotis etiam Basiliensis gratiam cessit.

[a] Hæc omnia habet in tabulis not. Antonii Manzani Mess. eodem die.

11. *Fr. Hieronymus de Chichune* ætati annorum 15. ex avunculi cessione, Regis Ferdinandi II. datis Alcalæ 25. Novemb. 1497. in Canc. eo an. fol. 299. lit. permissione, atq; PP. Alexandri VI. Rom. 8. Kal. Dec. 1498. approbatione, in Prot. 27. Decemb. 2. ind. 1499. fol. 137. & 140. Hunc subscriptum invenio anno 1510. in privil. dotationis monasterii Lib. Prel. fol. 340. & successorem habuisse credimus

12 *Fr. Andrianum Flauni* ex eisdem religione, regia præsentatione, ac pontificia confirmatione. Hujus meminere fuisse sub anno 1521. tabulæ not. Antonelli de Trimarchi Mess. die 6. Octob. 10. ind. 1551. 1521.

13. *Narcissus Verdugus civis, & Canon. Neapol.* ac Regius Medicus, uti ex ejus cessione in successoris gratiam de Regis Caroli consensu, constat.

1525. 14. *Hieronymus de Bononia patricius, Can. not. Panormit. ac Regius Capellanus* Joannis

21. Octob. 14. ind. de Bononia Cancellariæ Siculæ Regentis frater. Carolo Rege per litt. Burg. 3. Junii 1524. offerente, & Clemente VII. Pont. Rom. 5. Kal. August. an. 1525. in Cancell. eo anno 25. Octob. 2. ind. fol. 134. & Prot. fol. 76. admittente. De eo latior fuit noster sermo, cùm in lib. 3. not. 2. ad Episcopalem sedem Syr. 1541. atque ad locupletem Abbatiam sacræ Mansionis fuit assumptus. Ei sufficitur

15. *Lupus de Soria Hispanus*, qui fuit etiam in Sicilia Abbas S. Mariæ Nohariæ, ac Prior Sanctæ Trinitatis Deliæ. Dum apud Mediolanum nomine Regis ageret, anno 1546. ex humanis abiit. 1541. 1547.

16. *Franciscus Ventus Siculus Drepanensis S. T. D. ac Canonicus Mazariensis* Rege Philippo. II. volente, atque PP. Paulo III. per rescriptum Romæ pridie idus Novemb. pont. anno 13. Prot. 5. Martii anno 1547. fol. 291. laudante. Hic ob virtutum merita, & rerum agendarum peritiam à Ferdinando Consaga Vices Regias in Sicilia subeunte, ex litteris datis ult. Nov. primæ ind. 1542. [b] constituitur Visitator Generalis Ecclesiarum juris regii patronatus.

[b] Visitationem ejus leges apud Confer. an. 1542.

17. *Joannes Osorius de Sylva Hispanus eques militaris ordinis S. Jacobi de Spata, Regius in Sicilia Conservator, & Protonotarius*, ex litteris regiis cum sedis vacantis proventibus, per proregem Jo. de Vegha executioni datis Panormi 23. Novemb. 8. ind. 1549. In lib. Reg. secret. Abbatiæ hujus ac post alterius SS. Petri, & Pauli dignitate cohonestatur. Procul mora, suæ Ecclesiæ bono invigilans & primævum græcum fundationis, & dotationis diploma fideli latinitati tradendum, in Canc. anno 1551. fol. 72. atque per litteras reg. dat. Bruxellis 18. Decemb. 13. ind. 1554. omnino servandum. In Canc. anno 1555. 5. Feb. & bona usurpata restituenda curavit maximè inter bona Flumariæ, Salinarum, &c. usurpata, *Feudum S. Basilii* juris antiquissimi Monasterii, quod anno 1484. malè concesserat Abbas Fr. Petrus Pharaonius; idque tunc possidebat Pantaleon Stagno Mess. adversus quem in M. R. C. via nullitatis concessionis, casus in commissum, ac revocationis se direxit, & die 23. Aug. 1551. in actis R. M. C. & in consist. 22. Decemb. 1552. sententiam pro se tulit, & feudi possessionem iniit. Eodem tempore Donnam Vincentiam Moncatam Baronissam Sapponaræ tenuisse quosdam terrarum tractus juris Abbatiæ, illi venditos anno 1552. xi. ind. 22. Sept. in tabulis Jo. Matthæi de Angelica Mess. in damnum Ecclesiæ invenio in Visitatione Nicolai Danii sub ann. 1579. [c] Visitatore Ecclesiarum juris reg. pat. Jacobo Arnedo, nostro Abbati Osorio visitatio S. Calogeri prope Leontinum à Concilio ordinum Hispaniæ demandatur.

[c] Hæc acta visit. servantur apud Confer.

18. *Scipio Rebiba Siculus Sanmarcensis, tit. S. Potentianæ Presbyter Cardinalis Pisanenus* nuncupatus munificentia Regia Philippi II. Bruxellis 20. Junii 1. ind. 1558. atque auctoritate Apostolica Pauli IV. Romæ mense Feb. ejusdem anni Prot. 17. Maii 2. ind. 1559. f. 346. & 348. fit Abbas, simul & an. 1568. Monasterii in Sicilia ditioris S. Mariæ de Altofonte, seu de Parcu. Ad annum 1576. 5. ind. usque protrahit

hit dies. („ De Scipione consule Petramella.
„ ram in Continuat. ad Panvin. fol.227. Ciac-
„ conium Oldoini to.3. Vit. Pont. fol. 849. U-
„ gellum to.1. Ital. sac. fol. 185. & 274.)

19. *Nicolaus Stizia V. I. D.* ex primaria nobilitate *Catanensis*, *Primus Regiæ Monarchiæ Judex Ordinarius*, ut in Ecclesiastica dignitate esset constitutus, & congruis proventibus præluceret; hac Abbatia donatur à Philippo II. suffragiis Gregorii XIII. Romæ 8. Kal. Martii an. 1579. In Canc. eo anno 26. Martii. Cùm tam egregiè, prudenterque in hoc precellenti munere se gereret, an. 1582. ad Sanctæ Mariæ Novælucis, an. 1590. ad Archimandritatus Messanensis, an. 1593. ac Cephalædensis Præsulatus, in quo anno 1595. obiit, honores evectus est.

20. *Joannes de Gradu Hispanus Adicensis V. J. D. secundus Reg. Monarchiæ Ordin. Judex*, iisdem rationibus, quibus præcessor Stizia fuit Abbas, fit & iste ab eodem Rege, atque Pontifice Romæ Kal. Novembris 1583. Prot. 36. Jan. 12. ind. 1584. fol. 36. Huic primùm exemptio Regii Sacelli ab Ordinaria jurisdictione à Prorege Comite Albæ de Lista demandata est. In reg. secret. eo anno & actis Reg. Monarch. ejusdem Proregis Consultor, quibus in muneribus die 19. Novembr. 15. ind. 1587. mortalitatem explevit.

21. *Iacobus de Balsamo nobilis Messanensis* à sacrificiis Regis Philippi II. à quo litt. presentationis Matriti ultimo Decemb. 1587. & à Sixto V. alias confirmationis Romæ 7. Kal. Maii 1588. Prot. eo an. 7. Sept. 2. ind. fol. 20. & 312. exoravit sub cujus regimine proventus Abbatiæ ad annuas uncias 397. in visit. Franc. Putei, ob obnoxiam Mensæ monachorum divisionem per Brutum Farnetum de leg. Apost. (ut latius diximus suprà fol. 49.) diluuntur. In actis not. Salvi Peitarci Mess. 4. Sept. 3. ind. 1589. Feudi quoque S. Blasii possessio ab Osorio revocata, per decretum in M.R.C. die ult. Aug. 1591. via nullitatis sententiæ latæ, ann. 1594. restituitur Antonio, & Manutiæ Romano jus, & caussam habentibus à quondam Pantaleone Stagno. Unde Balsamus lares paternas, reddituum unciarum decem tenuitate coactus reliquit, & honorifico Oratoris Messanæ titulo decoratus ad Regiam Curiam rediit, atq; prædivitem Prioratum S. Andreæ de Placia an. 1604. obtinuit. Hinc ad annum 1613. per novem annos vacavit Abbatia hæc.

22. *Fridericus Portius* ex ordine Senatorio *civis & Canonicus Messanensis V. I. D.* apud Regem Philippum III. continuis supplicationibus institit, ut sibi (licèt non servata alternativa) Siculo hæc concederetur exigua Abbatia cum aureis 500. pro bullarum, atque sibi revocandi feudi S. Basilii expensis, & quod ob redituum inopiam non teneatur ad spolium. Id totum per litt. Matriti 24. Julii, & 20. Octob. Prot. 18. Maii xi. ind. 1613. f. 131. Canc. fol. 348. & 420. permisit Rex, ac per rescriptum cum dispensatione ad omnia alia beneficia, præsertim S. Mariæ de Pilerio Messanæ dat. Romæ 6. Kal. Dec. pont. an. 8. non negavit Paulus V. In Prot. eo an. f. 168. Quamprimùm 500. aureos ex fructibus sedis vacantis est assecutus, ex off. Conserv. eo an. 1614. f. 230. In Sacræ Conscientiæ, seu Consistorii Tribunali litem contra Agatam Romano, & Minutuli, uti feudi S. Basilii posseditricem via restitutionis in integrum intendit; & servatis servandis per judices contra Abbatem, *die 13. Feb. 14. ind. 1616. Absolvatur, & liberetur ista dona Agatha*, fuit decisum. Haud secus à me delegato Apost. ac Regio œconomo: *die 3. Dec. 1613. facto verbo cum Excellentia sua, & Deputatione Regni fuit determinatum, quod fiant litteræ, quod non molestetur tam de dandis regiis, quam Deputationis, dum valor erit unc. decem; cum autem augebitur introitus, teneatur* [a]. Ita quoque in Regia Monarchia: *die . . . an. 1614. à solutione fabricæ Ecclesiæ absolutus fuit* [b]. Sed temporis cursus, in quo Fridericus honorificis Vicarii Archiepiscopalis, atque Sede vacante, & Sancti Officii Commissarii in urbe Messana perfunctus est muneribus, & hæredum bonum post vitæ finem providens, ne suæ divitiæ jure spolii in thesaurum inferrentur regium; Abbatiam Regi cedere multùm sudavit: tandem scriptis Matriti litteris 15. Novembr. 8. ind. 1623. In Canc. eo anno fol. 144. cessionem admisit patronus. Ab eo anno 1628. per quinque annos defecit Abbas.

Liberatio a dandis Regis.

a in lib. œconomi Generl. apud deputationem Regni eo an.
b in Reg. Mon.

23. *Gabriel Rossi ex Romania genere Januensis*, de familia, & à secretis Cardinalis Auriæ, Archiep. Panormit. à quo & suæ Metrop. Ecclesiæ Canonicus, & post Vincentii Dominici obitum Archidiaconus, ac Vicevicarius deligitur. Ejusdem Cardinalis, tunc vices in Sicilia regias gerentis propitiatione tum à Philippo IV. per litt. 13. Novemb. 1626. tum ab Urbano VIII. cum dispensatione ad Canonicatum, & alia beneficia, etiam S. Mariæ de Pilerio, per rescriptum, (in quo dicitur taxam Abbatiæ in lib. Cameræ Apost. esse florenorum aureorum 50.) dat. Romæ 18. Kal. Jan. 1627. in Canc. 21. Oct. 1628. fol. 31. & 33. Abbas declaratur. Confestim ab eodem Romano Pontifice breves impetravit litteras Defendenti Bruscati Vicario Gen. Messanæ directas Roma primo Maii 1630. & in Regno 30. Octob. executioni datas in lib. causs. deleg. eo an. quibus facultas Apostolica eidem Vicario tribuebatur, cognoscendi de sententiæ latæ 9. Novemb. 1485. per delegatos Apost. nullitate: inde vocatis juxta juris dispositionem Lavinia Natoli, & Romano feudum S. Blasii habente, ita pro Abbate pronuntiatum est. *Die 19. Decembr. 1631. sententia an. 1485. lata declaretur nulla, & invalida; & concessionem ipsam tendere in maximum detrimentum, & damnum Ecclesiæ, & ipsius Abbatis.* Mox per viam excessus ad Regiæ Monarchiæ Tribunal appellavere dicta Lavinia Natoli, & Agata Romano. In quo post excessus declarationem, in causa principali; *Die 7. Sept. 2. ind. 1633. declaretur, quòd sententia lata per Delegatum Apost. ut suprà confirmetur* ad Abbatis favorem. Ex iisdem ad Sacræ Conscientiæ concilium coram judice Ecclesiastico iterum appellatio, atque caussæ scripturæ inseruntur, & pro decisione ad annum 1636. instantia est prorogata. Interim

Gabriel

Gabriel morte præventus, 28. Aug. (,, verius 5. Sept.) ejusdem anni 1636. ex rebus humanis abiit. Sed quod ob litis, ac bullarum expeditionis graves expensas, litteras à Rege 5. Decemb. 1628. in Canc. 21. Martii 1629. f. 120. obtinuerat prò spolii exemptione: sic *Prorex cum interventu Regii Patrimonii se informet de omnibus expositis, & datis votis rescribat*, nihilominus Thesaurarius Generalis conficiendum omnium bonorum Abbatis inventarium præcepit, & sub fidejussione ea reliquit. Quarè Fr. Jo. Baptista Rossi Dominicanus, fidecommissarius, atq; Antonii Rossi hæredis universalis procurator sua exemptionis jura coram Tribunali Patrim. exposuit quod statuit: *die 16. Julii 5. ind. 1637. detur ordo opportunus & incartamentum stet penes acta*. Pro cujus decreti executione deleta sunt inventarium, atque fidejussio, ex quo Abbatia hæc non sit spolio subjecta, ut ex scripturis allatis constat.

Exemptio à spolio.

24. *Marcus Gesius S. T. D. Panormitanus, Magister Capellanus Metropol. Eccl. Prot. Apost.* ex regia præsentatione Matriti 6. Julii 1637. in Canc. 18. Sept. eod. an. f. 17. ac pontificia approbatione Romæ 19. Jan. in actu possessionis a 1. Apr. 6. ind. 1638. ad hanc Abbatialem evehitur dignitatem. Augetur quoque regio dono aureorum 500. ex proventibus sedium vacantium per litt. 28. Martii 1639. in Canc. 2. Sep. eod. an. f. 2. aliis etiam honorariis litteris à Rege 12. Nov. an. 1631. ibid. anno 1632. 11. Junii f. 1632. & 21. Dec. 1641. ibi. 6. Maii 1642. f. 85. & 1644. pro obsequiis, præsertim in œconomi Regii munere ab. An. 1627. præstitis exornatur. Insuper & Canonicatu Panormit. ex regia munificentia, & pontificia Innocentii X. dispensatione 15. Kal. Nov. 1644. In lib. secr. 20. Dec. an. eod. f. 83. sub scriba Fran. Reghio. Etiam ad duo beneficia sub eodem tecto, scil. Magistri Capellanus cum animarum cura annui valoris unc. 180. & alia simplicia *Abbatia S. Mariæ Nova, & Prioratum S. Joannis Græcorum, & S. Felicis Caccabensium. Item benef. SS. Mariæ & Laurentii, item Capellæ in S. Nicolai parroch. Eccl. de Xalsa. Item Altaris, seu Capellæ S. Mariæ de Nova Panor. Item duorum Legatorum in titulum perpetuum, quæ consueta sunt dari clericis sæcularibus: unum super quadam domo, & viridario, alterum super quibusdam domibus in tribuna S. Pauli Panor. fundata. Item & Abbatiæ S. Philippi Grandis ord. S. Basilii de jure patr. reg. quorum simul valor secundum communem æstimationem sunt aurei* 200. *de Camera, &c.* Nec ergo tot Ecclesiasticorum beneficiorum, atq; Judicis, & Examinatoris Synodalis imminens cura, nec assiduus in Proregum Magni Amirantis, atque Marchionis de los Veles munere Magistri Cęremoniarum famulatus; neq; ab ann. 1642. in S. Officii tribunali mecum Consultoris, ac ab an. 1643. in Archiepiscopali Montereg. sede vacante Gener. Vicariatus, & ab an. 1644. interim Judicis Regię Monarchiæ graves præfecturę unquam distraxere nostri Gesii animum; quin à suæ possessionis initio ipse inceptæ litis seriem pro revocanda feudi S. Blasii possessione prosequendo, diligens studium, omnemque operam non adhiberet. Tandem à Flavia Natoli, & Brugli vidua ex Placito Brugli, Petro Granata, Joanna Natoli, & Moleti uxore Placiti, filiis, & hæredibus quondam Lavinia Natoli, uti hujusmodi feudi possessoribus ad hunc transactionis actum in tabulis Joannis Baptistæ de Aragona Panor. sub die 30. Jan. 12. ind. 1644. per illorum procuratores, & Messanæ per Natoles die 16. Maii anni ejusdem in Notar. Antonio Mari ratificatum, deventum est cum Abbate: *ut antiquus census annuus unc.* 10. 3. *augeatur quolibet anno ad unc.* 40. 3. *& pro expensis eidem solvantur uncia* 500. *scilicet uncia* 400. *per totum mensem Aug.* 12. *indic. & unc.* 100. *ad rationem unc.* 33. 10. *per tres annos*. De hujus nostri Abbatis præclarissimis laudibus, & supra modum admirando domicilio, ubi speciosarum rerum omnium jure nuncupatur epilogus, eleganti stylo de more scripsit Franciscus Baronius [b]. („ Obiit Gesius Panormi 6. Januarii 1658. sepultus in „ Ecclesia S. Matthæi.

1638. 1. April. in 6. a in tab. 10. d Bapt. de Vincentio Mess.

b in Elogio Jo. Bap. la Rosa impr. apud Decium Cyrillum an. 1659.

„ 25. *D. Franciscus de Royas* Hispanus, qui „ Abbatiæ nuncium remisit; ideoque electus

„ 26. *Hyacinthus Campanilis* Panormitanus „ S. T. D. electus ex litteris regiis datis Matriti 30. Januarii 1669. in offic. Protòn. fol. 213. „ vir fuit virtutum ac doctrinæ splendore clarus. Obiit Panormi die S. Matthæi Apost. cujus Ecclesiæ diu fuerat Capellanus 21. Septemb. 1681.

„ 27. *Gyacinthus Correon* Hispanus ex litt. „ Apost. Romę signatis 4. Martii 1681. In Offic. Proton. fol. 40.

„ 28. Clericus *Antonius Pacchus* Hispanus „ hanc obtinuit Abbatiam ex lit. Apost. datis „ Romæ 8. Octob. 1693. In offic. Prot. f. 21. & 26.

„ 29. *Christophorus Gasch* Valentinus, F. D. „ Joseph Gasch Archiepiscopi Panormitani nepos, ex lit. regiis 7. Sept. 1712. exscriptis „ Panormi 9. Octob. 1712. vivit.)

Hujus Basiliensis Monasterii à prima fundatione ad annum 1449. semper Abbas Titularis à Monachorum cœtu electus subjiciebatur Archimandritæ. Hinc successere Abbates perpetui Commendatarii tam Monachi, quàm presbyteri sæculares; cum Siculi Regis patroni pręsentatione, ac Pontificia confirmatione. In quos pleno jure omnis jurisdictio etiam in cœnobitas subditos, ac præeminentia Abbatialis olim Titularium cum usu pontificalium transfusa est. Ab anno verò 1589. ex Gregorii XIII. decreto, (de quo nos latius supra f. 49.) monasteria, atque eorum monachi subjiciuntur suo Abbati Generali, *dignitatis Abbatialibus eorumdem*, scil. Abbatum Commendatariorum *semper salvis*, ex eodem decreto §. 17. habetur; unde meritò omnes nostri Abbates, uti iste, & ego publicis, & privatis in actibus liberè cuncta pontificalia etiam cum sacrorum oleorum usu exercuimus. 2. In Regni Comitis 32. votum profert.

Proventus.

3. Proventus sub visitatore Regio Francisco de Puteo, an. 1583. 7. Sept. exigebantur: Ex feudo S. Basilii in Casali Phari, unc. 148.
Ex variis censibus parvis, unc. 59.
Ex salina Phari unc. 20.

Ex censibus, decimis, & aliis, unc. 170.15.

Proventus. In totum unc. 397.15.

4. Onera verò ex eadem Putei visitatione.

Pro fabricis, & ornamentis Ecclesiæ unc. 18.

Pro alimentis Monachorum (tunc quatuor Sacerdotum, & duorum Clericorum) Græcè psallentium unc. 119.

Pro cera ad cultum Divinum unc. 7. 15.

Pro xi. caphisiis olei unc. 6.

Pro celebratione festi S. Philippi unc. 6.

Pro dandis Regiis, ac Deput. unc. 56. 6. 7.

in totum unc. 214. 7. 2.

Reliquæ pro Abbate Commend. erant unc. 284. 2.

Sed mutatis temporibus; amisso feudo S. Blasii, & ab anno 1589. per delegatum Apost. Farnetum divisa Abbatiali à Monachali mensa, invenio in relatione an. 1635. sede vacante; pro Abbate superfluxisse tantùm unc. 10. 5. ex censu feudi prædicti, & unc. 4. ex parvis censibus. Ab anno verò 1644. diligenti studio Abbatis Gesti auctus est census iste ad annuas unc. 40. 3.

Reliquiæ Sanctorum: *Magnum salutiferæ Crucis fragmentum* in ænea arcula reclusum, quod è Divi Philippi collo pendebat. *Os brachii S. Sebastiani M. Os humeri S. Blasii Ep. & M. Præclarum altare cum simulacro D. Philippi ex pretioso marmore.*

Ecclesiæ suffraganeæ. *S. Blasii in feudo ejusdem nominis de regione Phari*, quod an. 1484. emphyteuta reædificare, festum die 3. Feb. & solvere tres tarenos promisit Abbati. 2. *S. Mariæ Dianæ de Mari* ad 1. m. p. à Monast. distans. de S. Philippo vulgò *il Piccolo* diximus suprà.

NOTITIA DECIMAQUARTA

SANCTORUM PETRI ET PAULI DE ITALA, *seu Gitala.*

ITala à Messana Urbe 14. m. p. meridiem versus distans perantiquum oppidum ab Italo Atalaa fundatore adhuc nomen habet; ex quo, & alio propinquo *Aly* nomine, fœlici cursu, atque insigni victoria*, Sanctis Petro & Paulo semper suffragantibus Saracenos Oppidanos fugavit noster Siciliæ Comes Rogerius; qui ut propensius ad majora præstanda inflammaret, iis Ducibus Apostolis & nobile templum dicavit & ditissimum cœnobium pro operariis Basiliensibus adjunxit. Cui primum Abbatem præficiendum voluit

a Ex Breve ... apud Bonf. de Mess. l. 3. & hist. Sic. l. 11. & Nos supra l. ... n. 6.

1093. 1. ind. 1. *Fr. Gerasimum* religiosissimum sanè virum, & hoc dedit diploma.

Ex lib. Privil. Sicil. f. 372. & Monarch. fol. 29.

Hoc est Sigilum per inclytum Magnum Rogerium Siciliæ, & Calabriæ Comitem, datum, & concessum tibi Abbati Gerasimo de mense Decemb. prima ind. in Insula supradicta Sicilia. Quia ego prædictus Comes Rogerius voluntate divina propono me ad præsens de bonis mihi acquisitis in Insula prædicta ædificare loca, & habitationes monasticas: eo quòd bona temporalia sunt transitoria, & caduca; proposuimus etiam ædificare, & construere Ecclesias, ipsasque dotare ad propagandum ipsas omni populo, sicut hactenus à primordio humanum genus Christianum in Insula supradicta fuit illustratum, & suffultum. Et istud manifestum volumus, & jubemus cum bono proponimento ad confirmandum, & complendum loca sacra, & ad habendum, & acquirendum remunerationem divinam. Ita nos proposuimus sic agere cum plena deliberatione absque aliquo tardamento, & pentimento; & uberius sacras operationes demulgari, & prædicari ad hoc, quòd multitudo religiosorum virorum in hoc loco adunetur, & congregetur: & volumus quòd per nos habeant ipsi religiosi utri eorum necessaria cum augmento plenario de victu; & loca ipsa sint ita illustrata, & suffulta sicut oportet fieri, & haberi in vita, & habitatione monasticis cum hoc, quòd ipsi religiosi viri orent apud divinam clementiam pro toto genere populi Christiani, & pro me peccatore omnipotentem Deum, ut ipse relaxet mihi mea scelera, & peccata; & ideo volo, quòd ædificentur dicta loca monastica: post prædictas res sic particulariter declaratas, petisti à me tu venerabilis Gerasimus, audita tua petitione dedi, & concessi tibi in hac Insula Siciliæ in Tenimento de Sancto Nicone occasione, & causa ædificandi templum, sive monasterium Sancti Chorifæi Apostol. Petri in Casali vocato, & nominato Gitala ad construendum, & ædificandum ibidem prædictum monasterium dicti Principis Apostol. per habitationes monasticas, in quibus habitationibus debeat celebrari cultus divinus eo modo, & prout in eadem Insula Sicilia alia monasteria constructa, & ædificata sunt. Et hoc sit robur, & robur habeat prædictum monasterium. Ego divisi, & separavi de aliis bonis meis, & dedi eidem monasterio; etiam concessi terras, & montes, & valles, & arbores domesticas, & sylvestres. Ad incipiendum tamen, & designandum limites, & confines istius monasterii prælibati à littore maris ab ore fluminis de Gitala, & sicut ascendit dictum flumen, ad hoc ut conjungantur in eadem donatione, & concessione duo flumina; & ab inde sicut ascendit dictum flumen ex parte nostra usque ad Casale, quod est nominatum. Et vocatum Elumcep usque ad cannetum, & ascendit usque ad alium montem, usque ad magnos lapides, ubi est magna aye, quæ vocatur Calacelcurat; deinde descendit dictum tenimentum usque ad magnam serram, & pervenitur usque ad Sanctum Niconum, & ab eodem Sancto Nicono, sicut descendit magnus serrus, usque ad alium montem, qui est super flumine Dionysii. Flumen sicut descendit vallonus ferit, & pervenitur ad partem dexteram Castri, & de Aly ad flumen magnum, prout descendit. Similiter prædictum flumen in mare alterius partis, ubi sunt magna scala; & sic concluditur concessio, & traditio supradicta. Omnes prædictas res ego dedi prædicto Abbati, & conventui dicti monasterii, & occasione dictæ donationis, & concessionis*

** Hoc Tenimentum juxta Flumen Dionysii, ut nos supr. lib. 4. nu. 11.*

Confines rerum datarum.

*cessionis dictorum bonorum infra, & super dictos limites, & confines volo, & mando, quòd persona aliqua de mundo non habeat aliquam potestatem in hujusmodi bonis concessis circundatis, & limitatis, ut dictum est, etiam uno palmo; & omnes prædictas res, & bona concessas, & datas per me gratanter, devote, voluntariè, gratiosè dedi, & concessi præfato monasterio cum omnibus juribus, proprietatibus, & pertinentiis earum ad habendum donationem & potestatem in omnibus prædictis rebus, & bonis, quæ in præsenti privilegio continentur. Post hac prædictus Abbas habeat in prædictis liberam potestatem; & volumus, quòd nemo habeat potestatem donandi impedimentum, nec controversiam in præfata roborata concessione, facta per me pura, & expedita absque ulla diminutione, sed sit, & esse debeat immutabilis, & firma irrevocabiliter usque ad finem seculi. Volo etiam, & jubeo, quòd præfatum monasterium sit, & esse debeat liberum & exemptum ab quibuscumque, Episcopo, Archiepiscopo, & omni alia Ecclesiastica persona & ordinatione; & quod non habeat potestatem aliquam faciendi contra prædictum Abbatem, & conventum ratione, & pro parte dicti monasterii, & debeat nullum debitum solvere; neque censum. Ideo quod ego dedi, ut ipsum monasterium cum rebus, & bonis prædictis sit liberum, & expeditum ab omni onere census, & ab omni alia servitute absque contradictione aliqua, & volumus quod ipsum monasterium teneatur secundum morem, & usum aliarum Ecclesiarum, & sic universaliter volumus sit, & esse debeat exemptum, sicut statutum, provisum, & consuetum, & ordinatum fuit per SS. Urbanum divina providentia Summum Pontificem; sicut mihi constat ad plenum: videlicet quod si aliquis Episcopus ipsius Provinciæ applicuisset ad prædictum monasterium, prædicti Abbas, & Conventus debeant ipsum recipere cum gratia, & benedictione, & tradere eis duos panes, sive cannatam unam plenam vino tantùm, & non plus ego tanquam Dominus omnium locorum, & totius * Insulæ Siciliæ volo, & mando, quod meus hæres gratiose habeat ab eodem monasterio olera, & de fructibus; & quod non possit aliquid aliud ultra petere, nec habere ab eodem monasterio, nec ipso monasterio dicti hæredis mei teneantur aliquid aliud tradere, nec exhibere, sed si quis contrafecerit, aut contrafacere posset, aut tractare iniquè in contrarium de ordinationibus prædictis auctoritate Apostol. nobis tributa, sint, & esse debeant anathematizati jussu, & prætextu Domini Summi Pontificis Urbani, omnium successorum Patrum. Sed quando princeps, sive rector, hoc est Abbas prænominatus voluerit ponere animalia dicti monasterii ad sua sumendum pascua cum eorum pastoribus in quocumque prato, nemore, sive loco, quibus ipsa animalia possunt pascua sumere, tuto modo morari volumus, & jubemus; & quod sit licitum dicto Abbati ipsa animalia ibi poni facere ad sumendum pascua, & sit, & esse debeat liber, & exemptus idem Abbas occasione dictorum animalium ponendorum in eisdem locis, seu pratis ab omni angaria, & solutione qualibet. Etiam volumus, & jubemus, quod de omnibus rebus, quas ipse Abbas vendiderit, vel emerit, vel successores sui emerint in civitate Messanæ, sint liberi, & exempti ab omni angaria, & drictu, & sic volumus, & jubemus,*

Exemptio ab omni Episcopo, vel persona Eccles.

Sanctio PP. Urbani II. de exemptione ab Episcopis.

* Comes Rogerius post donationem Panorm. sibi sacram dicitur dominus totius Siciliæ.

A *Item dedi etiam, & concessi dicto monasterio in flumine Dionysii, quod habeant molendinum, de quo sint liberi, & exempti. Item firmamus etiam & volumus, quod tot quot homines, sive personas extraneas, sive advenas adduxeris tu venerabilis Abbas Gerasime ad præfatum monasterium, & omnes illi, qui aliquo tempore in futurum erunt venturi ad habitandum in limitibus, & districtu dicti monasterii tantum sint, & esse debeant liberi, & exempti a qualibet persona, ac etiam liberi, & exempti omni* B *drictu, onere & angaria, sive impedimento. Quando venerit ab externis oris, sive partibus, non sint expulsi foras per hæredem nostrum. Volo etiam & jubeo, quòd nulla persona habeat potestatem judicandi personas habitantes in dicto loco salvo, & excepto, quòd non fuerint condemnati quolibet die per dictum Abbatem, & dedi similiter dicto monasterio pecoras centum cum suis ovibus. Volo etiam, & jubeo, quòd nullus filius meus, nec affines, neque parentes mei post obitum meum audeat falsi-* C *ficare dictum sigillum meum; sed volo, & mando, quod per me, & hæredes meos habeat dictum monasterium meum defensionem; etiam si forte aliquis tentaverit, vel mutaverit præsens meum privilegium, aut contrafecerit in præmissis, vel in aliquo præmissorum modo, & forma, prout superius est expressum; contra præfatum monasterium de la Gitala sit, & esse debeat maledictus à consubstantiali Trinitate, & habeat blasphemias à centum, & octo Sanctis Patribus, & erit, & esse debeat expulsus à futura, & cælesti vita. Per quod ad majorem cautelam, & roboris firmitatem cum deliberato meo* D *consilio, & voluntate sigillavi, & tibi Gerasime venerabili Abbati prædicto confirmavi de mense, & indictione præmissis ab initio mundi 6601. & signatum fuit de meo mandato à Ruberto de Aucero genero meo, & Antonio de Lamensi meo notario. Rogerius Comes Calabriæ, & Siciliæ.* Quod quidem privilegium an 1510. 15. Aprilis 13. ind. inventum est penes F. Paulum Mirapontem Generalem Vicarium Archimandritatus, transumptatum in actis quondam Nicolai de Luca Messan. an. 1379. 5. Martii 3. ind.

Exemptio personarum inhabitantium in oppidis Italæ, & Aly. Jurisdictio etiã temporalis penes Abbatem in locis.

E De aliis Abbatibus, qui à Monachorum ejusdem instituti Capitulo eligebantur, & ab Archimandrita confirmabantur, nullam invenio mentionem in regiis libris, nisi ex occasione de sequentibus.

2. *Fratri Petro Abbati SS. Petri, & Pauli de Gitala* Fridericus III. Rex creationem officialium omnium oppidorum Italæ, & Aly sui juris demandata In lib. Prot. ann. 1390 fol. 387. 1360.

3. *Fr. Gana Abbati* uti submisso, & subdito Archimandritæ Martinus Rex suis litteris Prot. 1397.
F anno 1393. f. 59. præcepit solvere portionem florenorum mille sibi competentem

4. *Cardin. Barensi Commendat. Abbati* à Rege electo nec istos proventus solvendos, nec obedientiam præstandam à Monachis decrevit Archimandrita. Sed Rex Martinus datis litteris Randacii 18. August. 6. ind. anni 1398. ejusdem Prot. anno 1398 f. 68. perscribit Juratis Messanæ, ut omnes monasterii redditus Cardinali tribuant, monachis verò die 24. Aug. ejusdem, ut Cardinali, & non Archimandritæ obediant. Eodem sanè anno cùm ab Abbatis procura-

Primus Abbas Commendat.

curatore electus fuisset Capitaneus Aly oppidi A juris Abbatiæ; Messanenses Jurati contendentes suæ esse jurisdictionis hanc capitanei electionem, litteras à Rege dat. 22. Octob. 7. indict. in sui favorem exoraverunt, quibus suffulti Capitaneum creaverunt. Sed libellis de antiquo jure Abbatiæ ab eodem Abbatis Procuratore Regi datis, per litt. 17. Sept. 1401. In Cancell. eod an. fol. 15. revocatur Capitaneus ab Juratis Messan. electus; eligiturque novus ab Abbate Cardinali de quo sæpè mentio habetur in lib. Cancell. an. 1406. fol. 97. Post successit B

Electio Capitanei juris Abbatis.

5. *Fr. Leontius de Clementia, sive de Clementiis* patria nobilis Messanensis, religione Basiliensis, atque Abb. monasteriorum S. Gregorii de Gypso, S. Mariæ de Mili, & S. Eliæ de Ambula. Vir fuit magni nominis, doctrinæ, & dexteritatis. Hunc coadjutorem Archimand. Honup. an. 1419. invenio. Mox litem intendit adversus Archim. Fr. Luc. de Busalis de spolio sibi facto feudi S. Stephani de Salutio, in Cancel. an. 1419. fol. 488. & an. 1422. f. 326. & in Reg. Mon. f. 1421. Sed nescioquarè Clemen. adhuc vivente, huic monasterio præficiatur C

6. *Fr. Leontius Chrysafius* [a] in commendandam, dum S. Gregorii de Gypso Abbatem Titularem agebat, sed in proprietatem

a In Protoc. ann. 1418. fol. 118.

7. *Fr. Joannes de Campulis* vir nobilitate notus Siculus, Rege Alphonso, datis Neapoli litt. 25. Maji 5. ind. anno 1457. volente, & PP. Calixto III. Romæ 9. id. Martii an. 2. pont. confirmante, Prot. lib. 1457. f. 414. Hujus Abbatis ad ann. 1460. notitia habetur, Lib. secr. eo an. fol. 118.

8. *Fr. Leontius Chrysafius* iterum ex ordine senatorio Messan. Basilianus [b] cum Jacobo de Tudiscis Archiepiscopo Messanensi contendebat ann. D 1461. de jurisdictione constituendi Archipresbyterum, aliosque Sacerdotes in oppidis Italæ, & Aly tamquam in loco nullius Diœcesis, & sui juris; hac de caussa suos Basilienses monachos constituit. Archiepiscopus verò more antiquo suorum prædecessorum (ut ait) ad se spectare id providere in sua diœcesi. Quarè post tres monitiones Chrysafium excommunicationis gladio, affixis in valvis januæ Cathedralis (ut vocant) Cedulonibus, percussit. E contrario Abbas iste Archiepiscopum eodem feriit gladio. Hanc contentionem Papa Pius II. scriptis Tebaræ id. Aug. E 1461. pont. an. 3. lib. secr. 17. Feb. an. 1461. fol. 112, litteris demandavit Archiepiscopo Panormitan. atque Novelluci's Abbati. Qua de re latiùs nos lib 3. not. 2. Messan fol. 359. Interim Abbatiæ S. Gregorii de Gypso præerat, & an. 1468. Archimandritatui cujus fuerat Vicar. Gener. ut in tabul. Abb. S. Greg. & nos supra.

b Idem.

9. *Fr. Peregrini* Abbatis hujus Monasterii fit in Archimandritatu mentio ann. 1462. F

10. *Fr. Joannes Gallus Messan.* ordinis Prædicat. vir sanè omni scientiarum genere, & negotiorum peritia clarissimus, ut in lib. 3. Episcopatuum [c] simul ac ejusdem instituti Abbas SS. Petri, & Pauli de Agrò à Sixto IV., Sum. Antistite per Bullas Romæ 14. Kal. Decemb. an. 1468. Insecr. an. 1469. 21. jan. fol. 30. ob Chrysafii promotionem creatus, mox ad eundem Pontif. à Prorege Orator destinatur; ne quædam Apostolica rescripta, à fratribus Conventual., & de Observantia S.

c In not. Eccl. Catanen. & Cephaled. eo tempore

Franc. obtenta, executioni in Sicilia darentur in Secr. 3. ind. f. 120. & 5. ind. fol. 108. Anno verò 1473. sedem Episcopalem Cephal. assecutus est.

11. *D. Alphonsus de Aragonia* ex alio Alphonso Archiep. Cæsaraug. notho Regis Ferdinandi II. filius, facta à Sixto IV. Romæ Kal. Junii dispensatione [d] ad quæcunque obtinenda beneficia, qua suffultus an. 1491. Detrusensis an. 1494. Danuensis etiam Episcopus fit, & per litteras avi Regis ejusdem dat. Segobriæ 5. Sept. 13. ind. in Prot. 8. Jan. 1495. Prot. anno 1491. f. 176. non solùm à Regiis collectis eximitur, sed anno 1500. suæ Abbatiæ privilegia maximè in caussis civilibus, & criminalibus (quatuor exceptis pœnæ mortis, mutilationis membrorum, relegationis, seu deportationis, ac applicationis bonorum, quæ ad Strategum Messanensem spectant) confirmantur per litt. Proregis dat. Panormi penult. Maji 3. ind. Prot. anno 1500. f. 103. An. 1510. 7. April. 13. ind. hujus abbatiæ primævum Comitis Rogerii privilegium exscribendum in lib. Prælat. Siciliæ fol. 372. fategit, Archiepiscopali Tarraconensi dignitate exornatus, an. 1514. è vita excessit.

d In lib. Prot. 8. Iulii 5 in eo an. f. 155.

Cognitio caus. civil & crim.

12. *Fridericus Spatafora*, patre Jacobo Spatafora nobilissimo Messanensi fuit in hujus monasterii possessionem immissus ex litt. Regis Ferdinandi II. Neapoli 10. April. in Prot. 10. Aug. xi. ind. cum spe successionis ad beneficia vacatura, confirmante PP. Leone X. Viterbi 4. id. Octob. pont. an. 2. fol. 1514. Interim

13. *Antonius Mudurra Valentinus* Regius Sacellanus à Carolo Rege per litt. in Methyna Campi 15. Martii 1514. offertur eidem Leoni X. eum qui Romæ idibus Janu. pont. an. 2. Lib. Proc. an. 1515. f. 11. Iulii 3. ind. fol. 620. & in Reg. Canc. f. 914. admisit. Quare de vero utriusque Abbatis titulo certatum est, & die 12. Aug. 5. ind. 1517. in Prot. eod. an. f. 159. in favorem Friderici rescriptum Apost. executioni datum est. In Curia verò Romana die 19. Novembr. 7. ind. 1518. Prot. 9. Novemb. 1519. fol. 214. pro Antonio contra Fridericum declaratum est. Iste Fridericus possessione orbatus, rebus Regiis Romæ se objecit; inde in Siciliam reversus mandato Hectoris Pignatelli Proregis à Vincentio Arcana Barone S. Philadelphi Strategi Messanensis capitur anno 1523. & tanquam regiæ Majestatis proditionis reus sub custodia carcerum traditur [e] Mudurra ergo suæ Abbatiæ fruente possessione [f], incolæ oppidorum Aly, & Italæ à tempore obitus Regis Ferdinandi II. eximi à potestate Abbatis conabantur, quarè adversus Abb. Procurat. insurrexere Alyenses.

e Maurol. l. 6. f. 190. & Bonfigl. p. 2. l. 2. f. 49.
f In visitat. Vincent. Venti 1564.

14. *Antonius de Crasso Hispanus* Regius Capellanus, ante Abbas S. Eliæ de Ambula, unà cum sedis vacantis proventibus, datis regiis litt. 1. Sept. 4. ind. an. 1546. in Prot. fol. 259. hujus succes.

15. *Ludovicus Sanches Panormit.* Regni Protonotarius, Ludovici Sanches patria Cæsaraugustani, & Siculi Regii Thesaur. filius onere tamen annuam aureorum 200. pensionem solvendi Fr. Octaviano Præconio Siculo (fuit post Archiep. Panor.) Episcopo Monopolitano Sanctio ex regiis litt. Lib. prot. an. 1517. fol. 388. ad quæcunque beneficia vacatura in Sicilia spes conceditur. Fuit Canonicus nostræ Regiæ Capellæ S. Petri de Palatio, inde Metropolitanæ Panorm. Abbas

bas simul S. Eliæ Troynensis, atque S. Mariæ A Roccadię. Mortalitatem exuit 10. Octob. an. 1549. ibid. anno eod. fol. 120.

16. *Joannes Osorius de Sylva* Diœcesis Toletanæ de ordine S. Jacobi de Spata, ac simul Abbas S. Philippi Grandis [a], quam quidem Abbatiam, ac simul Archipresbyteratum S. Beltrani Malaz. Diœc. ob resignationem Guillelmi Funda Gebennensis diœc. à PP. Julio III. anno 1553. obtinuit. Sed Rex electioni Osorii assensum non præstitit; elegitque

a In hoc lib. & not. 11.

1553.

17. *Antonium de Vegha Hispanum* Palentinę Diœcesis, Ioannis de Vegha Siciliæ Proregis germanum fratrem per litt. dat. Bruxellis 10. Febr. 11. ind. anno 1553. unà cum sedis vacantis proventibus à die obitus prædecessoris Sanches; & bullas Romæ Kal. Octob. anno 5. pont. Julii III. sal. 1554. Prot. 14. Mart. 13. ind. 1. 1555. f. 311. onere solvendi annuam pensionem 200. aureorum Episcopo Monopolit. In reg. secret. eo anno fol. 106. Mortuo anno 1558. Antonio, successit

18. *Petrus de Aragonia, & Tagliavia* civis, Archiepiscopus atque Cardinalis Panormitanus, de quo satis in lib. not. Pan. fol. 179. Regia ex præsentatione. In Prot. anno 1558. fol. 519 Cui anno 1559. defuncto sufficitur

1559.

19. *Hieronymus de Brancis fortibus Panorm.* claro sanguine ortus, Capellanus Regius, ex Abbatia de Agrò ad hanc transfertur una cum sedis vacantis redditibus, atque annua pensione trecentorum aureorum, solvenda centum scilicet Antonio Cancellario Nicosciensi (fuit post hic Archiep. Messanensis) centum Fratri Mariano * Episcopo Trebiensi; totidemque Antonio Pharaonio à sacris Regiis (iste præsulatum Cephalædensem, post Catanensem tenuit) datis Bruxellis litt. Regis Philippi II. 27. Junii 2. ind. 1559. Prot. 28. Octob. 1560. f. 130. & aliis Toleti 18. Martii 1561. Prot. ann. 1561. fol. 445. & rescriptis Papæ Pii IV. Romæ 3. idus Julii, & 10. Kal. ejusdem pont. an. 1. sal. 1660. [b] eodem Rom. Pont. indulgente natalitiis illegitimus, atque simul retentioni Archipresbyteratus oppidi Myrthy (quem ab an. 1555. ob Antonii de Flore resignationem imploraverat ex lib. secret. anno 1555. fol. 4.) Hic Abbas apud Regem conquestus de gravi pensionum onere, non sine suæ Abbatiæ præjudicio aliquot prædia in territorio Castri Joannis sita concessit [c] anno 1581. decedens unc. 507. de spolio reliquit.

* Mariano, succenti,

b ibid. 19. Sept. f. 31. & fol. 60.

c In Visitat. Amph. sent. Reg. Concess.

20. *Antonius Perrenotus Frandrensis Borgogna* Presbyter Cardinalis [d] *Granvellanus*, sive *Granvela* nuncupatus, Episcopus Attrabensis, de Senioris, seu Status nostri Regis Concilio, primò Regni Neapolis, post Supremi Italiæ Concilii Præses, Generalis ditionis Hispanæ de rebus fidei Quæsitor. Vir sanè præ cæteris doctrina, & dexteritate insignis, non solùm hujus Abbatiæ proventibus ditatur, sed à dandarum regiarum solutione eximitur: datis Hisipponæ litt. 30. Julii, anno 1582. Prot. 29. Novemb. 11. ind. 1582. fol. 477. Quo mortuo in Hispania an. 1587. 15. ind. in regium Siciliæ thesaurum ex spolio illius unc. 364. allatę sunt.

d electus à Pio IV.

1561.

Exemptio à regiis collectis.

21. *Joan. Vincentius Gonsaga Mantuanus* S. Jo. Hierosol. eques, Diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Cosmedin. post Presbyt. S. Alexii, electus Abbas à Philippo II. Rege apud S. Laurentium Escoriales 18. Sept. 1587. & confirmatus à Sixto V. Romæ 8. id Novemb. pont. an. 3. in Prot. 28. Jan. 1. ind. 1588. fol. 146. & f. 157. Fato an. 1591. functus est. („ Iste Joannes Vin„ centius Panormi exortus ex Ferrante Gonza„ ga Molfetæ Principe, Siciliæ Prorege, mu„ neribus, dotibusque inclaruit. De eo J. Ant. „ Petramellaria in continuat. ad Panvinum f. „ 371. Ciaconius Oldoini to. 4. fol. 67. & erudi„ tiss. J. Marius Crescimbenius in hist. S. Marię „ in Cosmedin fol. 178. 232. aliique.)

1587. 18. Sept. 6. ind.

22. *Io. Baptista Castructius Savonensis* Archiepiscopus Teatinus, Presbyter Cardin. In Ara Cæli, deinde SS. Joannis, & Pauli, ab eodem Rege Philippo cum onere annuæ pensionis aureorum mille Cardinali Matthæi offertur Clementi VIII. anno 1593. In Reg. Can. eo an. fol. 63. & 65. & lib. 2. ind. 6. fol. 539. Vix duorum annorum spatio proventibus fruitur; obiit enim an. 1595.

23. *Paulus Pharaonius S. T. D.* ex proceribus Messanensibus natus, à Sacris Regis Philippi II. cujus litteris in reg. Canc. an. 1597. ind. 11. fol. 169. & 177. cum onere ejusdem pensionis Cardinali Matthæi ad hanc evectus est dignitatem: mox defuncto eodem pensionario, lucratus est omnes redditus suæ Ecclesiæ. Sed cùm clare agnovisset maximum detrimentum sibi ex divisione mensæ suæ à Monachali fuisse illatum, litteras regias Matriti 8. Febr. 1599. Canc. eo Maii 11. in fol. 161. pro restitutione Proventuum obtinuit. Paulus tot redditibus auctus facilè Episcopalem Sedem Syracusanam anno 1619. tenuit.

1597.

16. ... Febr. 11. ind.

24. *V. I. D. Philippus de Haro Hispanus* nobilissimæ stirpis antiquitate, vitæ integritate, litterarumque peritia præclarissimus, multis Regiis exornatur muneribus: Visitatoris in Mediolanensi Ducatu post Regentis in Supremo Italiæ Concilio; per litt. in cœnobio Bethleem 15. Junii 1619. Prot. 23. Jan. 1620. f. 72. cum sedis vacantis redditibus, atque onere solvendi annuam pensionem aureorum 300. Licentiato Petro Picazo, jam ætate confectus Matriti 16. Nov. 1621. mortem subivit.

1621. 4. Decemb.

25. *Petrus de Gusman Hispanus* ex primaria gente, sed ex privilegio * Siculus Prot. anno 1593. 7. ind. fol. 605. sub Prorege Siciliæ Comite Olivarensi, cujus erat nepos, ac germanus Comitis Osedæ, præsentatur, datis in Pardo Regiis litt. 23. Dec. 1621. In Prot. 29. Nov. 1622. unà cum sedis vacantis proventibus. Vir planè magni nominis, primùm de Ordinum Concilio, post Supremi Concilii Granatensis Præses, Matriti die 7. Novembr. 1623. lucis usuram amisit.

* etiam ejus fratre rGil... par. 1

26. *Andreas Pacheco Hispanus* ex antiquissima, atque illustrissima Marchionum Villenæ prosapia, Rege Philippo IV. per suas litt. simul cum sedis vacantis redditibus dat. 21. Apr. offerente, & PP. Urbano VIII. per bullas 10. Kal. Decemb. pont. an. 2. sal. 1624. confirmante. In

Privilegium Regnicolæ obest Siculis.

1625. 5. Maji In Canc. 8. Martii 1625. fol. 162. & 170 Prot. fol. 171. & 208. Post multa præclarissimè gesta & honoris, ac dignitatis gradus Episcopat. Conchensis, & Generalis de rebus fidei in Hispanicis Regnis Quæsitoris; ætatis annus 84. Matriti sub 1626. ejus mortalium operum postremus fuit.

27. *Didacus Riquisens Panormit.* ex illustri 1627. Comitum Buscemæ familia, Antonii Primi Pantellariæ Principis filius, Sacer & intimus aulicus Regis Philippi IV. mox ab eodem Rege an. 1628. ad Archimandritatus Messanensis dignitatem evectus, inde simul & Archepiscopali Carthaginiensi exornatus est, ut nos in not. prima hujus IV. lib. („ Decessit Episcopus Mazariensis, ut in ea Notitia.)

28. *Jo. Hippolitus Aldobrandinus* Diaconus Cardinalis tit. S. Eustachii, S. R. E. Camerarius, Rege Philippo IV. volente, ab Urbano VIII. 1635. 16. Maj. confirmatur Romæ 12. Kal. Decemb. 1634 sui pont. an. 12. in Secret. Regni 15. jan. 1635. In registe. Bellaceræ. Post tres annos, 27. Junii an. 1638. Romæ obiit.

29. *Carolus ex Ducibus Florentiæ Cardinalis* * *de Medices*, non obstante alternativa; cùm alternis vicibus ad Siculos spectaret, ex litt. Regiis Matriti 11. Julii an. 1640. in Canc. 2. Jan. 9. ind. 1641. f. 129. Hinc etiam Abbas S. Mariæ 1641. 1. Mar. Roccamadoris ordinis Cisterciensis ex litt. Cæsaraug. 11. Augusti in Canc. 4. Jan. 1645. fol. 83. („ Obiit Florentiæ Cardinalium Decanus, 19. „ Junii 1666. Consule Oldoinum ad Ciaccon. to. „ 4. f. 437. Battaglinum in Annel. an. 1666. n. 8.

* Electus ab Urb. VIII die 2. Decemb. 1615, sub tit. S. Nicolai in carc. Tull. post Episc.

„ 30. *Aloysius Gulielmus Moncada* Panormitanus S. R. E. Card. abbas etiam S. Michaelis de „ Trayna, ut in ea notitia diximus, hanc etiam „ Abbatiam obtinuit: an. 1669. à regiis dandis, ac donativis eximitur, ex lit. datis Matriti 7. Octob. 1669. exscriptis Panormi 7. „ Januarii 1670. Fato cessit Matriti 4. Maii „ 1672.

„ 31. *Ludovicus Emmanuel Fernandez Portocarrero* S. R. E. Card. Anno 1672. hac Abbatiâ „ auctus est: at anno 1678. ad Archiepiscopalem Toletanæ Ecclesiæ sedem evectus, hanc „ dimisit.

„ 32. *P. D. Joseph Boccadifuoco* Platiensis Ord. „ Clericorum Regularium, Concionator egregius, anno 1680. hac Abbatia insignitus est „ ex bullis Apost. datis Romæ 14. Kal. Decemb. „ 1680. exscript. Panor. 14. Jan. 1681. in reg. „ Canc. eodem anno f. 18. Anno 1684. electus Episcopus Mazariensis, senio confectus onus „ subire noluit; obiitque eodem anno Panormi „ 18. Julii. De eo Biblioth. Sicul. *to. 1. f. 374.*

„ 33. *Aloysius Benavides* nobilis Hispanus „ Comitis S. Stephani, Siciliæ & Neapolis Proregis filius, ex apost. lit. 7. febr. 1684. in off. „ Prot. f. 70.

„ 34. *Emmanuel Benavides* præcedentis, ni „ fallor, frater, ex bullis datis Romæ 8. sep. „ 1694. In offic. Prot. f. 14.

„ 35. *Raymundus de Villacis Manriquez de* „ *Lara* Hispanus, electus ex regiis litteris 11. „ sep. 1705. exscriptis Panormi 10. Febr. 1706. „ Possessionem adeptus est 31. Martii ejusdem „ anni.)

Hujus monast. antiquissimum templum Teutonicæ structuræ, undique malis aureis, aliisque amœnissimis arboribus consitum, & fluentibus in circuitu aquis luxurians, has tenet SS. reliquias, *Fragmentum salutiferæ Crucis, Os Stephani Protom. ex digito Eustachii, Os Joannis Eleemosynarii.* Olim fuerat pervetustissimum Oratorium Eremitarum Ordinis Carmelitani sub tit. Sanctæ Trinitatis, & adhuc magna est in veneratione primæva imago ejusdem Trinitatis, tribus faciebus depicta: estque Ecclesia parochialis.

Abbas à prima institutione Monachus Basiliensis Archimandritæ Messanæ suffraganeus ad an. 1420. inde Commendatarius ex Regis Siciliæ presentatione, & pontificia confirmatione. In Regni generalibus colloquiis 17. votum profert. Subest spolio, & regiis collectis.

Est Baro oppidorum Italæ, & Aly, cum facultate creandi officiales, in temporalibus jurisdictioni Strategi Messanæ; in spiritualibus verò non illius Archiepiscopo, sed Archimandritæ, quasi Episcopalem jurisdictionem habenti parent incolæ.

Annui proventus, deductis oneribus an. 1625. erant unciæ 1500. an. 1633. secundæ ind. unc. 1550. an. 1635. sed vacante etiam unc. 1560. Videlicet proventus oppidi Italæ, arbores sycomorum, jura domorum, aliquot parvi census, duo obuli ex qualibet sericarum libra, Baliatur, Quinquagesima bonorum, quæ in oppido venduntur. In oppido Aly tria Tapeta oleorum, Olivetum, plures census parvi, stabulum, seu fundacum, jura domorum, Gabella ponderis sericarum, Decima animalium, Quinquagesima bonorum, quæ ibidem venduntur, Gabella Magistri Notarii. In oppido Condronis anno quolibet Sagamata 13. tritici, & 7. hordei. In Tauromenio quidam terræ tractus. In regione Galli quoddam prædium. In Civitate Castri Joannis ex quodam terrarum tractu quatuor Cantaria Caseicavalli, tot hydriæ mellis, & tt. 24. Proventus;

Onera. Pro Ecclesiæ fabricis, & ornamentis unc. 40. Onera;

Pro seminario unc. 30.

Pro jure visitationis unc. 6.

Pro Regiis collectis unc. 90. 1. 7.

Pro collectis Regni unc. 40. 25. 7. Sunt omnes unc. 206. 26. 14.

Monachi Basilienses, scilicet septem Sacerdotes, & tres clerici, qui quotidianis horis more græco decantandis assistere, ex regiæ visitationis decreto, tenentur. Hi ab ann. 1589. separatam habent mensam unc. 193. per Brutum Farnotum, Deleg. Apost. sub die 15. Sep. 3. ind.

Ecclesiæ suffraganeæ sunt: *S. Venera in oppido Itala. S. Maria de Boscoin oppido Ady.*

NO

NOTITIA DECIMAQUINTA

SS. PETRI ET PAULI DE AGRO, OLIM DE AGRILLA.

CUm noster Magnus Comes Rogerius sui belli triumphales Duces Apostolorum Principes semper agnovisset, à dominatus Siciliæ initio prima Basiliani monasterii ad horum honorem fundamenta ejecit juxta fluvium Agryllæ in aspris rupibus oppidi nuncupati *Fortilicii de Agro*[a], quod hodie 352. lares, & 2081. incolas recenset, ab alio Savocæ p. m. 1. & ab Urbe Messana 24. abest. Sed adversus ingruentes Barbaros ad victoriam assequendam accinctus, hoc sacro opere imperfecto relicto, illoque sub religiosissimi viri Gerasimi regimine commendato, illuc evolavit. Nec Rogerius II. paternæ pietatis æmulus, Abbatisque hujus precibus permotus post genitoris annos 16. permisit, quin propriis opibus ad summum culmen monasterium non produceret, illudque patrimonialibus possessionibus, atque ampliori cœnobitar. conventu non exornaret.

[a] Bonfigl. in histor. Sic. fol. 49.

Ita quidem autographum adhuc in tabulario ejusdem cœnobii litteris Græcis ab anno mundi 6625. sal. 1117. exaratum, atque à Constantino Lascari Constantinopol. 26. Feb. 8. ind. 1478. in Latinum translatum[b] enucleatiùs declarat. Id ego mox vobis dabo, quod datum est primo Abbati

[b] In lib. Privil. Siciliæ fol. 364.

117. 1. *Fr. Gerasimo*, quem fortasse eumdem, ac SS. Petri, & Pauli de Itala tantæ sanctitatis, ejusdem nominis, & ordinis fuisse Abbatem non ambigimus.

Rogerius in seipsis successionem pro splendore vitæ, & æterna beatitudine insinuavit. Unde bonæ memoriæ mei genitoris Comitis Rogerii hæres constitutus, & majori honore ab altissimo Deo dignatus satis studui divina ejus opera prosequi: maximè cùm communis mors, & immatura eum rapuisset, plurima monasteria in Regno Siciliæ ab impiis Saracenis ruinâ passa penitus destructa remanserunt. Unde à Messana proficiscens Panormum magna comitante caterva nostrorum militum, & nobilium, in Scala Sancti Alexii reperi in divino templo venerabilem magna virtute virum, monachum residentem, & à multis laudatum dominum Gerasimum, qui cum honestate, & reverentia Majestati nostræ humiliter supplicavit, ut daremus eidem adjutoriũ, ac facultatem exigendi, & reædificandi monasterium situm, & positum in fluvio Agrylla; quod quondam fuit nominatum in nomine Principum Apostolorum Petri, & Pauli; ac etiam providere dignaremur pro vita monachorum congregandorum ad laudem Omnipotentis Dei, & ad memoriam perennem meæ Majestatis. Hujus verò petitionem, & supplicationem, tamquam omnipotenti Deo placidam, & animæ meæ perutilem libenter, ac grato animo suscepi jussique Thesaurario meo dari ipsi impensam sufficientem pro monasterio reædificando: qui cùm recepisset, statim cum maxima diligentia, ac summa solertia, Deo favente, ad perfectionem reduxit, viresque virtuosos monachos, & clericos,

Laudes Abbatis Gerasimi.

Antiquum monast. reædificatur.

A *congregavit, & monasterium de integro constituit & ut spiritualiter vivant, & ne sint dediti mundanis curis, quibus ab officio divino alienentur, introitum certorum fundorum in prædicto flumine Agrylla donamus prædicto sancto monasterio; cujus termini ita se habent, & incipiunt à mari fluvii Agrylla ascendendo per eumdem fluvium usque ad vallonum capitis Nasida Sancti Honufrii. Inde ascendendo per eundem vallonum, & ferit in serram sitam super Pitariam, illincque descendit usque ad caput magne talamurda sita super membracchium, & ferit ad vicum monachorum. Illincque ascendit per serram ex Occidentali parte de Schavri, & ferit ad fluvium Agrylla, illinc transit per eumdem fluvium usque ad Cannaverium, & ferit ad serram de Calatbaimes. Et ascendit per eandem serram, & ferit super quandam serram de Aloga. Illinc finit ad Cancellum, inde descendit ad fluvium usque ad mare & procedit per boream mare mare usque ad fluvium Agrylla, unde initium fecimus. Igitur infra hujusmodi terminos, qui sunt montes glandium, pascua animalium, campi culti, & inculti, arbores fructiferæ, & infructiferæ, fluxus aquarum ad conficienda molendina, & barsinderia, & alia ad apta. Donavimus prædicto monasterio, ut habeat penitus libera, & exempta ab omni molestia, & turbatione aliqua. Præterea donamus prædicto monasterio vicum Agrylla positum infra prædictum terminum cum omnibus hominibus in ipso habitantibus, ut faciant servitia necessaria monasterio, ubicumque sint, & ab eis poscere debitum servitium, videl. angariam, schavriscam pro effodiendo, metendo quilibet dietas vigintiquatuor, in seminando quidlibet par boum duodecim dies, & duas gallinas in festivitatibus Nativitatis Christi, & Paschæ, decimam omnium caprarum, & porcorum suorum; & judicari, & condemnari sub dominio Abbatis monasterii, & potestatem habere super eos, & cùm in delictis inciderint, & ligandi, & flagellandi, & in compedibus manendi, reservata tamen pœna homicidii Curiæ nostræ Majestatis. Sint præterea iidem homines in principalibus festivitatibus Nativitatis, & Resurrectionis Domini nostri JesuChristi obnoxii & obligati facere penit., & omnino venationes pro amore spiritualium amicorum monasterii; & præcipuè in pretiosa festivitate SS. Apostolorum Petri, & Pauli. Similiter ex debito in omni ministerio, & servitio, ac etiam in tempore vindemiarum quilibet afferat unum circulum pro vegetibus ipsius monasterii. Sint ergo ex nunc & monasterium, & ejus villa homines liberi, & exempti ab omni portatione lignorum pro ædificatione murorum, & arcis; & ab omni altera questione, & molestia. Præterea præcipimus, ut prædictum monasterium annuatim habeat, & consequatur ex piscatione Oliverii octo barrilia tonninæ, & habeat barcham liberam ob omni vectigali, & solutione in omnibus portibus totius Siciliæ, & in tholomo Messanæ tam per terras, quàm*

Confinia donationis Comitis Rogerii.

Donatio Vici, seu pagi Agryllæ, nunc de Agrò.

Onera incolarum.

Potestas Abbatis super incolas.

Alia onera oppidanorum.

Olim homines incolæ tenebantur ad ædificationem murorum, & arcis.

quàm per mare; & omnia, quæ deferuntur, & efferuntur pro monasterio, sint penitus libera. Præterea volumus animalia ejusdem monasterii pascua habere per omne territorium terræ Tauromenii, & terræ Trabynæ libera, & exempta. Præterea donamus eidem monasterio Eccl. Sancti Theodori de Ambre, sitam, & positam in territorio Tauromenii sic terminatam: incipit à scala à vallone Brittuni & ascendit per eundem vallonum, finit in buccolio, & illinc ascendit per vallonum de Sanida, & finit ad ariam de Piscarina. Illincque ascendit per serram serram, & finit super plectrum. Illincque descendit per Traccola, & finit ad vallonum Thimoniata, illincque descendit per vallonum, vallonum, & finit ad Aconim, illincque ascendit per vallonum Castania & finit ad rubeum collem ad serram. Illincque descendit per Orientalem partem ad scalam de Schamoti ad cancellum, illincque descendit per Cymam ferri, & finit ad scalam de Victuma super Trapesium, illinc descendit per serram, serram ad lapidem rubeum, ad scalam de Brittuni, unde initium fuit. Igitur omnia loca domestica, & agrestia sita, & posita infra prædictum terminum, præterea sint pro dicto monaster. ad operationem, & utilitatem ejus in glandibus. Igitur hujusmodi termini volumus, quòd monasterium pasceret centum porcos, & haberet sine ulla molestia à nostris officialibus; & ita perpetuè pascere. Similiter donamus à fluvio Cantera in territor. Schagi locum, & territorium, ut monasterium possit ædificare molendinum, & habere possessionem aquæ ab eodem fluvio perpetuè, & absque aliquo impedimento. Similiter campos sitos, & positos illic, qui ita terminantur, & incipiunt à prædicto fluvio à scala de Schagi, & ascendunt per viam Regiam usque ad fluvium de Granitis; inde descendunt ad fluvium della Cantera, & ascendunt per fluvium ad scalam de Schagi, & ibi includuntur. Hæc superiùs annotata concessimus, & donavimus perpetuè prædicto monasterio SS. Apostol. Petri, & Pauli de Agrò. Et si quis contra prædicta præsumpserit, nostram, & nostrorum hæredum, & successorum indignationem patiatur, & pro declaratione, & affirmatione prædictorum, præsens sigillum est datum in mense Octobri anno 6625. ind. 9. Cœterorum subsequentium Abbatum nomina non lego; sed tantum.

Eccles. S. Theodori in Territorio Tauromenii.

1202. 2. *Fr. Pauli Furfulli*, sub cujus regimine Rex Fridericus I. hoc cœnobium ab anno sal. 1130. [a] Archimandritatui subjectum, eidem an. 1202. univit.

[a] Hoc supra.

1390. 3. *Fr. Ancelinus*, qui cum alterius ejusdem ordinis monasterii S. Salvatoris de Placa esset Prior ex nova unione fuit simul & hujus conventus Abbas. Prot. lib. anni 1408. f. 1. Ei sufficitur

4. *Fr Barnabas* antè etiam ex Bonifacii IV. concessione Prior S. Georgii de Trocculis, cui Martinus Rex in suis litt. sub an. 1398. Prot. eo an. fol. 80. sic loquitur: *Cum in nostro Regno, & potissimùm in Valle Damonis pax, & tranquillitas sit, decet, ut affectu dictus locus de Agrò regatur, gubernetur, & tueatur per Abbatem ipsius, &c.* Quarè usurpatam à quibusdam rebellibus oppidi jurisdictionem, ac regimen Abbati jure optimo restituit. Obeuntis Barnabæ spolia Lucas Archimandrita de more assecutus est. [b]

Regimen oppidi per Abbatem.

[b] Supra ad ann. 1414.

5. *Fr. Barsanophrius de Comite* ex monasterio Basil. Xiglio in Calabria huc per regiam Alphonsi præsentationem Cæsaraugustæ 23. martii 1425. in Canc. ult. julii 3. ind. f. 470. transfertur. 1414.

6. *F. Filogatum* successisse ad Abbatiam de Mili habes in Pr. 1447. f. 70.

7. *Fr. Simoni de Blundo Panormit. ord. Prædicator. S. T. D.* Rex Alphonsus per litt. in Castro novo Neapolis 23. Maji an. 1446. in Prot. eo an. f. 2. & Canc. f. 425. Abbatiam concedit, & *Terram, & Fortilicium de Agrò*. („ Fuit etiam „ Simon Quæsitor de rebus fidei in Sicilia, & „ 15. Octob. 1454. Archiepiscopus S. Severinæ, „ Ughell. t. 9. Ital. Sac. f. 484. & Fontana in „ Theat. Dom. par. 1. f. 98. & 330.) Post quatuor an.

Ex Regia præsent etiam Monachi. Hinc commendatarii Abbates.

8. *Fr. Bessarioni Græco Constantinop. Basiliensis ordinis & Protectori Presbyt. Cardin.* de eo satis in Archimandrit. Dat. in Casali Arni 23. April. anno 1450. & ex PP. Nicolai V. bullis in Prot. f. 108. & Cancell. f. 297. Sed mox Rege assentiente, scriptis litt. Puteolis 20. martii 1452. cessit Abbatiam

9. *Petro Cardinali Columna Romano*, eodem suffragante Pont. Romæ 15. Kal. april. pont. an. 6. Prot. f. 310. Cancell. f. 258.

10. *Fr. Jacobum de Mili* voluit Rex Abbat. sed respuit PP. Cœlestinus III. Prot. ann. 1457. f. 50. fitque deinde Mili Abbas S. Salvatoris de Placa ejusdem ordinis.

11. *Angelus Stayti* ex ordine Senatorio Messanensis simul ac Capellanus Major in Sicilia. Prot. lib. an. 1478. f. 69. Sed sufficitur eodem ann.

12. *Fr. Joannes Gattus Messan.* ordinis Dominicani, vir magnæ doctrinæ, & nominis, æstimationisque apud Cardinalem Nicœnum: fuit simul Abbas SS. Petri, & Pauli de Itala [c], sine tamen Regis assensu; nam per hæc tempora hujus monasterii Abbatem legimus 1463.

[c] In ea aet.

13. *Fr. Ægidium seu Gilum Romanum* ex nobili genere *Messanensem*, qui in sui monasterii bonum, exoratis à Prorege litteris Catanæ 15. decemb. in lib. Secret. an. 1460. f. 77. & fol 164. à Pirrucchio Joenio barrilia decem tynninæ ex Tynnaria Oliverii repetiit. An. 1478. 15. julii ind. 11. apud patriam agens, primævum diploma fundationis, ac dotationis suæ Abbatiæ sub an. mundi 6625. ind. 9. ex græco idiomate in latinum à Constantino Lascari transferendum curavit lib. Procl. f. 364. Post Gili obitum an. 1480. Prorex Gaspar de Spes die 15. julii 13. ind. ibid. ann. 1480. fol. 365. Abbatem suum fratrem *Joannem de Spes* elegit. Eam non admisit electionem, sed aliam successori exhibuit Rex Ferdinand. II.

14. *D. Alphonso de Aragonia* sub notho filio, ut ex litteris apud Proton. lib. ann. 1489. fol. 50. Anno verò 1488. ex paterna facultate in successoris gratiam resignavit.

15. *Joannis de Spes Hispani*, Raymundi Regii Camerlinghi, filii, & Gasparis Siculi Proregis fratris, Rege assensum præstante primæ electioni Reg. Canc. lib. 1490. f. 749. & Prot. f. 287. interdiu nomine Joannis monast. regebat F. Thomas Belluchius Basiliensis: constat ex lit. dat. Hispali 31. mart. 1490. exscrip. in Prot. 3. julii 8. ind. an. ejusdem, quæ ad ann. 1492. usque suum sortitæ sunt

effe-

effectum, lib. Prot. an. 1492. f. 69. Anno verò 1506. 19. Decemb. Regi suum cessit jus Joannes.

16. *Martinus de Gurrea Regius alumnus* Martini de Gurrea de Plomar de Baronia Argatiesso filius eligitur à Ferdinando II. in Castellonovo
1507. 17. April. Neapolis 30. jan. an. 1507. Prot. eo an. 17. apr. f. 208. Hic an. 1510. 8. martii x111. ind. suæ Ecclesiæ dotationis privilegium in lib. Prælatiarum Siciliæ f. 364. exscribendum fategit. An. 1334. in Regno Aragoniæ ad Episcopatum Oscensem & Pactensem evectus est.

17. *Ferdinandus de Villanova Valentinus* Reg. Sacellanus ex Angelo de Villanova Reademiæ Prorege natus ob nominationem Caroli V. Toleti 2. maji 1534. & confirmationem Pauli III. Romæ 6. id. jan. pont. an. x1. Prot. 15. apr. 8. ind. f. 295. suum in Hispania an. 1559. clausit diem.

1560. 18. *Hieronymus Brancifortius Siculus* equestris ordinis Sacerdos aulicus R. Philippi II. patroni per rescriptum Romæ Kal. feb. Pii IV. pont. an. 1. Prot. eo an. 5. aug. 3. ind. f. 519. Mox aliam ejusdem ordinis, & tituli de Itala abbatiam obtinuit. Sede Abbatiali vacante Monachi absque novi Abbatis facultate quendam terrarum tractum Joanni Antonio Finochio ad emphyteusim concessere. In lib. Secr. 1561.

1562. 19. *Marianus de Manno Siculus Saccensis* vir maturæ virtutis, magnæ litterarum peritiæ, Episcopus Tricariensis per litt. ejusdem Regis dat. Bruxellis 27. junii 2. ind. onere tamen solvendi Antonio Cancellario Siculo Nicosiensi (fuit iste post Archiepisc. Messanæ) annuam 100. aureorum pensionem, & Pii IV. Romæ x1. Kal. Feb. Prot. 27. feb. 5. indict. 1562. f. 317. Iste tam de jurisdictione pervetusta in suos incolas oppidi Agrò, quàm de officialibus ibidem creandis adversus Juratos Messanæ, ultimo april. anno 1562. sententiam est consequutus.

20. *Vincentius la Farina Siculus Politiensis S. T. D. ex antiquissima Senatoria familia Baronum Aspri-Montis* Capellanus Regis Philippi II. à quo primùm Canonicus Metropolit. Ecclesiæ Panor. de Eremitis ob Thomæ Calvi Messanensis cessionem, datis Aravonz litt. 12. maji 1571. in Prot. ult. julii 14. ind. f. 461. anno 1576. simul & Abbas S. Salvatoris de Placa; deinde hujus monasterii, cum aureis 400. in auxilium expensarum bullarum dat. Romæ idibus octob. ann. 7. pont. Gregorii XIII. ut liquet in Prot. 7. jan. 7. ind. 1579. Canc. Reg. 7. junii 1578. f. 49. & 134. constituto ad possessionem procuratore Jo. Baptista la Farina suo fratre. Obiens an. 1583. ind. 12. uncias tantùm 30. ex spolio reliquit in lib. Conserv. eo an.

21. *Alexander Glorierus Hispanus* die 25. martii 14. ind. 1586. per procuratorem, hujus Abbatiæ adeptus est possessionem. Post cujus obitum.

22. *Michael Zara, & Ingarus Syracusanus*, dum apud Regiam Secretariam in *Hispania* scriptoris fungeretur munere ab ann. 1596. ad S. Eliæ de Ambula ann. 1604. Rege Philippo III. etiam concedente aureos 300. ex sedis vacantis proventibus, per litt. in Valle Oleti 8. april. in Canc. eo. ann. f. 339. ad hanc

A ejusdem Basil. instituti pinguiorem evehitur abbatiam. Panormi degens, à Cæremoniis Proregis Ducis Feriæ, atque in Regno deputatus fuit. Unde semper ad an. 1612. cùm è vita decessit, à Monasterio non recessit. Ex spolio unciæ 180. repertæ sunt.

23. *Didacum Salvaterram Hispalensis diœcesis*, Abbatem Ecclesiæ Collegiatæ Ossunæ, cujus Dux 1613. 20. Octob.
dum in Sicilia Regis vices agebat, Regi obtulit eligendum, ex lit. Matriti 20. aug. 1612. &
B bullis cum dispensatione ad utramque Abbatiam, Romæ 3. nonas junii pont. Pauli V. an. 9. in Prot. 17. Sept. 12. ind. Proton. 17. Sep. 12. ind. 1613. fol. 20. & 23. & Cancel. fol. 12. & 18. Hic nunquam vidit Siciliam, eoque mortuo an. 1641. 16. maji Regia Curia possessionem habuit Abbatiæ.

24. *Carolus de Neapoli, & Barresio Panorm.* 1641.
ex utroque parente præclarus genere, Patre 1. jan.
Hieronymo primo Principe Resuttani, equite
C S. Jacobi de Spada, ex eo nepos Josephi de Neapoli Regentis supremi Concilii Italiæ, Ducisque Campi belli, matre Elisabetha Baresia Baronum Petræ, ex litt. regiis, („ 7. Sept. 1641. „ in offic. Prot. f. 192.) & bullis Urbani VIII. Romæ 28. Sept. 1641. Cancel. 22. Novemb. 10. indict. an. 1641. f. 34. cum dispensatione ad ætatem annorum 11. in quibus asseritur valorem esse 47. florenorum auri in libro Cameræ Apostol. („ Decessit anno 1697.

„ 25. *Petrus Regius* Panormitanus, Stephani Regii Campifloridi Principis, & Doroteæ
D „ Branciforti filius, Philosophiæ Doctor, sanguinis claritate, animique dotibus insignis: „ Abbas electus ex bullis datis Romæ idus Junii „ 1697. exscriptis Panor. 11. Julii ejusdem anni. In „ Reg. Cancell. f. 63. & Prot. f. 94. Fuit etiam „ Abbas S. Mariæ de Pedali, & etiam primus Abbas S. Joseph Pisani, quam Abbatiam fundavit Andreas Regius Episcopus Catanensis „ pro secundogenitis Principum Campifloridi, „ ea conditione, ut Romæ inter Prælatos vive- „ rent. Romam adiit Petrus anno 1699. ibique
E „ Jurisprudentiæ ingenii vires egregiè admovit; „ & inter Referendarios utriusque signaturæ Ju- „ stitiæ recensitus est. At cùm ejus Doctrina, di- „ lucida mens, & morum integritas Clementi „ XI. satis innotuissent, ab eodem gubernandis „ civitatibus Faventiæ, Reatis, Sabinæ, Fabriani, & Fani successivè adhibitus est. Ea laude hæc obiit munia, ut magnam sui expectationem excitaverit. At ex nimia animi contentione contracto morbo, Romam repetiit & „ veniam exoravit, ut in patriam regressus fra-
F „ ctam valetudinem instauraret; ea tamen conditione veniam obtinuit, ut statim resumptis „ viribus Romam rediret, jam ad altiorem dignitatem designatus. At ingravescente morbo 17. Novembris 1709. vivere desiit magno „ cùm bonorum dolore; & in Ecclesia Societatis Jesu sepultus est.

„ 26. *Nicolaus Judice* Neapolitanus ex Principibus Juvenatii, Francisci S. R. E. Cardinalis nepos, ex regiis literis 25. Januarii „ 1710. ex bullis apostolicis 30. Aprilis ejusdem „ anni, exscriptis Panormi 17. Junii hanc obti-

„ obtinuit Abbatiam, cujus possessionem est adeptus eodem die 17. Junii. A Benedicto XIII. P. M. Cardinalis Diaconus tit. S. Mariæ ad martyres creatus 11. Junii 1725.

Ab initio hujus Monasteri Abbas Monachus Basiliensis suffraganeus Archimandritæ ad an. 1446. fuit. Inde Commendatarius ex jure patr. Regis Siciliæ cum Sedis Apostolicæ confirmatione. In Regni colloquiis 23. sedet loco. Est Baro, & Dominus cum potestate creandi officiales in oppido Fortiæ de Agrò; sed in spiritualibus ordinariam, & quasi episcopalem exercet jurisdictionem Archim. Templum præfulget pervetustum ab an. mundi 6686. sal. 1178. sacro linitum oleo, ubi hæ Sanctorum Reliquiæ magno sunt in honore: *Petri, & Pauli Apost, Blasii M. Nicolai Myrensis Episc. Luciæ V. & M. Dominici Confess. Pantaleonis M. Ursulæ V. & M. Pancratii M. & Barbaræ V. & M.*

Proventus.

Annui census sub Visitatore Francisco Puteo an. 1588. & an. 1614. ind. 12. erant unc. 500. videlicet *ex Feudo dicto S. Alesii ad oram maritimam. ex Bagliatu oppidi Forza de Agro, ex feudo dell' Abbatia ex feudo dicto S. Joannis in agro de Cessio. ex Oliveto cum Trapeto, ex nemore Forcia, ex decimis victualium, pecudum, & molendinorum, ex quinquagesima omnium bonorum stabilium, quæ venduntur in oppido Agrò, & ejus territorio, ex censibus parvis in dicto oppido, & Casalis Gallidori, & Casalis Veteris.*

Onera.

Onera verò, quæ singulis annis ex his deducuntur; sunt pro victu, & vestitu monachorum unc. 101. sed ab an. 1598. mensam habent separatam. *Pro fabricis, & ornamentis Ecclesiæ unc. 23. Pro cultu divino unc. 9. Pro custodia Castelli S. Alexii, situati in sublimi Colle juxta mare unc. 13. Pro dandis Regiis unc. 6. 23. 14. pro dandis Regni unc. 3. 12. Pro festo SS. Petri, & Pauli unc. 5. Pro jure Archimandritæ unc. 5. 21. Pro mercede porterii unc. 2. 24. Pro mercede Carcerarii Forzæ unc. 2 ad summam unc. 171. 24. 14. Pro Abbate igitur reliqua sunt unc. 328. 9. 6.*

Tam pro administranda animarum cura, quam pro horis Canonicis Græcè canentibus sex inserviunt Basilienses monachi.

Omnes Ecclesiæ oppidi Fortalitii, ac illa hodie diruta S. Theodori in agro Tauromeni Abbati subjiciuntur.

NOTITIA DECIMA SEXTA

SANCTÆ MARIÆ DE GALA.

Quam primùm anno circiter 1060. Rogerius Magnus noster Comes Messanam oppugnavit, eodem militum exercitu, Deo auspice & conterminam Mylis regionem contritis hostibus cepit. Tunc adjecit animum, ut collapsa sacra templa, maximè Græcorum cœnobitarum erigeret. Mox in græco pago *de Gala*, latinè *de Lacte* nuncupato, pervetustum S. Dei Genetrici dicatum, renovandum, augendum prædiis, atque suis Basiliensibus monachis commendandum decrevit. Sed rebus bellicis implicitus an. 1101. morte deletur. Quarè præclarissima Comitissa Adelasia ex Rogerio vidua cum filio suo Simone, an. mundi 6613. sal. 1105. ne tanti viri vota frustrarentur, in colle hodie ab oppido Castri Regalis * 2. p.m. distante, nova jecit fundamenta hujus monasterii, locupletissimisque auxit prædiis, ut diplomata Regis Rogerii: alterum an. mundi 6650. 1. martii 5. ind. & alterum an. 6653. 6. novemb. 8. ind. græca, in latinum idioma an. 1439. transtulit Abbas Philippus Ruffo, quæ in lib. Præl. Siciliæ fol. 612. & 627. exscripta invenies.

* Castrum regale ex plurium pagorum teliquiis an. 1330 Rex Fridericus II. condidit Fazell. dec. 1. lib. 9. fol. 203.

1105.

1. *Fr. Arnesio ejusdem Basil. ord. Abbati* confirmationem donationum concedit his verbis.

* Lib. Prælat. Siciliæ f. 612. & 627.

Rogerius * *in Christo Deo pius, potens, & Christianorum adjutor. Quoniam nostra providentia convenit omnia negotia ad melioritatem reducere; atque decet potiùs omnes divinorum templorum differentias cum sollicitudine reformare, & in ipsa pacifica consistentia amplius roborare; deinde quidem jubemus, ut omnia sigilla, sive privilegia Ecclesiarum, & cæterorum fidelium nostra Potentia confirmentur. Unde in sexto novemb. die, ind. 8. anno 6653.* * *me in Civitate Messana existente in omni pace, & tranquillitate; sermone quidem omnipotentis Dei servato, cum omnibus Baronibus, & Principibus nostræ Potentiæ, pervenisti coram nobis in Deo dilectissimus dominus Arsenius Abbas Monasterii supradicti Sanctæ Dei Genitricis de Gala, demonstrasti nobis sigillum seu privilegium semper recolendæ, & beatissimæ nostræ matris, bullâ plumbeâ habens annum 6613. & petisti à nobis, ut firmaremus, & renovaremus ipsum: tenor continentiæ talis est.*

* alibi legeno mundi 6652. 9. Sep. ind. 7.

Privilegium Comitissæ Adelasiæ.

Divinis sanctionibus sacrarum rerum consentiens meus vir dominus Rogerius Comes, & ad me firmum fore, vel ipse beatus novit construere Civitates, & erigere Ecclesias, ac viris dilectis piis, & justis credere Sacerdotibus, dico omnibus reverendissimis, & sanctis Deo gratis Monachantibus, prout divinum innueris cantibus spiritualibus glorificare, & manifestè honorabiliter ut antè. Propterea exposuit mihi Nicolaus Caplinga, seu Camerarius discursum proficiscentis dom., & patroni; nunc autem & filii mei dare & locum, & benedicentium monachorum residentiam ad Dei gloriam, & diligentium filium meum, & obedientium Monac. nostris, firmavi, ut in sibi in Milatii partibus templum erigere nomine Dei Genitricis; super nom. de Gala defundam.; in quo quidem jacet designatio cujusdam veteris Ecclesiæ, & videntik. apparet designatum, & dominis monachantibus consissum, & hodie apparet. Unde ad nutrimentum, ac ministrationem ejusdem monasterii in ordine, ac termino, & utilitate, seu monachorum necessario, & ad preces Camerarii filii mei divisa sunt loca: sicut incipiunt. Eaque quidem sancto Monasterio nostro data sunt eorum collateria sic: ab Oriente flomarella dicta Mustach, seu clariùs Agaranite. A Sycomoris in quo-

Comes Rogerius designaverat monasterium.

Termini rerum concessarum Monast.

quodam loco Campidemi; ordinavimus stare; ac A *Orutem in ipso immisceri, & ascendit illuc aqualiter subtus fontem, qui est in Sellida Dromi, & descendit vallis, vallis, ac redit ad Orientalem partem subtus magnos lapides rupis, & caussat rivum, & cadit ad rivum Gala, ad partem Orientalem, & illinc transis ad Montis pedem dicta Gala, ac redit ante speluncam Sancta Venera,* * *& illinc redit ad flomariam, & ascendit ipsa flomaria usque ad magnum lapidem spelunca, crista crista usque ad dictam Ecclesiam, & illinc ascendit crista usque secus Sellidam magnam, qua est* B *super sanctum Monasterium, & illinc descendit à parte Occidentis ejusdem Sellida certa deorsum ad flomariam Mustach, & descendit ipsa flomarella ad Sycomoros, in qua sunt termini positi, & concludit ea, qua data sunt inter terminos positos pralibatos. Firmavi quidem omnes terras, ac nemora cum glande inter omnes dictos terminos. Non habet aliquis ex patrimonio, vel emptione, seu aliter producere quasi palmum terra, qua libera est tota sancti Monastarii, & volumus ex nunc sit fore usque ad speculorum diffinitionem. Rursus da-* C *mus potestatem monachis hospitari intus prafatos terminos positos, homines liberos, & villanos S. Monasterii habitare, & etiam ipsos homines liberos ab angaria, perangaria, & maragmata urbium, & castrorum, ac omnibus daciis. Donationem hanc solùm ostendere, & servire prafato S. Monasterio: Adhuc volumus habere potestatem secundum diem aberrare pradictum S. Monasterium judicare, & condemnare prafatos homines de omnibus maleficiis secundum eorum delicta; hoc autem solùm observantes ratione Majestatis nostra, & ha-* D *redum, & successorum nostrorum, homicidium, & proditionis culpam, qua ipsis Monachis secundum divinos Canones, & leges judicare non convenit. Catera autem jura habere, tenere, & dominari pradictum S. Monasterium, sicut per nostrum Potentiam dominabatur. Etiam affirmamus, & dedimus pradicto S. Monasterio & paludes, seu pantana Gatiri; omnia quanta quidem integra, & libera pascua pro animalibus S. Monasterii. Adhuc do in Milacii portu bonam fabricationem, seu oratorium pro Ecclesia S. Principis* E *Straticoti Michaelis cum terris suis, sicut jugeris unius. Affirmavi autem, & S. Euplium, seu Oppidum, qui est in Milatii Insula cum omnibus jurisdictionibus suis, & terris, sicut jugerum trium cum ibidem jure majori. Similiter confirmo ad Sanctam Dei Genitricem de Oliverio cum omnibus jurisdictionibus suis, & terris, sicut jugerum trium. Similiter ad Sanctum Philippum confirmavi cum juribus, & terris suis, sicut terra jugeris unius. Dono autem & ad flomariam Romerii molendinum unum. Similiter dono pradictis* F *monachis facere ad flomariam pradictam molendinum unum ubicumque voluerint loco nostri Regni. Similiter dono & terras dicti Marci omnes quanta sunt. Item damus potestatem monachis facere in flomaria Sancta Encia molendinum unum in quocumque loco nostri Regni voluerint. Similiter damus locum situm Barvaris totum, & integrum cum omnibus juribus suis, ut nutriant Monachi apes. Habeant autem potestatem monachi piscandi in Milatii tenimento cum omni doctrina, ubicumque voluerint liberè. Et similiter volumus pro monasterio ex dicta Tonnaria Milatii tonnina dolia XV. sine prohibitione. Similiter dono & in partibus Castellionis situm locum, seu terlogum existentem, & confinantem juxta Placam pro terminis deliciarum manifestis. Incipit sic: ab Oriente torrentis descendens ad dromum de Casario, seu Pecudo in telano, & ostendit ipsum torrentem usque ad serram Taremi, & usque ad montem rotundum, & illinc transit ad dromum, seu viam publicam, descendentem super Placam, & vadit ipsa crista usque ad flomaria summitatem dicti montis, & descendit usque ad Nocaria torrentem, & revolvit intus pradictos terminos positos. Habeant potestatem monachi hospitari homines liberos, & esse ipsos homines liberos: sicut, & pradicti, & facere molendina ubicumque voluerint, & dominari ipsis, velut Potentia nostra dominabatur. Confirmo autem & nemus, quod est in medio pralibato terminorum pradictorum cum terris. Adhuc volumus omnem potestatem monachis piscari liberè in Tauromenii marina, seu ubicumque voluerint. Item damus S. Pantaleonem, qui est in Portu Quisoy, ut habeant ibidem habitationem monachorum cum barca; qua piscari debeant. Similiter quicquid habent monachi exire à portu Quisoy, & solvere usque ad molam portuum liberè quidem ipsa & non gravari ab omni consuetudine, & jure maris. Similiter à portu Milatii ingrediantur, & egrediantur ubicumque voluerint barca sancti monasterii, non impediantur à nostris potentatibus, vel dohaneriis maris. Adhuc volumus ipsos habere potestatem exeundi à Civitate Messana qua sunt ad eorum opus sine prohibitione, ac liberè. Similiter donamus hominibus S. monasterii pascua habere, & volumus sine impedimento in omni nostra terra, & in omnibus nemoribus nostris.* In istis autem attribuimus ipsi sancto monasterio ac villanos christicolas, quorum nomina sunt hæc: Filiæ Ephimiræ &c. cum 45. aliis. * *Agarenos Ysses Tauromenii* cum aliis 20. * *Unde ad superfluam fidem, ac prasentis scripti stabilitatem, fecimus vobis fieri prasens sigillum, seu privilegium, & dari, mense & indictione pramissis. Itaque videntes vestram petitionem justam fore, innuentes vestra petitioni, fecimus vobis dictum sigillum, seu privilegium renovari, & in prasenti nostro sigillo, seu privilegio rescribi. Hac autem superius dicta de dicto sigillo beatissima matris nostra sancto monasterio data jam plenius desumuntur, & confirmamus, & roboramus, ut superius distinguitur per prasentes ad sanctitatem, & deprecationem vestram. Propterea, quòd sint pacificè, & quietè perambulantes munimine nostrorum genitorum, & propriè sint requiescentes, & salvi, ac nos à Deo progmiamur omnipotente. Quicumque autem aliquo tempore pradicta & à nobis confirmata, & corroborata mutare voluerint vel contendere, vel ad minus redigere, quòd omnino non audiantur, sed habeant repulsam, & indignationem nostra Potentia, ac nostrorum heredum, & successorum, tanquam hostis, & transgres-*

* antiquum specus S. Veneræ.

Potestas habitandi homines sine aliquo gravamine subditos tantum Abbati.

Templum S. Michaelis in porta Milatii, & S. Eupliі.

Item S. Maria de Oliverio & S. Philip.

XV. dolia tonninæ ex tonnaria Milatii.

Item S. Pantaleonis in porta Quixo.

* ut in autographo per extensum.
* ibidem.

gressor nostrorum praeceptorum. Scripta mense, & indictione praemissis † *Rogerius Pius, potens Rex, & Christianorum adjutor.*

Ecclesia S. Nicolai juris Galae.

1160. 2. *D. Barthæ Abbati S. Mariæ Dei Genitricis de Gala* idem Rex in Urbe Panormo agens per privilegium dat. 1. Martii 5. ind. ann. mundi 6650. terminos, seu confines terrarum S. Nicolai juris ejusdem monasterii de Gala dividendos concedit. In diplomate testes subscribuntur: *Xinophius de Mauritania. Guillelmus de Mauritania. Leoni Humilis nomine patris sui. Condestabulus Devimeo. Humilis; ..... Mulio de Principe. Emphusus*, Guillelmus filius Condestabulus. * Humilis nomine Basilius, & nepos. Nicetta filius filii Gregorii. Guidus Beatus de Aversa. Rans filius Joannis de Tragyna. Olympius Pisang.*

* An iste fuerit filius Regii Rogerii, cum an. 1161. obiisset.
* Hic forte Guill. 1. post Rex.

1236. 3. *N. Abbas Galæ, & Decanus Ecclesiæ Messanensis* in privilegio concessionis pallii à Gregorio IX. Summo Antistite Landoni Archipræsuli Messanensi subscribitur in lib. nostro I. not. 2. ad an. 1236.

1413. 4. *Nicodemus Basilianus* cuidam Abbati defuncto à PP. Gregorio XII. per bullas, Rege volente, sufficitur lib. Capib. f. 66. Sed hanc Nicodemi electionem ad se spectasse Fr. Honufrius de Busalis uti Archimandrita & sibi omnimodam obedientiam præstandam contendebat, ad id hortabatur Infans Joannes secundò genitus Regis Ferdinandi I. cujus vices in Sicilia gerebat, scriptis Panormi litteris 1. Junii 8. ind. 1415. in Cancell. eo an. f. 32. & nos supra. Obedire tamen recusavit Nicodemus.

1431. 5. *Fr. Leontius Vivilacqua Basil.* eligitur à Rege Alphonso & ab Eugenio IV. Pont. confirmatur in Canc. an. 1431. f. 259. Iste suo studio primum Abbatiæ hujus privilegium ex græco in latinum die 8. Martii 3. ind. an. 1439. ab Abbate Philippo Ruffo in eo idiomate peritissimo transferendum, * atque à Rege confirmandum sategit, lib. Præl. fol. 622. An. 1453. Regius Sacellanus designatur lib. Prot. fol. 106. An. 1461. apud Vicarium Archimandritæ Bessarionis aliquibus criminibus accusatur; sed cùm sibi injustè illatum esse crimen diceret coram Prorege, ea caussa Archiepiscopo Messanensi demandata est lib. secr. an. 1461. fol. 16. Ob hujus obitum Prorex datis Panormi litteris 20. Septembris 5. ind. 1471. lib. secr. an. 1471. fol. 31.

* In actis Not. Joannis de Marco Mess.

6. *Fr. Petrum de Clementia Ord. Prædicatorum* voluit Abbatem. („ De eo Fontana in „ Theat. Domin. c. 6. f. 331.)

7. *Fr. Honuphrius de Busalis Messanensis Basil.* fortè alterius Honufrii, qui ab an. 1410. fuerat Archimandrita, nepos à Papa Sixto IV. per Apostol. litt. Romæ 6. nonas Octob. pont. an. 1. sal. 1471. F. Petri electionem non approbante, confirmatur, lib. R. Canc. eo an. f. 218. Sed dum in humanis esset Honufrius,

1475. 8. *Antonius de Gardinis Prothon. Apost.* & à Regis nostri Joannis secretis, ab eodem Rege donatur hac Abbatia. Quarè magna exorta est lis inter Honuphrium ex pontificia collatione, & Antonium ex regia præsentatione. Prorex sanè regiæ favebat, asserens constare *ad id temporis 36. Abbates à Regibus electos extitisse.* Obiit interea an. 1475. mense aug. 9. ind. Honuphrius, & per lit. Proreg. Catanæ 5. Sept. ejusdem anni Gardino data est possessio. Prot. eo anno fol. 19. Quoniam autem per hæc tempora Sixto IV. sine regio consensu, concedente, *Antonius de Lignamine* Monasterium S. Angeli de Brolo ordinis quoque Basil. possidebat; ne juripatronatus inferretur præjudicium: re optimè à Ludovico de Mendoça Tertaliæ Comite Regio Oratore apud Sedem Apost. composita; Antonius cessit Regi Abbatiam Broli, quæ anno 1486. ab eodem Rege confertur de Gardinis lib. Prælat. fol. 463. Hæc verò Abbatia Galæ isti de Lignamine. Dum hæc Romæ agerentur, sciens Prorex monasterium hoc vacasse; habita ratione ad expectativam omnium beneficiorum in Sicilia vacantium (sic Rege Ferdinando II. jubente) concessit

9. *D. Alphonso de Aragonia*: qua de re certior factus Rex, huic suo filio præcepit abbatiam hanc cedere, ob alterius S. Angeli de Brolo cessionem Cancel. an. 1486. f. 250.

10. *Antonio de Lignamine nobili Civi, Decano, & Canonico Mess.* Hic plura etiam in diœcesi Syracusana à Sixto IV. exoraverat beneficia, quibus ab Episcopo diœcesano privatur; sed per latam an. 1493. lib. Regiæ Mon. f. 671. sententiam, restituta una cum expensis fuere. An. 1510. 16. Martii 13. ind. Galæ prima privilegia ex græco in latinum translata in lib. Prælat. Siciliæ fol. 612. exscribenda curavit. An. 1513. ob rerum agendarum solertiam ascitus est in patriam Archiepiscopalem sedem. De eo plura diximus ibidem lib. 1. not. 2. fol. 367. 1487.

11. *Didacus Herrera V. I. D. Cæsaraugustanus* Reginæ Germanæ Ferdinandi II. secundæ uxoris Sacrista Major, eodem ab Rege per lit. Valle Oleti 20. Feb. 1513. oblatus in Prot. anno 1513. fol. 377. & à Leone X. Romæ 8. Kal. Maii pont. an. 2. sal. 1514. Prot. 16. Junii 2. ind. fol. 417. admissus. Ab an. 1510. iste fuerat Capellanus Major S. Luciæ de Milacio cum beneficio S. Philippi. Abbatiam hanc an. 1538. resignatam Carolus V. uti Siciliæ Rex concessit 1514. 20. Junii.

12. *Joanni de Urrea Cæsaraugustano*, viro ex præclaro genere, & à sacris Regis; datis Toleti litt. 18. April. 12. ind. & Bullis Papæ Pauli III. in Monte Falcone 7. Kal. April. pont. an. 4. sal. 1538. Prot. 16. Sept. 13. ind. 1539. f. 3. Hic apud Valentiam semper vixit, anno verò 1545. eam cessit dignitatem, & sufficitur Didaci predecessoris nepos 1538.

13. *Michael Herrera* etiam *Cæsaraugustanus*, eques ordinis Calatravæ, Caroli V. jussu in oppido Antuerpiæ 2. Decemb. 1545. & Papæ ejusdem suffragiis Romæ nonis April. pont. an. 12. sal. 1546. Prot. 21. Junii 5. ind. 1547. f. 468. Sed mox ea se exsolvit abbatia, & datur ab Imperatore 1545.

14. *Ludovico Sanchez Panormitano* Regni Protonotario. Post cujus obitum anno 1551. conceditur 1546.

15. *Antonio Vegha Hispano* Joannis Veghæ Proregis Siciliæ germano fratri; ita scripsit Carolus V. Bruxellis 10. Feb. 11. ind. 1553. in Cancell. 13. Aug. 1553. fol. 552. Huic sufficitur

16. *Mi-*

a Prot. eod. an. fol. 133. 1577.

16. *Michael Herrera Hispanus* [a] alterius Michaelis ex fratre nepos. Iste quàm plurima suæ Abbatiæ jura, prædecessorum incuria deperdita, scilicet jura trium piscium, quæ debeantur quolibet anno ex Tynnaria magna Milatii an. 1580. ab Jacobo Maria Saccano Montis Fortis Barone tunc ejus Tynnariæ Domino compensanda satagit [b]. Post cujus obitum 13. Decemb. 14. ind. 1585. spolium unciarum 59. inventum est.

b Lib. Visit. Dinelli in Conserv.

17. *M. Jacobus Caffarus Siculus* ordinis S. Dominici fit Abbas, & post biennium successori cessit.

1585.

18. *Sylvestro Maurolyco Messanensi S. T. D. & Reg. Capel.* viro patritio, rerum gestarum gloria, & doctrina præclaro; Francisci Abbatis Maurolyci cognomento celeberrimi Mathematici ex fratre nepoti, tunc in minoribus constituto, facta à Sixto V. Romæ 5. idus Martii 1586. dispensatione in Cancell. 28. Apr. f. 1587. quibus in Apost. litteris habetur: *Abbatem habere jurisdictionem quasi Episcopalem in oppido Gala*, & litt. Regiis cum onere solvendi Abbati prædecessori cedenti aureorum 400. pensionem annuam. Maurolycus pro libris Abbatiæ datis remuneratus est aureis 500. ut videre licet in lib. Protonot. 25. Octob. 3. ind. 1598. [c] & à Rege Philippo II. lit. 10. Aug. 1588. cohonestatur titulo Capellani, ac familiaris. Præclara typis dedit *Mare Oceanum Religionum*, & alia, quæ recensemus in illius vita, cùm de S. Mariæ Roccamadoris ord. Cisterc. Abbatia, ad quam an. 1592. translatus est, agemus.

Jurisdictio quasi Epis.

c Fol. 913.

19. *Joannes Baptista Paravicinus Januensis* Presbyter Card. tit. S. Apollinaris cum eodem onere pensionis Magistro Jacobo Caffaro solvendæ in Cancell. eo an. fol. 359. Sed Regia munificentia, non autem alio jure Philippus III. Rex scriptis Matriti 1. Feb. 1600. & exscriptis in Canc. 26. April. 1606. 13. ind. fol. 119. litteris, Cardinalem à collectis Regiis exemit. Anno 1610. mortalitate Paravicini expleta, hanc obtinuit dignitatem

1614. 1. Octob.

20. *Petrus de Luna, & Lacerda Siculus Bibonensis* ex Bibonæ Ducis illegitimo thoro, ætatis tunc annorum 12. utrique defectui indulsit Paulus V. sui pont. an. 7. eodem Rege intercedente Matriti 3. April. 1612. Prot. an. 1614. 17. Junii fol. 327. in florentissima ætate apud Barcinonem die 2. Decemb. 1617. actum est de eo.

1619. 6. Augusti.

21. *Henricus Saureulx Canonicus Regularis S. Augustini ac Administrator domus Hospitalis Gallorum Matriti, genere Teutonicus*, à Sacello etiam Reginæ Margaritæ Austriacæ, à cujus viro Philippo III. cum aureis 400. præsentatur Matriti 7. Decemb. 1618. exigendis quolibet anno ex proventibus S. Luciæ de Milatio in Sicilia; confirmante Paulo V. Romæ 10. Kal. Maii pont. an. 14. in Proto. 20. Julii anno 1619. fol. 132. 258. 279. Dum apud Regiam Curiam ageret, è vita mense Decemb. 1633. sublatus est.

1636. 1. April.

22. *Petrus Testay V. I. D. nobilis Panormit. Reginsque Sacellanus*, quo in honorifico munere Philippo III. & IV. Regibus assiduum per annos 30. præstitit famulatum, primùm in Cathedrali Agrigentina Eccl. Decanatum primam post Pontificalem dignitatem obtinuit. Sed cùm alterum Regium Capellanum sibi posteriorem, in eam sedem assumptum vidisset, respuit illam, & ex proventibus dati sunt aurei 600. in subsidium per litt. Matriti 20. Junii 1631. Cancell. 15. Novemb. eo an. fol. 14. Post aliquot annos ad hanc Abbatiam simul cum Cantoria Metropol. Panorm. & aureis 800. pro Bullarum expensis evehitur, ex litt. Matriti 11. Octob. 1634. & Apost. Romæ 8. Julii 1635. Canc. 8. Feb. 1636. fol. 42. & 93. Hac sua sorte haud contentus, sub Episcopatus spe nunquam è Regia decessit curia, ibi gravi infirmitate, atque ætate gravatus mense Jan. anno 1640. moritur.

1640. 13. Decemb.

23. *Aloysius tit. S. Pudentianæ Cardinalis Cajetanus Romanus* [a] nostro Regi addictissimus, à quo primùm Abbatiam S. Mariæ de Roccadia, cujus, Urbano VIII. obsistente, tantùm censu, & non possessionem est assecutus, pòst per litt. Matriti 11. Julii 1640. in Cancell. 8. Nov. eod. an. fol. 26. hanc, & simul Cantoriam Panormi exoravit, sed eodem Pontifice negante, nec Cantoriæ iniit possessionem. Post cujus exitum Romæ mense April. 1642. die 5. Maii 10. ind. anni ejusdem Regię Curię nomine Secretus Castriregalensis redditus exegit.

a Electus ab Urb. VIII. 19. Jun. 1626.

1643. 1. Octob.

24. *Franciscus Gisulphus, & Osorius V. I. D. Panormit. Regiæ Aulæ Sacerdos*, ex matre Aleonora Osoria primaria in Hispania, tum ex patre Paulo Gisulpho haud secus in Sicilia nobilitate natus ex litt. Regiis dat. Cæsaraugustæ 11. Decemb. 1642. in Cancell. 19. Aug. 11. ind. 1643. fol. 22. fit Abbas. („ At anno 1650. ad „ Episcopatum Cephaludensem evectus, exin„ de an. 16. ad sedem Agrigentinam translatus „ est, ut in harum Ecclesiarum notitiis dixi„ mus.

„ 25. *Theodorus Card. Trivultius*, de quo in „ notitia S. Angeli da Brolo, hanc etiam Ab„ batiam obtinuit, ex litteris regiis datis in „ Cænobio S. Laurentii 24. Octobris 1650. In „ offic. Proton. fol. 336. Decessit anno 1656.

„ 26. *Carolus Reginus* Panormitanus Trivul„ tio sufficitur, ex regiis literis datis in domo „ Bonisecessus, *Buon. Retiro*, 12. Julii 1657. „ Proton. fol. 406. Ad Episcopalem sedem Ma„ zariensem transiit anno 1681. de quo plura „ in ea notitia diximus.

„ 27. *Balthassar Henriquez de Cabrera* His„ panus hac datur Abbatia anno 1681. Obiit „ anno 1713.

„ 28. *Petrus Sandoval, & Filingeri* Panor„ mitanus V. I. D. clar. genere exortus, Dida„ ci Sandoval Principis Castri regalis, & Mar„ chionis S. Joannis, & Antoniæ Filingeri ex „ Principibus S. Flaviæ filius, electus ex regiis „ litteris datis Matriti 15. Junii 1713. & bullis „ Apostolicis Clementis XI. 21. Octobris, ex„ scriptis Panormi 21. Decembris ejusdem anni „ possessionem adeptus est 9. Febr. 1714. Vivit.)

Hujus Cœnobii, in quo *B. Mariæ imago antiquissima, & affabrè depicta* populi frequentia semper colitur, Primus Abbas Titularis Basil. suffraganeus Archimandritæ, & sequentes ad annum 1477. Proinde Commendatarii

Rege

A Rege Siciliæ volente, & Romano Pontif. affirmante. Qui semper jurisdictionem quasi episcopalem, & animarum curam in oppido habuere. Sed hanc animarum curam jure ordinario ad se spectare contendit Archipresbyter Castriregalensis. In Regni colloquiis 24. proferunt votum. Dandis, atque spolio regiis subjacent.

Proventus. Annui Proventus *ex feudo S. Joannis in oppido Francavilla unc.* 154. *ex feudo delli Monaci in Civitate Minaei unc.* 285. 8. *Ex feudo Gala cum molendino unc.* 231. 10. in totum anno 1642. unc. 570. Sed in quodam M. S. invenio etiam *ex gabella territorii Tonella in planitie Milatii sal.* 46. B *tritici unc.* 83. 6. *ex territorio S. Mariæ de Lollicano juxta Furnerim unc.* 20. *ex Tynnis à Barone Montis fortis unc.* 18. *ex feudulo Sortavolo in planicie Milatii unc.* 10.

Onera. Onera. *Pro dandis Regiis unc.* 72. 6. 6. *Pro collectis Deput. unc.* 32. 12. 6. *Pro fabricis, & ornamentis unc.* 20. *Pro cera, & oleo unc.* 15. *pro jure buccillatorum Archimandritæ unciar.* 4. *Pro duabus Missis in sacello S. Joannis Francavillæ unciar.* 4.

Ecclesiæ suffraganeæ hodie fere dirutæ sunt: *S. Michaelis, & S. Euplii in portu Milatii; S. Mariæ in territorio Oliverii, & Furnari prope mare ad littus septentrionale S. Veneræ in feudo S. Joannis prope oppidum Francavillæ, S. Nicolai de Casali in medio feudo de Fula, S. Eliæ in dicto feudo, S. Theodori, & S. Zachariæ prope Abbatiam juxta feudum Maleradi.*

Hic octo monachi Basil. græcè divinum officium impendentes cum unc. 136. sed ab an. 1589. cum mensa separata, interesse debent.

NOTITIA DECIMASEPTIMA

SANCTÆ MARIÆ ANNUNCIATÆ MANDANIGHII.

1100. Fazel. decad. p. l. 1. f. 31.

DUM tyrannico Barbarorum jugo è Sicilia excutiendo, atque Reipublicæ antiquissimæ Christianæ augendæ totis viribus invigilaret noster Comes Rogerius, ab omnibus pœnè Regionis Messanensis conterminis, præsertim tutissimo Mandanichii pago (quod hodie 385. laribus, & 1058. incolis constat, distatque ab urbe 24. m. p.) Saracenos profugavit. In eo, ex voto nobilem Abbatiam Ordinis S. Basilii Divæ Virgini Mariæ dicatam erexit, prædiisque ac jurisdictionibus dotavit; dato diplomate græcè conscripto ab orbe condito 1608. 8. ind. sal. 1100. quod continetur in alio Regis Rogerii sub anno 6653. sal. 1145. & in latinum translatum in tabulis Notarii Jacobi de Joan. Messanensis an. 1437. legitur, sed confirmatur precibus

1. *Fr. Philadelphi Abbatis ejusdem Basiliensis Monasterii* sic:

Rogerius in Christo Deo, & potens Rex, Christianorum adjutor. Ad nostram pertinet Majestatem non solum curam habere de rebus Monarchiæ, verùm etiam divinorum locorum, & monasteriorum, in quibus Deus continuis orationibus, & cantibus celebratur; & ex illarum consideratione homines vigilantes, & spiritualia sæcularibus præponentes, fas est à maximo Deo recipiamus. Desiderans igitur Nostra Majestas omnem suam spem in Deo ponere, qui centuplum porriget benefacientibus, proposuit bene afficere monasteria sancta a nostris progenitoribus condita, gratia salutis animarum eorum, ut alimenta monachis data, & concessa integra, & perpetua conserventur; gratam quoque nostri, & nostrorum successorum manum copiosam, & adjutorium in perpetuum dare. Ergo privilegia omnia, & jura pertinentia ad eum cum benevolente amore, & charitate cupimus firma esse; & ut monachi ibi habitantes sine molestia, & peturbatione, & tentatione possint permanere: vitam quietam, & serenam degentes, circa divinas res penitus versantes, orantes, & canentes Deum pro nobis, & pro nostris successoribus. C *Ob hanc caussam piam præcipimus, mandamus, ac cupimus, omnia privilegia Ecclesiastica firma, & permanentia sint. Habitantibus in Civitate Messana cum Comitibus, Baronibus, & nobilibus nostris in omni pace, & adjutorio Dei, venisti, coram nobis Philadelphus Abbas S. Mariæ Mandanichii, & demonstrasti nobis privilegium scriptum anno 6608. ind. 8. datum à bon. mem. patre nostro Rogerio Magno Comite: affirmans omnia data, & concessa ab eo, prædicto monasterio, & solita sua bulla plumbea sigillatum; postulasti à nobis* D *ad majorem cautelam confirmari prædictum privilegium, & quæ sunt in eo. Quæ ita se habent:* Privilegium Comitis Rogerii Comitis Roanno 6608. *In primis incipit circuitus tenimenti, ubi ascendit flumen, & incipit vallonus Trisagii, sive Sanctæ Trinitatis per boream, & dat ad serram laterum, sive lapidum, & procedit per serram, & finit ad serram de scala, dicta la Schala di Lampheri. Illinc ascendit per serram occidentalem, & finit ad magnum montem de Cavallo. Illinc currit æqualiter & finit ad montem Turgi, & descendit per serram occidentalem usque ad solidam, sive foveam* E *magnam illinc descendit vallonus inferior ad flumen, & revertitur ad idem flumen per Austrum sive Xirocco, & finit ad alterum flumen per Orientem, illincque descendit idem flumen, & finit ad pedem montis lapidum illincque descendit idem flumen æqualiter usque ad junctium, & sic conducitur hoc prædictum tenimentum; prout circuitus extitit. Et campos, & montes cum glandibus in eo existentibus dedimus, & concessimus S. Monasterio S. Mariæ Mandanichii. Præterea concessimus licentiam monachis portare, seu adducere, &* F *adduci facere homines ad habitandum in dicto tenimento liberos, & exemptos ab omni angaria magazinorum, castrorum, & ab omni ædificio & dumtaxat attendere, & servire prædicto monasterio. Præterea volumus habere potestatem Abbatem prædicti monasterii judicare, & condemnare prædictos homines secundum delicta eorum, & hoc solum præservare nostra Majestati, & nostris successoribus, & hæredibus condemnationem proditionis,*

Termini donationis Comitis Rog.

Potestas Abbatis in incolas.

tionis, & homicidii, quæ ipsis monachis secundum divinas leges, & canones judicare non licet; catera verò omnia jura habere, tenere, possidere, & dominari. Quilibet habitator omni mense dare debet duos homines habitatores, per totum annum vigintiquatuor laboratores, & in festo Nativitatis Domini portare unum gallinam, & in Paschali; similiter & alia servitia monasterii facere sine pigritia; quemadmodum serviebant tua Majestati. Præterea dedimus, & concessimus prædicto monasterio Sanctum Nicolaum de Scamino, sive de Calco in grangiam cum suis campis ibi sitis. Igitur considerantes vestram petitionem justam esse, facimus vobis præsens privilegium, avovantes, & affirmantes paternum privilegium, affirmamus, ratificamus, & concedimus omnia, quæ superius scripta sunt: sperantes continuis orationibus vestris animas nostrorum progenitorum requiem æternam habituras. Nos quoque mercedem habemus ab omnipotente Deo secundum præceptum, quod accepimus à SS. PP. Urbano II. Diœcesanus casu venerit in monasterium, recipiatur, & gratia benedictionis habeat tres panes, & tres fabes vini. Nobis verò, & nostris successoribus porrigant fructus, & olera, & nihil plus. Præterea præcipimus nostris Forestariis, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Procuratoribus, & omnibus existentibus sub nostra potestate velint, & debeant conservare, & inviolabiliter custodire prædictum monasterium cum omnibus juribus, possessionibus, præeminentiis, privilegiis, juribus, gratiis concessis à nobis, & à bona mem. nostro Patre sine aliqua molestia. Siquis verò contrarium præsumpserit facere; nostram indignationem habebit, & ut inimicus, & transgressor nostri privilegii apparebit. Scriptum est, & sigillatum plumbea nostra Bulla, prima die Maii, anno 6653. ind. 2. datum tibi prædicto Philadelfo Abbati S. Mariæ Mandanichii.*

Onera incolarum.

S. Nicolaus de Scamino sive de Calco grangia.

Cæteros Abbates monachos non lego. Inter alia hujus Abbatiæ bona, feudum vocatum de Plano extabat, quod siquidem usurpatum fuerat; & ab Abbate N. hujus monasterii an. 1392. Prot. f. 117. an. 1392. Regis Martini jussu, suæ Ecclesiæ restituitur.

3. *F. Barchinosrius Basil.* cujus precibus has litteras Straticoto, & Juratis Messanæ dat. Catanæ ultimo Junii 11. ind. ann. 1402. Rex Martinus scripsit Prot. anno 1402. f. 68. *Cum ipsum Monasterium teneat, & possideat Casale Mandanichii, in quo nullus præter Abbatem ipsius monasterii officiales aliquos potest statuere, & ordinare, & vos dicti Straticotus, & Jurati dictæ Nobilis Civitatis Messanæ nitimini ponere Capitaneum in Casali prædicto, & non nullas alias indebitas novitates eidem Abbati, ejusque monasterio, & monachis fortè attentare in ipsorum præjudicium, & non modicam læsionem contra tenorem privilegiorum per divos retro principes prædecessores nostros eidem monasterio, ejusque Abbati, & monachis indultorum, & concessorum. Ideo ea inviolabiliter observetis &c.*

Soli Abbati est concessa potestas creandi Capitaneum, &c.

1415. 4. *Lucidus de Comite Diaconus Card. Abbas Com.* („ Obiit ex Ciacconio Ald. tom. 2. fol. „ 806. Bononiæ 9. Septemb. 1437.) Post cujus obitum.

5. *F. Leontius de Bignana, seu Vivelacqua ord. Basil. Abbas* à Capitulo Monachorum eligitur, & per litt. Regis Alphonsi 5. Maii 5. ind. anno 1425. Prot. an. 1425. f. 197. confirmatur.

6. *F. Filaredus Faxella ejusdem ord.* qui cum F. Leontio de Vivelacqua Abbate antè electo de possessione litigabat Prot. 1429. f. 110.

7. *Fr. Eugenius Basil.* Is fuit bonorum suæ ecclesiæ haud exiguus quidem dissipator, ideo Lop Ximenes Siciliæ Prorex per litt. Catanæ 14. Maii 8. indictionis anno 1475. in Canc. eo anno. & Capib. eccles. Messanensi Straticoto perscripsit, ut Eugenium hortetur ad hujusmodi Abbatiæ cessionem in successoris Abbatis favorem, quod audiens Eugenius vel coacte, vel libens suorum criminum pœnam timens, statim hac se expoliavit dignitate; quæ confertur à Papa Sixto IV. in commendam eidem. 1430. 1467.

8. *Filaredo*, etiam Abbas Fluminis Dionysii de regio consensu Abbatias cessit

Hinc Abbates commendat. 1476.

9. *Bernardino Sollima Messanensi* nobilis indolis, ac familiæ ex patre Antonio, ætatis annorum 18. Cum eo idem Pont. Sixtus dispensare renuit, nisi annum attingeret 30. & de more professionem emitteret; quod inde per Bullas Romæ 9. Maii anno 1491. Prot. 3. Aug. 1491. f. 69. indulsit. Eidem.

Olim Abbates commen. profitebantur.

10. *Hieronymus Sollima* frater germanus sufficitur, * & obiit an. 1508. & successit

* Cancel. eo anno.

11. *Franciscus de Jaen Prior Lorensis, Reginsque Capell.* ex litteris Ferdinandi II. dat. Neapoli 11. April. 1507. ut Prorex quamcunque Abbatiam vacaturam suo nomine ei concederet; quare Franciscus nulla Pontificis Romani habita confirmatione in possessionem prosiliit, eaque jure optimo privatur *, conceditur que

* Ibidem an. 1509. f. 110.

12. *Joanni de Aloysa, sive de Aloysio V. I. D. Placentino Abbreviatori Apost. Cameræ Auditori, ac Regis Sacellano*, sic jubente eodem Rege in Valle de Aries 14. Feb. 14. ind. anno 1509.[c] atque suffragante Julio II. Romæ 6. Kal. Febr. pont. ann. 6. sal. 1508. his verbis: *ut Aloysa possit esse Abbas Commendat. non obstantibus quibuscunque in contrarium statutis.* Sed amore nepotis affectus, hac abbatia se exsolvit.

c Ibid. f. 609. & Prot. 114.

1518. 13. *Joannes Christophorus de Aloysa Episcopus Mindoniensis* præcessoris avunculi cessione, Pontifice, & Rege assentientibus fit Abbas. Quo Romæ 1524. è vivis erepto, declaratur

14. *Baldassar de Aloysa de Villalobos* præcessoris ex fratre nepos, per litteras Caroli Imp. Majorati 10. Martii 13. ind. anno 1525. & Bullas Clementis VII. Romæ 7. id. Junii pont. anno 2. Prot. 18. Octob. 14. ind. fol. 63. Sed ad ejusdem Imper. votum, dignitatem hanc obtulit successori

1530. 15. *Petro de Ansalone V. I. D. Canonico, Cantori, atque Civi Messan.* ex satis antiqua, & ingenua stirpe, * genitoreque Francisco, hodie Montagnæ Ducatu illustrata; concedentibus Bononiæ Carolo V. 15. Feb. 1530. 3. ind. & Clemente VII. 6. nonas Martii 1529. Prot. 21. Maii 1530. f. 593. Vir in peragendis negotiis peritissimus, Prior simul Sanctæ Crucis Messanæ etiam juris patr. Reg. Archiepiscoporum Messan. Anto-

* De hac familia Ansalone vide P. Inchofer. elegantissimè.

Antonii de Lignamine, atque Cardinalis Mercurii, (in cujus vita sub anno 1554. de eo diximus) Vicarius, ita suis invigilavit rebus, ut in obitu anno 1567. septem relinqueret uncias ex spolio.

16. *Antonius Guernera Hispanus* anno 1568. successit, qui cum unc. 23. spolii è vita anno 1572. decessit.

1571. 17. *Ferdinandus de Lacerda Seguntinus S. T. D.* cum annuis 50. aureis ex Archiep. Messanensi & 200. ex Capitulo Seguntino, & redditibus sex mensium Sedis vacantis. Ita R. Philippo II. per litt. 9. Aug. 1571. & Papa Gregorio XIII. Romæ Kal. Octob. eodem anno ad natalitium defectum dispensante Prot. eo an. f. 29. & 215.

1585. Mense Apr. 18. *Vincentius Firmatura Siculus Corleonensis V. I. D. Regius Sacellanus* ex eisdem Rege unà cum 400. aureis in auxilium Bullarum scriptis in Pardo litt. 6. Octob. 1584. de Romano Pont. Romæ 10. Kal. Feb. pont. an. 13. Prot. 1. Decemb. 1585. f. 117. & 349. Sed an. 1600. decedentis Vincentii spolium unciarum 689. inventum est pro regio thesauro, quod consanguinei multis testibus probavere in Reg. Patrimonii Tribunali non ex Abbatiæ, sed proprii patrimonii rebus esse; & illis restituitur [a].

a In tabula Patr.

1602. 15. Julii. 19. *Michael de Sanctafide Aspoliveta Decanus, & Canon. Tudens. Diac. Tarracon.* dum apud Romanam Curiam primùm Procuratoris, pòst Regii Oratoris Secretarii honorifico munere perfungeretur, habita priùs à Clemente VIII. indulgentia ad nativitatis illegitimitatem, atque ad ordinis minorum gradum per Bullas Romæ Kal. Apr. 1602. in Canc. eo an. f. 392. hanc obtinuit à R. Philippo II. dignitatem. Ab alma Roma ad patriam an. 1612. revertens in itinere moritur.

1613. 13. Julii. 20. *Petrus Guarnutus Siculus Policensis V. I. D.* sub Joannis de Aragonia supremi Italiæ Concilii Regentis auspiciis, Matriti Hospitalis Italorum fit Rector, seu Administrator, unde post aliquot præstita obsequia ad hanc, & aliam *S. Crucis de Policio* abbatiam evehitur cum aureis 500. pro Bullarum expensis, datis Reg. litt. 10. Novemb. 1612. Prot. an. 1613. 4. Julii f. 268. 283. & 276. & aliis Matriti 1. Feb. & Pauli V. Romæ 19. id. Feb. pont. ann. 8. cum dispensatione ad utrumque beneficium. Vir utique suæ Ecclesiæ perutilis: molendinum jam eversum reædificavit, redditus ad annuas uncias 630. auxit, præter onera solvendi dandas regias imposita suo conductori, ut ex actis Notar. Francisci Mennæ Mess. 2. Junii 3. ind. an. 1621. constat. Quamplurima bona à monachis usurpata, scil. decimas in Tribunali Monarchiæ an. 1628. revocavit, atque injustam mensæ divisionem per Brutum Farnetum Deleg. Apost. illis attributam, exoratis à Pont. per viam spolii brevibus litt. Romæ 15. Apr. an. 1628. ad jus debitum reduxit. Cum an. 1631. Panormi ageret, febre correptus 7. Januarii è vivis sublatus, sepelitur in conventu S. Mariæ Annuntiatæ ord. S. Franc. juxta Portam Mazaræ, relicto in mensa nummularia Urbis spolio unciarum 800.

1631. 20. Jan. 21. *Alexander Cæsar Scaglia Torinensis nobilis* Abbas Staffandræ, Susæ Mulgerii & S. Michaelis Loci S. Benigni ord. S. Bened. in Ducatu Sabaudiæ, cujus Oratorem agebat apud R. Philippum IV. à quo per litt. Matriti 4. Jun. 1631. Cancel. 23. Decemb. fol. 39. & ann. 1632. 2. Jan. in Prot. & Urbano VIII. Romæ an. eodem 5. nonas Octob. pont. an. 9. hac quoque exornatur dignitate. Hic regiis obsequiis addictus, Flandriam adiit, ubi mense Junio 1641. (testantibus litt. Regis 18. Julii eodem anno in Cancell. 10. Novemb. fol. 85.) obiit.

22. *Marcus Antonius Gussius Siculus Nicosciensis V. I. D. Regius Sacellanus* simul cum annuis aureis 400. ex Abbatiæ S. Philippi Agyriensis proventibus, & 500. pro bullarum expeditione; nec non & Abbatia S. Michaelis Troynæ, emanatis litt. regiis 12. Decemb. 1641. Canc. 6. Junii 1642. f. 102. & aliis 20. Martii 1642.[b] Hinc ad Sedem Episcopalem Cephalędensem an. 1644. die 26. Junii promotus est. 1641. 15. Julii.

b Ibid. 22. Jun. f. 111.

23. *Antonius Zuppite de Vergara Hispanus* ob præcessoris promotionem, Rege jubente Matriti 20. Decemb. 1643. Canc. 2. Aug. 1644. f. 172. & Urbano VIII. annuente. 1644. 2. Aug.

(„ 24. *Balthassar Zuppita de Vergara* Hispa-
„ nus electus ex bullis Apost. dat. Romæ 6. Febr.
„ 1658. In offic. Prot. f. 34.
„ 25. *Joseph Maria Rhini* Siculus, ex bullis
„ Apost. 8. Aprilis 1675. exscriptis 15. Octob.
„ 1675. possessionem adiit 5. Januar. 1676. Obiit
„ Romæ an. 1727.)

A fundationis initio ad an. 1476. huic monasterio Titularis Abbas Basil. de more à monachis electus, inde à Rege Siculo cum pontificia approbatione Commendatarius præficitur. Qui in temporalibus cum potestate eligendi Capitaneum, Judicem, Magistrum Notar. Balium, est Baro, & dominus oppidi; in spiritualibus verò Archimandrita. In Regni Parlamento 25. sedet loco. Dandis, & spolio regiis subest.

Annui proventus: *ex Baliatu, ex juribus domorum, vulgò delli Casatici, Dohana, Carcerum, Accusationum, Decima vini, lini, & aliarum rerum, quæ feruntur in regione Mandanichii, ex duobus molendinis: uno in eodem oppido, altero in agro Saveca, ex feudo Mandanichii, seu Abbatia; ex gabella porchorum, caprarum, & sericarum, aliisque parvis censibus ibidem*, exigebantur an. 1553.[c] unc. 138. sub Visitatore Reg. Puteo anno 1583. unc. 404. sed in anno 1612. & 1613. pro Abbate unc. 606. anno verò 1621. unc. 630. Proventus.

c ex Putello dec. 1. l. 10. fol. 151.

Onera sub Visit. Philippo Giordi die 14. Maii anno 1605. *Pro Dandis Regiis unc.* 39. 8. 8. *Pro dandis Deput. unc.* 17. *Pro Seminario Græcorum monach. unc.* 6. *Pro Jure Archimandritæ unc.* 1. 25. *Pro fabricis, & ornamentis Ecclesiæ unc.* 18. *Pro oleo, & cera unc.* 7. *Pro die Festo B. Mariæ unc.* 4. in totum unc. 171. 8. 11. Onera.

Pro victu, & vestitu sex monachorum assistentium ad an. 1589. *unc.* 85. Inde facta mensarum divisione, ipsi ex feudis attributis recipiunt pœnè unc. 300. Huic monasterio[d] suffragantur Ecclesiæ *S. Nicolai de Scammo, seu Celsora & S. Maria de Bollomerio in Flomaria Mandanichii cum animarum cura*, quam de membris Abbatiæ jurispatr. reg. perlustravit Visit. Regius Jacobus Arnedus, in sua visit. sub anno 1557. & illius redditus scripsit unc. 27. 15.

d ut in privileg. fundat. fol. 111.

NO-

NOTITIA DECIMAOCTAVA

SANTTI GREGORII DE GYPSO.

CUM non sub Cæsaris fortuna, sed sub cęlestibus Dei, suorumque tutelarium Sanctorum auspiciis, Messanæ littora, ad quæ Northmana primùm classis appulit, mox omnes Nemoris regionis fines annos ferè 270. à Barbaris occupatos primævo Christiano imperio adjiceret noster Magnus Rogerius, diuturno, felicique bello, cum hoste collatis signis anno sal. 1063. iter deflexit ad locum Gypsum Saracenicum pagum ab urbe 6. m. p. dissitum, ubi illius incolæ armorum tanti Ducis metu attriti, dominum & triumphatorem acclamavere. Is ad perennem victoriæ memoriam, & *S. Gregorii Magni* gloriam haud longè ab oppidolo & Sancto templum cum monasterio dicavit, [a] & illa monasticæ D. Basilii vitæ cultoribus hinc inde collectis tradidit; quibus Abbatem instructorem, atque ut vitam religiosam peragerent, multa circum circa prædia, jura, jurisdictionesque constituit; uti ex ejusdem Comitis privilegio græcè conscripto constare testatur Fazellus; dec. 2. in fine lib. 10. fol. 655. Quod sanè diploma non græcum, non latinum, nec autographum, neque exemplar aliquod in publicis, privatisque tabulariis invenire potui. Imò Regius Visitator Jacobus Arnedus, in sua visit. sub an. 1552. cùm ad illud reperiendum omne adhibuisset studium: decrevit ut Abbatibus pro tantæ rei negotio quamcumque navarent operam.

a Bonfgl. in sua Messa. fol. 7.

Sed aliqua annotare de juribus juvè non gravabor. In actis enim locationis, vulgò gabellæ ab Abbate Fabio de Magistris factæ D. Philippo Portio Messan. die 27. Martii 1630. ex tabulis Vincentii Labruto; & Cajetano Messan. sic habemus: *Totum, & integrum feudum Abbatiæ positum in territorio Raris Gypsi, & in territorio Urbis Messanæ; quæ Abbatia incipit à prima portella de Messana veniendo ad dictam Abbatiam confinando semper cum monasterio SS. Salvatoris Linguæ Phari Mess. usque ad mare, nec non & Terra Calvarusii, Saponaria, Bavusii, Veneti, & Terra Milatii; consistens in sycomoris, decimis, frondibus sycomorum, vineis mustalibus, linis, frumentis, leguminibus, arundinibus & omnibus aliis arboribus, juribus censualibus perpetuis, ut dicitur burgensaticis: & jus, quod habet super Tonnara magna Milatii; item & feudum positum in Civitate, & Territorio Randacii nominatum Sancta Anastasia.* Alibi, [b] *A Plano Colle S. Rizzi per maritimam oram ad Flumen Calvarusii.*

b In actis notar. Philippi Gravin. Mess. 21. Feb 1446.

Id D. Gregorii Basiliense cœnobium à Comite exædificatum, dotatumque Magno Archimandritali SS. Salvatoris monasterio à Rege Rogerio an. à condito mundo 6642. mense Feb. 12. ind. subjicitur, uniturque; de cujus Abbatibus mihi non constat.

1380. 1. *Fr. Nymphus monachus Basil.* nobis offertur Abbas S. Gregorii de Gyspo, ab archimandrita Messan. de more præpositus, uti ex successoris litteris constat. Post hujus discessum

2. *Fr. Athanasius* ejusdem instituti de consensu Regis Martini per litteras die penult. Jan. 5. ind. 1396. in Cancell. eo anno fol. 44. a Paulo Archimand. sufficitur, & à Bonifacio IX. Rom. Pont. approbatur. Cui successit

3. *Fr. Honuphrius Rizus, seu Rufsus*, qui concesserat quosdam terræ tractus de jure Abbatiæ juxta terras *S. Mariæ Magdalenæ*, ut vidimus in tabulis monasterii sub an. 1431. 28, Aug. 9. ind. cùm confirmantur concessiones illius; de eo etiam ann. 1422. 23. Novemb. 1. ind. ibidem habetur notitia, quem anno 1424. & non Neophytum (ut ex errore in not. 1. de Archim. fol. 24. scripsimus) obiisse credimus. Tunc spolia Archimandrita Lucas de Busalis exegit. 1411.

4. *Fr. Gerasimus de Gerasia*, eodem Luca Archim. assentiente à Monachorum Capitulo deligitur; confirmaturque ab infante Petro regias vices in Sicilia gerente, & iterum à Rege Alphonso his verbis: *quia de jure patr. reg. est* per litt. Cæsaraugustæ ultimo Junii 1425. in Cancell. die 19. aug. 3. ind. eo an. fol. 505. & Prot. fol. 143. Sed magna exoritur de hoc jure contentio. Interim præficitur ab Archimandrita *Fr. Nicandrus Pisca* [c], anno sequenti tamquam Vicarius *Fr. Nymphus Apostemenius*, iste de consensu procuratoris generalis Nicolai de Florestis Mess. & monachorum Conventualium multa à præcessore, & alia denuo ab ipso concessa an. 1431. 21. Aug. confirmavit [d]. Non secus successor Vicarius *Fr. Neophytus de Ingvanctis* cum quatuor monasterii alumnis in Grangia S. Nicolai parùm Ecclesiæ utilitatem providens, nullo servato Ecclesiastico jure, bona alienavit; ut instrumenta docent ad annum 1451. [e] Eundem Gerasimum sub an. 1436. 2. Martii 15. ind. Vicarium tamen, & Neophytum monasterii procuratorem ad ann. 1444. invenio. 1425. 1430. 16. Novemb. 9. indict.

c In tab. mon.

d Ibidem.

e Ibidem.

5. *Fr. Leontius Chrysaphius nobilis Messan.* vir utique scientiarum græcarum, latinarumque peritia, negotiorum quoque dexteritate præclarus, Eugenio IV. charissimus, cujus suffragiis, Regisque Alphonsi adjunctis hac Abbatia donatur, post etiam in commendam alteram SS. Petri, & Pauli de Itala simul regebat. Tempore sui regiminis per annos 37. ad ann. 1468. 3. Jan. 1. ind. prædia quæque monasterii in illius detrimentum, & perniciem, diminuto jure emphiteutico, suoque jure calicarum recepto concessit, uti legere est plura Notariorum Messan. monumenta, apud Grangiam S. Nicolai de Gypso, ubi tunc duo conventualiter degebant monachi, acta [f] eo quoque tempore Thomas de Gregorio eques Messan. in tabulis Not. Philippi Gravinæ 21. Feb. 1446. locaverat ab Archimandr. Luca de Busalis feudum Prioratus S. Stephani de Salicio, cujus fines sunt ad Tenimentum S. Gregorii pro unc. annuis 25. locavit, & omnia jura hujus Abbatiæ per annos sex ad annuas unc. 247. interim multa usurpavit bona, quæ Joannes de Gregorio filius

1431. 20. Sept. 15. indict. 1456.

Eccl. S. Nic. in oppido Gypsi prope grangiam monach.

f Ibidem.

Prioratus S. Stephani, de Salicio juris Archimand.

filius ad patris, suæque conscientiæ exonerationem Ecclesiæ peracta Not. Presbyteri Joannis Squatrito Mess. 30. Jan. 12. ind. 1508. restituit [a]. Noster Chrysaphius vicarias Archimandritatus, ad quem, postquam dignitatum gradus suæ religionis mira virtutum fama percurrit, an. 1468. assumptus est, vices quoque an. 1467. agebat sub Procuratore Fr. Salvo de Charo, qui redditus ad an. 1471. exegit [b].

a ibidem.

b ibidem.

1469 6. *Ioannes de Campagno V. I. D. Messan. Primus Abbas Commendat*, Paulo II. Pont. Max. qui beneficia quæcunque vacatura sibi reservaverat, conferente per bullas apud S. Petrum 18. Kal. Decemb. an pont. 5. sal. 1468. in Canc. 29. Ap. 2. ind. an. 1469. fol. 197. & Proton. fol. 225. à Prorege eligitur an. 1476. Assessor Vicarii Mess. sede vacante, Prot. anno 1476. f. 183. Istius acta concessionum ad emphyteusim aliquarum terrarum Abbatiæ legimus ad annum 1486. 23. Julii 4. ind. Inde Rege annuente, in nepotis successoris gratiam resignavit.

Primus Abbas Commen.

1497. 7. *Lupus de Campagno Messan.* ex patrui cessione. Sed Leontius Chrysaphius Archimandrita monachum Basiliensem Abbatiæ præfecit; asserens, ad se hanc spectare electionem. Quarè Lupus de usurpato regio jure patronatus, ac suæ ecclesiæ jurisdictione coram Prorege 14. Novemb. 1497. eum accusavit, Prot. anno 1506. fol. 232. & obtentæ sunt litteræ sub unciarum 100. pœna, ne in illius jura se intromittat Archimandrita, in trib. Monarch. eo ann. qui etiam obstabat Lupo, tanquam Abbati Commendatario volenti visitare monasterium monialium Basil. S. Mariæ Annuntiatæ oppidi Ramectæ ex antiquissima jurisdictione Abbatiæ S. Gregorii: asserens, Lupum non Abbatem, neque monachum Græcum esse. Attamen pro Commendatario declaratum est, in Proton. 1497 fol. 194. & in Monar. an. 1498. fol. 674. Hic cum tribus monachis in Grangia S. Nicolai ad annum 1506. quo tempore obiisse credimus, nonnullos terræ tractus concessit.

Monast. monialium Annuntiatæ Ramectæ Abbatiæ hujus.

8. *Jacobus de Aversa Siculus Mistrettensis Regius Sacellanus* Ferdinandi II. à quo primùm an. 1500. 7. April. cum confirmatione Alexandri VI. 9. Jan. in Canc. eo an. fol. 337. Prioratum, seu Abbatiam Eremitarum S. Joannis Baptistæ in Capite S. Viti Montis S. Juliani ord. S. Benedicti, eodem anno & die post Joannis de Vizini obitum Capellaniam S. Mariæ de Castrovillæ de Mistretta, in Canc. 27. Julii f. 289. Deinde an. 1506. 8. Aug. 9. ind. Barcinonæ, Julio II. instituente, hanc obtinuit, in Canc. eo an. fol. 57. & 753. Quoniam verò Prioratus S. Mariæ de Succursu, ac S. Benedicti in Civitate Nicosiæ tanquam de jure patr. Regis Siciliæ exoraverat, datis litt. in Burgis 13. Novemb. 11. ind. 1507. in Canc. ann. 1507. fol. 32. Re bene discussa, de pontificia collatione fuisse dignoscuntur; quorum vice Beneficium regium S. Pancratii juxta oppidum S. Philadelphi habuit, deligiturque Receptor jurium Sanctæ Cruciatæ, ac Commissarius Generalis illius per litt. Rodorici de Mercato Episcopi Majoriensis in hac re Delegati Apostol. datas in Valleoleti 4. Feb. 3. ind. an. 1515. à Regio Fisco in Tribunali Monarchiæ coactus de reddenda exactarum pecuniarum ratione, anno 1524. absolvitur [c]. Nonnulla suæ ecclesiæ revocanda per viam spolii eodem anno curavit [d]. Emanatæ enim fuerant litteræ Regis Ferdinandi II. scriptæ in Castello novo Neapol. 11. Jan. 1507. exscriptæ in Cancell. 5. Maii 10. ind. an. ejusdem: *quòd non possint bona ecclesiastica alienari &c. nisi priùs facta cum Rege trina consultatione*. Noster Jacobus jam multis locupletatus divitiis, ne jure spolii hæredes privarentur, & thesauro Regio traderentur; Abbatia, aliisque beneficiis se exsolvit, Rege Philippo II. per litt. 9. Octob. 1542. admittente Prot. 18. Maii 1. ind. 1543. fol. (" Obiit Panormi 24. Augusti 1546.) cujus loco ab eodem Rege subdeligitur.

c in eodem trib. Mon. eo. an. est processus.

d in tab. Monarch.

Pragmatica Regia quod non possint alienari bona eccl.

9. *Thomas* seu *Thomasius Pharaonius* Francisci Pharaonii viri nobilis Messanensis filius. Eo Abbate Jacobus Arnedus S. T. D. Regius Capellanus ex litt. Proregis datis Panormi 3. Dec. 11. ind. 1552. visitans inter alias jurispat. reg. Ecclesias, hanc Abbatiam, 13. Iun. 1553. præcepit: *ut in illius obsequio quinque monachi Basil. tres Sacerdotes, & duo cleri essent*. Et per lit. 28. Junii 1558. noster Rex decrevit, ut mandata visitationis exequtioni darentur. Cùm autem in oppidi Ramectæ monasterio monialium ord. S. Basilii Græcorum jurisdictionis ordinariæ nostri Abbatis sub tit. S. Mariæ Annunciatæ fuerit electa Abbatissa *Soror Ursula lo Iacco* & confirmata ab eodem uti Ordinario, ex ejusdem permissu die 22. Aug. 12. ind. 1554. in Ecclesia majori solemni ritu fuit consecrata & benedicta à Mariano Manno Episcopo Trebiensi (*nostro Siculo Saccensi*), in cujus manibus promisit Sanctæ Rom. Eccles. ac Abbati S. Gregorii, & successoribus obedientiam &c. Hæc latiùs leges in tab. Francisci Calvi Mess. & ejusdem Monasterii. Anno 1559. 8. April. 3. ind. quædam bona à Francisco Raffa suæ Ecclesiæ repetit. Huic successit

10. *Antonius Lombardus Siculus Marsalensis Regius Sacellan.* De eo plura diximus lib. 3. not. 6. fol. 190. 1565.

11. *Fr. Philippus De Alibrando Messan. ord. Convent. S. Francisci*, quem Pius V. confirmare noluit, licet Basilianam professus esset regulam. Quarè Rex per li. 19. augusti 1568. Prot. eo an. f. 189. attributis annuis aureis 100. perscripsit, ut in aliquo ordinis S. Basilii monasterio vitam duceret: interim rexerat hoc cœnobium Fr. Matthæus Kyrieleyson Prior illius, donec possessionem assecutus est die 15. Jan. 3. ind. 1574.

12. *Franciscus Grasia Hispanus*, Rector etiam Ecclesiæ S. Pantaleonis Oppidi Medulæ Bon. diœc. ex Philippi II. litteris Matriti 24. Maii 1574. & Greg. xiii. bullis Romæ 5. Kal. Nov. an. pont. 3. Prot. 13. ind. eo. an. f. 132. & Canc. f. 1575. Hic in Siciliam veniens, semper apud Abbatiam commoratus est, in publicis monumentis appellari volebat: *Abbas S. Gregorii, & S. Nicolai de Gypso, & Diveti, atque Monasterii S. Mariæ Annuntiatæ Terræ Ramectæ*. Vir utique sagax, & imperterriti pectoris, pro suæ Ecclesiæ juribus, jurisdictionibusque litem exercuit, retu-

Titulus Abbatis.

retulitque contra usurpatores, & injustè detemptores favorabiles sententias[a] non solùm apud sedem Apost. ex rescripto monitoriali exscripto in Curia Archiep. Mess. 14. junii an. 1578. sed etiam apud V. I. D. Thomam de Afflicto Visitatorem & Commissarium Gen. [b] Ecclesiarum jurispat. reg. Vallis Dæmonis, promulgato priùs in tota regione etiam Calvarusi edicto, ut unusquisque demonstraret titulum concessionis bonorum Ecclesiæ. Sic *die 23. sep. 7. ind. 1578. Reintegretur, & manuteneatur in possessionem prædiorum usurpatorum, ac malè alienatorum.* Eam confirmandam die 26. Martii 8. ind. 1580. à Nicolao Danio Reg. Vis. non neglexit[b], & sub eodem anno 1583. jura tynni à Jacobo Saccano Barone Montisfortis, uti Tynnariæ Magnæ Milatii domino revocavit. Hic duas pro Siciliensium Ecclesiarum utilitate Regias litteras, quibus Visitatores suffulti, hæc bona reintegranda edixerunt, recensere operæ pretium existimavi. Alteras Caroli V. Imp. dat. Bruxellis ult. apr. an. 1549. in Regno die ult. aug. an. 1551. in Canc. eo. an. 1551. f. 605. *Inhibentur quicunque Prælati, habentesque bona Ecclesiastica de jure pat. reg. posse quocunque modo vendere, vel concedere, vel jura casigarum recipere etiam sub pontificia confirmationis prætextu, Rege inconsulto.* Alteras scriptas Marco Antonio Columna vices Regis gerenti ex Theovar. 17. april. 1581. & ex Concha 1. Octobr. ejusdem anni exscriptas[c]. Martii 1582. Panor. *In vim Pragmaticæ, & sanctionis perpetuò duraturæ interdicuntur omnes Tabelliones, seu Notarii sub pæna privationis officii, & unc. 100. pro Regio Fisco, ut ullo unquam tempore monumenta, seu contractus de quacumque alienatione, concessione, emphyteoticatione, venditione, adjudicatione, accordiis, permutationibus rerum ecclesiasticarum conficiant, nisi priùs certior fieret Prorex, qui de expositis à Rege mandatum expectet.*

Horum Visitatorum tempore templum, & cœnobium antiqua collapsa incolatui monachorum inepta declarantur; statuiturque ut monachi in antiqua grangia S. Nicolai pagi Gypsi degerent, & ea Ecclesia esset Parochialis, & pro SS. Eucharistiæ Sacramento efficeretur tabernaculum atque fons baptismalis sub monachorum cura; ad reædificandum cœnobium, præter antiquas annuas uncias 12. aliæ pro tempore unc. 230.[d] tribuerentur. Ne priscæ jurisdictioni præjudicium inferretur, noster Abbas elegit *die 6. maii 6. ind. 1578.*[e] *Capellanos, Judicem, Assessorem, Fiscalem, Mag. Notarium, Bajulum, & alios officiales subditos.*

Anno 1589. 4. sept. 3. ind. Bruto Farneto Deleg. Apost. noster Abbas attribuit quædam bona stabilia ex juribus Abbatiæ adnotata in actis Notar. Pittari Messan. pro alimentis quinque monachorum scil. trium Sacerdotum, unius clerici, & alterius famuli ad summam annualium unc. 91. 2. 10. juxta decreta Visitationis Putei, id est pro quolibet unc. 17. & unc. 6. 2. 10. pro monasterii obsequio. De Grasia, qui fortè ad Hispanas lares redierat, constituto procuratore Fr. Joanne Calabiò ejusdem Abbatiæ Priore,[f] nihil habeo. Vel fortasse sedes vacabat: nam Theodoro de Judice Savocensi Abbati Gen. Ordinis Basil. à Prorege, ac Reg. Patrim. per litteras Panor. 8. octob. 10. ind. 1596. demandata est visio rationum Deputatorum fabricæ monasteriorum ejusdem ordinis. Idem etiam Theodorus uti Delegatus Apost. pro revisione mensarum monachalium, electus à PP. Clemente VIII. Romæ 26. junii 1597. exscript. in secret. 9. martii 1598. declarans assignationem factam superiùs à Bruto Farneto pro unciis 91. 2. 10. esse ad unc. 58. 4. diminutam; alia nova jura pro annuis unc. 32. 26. & pro quolibet monacho alias unc. 3. atque pro cultu divino unc. 15. adscripsit, ex instrumento Not. Malchionis Bonjoannis Mess.[g] sub die 17. aug. 11. ind. 1598. & locatio Abbatiæ antè erat unc. 262. facta divisione remansere pro monachis unc. 187. ex bonis attributis.

13. *Joseph la Rosa nobilis civis, Decanus, Canonicus Panorm. atque Proton. Apost.* sub Marchionis Giracensis Siculi Præsidis, cujus erat Magister cæremoniarum, suffragiis, ex Philippi III. nominatione 26. feb. an. 1599. Valentiæ hisce verbis: *dummodo in dicta Abbatia residere teneatur, resideatque personaliter, ut moris est*, in Prot. 27. sept. 1599. & Papæ Clem. VIII. institutione Romæ id. augusti ejusdem anni, ibidem ult. sep. 13. indict. fol. 27. ubi habetur: *cui cura parochanorum non imminet animarum, & fructus, redditus, & proventus ad 160. florenos auri in libris Cameræ Apost. taxati reperiuntur.* Item dispensatio ad dictum *Decanatum, Canonicatum, atque beneficia S. Josephi, & S. Mariæ in æde S. Mariæ de Cathena; & Purificationis B. Mariæ, ac S. Agathæ in templo S. Nicolai de Xalsa, S. Annæ in Ecclesia S. Mariæ Annunciatæ, ac S. Hieronymi in Oratorio S. Antonii de Cassaro.* Iste omnia, & quæcumque jura Abbatiæ locavit Andreæ de Angocta pro annuis unc. 175. receptis unciis 200. compensandis tempore locationis. In actis Notar. Franc. de Papa Messan. die 26. novemb. 13. ind. 1599. pòst an. 1603. 25. aug. 1. ind. in eodem Notario, eadem Josepho Gajuso conduxit ad annas unc. 200. sibi reservato feudo S. Anastasiæ, jure emphyteutico unc. 19. concesso Marchioni Rocellæ, contra quem via revocationis se direxit; & ex rescripto Pauli IV. Romæ id. julii pont. an. 1. execut. ad instantiam Collegii Panor. Soc. Jesu 8. jan. 14. ind. 1556. *de non alienandis &c. bonis Ecclesiasticis*, ad suam vindicavit Abbatiam. Necnon sub Visitatore Generali Ecclesiarum juris patr. Reg. degente in Conventu Capuccinorum oppidi Gypsi die 28. apr. 1605. plura bona concessa, quæ singula in Visitatione recensentur, restituenda studuit. Fuit la Rosa Vicarius Gener. Archiep. Panor. Didaci de Haedo, ac Regni Deputatus, obiit Panormi mense decemb. an. 1608. („Rectius 14. Januar. 1607. ex lib. Defunctorum Cathedralis.) ubi ex spolio à Regio Thesaurario unc. 30, Messanæ ab illius Secreto Petro Lanza unc. 98. 20. receptæ sunt,

14. *Fabius de Magistris, Mediolanensis. S. T. D. Proton. Apost. ac Regius Capellanus* scriptis Matriti regiis litt. 3. jan. 1609. & aliis cum 1000. aureis pro expensis 5. feb. Proton. 27. aug. 1609. fol. 127. & Romæ pontificiis Pauli V. idib. jan. pont. an. 5. Prot. 19. augusti 1610. fol. 418. possessionem per procuratorem iniit 6. sept. 6. ind. 1610.[h] Illico ob erepta suæ Ecclesiæ bona

a In Actis Monasterii.
b ex lit. Proreg. dat. Mess. 25. julii 6. ind. 1578.
b in Visit. Danii apud Consil.
c In lib. extraordin. an. 1582. & 1583. fol. 11. per publicum Præconem Messan. Michaelem Pharronium 3. sept. 11. ind. 1582.
Ecclesia S. Nico. parochialis.
d In lib. Don. Christophori la Rocca Sec. Mess.
e in tab. Malchionis de Consalvo Mess.
f ex actis Monasterii sub an. 1591. 17. martii 5. ind.
g ex archivio monasterii.
1599. ult. octo.
1610. 6. sep. 9. ind.
h in not. Francisci de Blasco Mess.

bona diuturnarum litium æstu usque ad mortem fuit arreptus. Ex eodem Pont. rescriptum Rom. 21. Novemb. 1611. pont. anno 7. reportavit: *quòd Archiepiscopus Messanensis auctoritate Sedis Apostolica recognoscat divisiones Abbatia tam per Brutum Farnetum anno 1589. quàm per Theodorum de Judice Delegatos Apost. & regulet, atque reformet ad juris formam.* Et citatis Abbate Gen. ordinis Joanne Ceci &c. compilato processu, ab eodem Archiep. Delegato Apost. prolata est sententia pro Abbate; *die 9. Novemb. XII. ind. 1613. quod restituantur bona* B

Redduntur bona Monachorum unc. 67. 11. 13. *superflua* [a] *ad uncias 91. 2. 10. expensis hinc inde compensatis, si partes acquieverint.* Sed sequenti die appellaverunt, & Delegatus præcepit, ut solverentur Abbati unc. 19. 6. pro expensis. Tandem ad actum conventionis deventum est, ut Monachi annuas unc. 60. inde impendant: qua de re litteræ confirmationis Proregiæ dat. Panormi 5. Decemb. 1613. emanantur. Haud desinit omne studium adhibere, quæcunque prædia vel usurpata, vel contra Bullas Pauli IV. quarum executoriales, (ut vocant) litte- C ras dat. Messanæ 19. Sept. 1620. in secret & in regist. Mess. eodem die 4. ind. & iterum 28. Jan. 1637. exoravit, antiquis suæ Abbatiæ juribus adjungere, atque reddituum locationem, seu (ut dicunt) gabellam factam D. Philippo Porco Mess. sub anno 1630. in actis Notar. Vincent. Labruto, & Gajetan. Messan. 27. Martii 13. ind. 1630. ad annuas uncias 270. & iterum Medico Matthæo Nave sub ann. 1632. & 1637. in actis Notar. Scipionis Timpanellæ, & Arenæ Mess. 10. Decemb. 1632. ad totidem augere. Suam quoque Ecclesiam illustravit his reliquiis *SS. Integri Brachii, & alterius non integri Brachii, & aliis Ossibus semiustis, & uno sanguine tincto*

1645. *MM. qui simul cum S. Placido Messana passi sunt.*

15. Abb. traduntur ab Archiepisc. Mess. ejusque Vicario Gen. & Paulo Pharaonio Abbate SS. Petri & Pauli de Itala, ut ex locuplete testimonio Josephi Cyrini Vic. Gen. Mess. die 4. Novemb. 13. ind. 1614. clarissimè constat. Apud suum monasterium 17. Sept. ann. 1643. vitam finivit septuagenarius.

15. *Franciscus Denti V. I. D.* ex satis nobili genere *Siculus Tauromenitanus* tum ob suos spectatos mores, tum, ut Rex ait in præsentationis privilegio dat. in Valle Frag. 23. Julii 1644 in Cancell. 8. April. 13. ind. 1645. fol. 128. *ob promerita patrui tui D. Lucii Denti Præsidis Justitia*, primùm Canonicus Metropol. Ecclesiæ Panor. post simul Abbas cum Innocentii X. ad utramque dignitatem dispensatione Romæ id. Jan. 1644. in secret. 6. April. 1645. sub scriba Antonio de Michaele ubi habetur, *cui Abbatia cura animarum non imminet, & fructus annui 60. floreni auri in libris Cancell. Apost. taxati repe-* E A *riuntur*. („ Decessit Panormi 13. Junii 1658.

„ 16. *Ferdinandus Avila & Toledo* Hispanus electus ex literis regiis datis Matriti 7. Martii 1659. Proton. f. 308.

„ 17. *Hyacinthus Correas* Hispanus, & bullis Apost. 4. Martii 1682. in offic. Proton. fol. 40.

„ 18. *Cler. Antoninus Pacecho* ex bullis Apost. 8. Octob. 1693. Proton. fol. 21. & 27.

„ 19. *Christophorus Gasch* Valentinus, Archiepiscopi Panormitan. F. D. Joseph Gasch Nepos, Abbas Electus ex bullis Romæ signatis 7. Octob. 1712. Est etiam Abbas S. Philippi de Grandis.)

Ab hujus monasterii initio Abbas Ordinis S. Basilii ad an. 1469. Archimandritæ in cunctis parebat. Deinceps à patrono Siciliæ Rege, confirmante Romano Pont. Commendatarius cujuscunque ordinis electus est. In Regni Comitiis 30. habet sedem. Est Gypsi quasi Baro cum potestate eligendi Balios, aliosque administros. In oppido ordinariam & quasi Episcopalem in spiritualibus jurisdictionem exercet Archimandrita, qui suas vices sæpè Abbati Commendatario demandat. Regiis collectis, & spolio subest.

Proventus. *Ex feudo S. Anastasia in agro Randacii. Ex Territorio herbagii in colle S. Rizzii Messana. Ex aliquot arboribus vulgò di fronda, o Celsi, ex decima arundinarum, lini, vini, celsorum & triticorum circum circa Abbatiam, ex quàm plurimis censibus parvis, & ex tynno Tonnaria Milatii*, quæ singula recensentur in postremo actu locationis ex tabulis Scipionis D Timpanellæ, & Arenæ [a] pro unc. 270. Proventus

Onera. *Pro dandis regiis olim unc. 19. 17. nunc unc. 39. 8. 8. Pro dandis Deputat. olim unc. 9. 18. 13. nunc. unc. 17. Pro fabricis unc. 29. Pro cultu divino unc. 7. Pro oleo, & cera unc. 3. Pro jure T. Salvatoris Messana unc. 6.* Sed ex multis instrumentis sub Abbate de Magistris tantùm unc. 4. imò Archiepiscopus Mess. Petrus Ruiz innuit Archimandritæ, atque Abbatibus Commendatariis, ne solverent Græcorum, sed suorum Clericorum Seminariis jura. Quarè Mar- F tellus Binus tit. S. Alexii Cardinalis de Suana nuncupatus, totius Ordinis Basil. Protector apostolicas litteras dat. 29. Novemb. 9. ind. 1612 *quòd Archiepiscopus non se impediat*, transmisit [b]. *Pro jure Buccillatorum Archim. unc. 1. 21. Pro festo Annunciata unc. 4.* in totum unc. 106. 49. 8.

Pro monachorum quinque gracè cantantium ab an. 1589. separata mensa; attributa sunt jura. Ecclesiæ suffraganeæ 1. *S. Maria de Villezi in oppido Bavusii.* 2. *S. Nicolai de Gypso olim paroch. nunc Prioratus.* 3. *S. Anastasia in agro Randacii.* 4. *S. Maria Annunciata monialium in oppido Ramettæ.*

a Vide supra in vita Abbatis de Magistris sub ann. 1632. 1637.

b In tab. monasterii.

N O.

NOTITIA DECIMANONA

SANCTI NICOLAI DE FICO.

1099. INter præcipuos tutelares, ac patronos præclarissimorum Principum Northmannorum, maximè religiosissimi nostri Comitis Rogerii, præstantior fuit D.Nicolaus Episcopus Myrensis (ejus corpus Barii in Apulia summa celebritate, & veneratione colitur,) cui ob insignia, atque frequentia beneficia accepta, semper animum adjecit dedicandi, erigendique sacras ædes; & quam primùm Messana ejecit hostes, ibi Episcopalem Sedem ad honorem S. Nicolai instauravit; a fœlicibusque auspiciis res cœptas contra Saracenos prosequens, eandemque religionem instanter fovens, in loco dicto *de Ficu* ad 500. p. à novi nominis oppido *Raccudia* & templum, & ordinis S. Basilii cœnobium sub titulo ejusdem S. Nicolai instituit, & dono perpetuo, ac regio plurium prædiorum, atque Ecclesiarum exornavit. Hujus magnifici operis datum est à Comite privilegium, in alio filii sui Regis Rogerii inclusum, græcis litteris inscriptum; quod in latinum deinde intervertendum curaverunt. Id nullo studio reperire potui, & licèt in libro Præl.Siciliæ sub folio 486. innuatur, deficit tamen; solùm de hac Abbatia extat Bulla PP.Alexandri VI. 12.Novemb. an. pont. 9. fal. 1501. Transumptatum verò legitur sub ann. 1539. in tabulis Not. Baldi Pixi Messanensis. De Abbatibus autem hæc habeo.

a Not libro 1. not. 4.

1435. 1. *Fr. Barsanofrius Lanuza Basil. ac etiam S. Angeli de Brolo Abbas* b, ex Infantis Petri Aragoniæ vicarias vices Regis Alphonsi fratris gerentis privilegio in Cancell. ann. 1435. Fuit iste à Joannis Regis secretis, & sacris. Prot.anno 1482. f. 106. Jam ære alieno, & senio gravatus an. 1485. fato cessit. Sede vacante Petrus Lanza Ficarræ Baro religione inflammatus, die 26. Julii 4. ind. 1486. in tabulis Petri de Trovato apud Prot. fol. 246. *Ecclesiam S. Mariæ de Peregrino, cum ejusdem nominis territorio in oppido Ficarra, in hujus S. Nicolai monasterii grangiam* concessit.

b Not hoc l. 4. not. 10. ubi satis de eo.

Eccl. S. Mariæ de Peregrino datur. Primus Abbas Comm.

1486. 2. *Rodoricus Mazo de Guazo*, sive *Zuara Calataguerensis Diœcesis*, retentis annuæ pensionis aureis 50. per suum procuratorem Rodoricum de Cubrezo scriptorem, & Papæ familiarem in successoris favorem hanc cessit dignitatem; Ferdinando R. per litt. 3. Maji 1501. atque Alexandro VI. Pont. assentientibus Proton. 5. Novembris 5. ind. f. 244. & an. 1506. fol. 76.

3. *Fr. Antonius de Virgilio S.T.M. Saccensis ord. Convent. S. Francisci*; vir doctrina, & prudentia notus, fuerat an. 1494. in sui ordinis Panorm. Conventu Superior, Prot. sub an. 1491. fol. 240. Sed hoc abbatiali honore decoratur ejusdem Regis, ac Papæ suffragiis Romę 12. Kal. sept. an. pont. 9. fal. 1521. in Cancell. ann. 1521. fol. 140. & libro Pręl. fol. 486. Per rescriptum directum Episcopo Castellamaris pręcipitur, *ut Antonius habitum Basilianum induat, & à quocumque Antistite munus benedictionis suscipiat*. Jam effętæ ætatis meritisque plenus à Rege Ferdinando transferendi in successorem Abbatiam; litt. datis Metynæ de Campo 25. martii 3.ind.1515.Prot.eod ann. f.158. obtinuit.

4. *Jo. Matthæus de Valdina* nobilitate clarus *Panormitanus* Leone X. Pont. Romæ 16. Kal. aug. 1515. Prot. fo. 158. in Cancel. 15. decembr. 4. ind. fol. 281. instituente, post sex annos suum pręstante assensum Rege Carolo, cessit

5. *Rodorico de Mazo Calataguerensi* fortasse superioris Rodorici nepoti, ut ex supradictis constat litteris. 1521. Hic in tabulas Notarii Baldi Pixi Messan. sub ann. 1536. primævum fundationis Abbatiæ privilegium redegit. 1536.

1558. 6. *Jo. Urbanus de Guidara Siculus Raccudensis* Abbatem agebat Visitationis Jacobi Arnedi anno 1558. die 7. Junii. Eo obeunte, 1561.

7. *Simon Patifica Regiæ Cohortis Prætoriæ Capellanus* præponitur à Philippo II. scriptis Toleti litt. 11. april. 1561. Prot. 19. aug. 4. ind. an. 1460. fol. 534. Pio II. admittenti Romæ idib. Junii ann. pont. 2. in lib. secret. fol. 73. Huic demortuo sufficitur

8. *Ioannes Vitalis Panor. Sacellanus* Proregis Marchionis Pischariæ, ex illius provisione Panor. 4. Jan. 14. ind. 1571. in Prot. fol. 193. quem confirmandum negavit Rex, voluitque

9. *Doctorem Thomam Calvum Messan.* ac etiam Panormitanæ Metrop. Canonicum S. Joannis Eremitarum; datis Mandriti litteris cum unciis 50. annuis pro Ecclesiæ fabricis sub die 5. feb. 1573. Prot. 20. apr. 2. indict. fol. 364. Sed ob promeritorum augmentum fit Episcopus Tropiensis in Calabria. Quarè utroque beneficio resignato, ab Rege per litt. 7. sept. 1579, Prot. 8. decemb. 9. ind. 1580. f. 137. annuam aureorum 400. pensionem reportavit („ De eo Ughellus t. 9. „ Ital. Sac. f. 471.) 1572.

10. *Scipio Floccaris Neap. Regius Sacellanus* antè etiam Abbas S. Mariæ de Barbano Sipontinæ Diœcesis Beneficiariusque S. Antonii de Mirabella Avellensis, S. Bartholomæi de Ayrola, & S. Agathæ diœcesis Neapol. cum Gregorii XIII. dispensatione Romæ Kal. martii pont. an. 8. Prot. 1. decemb. fol. 133. Habuitque successorem 1580.

11. *Nicolaum Danium Mediolanensem Aquensis Diœcesis*, à Regis Philippi II. sacrificlis, ob patrui alterius Nicolai in Sicilia Visitatoris Ecclesiarum jurispat. reg. promerita; cum retentione simplicis beneficii S. Pancratii ejusdem jurispat. præsentante Philippo III. 17. martii 1599. & Clemente VIII. admittente 2. Junii 1600. Prot. ind. 13. fol. 163. Post duos annos retento beneficio, ad pinguiorem S. Mariæ de Bordonaro Abbatiam transiit. 1600.

12. *Bartholomæus Coppulinus S.T.D. Siculus Castriregalensis* dum apud Regem ageret ann. 1602. eligitur, in Cancell. ann. 1503. fol. 559. Is cùm suæ Abbatiæ divisam mensam à Deleg. Apost. Theodoro de Judice Abbate Gen. Ordinis Basiliani, ad monachorum superfluam utilitatem, & suum detrimentum invenisset; pontificium Pauli V. rescriptum sub die 7. maji pont. ann. 2. *denuò*, *servat bene utriusque jure*, 1602. 1606.

de

de mensâ dividenda, in Regno ultimo aug. ann. A 1606. [a] executioni dandum curavit. Haud secus binas regias litt. una Lelmæ 5. jan. 1160. alteras Granatæ eodem anno 18. sept. in Cancell. 6. & 11. jan. 9. ind. anno 1611. f. 151. & 176. pro antiquis Abbatiæ juribus tum 50. tynnorum ex Tynnaria Oliverii, aliorum bonorum usurpatorum consequendis exoravit. Vir quidem doctus, qui typis Romæ, ubi ann. 1612. 13. april. moritur, eruditissimum dedit libellum. (" De eo in Biblioth. Sic. tom. 2. fol. 95. B Sedes ab eo anno ad 1627. vacavit; quòd quidam Gallus ex nostri Regis Capella musicus hanc obtinuit dignitatem, & Bullarum apostolicarum expeditionem neglexit. Interim ex Tribunalis Regii Patrim. Decreto in lib. Trib. exigebantur à Barone Ficarræ annuæ unciæ 13. ipsi Abbatiæ debitæ.

[a] In archivio Monarchiæ.

1627. Mense Novemb.

13. *Octavius Sapientia Catanensis decr. D.* qui ad Hispanias navigans, à Mauris capitur, sub quorum septenni jugo servivit, inde redemptus C apud Philippum IV. tyrannicam servitutem lacrymis exposuit, atque, ut vir eruditus *librum de Ritu, & moribus Turcarum* Hispanico idiomate conscriptum dicavit, pro cujus impressione 8. sept. 1626. aureos 200. & pro labore hanc dedit cum Sedis vacantis reditibus Abbatiam Rex Matriti 21. octob. 1625. laudante Urbano VIII. mense aug. 1628. in Canc. 5. novemb. 1627. fol. 26. Cupiens videre suos, atque dignitatis honore, fructibusque gaudere, anno 1628. Pa- D normum secum ducens juvenem servum ætatis annorum 18. ab infantia tanquam filium educatum appulit; Sed heu dolor; ab eodem servo die 22. decemb. [b] in secunda noctis hora dolosè furti caussa interficitur, & in eadem domo (quæ est in semita Tudiscorum contra domum magnam tunc Judicis Monarchiæ) humatur, post tres dies tanto facinore cognito, palàm servus confessus, die 28. ejusdem mensis per locum delicti transiit, manu dextera obtruncatur, & E furcis suspenditur; & in tanti delicti memoriam, ejus caput super furcas clavo affigitur. Inde Abbatis frater nomine Blasius Sapientia à Regia munificentia per litt. 8. julii 1628. in Canc. 17. aug. 1629. fol. 43. omnes Abbatiæ proventus obtinuit. (" De eo in nostra Biblioth. Sic. t. 2. " fol. 114.

[b] Obitus die 22. decembris 1628.

1630. 26. maii.

14. *Paulus Sarmientus S. T. D. Panormit.* in arte poetica, amœnis litteris, philosophia, & F Theologia vir primæ notæ, sui patris Francisci Sarmienti à Conservatoris rationibus meritis adjutus, annuam scutatorum 300. pensionem designatam, non autem locatam habuit; post multos annos loco pensionis conceditur ex privil. regio 16. aug. 1629. in Canc. 16. feb. 1630. fol. 123. hæc Abbatia. Cursu tamen temporis in dementiam venit, & rationis expers Panormi 10. mensis febr. 1642. vitam finivit.

15 *Jo. Dominicus Macerati Mediolanensis* ex Comitibus Maceratæ ætatis annorum 14. per præsentationem Philippi IV. Cæsaraugustæ 5. novemb. 1642. in Prot. 17. novemb. 1643. f. 105. una cum Cantoria Metropolit. Eccl. Panor. Sed hæc prima est dignitas post Pontificalem, cujus ineundæ possessioni obsistit ætas. 1643. Mense Novemb.

(" *Joseph Migliaccius* Panormitanus ex Marchionibus Montis Majoris ad hanc Abbatiam " est evectus ex literis regiis exscriptis Panor- " mi 2. Octob. 1682. At anno 1693. ad Pactensem; " an. 1698. ad Mess. Ecclesiam Antistes transiit.

" 17. *Antonius Lombardus* electus ex bullis " apostolicis datis Romæ 19. febr. 1694. In offic. " Proton. f. 11. Obiit an. 1713.

" 18. *Petrus Provenzalis* Panormitanus huic " Abbatiæ præficitur ex bullis datis Romæ 6. " Octob. 1713. & 4. April. 1714. exscriptis Panor- " mi 5. Julii 1715. Possessionem est adeptus 4. " Augusti 1715. Vivit.)

Abbas hujus Cœnobii à principio ad an. 1486. semper Basilianus Archimandritæ paruit. Deinde Perpetuus Commendatarius ex regia præsentatione, & Pontificia approbatione. Inter consiliarios colloquii 37. est à spolio, & dandis regiis non eximitur.

Proventus. *Ex quibusdam terris juxta oppidum Furnaris in Plana Milatii unc. 68. ex censibus arborum de Ficu unc. 12. censibus in oppido Prayni unc. 25. 12. & ex aliis in oppido Raccudia unc. 17. 24.* in totum unc. 123. 6. Anno verò 1553. sub visitatione Arnedi unc. 54. 12. sagm. frumenti 40. Proventus.

Onera. *Pro dandis regiis unc. 17. 12. 13. Pro dandis deputat. unc. 6. 28. 2. Pro fabricis, & ornamentis Eccl. unc. 12. Pro festo S. Nicolai unc. 2. Pro Sacerdotibus servientibus in grangiis Abbatia unc. 6.* Onera.

In totum unc. sunt 34. 10. 11. Reliquæ pro Abbate un. 89. Hic inservire debent quatuor monachi græco more secundum regulam S. Basilii officia celebrantes, quibus designata est in tabulis Notarii Salvi Pictaris Messan. 26. sept. 3. ind. 1589. mensa monachalis ad unc. 51. in rebus stabilibus.

Ecclesiæ suffraganeæ. 1. *S. Leonis in territorio Sinagra*. 2. *S. Maria de Faratis olim de Peregrino in oppido Ficarra* 3. *S. Clementis diruta ibidem* 4. *S. Maria de Medio augusto, sive de Gratia juxta oppidum Prayni*.

NOTITIA VIGESIMA

S. SALVATORIS DE PLACA.

IN tota fœlici Sicilia de Agarenorum spoliis augustissimè triumphanti nostro Rogerio Comiti, anno 1080. circiter [a] occurrit quidam Basilianus cœnobita vir sanctitate, omnique virtutum genere celeberrimus nomine *Fr. Chremes* quodam in loco græcè *Placa*, latinè *Tabula*, *seu res plana* nuncupato, qui parum fugit à Tauromenitano fluvio, ad cujus ripas platani, toto orbe deliciosissimæ arboris numerosa luxuriat sylva, ac

[a] Ex P. Gaetano in Mss.

ac illo oppidolo *Francavilla* ex ann. 1556. hoc Vicecomitatus titulo [a], & hodie 711. laribus ac. 2575. incolis illustrato; humilibusque precibus, ad suam pervetustam ædiculam, pro sui ordinis cœnobiò amplificandam deprecatur, Rogerius pientissimus Princeps, & suorum bonorum largissimus dispensator, statim votis Chremetis annuit, & templum S. Salvatoris ditatum, & Basiliense erexit monasterium, multisque circùm agris dotavit, facto græcè privilegio Messanæ mense Decemb. 1. ind. ann. mundi 6601. quod latinè conscriptum vidisse, & confirmasse Rex Alphonsus affirmat, ut mox videbitis.

a [illegible]

1093. *De S. Chremete Primo Abbate S. Salvatoris de Placa ord. S. Basilii* est vita græcis caracteribus scripta apud monaster. & latinè exscripta à Patre Cajetano in idea fol. 95. („ Edita est t. 2. SS. „ Sic. f. 131.) Hujus Sancti miraculis clarissimi mors incidit die 6. Aug. Corpus ibidem honorificè sepultum. En privilegium Alphonsi.

Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, nec non ultra Pharum &c. Universitatibus, hominibus, & personis Terrarum Castrileonis, Francavillæ, & aliis convicinis monasterii S. Salvatoris de Placa, quomodocumque animalia eorum ponentibus in pratis, & territoriis ejusdem monasterii, seu Abbatiæ fidelibus nostris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Expositum gravi cum querela coram Majestate nostra, facta per venerabilem virum Fr. Jacobum de Mill Abbatem dictæ Abbatiæ, intelleximus privilegia per prædecessores nostros eidem Abbatiæ concessa, signanter autem privilegium concessum monasterio, & monachis ejus per bon. mem. Spectabilem, & Magnificum Rogerium Comitem Calabriæ & Siciliæ dat. Messanæ mens. decembri, indit. prima anno mundi 6601. nullum esse, cumque habentes suspectum: ad indemnitatem ipsius monasterii & monachorum animalia vestra posuistis, & ponitis tam de die, quàm de nocte ad pascua sumendum in territoriis, & pratis præfati monasterii seu Abbatiæ. Insuper in eorum sylvis ligna incidistis; arbores devastatis in Abbatis, & monachorum illius monasterii maximum damnum, & præjudicium, & interesse spretis etiam monitionibus à præfato Abbate, vel fratribus, vel pro parte fratris Abbatis, & monachorum prædictorum. Hujusmodi damnis illatis occurrentes, & indemnitati eorum debitè providentes, mandamus auctoritate Regia, omnia contenta in privilegiis præfatis inviolabiliter observari, nec illius quovis colore, vel modo contravenire præsumatis: cum nostra Majestas eadem per patentes litteras confirmaverit tanquam jus patronatus &c. Datum in Castello nostro Neapolis die 12. mensis sept. 5. ind. an. à Nativ. Dom. 1457. Rex Alphonsus. Eodem Abbate curante, hæ litteræ Regiæ datæ sunt executioni Panorm. 18. Aug. 14. ind. 1466. in lib. secret. Macri fol. 150.

1350. 2. *Fr. Paulus Basilianus*; post cujus obitum successor sufficitur

1364. 3. *Fr. Jacobus de Troyna* ejusdem instituti ab Urbano V. summo Antistite per Bullas perscriptas Archiepiscopo Messanen. Avinione 2. id Junii pont. an. 2. ut ipse, vita, & moribus Pauli bene cognitis, hanc conferat Abbatiam. Hac fultus auctoritate Archiepiscopus, per suas demandat litteras Archimandritæ Jacobo, ut illi possessionem præbeat; ita constat ex litt. Regis Friderici III. in libro Regiæ Canc. an. 1369. fol. 146. & 147. & nos sup. fol. 22.

4 *Fr. Antlinus* ord. ejusdem Prior, ac simul Abbas Monasterii de Fortiliciis de Agrò, huic uniti ob utriusque paupertatem, quare hic, & monachi à Martino Rege eodem anno, mense Novemb. lib. Proton. fol. 1. exoraverunt, ne dividerentur. 1408.

5. *Fr. Marcus cœnobita Basil.* hujus, ac alterius ejusdem instituti sub titulo S. Philippi de Nemore, nunc de Grandi Abbas invenitur apud acta Proton. eodem anno fol. 78. 1420.

6. *Fr. Jacobus de Oril.* ex regia Alphonsi præsentatione Prot. eo an. fol. 67. Iste reservata sibi annua unciarum 50. pensione, hanc dignitatem successori cessit 1443.

7. *Fr. Filarmo, seu Philoteo de Olzina*, confirmante PP. Nicolao V. sui pont. an. 2. Prot. an. 1448. f. 230. Hic in hujus monasterii maximum detrimentum feudum S. Pauli nuncupatum, in Territorio Randatii situm vendidit Prot. anno 1449. fol. 279. Eo decedente fit Abbas 1448.

8. *Jacobus de Barbo, seu Mill* in commendam, unà cum sedis vacantis redditibus, atque prædecessoris spolio à Rege Alphonso in Castronovo Neapolis 8. Julii 5. ind. anno 1457. Prot. anno 1457. f. 389. antè electus Abbas SS. Petri, & Pauli de Agrò. Hic est qui supradicta diplomata ab Alphonso obtinuit, post cujus decessum an. 1495. Archimandrita suum jus exigendi ab Abbatibus sibi subditis *pileum, annulum, pallium, mulam, & breviarium* repetens; ex litt. datis Messanæ 15. Junii 13. ind. an. eodem & ab hoc exegit Prot. ann. 1495. fol. 1. 1457. Primus Commendat.

9. *Gundisalvus Royz* litterarum Apostol. scriptor, Cubicularius, atque commensalis Alexandri VI. Hic apud Romanam Curiam an. 1499. ad novissimum diem accessit. Quarè idem Pontifex anno sui pont. 7. ob regulam Cancellariæ contulit 1495.

10. *Francisco antè Elenensi*, electo Interamnensi Episcopo, sed ne juri patronatus regii præjudicium inferretur, ob denegatam possessionem hic mox in Papæ manibus resignavit. Prot. an. 1500. f. 239. & libro Prælat. fol. 520. Qui iterum eam dignitatem concessit 1499.

11. *Vincentio de Casviana Vincentina Diœces.* datis Romę litt. 8. Novembris pont. an. 8. Iste iisdem de caussis in Regno non fuit admissus, & eodem modo cessit. Interea Ferdinandus II. Rex Abbatiam de suo jure patron. tribuit

12. *Ioanni Michaeli de Majo Barcinonensi* Joannis Regii Consiliarii filio, ętatis annorum 16. eodem dispensante Pontifice Romę 9. Kal. Feb. 1499. ut Bullę in lib. Regię Cancel. 27. feb. ind. 3. an. 1500. exscriberentur, in quibus habetur: *cujus fructus 100. ducatorum auri de Camera valor est, itemque non obstantibus ordinationibus Pontificiis, quod professis ordinis ejusdem commendari debent, &c.* Rex jussit: Fuit etiam S. Lucię de Milatio Capellanus Major, ac S. Philippi ejusdem Abbas [b]. Anno 1522. ob quædam jura sibi debita ab Archiepiscopo Messanensi, contra eum, 1500.

b In his [illegible]

eum, ejusque bona in Tribunali Regiæ Monarchiæ die 15. Octobr. se direxit[a]. An. 1519. in successorem fratrem ambas dignitates transfundit

[a] In Monarchia f. 91.

1530. 13. *Clementem de Mayo Barcinonensem*, Carolo V. consentiente, & Clemente VII. approbante: post multos annos Clemens his muneribus se subduxit, eaque conferenda voluit

1549. 14. *Hieronymo Zafarana Messanensi* ex nobili genere, *Regio Capellano* laudata per litt. ejusdem Imper. Bruxellis ultimo April. an. 1549. Prot. eodem an. fol. 24. cessione hac, atque à PP. Paulo III. per Bullas Romæ 29. Julii 7. ind. pont. an. 15.[b] admissa. Hic Abbatiæ parum utilis fuit, qui ex ecclesiastico censu, & alienatione, fratribus augendis opibus impensius studuit, nam an. 1550. 13. Martii 13. ind. in actis Notarii Joannis Iuffrè Castiglionensis, suo germano Andreæ Zafaranæ feudum S. Pauli juris Ecclesiæ ad emphyteusim pro annuis unciis quinque concessit. Suorum fortuna aucta, cum solo spolio unciarum 4. anno 1576. periit.

[b] Ibidem.

1575. 15. *Vincentius la Farina Siculus Policiensis V. J. D* primæ nobilitatis, ac literarum peritiæ, *Regius Capellanus*, *atque Panormitanus Canonicus* ex Philippi II. concessione die 3. Sept. in Proton. 28. Junii 4. ind. anno 1576. Iste ob sua promerita mox ante initam possessionem, ad aliud ejusdem Basiliensis regulæ monasterium sub. tit. SS. Petri, & Pauli de Agrò transfertur. Ibidem latiùs de eo.

16. *Hieronymus Carruba Siculus* ob Hieronymi Zafaranæ obitum, ex ejusdem Regis litt. in Pardo 28. Octob. 1586. in Proton. 11. Jan. 1577. fol. 200. 5. ind. 1577.

1579. 17. *Licent. Joannes de Pegnaranda Hispanus* unà cum aureis 300. pro expensis Bullarum, ut in litt. dat. In Pardo 17. Decemb. 1578. Prot. 27. Junii 7. indit. 1579. fol. 68. Is accumulandæ pecuniæ maximè studuit. Obiens an. 1586. die 25. Decembris, uncias 777. ex spolio reliquit in lib. Regiæ Conser. eo anno.

1589. 16. April. 18. *Octavianus Preconius Siculus Castriregalensis* alterius Octaviani Archiepiscopi Panorm. nepos, ac ejusdem nominis Prioris S. Andreæ de Placia, post Episcopi Cefalædensis consobrinus, Philippo Rege per litt. an. 1589. & Sixto V. per Bullas Romæ Kal. Decemb. pont. 4. suffragantibus Prot. 15. Martii 2. ind. fol. 189. Hic cum se gravatum in divisione suæ mensæ Abbatialis à monachali manifestè cognovisset, Regias litteras ultimo Octobris anno 1598. in Cancel. 29. Apr. 1599. fol. 160. exoravit, ut denuò fieret sine præjudicio Abbatis divisio. decedenti subrogatur („ Octavianus iste Ecclesiæ Ce-
„ phalædii præficitur an. 1578. ut in ea Notit.)

1599.

1603. 19. *Bernardinus de Arze de la Conchia Hispanus Oxemensis* Francisci de Velardes de la Conchia Archiepiscopi Messanensis nepos, absque consueta proregis nominatione, dum Messanæ degeret, ad preces avunculi à Rege deligitur, & à Clemente VIII. Romę 7. id Martii pont. anno 12. confirmatur in Prot. 29. Aug. 1. indit. 1603. Iste simul fuit Abbas S. Marinæ de Castania, atque unus ex sex Canonicis Messanensibus, denuò 9. Maji 1602. electis. Ultimum clausit spiritum Matriti mense Julio 1615.

1617. 26. Augusti. 20. *Marcus Antonius Pulvurenti Siculus ex* *Casalibus Catanæ*, dum obsequio Regentis Neapolitani apud Regiam Curiam esset mancipatus, ejus favore à Philippo III. per litt. Matriti 15. augusti 1616. offertur, & à Paulo V. Rom. nonis decemb. pont. an. 12. comprobatur, in Cancel. an. 1617. fol. 240. & Proton. f. 248. & 256.. Hic augendis suæ Abbatiæ proventibus magnam adhibuit operam. An. 1626. 28. octobr. apud Catanam è vita migrans, pingue quidem liquit spolium.

21. *Jo. Baptista Spinola Januensis* ex nobilibus parentibus patre Joanne Luca, & patruo Cardinale S. Cæciliæ Episcopo Mazariensi Philippo IV. volente, & Urbano VIII. probante 26. Sept. in lib. secret. eo. anno, ex litt. regiis 21. Novemb. 1633. in Cancell. 9. sept. ejusdem fol. 6. 1633.

(„ *Antonius Agraz* nobilis Panormitanus,
„ Alphonsi Agraz Regii Patrimonii in Sicilia
„ Præsidii, & in supremo Hispaniarum Consilio
„ Regensis, filius, hæreditario jure Langoniæ
„ Marchio, vir à doctrina, & eruditione lau-
„ datus, hanc obtinuit Abbatiam ex bullis a-
„ postolicis datis Romæ 14. Sep. 1653. In offic.
„ Proton. f. 28. Editis nonnullis libris decessit
„ Neapoli 27. Maii 1672. Consule Bibliothecam
„ nostram Siculam to. 1. f. 53.
„ 23. *Simon Lascaris* Archiepiscopus Dyrra-
„ chinus.
„ 24. *Joseph Impillizzeri* nobilis Netinus ex
„ bullis apost. datis Romæ 7. Nov. 1689. Proton.
„ f. 107. Decessit Syracusis anno 1716.
„ 25. *Jo. Antonius Viesma* electus ex bullis
„ Romæ datis 10. Kal. Decemb. 1723. exscriptis
„ Panormi 2. Martii 1724. in reg. Canc. eodem
„ anno f. 161.)

Hujus Cœnobii ab initio ad an. 1457. Abbas fuerat monachus Basiliensis, & Archimandritæ suffragabatur; Inde Commendatarius de jure pat. reg. & Apost. confirmatione. Subest & spolio, & dandis Regiis. In Siculis comitiis 30. est Prælatus.

Proventus. Proventus annui sub Visitatore Arnedo cum oneribus erant unc. 463. pro Abbate unc. 381. 19. An. 1582. 23. sept. 2. ind. sub Visit. de Puteo deductis oneribus pro Abbate unc. 94. 4. An. 1616. unà cum oneribus unc. 240. His sublatis pro Abbate unc. 197. 10. 12. An. 1633. locabantur unciis 220. scil. *ex feudo Placa in territorio Francavillæ*, cujus jura pœnè omnia à Francavillensibus usurpata, Visitator Regius Nicolaus Danius an. 1580. 4. junii restituenda curavit[c]. Item & alia in feudo S. Pauli apud Randacium[d] ex quibusdam Beneficiis S. Mariæ Traynæ, Castriregalis ac Messanæ, & in Casali Calisperæ, & Catanæ.

[c] In lib. Visitationis apud Conserv. lib. 2. f. 51. ad 113.
[d] Ibidem fol. 12. 17. &c.

Onera. Onera. *Pro regiis collectis unc.* 10. 4. 10. *Pro dandis Regni unc.* 7. 14. 14. *Pro fabricis, & ornamentis, unc.* 12. *Pro oleo unc.* 4. *Pro Seminario Græcorum unc.* 3. sunt unc. 46. 19. & 4. Pro Abbate reliquæ sunt unc. 173. Pro 4. monachis ordinis ejusdem inservientibus monasterio olim erant unc. 68. sed ab anno 1589. mensa attributa est separata.

Ecclesiæ suffraganeæ: *S. Pauli apud Abbatiam Maniacis, & apud Randatium in feudo S. Pauli*. Colitur *Corpus S. Chremetis primi Abbatis, & ex capite S. Barbaræ V. M.* Adest in Francavilla *Ecclesia S. Spiritus, Hospitali S. Spiritus Romæ suffraganea*.

NO-

NOTITIA VIGESIMAPRIMA

SANCTI PHILIPPI DE S. LUCIA.

ANtiquissimum hoc S. Philippi cœnobium in agro Milensi situm, sex ferè m. p. ab oppido S. Luciæ, à quo nomen accepit, distat, ordinis non S. Benedicti (ut multi ex vicinitate alterius Pactensis falsò credunt) sed D. Basilii Magni; nam Comes Rogerius noster, cum omnem militem inter Tyndaridem, & Mylas sine hostium obstaculo exposuisset, parta contra Saracenos victoria, simul duo Templa, alterum D. Luciæ Syracusanæ, alterum Sancto Philippo dicavit. Hoc ditavit prædiis, & cœnobitis dedit Basiliensibus; ut ex diplomate, quod in libro Regiæ Monarchiæ habetur. Temporis autem cursu monachis his deficientibus, aliquando sub titulo simplicis Beneficii, aliquando Canonicatus, sæpissime verò Abbatiæ, collatum esse legimus.

1160. *N. Abbati S. Philippi Ordinis Basiliensis juxta S. Luciam* quædam jura Ecclesiæ. Pactensis concessit ejus Episcopus Stephanus; uti legere est in ea Notitia lib. 3. eodem anno fol. 396.

Cœterorum monachorum Abbatum nulla apud me Notitia.

Abbates Commendatarii.

1. *Antonius de Palitio Civis, & Canonicus Messanensis* ex antiquis. Palitiorum stirpe, appellabatur etiam *Canonicus S. Philippi de Milatio*, Beneficiarius quoque SS. Joannis, & Nicolai Mazariæ (hoc olim etiam Basiliense erat monasterium) à Rege Federico III. electus. Proton. lib. an. 1361. fol. 187. Post Antonii sub ann. 1363. decessum, idem Rex concessit

1355.

2. *Clerico Joannutio de Ripa Ennensi* ob pro merita patris Magistri Raymundi de Ripa, medici ejusdem Friderici, ex litteris directis F. Philippo de Castro-Joanne S. T. M. ordinis Minorum Magistro Capellano Regis, *ut in prædecessoris demortui beneficiorum possessionem inducat*: Prot. eod. an. fol. 188.

1391.

3. *Damianus Parta Beneficiarius, seu Canonicus S. Philippi de S. Lucia* à Rege Martino præsentatus, auctoritate Ecclesiastica Regii Capellani Majoris confirmatur, in Cancell. lib. an. 1391. fol. 32.

1396.

4. *Bartholomeus Xurti Beneficiarius S. Phil. &c.* ab eodem Rege cum eadem institutione. Eo defuncto sufficitur

5. *Gabriel Gombardes* ex ejusdem Regis præsentatione, in Canc. an. 1396. fol. 12.

1407.

6. *Thomas de Bufalis Messanens.* ex senatorio patre Joanne. Id enim Beneficium Martinus Rex ex litt. datis Messanæ an. 1392. 2. Julii 15. ind. dederat *Gregorio de Bufalis* Thomæ fratri; in cujus gratiam Gregorius cesserat, & Rex confirmavit datis Catanæ litt. 6. feb. 1. ind. 1407. his verbis: *per nostrum Reverendum Magistrum confirmandus, &c.* in Canc. anno. 1407. fol. 114.

1416.

7. *Andrianus de Andrianis*, ob cujus obitum fit

8. *Joannes de Caxino Syracusanus* Scholaris in Regio Sacello S. Petri Panormi ab Alphonso per litt. Valentiæ 16. Aug. an. 1428. Prot. 18. Novembris 7. ind. fol. 23.

9. *Pucius de Palitio Civis, & Canon. Messan.* simul atque Capellanus Major S. Luciæ de Milatio [a]. Hic ab eodem Rege litteras dat. Puteolis 29. Martii 15. ind. 1452. *de exemptione hujus Beneficii, atque S. Luciæ Regiis Collectis* exoravit, cui successit in utramque dignitatem

a lib. mercedum an. 1451.

10. *Iacobus de Banamo Siculus* nobilis, volente eodem Rege capib. fol. 372. & lib. Præl. fol. 460.

1456.

11. *Ioannes Crixini, sive Exini Beneficiarius S. Philippi Terræ Sanctæ Luciæ* ex electione Proregis, Panormi 13. Febr. 11. ind. ann. 1477. Cancell. an. 1456. fol. 104. in quibus legimus *id beneficium de jure patr. regii, atque Ecclesiam istam ruinam minari, & ejus bona maximè diminuta*. Post hujus obitum

12. *Blanca de Minutulis Messanensis* nobili ex genere, germanus frater V. I. D. Francisci de Minutulis, Gaspari de Spe in Sicilia regias vices subeunti familiaritate conjuncti, cujus precibus idem Prorex die 29. April. 13. ind. an. 1470. hoc concessit beneficium, Proton. f. 156. Ad quod successor litteras de successione à Rege Joanne impetraverat. Quarè magna inter hos exorta est lis, donec

13. *Angelus Compagna Civis, & Canonicus Messanensis* ex litteris Ferdinandi II. Cordubæ 5. Sept. 2. ind. anno 1484. Prot. & in Reg. Cancell. ibidem libr. anno 1491. fol. 156. die 15. Aug. confirmantibus spem à Patre Rege Ioanne concessam, suam assecutus est possessionem, sed nescio an ob obitum, vel causam aliam sufficitur successor

1486.

14. *D. Alphonsus de Aragonia Archiep. Cæsaraugust.* ex illegitimo thoro ejusdem Regis [b]. Cui spes successionis ad quæcumque beneficia vacatura in Sicilia à Patre indulta est. Sed successori cessit 18. Febr.

b de eo nec latius in Chron. Regum.

15. *Nicolao Truenlench.*, Rege annuente, atque an. 1497. scriptis in Civitate Burgensi 29. Martii litteris [c] à regiarum collectarum solutione eximente. Post datur.

c Prælat. fol. 459.

16. *Ioanni Michaeli de Mayo Barcinonensi* Joannis Regii Consiliarii prognato ob spem successionis ad beneficia jurispatr. regii, tunc ætatis annorum 16. à Prorege, Panormi 14. Jan. 3. ind. anno 1500. Prot. eod. an. f. 42. unà cum beneficio S. Luciæ de Milatio, ac S. Salvatoris de Placa. [d] Hic an. 1507. 27. Maii regiam de jure regio rem defendente Fisci patrono Patrimonii, cum Priore S. Mariæ de Latina Messanæ litigavit. Prot. anno 1507. fol. 242. Sed quòd an. 1510. dederat Didaco successori, Ioannes Michael se abdicavit hoc, aliudque S. Luciæ retinuit.

d Vide in suis notitiis.

1510.

17. *Didacus Herrera Cæsaraugustanus V. I. D.* Reginæ Germanæ secundæ uxoris Ferd. II. Sacrista Major, simul Capellanus Major S. Luciæ, atque S. Mariæ de Gala Abbas [e]. Sed in favo-

e In sua Not.

favorem successoris resignavit hoc S. Philippi A beneficium

1518. 28. *Joanni Artali de Compagna Messanensi*; qui nepoti, data à Prorege facultate, id cessit

19. *Andreæ de Compagna Presbytero etiam Messan.* ex litteris Proregis, Panormi 8. decemb. an. 1523. Prot. anno 1523. f. 33. His sane temporibus huic monasterio S. Philippi monachi ordinis S. Benedicti inserviebant[a], sed proventibus quasi penitus deperditis, unus tantùm Presbyter sæcularis Rex huic successori concessit

[a] In lib. Visit. Francisci Vengi apud Conservat.

1519. 20. *Petro Scariola Siculo Randacensi*. Post cujus obitum

1543. 21. *Petrus Paulus Centelles Messanensis* nobilitatis genere notus, Reg. Capellanus deligitur à Prorege Ferdinando Consaga, datis Messanæ litt. 1. Martii 5. ind. ann. 1525. Prot. fol. 271. Huic multis Sacerdotiis aucto, scil. Regio Capellanatu Castri ad Mare Panormi, S. Angeli[*] de Monte juxta Erycem, S. Mariæ de Itria Pan. & Canonicatu Agrigentino, à Prorege suffectus est

[*] Hodie Sancti Angeli Scupello.

1549. 22. *Andreas Parlatturi Siculus*, cui successit

23. *Petrus de Arena Toletanus* à sacris Joannis de Vegha eligentis; à Rege deinde approbatus, ac simul Cantor Panormitanæ Ecclesiæ ex litt. Bruxellis 25. Junii 13. ind. 1555. Proton. 20. Martii 1556. f. 533. Panormi obiit an. 1569.

24. *Andreas la Rosa Messan.* à Regentis Gisulphi sacrificiis, cujus ope a Rege Philippo II. datis litt. in nemore Segrobensi 2. Novem. 1570 Prot. 5. Apr. 14. ind. 1571. fol. 377. una cum sedis vacantis proventibus eligitur: hac tamen adjecta conditione per litteras Matriti eodem anno Prot. 25. April. fol. 389. ut hæ pecuniæ in collapsæ Abbatiæ reparationem, & ornamenta omnino tribuantur. Ab hoc tempore renovari nomen Abbatiæ, ac institutionem Canonicam ab Archiepiscopo Messanensi diœcesano fieri lego sub die 6. Maii 14. ind. ac simul ab eodem Rege obtinuit Prioratum S. Crucis Messanæ cum Rescripto apost. Romæ an. 1574. Hic ob beneficiorum paupertatem litigavit in Tribunali Regii Patrimonii, & pro se sic decretum est: *Die 12. Martii 1614. iste de Rosa non faciat spolium, salvis juribus Fisco in successores*. Senili gravatus decursu, Messanæ die 20. Junii 1617. vitam profudit.

1571. 6. Maii.

Abbatia S. Phil. cum Prioratu S. Crucis.

26. *Joannes Dominicus de Majo Neapolitanus* sacer aulicus Francisci de Castro Proregis, cujus suffragiis utrumque à Philippo III. exoravit beneficium; sed à Neapoli æstate Panormum reversus, re apud Tribunal Patrimonii infecta de possessione temporali, Messanam evolavit, & ab Archiep. illius Mastrillo, facta institutione Canonica, die 10. Augusti spiritualem est assecutus; die verò 13. ejusdem mensis pestifera affectus febri animam exhalavit. Quarè à Prorege, Regioque Patrimonio dubitatum est, an post hujusmodi exteri obitum ad servandam alternativam, succedant Siculi, & me Judice declaratum est: *Esse Siculorum vicem ob spiritualem possessionem, quæ legitimum dat titulum*. Hinc quidem Prorex tres obtulit Regi Siculos,

26. *Franciscus Corsettus Panormit.* in minoribus constitutus, apud genitorem Petrum Corsettum Supremi Concilii Italiæ Regentem Matriti agens, & Abbatia simul & Prioratu exornatur, ex litt. ibidem mense Majo 1621. Prot. 13. Novemb. f. 36. ac Bullis (in his nulla habetur dispensatio ad utramque habendam dignitatem) Romæ 9. Martii 1622. Prot. 17. Junii f. 215. Hic aliquot bona suę Abbatię ex antiquo jure debita, restituenda curavit. Sed cùm Roma æstivo tempore unà cum patre Episcopo Cephalædensi ordinato Panormum rediret, ibi B 6. Septemb. 1638. solùm majoribus initiatus ordinibus, morte deletur, & in æde Dominicana S. Zitæ sepelitur.

27. *Benedictus Lechi Neapol.* ordinis Canonicorum Regularium S. Georgii de Alga, dum Matriti in hospitali ageret Italorum, olim ordinis fuerat Clericorum Regularium; ex litt. Philippo IV. 16. Julii 1639. in Cancell. 9. Febr. 1641. fol. 97. post quatuor annos ibidem vitam finivit, cum hac tantùm Abbatia divisa à Prioratu. 1641. mens. Feb.

C 28. *Conus de Alberto Siculus Nasensis* Supremi Concilii Italiæ Sacellanus hanc tantùm exoravit Abbatiam. („ Canonicatu in Ecclesia „ Panormitana potitus, decessit Panormi 9. „ Martii 1665.

„ 29. *Eugenius Columna* Romanus ex cla„ rissima Columnensium familia, cui successit

30. *Petrus Gravina* de Cruyllas nobilis Ca„ tanensis, V. I. D. electus ex bullis 2. Sep. 1697. „ exscriptis Panormi 28. ejusdem, in posses„ sionem immissus 23. Nov. 1697. In Cancell. f. D „ 24. & Proton. fol. 18. Primùm Canonicus, „ exinde Cantor, ac demum Prior Ecclesiæ Ca„ tanensis. Vicarium Generalem egit Episco„ porum Catanensium Carafæ, & Regii, & „ nunc Card. Cinfuegos. Vivit septuagenario „ major.)

Hujus monasterii præfectus, in prima fundatione Monachus Basiliensis titulo Abbatis fuit decoratus; sed temporis cursu vel Canonici, vel simplicis beneficii nomine utebatur. Ab anno 1556. iterum antiquo Abbatis honore ad hunc E diem fulsit. In Regni Colloquiis 65. votum profert. Semper Regii patronatus juris fuit, aliquando cum confirmatione Archiepiscopi Messanensis, aliquando cum Pontificiis Bullis; fortè quòd simul cum Prioratu S. Crucis conferebatur. Ab an. 1614. 12. Martii per Tribunal Regii Patrimonii [b] ob paupertatem declaratur exemptus à spolio tempore obitus. Subest tamen collectis Regiis.

[b] In tabulis ejusdem anno.

Annui Proventus sunt *feudum S. Philippi in territorio Civitatis S. Luciæ, ibi templum cum* F *tractu terrarum quatuor tuminorum. Alius terrarum tractus ad seminandum tom. 4. frustum terræ unius tumini cum tribus arboribus mororum. Balia, & alia jura vigesima vini, & frumenti feudi S. Philippi* sub Regio Visitatore Francisco de Puteo an. 1583. Erant pro Abbate unc. 12. 6. sed hodie unc. 20. Proventus.

Onera. *Pro Capellano unc. 3. Pro fabricis, & ornamentis unc. 5. pro regiis collectis unc.* 1. 24. Onera.

N O-

NOTITIA VIGESIMASECUNDA

SANCTI PANCRATII, NUNC BENEFICIUM SIMPLEX.

a In fine de eccl. 2. de benef. Siciliæ.

HOc Cœnobium non ordinis S. Benedicti, ut Thomas Fazellus[a] credit, sed Divi Basilii, à Comite Rogerio, cùm ipse ex loco Caroniæ, & S. Philadelphi Saracenos ejecit, conditum, vel potius reædificatum, & prædiis ditatum fuisse non ambigimus; illudque postea anno mundi 6642. sal. 1134. mense feb. ind. 12. Rogerius Rex filius Archimandritæ Messanensi totius Religionis Basilianæ in Sicilia, & Calabria Præposito Generali subjecit I. dixi *reædificatum potius:* nam ibi anno sal. 707. sub. Abbate Basiliensi Constantino Græco, post Episcopo Leontino[b] cœnobitæ incolebant, & adhuc pervetustissimi monasterii vestigia ab Sancti Philadelphi oppido ad 6. m. p. distantia visuntur. Sub Rege Guill. I. monachis recedentibus, simplex evasit beneficium Regio Sacello S. Petri de Palatio Panormitano suffraganeum[c]. Aliud tamen esse monasterium S. Pancratii etiam ord. Basiliensis situm juxta Tauromenium, aliud in Fortilicio Roccæ de Scilio Calabriæ; de quo sæpius in nostris annalibus fit mentio[d]. Istud Messanæ multa habuisse bona clarissimè patet.

b Lætius nos lib. 3. not. 2.

c In Capibr. Eccl. de Capella S. Petr.

d In Reg. Cancell. lib. anno 1450. fol. 51.

1392. 1. *Bernardinus de Figuera Catalaunius* Regis Martini I. eleemosynarius, ab eodem Rege per litt. datas Catanæ 4. sep. 1. ind. 392. in Prot. lib. an. 1392. fol. 105. & Cancell. fol. 122. eligitur *Beneficiarius, seu Canonicus Beneficii Sancti Pancratii cum feudo in Territorio S. Fratelli*, cum institutione Archiepiscopi Messanensis. Hic fuit etiam Beneficiarius S. Trinitatis Deliæ. Post anno 1411. Episcopus Pactensis.

1484. *Abbatem S. Fratelli, atque S. Eliæ de Ambula* Apostolicos ordinis S. Basilii Visitatores in lib. Prot. an. 1484. fol. 188. invenio, & nos suprà f. 69. De cæteris successoribus nulla obvia fuit Notitia: fortè quod Beneficium hoc de jure patronat. reg. (ut latius à Capibr. Eccl. apud Cancell. fol. 191. probatur) à Baronibus oppidi contermini S. Philadelphi fuerat usurpatum, suisque Sacerdotibus concessum, uti

1511. *Hyeronimus Alcharan* ejusdem Baronis filius possidebat. Post cujus obitum

1515. 2. *Jacobus de Aversa Siculus Mistrettensis Regius Capellanus* à Carolo V. tanquam de ejus jure patronatus obtinuit, atque Abbatiam S. Gregorii de Gypso, simul & alia beneficia[f]. An. 1539. 23. maji 12. ind. Toleti facta ab eodem Imperatore resignandi facultate, in nepotis ex fratre gratiam cessit, ut in tabulis notarii Petri de Rocca Panormitani die 12. decemb. anno eodem, confirmante Paulo III. Romæ 4. Kal. april. an. pont. 7. Cancell. 30. junii 14. ind. 1541.

f Vide supra in Abbatia S. Gregorii.

1539. 3. *Jacobus de Aversa II.* ex patrui cessione 16. octob. 15. ind. possessionem est assecutus. Sed quod *Jacobus de Pactis V. I. D. & Paulus de Bursa* nobiles Messanenses impetraverant litteras Apostolicas cum spe ad vacatura beneficia in Sicilia, abjecto Jacobo minore, post majoris sub anno 1543. obitum, possessionem invasere. Quo de spolio in juris patron. Regii præjudicium conquestus Aversa apud Proregem, per litt. scriptas in Monte Regali 16. julii 5. ind. 1547. Prot. 1546. fol. 240. suæ legitimæ possessioni restituitur. Fit de hoc Jacobo mentio in lib. Reg. Cancel. sub anno 1556. fol. 63. Fuit etiam Beneficiarius S. Mariæ de Castro Mistrettæ cum proventibus Secretiæ illius de jure patron. Reg. Cui successit 1547.

1560. 4. *Antonius Cancellarius Siculus Nicosciensis* simul & Archipresbyter suæ patriæ. An. 1563. ad Archiepiscopatum Messanensem evectus est.

Benef. Sanctæ Mariæ Mistrettæ jur. pat. reg.

5. *Antonius Limel* ex regia præsentatione 13. decemb. 1563. Prot. 8. maii fol. 653. quibus in litteris dicitur: *hoc beneficium fundatum in territorio Caroniæ*.

1596. Mense mart. 6. *Nicolaus Danius Mediolan. Diœc. Aquil. Regius Capellanus*, alterius Nicolai Regii Visitatoris in Sicilia ex fratre nepos, simul & Abbas S. Nicolai de Ficò ex qua an. 1604. etiam jur. Reg. transiit ad aliam pinguiorem S. Mariæ de Bordonaro. Jam senectute confectus, Madriti an. 1636. obiit.

7. *Antonius Mancusus Panormit. S. T. D.* ac simul Canonicus Regii Sacelli S. Petri de Palatio Panor. dum Madriti ageret apud supremi Consilii Italiæ Regentem Petrum de Neyla, non modò hoc beneficio („ ex litt. Matriti 19. Augu„ sti 1636. in Offic. Prot. f. 271.) sed munere Inquisitoris de rebus fidei an. 1640. in Sardinia exornatus est. Hinc plura, & quasi integra SS. MM. corpora in Seminarium, & S. Mariæ Agonizantium Panor. transmisit.

(„ 8. *Hieronymus de Crellena* Hispanus ex
„ regiis literis datis Matriti 2. Maii 1649. in
„ Offic. Proton. f. 447.

„ 9. *Franciscus Accerna* Siculus ex oppido Ca-
„ tholicæ, Ingressus Panormi congregationem
„ oratorii S. Philippi Nerii, in ea decessit 23.
„ Decembris 1685.

„ 10. *Cler. D. Joseph Carasayal & Herrera*
„ hoc beneficio donatur ex literis regiis signa-
„ tis in domo Boni secessus 14. Maii 1686. in of-
„ fic. Proton. f. 157. Decessit Matriti circa annum
„ 1719. Nunc vacat.)

Hujus monastrii Præfectus à prima fundatione, vix ad 200. annos nomine Abbatis usus fuit. Inde monachis aliò transmigrantibus, vel titulo solùm Canonici, vel Beneficiarii in nostris Annalibus subcribitur. De jure Regii patron. est, cum institutione Archiepiscopi Messanensis Diœcesani, etsi aliquando cum apostolicis Bullis inveniam, fortè ad dispensationem alterius beneficii, ita Danius. Non intervenit Comitiis Regni. Subest tamen Regiis collectis in unc. 22. 2.

De spolio recentiori, cùm per longum temporis intervallum Beneficiarii extra Regnum obierint; rem incertam relinquo.

Annui Proventus, qui ex feudo S. Pancratii percipiuntur, hodie un. 165.

NO-

NOTITIA VIGESIMA TERTIA

ABBATIÆ OLIM, POST SIMPLICIS BENEFICII S. NICOLAI

De Regali Diœcesis Mazarensis.

DE Hoc antiquissimo monasterio diximus in lib. 3. Notitiæ Ecclesiæ Mazarensis

---

NOTITIA VIGESIMA QUARTA

ABBATIÆ S. MARIÆ DE ALTO, SIVE DE JUMMARIIS AB

anno 1568. *Commenda Religionis S. Jo. Hyerosol.*

DE hoc Basiliensi monasterio latior fuit sermo in lib. 3. Not. 6. fol. 533. Sed addendum est, quòd idem *S. Maria* non Andreæ * *de Mazara* inter alia Archimandrita. tui suffraganea in privilegio Regis Rogerii sub anno mundi 6653. quòd integrè nos retulimus, recenseatur.

* In inscriptio, nis errore.

NOTITIA VIGESIMA QUINTA

SANCTÆ MARINÆ DE CASTANIA.

SUb hoc titulo egimus in lib. 3. Notit. 4. fol. 419. Sed an eandem Abbatiam olim fuisse, ac *S. Maria de Mallimachi prope Castaniam*, de qua nos suprà nihil, certum statuo. Fortasse idem monasterium ordinis S. Basilii non longè ab oppido Castaniæ, à quo nomen fecit; etiam ob S. Marinæ V. reliquias ibi honorificè asservatas, ita dici potuit. De cujus fundatione, dotationeque ita lego in privilegio PP. Honorii III. dat. Later. Kal. Novemb. an. 1. sui pont.ª *Item confirmo Archimandritatum cum omnibus pertinentiis suis in Sicilia: siquidem obedientias has, Ecclesiam S. Leonis &c. Ecclesiam Sancta Marina (fortè S. Maria de Messana) cum possessionibus, quas olim Barlaam obtulit monasterio prædicto, possessiones etiam; quas Simon Colecta, & Maria uxor ejus ipsi dudum monasterio contulerant, sitas in territorio Messana*. An isti conjuges oppidi Castaniæ fuerint Domini, & bona dotata fuerint in territorio Messanæ, id est in Constrictu illius, non mihi constat. Constat tamen patuisse Archimandritæ, qui suæ collationis, Archiepiscopus vero Messan. quòd juxta Castaniam propriæ diœces. esset, suæ, Episcopus etiam Pactensis ᵇ, quòd in confinio oppidi S. Salvatoris diœc. Pact. suæ, semper contenderunt.

ª Vide sup.

ᵇ Nos in not. Pactens.

De antiquis Abbatibus hæc prima occurrit Notitia. Cùm obiisset istius monasterii Abbas

1. *N. monachus Basiliensis* anno 1464. ab Episcopo Pactensi Conrado.

2. N. tunc Abbas S. Philippi de Fragalà ejusdem instituti eligitur *Gubernator, & Abbas monasterii S. Marina*. Qua de electione apud Proregem conquestus est Baro ejusdem oppidi Castaniæ: asserens *sui juris esse in propria ditione Abbatem offerre, Antistitis verò Pactensis tantùm confirmare*. Prorex datis litt. 26. Julii an. 1466. 4. ind. ita decrevit in Prot anno 1464. fol. 61. *quòd Baro probet, & doceat de suo jure patr. & providebitur* in secretar. Macri anno 1466. eodem die. Idem Baro eundem accusavit Abbatem *de sacrilegio reliquiarum S. Marina translatarum in aliud S. Philippi, de intrusione in Abbatiam, atque usurpatione pecuniarum, reddituumque à Baronissa sua matre pro readificando monasterio, relictarum*. Hujus rei exitum, atque alterius Abbatis successionem non lego.

3. *Fr. Marianus de Sylvestro Basil.* an. 1504. huic præficitur cœnobio ex electione Episcopi, sed anno 1509. 15. Decemb. 13. ind. possessione privatur, & ad proventuum perceptorum restitutionem cogitur in Monarch. folio 327. & 772.

4. *Fr. Joanni Calamanna* ordinis quoque S. Basilii ex juridica electione. Post cujus obitum sufficitur

5. *F. Jacobus de Pirrono monachus Basil. monasterii S. Marina diac. Pactensis* ex pellice præcessoris Joannis Abbatis, Hadriano VI. per Bullas 15. Aug. sui pont. 1. natalitiis illegitimis indulgente, Proton. 25. Martii 1426. fol. 315. De ejus successoribus nihil habeo. 1510.

6. *N. Clericum sæcularem* ab Episc. Pactensi electum *AbbatemCommendatarium* extitisse testatur in sua visitat. de S. Marina in Confer. Franciscus Puteus. 1519.

7. *Bernardinus de Arze, & Cuencha Hispanus* ex sui patrui Francisci Velardes, & Cuencha Archiep. Messan. collatione. Fuit etiam hic Abbas S. Salvatoris de Placa, & Canonicus Metrop. Messanæ. Eo obeunte, Idem.

8. N. vir exter, cujus nomen adhuc non inveni;

Inveni; licèt à Romana Sede, apud quam diu in Cardinalis famulatu vixit, hanc obtinuisset Abbatiam. Mox ut de istius obitu Archiepiscopus Messan. Petrus Ruiz de Valdivexo certior fuit factus, hanc contulit dignitatem, tanquam sui juris, ac illam Sanctæ Catherinæ Linguægrossæ

1613. 9. *Joanni de Valdivexo, & Ruiz Hispano* suo fratri germano, Judici ordinario Siculæ Monarchiæ, atque Abbati S. Mariæ de Terrana. Iste dum anno 1524. triremibus in Hispanias versus navigasset, ætatis jam confectæ juxta Januam periit.

1625. 10. *Paulus de Angelis Siculus Narensis* Urbano VIII. charissimus, & familiaris, à quo hanc, uti Sedi Apostolicæ affectam ob mortem illius Abbatis de Cardinalis familia, & alias

A Abbatias impetravit, Post in successoris favorem resignavit

11. *Luca Cochilla V. I. D. civis, Archidiac. ac Canon. Messan.* Iste multis titulis clarus est, scil. *Commissarii S. Officii, Abbatis S. Michaelis de Fulgerino cum unc. 62. Prioris S. Mariæ Gibilmanna cum unc. 63.* atque tertiùm Vicarii Gen. Sede vacant. („ An. 1650. Episcop. Pactensis „ electus, ut in Pactensis eccl. Not. diximus.)

B Hujus monasterii titulus est *S. Maria Virg.* quæ sub Rogerio I. an. 1071. vixit, & obiit 17. Julii, uti ex ejus vita græcè conscripta in oppido Scanio, in latinum à P. Octavio Cajetano („ Edita est tom. 2. SS. Sic. fol. 109.) translata constat, in sua idea fol. 95. Semper ad an. 1583. Abbas Titularis Basil. inde Commendatarius, hodie pontificiæ collationis, valet un. 22.

NOTITIA VIGESIMASEXTA
SANTÆ MARIÆ DE LACCU, SIVE LACU.

AB oppido Nesi in diœc. Messan. ad 1500. p. vestigia adhuc visuntur cujusdam antiquissimi cœnobii sub invocatione S. Basilii, ejusdem ordinis, quod pietate, & largitate Comitis Rogerii extructum credimus, & adhuc de jure patr. reg. suffraganeum alteri S. Anastasiæ Castelliboni *. In eo enim monasticæ Basilienses vitæ cultu adultus S. Conon, ob præclaram virtutem, & miracula celebris est. Sub Rege Tancredo vixit, & ad Cœlum volavit 25. Martii in ædicula S. Michaelis, post S. Cononis, olim extra oppidum, nunc intra parochialem sub Archiep. Messan. Sicusio, ibi in argentea arca honorificè coluntur ejus reliquię. („ Ejus vitam habemus tom. 2. SS. Sicul. Cajetani fol. 200.) Hinc monachi everso pervetusto cœnobio, in aliud *Sancta Maria* iisdem passibus ab oppido distans transferunt, sub nomine de Lacu: quatenus dum pluvia desiderabatur, ad illam Dei genitricem summa devotione, & processione confugiebant, & aquam ad modum Laci impetrabant. Istud novum monasterium S. Mariæ constructum, & dotatum his verbis testatur *Abbas Nymphus*.

a de Conon in 2. p. hujus de lib.

1589. *In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno Domin. Incarn. ejusdem 1389. mense Iunii 20. die xii. indiction. Regnante Sereniss. Domina nostra Maria Dei gratia inclyta Regina Siciliæ, ac Athenar. & Neopatriæ Ducissa, sui regiminis anno xii. feliciter amen. Nos Frater Nymphus humilis Abbas monasterii S. Mariæ de Lacu en tenimenti Terra Nasi per hoc præsens scriptum universis hominibus, & personis tam præsentibus, quàm futuris, notum facimus, & testamur; quòd cum nos tanquam Abbas ejus monasterii habemus tenimentum, & possidemus non nulla bona stabilia, & mobilia posita in terra, & territorio dicta Terra Nasi finibus inferiùs designatis: nomine, & pro parte dicti monasterii, quę bona omnia fuerunt propria industria, & affanno condam Presbyteri * Petri Stupari reverendi patris mei, qui incepit, & fabricavit dictum monasterium, & nos sequimur, & omni die sequimur ad utilitatem, effe-*

* hic fuit Presbyt. Græcus cum uxore.

C *ctum, & acquisitum ipsius monasterii. Et Deo annuente in futurum meliora faciemus: de quibus bonis nullum habemus scriptum, neque inventarium: cupientes habere ea in scriptis ad æternam rei memoriam, & dicti monasterii, hæredum, & successorum suorum cautelam, per manus Antonii Corasi totius Vallis Damane publici Notarii scribere ea fecimus ad infrascriptas tabulas particulariter, & distinctè, & modo, & forma in præsenti inventario contenta &c.* Hæc

D in instrumento adnotantur, & in margine aliquibus characteribus græcis, atque *Calix argenteus, mitra cum ornamentis, & smaltis, Crocia argentea & Troides unus*, qui est codex, quo utuntur Græci monachi S. Basilii. Ex his, & quæ statim afferemus, facilè inferendum est, hoc cœnobium ejusdem fuisse instituti.

Ex quodam enim IV. Sixti Summi Pont. rescripto 7. Kal. Maii an. 1475. in secret. eo anno fol. hæc habentur: *Per obitum fratris Philothai*

E *de Monasterio ord. S. Basilii confertur Fr. Leontio de Falcone ejusdem ordinis Monacho Grutta ferrata Diœcesis Tusculana: sed quòd ad presbyteratus ordinem non pervenerat, ab eodem Pont. confertur Fr. Antonio de Falchis monacho Basil.* In eodem rescripto cautum est, *hanc Abbatiam semper fuisse collatam cœnobitis Regula S. Basilii.* Verùm deficientibus Basilianis, sufficiuntur Benedictini ex pontificia indulgentia. Et primùm occurrit anno circiter 1535.

F 1. *Ioan. Baptista Vitalis Siculus Nisensis*, 1535. qui ordinis S. Benedicti habitu suscepto, consecrationis munus ab Archiepisc. diœcesano Mess. suscepit. Hic suæ Ecclesiæ multum attulit emolumenti, eamque maximè juvit; autographum erectionis, & donationis magna adhibita diligentia, an. 1540. apud monachum Novæ lucis invenit, & in suum transtulit monasterium. Id ego vidi, & supra retuli; omnia jura, proventusque cum suis finibus in publicas redegit tabulas; quòd pervetustum cęnobium pęnè esset collapsum, & continuis latronum invasionibus obnoxium, ex Archiep. facul-

facultate, in ædem S. Trinitatis intus Nesum, factam monasterii granglam, & applicatis illis redditibus, se recepit. Ibi moritur, & sepelitur. Ei sufficitur sub eadem regula, & habitu

2. *Philaredus Fazella*, cujus memorantur tabulæ monasterii. Fuit hic etiam Abbas S. Mariæ Mandanichii, & Prior S. Mariæ Fluminis Nisi.

3. *Franciscus Perellus Nesensis Monachus Benedictinus* ex Pontificis venia habitum ferebat cum muzzetta, & birecto clericali. Iste cum pensione annua unc. 12. resignavit anno circiter 1600. in successoris favorem.

4. *Franciscus Causaranus, etiam Nesensis* eandem monasticam coluit vitam, & usus est pontifiaalibus ornamentis. An. 1620. è vita decessit, & in æde majori humatur. Post cujus exitum

5. *Joan. Rizzius Neapolit.* in commendam cum beneficiis S. Mariæ de Cujuano & duobus piis legatis in Casali dicto Durenta diœc. Aversanen. à PP. obtinuit; sed cessit deinde hæc beneficia

6. *Valerio Fernandez de Vega* genere *Hispano*, civi Neapolitano, sic Urbano VIII. præcipiente Romæ 6. Kal. Julii pont. an. 7. 1621.
Hic annuos redditus exegit solùm uncias 32. attamen ann. 1644. exponens valorem ducatorum aurei de Camera 100. resignavit cum pensione 50. ducatorum in gratiam

7. *Antonii Tambono Nesensis* ex bullis Innocent. X. apud S. Petrum 6. id. Octob an. 1644.
pont. 1. in secre. 19. Decemb. 1644. Is etiam monasticam (ut vocat) patientiam ab Abbate Benedictino Messanæ recepit.

Hujus Cœnobii semper Abbates (præter duos Commendatarios) vel Basiliani, vel Benedictini etsi presbyteri sæculares cum birecto Clericali habitum, quem Patientiam appellant ante pectus, ab aliquo Abbate ordinis solemni ritu susceptum gestare solent. Aliqui pontificalia exercuerunt. An tamen monachi Archiep. diœcesano, an Judici exemptorum subiiciantur, nihil certum habeo.

Ecclesiæ suffraganeæ sunt: *S. Elia in eodem agro, ubi monasterium S. Maria*, ibidem *S. Philippi Apost. antiquissimum Græcorum cœnobium*, quarum solum visuntur vestigia, haud secus alterius *Si Phidachii in ora maritima* juris hospit. Panorm. *S. Lucia V. & M. juxta Caput Orlandi*, quam exædificaverat quidam Syracusanus, dum ejus navigium vino onustum, naufragium ageret, ex voto ad S. Luciam evasit; & *S. Trinitatis in oppido Nisi*, harum proventus aggregantur Abbati, in totum unc. 32. onere: *Pro missis unc. 4. Pro Messan. Seminario unc. 1.*

NOTITIA VIGESIMASEPTIMA

SANCTÆ MARIÆ DE FLUMINE NISI.

Habetur latius ex occasione supra num. 21. fol. 47. cum egimus *de S. Nicandro de S. Nicono*. Addam tantùm, quòd ab hoc monasterio discedentibus monachis, sufficitur *Fr. Filaredus Fazella*, fortasse monachus S. Benedicti, & Abbas S. Mariæ de Lacu Nesi, hac tamen adjecta pontificia Sixti IV, 16. Kal. Julii sui pont. anno 3. fal. 1474 in secr. eo anno. conditione, *ut regulam S. Basilii profiteatur, & habitum induat*. Fuit quoque Fazella Abbas S. Mariæ Mandanichii. Post aliquot annos utramque Abbatiam ex facultate Papæ cessit *Bernardino Sollima Mess. Clerico sæculari* ætatis an. 18, sub iisdem conditionibus, ut nos suprà.

NOTITIÆ XXVIII. *S. Petri de Deca*, præter ea, quæ suprà n. 23. nihil.

NOTITIA XXIX. *S. Dominica de Monte Dei* habetur suprà f. 47. n. 24.

NOTITIA TRIGESIMA

SANCTI MICHAELIS DE FULGERINO, SEU FILARINO, VEL SOLARINO.

De hujusmodi Abbatiæ, quæ in agro Calatabiani juxta oppidum Linguæ Grossæ sita est, fundatore, atque primo institutore, nemo est, quem sciam, scripsit, ordinis Benedictini ex confinio altero S. Catherinæ de Lingua Grossa, credebam, sed quòd ibidem Abbas ordinis Basiliensis præficiebatur, optimo jure inter istas S. Basilii colloco.

1. *Fr. Fridericum* quendam cum monachis suis sub anno 1468. Hic deguisse legimus sed an. 1474. 18. Junii jam decrepitæ ætatis gladio confossum, obtruncatoque digito ad annulum suscipiendum, monasteriumque sacrilegè expilatum habemus in lib. Secret. apud Cancell. eo anno. Huic sufficitur

2. *F. Chelius, sive Rogerius de Bonanno* à Tripis Barone electus, tamquam de suo jure patro- 1474.
natus[a], statim possessione orbatur.

3. *A Fr. Herasimo, sive Gervasio monacho Basil. S. Salvatoris Messana*, ex Bullis Gregorii 1475.
XIII. Romæ 10. Kal. Feb. 1474. pont. anno 3.[b] Quarè Chelius de Abbatiæ privatione, nullo citationis jure servato, apud Proregem conquestus est, & datis Catanæ litt. 18. Febr. 1482. per judices ad rem electos suæ pristinæ restituitur possessioni[c], sed litem prosequens Herasimus,

a In Prot. eo an. f. 121.

b In secret. eo an. 1475. feb. ind.

c In Monasteri. f. 157.

a ibidem fol. 161. mus, pro ipso an. 1486.[a] decretum est. Novaliter afficitur iste anno 1489. quòd Vicarius Gen. Messan. post Friderici obitum ad se hanc electionem spectare contendebat [b], elegitque

b ibidem fol. 312.

4. *Petrum Suaglies Mess. Cardinalem Rhegynum S. Trinitatis, & S. Michaelis Fulgerini in Valle Damanis Abbatem* [c]. Cæteri in commendam obtinuere.

c ibidem fol. 314.

5. *Presb. Joannellus Salemi Messanen.* [d]. An. 1556. fit Abbas

d ibidem an. 1556.

6. *Ioseph Cirinni nobilis Civis, Decanus, ac Canon. Messan.* vir magnæ æstimationis, non semel Vicarii Gener. munere est perfunctus, & mo œconomo Regio, semper regias persolvit collectas.

7. *Antonius Sbert Nicosciensis, simul Decanus, & Canon. Messan.* per Bull. Pauli V. Romæ 5. Octob. an. 1616. ac Prior S. Mariæ de Succursu Nicosiæ

8. *Lucas Cochilla V. I. D. Messan. Archidiac. ac Canon. Commissariusque Sancti Officii*, ex collatione pontificia. Vir utique in rebus agendis præclarissimus, tertiùm & hodie Sede vacante Vicarius Generalis, Abbas etiam S. Marinæ de Castania, atque Prior S. Mariæ de Gibilmanna. („ Anno 1650. Episcopus Pactensis.

Multo hinc tempore deficientibus cœnobitis, Abbas est Commendatarius Romano Antistite conferente. Non spolio, sed dandis unc. 4. & gr. 14. subest. Ex Revelatione Beneficiorum sub anno 1634. valor erat unc. 62.

XXXI. NOTITIA *S. Michaelis, sive S. Mariæ de Campo Grosso* in lib. 1. not. 1.

XXXII. NOTITIA *S. Honophrii* ibidem.

XXXIII. NOTITIA *S. Mariæ de Bocco seu Bicaro* ibidem.

Et hæc satis de Siciliensibus S. Basilii Magni Abbatiis.

LAUS DEO, EJUS GENITRICI MARIÆ, atque Divo Basilio.

SICILIÆ SACRÆ
LIBRI IV.
PARS SECUNDA,

In qua Siciliensium Abbatiarum, ac Prioratuum Ordinis S. Benedicti Notitiæ proponuntur, atque sex Monasteria in Sicilia a D. Gregorio Magno ædificata indicantur; Auctore Abbate Netino, ac regio Historiographo *D. Roccho Pirro* S. T. & V. I. D. &c. Sub Sereniss. Principis *D. Joannis ab Austria* Oræ Maritimæ, & extra Fretum Præfecti, Siciliæque Proregis auspiciis.

REVERENDISSIMO DOMINO
DON ZACHARIÆ PLATAMONI
A PANORMO

Magni Gregoriani Monasterii Sancti Martini de Scalis Panormitanæ Diœcesis Abbati, atque Generali Benedictini Ordinis in Sicilia Visitatori dignissimo.

ABBAS D. ROCCHUS PIRRUS S. P. D.



ELABORATUM Nostræ Siciliæ Sacræ Opus, quatuor voluminibus sedulè compactum, sicut Augustissimo Catholici nostri Regis Philippi IV. Nomini optimo jure fuit consecratum; ita & ejusdem Regis Ecclesiarum patroni vigilantioribus suis Præsulibus divisim de Cathedralibus datum est, tandem de Abbatiis postremum, (quod est sterilis meæ senectutis abortus,) in quatuor distributum partes eminentioribus cujuscumque ordinis Præfectis; primam quidem Messanensi Basiliensium Archimandritæ, secundam verò Tibi (Præstantiss. Domine) Panormitani Benedictinorum Magni Gregoriani Monasterii Abbati dicandum operæ pretium existimavi. Tibi (inquam,) quem duo præ ceteris præclarissima, tum gentilitiæ claritudinis continuis heroibus, litterarum, armorumque præstantia, ac insignibus Episcopalibus, Proregia etiam dignitatibus illustratæ, tum generosi tui animi dotium tot religiosis muniis excultarum ornamenta condecorant mirificè. Primum quippe, quod immemorabilem tuæ nobilitatis antiquitatem à primis Impp. Græcis repetit: In Alexandria enim (referente Galeno In lib. 1. epy. de morbis vulgar. com. 3. tex. 19.) floruit maximè; ubi *Hippocrates Cous Medicorum Princeps Silenum*[a] *in PLATAMONIS adibus prope filios Evalcidis commorantem curavit*. Ad nominis ethymologiam astruunt Scriptores[b] Græci: *PLATAMON terra planities prope mare amplum littus lapillos marinos habet*, additque Echus Eusichius: *intelligendum est PLATAMON locum latum prope mare, qui debebat esse, ubi habitabant Silenus, & Evalcides*. Ab his ob temporum vetustatem reconditis evolare cogimur ad Valcum de Platamone equitem Græcum, qui ab Alexandria multò ante Northmannos Principes transmeaverat Neapolim, ubi divitiis locuples ad delicias juxta littus maris artificiosa manu antra construenda voluit[c]; unde cecinit Parthenopeus Homerus: *Vicino illito detto Platamone vi sta la sacra grotta Serapide*. Eaque paterna bona inde ejus filius Pier Valcus nepos Bernardus, & pronepos Joannes Silenus de Platamone ad Regem Guillelmum III. possidere, sed ab Henrico VI. Imp. privantur. Jo: Sileni istius Bernardus II. primogenitus Neapolitanus heros addictus honorariis Reginæ Aleonoræ obsequiis ad Siciliam transiit. Tunc à Rege Frid. II. multis prædiis ac supremo Syracusani Justitiarii munere auctus, nobili conjugio cum filia Joannis de Leontino astringitur; Syracusisque primum suam prorogavit familiam[d] per ingenuos liberos Sanchium, Antonium, Fridericum, & Aleonoram Joannis Pedilepori Senatoris Syracusani uxorem. Sanchius Sanchio Regis Friderici notho charissimus Laurellam Falconem proceribus ex Messanensibus ortam conjugem sortitus, ex ea Ferdinandum Jo: Baptistam, & Nicolaum Antonium suscepit: isti primariis Urbis muniis claruerunt. Ferdinandus sub Friderico III. Rege multi nominis, & divitiarum heros, Agatham de Tudisco, (fortè Nicolai de Tudisco Abbatis Panorm. sororem) sibi Catanæ desponsavit; quæ Urbs & diuturno suo domicilio, & suorum ex Agatha genitorum Bernardi III. Joan. Baptistæ, atque successorum natalitiis undique illustratur maximè.

An. mundi 3530. sub Artaxerxe Persarum Rege.

a In Epydem tex. 2. egroto 2.
b Suidas, &c.

c Ex Benedicto Falco in Apol. Neapol. fol.

1102.

1106.

d Ex F. Simon. Leontin. fratre Jo: in descr. vitæ Alaym. Leont.

Ex BERNARDO hujus nominis Tertio, qui primus ad Reges Martinum, & Mariam orator destinatur[a], & præcipuis in Patria[b], atque in Regno regiarum rationum officiis cohonestatur,[c], prodiere 1. F. Antonius in S. Agathæ[d] Benedictino cœnobio professus, Prior S. Mariæ de Monacho, pòst Episcopus Melitensis 2. Franciscus ejusdem Melitæ generali gubernio donatus[e]; & 3. Thomas Regius eques, Catanæ patriæ Patricii[f]; Messanæ Strategi[g] honoribus clarus.

Ex JO. BAPTISTA rerum gestarum gloria, divini, humanique juris peritia insigni, qui oppidi Jacii feudorum Rididini, Risichilliæ fuit dominus[h], Regi Alphonso charissimus, ab intimis illius secretis, Rationibus, Cancellariatu, Legatione ad Imper. Sigismundum, Summum Pontif. Respublicas Venetam, ac Januensem, & iterum ad eundem Pont. ac Cardinalium Collegium pro gravioribus Coronæ rebus agendis,[i] regias quoque in Sicilia tertium vices gessit[K], præclarissima fuit proles: 1. Julius Sanchius Chiurchæ Baro[l], Messanæ Strategus[m], patreque renunciante, Magister Rationalis[n]. Huic sine liberis decedenti successit. 2. Joannes Ferdinandus, 3. Petrus eques Hierosolymitanus, 4. Bernardellus, 5. Aloysius Baro Fictiæ, 6. Antonius Baro Imposæ[o]. Istius filius Ludovicus Leoni X. Pontif. jucundis laboribus famulatus, multis exornatur dignitatibus, Apostolici scil. Cubiculariatus, Palatini Comitatus, Sarcinensis Præsulatus, tandem patrii Syracusani Episcopatus; eodemque Pontifice indulgente, ad instar Cardinalium argenteam clavam ante se ferre, & rubeis vestibus indui potuit[p].

Ex JO. FERDINANDO, & Joanna Salimbeni Spataforæ Baronis Cuto, & Malettæ filia nobili conjunctis thalamo exoritur Antonius ad quæcumque bona legitimus hæres[q], à quo in Te (præclarissime Abbas) rectà præstantissimè perficitur series *. Alterum verò ornamentum ex tua morum integritate, scientiarum peritia, in pauperes, tuosque monasticæ vitæ cultores probata charitate, in tot monasteriorum regiminis prudentia, vigilantia, atque in illorum proventibus augendis, sacris ornamentis pretiosè concinnandis, sumptuosissimisque ædificiis amplificandis solertia magis magisque præfulget. Hæc à majoribus in te unum ingenita qualitate confluxere, parum puto, omnium oculos in te convertas, omnium animos concites ad amorem; quam optandum, majorem in dies fama evehat dignitatem, & ad immortalem posteritatis memoriam clara generis monumenta custodiat, Valeas Panor. Kal. Jan. Anno Dom. 1649.

a In Prot. an. 1391. fo. 19. b Canc. 23. Ju 1411 fol 110. c ibid ann. 1418. fol. 450. d Nos lib. 1. not. 7. e Canc. ann. 1429 fol. 137. ibid 1447. fol. 101. f ib ann. 1451. fol 74. g 1440. f. 59. & an 1446 fol 135. h Zur lib 7. annal Arag. i Nos in Cu g. K Canc ann. 1434. f. 154. l 1440 fol. 371. m ibid 1 40. f. 1446. f 91. n Ex testam. 8 p 7 Aug. 1431. & 1450. o Nos lib. 3. not. 2. p Canc. ann. 1497. f. 107.

INter quàmplurima & quidem præclarissima, totoque in Orbe celeberrima, & perpetua Nostræ optime meritæ Siciliæ ornamenta, istud Christianæ Religionis præ cæteris eminentiùs, atque præexcellentiùs refulget. Si enim fausta illius primordia respiciamus; Fidei semina cum Episcopalis dignitatis prærogativa inter universas Occidentis, ac plerasque Orientis regiones prima suscepisse dignoscitur.

19. Constituta siquidem nostræ salutis anno 39. die 22. Febr.[a] ab Apostolorum Principe Petro Pontificia Cathedra in Antiochena urbe, non modò Syriæ, sed & totius Orientis tunc Capite, ac Metropoli; mox[b] ex ea duos suos alumnos pietate, ac doctrina eximios, genere Antiochenos *Marcianum* scilicet Syracusas[c], & *Pancratium* Tauromenium[d] destinavit. Post sex annos nostrum Siculum tansfretando mare ad Romani Imperii arcem, ubi anno 46. die 28. Januarii firmam statuit sedem, vel in itinere *Maximum* Tauromenitanum ordinavit[e], vel ex ipsa alma urbe *Beryllum* Catanam[f], *Philippum* Panor. aliosque transvehendos in Trinacriam Antistites summo curavit studio[g]. Haud secus Coapostolus Paulus, Gentium Doctor per nostras Sicilienses an. 59. petens oras, in Melita *Publicum*, Messanæ ex traditione *Bacchylum*[h] novos dedit episcopos, antiquos multo charitatis affectu fovit, nostrosque majores in primæva fide concepta firmavit, miraculis, prædicatione eorum numerum auxit.[i]

a Ex Eusebii Chron. & Baron to 1. Ann. 39 ann. b Anno 40. ex Octav. Cajet. in Idea fol. 6. & 90. c Syracusana dicitur secunda, post Antiochenam nos lib. 3. not. 2. d Nos lib. 2. not. 1. e Nos l. c. ex Metaph in orat 29 Petr. & Paul 29. Maji f Nos lib 3. g Ex Baron. 60 an. & Nos l. c. h In not. 1. lib. 1. de Mel. & lib. 3. de Mel. i Ex act. Apost. c. 28. & & Baron. ad eum an.

Si verò ad Religiosorum initia vertamus in-

A tuitum, ita ab incunabulis ipsis semper ad eos amplexandos, fovendosque studiosum Sicilia suum aperuit sinum, ut nulla ferè numeretur apud nos Religiosa familia, quæ vel suo superstite auctore, vel statim ac à Romano Pontifice approbata, ad hanc nostram Provinciam non transmearit. 363. Divus enim Basilius Magnus, qui primus in Oriente Græcos monachos in Societatem communibus præceptis, communique

B vivendi ratione traduxit[K], non minori cura ad propaganda sui Ordinis instituta, continuo suorum alumnorum colonias in utramque transmisit Siciliam. Qua de re latior noster fuit sermo in hujus IV. Libri parte prima. D. verò Benedictus, (cui Magni nomen etiam debetur) *justorum omnium spiritu plenus*[l], Latinorum cœnobitarum Princeps, Legislator, &

C Magister, nascente tunc sua Religione, Placidum aliquosque socios ad nostram destinavit Siciliam.

DIVUS ergo BENEDICTUS iste nativitate Nursinus; origine Romanus[m], Romanisque parentibus Nursię dominis Anicio Probo Eutropio Justiniani Senatoris Romani ex Annio, & Anicio filio, atque Claudia Abundancia, (quæ in ejusdem Benedicti, & Scholasticæ sororis

D unico obiit partu,) anno sal. 480. ortus est. In paternis, suorumque majorum ampliss. ædibus, ubi ad hunc diem *Oratorium D. Benedicti*, atque ab anno 1621. *Hospitium*, *seu Collegium Gregorianum de propaganda fide*[n] extant, Romæ vitam ducens angelicam, in litterarum studia in cum-

K Ex Baron. to. 4. ad ann. 369. Suarez. t. 4. relig. l. 3. c. 11. syl. Maur. in mari Oceano Relig. l D. Greg. 2. Dial. 8. De S. Benedicto. m Ex Græc. Martyr. sub die 14. Martii. n Ex Bulla Greg. XV. pp. an. 1621. 15. Kal. Maji Pont. an. 1. item promo-

* Ex Antonio & Francisca filia Alexand. Galletti Joa. Ferd. II. Ex Jo. Ferd. II. Anton. II.
Ex Ant. II. & Diana Andreæ Agliata Baronis nunc Princip. Villæfranc. genita Alexander.
Ex Alex. & Lauria Gerardi Agliata filia Alexan. II. 2. Vinc. 3. Vespasian. Eques Hierosol. & 4. Marius liberi prodierunt.
Ex Alex. II. Franciscus, Ex Francisco Alexand. III. Ex Alex. III. & Marchisia Morso filia Marchi. Gibillinæ, nunc Princip. Pogi Reg. Franc. II. eques S. Jacobi & primus Princeps Curò.
Ex Vincent. secundòg. Alexandri II. & Hieronyma de Afflic. sorore Annibalis de Afflic. sanctiss. Archiep. Regvensis, ac Cæsar equitis S. Jacobi de Spata, filia Vinc. de Afflic. Baron. Synagræ quinquies Panor. Prætoris ex Vincentia de Afflic. & Bardi filia ultimi Baronis Jacii nostrum auspicatiss. accepimus D. Herculem Platamonem, nunc Abbat. Zachariam.

cumbebat, quibus omnino despectis[a], soli Deo placere desiderans, anno 494. ætatis suæ 14. ad eum locum, qui Sublacus dicitur, in altissimam speluncam, vitam eremiticam, atque cœnobiticam auspicaturus, penetravit; in qua sic per triennium delituit, ut unus id scire Romanus monachus, quo ad vitæ necessitatem ministro utebatur. Sed jam erumpente ex latebris illis fama ejus sanctitatis, multi quotidie discipuli se illi instituendos tradiderunt. Inter quos maxime *Placidus* ætatis annorum 7. ab Anicio Tertullo Romano Patricio, atque *Maurus* æt. ann. 12. ab Anicio Æquitio Consule Romano genitoribus ex eadem præclarissima *Aniciana* stirpe procreatis offeruntur. Interea anno 520.[b], vel 524. sub Romano Pont. Joanne Hetrusco[c] suam scripsit regulam. Hinc angelis comitantibus, illius nutrice Cyrilla prospiciente[d], anno 529.[e] sedente Felice IV. Antistite Max. ad Cassinum migravit Montem, ibi simulacrum Apollinis, qui adhuc colebatur, comminuit, aram evertit, lucos succendit, *S. Martini* sacellum, & *S. Joannis Baptistæ* ædiculam extruxit, oppidanos, ac incolas christianis præceptis imbuit, & constituto ad Occidentem Solem Capiti sui Ordinis auspicatissime Monasterio Primus Cassinensis præficitur Abbas; qui tanquam cœterorum Princeps in Synodo Romæ sub PP. Bonifacio II. anno 531. coacta post Episcopos subscribitur[f]. Tunc sanctitatis fama ad osculandas ejus manus accedentibus cognatis obviam læta fronte procedens Benedictus Sylviæ gravidæ, in alvo infantem (fuit hic D. Gregorius Magnus) gestare, qui editus in lucem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ futurus esset lumen, prædixit. („ Ex antiphona, quam Benedictinus ordo decantabat in festo S. Gregorii, ante reformationem Breviarii nempe; „ *Gregorius dum in alvo clauditur B. Sylvia, Benedicti voce prædicitur lumen Ecclesiæ*.) Quoniam verò novo Cassinensi Monasterio Tertullus inclytus Romanus Patritius amore ipsius consanguinei Abbatis Benedicti, liberali munificentia obtulerat, in perpetuumque contulerat[g] ex suo patrimonio in Sicilia, scilicet: *in Messana modia terræ triginta cum portu suo, in Atia modia terræ vigintimillia, juxta Civitatem Cathanensium modia terræ quinque millia centum quinquaginta, in Agrigento trecenta, juxta Syracusam quadraginta, in Drepanis modia terræ quatuor millia, in Aquis Segistanis nonaginta, in Sonnito triginta, in Termis quadraginta, in Parthenico octingenta, in Hiccara sexaginta, juxta Panormum trecenta cum Portu suo, in Cephaledio quindecim millia, in Aleso quinquaginta septem, in Galetæ centum sexaginta, in Accalita trecenta, in Agrigentimio duo millia, in Tyndare centum quinquaginta. Has omnes cum Ecclesiis, Villis, Sylvis, Aquis, Piscariis, aquarumque decursibus ad easdem Curtes pertinentibus*: Ad quas tuendas res Benedictus Placidum Tertulli filium cum sociis Gordiano, & Donato an. 536.[h] in Siciliam misit, ut nos luculentiùs in hujus IV. lib. not. 3. dicemus. Post præclarissima maximè in decimoquarto Abbatialis muneris anno gesta, & duodecim monasteriorum ædificationem, ætatis suæ an. 63. sal. 543. die Veneris Sancto, vel secundum Leonem Ostiensem 543. Sabbatho Sancto, vel certiùs ex Baronio[i] 544. die 21. Martii pietate, ac miraculorum multitudine[k] illustris, in Monte Cassino, ubi conditus est mortali vita functus, cælum adipiscitur; suum quasi hæredem & successorem D. Gregorium tum ejusdem Aniciani generis claritate, tum ejusdem Benedictinæ religionis sanctitate, tum etiam miraculorum amplitudine Magnum relinquens.

GREGORIUS iste MAGNUS ex illustrissima Aniciana familia, patre Gordiano, & matre Sylvia utroque Senatorii ordinis, & sanctitatis, *Sanctus inter Sanctos*[l] Romæ anno 532. natus est Benedictinis semper præceptis, atque optimo suorum consanguineorum Placidi, Mauri, ac Felicis contubernio educatur[m]. Adolescens brevi liberalibus, deinde divinis litteris, in quibus multùm profecit, operam dedit. Ætatis annorum 37. Prætorio Romano officio præclarè gesto[n] in *communis Patris, & Magistri nostri Benedicti*, ut ipsemet Gregorius loquitur[o], atque ipsius alumnorum collegium se se recipere statuens, genitorem suum Gordianum hortatur, ut ampla, & opulenta bona quæque; etiam avitas ædes prope Basilicam SS. Joannis, & Pauli ad Clivium Scauri, (quæ deinde ad S. Andreæ honorem Benedictinum à D. Gregorio cœnobium fuit) Bonito Abbati in S. Joannis Lateran. claustris ob Cassinensium eversionem prophetico spiritu ab eodem D. Benedicto prævisam[p], piè elargiretur; quod libentissimè *interventu, & postulatione dilectissimi filii mei Gregorii*[q], adlecutus est. Per id temporis à defuncti patris blandientis obedientia solutus, ad S. Andreæ Monasterium confugit, ubi sub Hilarione, & Maximiano nostro Siculo magistris, atque socio Mariniano, quem ipsemet scribit: Epist. 45. li. 4. *mecum in monasterio conversatum*, Benedictinum professus est institutum.

BENEDICTINUM dixi institutum. Ita ex communi Historicorum Jo. Diaconi, Leon. Ostien. recentiorumque omnium sententia haurimus; & si Baronius sub S. Æquitii vexillo militasse crediderit[r], parùm perpendens, non Æquitii, sed D. Benedicti patris vitam, acta, gestaque conscripsisse; in ultimo suæ vitæ flatu alta voce exclamavit: *Redde Divum Gregorium B. Patri Benedicto*[s]. Mox reliquo rei familiaris Romæ pauperibus distributo; de maternis, ac dotalibus bonis, scilicet: *Villis, Casalibus, fundis terrarum tractibus, Olivetis, vinetis, latisfundis, & possessionibus*[t], etiam *nobilissimis adibus Prætorianis*, ait Paulus Diaconus[u]: *ad ejus normam consectandam sex monasteria monachorum in Sicilia ædificavit, ubi totum Patrimonium tenuit, ibi omnia constructa usque ad nostra tempora ad Dei laudem, & B. Benedicti monachorum patris conspiciuntur, de quo largo affluenterque investivit &c.* Hæc sanè verba propensiùs, & diligenti studio exquisita, omnes difficultatum colles humiliant, ac rectas veritatis semitas faciunt.

Primùm *Sex Monasteria Monachorum*, quæ verè fuerint confestim dicemus.

Secun-

[a] D. Greg. 2. Dial.

497.

[b] Ex VVion. & Baron. in ann. & notit. ad martyr. [c] ex VVion. [d] Ex Baron. & Ital. Sacr. [e] Ex Callixto antiq. auct. apud Petr. Diac. de S. Plac.

[f] Ex Monach. martyr. Occ. : Sfeis.

[g] Ex Marc. Anton. Scipione in elogiis Ab. Cass. auctoritate M. S. Vatic. & Sylvano in vita S. Benedicti.

[h] Donatio apud Cassinum Monast. S. Matt. Pen.

Donatio a Tertullo de bonis suis in Sicilia.

[i] Teste VVione, & Gotho de invent. SS. Plac. & Soc. l. 9. & nos lib. 4 not. 3.

[k] In suis annalib. eo an.

[l] Videl. Greg. in 2. dial. & Dias de vir. illust. Cass. c. 17. 18 & Paul Diac. de gest. Longob. 1. c. 27

[m] Ex Baron. de S. Greg.

[n] Vide Arbores Anicianæ famil. & Poldorum de D. Greg. f. 13.

540.

[o] Ipse D. Gregor. in ep. 1. lib. 3.

[p] In confirmatione donationis sub ann. 599. ex Leon. Ostien.

[q] Ex lib. 2. dial. c. 10. D. Greg.

[r] In Ostien. 1. c.

D. Gregor. Ord. S. Benedicti.

[s] In An. ea 6...

[t] Ita referentes Placid Puccinelli in hist. Hugo. Princ. Hetrur. fol. 87.

[u] Ex Ciacc. in vita S. Greg. Iacobo Vorag. Gabr. Flam. Mat. Lor. &c. & sub ann. 593. referente Andr. Quercet. in adnot. ad Bibl. Cluniac. & Mart. Marier. in 2. edit. in vita Oddon.

Secundùm *in Sicilia ædificavit*, in qua scilicet illius regione, *ubi totum patrimonium, ibi omnia constructa*. Sed in Panormitanis partibus cuncta bona suæ sanctæ genitricis Sylviæ, ædesque seu palatium Prætorianum tenuit, ergo ibidem constructa. Et si P. Octavius Cajetanus Societatis Jesu vir omni virtutum genere, perspectaque eruditione illustris in sua idea SS. f. 25. quinque rationibus eandem *S. Sylviam*, & ex duobus monasteriis sub D. Gregorio Syracusis structis, ac dotatis *Syracusanam* civem suam conjectet; quantò certiùs, & evidentius ex illius prædiis Panormi existentibus nativitate *Panormitanam* fuisse enuclemus? His tamen congestis duo inficiantur: alterum sæpè *in Sicilia*, & non *Panormi* exædificasse ante initum pontificatum Gregorium sex monasteria. Alterum plures Siciliæ Civitates, & quidem præclaræ vel ex traditione, vel ex conjecturis apud se aliquod ex sex monasteriis istis constructum acerrimè contendere. Verum sanè est, generali Siciliæ nomine allocutos esse scriptores; quòd D. Gregorius Lib. 1. epist. 91. lib. 7. ep. 27. & lib. eod. ep. 61. signanter hac verborum periphrasi utitur: *in Sicilia Provincia*; sed addit: *in territorio Panormitano constituta*. Item subsignans sex monasteria Panormi, ubi suum habebat patrimonium, *sua*[a], vel *nostra*[b], & ex suis bonis ædificata, vel ædificanda clarissimè ostendit. Insuper licet cœteras Sicilienses Civitates perhibeant unum, aut alterum habere cœnobium à D. Gregorio, illud sub eo floruisse, vel in epistolis mentionem fieri; non tamen ex proprio patrimonio Gregoriano, vel à fundamentis ab eo erectum probant. Unus tantùm P. Cajetanus Syracusanus in sua patria duo cœnobia: *S. Luciæ extra urbis mœnia*, & *S. Petri de Bajas* ex bonis S. Sylviæ dotalibus[1] putat fuisse constructa. Sed primum, ex quo S. Maximianus S. Gregorii in adolescentia Magister prodiit, ante ejusdem Gregorii ortum, exædificatum constat ex his, quæ diximus in ea Syrac. not. lib. 3. fol. 204. secundum etiam ab Episcopo Germano fundatum, uti ibidem f. 205. de utraque perscribit Gregorius lib. 6. ep. 36. Joanni Episc. Syrac. *Indicante Cæsario Abbate S. Petri, quod in loco est, qui Bajas dicitur, constitutum, reperimus inter eum, & Joannem Abbatem S. Luciæ in Civitate Syracusana constitutum gravem esse exortam de quibusdam finibus quæstionem. Post. Per loca, quæ in lite sunt, vestra faciatis præsentia terminari, quadraginta annorum utrique parti perscriptione servata*; ergo ante ea bona tributa sunt.

969. S. Sylvia mater Divi Greg. Civis Panor.

[a] Lib. 4. ep. 4.
[b] Lib. 4. ep. 41.

De Messanensi S. Theodori cœnobio in epist. 38. lib. 1. idem Pontifex Felici Episc. Mess. inquit: *Et tibi gratum confidimus, si fratris tui venerabilis Episcopi Paulini peregrinationis onera releventur; & sub ejus regimine communi mercede B. Theodori monasterium in Civitate tua fundatum studiosiùs omnipotenti Deo deserviat; Quod etiam jam voluisse facere, ejus relatione didicimus: Ideoque Rectori*[c] *patrimonii nostri præcipimus, ut monachos monasterii memorati Episcopi perquisitos ad unum congreget, & in eodem monasterio, cum iis, qui ibi sunt, collocare non differat; quatenus eo rectore dignius animarum suarum curam exerceant*. Id pervetustissimum ex his patet fuisse, ordinis fortasse S. Basilii, & in Lingua Phari Messanæ conditum, quod reædificatum Rex Rogerius ann. mundi 6642.[d] inter alia Messanensi Archimandritatui subjecit.

[c] Pet. Diac. epist. 19. eodem lib. 1.
[d] Nos de eo lib. 4. not. 1.

A Catana Urbe ad tria circiter passuum millia Aquilonem versus in edito Monte S. Sophiæ, monialium templi rudera spectantur, quod *unum ex illis esse, quæ D. Gregorius extruxit*, traditio est[e]. Sed de fundatione, dotationeque habetur in ep. 23. lib. 11. ind. 6. Juliano. *Monasterio itaque vestro, quod à vobis in Catanensis Urbe constitutum est, &c.* In Monte Ætna Catanensis diœcesis[f]. *Quod Monachi Monasterii S. Viti tam nequiter viventes, ut mulieribus se conjungere sine metu audeant*, Leo Episc. Cat. & Hadrianus Notarius Siciliæ, *districtissima hos studeant severitate corrigere*, præcipit Pontifex.

[e] Nos lib. 10. not. 9.
[f] Lib. 1. ep. 11. & 12.

In Tauromenitana diœcesi duo vetustissima cœnobia; *S. Andreæ super Maschalas*[g], de quo *baptisterium propter monachorum insolentias debuisset auferri*, Atque *S. Christophori*[h], adversus quod *Marcianum Lucrensis Civitatis Episcopum intimare* jubet Secundino Taurom. Episc. Gregorius. Sic etiam habetur ep. 16. l. 7. ind. 2. *Ante nos 21. annis de construendo illic in Sicilia Monasterio*: sed ubi nescio.

[g] Lib. 1. epist. 17.
[h] Lib. 2. epist. 11. & non lib. 1.

In Lilybitana tandem urbe. *Adeodata*[i] *gloriosa fœmina &c. in domo siquidem juris sui intra civitatem Lilybitanam monasterium ancillarum Dei à solo, se pro sua devotione fundasse, quod in honorem B. Petri Principis Apostolorum, & SS. Christi MM. Laurentii, Hermetis, * Pancratii, Sebastiani, & Agnetis desiderat consecrari*, atque *præcepta priùs donatione legitima*. Ex allatis epistolis concludendum esse certissimè existimo, nullum ex his à D. nostro Gregorio Monasterium fundatum, vel ex proprio patrimonio dotatum.

[i] Lib. 8. ep. 55. & 61.
* Nota S. Hermetis Græci.

Tertiùm denique, & ultimum *usque ad nostra tempora ad Dei laudem & B. Benedicti monachorum patris conspiciuntur*; patrimonio largè, & affluenter investivit. Facultatibus utique ditissimis, copiosissimisque jurè matri Sylviæ debitis numerosam monachorum sub Divi Benedicti vexillo degentium[k], pubescente adhuc hujus religionis infantia, multitudinem fovit, ut in novis Panormi erigendis cœnobiis, honestam agerent vitam. Quos ex sacris S. Joannis Lateranensis, S. Erasmi in Monte Cœlio paternæ olim S. Placidi domus, atque S. Andreæ, ubi tunc Abbatem agebat Gregorius, claustris huc transmisit sub generali Præposito Mariniano, quem his extollit laudibus idem Gregorius Ep. 45. lib. 4. *Venerabilem virum fratrem presbyterumque Marinianum, quem diu mecum didicere*

[k] Ep. 33. lib. 10.

(1) At hoc non extat apud Cajetanum, qui tantùm in idea operis *de SS. Siculis f. 8.* promisit opusculum de Monasteriis à D. Gregorio ædificatis. Nec in opere posthumo inscripto: *Isagoge ad historiam Siculam cap. 43.* ubi de Monasteriis à S. Gregorio fundatis egit, hæc Monasteria S. Gregorio adscripsit. Sanctam Silviam Panormi natam probavimus in additionibus ad notitiam Ecclesiæ Panormitanæ ad annum 601. Consule Epistolam Apologeticam de Patria S. Silviæ editam Panormi an. 1715. qua solidatur, Silviam Panormi exortam.

cere in Monasterio conversatum. Post. *Quia bene nobis vita est cognita, atque in lucrandis animis novimus esse solicitum*. Eidem Monasteriorum fabricis curam demandans Episc. 68. lib. 8. & epist. 30. lib. 12. mox anno sal. 590. 3. nonas Sept. inito Pontificatus summo munere lib. 1. ep. 54. *de Mariniano Abbate* scribit ad Petrum subdiaconum.

Quæ fuerint sex Monasteria in Sicilia à D. Gregorio ex proprio Patrimonio ædificata.

DUo prima ad imitationem Patris, & Magistri sui Benedicti, alterum sub invocatione *S. Joannis Baptistæ* & hoc virorum; alterum *S. Martini* & hoc mulierum. 3. *SS. Maximi, & Agathæ*. 4. *S. Theodori*. 5. *D. Adriani*, & 6. in propriis ædibus maternis *Prætorianum*.

PRIMUM igitur in honorem *S. Joannis* monasterium græcæ ædiculæ adjunctum vetustissimæ *S. Hermæ seu Hermetis*, à quo nomen fecit, & temporis cursu nostra usque tempora *S. Joannis de Hermetis*[a]; ex occasione nuncupatum, in Urbis Panormitanæ[b] eminentiori salubriorique loco, juxta Saracenicum Regium Palatium, quod inde Christiani Reges, atque eorum Vices-gerentes incoluerunt, situm est, in planicie *S. Mercurii* hodie latinè, olim græcè *S. Herma*, medio solùm pariete ab alio *S. Georgii M.* antiquissimo templo divisum: de quo Gregorius Magnus, Mariniano Abbati S. Hermetis scribit Epist. 68. lib. 9. *Quia Ecclesiam S. Georgii positam in loco, qui ad Sedem dicitur, minorem, quàm oportet diligentiam habere cognovimus, utile esse prospeximus, quoniam monasterium tuum Ecclesiæ noscitur esse conjunctum, ejus tibi curam committere: hortantes, ut & solicitudinem illi congruam studeas adhibere; & psalmodicæ officium solemniter exhibere facias. Et quia Ecclesiam ipsam reparatione certum est indigere: volumus, ut quidquid illuc accedere potuerit, ipse accipere, atque ejus reparationem, ut provideris, debeas erogare. Hanc verò solicitudinis curam, quam tibi hujus pagina præcepti mandavimus, tam te, quàm etiam successores tuos, qui Monasterii regimen, Deo auctore, susceperint, exhibere, & quæ constituimus per omnia volumus observare.*

a Nos latius lib. 1 not. 1.
b Ex Epist. 61. lib. 1.

De Eccl. S. Mercurii.

De Monaster. S. Georg.

Luculenta quæque hujus Gregorianæ epistolæ verba ita radicitùs nostram historiam firmant, ut ullo unquam adversantium vento evelli possit. Porrò *S. Georgii* templum tunc vetustate quasi collapsum *Monasterio tuo*, idest *S. Hermetis*, cui præerat Marinianus, *esse conjunctum*, idipsum parietibus S. Hermetis adhærens hodie extat; quod à Northmannis Ducibus reparatum, datum esse monachis Græcis inquit Fazellus dec. 2. lib. 8. & ab anno 1307. ad hunc diem cœnobitis Cisterciensibus S. Mariæ de Altofonte, seu Parco pro hospitio à Rege Friderico Aragonio II. assentiente Abbate, & Archiep. Monteregalensi, his verbis[c]: *Item Ecclesiam S. Georgii de Trimotrio ad collationem nostram jure spectantem sitam in Civitate Panormi in quarterio Albergiæ prope Monasterium S. Jo. de Eremitis de Panormo, quod monasterium esse consuevit Monachorum Græcorum, & nihil spiritualiter, & temporaliter proficit, imò collabitur*, concessum fuit.

c Ex R. Priul. Sicil. f. 231. & nos hujus IV. lib par. 1. not. 1.

Insuper *Eccl. S. Georgii positam in loco, qui ad Sedem dicitur, & eidem ecclesiæ monasterium tuum noscitur conjunctum*. Monasterium utique *S. Hermetis* dicebatur *ad Sedem*, quod in eo uti cæterorum capite prima Abbatialis Sedes totius Siculæ Congregationis Benedictinæ constituta à D. Gregorio Magno fuerat, illiusque Abbas generalis Præpositus, qui deinceps *Præsidens Generalis* dictus est, regebat, morabaturque, ei quoque, ac ejus successoribus curam fabricæ, expensarum psalmodicæ Monasteriorum, atque Abbatum inferiorum, Præpositorumq; electionem demandatam esse ex dictis, & evidentiùs ex dicendis in successore constabit.

Marinianus iste Abbas tantæ semper fuit auctoritatis, ut ipsi *Martiniano Abbati de Panormo & Benenato Notario Patrimonii Panormitanensis* ep. 27. lib. 2. *Caussa Bonifacii ab Victore Archiep. Panor. injuste damnati committatur*. Tot, tantisque auctus promeritis: *communi, concordantique voce, atque consensu, licèt refugiens diversis modis vix aliquando potuerit suaderi, ut eorum præberet petitioni consensum, Ravenna petitur Episcopus*[d], & tunc ad PP. Greg. invisendus accedens, de statu, fabricis, cœterisque rebus Monasteriorum Panormi (ut in lib. 12. epist. 30.) amplum retulit elogium. Quamvis verò hæc, & aliquot epistolæ *Marinianum Abbatem*, cùm episcopum esse pateat, appellent, non sub eodem anno in Gregoriano regesto unam post aliam reponi, sed non raro invertitur ordo, uti exactiùs in nostro lib. 1. not. 2. Mess. cautum est.

d Epist. 41. lib 4. ep. & 2. l. 5. ep. 18. & 10. lib. 9. Jo Diac. l. 4. cap 71. Andr. Scholiast. ad Episcop. Raven.

Mariniano in præfectura hac sufficitur haud abdimilis spectatæ vitæ, ac doctrinæ *Urbicus*, ad cujus tanquam generalis *Monasterii MEI Præpositi* preces Archipræsuli Panormitano Victori D. Gregorius perscribit lib. 4. ep. 4. loco Gregorii Abbatis S. Theodori *præpositus fiat*. Eidem quoque Victori ait lib. 5. ep. 41. *Urbicus Abbas Monasterii S. Hermæ* (Mei ante,) *quod Panormi situm est; à nobis cum Congregatione sua magnopere postulavit in eodem monasterio presbyterum, qui sacra Missarum solemnia celebrare debeat, ordinari, ut eum, qui ad hoc ministerium de eadem Congregatione electus fuerit, debeat consecrari; quatenus nec ille de monasterio suo hac de caussa egredi, nec extraneum sibi ad peragendum sacrum opus cogatur adducere*. Ipsique Urbico[e] *de Agathone in monasterium dilectionis tuæ* S. Hermetis, Panor. *suspiciendo*[f]. Eidemque Urbico, uti in comitiis pro electione, Abbatum Præsidi: *Valde*[g] *me contristatum dilectio tua cognoscat, quòd tantum in Congregatione monasterii NOSTRI confusionem evenisse cognovi, quòd dum de ordinando Abbate aliquid in Lucusiano monasterio disponeres, non unum, sed duos penè Abbates fecisti, mane, sicut audio, Domitium presbyterum, vespere verò latorem præsentium Bonum servum Dei. Unde vehementer ingemisco, quia aliter esse monasterium NOSTRUM, quàm putabam, invenio*. Subdit. *Hoc autem factum deterius puto, quòd prædictum Bonum monachum de monasterio, quòd prædictum*

596.

e Fod. lib. ep. 47.

510

f De hoc & nos latius 1. 1. not. 1. Gratian. 19. qu. 2. cap quia Agatho.
g Lib 9. ep. 41.

Bonum

Bonum monachum de monasterio, quòd construxit sine jussione mea, tollere præsumpsisti: maximè quia nec ætati ejus expedire suspicor, ut possis in regimine præesse. Hæc verba omnem tollunt ansam, ista sex Gregorianæ fuisse constructionis, aliud Boni Monachi, sed quo in Panormi loco, quove Sancti titulo situm, temporis edacitas, & longa Saracenorum tyrannis penitus delevit. Præterea præfato Urbico Abbati, uti generali omnium monasteriorum Præfecto. *Sine[a] mora, vel excusatione aliqua xl. solidos fratri nostro Petro Triocalitano Episcopo dare studeat; sed &* B *Monachis, quos apud se, pro eorum salute de eodem monasterio præfatus frater noster abstulit, studii tui sit Abbati antefati Lucusiani monasterii districtius imminere, ut alimonia, & vestimenta annis singulis exinde præbere modis omnibus debeat.* Defuncto interim Archiepiscopo Panormitano Victore[b], hunc præclarissimum virum Urbicum electum studiosiùs expostulat Venantius Patricius Panormitanus; cui ita respondit Pontifex Gregorius: *Excellentiæ[c] vestræ electionem in persona Urbici Abbatis, quia valde* C *nobis placuit, indicamus: quoniam sicut judicii vestri discretionem oportuit, ad Ecclesiæ gubernationem, virum quæsistis vigilantem, atque solicitum, & divinæ scripturæ scientia, quod maximè in Sacerdotibus eligendum est, institutum: Sed quia cæteris sic est aliquis præponendus, ut dum ipse exterius proficit, interius non decrescat, quietem ipsius turbare non possumus: ne cùm eum ad altiora producimus, minorem illum seipso fieri missum in fluctibus compellamus.* Urbicum nativitate Panormitanum fuisse tum allata, & se- D quentia verba: *ut alterum, qui aptus visus fuerit, de Ecclesia ipsa possint eligere.* Pòst. *Commonemus etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas Ecclesia*; tum litteræ[d] *ad Petrum Subdiaconum Siciliæ* apud Panormum agentem: *Matri autem[e] Urbici Præpositi dari volumus solidos sex, qui tuis rationibus imputentur*, nos monent, ac docent. Hoc de S. Hermetis celeberrimo monasterio, quod Rex Rogerius anno 1132. reædificavit, & an. 1148. nobilissimis auxit donis, locuples erit a. E notitia in hac 2. p. lib. 4.

SECUNDUM fœminarum sub titulo *S. Martini*[*], de eo ita D. Gregorius ad Victorem Archiep. Panorm. *Præterea[f] ex monasterio ancillarum Dei, quod est SANCTI MARTINI, Marciam Sanctimonialem fœminam in monasterium aliud injuste audio fuisse migratam, & Victoriam, quæ locum illius sequebatur, sicut audio, [*] res monasterii distrahere, ut ad prioratus locum pertingeret, & ipsa post Abbatissam interim inveniri debuisset[*] Quam rem fraternitas tua sub* F *omni studeat celeritate corrigere: cujus enim jam culpa sit intelligis, ut ego tam longè positus, quæ in Civitate tua aguntur, agnoscam, & tot curis occupatus, quæ fieri debeant disponam; prædictam itaque Martiam in monasterium suum, & locum suum volumus revocari. Victoriam verò Fantino Defensori nostro tradi, quasi ipse eam discutiens, cui quid de rebus monasterii dedit, inveniat. Quam discussam in monasterium aliud [*] dari volumus, nobisque per Fantinum Defenso-* A *rem subtiliter renunciari, ut sciamus quid de ea debeat sententia certiori constitui. Multa autem mala in eodem monasterio per Anastasium medicum audio contigisse. Qui si quando in monasterium virginum seu ipse, seu alius fuerit ingressus, fraternitatem tuam culpa respiciat; quæ gregem commissum tenet, & custodire dissimulat.* Hoc inter desertos montes ad sex passuum millia ab urbe distans (quod nec novum, nec insolens est antiquis præsertim temporibus, in quibus nullo habito sexus discrimine, ut Deo liberiùs vacarent,) Gregorius exædificavit, uti eruditè B prodiit Augustinus Barbosa de jur. eccl. univers. lib. 1. cap. 44. nu. 2. *Ab initio quidem sanctarum quoque mulierum monasteria in Eremis fuerunt erecta, quæ monachorum regimini subjacebant.* Quorum negligentia, frigescente charitatis ardore, *multa*, ut vidistis, *in eo mala contigisse*, certior factus zelantissimus Summus Pontifex, ut muneri suo faceret satis, in aliud ejus Benedictini Ordinis prope Urbis mœnia, diligenti studio transferendas fategit.

C Idipsum esse, de quo ad Petrum Subdiaconum scribit, non est ambigendum: *Festivitatibus[h] sanctorum desiderabiliter insistentes, præsentis præceptionis paginam ad experientiam tuam necesse duximus dirigendum: indicantes ei ORATORIUM B. MARIÆ, quod nuper in cella fratrum ædificatum est, ubi Marinianus Abbas præesse dignoscitur, Augusto mense disposuisse Nos, adjuvante Domino, summopere dedicare: quatenus capta nostra, operante Domino, debeant consummari. Sed quia cella ipsius tenuitas exigit,* D *debere Nos in ipsa diei festivitate concurrere; propterea volumus, ut ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus, in auro solidos decem, vini amphoras triginta, annonæ modios ducentos, olei orcas duas, verveces duodecim, gallinas centum, quæ tuis possint rationibus postmodum imputari. Statim ergo fieri nulla mora interjectione constituta, ut vota nostra, Deo auctore, celerem sortiantur effectum.*

Prima sacri hujus cœnobii institutio, atque illuc Monialium transmigratio, temporum te- E nebris obtenebratæ aliquando delitescunt; sed ex harum Gregorianarum litterarum serie, atque scriptorum animadversionibus sole clariores refulgent. Ecce *Oratorium B. Mariæ, quod nuper in cella fratrum ædificatum est, ubi Marinianus Abbas præesse dignoscitur.* Marinianus siquidem primus Abbas, & Præfectus (ut suprà) fuit Magni Monasterii S. Hermetis, cujus sacra septa ex pio D. Gregorii dono totam ferè extra antiquissimam *Maxariæ* Portam amplectebantur planitiem, amplumque campum. *In* F *cella*, (id est, in loco claustris circumdato, teste Cicerone. Ad Attic. lib. 14. cella, idest monast. ep. 16. l. 7. indict. 2. l. 8. ep. 15.) *Ego Gregorius totam villam, cellamque tradidi*, addit. *Ubi nuper ædificatum est*, (id est, ab initio mei pontificatus, cùm data est hæc epist.) *Oratorium B. Mariæ*. Ad nostra tempora usque adest Ædicula S. Mariæ de Spe, & circum antiquissima monasterii rudera spectantur. De his meus concivis Nicolaus [i] Specialis accuratissimus Siculæ historiæ scriptor ait: *Extra muros*

Panor.

Alia præter sex à D. Gregor. constructa fuere monasteria Pan.

[a] Lib. 1. ind. 9. ep. 61.

[b] De eo nos lib. 1. not. 1.

[c] Lib. 11. epist. 14. de Venant. Patric. & Urbico lib. 9. ep. 59. ind. 2.

[d] Eod. lib. 6. ind. 6.

Laudes Abbatis Urbici.

[d] Eod. lib. 6.

[e] Lib. 12. ep. 30.

[*] Sub eodem tit. Maurus alumnus B. Benedicti in Gallia ann. 541. erexit.

[f] Lib. 2. ep. 4.

[*] Referentibus Maximiano, Vic. Apost. sed, & Fantino defensore in partibus Panorm.

[g] Jo. Diac. lib. 3. c. 42.

In Civitate tua Panormitana

[*] Plura

monasteria fœminar. Panor. sub D. Greg.

[h] Lib. 3. ep. 41.

Monaster. S. Mar. post de Spe.

[i] Floruit anno 1340. scripsit à cade Gall. ad Frid. R. obitum.

Panormi ad meridiem olim erat Monasterium mulierum quæ communiter vivebant, accersita de Montibus, quod ex opinione (si vera est traditio ad nos usque delata) constructum fuisse mandato Papæ Gregorii, & ejus præcepto illuc adductas esse moniales, quæ à vicinis montibus extractæ fuerunt. Hoc autem verum est, quod diem usque hodiernam prospiciuntur eversiones, & magna, & antiqua fabrica, ruderatus ager, integra existente Ecclesia sacra Sanctæ Mariæ della Speranza, ita fortè ab eo spe nuncupata, ob spem, quam monachæ habebant revertendi ad suum pristinum monasterium S. Martini. Id auctoritas F. Francisci Ferrerii *in suo diversorio Siciliæ*, pervetusti M. S. apud Marianum Mamfrè vir. erud. atque sequentia Gregorii verba confirmant: *quatenus cœpta Nostra debeant consumari.* Insuper tunc: *quia cellæ ipsius tenuitas exigi, debere Nos in ipsa diei festivitate concurrere.* Id est nostro nomine, & *ad S. Mariæ* celebrandam dedicationem, expensis propriis nostris *dare debeas ad erogandum pauperibus &c.* idque fiat *Mense Augusto;* eodem quoque mense magna civium frequentia, ac diei B. Mariæ festivitate post exactos Saracenos, quando à Ducibus Northmannis hoc restauratum fuit templum, ad annum 1604. celebrabatur. Inde verò in vetustissimę ædiculæ circuitu amænissimum plantatum cum aquarum decursu viridarium ad animi gratiam Clericorum Panormitani Seminarii cessit; qui ne litterarum studiis esset impedimentum, ad diem dominicum post Resurrectionis paschę festivam transtulere solemnitatem. Cęterùm longe majus & propensius erat in animo Pontificis, ut ab eremo, ac desertis collibus *S. Martini* in hoc *S. Mariæ* juxta urbis septa, sanctimoniales transferrentur. Ideo subdit: *statim ergo fieri hac nulla mora interjectione constituta, ut vota nostra; Deo auctore, celerem sortiantur effectum.* Sed mox de *D. Martini* Monasterio prima dabitùr in hac 2. p. Notitia.

TERTIUM sub invocatione *SS. Maximi, & Agathæ*, ad cujus Abbatem Dometianum, & Antonium Subdiaconum ita D. Gregorius scribit. lib.7. epist.27. *Quia de possessionibus Fajano, Nasoniano, & Labiniano positis in Provincia Sicilia, territorio Panormitano, de quibus inter præpositos MONASTERII SANCTORUM MAXIMI, & AGATHÆ, quod LUCUSIANUM dicitur, & è diverso administratores Xenodochii in hac urbe Romæ constituti; quod Valerii nuncupatur, longa se traxit contentio: nunc verò inter te Antonium Subdiaconum nostrum memorati Xenodochii præpositum, & è diverso dilectissimum filium nostrum Dometianum Abbatem, ac presbyterum prædicti Monasterii pactis intervenientibus, salubris processit Deo auctore, decisio &c.*

Quodlibet hujus Gregorianæ Epistolæ verbum suo diligenti indiget examine. *De possessionibus Fajano, Nason. & Lab.* nulla ad me pervenit notitia: nec insolens esset excogitare, ea fuisse scilicet *utrumque & vetus, & novum Parcum, atque in Parthenico terra modia* 80. [a] olim ex bonis à Tertullo patre S. Placidi Cassinensibus datis, postea à Rege Friderico II. an. 1307. monasterio Cisterciensi *S. Mariæ de Parco* tributis. *In Provin. Sicil. Territ. Panor.* Territorium scilicet, ac Urbs ipsa Panormitana per anthonomasiam dicitur Provincia Sicilia *SS. Maximi, & Agathæ*. Quam Agatham eximiam Virg. & Mart. Panorm. avita devotione, ac naturali affectione prosecutus fuit semper Gregorius, ob suæ matris Sylviæ Panormitanæ cum illa cognationem nobilissimam, atque rectâ serie deductam, ut multa pervetusta M. SS. evulgarunt [b]. *Quod Lucusianum dicitur.* A Luco sicut Tusculanum à Tusculo: Lucus enim *nemus est arboribus densum, Deo sacrum* [c], idque haud dubitandum esset: ab urbe sexto jam lapide distans, sylvis opacum, ad refovendam religiosam vitam aptissimum, quod temporibus Regis Guillemi *Parcus*, idest regium delicium, & ad venandum idoneum nuncupari cępit [d], quo in loco juris materni Gregorius hoc sui Ordinis Benedictini fundaverat cœnobium; hanc firmant veritatem litteræ monachorum S. Martini de Scalis Panor. ad PP. Urbanum V. sub an. 1369. [e] quando, ut sacrum Cassinense Monasterium strictioris observantiæ decori, pristinæque tam ipsi, quàm nonnulli cænobii S. Nicolai de Arenis Catan. restituerent dignitati, Romam accersiuntur, expostulavere illud ad suorum alumnorum incolatum jure prædicto revocandum esse. *E diverso Administratores Xenodochii in hac Urbe Roma, quod Valerii nuncupatur.* Quod ab eodem Gregorio constructum, atque ex aliquot possessionibus maternis in partibus Panormitanis dotatum non negamus; ideo *quod Valerii nuncupatur.* Matrem enim Gregorii ex Imp. fuisse stirpe non deficiunt conjecturæ. Flavius sane Ursinus, In hist. fam. Romæ fol. 266. de numism. illustratis. ita inquit. *Atque ejus in Sicilia regionis, quam Sirenes tenuerunt, aliquando fuisse, indeque profectos, Sabinum agrum primò tenuisse, deinde Civitatem Romanam adeptos esse.* Cujus familię Valeriæ Flaccæ numisma sculptum anno 536. à Romæ fundatione affert, atque nostri patres aliquot aurea hac inscriptione *C. V. Flacc. Imper. ex S. C.* vel absque ea *duobus laureatis Impp. Romanorum capitibus* invenere in planitie sub Castellacio Montisreg. ad Austrum, ibi in feudo passim oppidi ruinæ conspiciuntur, atque non multò antè sacræ ædiculæ corruentes parietes, in quibus SS. Gregorii Magni, Benedicti Patriarchę; ac Antonii imagines colebantur, numismata quoq; hujusmodi non pauca reperiebantur [f]. Id Sacellum à matris D. Gregorii subditis conditum, ac ipsi dicatum fama est constans: in loco siquidem plano hodie *Geli*, seu *Gela* nuncupato fortè oppidum hoc adpellabatur nomine.

Haud secus in ep. 60. lib. 11. *Ecclesiam Panormitanam Romæ habuisse bona & quemdam Epiphanium Diac. Panormi sua, & commutavere.* De quorum finibus *longa se contraxit contentio: nunc verò inter te Antonium Subd. nostrum memorati Xenodochii Præpositum.* Hic est Antonius, seu Antoninus [g], qui Panormi agens, moritur anno 602. circiter. Cujus de rebus Petro Subdiacono Siciliæ præcipit Gregorius. lib. 12. epist.

[a] Vide supra hone Tertul.

S. Sylvia ex genere S. Agathæ.

[b] in Archi. Monaster. S. Martin.

[c] Ex Servio. & Valla li. 5.

[d] Fazell dec. 1. l. 8.

[e] Habes autograph. in tab. ejusdem Monast.

[f] Extant in hoc Monast.

[g] De eo etiam epist. 9. lib. 2. ind. 9.

epist. 30. *veniens Romam pecunias, & ornamenta de Antonini parte, vel substantia tecum defer.* Indè. *Ante verò hoc tempus jam scripsisse memini, ut legata, quæ ex tenore Antonini Defensoris à nobis debentur, monasteriis, vel aliis, prout statutum fuit, solvantur.* In fine: *Codicem autem Heptatici de substantia Antonini dari volumus in Monasterio Brateriano, reliquos tecum deferri.* Tandem sequitur in illa Epist. *E diverso dilectissimum filium nostrum Domitianum Abbatem atque presbyterum prædicti monasterii* Lucusiani. De quo Urbico Abbati S. Hermetis, ac totius Congregationis Præposito sic Gregorius per epistolam 42. l. 9. annuit. *Ideoque volumus, ut Domitius presbyter Abbas esse LUCUSIANI monasterii debeat, eique Præpositus Lucifer monachus fiat, in cujus requiescere solatio valeat. Acceptis ergo scriptis nostris fratrem, & Coepiscopum nostrum Victorem ad Lucusianum monasterium dilectio tua invitet: quatenus ipse illic Missarum solemnia celebrare, & prædictum Domitium, auctore Deo, Abbatem ordinare debeat.* Hinc antiquam Abbatum ab Ordinario loci [illegible] cognoscimus. Atque generalem Præfecturam Abbatis magni monasterii S. Hermetis, tunc Urbici, cui per epist. subsequentem jubet: *studii tui sit Abbati antefati Lucusiani Monasterii districtius imminere.* Sed hoc de monasterio super constructo, patribusque Cisterciensibus concesso Notitiam plenam in p. 3. hujus lib. IV. habebis.

QUARTUM *S. Theodori*, cujus mox ac ad Pontificatum vehitur, meminit his verbis Gregorius [a] ad Petrum Subdiaconum: *Gregorius servus Dei, presbyter, & Abbas Monasterii Sancti Theodori in Sicilia Provincia, territorio Panormitano constituti, insinuavit nobis, quod homines fundi Saloniacensis juris Sanctæ Ecclesiæ Romanæ fines fundi Gerdimia collimitantis præfato fundo Ecclesiæ Sanctæ Romanæ, quos quieto jure per innumeros annos possederunt, velint pervadere. Et ideo volumus accedente te ad Panormitanam Civitatem, quæstionem ipsam tali ratione discutere, dominio rei apud possessorem, sicut hactenus possessa est, videlicet permanente, ut si Monasterium præfatum Sancti Theodori fines, de quibus causatio mota est, inconcussos, quadraginta annis possedisse reperetis, nullam deinceps, etiam si Romana Ecclesia competere potuit, patiaris sustinere calumniam, sed quietem eorum inconcussam modis omnibus procurare.*

a Lib. 1. epist. [illegible] cap. 66.

Hæc epistola clarissimam cunctis præfert lucem, quod tum in Panormitanis, tum in totius Siciliæ ferè agris prædia, possessiones *Massæ*, aliaque bona Patrimonii S. Romanæ Ecclesiæ fuerunt, ut nos latiùs, & accuratius demonstravimus in nostro lib. 1. not. 1. Panor. ad ann. 603. ita ex. Epistol. 14. l. 8. ind. 3: *Monasterium SS. Erasmi, Maximi, atque Julianæ Neapoli ab Alexandra fundatum, Massam Papyrianensem in Sicilia cum Xenodochio S. Theodori communem habebat.* Et hæc quidem diversa ab illis patrimonialibus S. Gregorii, quibus fundaverat, dotaveratque nostra monasteria, maximè *S. Theodori*, cujus *latorem præsentium* [illegible] Pontifex Victori Episc. Pa- norm. lib. 4. ep. 4. *Gregorium Abbatem atque presbyterum nulla quidem ratio permittebat, ut post lapsum Cellæ ipsius generali pœna, ultrà ei præesse debuisset. Qui enim tot discipulos per suam negligentiam ad infernum duxit, reliquis unquam præponi non debuit. Sed quia longa hic est apud nos pœnitentia afflictus, fraternitatem tuam necesse est eum in monasterium prædictum recipere, locoque suo constituere, ita tamen ut Urbicus monasterii Mei præpositus dare aliquem de servis Dei debeat, qui ei præpositus fiat, ut quod istius incuria negligitur, illius sollicitudine servetur.* Vide repetitam Abbatis Monasterii Mei D. Hermetis plenam constituendi præpositos aliorum monasteriorum auctoritatem. Situm id in primævæ Panor. habitationis non longè à *Porta Obscura* planicie, adhuc vulgò *della Vanella delli Mori*, sub quorum Maumeticho longiori jugo effundatum, deinde sub christiano Ducum Northmannorum imperio, ne tanti fundatoris D. Gregorii periret memoria, testudinato, elegantique operè columnis suffulto tectum, religionis Græcis conceditur [b], anno 1626. Benedictinis Sanctimonialibus, quæ novum, atque affabre elaboratum templum suis tutelaribus *S. Mariæ Virginum*, ac *S. Andreæ Apostolo* sacrum superædificavere, jure optimo redditur [c].

b Ex P. nell. [illegible]

QUINTUM *S. Hadriani*, de ipso ad Petrum Subdiaconum hanc transmisit Epistolam [d]: *Insinuatum nobis Marcellum Barbicane Ecclesiæ, ibidem in Panormitana Civitate in MONASTERIO S. HADRIANI, in pœnitentiam deputatum, non solum victus necessitatem pati, sed & nuditatis nimiam sustinere molestiam. Pro qua re præcipimus, ut ipsi pro victu, & vestimento strataque ad continentiam, puerοque ejus annonam, quantum prospexeris satis esse, constituas.* Hujus rudera à Saracenorum tyrannide sua spoliata religione in maritima area *S. Erasmi*: cujus nominis similitudine decepti recentiores *S. Hermæ* antiquum fuisse coenobium tradidere, extra Urbis muros adhuc spectamus non longè à *Porta Thermarum*; temporis cursu Monialibus Ordinis S. Benedicti in claustris *S. Joannis de Religione* de gentibus restituitur. In media earum vinea hodie vestigia cognoscuntur.

c Not lib. 1. not. 4.
d ep. 8. in lib. 1. ind. 9.

SEXTUM denique *Prætorianum* sic nuncupatum, quòd ædes ipsius Gregorii, olim Romani Prætoris jure materno sibi debitas in sacros usus converti voluit, & ultimum ex sex monasteriis novis fabricis exornari, ut legere est in epist. 3. l. XII. ad Petrum Subdiaconum Siciliæ: *Fratre Mariniano* [*] *Abbate indicante cognovi, quia fabrica in PRÆTORIANO Monasterio nec ad medietatem quidem adhuc producta est. Ex qua re quid aliud, quia fervorem tuæ experientiæ collaudamus? Sed vel nunc admonitus excitare, & quantum potes in ejusdem monasterii constructione te exhibe. Ego nihil dari eis in expensis dixi; non autem monasterium de eis fabricare prohibui. Sed ita fac, ut ei, quem loco tuo PANORMI dimiseris, modis omnibus injungas: quatenus expensis, & annona Ecclesiastica hoc idem monasterium construat, & ad me privati Abbatis querela*

* Ille fuerat Abbas S. Hermetis cui omnium Monasteriorum demandaverat curam D. Greg.

non redeat. Eidem monasterio Prætoriano *codicem Hepratici de substantia Antonii ditri velint*[a]: & ad Victorem Panor. Antistitem ita, ep. 94. lib. 7. *Quia Monachorum congregatio, qua in monasterio Pracoritano*[*] *consistit pro sacris Missarum solemnibus peragendis presbyteri indigere probatur officio, atque de sua sibi congregatione in hoc ordine postulant consecrandum, fraternitatem vestram scriptis præsentibus hortamur, ut eum, quem sibi de congregatione sua unanimes duxerint eligendum, in prædicto monasterio sine mora, vel excusatione aliqua presbyterum debeat ordinare; atque eum nec in Ecclesia, nec in loco aliquo observare, sed illic jugiter permanere ex nostra auctoritate constituat &c.* Habes antiquissimum ex propria Benedictorum congregatione eligendi Priorem, seu Abbatem, atque ab ordinario loci munus consecrationis, seu benedictionis accipiendi morem[b]. Porrò hoc *Prætorianum* cœnobium magnificis, amplissimisque circumstructum ædificiis in veteri urbis regione olim, & nunc *Serascadis* dicta, non longè à *Porta Carinis*. Hic an. 560. circiter suas ædes D. Gregorium à Prætoria Episcop. Agrig. habuisse eruditissimè ex M. S. Vaticanæ Bibl. comparasse affirmat Abbas Cajetanus[c]. Sed ego crediderim ibi legendum *ædes D. Gregorii Prat.* ibique templum post illius obitum ipsi dedicatum esse. Idem sub primævo titulo *S. Gregorii Papæ* anno 1604. datur fratribus eremitis ftrictioris regulę S. Augustini. Ex hac ad æternam migravit lucem D. Gregorius 12. Martii an. 604. („ Pirri opinionem de „ his Monasteriis Panormi a S. Gregorio fundatis sequitur clariss. Joannes Mabillonius in „ Annal. Benedict. tom. 1. l. 6. p. 163.)

a Ex eadi ep. 9. lib. 11. in fine.
* Prætoriano lege.
b In Epistola 4. lib. 7. ep. 91. l. 7.
c Et nos lib. 1. not. 1.

NOTITIA PRIMA
SANCTI MARTINI DE SCALIS PANORMI.

CEleberrimum *S. Martini de Scalis* cœnobium Panormitanum cæteris omnibus Benedictini Ordinis in Sicilia, ac pluribus in Europa & ope ædificii, & opum magnitudine, & Fundatoris, ac dotatoris eminentia, & jurisdictionis amplitudine excellit. Sicut enim Patriarcha, ac sui ordinis Magister Benedictus *in Monte Cassino non longè ab antiqua, & nobili Civitate Benevento* suum primum construendum Monasterium Spiritus Sancti gratia voluit; ubi totam religiosam suam congregavit familiam, quæ, totaque convicina regio, ac prædia data à Cassino nomen ad nostrum ævum fecerat[d]. Ita & Gregorius Benedicti cultor, ac discipulus inter opacos, umbrososque Montes à Primaria Panormo sexto milliario distantes suum pro monachabus ad *S. Martini* honorem exædificavit[e] monasterium, ex quo (ut vidistis suprà in 2. monast. translatis in *S. Maria juxta Urbem* illis; in hoc deinde pontificio Gregorii præcepto novis fabricis, nobiliorique structura amplificatum) uti hoc anno dum foditur ante Monasterii Januam, inventæ sunt in antiqui templi parietibus depictæ imagines *Sancti Martini Episcopi*, *S. Scholasticæ*, super altare *Jesu Crucifixi*, *B. Virginis S. Joannis*, *S. Mariæ Magdalenæ*, *& aliorum SS. & S. Gregorii Pontificis*, sub cujus capite, ac S. Martini hæ litteræ. *G. M. F. D.* quas in tecti lignei reædificatione Senesius exscripsit: *Gregorio questo Monast. Fabricò, e Dotò.*) sub 598.
Abbate Mariniano ex *S. Maria S. Hermetis*, ac *cæterorum* claustris selectus monachorum cœtus transmigravit, ad quem alendum, confovendumque magnificentia ejusdem Papæ de suo patrimonio agros, sylvas, aquæductus, lataque funda contermina adjunxit. Inde continuatis temporibus ad nostra cœnobium, illius Abbas, atque alumni, convicina quoque feuda pio dono concessa *de S. Martino Panormi* nuncupata sunt.

d Ex Gordiano in vita S. Placidi.
e Epist. 4. lib. 1.

Optimo quidem jure Paulus Diaconus[*] ait: *sex Monasteria monachorum in Sicilia ædificavit, ubi totum patrimonium dedit, ibi omnia constructa ad hæc nostra tempora ad Dei laudem, & B. Benedicti monachorum patris conspiciuntur.* Per hæc tempora sex ista, imò & illud præclarum Messanæ sub titulo S. Placidi, de quo latiùs in 770.
3. Notitia, multis prædiis, atque oppidis auctum[f], vitæ sanctitate, strictioris regulæ observantia, scientiarumque peritia floruisse, satis constat. Verùm sicut D. Greg. Maximiano Episc. Syracus. prædixerat ep. 12. lib. 3. indict. 12. sub. an. sal. 594.: *Tanta nobis subinde mala, quæ aguntur in ista Provincia, nunciantur, ut peccatis facientibus, quod avertat omnipotens Deus, celeriter eam perituram credamus.* Ita primum Messanæ an. 665. per tyrannidem Saracenicam evenit in S. Placidi cœnobio. Pòst ad an. 820. cum nostri Panormitani cœnobitæ bonorum temporalium fruitione, fœlicique religioso, ac pacifico gratulabantur statu, ecce[g] Africana Barbarorum colluvies opulentissimam nostram Insulam in totius ferè Italiæ pęrn iciem Regiam Panormum occupavit; quam licèt sibi sedem optatam, nec ejus Archiepiscopale templum omnino fœdassent[h], attamen plures ædes sacras maximè *S. Martini*, ac rerum bona, religiososque haud minus, quàm illud S. Placidi Messan. an. 665.[i] everterunt. („ Hujus Monasterii sodales à Saracenis obtruncatos glorioso cruore Martyrium adeptos testantur nonnulli, ut scripsimus in Panormo Sanctificata f. 164.)

Ad quas res opportunè confirmandas adest Fr. Angelus Senesius virtutum gloria, ac veritatis splendore clarissimus, Primus post hujus Monasterii reædificationem Abbas, *Nota*,[k] ait, *quod monasterium S. Martini unum est ex sex quæ ædificavit B. Gregorius in Sicilia, dotatum ex suo patrimonio, de eo fit expressa mentio in registro epistolarum, fuitque ab Agarenis, seu Saracenis ever-*

* Ex Tabul. Montis Cass. eruta ab Abbas. Martin. Anest. viro eruditiss. nom ex relat. Quercitani & Marini ut sup.
f Nos in lib. 1. notitia 2. ex Baronio ad an. 668.
g Ex Ostiense in chron. Cassin. Matt. Loreto, Marc. Ant. Scip. & Honor. de Neap. vel ex crapul. apud Baron. ann. 829.
h Nos lib. 1. not. 1.
i Vide epist. Adeod. PP. apud nos l. 1. not. 1.
k In M. S. propria manu apud tab. monast.

eversum, ac combustum simul, ac monachi anno Domini 820. circiter, cùm Panormum depopulati sunt &c. Adest & Petrus Ranzanus genere Panorm. religione Dominicanus, Episc. Licerinus de antiquis monumentis benemerentissimus in suis annal. l. 27. in bib. Dominic. Pau. sub an. 1470. ita *Divi Martini monasterium anno ab hinc nongentesimo à D Gregorio conditum, quod partim erat vetustate collapsum, partim incendiis absumptum, partimque stetit multos retro annos humillimis quibusdam, atque incultissimis habitaculis restauratum, & magna ex parte magnificè erectum, exornatumque est.*

Antequàm verò strenuissimi, nostræque christianæ libertatis auctores Duces illi Northmanni Robertus, atque Rogerius fratres tam præclaro, & semper memorando acquirendæ Siciliæ operi, ac tyrannico Saracenorum jugo, quod ab anno 820. ad 1071.[a] amplissima, ac Regia Panormitana Urbs semper in sua fide perseverans portaverat, excutiendo se se dedissent, ad sacrum Cassinum montem magno devotionis ardore, ac christianę pietatis significationibus proficiscuntur, ibi coram reverendo D. Benedicti corpore unà cum toto monachorum cœtu procidentes, frequentes porrigebant preces, piaque dona, & si ipsius meritis a Deo Sicilię, extremę Italię obtinerent victoriam, votiva grati animi redderent munera; ipsumque ex eo die tutelarem, ac patronum optaverunt, & in bellorum ardentioribus flammis, urgentibusque necessitatibus, invocato Dei, ac matris Mariæ nomine, *Divum Benedictum*[b] implorabant auxiliatorem.

[a] Nos in chron. not. Regum & lib. 1. not. 1.

[b] Ex Leone Ostien. in Chron. Cassin.

Mox auspicatissimi illi Duces de Siculo imperio triumphavère, ut votis, quibus novo patrono Benedicto sese obstrinxerint, facerent satis, præcipuum Cassinense Monasterium, & in Calabria illud S. Euphemiæ & S. Trinitatis Militense &c. nobilitaverunt, ac regiis largitionibus ditaverunt. Haud secus in Sicilia Robertus Dux confestim Panormi, ubi summum totius suæ ditionis thronum extulit[c], maximum *S. Mariæ semper urbis tutelaris*[d] archiepiscopale templum Romanæ Ecclesiæ more expurgandum, atque quæque intra urbis septa Benedictina, maximè à D. Gregorio fundata, (ut illa S. Theodori, S. Georgii juxta S. Joan. de Eremitis, reædificanda pia sollicitudine, ac votivo studio satagit. Eodem devoto affectu Rogerius frater in aliis Siciliæ, cujus Comitatus titulo exornaverat Robertus, partibus vel antiquis collapsis hujusmodi Benedictini ordinis Ecclesiis reficiendis, præsertim Episcopalibus Syracusarum, Catanæ, Liparisque, vel de novo fundandis Pactarum, atque monasteriis S. Philippi Agyrensis, & cæterorum, uti in hac 2. p. suas notitias dabimus, suam debitam, & votivam navavit operam.

[c] Nos in Chron. & lib. 2. not. 1.

[d] Ex ep. 4. l. 11. S. Greg.

1072.

1086.

Eisdem votivis erga D. Benedictum obsequiis semper devinctos sese exhibuerunt succes. Principes; Rogerius Roberti Ducis hæres & filius in Calabria Provincia[e]; Rogerius verò alter illius consobrinus, ac Rogerii Magni Siciliæ Comitis natus, & hæres, suscepto Panormi Regio diademate, celebre illud primum à S. Greg. structum, dotatumque sub titulo *S. Hermetis*, post notiori vocabulo *S. Jo. de Eremitis* pœne collapsum reædificandum, novis, regiisque fabricis, atque opulentissimis prædiis ad Benedictinorum commoditatem augendam suum adjecit animum, uti de eo nos supra[f]. Item Guillelmus primogenitus Rex II. avita inflammatus devotione ann. 1157. illud *S. Mariæ de Adriano* excitavit, subjecitque paterno S. Joan.[g], sed major, ac ferventior illi uxore ejus Regina Margarita, quæ duo opulentissima, alterum virorum *S. Mariæ* Maniacense[h], alterum mulierum *S. Salvatoris* Sanmarcense erexit Benedictina Monasteria, atque in sua Regia familia ita refulsit conceptus devotionis affectus, ut *nostram Panormit. Virginem Rosaliam* in ea sanctè nutritam, ut multi tradunt, nigro hoc indutam habitu in *Erecta monte, & Bibonensi antro* eremiticam duriter, ac sine labe duxisse vitam scripserimus, Lib. 1. not. 1. & lib. 3. not. 3.

[e] In lib. 3. not. 2. de Montereg.

1130.

[f] In primo Monast. 1. S. Greg. sub tit. S. Herm.

[g] Nos 2. not. monast. 3. sufficit.

[h] De eo hic not. 5.

Guillelmus II. ex patre Guillelmo I. Regis Rogerii nepos, & Comitis Roger. pronepos ex optimis moribus, & animi bonitate *Bonus* seu *Optimus* dictus jam miles, jam adolescens æt. an. 22. pio, & ferventi desiderio cum lacte enutritus, *super sanctam Kiriacam Montis Regalis regalibus construere cœpit opibus, & largissimis, & amplissimis possessionib. disposuit monasterium in honorem B. Mariæ Virginis*[i]. Idque ait Rex. *ad ordinem Caven. Monaster., & D. Benedicti informandum, non longè à mœnibus Urbis nostræ Panormi*[k]: *progenitorum nostror. Regum scilicet recolendæ memoriæ vestigia imitantes.* Ad quod exornandum cœnobium non modò centum probatæ vitæ monachos ab Cavensi Abbate Benincasa exoravit; sed à Siculis, Calabrisque Præsulibus, ac viris primoribus multa suarum diœcesium oppida, monasteria, Cappellas, latifunda, juraque in privilegiis Pontificibus, ac Regiis expressa[l] obtinuit maximè ab Archiepiscopo Panor. Gualterio, in cujus jurisdictionis finibus erexerat Rex hoc celeberrimum totius christiani orbis ac regale cœnobium (hinc doctissimus ille Nicolaus de Tudisco dixit Cap. causam quæ de judic. n. 8. *In Sicilia duæ sunt Ecclesiæ Cathedrales regulares; una est Archiepiscopalis, ut PANORMI Ecclesia Montisregalis, alia est Episcopalis, ut Ecclesia Catanensis &c.* Hac etiam ratione dici voluit ipsemet Nicolaus, *Abbas Panormitanus*; cùm esset *Monasterii Maniacensis diœceseos Messan.*[m] *Abbas*, quod sanè monasterium Monteregalensi PANORMI esset unitum,) attributa hæc fuere: *Parochia, & diœcesis Castelli Corleonis cum monasterio S. Mariæ Magdalenæ, & aliis Ecclesiis cum decimis: &c. Ecclesia præterea S. Sylvestri, quæ fuerat damania, & proprii juris Panormitanæ Ecclesiæ, quæ pro eo, quod Ecclesia Montereg. multum vicina erat, & multùm utilior ei, quàm Panormitana Ecclesia*[n].

1174.

[i] Ex privil. Alex. III. 19. Kal. Feb. an. 1174 de quo nos lib. 1. not. 1.

1176

[k] Ex pr. Guill. II an. 1176. 15. Aug. & sol.

[l] In Notit. Montereg.

[m] Vid. nost. lib. 1. not. 1.

1180.

Porrò de monasterii Gregoriani sub titulo *S. Martini*, quod *in civitate seu diœcesi Panormitana existebat*, ut Victori Archiep. illius scribit D. Gregorius ep. 4. lib. 4. neque Regia, neque Archiepiscopali largitione usquam habetur notitia. Remansit ergo illud tantæ æstimationis cœnob. (licèt sub tyrannico Saracenorum dominatu pœnè collapsum) à primæva ad hanc ætatem, Ecclesiæ Panormitanæ jurisdictioni subjectum. Cæterùm Monteregalenses Præsul. sui juris ac ditionis esse ab initio fundationis S. Mariæ

[n] Ex privil. PP. Luc. III. an. 1182. in not. Montereg.

Novæ contendere. Primùm; ex apostolica Lucii III. anno 1182.[a] approbatione hujusmodi: *Ecclesiam quoque S. Martini constructam in tenimento Ecclesiæ Mont. à Petro Indulfo, quam ipse Petrus obtulit eidem Ecclesiæ* Montereg. *cum tenimentis, possessionibus, & pertinentiis suis*. Unde hanc eandem *S. Martini*, ubi nostri Benedictini ab an. 1346. incolunt, esse crediderit Lellus, sed rem sub subtili revocans examine[b], unum affirmat; *non fuisse illam Ecclesiam à S. Gregorio fundatam, cui non est adjunctum monasterium, de quo lib. 4. tom. 4. Greg.* nam sub PP. Lucio III. B Gregoriani Monasterii rudera, ac parietes corruentes clarissimè prospiciebantur, & an. 1346. reparata fuere. Quæ quidem à Petro Indulso nostræ Regiæ Capellæ Thesaurario, *constructa*, non rędificata fuit *in tenimento Ecclesiæ Montereg.* primæva verò *S. Martini* cœnobium, & templum in jurisdictione Ecclesiæ sunt Panormitanæ. Hinc procuIdubio dicendum est, illam ab Indulso datam vel juxta Montereg. fuisse ædiculam jam ruinam passam; vel illam *S. Martini in Corleone Castello*, quæ sub Guill. II. Rege *in* C *tenimento Ecclesiæ erat Montisregal.*[c] Hæc verè suadent, tum quod de hac Indulsi oblatione nec in privilegio Guillelmi Regis, nec in illo PP. Alex. sed anno 1182. post Corleonis concessionem fit mentio; tum quòd Ecclesia ejusdem Castelli nunc major, semper titulo *S. Martini* appellata est. Quamobrem Aloysius Lellus[d] stimulis conscientiæ actus, in diœcesi Panormit. Monasterium *S. Martini* admittit ex epist. (ut ipse ait) 71. lib. IV. sed potiùs ep. 28. ad Cyprianum D Diaconum: *pervenit ad nos, insinuante Theodosio Abbate, monasterii S. Martini tres, illic in Sicilia monachos, quos pro utilitate monasterii sui transmiserat, remansisse &c.* cujus monasterii monachos in Siciliam venisse certum est, sed infrà omnibus erit de re judicium.

1187. Secundum Ecclesiam Monteregalensem quasi ex sua fundatione quoddam habuisse lignandi (ut vocant) jus in sylvis, & feudo S. Martini, quod dominium illius significat, non est multùm sudandum, ut quisque credere possit, dominantibus diu Agarenis; feuda illa, seu latifunda E à D. Gregorio data Monasterio suo *S. Martini*, cuncta ferè inculta, annosis quercubus, ingentibus populis, amplissimis roboribus, spinosisque anfractibus implicita, sine monachis, sine divino cultu, collapsa templi claustra extitisse. Qua accepta occasione ex generali Ecclesię Monteregalensis facultate, ab Optimo Rege sic concessa: *Ut[e] quotiescunque Abbas, vel Conventus ejusdem monasterii Ecclesiam, seu Ecclesias, aut domos aliquas ex novo facere, vel factas readificare, aut praparare voluerint, habeant potestatem* F *quandocumque lignamina pro pradicto opere necessaria, in QUOCUNQUE NEMORE tam Siciliæ, quàm aliarum partium Regni libere, & absque alia datione incidere, & exinde asportare* in vicinum ad 3. m. p. *S. Martini* ligniferum nemus manus injecere cœnobitæ, & nemine inter temporum calamitates contradicente, hoc usurpavere jus.

Cùm autem bellorum tempore maximè Gallorum, bona quęque Siciliensium Ecclesiarum magnum passa fuissent detrimentum, inter eorum præsules, Arnaldus Archiepisc. Monteregal. diligenti studio navum ex omnibus suæ ecclesiæ privilegiis, scripturisque compactum conscripsit librum[f]; in quo Regis Wil. exscribens diploma signatum litteris rubeis 194. his verbis conceptum: *Privilegium Regis W. de concessione, & confirmatione Ecclesiæ S. Martini, fundatæ à Petro Indulso, quam idem Petrus ipsi obtulit, & donavit cum omnibus tenimentis possessionibus, & pertinentiis suis, dat. Panor. in an. dom.* 1182. *mense Junio* in margine illius, ad tollendam omnem ambiguitatem de Ecclesia à Petro, & monasterio à D. Gregorio fundato, & tunc usurpato, addit: *Quæ concessio de dicta Ecclesia fuit facta Monasterio S. Mariæ Montisregalis: sed adverte, quòd hæc Ecclesia non est Monasterium S. Martini, ex quo monasterium S. Martini non fuit fundatum à Petro Indulso, sed à S. Gregorio.* Habes hæc in publicis tabulis notarii Petri Ripaltæ, ab autographo diligentissimè comparata, interventu Consulis de Joya judicis Montereg. Bartholomæi Rinonicii Judicis Capitularis, & notar. Petri de Marino clerici ejusdem civitatis sub anno 1363. 23. Febr.[g]

1307.

Rebus interea in Sicilia bene compositis; Pręsul quisque suæ Ecclesiæ jura, jurisdictionesque usurpatas restituendas curavit[h], nec pigrè Theobaldus Archiepiscopus Panorm. præcipuè suæ diœcesis S. Martini monasterii, paulò antè extortas; ad quod impediendum Monteregalensis Archipræsul Spinola, sub regia protectione, Rolando de Aragonia vices Regis gerenti cessit[i]; qui tanquam dominus feuda S. Martini armentis suis pascenda dedit.

1338.

Attamen Emanuel iste Spinola de Luculo ob insignes animi dotes, ac generis nobilitatem, præ oculis Deum semper habens, cujus obsequio, populique sibi commissi profectui sese mancipavit; ecclesias, ac monasteria pastorali solicitudine visitare sua, atque unicuique suum tribuere, restituereque jus decrevit. Ut conceptum rectę voluntatis suę desiderium optimum sortiretur effectum; ita res bene dispososuisse nos admonent vetustissimi codices ipsius monasterii.

Servatur adhuc integer in Archivio S. Martini primęvus in pargameno conscriptus a quodam pio viro illius ęvi auctore codex *de readificatione S. Martini de Scalis Panor.* de quo ita testatur[k] Ludovicus Torres, tunc utr. sig. Refer. pòst Archiep. Montereg. *Antiqua Italiæ Tabularia evolvi.* Inde. *In ea cura dum versor, incidi fortè in hunc libellum ducentos ante ann. a non malo auctore, Pio certè, sed paulò verbosius compositum, & mutilum, ac mendosè, ut fit à librario descriptum, quem ab ipsis S. Martini monachis exscripsi, & quantum potui pluribus in locis correxi. Nunc verò casu pervenit in manus meas libri ipsius multò antiquius exemplum, aut fortasse primarius codex diu à me summo studio conquisitus, ut ejus ope menda à meo exemplari faciliùs tollerem.* Eum verò, quem Romæ an. 1587. & dein an. 1596. imprimendum voluit libellum, in multis vel auctum, vel diminutum ad propriæ suæ Ecclesiæ Montereg. firmandam jurisdictionem, suo primario exemplari M. S. non correspondere facilè hodie prospiciet quisquam.

Pri-

a In not. Montereg.

b Ibid. in privil. 39.

c Ex M. S. pervetusto apud Vincent. Tortoretum.

d Lellus in eiv. Eccles. Montereg. de censib. fol. 21. & sq. 1. 21.

e Ex privil. dato in ipso Monast. ann. 1176. not. l. 1.

f Ex Lello. 3. fol. 47.

Ecclesia Mart. à Pet. Indul. est alia à Monaster. S. Martini Panor.

g Asservatur in carta pargam. apud Monaster.

h In nostris notit. sub his annis.

i Ex M. S. F. Angeli & testibus in tab. Monast.

k In epist. ad Andr. Spinolam Can. apost. cler. in fine suæ hist. Montis. f. 14.

1341.

Primò siquidem optimus Præsul suæ certæ A diœcesis Maniacense *S. Mariæ*[a], terrenis facultatibus celebre monasterium perlustrans, non modò à regularis observantiæ præceptis alienum, sed omni penitùs religiosa honestate expoliatum invenit. Quàm primum, ad illud reformandum zelo exardescentem suum adjecit animum, Catanam properavit, ut eam suffraganeam visitaret Ecclesiam, inde ad S. Nicolai de Arena in sinu montis Ætnæ positum amicè se contulit. Ab his numero 70. Benedictinis etiam monachis, multis charitatis officiis acceptus, B humilibus precibus ab Abbate illius, tunc F. Jacobo de Soris viro sanè probatæ vitæ, & strictioris regulæ servatore duodecim paris vitæ conversatione alumnos suos, ut in Monteregalense secum transferret, obtinuit, sub constituto Priore F. Angelo Senesio Abbatis nepote, haud virtutum splendore, ac servandæ normæ Benedictinæ zelo absimili; absoluti jam ab Abbatis obedientia, Archiepiscopo subiiciuntur, in cujus religioso, ac officioso comitatu ad Maniacense adducti, antiquis sub Abbate, tunc Bonamico de Martino deperditis moribus viris, C magno ipsorum intimi doloris signo, sufficiuntur XII. recentiores. Mox rebus optimè peractis cum populi ædificatione Spinola ad suam lætus revertitur Ecclesiam, quo absente, Abbas, & monachi ejecti novum Priorem F. Angelum, & suos continuis afficiebant molestiis; de quorum molestissima infestatione dum Angelus cum socio ad Ducem Joannem[b] de Aragonia Siciliæ pro nepote Ludovico Rege Vicarium questurus accedebat, à duobus ex ejectis in Mascalarum D nemore insidiæ ad necem parantur. Sed Deo in tantis periculis constitutos servos suos liberante, illis dormientibus Angelus expectatus, & socius ad Maniacium transierunt immunes, cujus antiquus Abbas Bonamicus ponderis regularis jam pertæsus, pòst septem vix elapsis mensibus & Angelum, & suos impudenter abegit. Hi non depulsionis injuria subacti, nec contumeliis lacessiti, quasi de Pharaonis servitute liberati, ad terram promissionis suorum S. Nicolai claustrorum lętanter regrediuntur. Eosque quòd sui E Archiepiscopi jurisdictioni, & obedientiæ se subjecerant, Abbati admittere non licebat. Undique angustiis circumdati servi Dei, timentes ad Maniacense, ubi tot perpessi fuerant pericula, (nec eorum incolatum profecturum) redire cogerentur. Porrectis ad patronam Virginem Mariam ardentium cordium precibus, ad Messanam versus urbem flexerunt iter, ubi de novo sui ordinis construendo monasterio[c] seriùs egerunt. Versabatur tunc illic Ombertus Spinola Monteregalensis Antistitis frater, optimis moribus, ac legalibus disciplinis eruditus, & Prio- F rem, & sex ex alumnis (tres enim obierant, ac tres longi laboris tœdio pertæsi venire respuerunt) ad Monteregalem honorifico, & splendido commeatu adduxit. Ubi Maniacensis Abbas, qui tunc apud Monteregalem à Præsule, culpa probata, per sententiam suæ dignitatis honore fuerat privatus, inimicum F. Angelum cum suis tanto honore acceptum, & de S. Martini incolatu agentem advertit, impatientis animi furore exardens, in caput prędicti F. Angeli stultę mucronem exacuit ultionis. Mox Panormum, ubi Rolandus de Aragonia[d] præerat, iter arripuit, ut illius accenderet pecuniæ famem, & egregium S. Martini opus præpediret; *quippe quia feudum, quod est ipsius Monasterii, in quo & fundatum est, grave sibi detrimentum de sui jure domini deripi reputabat*[e] *quod semel sub ejus tutela Panor. Archipræsulis jussu receperat*, præposuit, atque redditus dignitatis Abbatiæ promisit, si desideratam vindictam in suspectum æmulum crudeli nece compleret. Sed Deus à tantis periculis superna custodia vallavit: nam expectatus ad cædem insidiatoribus ignoranter cedens, aliunde flectens iter, Panormum transivit illæsus.

1345.

Incidit Rolandus eo tempore in gravem mortis infirmitatem, qua humiliatus, & tanti perpetrandi sceleris pœnitentia compunctus, lamentabili mœrore veniam ab Angelo Priore poposcit, cujus ad Deum precibus saluti restitutus[f], *ex persecutore factus est defensor, inde piè supra cæteros omni concilio, & favore juvabat*, quibus verbis in primario M.S. apud Monast sequentia annectuntur: *feudum quoque, quod sibi antea dirimi timebat, ipsi Præposito* Angelo, *& monachis liberum reddidit, ac quietum, ut rei probavit eventus*. His bene gestis Senesius ad fratres in Monteregali degentes retrogrediens, ab optimo pastore, qui maximè suam Ecclesiam monasticæ disciplinę cultu per eosdem congruo reparare rigore cupiebat; ut illic versaretur, precibus cogitur, at illi renuerunt propter inevitabiles, & frequentes populi Panormitani concurrentis accessus; severioris sanè atque asceticæ vitę cupidine flagrantes, locum nemorum horridum, ubi religiosiùs vacare Deo possent, expetunt.

Secundò verò iste Præsul, ut dilectis sibi monachis *F. Angelo*, ejusque quinque sociis *Fratri Joanni Senesio Diacono ejusdem germano Fr. Paulo de Bello Subdiacono, F. Bartholomæo de Scillacio, Fr. Angelo de Frictilda, & Fr. Francisco de Leontino conversis*; sanctitatis dono plenis, in regulari observantia assuetis gratiosè faceret satis, illisque tanquam veris, & legitimis successoribus primorum sub D. Gregorio Benedictinorum cœnobitarum hæredibus debitum (ab aliquibus suis præcessoribus, ac Rolandi violentia usurpatum) omne jus restitueret.

Die 13. Januarii 1346. eos secum benignissimè, & paterno affectu *ad ruinas monasterii S. Martini conduxit*, ubi deploranda quidem Gregoriana prima fundamenta laxis muris, vix duobus integris primævi templi, ad vaccarum (sub Rolandi fortè dominio) usum conspiciebantur. Conditoque publico instrumento[g], possessionem monachis tribuit, in eo habetur: *novo ædificio restaurando ad suam integritatem originis, & decoris nostris propriis sumptibus, & expensis facientes de necessitate virtutem*, & in l. de reædific. *ac ipsius sponsione pastoris manus suas ad auxilium pollicentis animati erigere reparationis hujus onus, & opus sumpsere gaudentes*, & postquam idem auctor Pius fol. 20. dixerat: *obtulit eis ruinas monasterii S. Martini*; in primævo M. S. additur. *Facta sponsione de eis restituendo locum ipsum, ac feudum*

Marginal notes:

a Nos de eo hic not. 6.

De Fr. Angelo Senesio.

Prima Fr. Angeli persequutio.

b Jo. Dux iste, Regis Frid. II. filius Petri II. Frater Ludovici patruus in nostra chron reg. sub Frid. II.

1343.

Secunda Angel. persecq.

c De eo nos in hac 2. p. not. 1.

d Hic filius spurius Frid. II. Regis. Nos in Cor. Reg.

e Ex verbis de rend. mon. f. 16.

Tertia Angel. persecq.

f Ex libell à Tones f. 19.

Restitutio feudi Sancti Martini à Rolando.

g In Archiv. Monaster est exemplar primum sub an. 1356 & 1507. & 1600. Sicil. & Romæ comprobatum.

feudum de S. Martino, quod tam ipse Dominus A *Archiepiscopus, quàm aliqui antecessores sui occupaverant, & detinuerant pro mensa Archiepiscopali.* Idem refert Chronicon M. S. apud Monast. Interim jam (ut suprà vidistis) à Rolando liberum redditum est monachis feudum, liberumque & ab ipso Archiepiscopo per publicas tabulas notarii Petri Ripaltæ Panorm. sub die 2. April. 15. Indiction. [a] subscriptas ab ipso Archiep. *à Fr. Nicolao de Montereg. Priore, Fr. Leonardo monac. Montereg. Fr. Matth. de Panor. monac. Mont. Fr. Simone de Panorm.* B *mon. Mont. Fr. Franc. de Mont. monac. & Fr. Simone de Catan. monac. Mont.* atque *ex ipso Priore S. Martini Fr. Angelo, & quinque prædictis suis monachis*, redditur. Licèt in privilegio Spinolæ exscripto in fine histor. Montereg. fol. 45. sub ann. 1348. 28. Julii legatur: *S. Martini quoddam monasterium longiusculè distans ab Urbe Panormi, nostra tamen diœcesis, quod sub eo vocabulo per B. Gregorium olim dicitur institutum, antiqua tamen vetustate destructum.* subsequitur *eidem Fr. Angelo pro dicto* C *monasterio, ac pro & dictis fratribus, &c. spontanea voluntate FEUDUM, & tenimentum subscriptis finibus limitatum, quod vocatur de S. MARTINO, ubi dictum monasterium situm est, quod ad ipsum monasterium, ut credimus, antiquo jure spectabat, restituimus, ac de novo concedimus liberaliter, & donamus cum quodam parvo nemore, aquarum ductibus &c.* in primævis restitutionis tabulis: post *Panormi* non habes: *nostra tamen diœcesis*, neque post monasterium: *ut credimus*, sed hæc sunt verba: D *quod* feudum *antiquo jure spectabat, & spectat; restituimus in integrum &c. pleno jure, vel caussa & specialiter auctoritate, & vigore, atque titulo restitutionis*. Ita planè bonus Pastor ad propriæ, præcessorum, ac successorum suorum conscientiæ firmitatem, *Restituit in integrum* omne suum jus monachis atq; diœcesanæ jurisdictionis Archiepiscopo Panormit. tunc Theobaldo rem suam seriùs agenti. Confestim ad sanctum opus inchoandum, atque ad Dei laudem perficiendum. E

FRATER ANGELUS de Senesio à Catana ordinis S. Benedicti, utique vir monasticis actionibus approbatus, virtutum exercitiis deditus, ætate maturus, spirituali scientia clarus, de legitimo matrimonio natus, Prior eligitur, *quousque in Abbatiam dictum S. Martini monasterium per Sedem Apostol. cui hoc signanter incumbit, auctenticè confirmetur* [b]. Hujus sollicito studio, & nava opera, ac suorum alumnorum auxilio, à mane ad vesperas piè impensis, confestim aliqua tuguria ad paupertatis suffi- F cientia stabiliuntur, atque ruinæ reparantur; ubi divinis meditationibus, ac psalmodiæ indulgentes, procul ab hominum frequentia, cœlesti finitimam vitam ducebant. Eodem anno, die S. Martini tutelaris festo ad reædificandum cœnobium è finitimo monte aquarum traxerunt rivos. Diffusa undique tantorum Dei famulorum sanctitudine, ac renovata Gregoriani Sanctuarii constructione; *mirum quidem fuit, quam plures vicinæ Panormitanæ urbis cives nobilitate, ac divitiis præpollentes, monachorum jam laudabilem conversationem probantes, de propriis gazis, & ad reparationem prædictam piæ devotione auxilium ministrabant* [c]; multi quoq; honesti, ac probatæ vitæ viri suam facultatem vel etiam corporalem operam in fabricæ augmentum præstabant. Quibus manus adjutrices porrigentibus Archiepiscop. Panor. Theobaldus 40. indulgentiæ dies concessit [d]. His verbis: *an. 1346. 14. Martii. Si quis autem ad dictum monast. caussa devotionis accesserit, aut aliquid oblationis obtulerit, seu in ejus opere manus porrexerit adjutrices, 40. dies &c. Easdem elargitus est indulgentias Emanuel de injunctis sibi pœnitentiis in remissionem peccatorum in Dom. misericorditer relaxantes.* Inter quos, nulla unquam delebit oblivio *Salernum de Evulo* nobilem, piissimum, ac in tanto opere liberalissimum. Hic sanè Priori, ejusque socio ad victum pro familia petendum, & necessaria ad fabricam egressis, benignam procedens obviam, summisque serventis charitatis significationibus eos ad prandium invitavit, ac prodiga manu sumptus ad fabricas, ad monasterii, fratrumque necessaria suppeditavit. Feudum etiam *Bonagratia*, hodie *Sagana*, ab iisdem monachis ad rem comparatum, suis pecuniis exsolvit. Post verò condito sibi quodam tugurio extra Monasterium, (ubi hodie Molendinum est, & ruinæ cernuntur,) cum eis quasi eremiticam egit per 6. annos vitam, & finivit, ut infrà. Atque ex facultate Priori facta [e], non pauci ex his in regulare contubernium admittuntur. Eò tempore sævissima per totam Siciliam grassante peste, ex veteribus quidem sex, & aliqui ex recentioribus obiere monachi. Pestis & fames, & bellicus gladius tunc associantur, paterna charitate obstricti nostri piissimi cœnobitæ sublatos à proprio ore cibos dispersis cunctis, fame pressis subministravere; ita ut non sine divino miraculo pluribus quinquaginta pauperibus hujusmodi cotidiano concursu ad monasterium, veluti ad salutis refugium undequaque venientibus congrua cibaria summa miseratione præstabant. Quod, dœmone invidente, clam Panormitanæ Urbis Præsidi, tunc Manfredo Claramontano Moticæ Comiti, sub varia, & vafra verborum forma, scilicet: *Monachi* [f] *ipsi hostibus urbis favebant, illisque ingressus, & egressus ad illius direptionem, ac colonorum prædam ostendebant*, nuntiatum est. Iterum pericula imminentia in falsis fratribus, quorum duo diabolico spiritu eundem Præsidem adversus Priorem, suosque alumnos concitaverunt: *quòd Castrum Montisregalis proximum, & prospicuum, monasterio sub Præsulis custodia* [*], *adversantium manibus tradere conabantur*, experti sunt. His auditis Claramontanus ardentissimo incensus furore, & reædificati Monasterii celerem subversionem, & tot servorum Dei dissipationem præcepit.

Postquàm quasi aurum in fornace bene probati sunt viri isti, verè Christum Crucifixum sequentes, datum repentè de cœlo divinum auxilium, continuatam Gregorii Magni fundato-

Marginalia:

a Ibidi inter. prum habes.

De restit. feudi S. Martini.

Electio primi Prioris Senesii. 1346.

b Ex privil. Spin. fol. 46.

Reædific. Monast.

c Ex Pio de ædific. 11.

d Ex notis in archiv. monast.

1348.

Empt. Feudi Bonagratiæ.

e Habes integram in fine hist. Montereg. fol. 45.

antiquis hospitandi ac cibus tribuendi pauperibus mos.

f Ex Pio in ædif. f. 11.

persequutio F. Angeli.

Quinta persequutio F. Angeli.

* vocabatur Turris S. Benedicti Normanis vocata ab an. 1346. sub custodia Archiepisc. Eman. ex Lett. 2. priv. 167. fol. 72.

datoris protectionem, promissaque patriarchæ Benedicti patrocinia cognoverant, quibus, atque Prioris Angeli promeritis, ejusque alumnorum frequentibus orationibus, jejuniis, sacrificiis pacatum, ac ex inimico, benignissimum amicum erga monasterium sese reddidit Præses Manfredus, imò monachorum illius benefactorem, & Ordinis Benedictini semper cultorem se exhibuit, in devotionis signum non multò pòst cœnobium *S. Mariæ de Angelis*, hodie de *Bayda*[a] sub eodem instituto erexit, dotavitq;.

a De eo nos infra.

Itaque prudens, ac pietate clarus Prior Senesius cùm omnia jam bene disposita percepisset; scriptas ab utroque Archiepiscopo Panormitano diœcesano, ac Monteregalensi benefactore, & ab ipsomet, ad Clementem * VI. Sum. Pont. litteras, in quibus de reædificatione, provectu, ac fœlici monasterii statu significabatur, ac de confirmandis rebus agebatur, per F. Joannem Senesium germanum suum transmisit.

* Clemens hic genere Gallus Bened. dict. ex donno Rio in Gallia ante Abbas Fiscanensis in Northman. electus PP. an. 1342.

His receptis epistolis Clemens maximè gavisus de sui ordinis tam præclara propagatione, suoque honorabili diplomate omnia rata fecit, & sub sedis Apost. protectione suscepit.

1352.

Præceperat quoque idem Papa quòd si monasterii fabricæ bene perficerentur, reditus ad sufficientiam augerentur, & monachi ibi degentes ad viginti numerum pervenissent, de consensu, & interventu *Matthæi Fagardi Cantoris*[b], *& Vicarii gener. sede Panormitana ob Theobaldi Archiep. obitum vacante* (fuit iste Nuncius, ac Collector fructuum Sedis Apost. & an. 1361. Episcopus Agrigent.[c]) atque Salerni de Evulo, qui propriis sumptibus monasterii ędificii opus compleverat, ac patrimonium tribuerat, in æde S. Martini de more, servatis solitis ceremoniis congregati Monachi in Abbatem, & Pastorem eligerent *F. Angelum* juxta D. Benedicti instituta.

b In catal. aut. Panor.

c In lib. 3. no. 3. sub eo.

F. ANGELUS Senesius præ cæteris omni virtutum genere emicans postquàm annorum quinque spatio Prioris munere egregiè fuit perfunctus[d], PRIMUS ABBAS deligitur die 5. Julii anno 1352. per publicas tabulas notar. Petri Ripaltæ Panor. cumque datis litteris testimonialibus ejusdem Vicarii Panor. Matthæi Fagardi ad Sedem Apost. confirmandæ electionis caussa transmisere, illam idem PP. Clemens mense Octobr. ejusdem anni ratam voluit.

d Ex Pio de reædif. fol. 31.

Primus Abbas perpetuus.

Defuncto Theobaldo Diœcesano Archipræsule, de stylo ordinario Romanæ Curiæ viciniori Antistiti demandantur caussæ apostolicæ, ita & benedictio Senesii in Abbatem (ideo auctor reædificationis ait[e]: *Priorque præfatus in Abbatis honorem per dictum Archiepisc.* Monter. Emanuelem *est promotus*) quod evidentiùs in diplomate[f] PP. Gregorii XI. concedentis eidem Abbati usum Pontificalium habetur: *Emanuel Archiepisc. Montisregalis tibi* Angelo *de speciali Apostolicæ Sedis licentia, munus benedictionis impendit.*

e Ibidem.

f Autograph. in arch. Mon.

Porrò cùm Emanueli isti obtenta bonorum in genere Kal. Octob. pont. an. 9. à Clemente confirmatio non fuerit satis, voluit, ut res in specie, maximè *Fendi de S. Martino* restitutio, novo diplomate Apostolico stabilirentur, ac firmiùs vallarentur. Libentissimè privilegium[g] sub anno 1351. 31. Jan. concessit idem IV. Clemens his expressis verbis.

g Ibidem & in 12. p. histor. Monteregal. fol. 51. priv. 171.

Intendens præfatum Monasterium ab olim collapsum, ac etiam totaliter à quadraginta annis, & ultra dirutum readificavit Emanuel. Post *ipsi monasterio quosdam redditus, & possessiones, & Feudum*[*], *qui, & quæ, seu quod ab olim ad dictum Monasterium pertinuisse dicebantur, & quos, seu quod idem Archiepiscopus, & aliqui prædecessores seu Archiepiscopi Montisregalis detinuerant, ac possederant, restitui, & relaxari procuravit, & sedit etiam de assensu filiorum Capituli Ecclesiæ Montisregalis dicti Ordinis.*

* Fines feudi habentur in actu possess. ac in privi. Emanuelis posito in fine histor. Montereg. f. 48. & 49.

Quoniam verò Emanuel in tabulis liberæ restitutionis Feudi, ac attinentium illius, factæ Monachis, & Monasterio sic[h]: *Decima verò vinearum ex nunc in antea in prædicto feudo pro tempore plantandarum volumus, ut dicto Monasterio S. Martini pertineant, atque spectent, volumus etiam nihilominus, quòd prædicti feudi, & vineæ præmissa donatio tunc obtineat valorem, & roboris firmitatem, cùm à Domino nostro Sum. Pont. confirmata extiterit, & legitimè roborata.* Id jam vidistis solemni privilegio à Clemente totum confirmatum; nihilominus in suis tabulis *Decimas istas vinearum olim factarum existentium in contrata Caputi, FisKia, Castilletti, & Chalza*, sibi servandas addidit. At suæ vitæ terminum an. 1362. mense Apr. attingens, ad omnem suæ conscientiæ labem diluendam, in publicis tabulis Petri Ripaltæ Panor. declaravit, in principio suæ promissionis unquam sibi has Decimas servasse, licèt post incautè, & sine jure reservasset. Obiit urgente peste, & cum eo undecim hujus monasteri alumni[i]. Tabulas has ultimæ declarationis decimarum Urbanus V. Monachus Benedictinus bullis Apostolicis roboravit[k].

h In privi. concess. f. 49.

Feudum S. Martini ac decimæ vinearum restituuntur Monaster.

i Auctor reædif. fol. 40. & Leil. in hist. fol. 66.

k Idem fo. 41.

Decedenti Emanueli sufficitur Archiepiscopus Guillelmus, genere Catalaunus, qui, teste Auctore reædit.[l] *super quæstione decimarum Feudi quod dicitur la Chalca, & li Castilletti, Caputum, quas præfatus successor ejus dicto Monasterio contulit, & bullis Papalibus confirmavit, vehementer Abbatem, & monachos infestavit*. Coram Bartholomæo Rizzari Abbate S. Nicolai de Arenis Cat. uti à Sede Apost. Judice Conservatore Monasterii electo suum dixit jus, sed contra eum decretum est. Qua de sententia ad Romanam appellavit curiam, tandem nihil juris sibi suffragari agnoscens, liti cessit[m] cum interventu, & subscriptione Stephani de Juncta Canon. & Thesaur. Panorm. & Jo. Bonjoanne Canon. absente Senesio Abbate, coram publico tabellione. *Ego Presbyt. Steph. de Juncta Can. & Thes. interfui & propria manu subscripsi, Ego Joannes &c.* unde[n] Auctor subdit: *Qua quæstione ad Sanctæ mem. PP. Urbanum V. de lata ipsius domini PP. gratiosæ sanctionis decreta*[o] *præfatum Monasterium dictarum decimarum dominium obtinuit, & obtinet ad præsens, suscipiendo ipsarum annuatim fructus, seu redditus, & proventus.* Et verba illa Restitutionis in ipso diplomate Urbani recensentur.

l Ibidem.

m Ex actu exist. in Mon.

n Ibidem.

o Bulla in arch. Monast.

Tanta

Tanta erat Abbatis F. Angeli sanctitas, ac suorum alumnorum regularis observantia, ut non solùm Sicilia tota, sed & Occidentales partes odore famæ virtutum redolente, effunderentur. Hinc Monasterium ipsum *S. Martini* opulentis fidelium, ac etiam ipsorum Regum donariis auctum est. Accessit plena, & ditissima optimi viri Salerni de Evulo equitis Panorm. hæreditas tam in urbe Panor. quàm alibi ex donatione facta in tabul. not. Guill. Manifcalco Panor. 14. Feb. 15. ind. an. 1347. quorum bonorum adhuc magnam censuum exigit Monasterium partem. Iste per hæc tempora ann. 1355. jam ab initio reædificationis Monasterii cum monachis illibatam, ac regularem vitam agens, veneranda senectute confectus, inter illorum manus feliciter migravit ad Dominum; in anguloque interioris claustri, qui dormitorio antiquo conjungit Ecclesiam, sepultus est: hac epigraphe [a].

Obitus, & Sepulch. Salerni.

[a] Auctor ingenii. fol. 14.

Hoc tumulo Lector conectum scito Salernum:
Qui gessit Monachis affectum nempe paternum;
Parcus ad hanc fabricam non venit fundere totū
Censum, quem tenuit, cujusvis nōscere votum.

Accessit & *Casale Burgetti cum juribus suis* à nobili, ac pia Panor. Heroïsa Margarita de Blanco, relicta à quondam Joanne de Calatajerone pro ædificando Monasterio sub tit. S. Benedicti, de quo infrà dicemus, an. 1360. ind. 13. legatum [b].

[b] idem f. 46.

Accessit & *Feudum Falconerii in agro Marsalia*, ex pio dono Francisci Falconerii nobilis Panormitani.

Accessit & *Hereditas bonorum, ac suarum ædium cum sacello Spiritus Sancti in Urbe Panor.* quę dedit Jacoba Mayda nobilis Matrona Panor. pro hospitio Monachorum.

Accessit & *Casale Milocha cum Baronis jurisdictione in confinibus Sutera, & Rhagalmuti*, quod dedit Jacobus Capicci nobilis Panor. Monachus S. Martini factus [c].

[c] In act. 4. Jan. 1. ind. 1363. quod suo priv. dat. Cat. 16. Dec. eod. an. indulgens solitum obsequium militare confirmavit Rex.

Accesserunt quoque regiæ magnificentiæ dona. Rex siquidem Fridericus III. devoto affectu erga F. Guillelmum Rustici Sacerdotem virtutibus perspicuum, ipsius Monasterii, & Abbatis Senesii alumnum, 32. *butticellas tynnina de forma majori, idest octo ex Tynnaria Bonagia, xii ex Tynnaria Solanti, & totidem ex S. Gregorii Panormi* [d]; atque *ex Leontino Viverio duo Anguillarum cantaria* quolibet anno tribuenda liberaliter concessit. Item Monasterium *ab omni gabella, seu Dohana, Regio Patrimonio debito jure* exemptum, ac immune suis regiis litteris apud Monast. dat. an. 1366. 15. martii 5. ind., præcepit. Urbanus item V. benevolentia erga Abbatem nostrum affectus, generale interdictum ab an. 1282. editum in tota Sicilia, & maximè in Panormitana Diœcesi, ubi situm erat hoc D. Martini Monasterium, suspendit; ut *in ea solemnioribus B. Virginis, ac B. Patris Benedicti festivitatibus, divina possint alta voce celebrari officia, clausis tamen januis, ejectisque excommunicatis*, datis litt. ann. 3. sui pontif. in tab. mon.

F. Guill. Rustici Monach. eximius.

[d] Ex priv. dat. Catanæ 8. Febr. 2. ind. 1363.

Et ex aliis eodem scriptis tempore ignoscit, ut ad divina officia omnes familiares, incolas, procuratores, advocatosque Monasterii admittere valeant, ac *usum Baculi pastoralis tantum* [e];

[e] in tab. mon.

Anno verò sui pont. 4. per apost. rescriptum eligit *Conservatores Judices nostri Monasterii Cefaladen. Episc. & Abbatem S. Mariæ Licodiæ ad lites illius decidendas, jurisdictiones, bona, possessionesque defendendas.*

Idem Summus Pontifex Cœnobium Montecassinense jam terræmotibus quassatum reædificare cupiens Martiali Episc. Catanensi nostroque Abbati Senesio: quòd *per duos annos sexagesimam fructuum Monasteriorum sui ordinis Benedictini tam Nigrorum, quàm Alborum exigerent*, perscripsit anno 1369. [f] 1369.

[f] num.

Idem Urbanus ad idem Montis Cassini Monasterium regulari observantia reparandum, ut ab Abbatibus, Nostro, S. Mariæ Licodiæ, S. Nicolai de Arena, ac priore S. Mariæ Calatamauri ex octavo quolibet unus transmittatur suorum Monasteriorum monachus, per apost. litt. ann. 1369. & de fabricæ reparatione, monet; utque paratos habeant cœnobitas ad rem peragendam [g]. Mox noster duodecim selectos religionis cultores misit ex suo monastico grege, eosque benignissimo sinu exceptos, secum ad cœnam invitavit, ac beneficiis decoravit Pontifex [h], qui suis honorificis litteris Senesium ad novos, & plures vestiendos alumnos hortatur; ut isti in reformanda Italorum Monasteriorum regulari disciplina inservirent.

[g] Ibidem ex Auctore t... dit. sub ann. 1370. ind. 8. fol. 1. 41.

[h] Ibidem pontificis litt.

Responderunt humillimè pro Abbate Monachi, cœnobium sibi creditum S. Martini incapax, ac ad magnum sui ordinis cucullatorum recipiendum numerum incommodum esse, æquo, ac læto animo assequeretur pontificia monita; si ad eam rem concederetur à Sua Beatitudine Monasterium Monteregalense, aut illud S. Mariæ de Parco simul cum suo S. Martini, ædificatum à D. Greg. Magno [i]. Sed qua ratione petitiones Senesii suum non sortitæ fuerint effectum, mihi latet.

[i] Ibid. & sup.

Cum eodem Abbate an. 1370. F. Simon monachus in S. Martino Prior *S. Mariæ de Habita* [k] electus ex suis, conqueritur dè F. Stephano ejusdem Congregationis cœnobita: *quod Prioratu eum vellet expoliare*. Unde facile credendum est hoc *S. Mariæ* Monasterium suffraganeum unitum, ac Grangiam fuisse nostri S. Martini.

[k] De hoc monast. Nos lib. 1. not. Mes.

Interim decedente Urbano V. Rex illum egregium F. Guillel: Oratorem suum ad PP. Greg. XI. destinavit, quem Avinioni apud se Pontifex Sacellanum, Cubiculariumque voluit; & ob illius probatos mores, ac in agendis negotiis prudentiam, interno dilexit affectu, externisque probavit significationibus: nam dum ex regia legatione de tollendo à Sicilia interdicto (res plerisque Præsulibus, ac viris illustribus semper difficillima) ageret, facili negotio absque pecuniarum dispendio obtinuit.

Ea de impetratione perscripsit nostro Abbati Ludovicus de Placentia V. I. D. Curiæ Romanæ Caussidicus; asserens: *vos habetis in vestro Monasterio unum lapidem angularem, non tantùm vestro Monasterio, sed toti Insulæ &c.* Guillelmum scilicet, qui gravi, ac præclara senis longissimæ barbæ specie, venustissimo, ac facundo sermone, Pontifici gratissimus, omnes majores Ecclesiæ præ-

præfecturas respuit. Panormum revertens patriam, favorabili diplomate dat. Avin. Kal. decemb. an. 1. pontif. cunctis Ecclesiasticis, sæcularibusque Principibus maximè commendatur.

Inde, *de numero plurium 60. monachorum, atque perfecta illorum regulari observantia* certiorem faciens Pontificem; ab eo, in sui monasterii, ac Senesii Abbatis, successorumque ornamentum, & decorem; amplissimum, *de omnium Pontificalium, mitra, pastoralis baculi, annuli, sandalarum usu, atque pontificalem dandi benedictionem facultate*, exoravit diploma dat. Avin. an. 1372. In eo, *Monasterium valde famosum* vocat Gregorius.

1371. Haud secus idem Gregorius die 20. decemb. an. 1371. Martiali Epis. Catanensi perscripsit; ut apostolica auctoritate suffultus: *quoniam in Monteregalensi cœnobio nec unus monachus reliquus fuisset, Guillelmi Præsulis desidia*, ex aliis Siculis cœnobiis S. Nicolai de Arena, S. Mariæ Licodiæ suæ diœcesis, S. Martini de Scalis Panormitanæ S. Benedicti de Burgetto Mazar. S. Placidi Mess. S. Mariæ de Calatamauro Agrig. ac S. Mariæ de Gange Cephal. ubi copiosus, disciplinæ monasticæ numerus florebat, xx. deligeret monachos; qui ex sufficientibus Montisregalis Ecclesiæ proventibus alerentur.

1374. Cùm verò Pontifex iste Benedictini Monasterii sub tit. S. Pauli extra Romana mœnia strictiorem regulæ observantiam exoptaret; Archiepiscopo Panormit. Matthæo, atque eidem Catan. Martiali præcepit, ut quisque ex cœnobiis suæ diœcesis: Panormitanus quidem de S. Martini, Catanensis verò ex S. Nicolai de Arena, quindecim seligeret monasticam vitam colentes de quibus tres ad regimen (si forte Præpositus deficeret) aptiores, monachi designarent[a].

1376. Idem Pontifex novas dedit litteras 21. Febr. 1376. Matthæo Archiep. Panor. Nicolao Episc. Cephal. ac mag. F. Simoni de Puteo Ord. Predic. ac Siciliæ Inquisitori. (hic successit anno 1378. in Episcop. Catan.) ut simul, vel unus, Monasterium Monteregal. jam monachis, & bonis destitutum illustrarent atque ex præscriptis Monasteriis ad incolendum illud seligerent alumnos, & malè alienata, vel usurpata bona, revocanda curarent[b]. Die verò 31. aug. Panormitanus cum consilio Joannis Episcopi Sarlatensis in Sicilia Apost. Nuncii, atque egregii Abbatis Angeli, (qui novem ex suis dedit,) ad Gregorii mentem, rem omnem assecuti sunt[c].

Post Nuncius, iste nomine Apostolicæ Sedis ad S. Martini cœnobium perlustrandum se contulit, ubi primaria S. Benedicti præcepta studiosiùs servata, atque communem cum Abbate mensam religiosè custoditam, suo dipl. dato in eodem Monast. 13. aug. 14. ind. 1376. laudavit, approbavitque[d].

Pòst Dominicus Saffenorus Canon. Beneventi. Nuncius, ac Collector Sedis Apost. etiam Monasterium S. Martini visitans: quod paupertate laborans, adhuc pro Jure Cameræ taxatum non fuerat, solùm annuas 30. uncias eo tempore exegisse invenit. Ideo æstimavit per bullas scriptas ibidem an. 1383. ad uncias tres[e].

Per hæc tempora Urbanus VI. noster Abbati Senesio injunxit, ut controversias inter Archiepisc. Panor. Nicolaum, qui uti Metropolitanus, Ecclesiam Agrig. contendebat visitare, & Matthæum illius Episc. ac Capitulum obsistentes, (quòd Nicolaus esset excommunicatus) componeret.

Senesius ergo egregius Abbas 39. annos Monasterium hoc rexit, ædificiis, possessionibus ditavit, amœnissimis viridariis, & aquæ ductibus exornavit, ornamentis Ecclesiasticis decoravit, 500. sui ordinis cucullatos induxit alumnos. Optimis operibus, & sanctitatis odore fragrans, die 27. Novembr. 10. ind. anno 1386. 1386. migravit ad Dominum; illius venerandæ exuviæ in marmorea arca sub reliquiarum Sanctorum altari, in Sacrario servantur, hac insculpta tabella.

Reverendissimi Viri Angeli Senesii hujus Sacri Monasterii Abbatis hic ossa requiescunt.

Quæ longo diximus sermone, brevi carminum stylo, licèt humili, M. S. pargameno sic explicantur.

Jam terni lustri præmiserat ultimus annus
Mille trecentos annos, quadragintaque quinque[*]
A Gabrielis Ave, vel partu Virginis almæ;
Octavus festus stella quando celebratur;
Istud cœnobium decoratum nomine, Sancte
O Martine, tuo. susceperunt habitandum:
Ejectis vaccis, & earum sordibus inde
Sex fratres, quorum caput extitit Angelus Abbas
Quos Manuel Præsul Montisregalis Arena[*]
Cœnobio duxit, quod Sancti nomen honorat.
Qui tres exemit de stupri labe sorores;
Innumeris & signis quem Christus decoravit.
Angelus hic Abbas decessit mense Novembris
Unum si quadraginta dabis, tot præfuit annis.[*]
Veste, cibo, cella, pauper, nocuis sine damnis,
Sextus & annus[*] *erat tunc junctus mille trecentis,*
Et decies octo natalis cuncta regentis.

1386. Ob sanctitatis famam, & ardentissimam in pauperes, peregrinos, suosque alumnos, & fratres charitatem, communi *Beati* nomine semper est appellatus, ita P. Cajetanus[f]. Fuit etiam doctissimus; scripsit Expositiones Psalmorum, Modum meditandi, Expositionem suæ Regulæ, Historiam hujus Monasterii, de qua solùm, aliquot Notæ leguntur. Catalogum Contractuum, ac Bonorum Monast. Vocabularium Latinum pergrande, &c. quæ adhuc in Bibliotheca Monasterii hujus asservantur. (De eo multi. Consule nostram Bibliothecam Sicul. t. 1. f. 36.).

2. Abb. perp. 1386. F. JOANNES PRÆCOPUS *origine, ac monastica professione Panormitanus; vir utique in scientiis, suique ordinis institutis peritissimus*, die 8. decembr. an. 1386. à tota S. Martini Congregatione, juxta Benedictinas sanctiones, *Secundus Abbas perpetuus eligitur. Hanc electionem; suis ad Urbanum VI. Pont. scriptis favorabilibus litteris à Ludovico Diœcesano Archiep. Panor. dat. Avinione an. 9. sui pont. idem Urbanus approbavit his verbis, ita ut ex quocumque Catholico Antistite benedictionis munus recipere possit, & coram eo fidelitatis juramentum præstare.* Utrumque secutus est Joannes, (non à Monteregal. ut gratis Lellus p. 2. fol. 81. testatur,) sed à Panormitano Ludovico, his de more verbis.

a In tabul. Monast. sub an. 1376.

b Lell. p. 1. priv. 84 f. 99. & bulla Gregor. XI. Archiep. Pan. diœces. ann. 1372.

c Ibid. fol. 10.

d In Archiv. Monast.

e Ibidem.

* Hæc quatuor carmina in originali non leguntur, sed bene in Lello f. 44.

* In original. sed in Lello Septimus annus 1391.

f In martyr. SS. Sicil. 27. novemb. f. 161.

Ego[a] Fr. Joannes Pracopus Abbas Monasterii S. Martini diac. Panor. Ordinis S. Benedicti, ab hac hora fidelis, & obediens ero B. Petro Sanctisque Apost. Rom. eccl. Domino meo, domino Urbano PP. VI. suisque successoribus canonicè intrantibus; non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, seu capiantur mala captione. Consilium verò, quod mihi credituri sunt per se, aut nuntios, seu litteras, ad eorum damnum, me sciente, nemini prodam. Papatum Romanum, & Regalia S. Petri, adjutor eis ero ad retinendum, & defendendum, salvo meo ordine, contra hominem omnem. Legatum verò Apost. Sed. in eundo, & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo: vocatus ad Synodum veniam: nisi præpeditus fuero canonica præpeditione: Apostolorum limina, Romana Curia existente, citra singulis annis ultrà verò singulis bienniis, visitabo aut per me, aut per meum nuntium, nisi Apostolica absolvar licentia. Possessiones ad mensam mei Abbatiatus pertinentes, non vendam neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo inconsulto Pontifice Romano. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Evangelia.

a In tab. Eccl. Panor.

Forma juramenti fidelitatis ab Abb. Martini.

Noster Abbas de rebus monasterii servandis sanctè juravit, sancteque servavit semper; in principio Regni Martini, omnium privilegiorum, sui Burgetti, & adnexorum cœnobiorum confirmationem, Panor. 6. Iunii 5. ind. 1392. obtinuit. Atque à F. Blasco de Levanto Priore Ordinis S. Jo. Hierosol. Sedis Apost. Nuntio in Sicilia, ac monasteriorum Visitatore, plenam in mortis articulo indulgentiam pro se, suisque alumnis exoravit, dat. in Monast. an. 1394. 3. Novemb. 3. ind. litteris. Eodem Abbate, sub anno 1404. oblata est nobis diligentia, ac solicita opera pro parte Reverendissimorum DD. & charissimorum Patrum Monasterii S. Martini de Scalis diœcesis Panormitanæ de Insula Siciliæ, quod monasterium beat. mem. Excellentiss. Doctor, & S. R. E. dignissimus, ac Deo acceptissimus Præsul, & Pontifex B. Gregorius de suo proprio patrimonio in eisdem partibus construxit in honorem S. Martini Confessoris Christi &c. Patres Cassinenses constituerunt suos procuratores, ad revocanda bona in his partibus, à Tertullo Romano Patricio data, nostros S. Martini; ut ex primævo exemplari apud Cassinense, & nostrum tabularium invento, testibusque comprobato, constat satis. Id Panormi datum est typis anno 1620.

1392. 1394. 1404.

Horum Religiosorum sanctitatis fama permotus Andreas Guardabaxo ex nobilibus Politiensibus equis Panormitan. per ultimas tabulas in notar. Manfredo la Muta Panor. 30. mart. 3. ind. 1410.[b] hoc monasterium universal. scripsit heredem; ut ex suorum armentor. pretio exædificaretur Benedictinum cœnobium delle Ciambre, quod (non ex Archiep. Montereg. Jo. de Viglotimilio, ut scribit Lellus p. 2. privil. 89.), sed ex diœcesani Mazariens. Francisci Episc. facultate, die 20. Julii eodem anno, in altiori, tutiorique colle Patres sub tit. S. Mariæ delle Ciambre sub sua moderatione erexerunt.

1410.

b In tab. Monast.

Interim Abbas à Siculis ad PP. Gregorium XII. Orator, caussa impetrandæ interdicti indulgentiæ, fuit destinatus, quam per rescriptum, idibus aug. 1414. ut ipse, ac suus Prior auctoritate Apost. & Schismaticos absolvere, & ab interdicti pondere sublevare possent Siculos, qui tanto tempore premebantur, impetravit.

Tandem Joannes postquam 32. magna virtutum gloria, maximè in pauperes, quos ardenti diligebat affectu, atque in peregrinos, & hospites, quorum pedes propriis abluebat manibus, probata charitate monasterium rexisset; in eo Studia Philosophiæ, Theologiæ, Sacræque Scripturæ instituens, imò ipsemet aliquando legendi, ac prædicandi (fuerat enim vir doctissimus) munus suscepit, ex hac ad æternam transiit vitam an. 1418. 4. sept. cujus corpore honorificè sepulto, die 5. ejusdem mensis de novo eligendo Abbate debitis cæremoniis monasticis actum est.

F. BERNARDUS INVEGES Panormitanus, in eodem monasterio professus eodem 5. die sept. 12. ind. 1418. a Patrum Congregatione cooptatur Tertius Perpetuus Abbas; cujus canonicam electionem, de more, Archiepiscopo Panorm. Ubertino oblatam, ipse suis testimonialibus litteris ad PP. Martinum V. misit, eamque apostolica auctoritate 31. januar. 1419. munitam, ex speciali dono sibi commissam (erat enim monasterium Sedi Apostolicæ subjectum) recipiens die 24. maji an. eodem in sua Metropolitana munus benedictionis impertitur.

3. Abb. perpetuus. 1418.

Idem Pontifex Martinus, scripto Romæ dipl. idibus junii an. 1422. eidem Bernardo usum omnium Pontificalium, à suis præcessoribus concessum pro Abbatibus sui monasterii confirmat, ac denuo concedit, hisque Abbatialibus Insignibus, non modò in suo S. Martini, sed etiam aliis monasteriis, ac Prioratibus, etiam Ecclesiis Parochialibus, cæterisque locis sibi subjectis perfrui possit, solemnem quoque benedictionem post Vesperas, Missas, horasque matutinas omnibus Christi fidelibus, licet non subditis concedere valeat. Haud absimile rescriptum Romæ Kal. maji anno eodem protulit; de exemptione Quartæ Canonica jure legatorum piorum tam ab ipso monasterio, quàm ab illius grangiis[c].

1422.

Noster hic Abbas sanctis moribus refulgens, cunctis fuit charissimus, jucundissimus Populo Panormitano, qui Patriæ Patrem appellabat; quod sua prudentia, sermonũ suavitate, civium quæcunque dissidia sedabat, Archiepisc. Ubertino, qui haud rarò, ut de suo frueretur contubernio, ad S. Martinum se recipiebat, ubi cum ipso Abbate, ejusque fratribus; divino officio, spiritualibus exercitiis, in tergendis pedibus inopum, qui ad hunc sanctum locum visitandum, fama probitatis, commiserationisque Præpositi, ac suorum permoti, undique confluebant, interesse studebat. Unde advenæ ad suos reversi lares, nomen sanctitatis prædicabant, & pro suis viribus fortunas offerebant. Post suæ Præfecturæ annos 13. anno sal. 1432. 8. Octob. 10. ind. ad claustra cælestia accersitur, cujus cadaver ibidem honorificæ datum sepulturæ.

c Ibidem.

1432.

F. AMBROSIUS ISFAR, & CORIGLES, ex nobilissima, atque antiquissima Catalauna stirpe Panormitanus, rerum gestarum gloria, doctrina ac optimis moribus praclarus, monachus nostri monaste-

4. Abb. perpet.

nasterii, dum Romæ pro agendis suæ religiosæ A domus negotiis adesset, communi monachorum 70. assensu, ad Abbatialem asscitur dignitatem, anno, dieque eodem 8. Octobr. (licèt alibi legam xi. Octob. 1432.) coram publico tabellione, ac testibus. Id electionis instrumentum, ut moris erat, diœcesano Præsuli Ubertino delatum, fuit illi gratissimum, approbansque in tantum virum electionem, eam auctoritate pontificia comprobandam ad Eugenium IV. cum suis commendatitiis transmisit litteris, quod 17 April. ejusdem anni 2. pont. B laudatur, & eidem Ubertino solemnitas benedictionis imponitur, uti die 18 Julii eam est assecutus. Hujus Abbatis suffragantibus meritis, Alphonsus Rex dato privil. 17. Junii 1433. *exemptionem omnium gabellarum à suis Præcessoribus indultam* approbat [a]. Ita & idem PP. Eugenius elegit per breves litt. an. 1434. *Conservatores monasterii hujus Jo. Abbatem Parei, & Martianum Episc. Lauriensem*, ut sub censurarum pœnis, molestias, quibus nostri monachi ab Antonio Cephal. (fortè ratione duorum cœnobiorum S. Crucis, & S. Petri Politii,) ac ab Jo. Ma- C zariense (ratione Ciambrarum, & Cinisi,) atque à Laurentio Agrig. Præsulibus afficiebantur, servato jure, sublevarent. Panormitanum Concilium Senatoriè congregatum animadvertens, monasterium hoc S. Martini in finibus agri urb.s (licet suos habuisset terminos divisos) per publicas tabulas sub an. 1438. [b] sancivit: *quod vinum ex feudis illius, tanquam de loco diœcesano in territorio Panormi existente, gaudeat, (prout nulla est memoria in contrarium) privilegiis cæterorum civium, atque ad monachos ejusdem cænobii in S. Spiritu existentes delatum, nulli gabellæ juri subjaceat.* D

1440. Idem Rex scripsit Gaeta 19. April. 3. ind. 1440. *ne debitores nostri monasterii S. Martini supercessoria, nec moratoria &c. possint gaudere*. In Capitul. Regni sub eo anno.

Idem Pontifex præcepit an. 1444. nostro Ambrosio, ut se Messanam conferat *ad eligendum Priorem S. Placidi, post S. Mariæ Maniacis, ex ipsis monachis, donec aliter fuerit à Sede Apost. decretum*. Tunc fit Ambrosius & Abbas S. Ma- E riæ de Crypta seu Marsala; ut nos lib. III. [c]

Anno sequenti 1445. eidem Abbati commisit, ut simul cum sui monasterii monacho Juliano Mayali illuc denuò accederet; ut auditis Placidentium cucullatorum votis circa novi Abbatis electionem, mentem Pontificis declaret; *quòd non ex suis sed ex aliis Benedictinis Siculis fiat electio*. Amboque ad lustranda cætera Siciliæ cœnobia properent; ubi Abbas deficit, ibi illis benevisus sufficiatur [d]. F

Eodem tempore Eugenius monasterium nostrum à jure quocunque collectæ Sedi Apost. debito, per suum exemit privilegium.

1446. Post ann. 1446. per alias bullas, *Judices Conservatores Presbyterorum S. Georgii de Algala Siciliæ, maximè S. Jacobi de Massara Panorm.* constituit Ambrosium, & Julianum jam dictos.

Sub hoc virtutibus, & litteris insigni Abbate, qui annos 20. & menses 8. rem monasticam moderavit, magnæ charitatis splendore (ut in Apost. & regiis Alphonsi litteris ad sui gloriam est legere) erga viros paupertate, & angustiis pressos, pro quibus hospitandis antiquum à Senesio Abbate reædificatum monasterium eeset; novo, ac celebri omnium cœnobitarum capace, novoque adjuncto templo constructis, atque proventibus auctis floruere maximè scientiarum Philosophiæ, Theologiæ, Sacræ Scripturæ, ac Sacrorum Canonum, quorum ipsemet continuus fuit lector, Studia.

Tantæ fuit semper apud omnes æstimationis Ambrosius, ut in generalibus Regni Comitiis, suus ad Regem Alphonsum Neapoli agentem Orator à Brachio (ut vocant) Ecclesiastico destinaretur [e], qua perfunctus cum laude magna, legatione, ibi requievit in Domino ann. 1452. mense Aug. non sine Regis intimo dolore; qui Antonio Beccatelli, dicto *Panormita* suo familiari annuit, ut in exequiis funeralem peragerer sermonem, ac humari in templo S. Mariæ de Monte Oliveto voluit, Rege assistente, & funeralia decorante. Inde Panormita nobilem, & antiqua ejusdem Ambrosii progeniem versibus expolitis conscripsit; ipsius præclara gesta illustravit [f]. Neapoli patrium S. Martini monasterium repetentes socii Ambrosii, illius honorifica justa persoluta propalantes, die 3. Septemb. ind. 1. anno 1452. novam successoris Abbatis inaugurationem proposuere. 1452.

FR. LAURENTIUS FERRARUS *nobili gente, ac monastica in S. Martino professione Panormitanus* à toto solito religiosorum suorum cætu die, quo suprà, salutatus Abbas, & in possessionem immittitur. Cujus rei tabulæ [g] Diœcesano Archiep. Simoni de Bononia offeruntur; eæque suo nomine conscriptæ à Nicolao V. 25. Decemb. papali auctoritate muniuntur, atque executioni dantur 22. Febr. die festo Cathedræ S. Petri in Cathedrali Urbis, ab ipso Antistite Simone, suis sociantibus Canonicis, & Capitulo benedicitur.

Huic Abbati datis Romæ, litt. pridie idus Sept. 1452. Idem Roman. Pontifex demandat ad uniendum in perpetuum suo monasterio illud *S. Jacobi de Massara Panormi*, fortè quòd constituta Congregatio corruisset; de ea nos lib. I. not. 1. fol. 215. Sed illam restaurandam in Canonicam & habitationem Canonicorum precibus Simonis Archiepisc. ac suorum Canonicorum, indulsit Laurentius, adjectis aliquot conditionibus in instrumento publ. ann. 1454. per quod Antonius Chagius Canonicus procuratorio suorum nomine possessionem est assecutus [h]. 1454.

Cùm Rex Alphonsus edictum Neapoli 16. Julii an. 1446. [i] scriptum jussisset: *ut nullo modo (ita Rex loquitur) Apostolica rescripta in Regno Siciliæ effectum sortiantur, nisi priùs per regios ministros cognoscantur, & executioni dentur.* F. Juliani Mayali (de eo in fine de viris illustribus,) ipsius Abbatis multiplicibus promeritis, ipsorumque, ac suorum erga pauperes, peregrinosque pia hospitalitate permotus; indulsit, ut quæcunque Pontificia rescripta 1457. in hu-

Quadonovum Monasterium, ac novum templum S. Martini ædificatum est.

f. Abb perp.

De Monaster. S. Jacobi de Massara.

[a] Ibidem.
[b] Ibidem, & in actis Urbis eo anno.
[c] Notit. de Maniac.
[d] In tab. Monast.
[e] In Cap. Regni eo an.
[f] M. S. in monast.
[g] Ibidem.
[h] Ibidem.
[i] Mon. de eo lib. I. not. 1. De F. Juliano Mayali in fine. De Viris illust.

in hujus monasterii gratiam concessa adhuc, executionem in Regno habuisse intelligantur, ita ex privileg. Neap. anno 1453. Anno verò 1455. ult. Julii in Castello novo Neap. Rex *omnia privilegia a suis prædecessoribus indulta* approbavit.

1455.

Eodem anno primo Jan. Callistus III. Papa à suis antecessoribus indulta, prærogativas, indulgentiasque tributas, rata voluit.

De Abbatibus S. Mariæ de Grangio Veteri.

Voluit etiam per bullas eodem anno: *quòd de cætero Abbat. Benedictini S. Mariæ de Grangio Veteri, ab Abbate S. Martini, ac ejus successoribus confirmarentur, & à quocunque Antistite benedicerentur*; ut servatum leges infrà.

Noster Abbas Laurentius in bonis, & claris operibus consenuit, præclaro Concionatoris munere perfungens, non pauca M. SS. volumina dereliquit[a]. Non solum sæpè sæpius ad fratres; sed ad inopes, & peregrinos, quos ferventiori charitatis ardore hospitabatur, suis manibus purgando pedes, secum ad cœnam invitans, sermones habebat. Divino cultui, templi, cœnobiique perfectæ fabricæ, strictiori regulæ observantiæ, quæ sub eo eminentiùs resplenduit, librorum spiritualium jugi lectioni, præter multarum scientiarum peritiam, omne adhibuit studium. Et cùm campanulæ sanctum indicem ad divina recitanda officia audiebat: *eamus fratres hilares ad reficiendas, recreandasque animas*; dicere solebat. Officiosissimus viris probis, asperrimus negligentibus, plenus dierum, senioque confectus, anno 1458. mense Octob. fœlici cessit fato post sextum præclari sui regiminis annum. Huic per canonica 70. monachorum suffragia datur benemerentissimus Abbas

a Leguntur in hujus Monast. Archiv.

8. Abb. perp. 1458.

F. PHILIPPUS DE AUREA *genere, atque monachatu in D. Martini Panormitanus* sub die 8. Octobr. 1458. Hanc electionem solemniter insinuatam, Ordinarius loci Simon Archipræsul Summo Sacerdoti Pio II. qui eam 31. Jan. 1459. laudavit, exposuit. Illius pontificia auctoritate suffultus idem Simon, eodem in suo monasterio 21. Martii celebri festo S. Benedicti, cæremoniali benedictione Philippum condecoravit.

1459.

Haud absimilem suis præcessoribus semper in vitæ candore, observantiæ regularis rigore, divini cultus, hospitalitatis continuæ (quam propensiùs in suis grangiis servandam sensorat,) ac cæterarum virtutum; jejuniorum; mortificationum sui ipsius, studiis, ac exercitiis sese præbuit. Quinque pastoralis curæ annos sapienter emensus, an. 1463. 21. Martii; quo die festo S. Patris Benedicti benedictionem susceperat, Deo animam reddidit, suæ sanctitatis vivam relinquens famam.

1463.

9. Abb. perp. 1463.

FR. PALMERIUS DE ADRANA *nativitate, ac cuculla Benedictina Panormitanus* à 94. cœnobitis ritè congregatis primo April. tertio Paschatis die festo an. 1463. subdeligitur Abbas. De scripto votorum publico instrumento Simon noster Archiep. juxta antiquum morem, à Pio II. 18. Augusti confirmationem exoravit. Quarè 12. Novemb. festo D. Martini in sua Cathedrali Simon benedictionis decore affecit Abbatem.

Verùm undique diffuso sanctitatis, ac illibatæ primariæ regularis observantiæ nostri Monasterii odore, Paulus II. Pont. Max. suppliciter exoratus ab Jo. Nicolao de Ursinis Cardin. S. Cæciliæ de Thiano nuncupato, uti S. Joannis de Eremitis Abbate Commendatario, breves scripsit 15. Decemb. an. 1. pont. litteras Palmerio nostro, ut ex magnis regulæ cultoribus duos suos seligat monachos ad monasterii prædicti de Eremitis reformationem. Hi, in quibus Cardinalis præcipue confidebat, fuere F. Manfredus Subprior, & Guillelmus Conversus in S. Martino, viri quidem probatæ vitæ, qui ardenti suorum religiosorum zelo, Pontificio, Cardinalis, ac Abbatis Superioris monitis salutaribus permoti, ita rem ad bonam perduxere frugem, vitæ probitate, & charitatis fervore, ut mox plures etiam nobiles mundana relinquentes, huic familiæ adscribi voluerint. Crescente quotidie alumnorum numero, fit monasterium incapax, & ad tot admittendos ineptum. Quarè Cardinalis ad incolendum sub titulo Prioratus, in æde *S. Trinitatis Deliæ*, quam suo S. Joannis de Eremitis univerat[b], aliquot in *S. Maria de Adriano Bisbona*, aliquot in aliis suæ Ecclesiæ subjectis locis, transmisit ex Monast. S. Joannis.

De S. Jo. de Eremit. & S. Trin. Deliæ.

1466.

1469.

b Vide lib. 1. not. 6. Mazaltiae & in hac 2. part. Monaster. S. Jo. de Erem.

Idem Pontifex aliis litt. an. 4. sui pont. supplicante Ausia Archiep. Montereg. ad moderandam regularem observantiam illius monasterii, tres de sua mittendos familia[c], Palmerio jussit. Rex item Joannes scripto Tarracone 19. Jan. 12. indict. 1465. privilegio, quod, suo dato Hispali 30. Octob. 3. ind. 1484. laudavit ejus filius Ferdinandus II. omnia privilegia, immunitates, & exemptiones Monasterio S. Martini, suisque Prioratibus, ac Grangiis, à Regibus concessa, communit.[d]

c In tab. Mon.

d Ibidem.

Palmerius noster præcessorum bonorum æmulator, ac optimæ famæ, publicique nominis sanctitatis Monasterii sui vigilantissimus custos, sua innata humilitate, solitudine, pietate in pauperes, quibus largas semper suppeditavit eleemosynas, sacrarum litterarum cura cuncta fovebat. Post egregium Abbatiæ, Prioratuumque decennè regimen, 14. Julii 1474. suum finivit diem.

10. Abb. perp. 1475.

F. GREGORIUS LA MATINA *Panormitanus nobili origine, & religionis Benedictinæ professione*, die festo S. Petri ad Vincula primo Aug. eodem anno, defuncto Palmerio, communi voto subrogatur. Tabularia electionis pagina à Panormitano Capitulo Sede Vacante recepta, Sixto IV. offertur, à quo 28. Jan. 1475. ad abbatiales infulas recipiendas admittitur. Idem Canonicorum Capitulum, ac Monachorum cœtus (mortuo diœcesano Paulo Bisconte, absenteque Ausia Monteregalensi Archiep.) F. Joannem Gactum Cephalœdensem Præsulem ad impertiendam benedictionem, quam in sua Cathedrali 17. April. erogavit, exoravere.

Cùm in Monasterio celebri, & Regio Montisregalis, Præsulum tenacitate, illiberalitate, ac elementorum monachis præstandorum subtrectione, cultus divinus, regularis observantia,

(ut

(ut sæpè suprà & in Lello p. 2. fol. 86. in nob. lib. I. legistis), ac cœnobitarum assistentia simul corruere Sixtus idem IV. per breves litt. 7. sept. 1474. annuit nostro Abbati Gregorio, *ut Fratri Guillelmo Guidone Magistro in Sacra Theol. Ordinis Carmelit. facultatem faciat; de suis ad Benedictina instituta in Monasterio Monteregal. transmigrandi, ob suæ conscientiæ serenitatem, locique illius necessitatem, ac utilitatem*. Pontificio peracto mandato, obiit interim Prior Montereg. A Monachis sufficitur F. Guillelmus iste. Qui etiam cucullatus Benedictinus, dici voluit *Carmelita* ob sui tyrocinii, ac religiosi decursus amorem, super cellæ janua imagines *S. Alberti*, & in templi trabe (tunc expensis Archiepiscopi insertas (*Carmelitana Maria*, de pingendas curavit. In æde Catanensi Carmelitarum, uti Prior perpetuus, habitu S. Benedicti indutus, obiit, & sepelitur. His & Carmelitis tesseris, plures, & ego [b], (antequam istud apost. rescriptum perlegissem) decepti, illic incoluisse fratres istos tradidimus.

a Ex Rescripto Greg. PP. XI.

De Monaster. Montis Reg.

b Lib. 1. not. 3. Monast.

Ad ipsummet Monteregalense cœnobium restaurandum, reformandumque, novum Romæ 17. april. an. 9. pontif. precibus Ausiæ Archiep. concessit rescriptum idem Sixtus; quod integrum in ea notit. nos, & Lellus 2. p. privil. 101. fol. 86. retulimus.

1480.

Fuit Gregorius magnæ doctrinæ nomine clarus; Codices de Imitatione Christi, de Adventu Domini, de Sanctiss. Eucharistiæ Sacramento, &c. eruditissime manuscripsit [c]. Rerum gestarum in augendis Monasterii proventibus, hospitalitate continua, cum fratribus quoque exercenda, perpetua memoria recensetur. Fælicibus sui regiminis annis 9. elapsis, in pervigilio Assumptionis B. Mariæ 14. aug. ann. 1482. in suæ protectricis manus spiritum commendavit.

c In ipso monast. servantur.

F. ALEXANDRUM DE TORTONA, *filium hujus monasterii*, cœteris aptiorem, ad dignitatem Abbatialem promovendum, ob vitæ candorem, ac morum probitatem, die 9. sept. 1482. 77. Patres capitulariter uniti, acclamaverunt. Statim, profusis lachrymis, ad pedes eorum devolutus, se tanto honore indignum profitetur, aliumque magis idoneum eligendum humillimè deprecatur præpositæ verò sibi divinæ voluntati nullo modo obsistendum credidit. Assensus suus, ac suorum suffragia, in acta publica redacta, tribuuntur Capitulo Panormit. (absentibus Archiep. nostris.) Ea à Sixto IV. 30. jan. 1482. corroborantur. Et facta solita pontificia facultate: *quod à quocunque Antistite possit benedici*; & Canonici, & monachi (non illi Montisregal. ut malè Lellus p. 2. fol. 80.) suis supplicibus litteris, Joannem de Monte aperto Episc. Mazarens. ad hoc benedictionis munus obeundum deprecantur [d].

9. & ult. Abb. perpet.

1482.

d in archiv. monasterii.

Idem Pontifex tunc, intercedente Cardinale, ac Archiep. Montereg. Ausia pro Abbatibus S. Mariæ Licodiæ & S. Nicolai de Arena, rectè inter se unitis [e] Diœcesis Catan. ac S. Placidi de Calo Nerò Mess. immediatè Sedi Apost. subjectis, atque Priore Ecclesiæ Montereg. ad quæcunque in eligendis Abbatibus, Prioribusque perpetuis, diluenda, sedandaque dissidia à rescriptum apost. 7. Julii pont. an. 12. sal. 1483. exscriptum in Reg. Cancell. 20. Decemb. anni ejusdem [f] indulsit: quòd *cuncta prædicta monasteria adinstar Sanctæ Justinæ Paduæ in unam Siculam Congregationem uniruntur, atque construentur*. Noster Alexander, arrepta occasione tandiu concepita, postquàm ægrè triennium abbatiale sustinuisset onus, anno 1485. eo per publicas tabulas libentissimè se abdicavit; & tanquam vulneratus cervus ad desertos montes Burgetti aufugit, ibi in ædicula *S. Nicolai*, ab Priore Joanne Senesio structa, aliquot humilibus conditis tuguriis, viridarioque propriis manibus ad Dei gloriam, & animum elevandum, plantato; reliquum annorum 15. eremiticæ vitæ, jejuniis, ciliciis, humicubationibus, orationibus, cursum cum duobus suæ sortis sociis peregit. Alexandri Sancti titulo [g] venerandum corpus in monasterio, honorificè servatur. Ejus vitam, tot miraculis comprobatam M.S. è S. Martino Romam delatam testantur Patres.

e In hac 2. p. not. 4.

f Habes integrum, ibidem & apud Lell. P. 2. Privil. 103. f. 89.

Quando incœpit Congregatio Sicula Benedict.

g Ita appellat Vvion, & Gajetanus in Ides fol. 11.

Quamvis autem Monasterium hoc S. Martini Siculæ Congregationi, eo tempore, à Patribus illius fuisset aggregatum; nunquam tamen permisere Alexandrum dignitate, præeminentiis, jurisdictionibus Abbatis privatum, sed solùm regimine; quod onus Prioris Conventualis in spiritualibus, & temporalibus est demandatum, donec Alexander an. 1499. 22. April. migravit in cœlum.

De Abbatibus temporalibus à congregatione Sicula electis in Generali Capitulo.

IN Prima Congregatione sub anno 1487. Monachi, relicto nomine *Fratris*, dici cœperunt Don, atque Pontificia auctoritate ex majori votorum parte eligi Abbates, majori dignitate decorati.

Primus Abbas Temporalis *D. Panutius de Castellana à Panormo monachus ejusdem Monasterii* an. 1499. ultimo April. post ultimi Abbatis perpetui Alexandri obitum.

2. *D. Petrus Salerno à Panormo*, etiam alumnus in S. Martino 30. April. 1500. Hic fuit multoties ipsius Siculæ Congreg. generalis Præsidens: hoc titulo cohonestantur Summi Ordinis Benedictini Præfecti. Sub eodem anno Cœnobium *S. Mariæ de Fondrò*, unum ex suffraganeis, & subjectis monasterio S. Martini [h], etiam Congregationi Siculæ unitur. Abbas illius Petrus de Genco, præfecturam renuntians, solo titulo retento, dum vixit, cellam suam primariam S. Martini repetiit, & ibi sanctum finem est assecutus.

S. Mariæ de Fondrò monaster.

h De eo infra in 3. suffrag.

3. *D. Guillelmus de Hieraci à Panormo ejusdem Monasterii alumnus*. An. 1502. 17. April. Præsidens quoque fit Congregationis ipsius. Vir utique magnæ doctrinæ, eruditos codices, qui in Bibliotheca Sublaci adhuc visuntur, de Apocalypsi lib. 2. Historiam Sacram à mundi constitutione ad sua usque tempora conscripsit.

4. *D. Marius Oddo à Panormo* etiam monachus S. Martini, 29. April. 1504. Præsidens etiam Siculæ Congregationis.

5. *D. Innocens de Monaca à Panormo* ibidem pro-

professus, 14. Augusti 1504. tunc Præsidens ad hæc tempora Benedictini nostri Siculi Religiosi grossioris lanæ, (quam vulgò albaxo vocant) vestibus utebantur.

Olim grossioris lanæ vestimenta Benedictinorum Siciliæ.

Sed Sicula hęc Benedictinorum Congregatio, (quam *S. Nicolai de Arenis* lib. 5. c. 7. Arnaldus Wion in sua Arbore vitæ appellat,) velut in unum corpus coalescere cœpit cum alia ejusdem religionis Cassinensis sub titulo *S. Justinæ*, ex Apost. diplomate Julii II. dat. Romæ 15. Kal. Augusti 1506. in Cancell. exscrip. 16. Octob. 10. ind. Quam ob caussam D. Ignatius Squarcalupi de Florentia Visitator, Vicepræsidens, ac Commissarius Cassinensis, die 28. Decemb. ejusdem anni, & iterum Julianus de Janua Prior, & Visitator, 7. Julii 1517. in Monasterii Monteregalensis possessionem est immissus[a]. Hoc sanè præclarum, & memorabile Unionis opus, ex jugi, & solicito studio nostri Abbatis Marci, qui ad præfecturam Montis Cassini deinde assumptus est, suum perutilem sortitum est effectum.

Quando unitur Cōgregationi Sanctæ Justinæ.

a Non latius l. 1. not. Monreg. & Lellus 2. p. privil. 208. & 210. f. 191

Hoc sub anno calculos annalium proventuum Monasterii ad uncias 961. exhibuere.

6. *D. Vincentius de Neapoli* an. 1506. vir sanè primæ notæ, & maturæ virtutis, qui petente Archiep. Paternione, die 1. Octob. 11. indict. 1507. Monasterium S. Joannis de Bayda suæ Benedictinæ jurisdictionis, Cassinensi Congregationi adjunxit.

Quando Abbates in Sicilia à Cassin. Congreg. eligi cępeirunt.

7. *D. Hieronymus à Genua* anno 1512.

8. *D. Justinus Hispanus* an. 1513. Quando F. Carctæus de Crione alumnus in S. Martini claustris, obtenta facultate in Generali Cassin. Capitulo, de bonis sibi hæreditario jure debitis, ac acquisitis, sui Ordinis Abbatiam sub tit. *S. Lucæ* extra oppidi Pittinęi muros fundavit, dotavitque Episcopo diœcesano Cephalæd. assentiente[b], secum confratres ejusdem monasterii coaptavit. Sed temporis cursu, bonis dissipatis, ad suas reversi sunt cellas.

De monast. S. Lucæ

b Non fusius lib. 1. notit. Cephal.

9. *D. Hieronymus à Messana* an. 1517.

10. *D. Chrysostomus à Neapoli* an. 1518.

11. *D. Petrus de Savigliano* an. 1520. de quo fortasse Lellus in 2. p. privil. 213. loquitur sub eodem anno 11. Martii. *D. Petrum de Savigliano Priorem Montisregalis, Visitatorem totius Congregationis S. Justinæ in Sicilia Regno convenisse cum Gaspare Terrè Gubernatore Montisregal. atque illius Archiep. Henrico de Cardona de augendo numero monachorum ex sexdecim ad 25. qui missarum, officiorumque divinorum obsequio perenni invigilarent, ac ex novis Archiepiscopatus tribuendis censibus alerentur*. Subdit. *Id communi ore in Capitulo, sequenti die firmatum est*. Post *D. Petrus de Savigliano Abbas, & D. Hieronymus de Guevara Prior S. Martini, & D. Paulus de Nobara Abbas S. Nicolai de Arena procuratores constituti à D. Hieronymo de Monteserrato Priore, atque à Diffinitoribus in Capit. Gener. S. Justinæ de Padua, die 26. Septemb. 1521. rata omnia habuere*. Hic semper in regimine, censũs augendo, & regularem observantiam illustrando, præclare se gessit.

12. *D. Marcus de Pontremulo* an. 1524. haud in zelo, & novorum proventuum emptione absimilis. Huic, atque Vicariis Agrigentino, & Cephalæd. Clemens PP. VIII. per dipl. dat. Romæ pridie nonas April. pont. ann. 1. demandat cognitionem erectionis sex Canonicorum Metr. Eccl. Panor. sub tit. S. Jo: de Eremitis[c].

c Non lib. 2. not. 1.

13. *D. Basilius à Genua* anno 1525. ad terræ tractus juris monasterii colendos, uberioresque redditus congerendos, pauperum, peregrinorumque hospitalitatem, (quæ specialis hujus loci est prærogativa) consovendam, cum monastica observantia conjunctam, suum continuè adjecit animum.

14. *D. Ambrosius à Florentia* an. 1530. in bonis monasterii nova emptione amplificandis, ac in divinarum rerum cultu augendo præcessoribus suis non fuit secundus. An. 1531. Abbas S. Placidi Mess.

15. *D. Urbanus à Cremona* ann. 1531. pauperum amator, quibus ipsemet inserviebat.

(„ *Hieronymus Alibrandus* a Messana secun-
„ do, 6. Maii 1532. præfuit per annum tantum
„ ex Tornamira in histor. Casin. lib. 3. fol. 451.
„ & M. S.)

16. *D. Nicolaus de Cava* an. 1533. in charitate fervidus.

17. *D. Basilius à Florentia* an. 1534. zelo in divino officio, & pauperum subsidiis memorabilis. Sub eo incœptum est Dormitorium majus ad Orientem.

18. *D. Petrus à Placentia* an. 1537. vitæ integritate rexit.

19. *D. Hieronymus de Neapoli* an. 1538. vir religiosissimus, & hospitalarius inopum studiosissimus.

20. *D. Placidus à Pavia* ann. 1540. in charitatis operibus semper occupatus, novi Dormitorii fabricas perfecit, vetustum monasterium, egenorum, advenarumque, quos pietate nimia consovebat, perpetuum constituit (ita adhuc est) hospitium. Sub eo divinorum officiorum cultus, ac regularis observantia resplenduit multùm.

21. *D. Petrus à Placentia* iterum anno 1542. se ipsũm perfectiùs operando, excelluit. Claustrales absolvit domos, ad suorum atque indiguorum hospitum pro infirmitate pressis, quibus ipsemet inserviebat, aromatariam condidit officinam.

22. *D. Ignatius de Neapoli* ann. 1544. in egenos officiosissimus.

23. *D. Bernardus à Placentia* an. 1549. Eo Abbate, Panormitanus Senatus tandiu Patrum hujus monasterii virtutum publica inflammatus fama, ut ad sui populi spiritualem utilitatem, ædificationemque in urbe moras traherent, depoposcit. Sed illi, ne religiosæ quieti sæculare conturbernium esset obnoxium, despexere.

24. *D. David à Mediolano* an. 1552. nobilioribus ędificiis monasterium expolivit, omnesque illius officinas ad perfectum redegit finem. Dum ipse suam cum charitatis obsequiis in indiguos agebat præfecturam; Petrus de Augustino à regiis rationibus, procuratorio nomine generi sui Mariani Migliacii, *Abbatiam S. Mariæ Montismajoris ord. S. Bened.*[d] una cum cunctis juribus suis obtulit; ut ibi duo monachi, & unus con-

d Non lib. 1. not. Cephal.

De monast. Sanctæ Mariæ de Montismajoris.

conversus incolerent. Hujus unionis tabulas in generalibus Religionis comitiis, (ut in eis cautum erat) prælatas non admiserant Patres. David an. 1556. Abbas S. Placidi.

25. *D. Vincentius de Venusio* an. 1556. haud minori studio paupertati advenientium subvenit, quàm celeberrimo S. Martini templo summam imposuit manum.

26. *D. Benedictus à Florentia* an. 1562. Vir sanè omnis divini, & humani juris peritissimus, scientiarum etiam, amœnarum artium eruditione præclarus scripsit *in primos quinque psalmos*, atque *aliquas elegantissimas conciones*ª. Eodem sub anno 24. April. fundamentalem primum lapidem, ecclesiasticis lustratum deprecationibus, ipsemet novo templo auspicatissimè jecit. Tres in die horas, scilicet post primam, post nonam, & post vesperas constituit sibi & sociis religiosis, ut quisque in afferendis lapidibus, ejiciendaque humo, suam præstaret operam. Quæ venerabilis institutio ad an. 1590. perduravit. De D. Mariano Manno, qui sub hoc Abbate floruit, (cùm de viris illust.) dicemus.

ª M. S. in monaster.

Quando primus lapis in templo novo.

27. *D. Bernardus de Aversa* (fuerat an. 1553. Abbas S. Placidi) an. 1565. Cùm Jo. Baptista Arrivabene Prior S. Annæ de Scalis, Archidiaconus Ecclesiæ Montisreg.ᵇ uti Generalis Procurator Cardinalis Alexand. Farnesii Archiep. nostros monachos continuis affecisset molestiis, primùm sententiam in tribunali Reg. Monarchiæ pro nostris latam: quod *Feudorum S. Martini, Sagena, & Suvarelli jurisdictiones civiles, & criminales ad monasterium, ac illius Abbatem spectarent*; revocandam totis viribus insudans, contra se interlocutum esse: Non audiatur, abhorruit. Hinc ira adversus nostros accensus Thomam Fazellum suum intimum familiarem, tunc Historiam de Rebus Siculis conscribentem, ad omnia monasterii scrinia evolvenda; si aliquid in sui favorem inveniret, hortatur; id prudentiores Patres non permisere; quarè hostis Fazellus factus scripsit dec. 1. lib. 8. f. 189. *Templum D. Martini à Petro Indulfo olim extructum, ex privil. Guill. II. Regis an.* 1182. hujus verbis, ac Lelli, p. 2. fol. 28., ego quoque deceptus, (nondum enim videram tabulas monasterii;) quæ evidentissimè declarant: *aliud esse monasterium S. Martini à D. Gregorio conditum, aliam ædiculam nomine S. Martini, à Petro recenter erectam*ᶜ. In amici gratiam ita prosequitur Fazellus: *deinde Emanuel Archiep. Montisreg. sacerdotibus Ordinis Divi Benedicti concessit, ut Monasterium hæc lege ibi construerent & quotannis idus sept. solemni pompa, & facibus accensis prædictum Montisreg. templum, cui festus singulis annis hic dies est, inviserent.* Ideò, ipso Arrivabene secundum instigante, ac impellente, Episcopus Christopolitanus* Montisreg. Vicarius Generalis nostro Abbati per suum administrum innotescere decrevit: ut *Synodo celebranda in Cathedrali adesset, & debitum sibi censum, ac decursus solvat, virtute instrumenti cujusdam*. Id sanè novum, insolens, & absque fundamento bene cognoscens Judex Reg. Monarchiæ, suffragantem Abbati, ac monachis protulit sententiam: *fuisse, & esse illatum gravamen*ᵈ haud parum intulerant hæc attentata

ᵇ De eo not. in catal. Archiep. sub an. 1574.

ᶜ Hæc supra.

Narrationes Fazelli, & Lelli rejiciuntur.

* Episcopatus iste hodie titularis in Epyro, & in Provinc. Fidei ex Concil. Chalcedon.

ᵈ In tab. monast. & Reg. Monarc.

præjudicium ordinariæ jurisdictioni Panormit. Archiep. tunc Octaviani Præconii; qui mox præfatum Vicarium Montisreg. strictè monuit; nè in alienam messem falcem mittat, sed novitati silentium ponat. Nec à cœptis calumniis destitit tertiùm Arrivabene: nam sub usurpato Visitatoris generalis diœces. Montereg. titulo, in carcerem conjecit quendam nostrum monachum, antè sui Monasterii in re tuenda procuratorem, & tunc Decanum, ac Cellararium Montisreg. sub prætextu, quòd arma in agro deferret, cognita concepti odii caussa, ab Archiep. diœcesano Panor. ac Judice Superiore Monarchiæ, monachus à vinculis absolvitur, & Arrivabene, qui se purgabat cum suæ jurisdictionis defensione, objurgatur.

Tandem, ut Patres nostri tot Arrivabeni contradictionibus obviam irent; D. Adrianum de Angelo professum suum, virum prudentia, ac vitæ sanctitate illustrem, Romam ad Cardinalem Farnesium Monter. Archiepisc. atque ad Cardinalem Moronem Cassinen. Congregationis Protectorem, cum Præconii Panor. Antistitis litteris commendatitiis, transmittendum curavere. Hic antequam Romæ rem ageret, de more, orationibus, & lachrymis coram Deo effusis, se muniebat. Ita in templo Benedictino S. Pauli, ut à tot molestiis, regulari suorum observantiæ obstantibus liberarentur, ferventiùs oravit. Quem D. Martinus consolans, apparuit, & ait: *cur dubitatis, si apud Divinum Tribun. supremi Judic. Gregorium Magnum vestrum fundator habetis, & defensorem, ac injuriar. ultor me semper exhibeam*; ut inde exitus acta probavit. Quare Patres, ad rei memoriam, in orbe altaris S. Martini hæc insculpenda: *Defensori, & ultori*: decreverunt. Cœlesti roboratus dignatione Adrianus, Farnesio totam suæ legationis caussam enucleavit. His auditis Cardinalis, ad suam visendam Ecclesiam transmeavit, ubi diœcesanam die 31. Martii an. 1568. (non 1569. ut ex Lello p. 1. f. 116. ego exscripsi lib. 1. notit. Mont.,) indixit Synodum, nullo illato Nostris præjudicio, imò Arrivabene suis muniis, ac beneficiis privato, & à diœcesi Monteregalensi relegato, Cardinalis suum designavit Locumtenentem, ac Suffraganeum Episcopum Cirensem Jo. Petrum Fortiguerram Prot. Apost. cui, bene juribus, rationibus nostri Monasterii discussis, illud propensiùs commendavit. Atque ad grati animi significationem erga illius monachos, ut pro eo rogarent, rubei coloris sericum auro contextum pluviale est elargitus*. Post dies 35. quatuor vectus triremibus Florentiæ*,) non Melitæ, ut malè Lellus ubi suprà) 15. Martii Romam revertitur.

Adriani monachi Sancti Martini virtutes.

* Hodie in cappa di Cardinal Farnesio dicta.
* Ex M. S. in monast.

28. *D. Benedictus à Vicentia* an. 1566. qui post tres menses & dies decem & ex hac migravit vita.

29. *D. Chrysostomus de Gangi* eodem anno. Tunc Panormitani Senatores concupiscentiori animo, ad monachos è D. Martino intra Urbis mœnia introducendum studentes, quidquid pro fabricis novi construendi cœnobii esset opus obtulere. De re ipsi ac Prorex Generali monachorum Capitulo, atque Pio V. perscripserunt. Isti Siciliæ Visitatoribus Ordinis demanman-

mandarunt negotium: interim res infecta remansit; quòd Patres Jurati temporum calamitatibus obstricti, promissis non steterunt. Abbas iste in fabricis observantiaque regulari augendis, atque mendicis, ægrisque juvandis, erga quos ad charitatem suos hortabatur, suam navavit operam.

30. *D. Gregorius de Blanco monachus ejusdem monasterii* an. 1570. successoribus speculum candoris vitæ fuit.

31. *D. Chrysostomus de Gangi* rursus an. 1571. haud minori pietatis gloria, quàm antea, rexit.

32. *D. Desiderius à Brixia* an. 1573. sub quo Abbate, Papa Gregorius XIII. ad evellendam antiquis discriminis radicem: quia, vel ob loci vicinitatem, vel ob antiqua Pontificia diplomata, ex errore legebatur: *Diœcesis Montisregalis*; per Apost. rescriptum anno 1573. Romæ datum, & in Regno, citata, ac assentiente parte, exscriptum in lib. secr. eo anno, aperte declaravit: *Monasterium S. Martini Panormitanæ fuisse, & esse Diœcesis*. Tunc idem Pontifex Archipræsulem Panorm. *ad revocandas omnes alienationes monasterii*, Judicem Conservatorem constituit. Unde sole clarius est, monasterium hoc immediatè Sedi Ap. fuisse subjectum.

Declaratio Pontificia de monast. S. Mart. diœc. Panor.

33. *D. Philippus à Cava* an. 1574. Iste ab eodem Pont. eodemque sub anno mense aug. *sub excommunicationis pœna adversus occultantes bona monasterii, atque à contributione pro erectionibus seminariorum Cleric. decimarumque pensionibus, immunitates* exoravit. Vir utique litterarum peritia, & vitæ integritate notus, qui Romam, 4000. scut. pro subsidio imposito duodecim Congregationibus Regularium, ad sublevandas Venetias à Turcarum oppressionibus, attulit.

34. *D. Andreas à Panormo alumnus ejusdem cœnobii* an. 1576. Cui idem Gregorius XIII. efflagitante Antistite Mazarensi Antonio Lombardo, in mandatis dedit, ut Adrianum de Sancto Angelo, ac Zachariam à Sacca sui ordinis religiosos, sanctorum morum splendore, ac monasticæ vitæ perfectione, sibi acceptissimos, ad illius diœcesis moniales regulari disciplina instruendas concederet. Illos[a] perlustrando loca suæ jurisdictionis, atque ad tantum Deo gratum peragendum opus; secum in Mazarensi, & Lilybætana Urbe voluit; inde facta facultate amplissima, scriptis ad suos administros honorificis epistolis, Drepanum, Montem S. Juliani, Salem, & Alcamum ad rem, quam charitatis zelo, & salutaribus præceptis, adhuc servatis perfecere; transmisit. Tanta iste resplenduit sanctitate; ut ejus meritis, & orationibus germanus frater nomine Barnabas à dementiæ morbo liberaretur.

a Nos lib. 3. not. Mazar.

Anno 1577. 10. sept. Gregorius idem sciens Monasterium hoc à D. Gregorio Magno fundatum, dotatumque, in illius altari celebranti Sacerdoti cuilibet, liberationem animæ à Purgatorio indulsit.

Per id temporis Maniacense S. Mariæ cœnobium ab anno 1491. Hospitali Magno Panormi unitum, omni quasi divino cultu, ac monastico S. Benedicti ritu, & institutis derelictum percipientes Rectores Hospitalarii, suppliciter nostrum Andream Abbatem obsecraverunt; ut ad illius monasterii renovandam disciplinam, pravas delendas consuetudines, moresque sanctitate legum firmandos, P. Cyprianum à Panormo S. Martini professum, tyronum Præceptorem, ac Priorem concederent. Ipse verò his sibi creditis muniis, in Generali Congregatione indignum humillimè confessus; totum orationibus, solitariæque vitæ, retento Prioris nomine, se dedit. Sed afflante Spiritu Sancto die 29. Sept. 1579. Prior, Abbas, perpetuusque Administrator, cum plena auctoritate, à rectoribus constitutus, ita religioso nomine obscurum, ac ruinam minans invenit monasterium; ut nisi suæ probatæ vitæ radiis illustraret, atque novis fœtibus, defœcato suæ sanctitatis lacte educatis fulciret, in latronum utique transiret speluncam, ultimumque discrimen ut Regius Visitator Petrus Manriquez an. 1578. Patribus Cassinensibus scripsit[b], & nos latiùs in hac parte not. 6. prosequemur. Dum iisdem cum Patribus seriùs agerent Hospitalis Præpositi, de uniendo Maniacensi cœnobio cum Cassinensi, ac in illo sex monachi, duoque oblati degerent; ad suorum meritorum coronam accessit Cyprianus, quam ob caussam exsiccato suffragiorum decursu, novæ plantationes manu Cypriani excultæ arescere cœperunt, & suum optatum non dederunt fructum.

De splendore virtutum Cypriani à Panormo.

1579.

De monast. Maniacensi.

b In suo vidc. monasterii S. Philippi eo anno.

Eo anno Cæsar Marullus diœcesanus Archiep. juxta Concil. Trid. decreta, monasterium S. Martini, ad erectionis Seminarii Panorm. expensas contribuendas urgebat; sed quod 4000. scutata, (ut suprà vidistis) in Venetiarum contra Turcas auxilium, contribuerant monachi, primùm litteras observatoriales à Sacra Cardin. Congregatione, deinde 30. aug. 1580. 9. ind. sententiam: quòd *ad nullam tenerentur contributionem* obtinuere.

1580.

Non secus à Collectoris jurium Annatæ Sedi Apost. debitorum, petitione eximuntur. Quam ex unione, seu aggregatione nostri monasterii cum alio sub tit. S. Joannis de Mazara, (quando, & quomodo id acciderit, mihi penitus ignotum est), jure deberi contendebat Collector. Vicarius tamen Marulli per publicum instrumentum 12. jan. 9. ind. 1580. attestatus est: multum ante tempus, Canonicorum Panorm. Capitulo omne jus hujus S. Joannis monasterii cessisse[c].

De unione S. Martini, & S. Io. de Mazaria.

c Nos lib. 1. not. 1. de Capitulo Cantor. d. 209. & lib. 1. not. Mazar. fol. 415.

Noster Abbas religiosi moris professione, doctrinæ decore, sermonum affabilitate, ac consultatione fuit insignis, quibus permotus Marcus Antonius Prorex eum magnifaciebat, & non semel visendi ac de rebus Regni gravibus consultandi caussa, ad D. Martini se conferens, manus devotione osculabatur, Patremque suum appellando, benedictionem poscebat. In Siculis Comitiis Orator destinatur ad Philippum II. Regem, à quo pro Republicæ bono, quidquid petiit, obtinuit; sed tiaram Agrigentinam ab eodem Rege oblatam, humiliter respuit. Ad suum revertens cœnobium, quod novis ædificiis exornaverat, atque sacris ornamentis & quidem pretiosis ditaverat, abdicato regiminis onere, solum Abbatis titulo cohonestatus, & vitæ sanctitate decoratus, mortalem cum æterna commutavit vitam.

35. *D.*

1580. 35. *D. Michael de Concord.* in Dieta an. 1580. post sex menses, & dies viginti extrema clausit.

36. *D. Gervasius à Voltolina* in Cap. Gen. an. 1581. optimus Abbas. („ E capitulo generali „ rediens in navicula prope Messanam decessit „ 7. sept. 1682. sepultusque est ibidem in Ec„ clesia S. Mariæ Magdalenæ.)

1582. 37. *D. Hieronymus à Perusia* ann. 1582. in Dieta. Quo sanè anno 18. Novemb. Gregorius XIII *cunctis Christi fidelibus à primis Vesper. ad sequentis diei solis occasum, visitantibus templa S. Martini, Spiritus S. Panorm. S. Benedicti de Burgetto, Ciambrarum caterarumque Grangiarum, & locorum ipsius Monasterii, in die festo S. Benedicti plenariam perpetuam concedit Indulgentiam.* Hic Hieronymus an. 1580. Abbas S. Placidi.

Eodem tempore per Tribunal Siculum M. R. C. testibus, ac antiquis monumentis, maximè epist. 4. lib. 4. D. Gregorii comprobantur instrumenta: quòd *Feudum S. Martini fuisset ex patrimonio ejusdem Gregorii Magni ad Monachorum prastanda alimenta concessum*, & ideo ab omni gabellarum pondere immune.[a]

Tot auctus promeritis noster Abbas, ad summum Religionis gradum Præsidentis Generalis Cassin. assumitur. & an. 1600. sacri Monasterii Montis Cass. præfecturam agens, novi templi illius ædificiis suam adhibuit operam; semper inopum, ac peregrinorum amantissimus.

1583. 38. *D. Isidorus à Panormo patria, & monachatu* an. 1583. Iste à Rege Phil. II. litteras die 25. Julii 1585. ad firmanda omnia Monasterii privilegia adeptus est non modò in scientiar. peritia[b], sed etiam in spirituali, religiosis instituendis, ac jugi egenis, advenisque hospitio amplectendis, ita & in temporali, in fabricis multiplicandis, egregium, ac memorabile reliquit nomen.

39. *D. Gaspar à Pavia* ann. 1587. vir doctus, & pius. Sub quo templi Sanctuarium expletur.

40. *D. Isidorus à Panor.* denuo an. 1593. novam Ecclesiam perfecit, atque orbicul. tegumen vulgò *coppula* elegantis. elaboratum, magnificentia extulit. Sed artificis dolo, ac malis artibus, parastidæ, super quas innitebatur, exædificatæ, non post multos dies corruerunt. Ipsummet tegumentum delapsum, triginta quatuor marmoreas tabulas, è vetusto delubro translatas, (in quibus nomin. benefactoris Salerni, ac quàm plurium Metropol. Eccl. Panor. Canonicorum sepultorum exsculpta erant), vel minutim confregit, vel obruit. Unde Isidori industria, parastidæ antè flagitiosè vacuæ, ex liquefacto plumbo replentur, & tegumen levioribus lapidibus, nostra lingua, *di pietre pumice*, reficitur, quam ad rem septemmillia scutatorum impenduntur. Hujusmodi dolosi Artifices die festo S. Benedicti 21. martii patibulo, Deo permittente, suspenduntur. („ Obiit Isidorus 3. Novemb. 1592.

41. *D. Martinus à Panormo* patrio S. Martini suo cœnobio an. 1593. præficitur Abbas, qui nunquam erga indigentes omisso pietatis opere ac religiosissimæ vitæ studio; recentiori basilicæ, quàm elegantissimis Sanctorum imaginibus exornandam curavit, ultimamque dedit perfectionem, post revocando expensarum calculos, 75. millia aureorum impensum esse, testatur. Bene merentissimè præfectura Sublaci condecoratur, ubi summæ bonitatis nomine, mortem egit. Dum Martinus S. Martini monachos egregiè regebat, Ludovicus Torres II. Archiep. Montereg. in verbis privilegii Emanuelis sui prædecessoris sub an. 1348.[c] confisus, suæ diœcesi illos esse subjectos adnititur. Noster optimus Abbas, ac ejus fratres continuas, atque ardentiores preces cum lachrymis sociatas, coram Deo, B. Virgine, Sanctisque protectoribus effundebant; inter quos P. Hieronymus de Neapoli ejusdem sancti monasterii, primæque sanctitatis notæ cœnobita rem cum Deo agebat, ut Ludovicum ad veritatis fundationis, ac dotationis agnitionem veniret. Hieronymum lachrymis perfusum D. Gregorius Magnus consolatur his verbis: *Scito certissimè fili mi: quod hoc monasterium à me constructum, ac dotatum pro filiis Benedicti, meis fratribus; quibus bene disciplinam suam servantibus omne prastabo auxilium, & quam primùm à molestia avocabo.* Exitus acta probavit: nam sacer purpuratorum cœtus bene pro utraque parte discusso negotio, visisque attestationibus librorum Metropolitanæ Ecclesiæ Panorm. quòd per annos 250. semper istius Præsulem, à quo jura quæque Olei Sancti &c. receperunt, proprium agnoverant diœcesanum: ita pro nostris decretum est: *ut servetur prout ab initio, jus Panormitani Antistitis.* Hæc, ac alia sanctè gesta P. Hieronymi, Apostolica commissione in Ecclesiastica acta digesta multis comprobantur testibus: *Fuit enim damonum flagellum, quos immundos spiritus frequenter in jejuniis, disciplinis, & orationibus è humanis ejiciebat corporibus, officiosissimus, dedictissimusque Angelo Raphaeli; quem in suum patronum adoptaverat; & ejus prasentia, ac colloquio in sua hujus monasterii cellula, haud rarò fruebatur, ad cujus honorem doctas Litanias, & diurnum Officium à Sacra Rituum Congregatione approbatum typis publicis dedit. Gregor. XV. Papali jussione ad Placentia Ducissam magicis incantationibus oppressam, suis orationibus sublevandam mittitur, ubi aliquandiu cum sui ordinis religiosis in monasterio S. Sixti innocentissimam duxit vitam, & aternam adeptus est. Hieronymi veneranda exuvia in pracipuo locantur solo, ejusque intercessionibus & in vita, & post, multorum urgentibus necessitatibus, ac agritudinibus profuere.*

1598. 42. *D. Flaminius à Bononia* in Cap. Gener. an. 1589. quatuor rexit mensibus.

43. *D. Marcus à Pavia* eodem anno pauperes, & observantiam dilexit multùm.

1601. 44. *D. Hilarius de Neapoli* in Cap. Gen. an. 1601. Hujus regimen 4. mensibus, & 15. diebus perduravit. Quo tempore Franciscus Causaranus noster conventualis monachus, & Decanus, patria Nesensis, ex renuntiatione Francisci Perelli[d], creatur Abbas S. Mariæ de Lacu Nesi ex facultate Visitatorum Siculorum, à debito religionis claustrali obsequio absolvitur. („ Decessit Hilarius 6. Octob. 1601.)

45. *D. Honoratus Scalisi religionis, ac patria ortu Panormit.* In Dieta 1602. eodem an. ad elegantiam, & ornatum novum delubrum marmorea

a In Archivio Monast. & tabulis M. R. C.

b Ejus M. S. in Monast.

c Habes integrum in add. hist. Monast. 41.

De P. Hieronym. de Neap. viro optimo.

M. S. vita magna veneratione in thesauro Monast. servatur hodie.

d Nos in hoc lib. 4. p. 1. not. 26.

rea pulvere dealbandum, ac die 20. Maii à
diœcesano Archiep. Haedo [a] consecrandum fa-
cegit. Sacrarium pretiosis ecclesiasticis orna-
1602. mentis locupletavit, argenteis affabrè exсultis
thecis Reliquias Sanctorum incrustavit. Ann.
1605. idem Antistes Haedo die primo junii (ut
latiùs infrà) 40. dies recitantibus orationem
angelicam, & dominicam coram Crucifixo Mo-
nasterii concessit. Nulli ergo præcessorum, con-
temporaneorum, nec successorum Benedictino-
rum Præsulum in prudentia zelo, dexteritate
cessit Scalisi. Tot donis cœlestis gratiæ prædi-
tus, ad primariæ Cassinensis Montis Abbatiam
moderandam vehitur; quam virtutum cando-
re, animi solertia, ac sedulitate, etiam ejus diœ-
cesim annos quinque, & menses sex illustravit
[b]. In tuenda ecclesiastica immunitate semper
efficax. Inde eximiorum Italiæ sui ordinis mo-
nasteriorum tenuit clavum. Gajetæ unanimi
Capitularium Patrum plausu an. 1614. Genera-
lis Præsidentis titulo refulsit; hac quidem reli-
giosa virtute, & pastorali solicitudine id su-
premum perfecit munus. Sua salutaria institu-
ta diplomate Apostol. Greg. XV. laudata, ad-
huc, ac in futurum servantur.

a Nos lib. 1. not. 1.

b Vide Marcum Anton. Scipionem in elogiis Abb. Cassin.

46. *D. David à Messana* in Cap. Gen. ann.
1607. accuratè se gessit.

47. *D. Hieronymus Iustus civis & monachus
Panor.* an. 1608. sui optimi regiminis, maxi-
mè in egenis adjuvandis, desiderium reliquit,
dum ad Generale Capitulum iter agebat, egit
mortem („ Pisis 20. April. 1609. in Monaste-
„ rio PP. Camaldulensium.)

48. *D. Ignatius de Neapoli* in eo Cap. an. 1609.
subrogatur Abbas.

1610. 49. *D. Andreas Urgel cuculla, & genere Pa-
norm.* post multos primarios suæ religionis gra-
dus, suffragiis Capitularium an. 1610. Noster
Abbas. Vir spectatæ virtutis, & cunctarum
scientiarum cognitione clarus; Paulo V. Pont.
qui sancto Jubilæi anno Pœnitentiarium, &
mox, solo Cassinensi monachatu contentum, No-
cerensem Episc. elegit; æquè etiam Card. Joan-
nettino Doriæ Archiep. Panor. ac Duci Ossunæ
Proregi fuit acceptus, charus. Ii in magni mo-
menti rebus suum accuratum consilium expete-
bant. In eo semper non solùm in subditos, sed in
cujuscumque, maximè nobilis generis pauper-
tate pressos refulsit charitas, pietas, vigilantia,
Antiquis censibus monasterii ampliores reddi-
tus congessit. Nec desiit fœminis Panorm. pudi-
cis, in qualibet hebdomada uncias quatuor
contribuere; aliasque item cotidianas orphanis,
carcere detentis, ærumnosis eleemosynas tam in
Monasterio, quàm in Spiritus Sancti, Burget-
ti, ac Cinisis Grangiis dividere. Quod firmiter
stabilivit, & adhuc inconcussè servatur. Senio
jam gravis, solo Abbatis contentus tit. spontè
regimen deposuit, reliquum vitæ spatium ora-
tionibus roboratum, sanctè perfecit in æde Spi-
ritus Sancti, ibique humatur.

1615. 50. *D. Maximus ab Arecio* 1615. optimum
reliquit nomen.

1618. 51. *D. Honoratus Scalisi Panorm.* jam senex
an. 1618. iterum creatur Abbas. Semetipsum
semper egregiis regiminis exemplis excelluit,
A Cum denuo ad apicem Præsidentis Generalis
promovendum, seriùs agerent Patres, humili,
ac pia mente excogitans titulum Abbatis sibi
esse satis: admirantibus, atq; singularem homi-
nis sanctitatem laudantibus cunctis, Protectore
Cardinale Montalto, tunc omni regimine se
exuit, Deoque jejuniis, ciliciis, orationibus
totum se dans, an. 1622. cui in vita servivit, ani-
mam reddit. Cadaver aqua de more monastico
abluitur, & in arca cum fratribus sepelitur;
hujus ablutionis aqua multis ægris profuit ad
B sanitatem. In tantæ rei memoria, stannea lami-
na insculpta super sepulchrum conspicitur.

52. *D. Gregorius à Catana* an. 1621. piorum 1621.
operum promotor.

53. *D. Stephanus de Amico* in patrio S. Mar-
tini cœnobio, cujus antè erat Prior, præficitur
an. 1625. Quæcunque tanti viri encomia, in ore
laudantium nunquam deficient. Huic in omni
scientiarum genere, in vitæ immaculatæ splen-
dore, in regiminis solertia, zelo, dexteritate
Benedictina nostræ ætatis Familia non vidit æ-
C qualem: litteris quidem ornatus, aliquot volu-
mina eruditissimè effecit [c]. Bibliothecam Mo-
nasterii cujuscumque rei, & facultatis libris, ad
elegantiam compactis locupletavit. In cura ve-
rò pastorali studiosissimus tam in sublevandis
mendicis, quàm in suis alumnis ad perfectiorem
religionis gradum promovendis; atque ad eo-
rum commoditatem fabricis ampliandis. To-
tum adjecit studium in recentiori erigendo Pa-
normi cœnobio sui ordinis ad honorem SS. Be-
nedicti, & Aloysii, ut mox dicemus. Annos 4.
D egregiè rexit suos; nondum tamen expleto quin-
quennio, in Cassinensibus Comitiis ann. 1629.
cùm de eo, ad generalem præfecturam promo-
vendo, agebant, libens jura suæ Abbatiæ cessit
in successoris gratiam. Sed Patres uno ore de-
creverunt, ut saltem optimus hic Rector Mon-
teregalensibus monachis daretur. Vacante
Archiepiscopali Sede, Vicarius Generalis eli-
gitur [d].

c Sunt M. SS. in mon. asſ.

Quando erigitur Panormi Monast. SS. Benedicti, & Aloysii.

d Nos lib. 1. not. 1. f. 557.

E 54. *D. Ansemus Balestreri* præcessoris conci-
vis Panorm. atque dilectus alumnus an. 1629.
Qui in abbatiali administratione accuratissi-
mè semper se habuit; officium pietatis exercen-
do, priscis redditibus ab sacris constructionibus
magnam fecit accessionem. In itinere ac genera-
li Cassinensi Capitulo, Januæ an. 1634. morte
deletur. Huic successit eodem anno

55. *Prosper de Robore* civis, & professus Pa- 1634.
norm. ægra valetudine undecim menses bene
gubernavit; caussa Comitiorum sui ordinis, tri-
remibus vehitur, & Milatii moritur.

56. *D. Stephanus de Amico*, (de quo suprà
numero 53.) iterum an. 1635. & primæ suæ re-
F ctæ moderationi non paucam adjecit gloriam:
sæpè enim sæpius, adhuc etiam pretiosiora volu-
mina Bibliothecæ congerendo, pro hac memo-
randa re novem millia aureorum impendit. An.
1637. servatis Titularis Abbatis præeminen-
tiis, excussoque lætè pastoralis curæ jugo, mo-
nachus inter monachos haberi, voluit, ad quem
hodie ætatis an. 77. tanquam ad oraculum, pro
salutaribus responsis, confugiunt omnes („ De
„ eo plura in nostra Sicula Bibliotheca tom. 2.
„ fol. 238.)

57. *D.*

57 *D. Innocentius à Catana* an. 1637. pauperum refugium, menses 8. rexit.

1638. 58 *D. Epiphanius Bellacera Panor.* nobilitatis antiquissimæ genere ex Baronibus Pædagogii præclarus, ad sanctam *Fratris Thomæ Bellacera* alumni hujus monasterii, ac Abbatis celeberrimi sub an. 1412. S. Joannis de Eremitis imitationem, monasticam in S. Martini vitam coluit, & anno 1638. hoc Abbatis titulo insignitur. Iste charitatis zelo, strictiori divini officii obsequio, pietatis in egenos exemplo, quatuor annos, & sex menses gregem sibi concreditum moderatus est. Monasterium eleganti picturarum varietate, fabricarum ornatu, proventuum incremento, Sacrarium sacris vestibus, argenteis vasis ad scutata quinque millia exornavit, adauxit. Continuam Philosophiæ, Theologiæ, Sacrorum Canonum, Casuum conscientiæ, Divinæ Scripturæ lectionem institutam excitavit, Tyrones bonæ indolis, & nobilis ortus solum admisit. Grangias Spiritus Sancti, Burgetti, Cinisi sibi suffraganeas novis muris extruxit, monachorum, eorumque affinium necessitatibus paternam obtulit opem. Ad hæc piaque monasterii opera, sumptus fuere triginta septem millia aureorum. Hinc secundùm ad Monteregalensem transiit præfecturam, quam per biennium egregie administratam, in construendo amplo decoroque cubiculario, seu dormitorio, recentioribus adjunctis fabricis, etiam in S. Joannis de Eremitis hospitio, totam applicuit solertiam, & nunc ibidem Abbas præclara gessit, & majora expectuntur, uti dicemus in loco.

59. *D. Urbanus Suffinus ex Panormitanis* nobilibus parentibus, & monachatu S. Martini, post Racusiæ, ac SS. Bened. & Aloysii monasteriorum regimen, an. 1642. ad hoc subeligitur. Quod per quatriennium, & menses octo infirma valetudine floccifactus, rexit. Inde ann. 1647. creatus Abbas S. Mariæ de Gratia, obiit Placentiæ. („ 12. Maii 1647.)

60. *D. Zacharias Platamonus ex primaria Siciliæ nobilitate* *, *primusque Benedictino Monasterio alumnus*. Quem nescio, an nobilis naturæ dotes magis quam virtutes ipsius, religiosis exercitamentis acquisitæ futurum Prælatum judicaverunt. Vix transacto annorum termino juxta regulares sanctiones statuto, per omnes religionis honorificos gradus, semper vitæ integritate, transiens, Prioris titulo hoc S. Martini per quinquennium gubernavit. Unde tantum comparavit nomen, ut ab Ordinis Protectore Cardinale Francisco Barberino ad S. Pauli de Urbe Prioratum extollatur; confestim ad S. Mariæ de Fundro, seu Platia; inde efficaci opera ejusdem Protectoris, (qui eum suum procuratorem generalem in Abbatia Fossæ Novæ Siciliæ, post Torrexillæ Archiep. Montis Regalis obitum, voluit) ad Montis Caveosi; ubi vigentia inter suos præcessores, & civitatis illius Dominum, diffidia, (quæ cœnobium, & monachos disperserant, bonaque ad nihilum redegerant) sua solertia, auctoritate, ac solicitudine, tranquillavit, fabricis reparavit, à pondere debitæ pecuniæ sublevavit; regulari observantia communivit; imò argenteis candelabris, & cruce ad scutata tria millia exornavit. Post biennium in Dieta anno 1547. ad suum abbatiale munus ineundum expetitur. Id repentè, ac ædes Spiritus Sancti expolitis structuris magnificavit; Sacrarium optimis ad res sacras indumentis, atque ex argento conflatis characteribus, corporibusque integris SS. Primitivi, & Viti MM. (quæ ab Urbano VII. dum Romæ apud S. Paulum agebat Priorem, obtinuit) concinnavit. Illa verò in arculis affabrè efformatis collocavit. Tabulas Gloriæ argenteas augustissimas valoris aureorum 300. ac Orientales Portas, Claustri, Templiq; sumptuosissimas erexit. Majoraque suo zelo, ac sedulitate digna in dies molitur. Tanti viri prudentia, animi vigore, ingenii acumine benè probatis, an. 1647. 3. Novemb. à Senatu Panorm. pro urbe tumultibus agitata, Orator ad Sereniss. Principem D. Joannem de Austria eligitur. Sed gravis infirmitas à Prorege, eodemque Senatu excusationem obtinuit.

* vide post in epist. dedicatoria.

Supplementum P. D. Viti Mariæ Amici.

(„ DEnique Hospitio pro sæcularibus extra „ Monasterium aucto, ne Monachorum, „ quieti hospites nocumento essent, ubi omnia „ eisdem officia charitatis exhibuit. Claustro „ marmoreo expolito, ac jucundissimo excitato „ fonte in medio, novis libris bibliotecha „ exornata, Perriferia, seu ostensorio argenteo, „ mirabilis artificii Mediolano deducto, „ ac multis aureorum millibus quà restaurando, „ quà concinnando cœnobio, expensis, „ redditibus auctis, jurgiis felicissimo eventu „ superatis, anno 1651. ad Monasterium Monregalense promotus discessit.

Ex Chronico Monasterii.

„ 61. *D. Epiphanius Bellacera* secunda, vice sibimet simillimus, Altare Majus pretiosa „ marmoris, ac gemmarum structura convestiit, „ gradibus, ac cibario Augustissimę Eucharistiæ „ pretiosis lapillis, auroque renidentibus „ erectis. Burgettum, (quò jam antea vetus „ Monasterium Ciambrarum, ut animarum „ saluti prospiceret, transtulerat) Ædibus, ac „ horreis pro commodo incolarum ampliavit, „ ac quinquennio magna laude expleto, alibi „ præesse jussus, sui desiderium reliquit.

„ 62. *D. Pius Salerno à Panormo* ejusdem S. „ Martini Alumnus, vir integritate, prudentia, „ morum gravitate, omniumque virtutum „ splendore conspicuus, affabilitate præcipuus, „ maximè erga pauperes, quos semper „ juvit, ac fovit. Parente invito, Monachus „ factus, atque amplissima spreta hæreditate, „ patrimonii sibi ex jure contingentis „ portione Monasterio renunciata, quæ S. S. „ Aloysii, ac Benedicti extruendo, ac fundando „ Monasterio Panormi impenditur, annis „ duobus ante præscriptum tempus ex Pontificis „ dispensatione, tanquam Religionis, & „ Ordinis benemeritus Decanus deligitur; „ postmodum Magistri Novitiorum munere „ laudabiliter expleto, Prior acclamatus Mo- „ nasterio suo præfuit, ubi omnium virtutum „ spe-

„ specimine omnium animos sibi devinxit. Abbatiali dignitate auctus Ragusii, Militelli, postremò S. Martini regimen suscepit; Quinquennio, quo præfuit animarum lucris, reditibus, ac bonis tuendis, & conservandis intendit, Spiritus Sancti ædes novis ædificiis decoravit, Sacrarium sacris vestibus, S. S. statuis argenteis instruxit. Anno 1658. Imaginem Devotiss. SS. Crucifixi in Majori Ara Ecclesiæ Spiritus Sancti, ex parùm decenti loco translatam collocandam curavit. Huic pio operi Philippus Luparelli, & Alagona manus adjutrices admovit, cui propterea sub ipsa arâ sepulto in grati animi monimentum hanc inscriptionem Monachi posuere interno parieti marmori insculptam, ac armis familiæ Luparelli, & Alagona desuper effectis.

Ex Chronico Monasterii.

„ D. O. M.

„ *Christi Domini Crucifixi Effigies Veneranda, collapsis saeculis in propiore pariete picta, Ara Maxima adjuncta, piaque Convenarunt venerationi exposita est ann. 1688. Philippi Luparelli, & Alagona Viri Pietatis studiis eximii cura, & impensis, qui sub hac vitæ arbore suum corpus apponi voluit certa spe Beatæ Æternitatis.*

„ Noster Abbas anno 1661. ad Monasterium Monteregalense regendum translatus est.

„ 63. *D. Epiphanius Bellacera* tertium Sancto Martino præfuit, nunquam satis ob egregia facinora commendandus.

Ex eodem Chronico.

„ 64. *D. Claudius Capunnetto a Catana* S. Nicolai de Arenis Monacus, per biennium S. Martini cœnobium administravit, ac Sacrarium vestibus olosericis, auro, & argento intextis ornavit.

65. *D. Michael Cimbalo* patria, & professione *Panormitanus* anno uno, & tribus mensibus rem monasticam promovit, decessitque immatura morte, cujus vices D. Petrus Maria Piaggia tanquam Administrator subiit.

„ 66. *D. Cæsareus Bellacera* Epiphanii nepos *Panormitanus* tria, & cucullo Abbas S. Martini post omnes Religionis gradus laudabiliter emensos designatur, cujus præfecturam per annum prudentissimè gerens, boni, vigilantisque Pastoris nomen sortitus est.

Ex eodem Chronico, & Tabulis Ecclesiæ Mõtis Regalis.

„ 67. *D. Petrus Maria Piaggia a Panormo*. Is præcedenti ob translationem Ludovici Alphonsi de los cameros Archiepiscopi Montis Regalis ad Ecclesiam Valentinam, a Monachis Canonacis ejusdem Ecclesiæ Vicarius Generalis, sede vacante adlectus, clericis sæcularibus frustra reclamantibus, Proregis fretus authoritate idem munus toto sedis vacantis tempore laudabiliter obivit; ac sui Monasterii S. Martini Ecclesia pietatis & ædificiis aucta post biennium recessit.

68. *D. Cæsareus Bellacera* secunda vice omni solertia munus demandatum implevit annis quinque. Visitator renunciatus S. Nicolai cœnobio præficitur, ubi virtutum meritis plenus vitæ cessit anno regiminis 3.

Ex Chronico Monasterii.

„ 69. *D. Joannes Evangelista Florentia Panormi* ortus in S. Martino Monachus professus. Hic a prima juventute perfectioni Monachi. cæ addictus, dignitate auctus, crevit in melius. Musicis eruditus, Philosophiæ, Theologiæ, ac Poesi sacra instructissimus, atque ob id Archiepiscopo Panormitano, & Cardinali Estensi admodum charus, plures discipulos instituit; Gangii, Catanæ, ac Panormi Prior, morum facilitate, ac doctrinæ præstantia se commendavit; in S Pauli de Urbe Prioratu etiam cum laude gesto Abbas sui cœnobii demum renunciatus fuit. Omnibus humanissimus; nihil, præterea, quæ ad bonum Monasterii, atque disciplinæ regularis observantiam spectabant, meditans, illud ære alieno pressum levavit, Ecclesiæ ornamenta auxit, communi mensa, unica in dormitorio cella, ac vulgari lecto contentus, monasticis institutis die, noctuque incumbens, nil docuit verbo, quando non firmaret exemplo. Præfuit annis sex. De eo Mongitore in sua bibliotheca Sic.

„ 70. *D. Anselmus Salvo Panormitanus* in sacris, ac humanis eruditus, boni etiam Œconomi laudem assequutus, post gestum Prioratum Abbas constitutus, ac tribus annis magna cum laude regimine administrato, præsidens Generalis totius Casinensis Congregationis votis communibus acclamatus, Sancti Nicolai Monasterium regendum suscepit, sed in Italia pro more substitit. Ibidem.

„ 71. *D. Honoratus Columna a Catana*, de quo in notitia 4. Mon. Sancti Nicolai de Arenis, cujus erat Alumnus. Jura Monasterii defendit, Principem Carini malè à Monasterio quoddam Territorium alienare nitentem compescuit, regularem observantiam promovit annis 4. Ex tabulis Mon. & ex Chronico.

„ 72. *D. Anselmus Salvo* altera vice omni virtutis laude se ipsum superavit, miro rectitudinis specimine insignitus, ab omnibus lacrymatus decessit die 8. Februarii anno uno, & mensibus octo expletis.

„ 73. *D. Pius Costa Panormitanus* cucullo, & patria, non modica dexteritate, ac summo Monasterii incremento rem familiarem administravit; mortuus post annos quatuor, ac sex menses.

„ 74. *D. Archangelus Carbone a Panormo* primum administrator loco demortui Abbatis, dehinc Abbas designatus S. Martini, doctrina, ac moribus præcipuus, dexteritate, ac suavitate nulli secundus: verè animarum Pater, & Pastor, se ad animas colendas, non ad redditus exigendos missum asserebat, Monasticæ observantiæ Custos exactissimus, Monachis omnia suppeditabat. Juventutem studiis excoluit, ac plures insignes discipulos instituit, Monasticam rem ære alieno soluto, non parum auxit, Ecclesiam picturis exornatam voluit, Sacrarium ditavit, omnibus denique charus, a familiaritate maximè commendatus, ad Monasterium Militelli regendum amandatus, ibi, piè ut vixerat, decessit. Præfuit S. Martini cœnobio annis septem. Ex Chronico Monasterii.

„ 75. D.

„ 75. *D. Hieronymus Cannarozzo Panormitanus*, ac S. Martini Monachus, vitæ integritate eximius, Romæ Magister Novitiorum electus, atque omnibus Religionis gradibus, & Abbatia insignitus pluribus administrationibus etiam laudatissimus post annum unum Præfecturæ sui Monasterii, magno de se desiderio relicto, mortem subiit jam senex.

„ 76. *D. Aloysius Selvaggio* Monasterii Monregalensis Monachus vices Abbatis defuncti subiit, ac annis duobus S. Martini regimen tenuit.

„ 77. *D. Camillus Mancini a Catana* S. Nicolai Alumnus, de quo in notitia 4. hujus lib. morum comitate, ac prudentia omnium animos adeo sibi devinxit, ut usque hodie omnium oris versetur.

„ 78. *D. Melchior Mira* frater germanus D. Stephani Mira Consistorii Præsidis ex decreto Summi Pontificis designatus, S. Martini Abbas, vix mense uno, & diebus 18. exactis, apoplesia correptus interiit.

„ 79. *D. Honoratus Salerno* nobili familia Panormi exortus, ac in S. Martino monachus indutus, statim ante professionem solemnem, qualis esset futurus, demonstravit, Archipresbyteratus officio in Oppido Cinisi proprio ære fundato, ac summo Monasterii, & in [illegible] commodo mille, & centum aureis impensis, instituto; cujus Patronatus Jus in Monasterium transtulit. Per omnes gradus ad Prioratum evectus, eo in munere Panormi, ac Militelli se commendavit. Abbatia denique insignitus, quæ jam meditaverat strenuè aggressus sacras vestes opere frigio elaboratas, umbellam, qua in Pontificalibus uteretur, e serico villoso variè contexto, ac alia Ecclesiæ ornamenta instituit, singulis capellis machinas ad architectonicæ leges affabrè exculptas ex ligno, auro, ac coloribus tecto apposuit, antiquis ob loci humiditatem penitus collapsis, amotis; Capellam verò SS. Patriarchæ Benedicti ex marmore albo, & vario, opere corinthio ornatam, ac duobus columnis non parvæ magnitudinis suffultam voluit; novo constructo cubiculario, ac fonte marmoreo illi ex adverso imposito Monasterium ornavit; in eo autem opere quantum Honorati industria adlaboraverit, sequens inscriptio portæ superimposita edocet.

„ *Incidunis ferro, rupibus sulphureo pulveris impetu concrepantibus Reverendiss. Præsulis D. Honorati Salerno Abbatis animi fortitudo de locorum, ac temporum asperitate triumphavit. Rectam hanc adium regionem ab Antecessoribus præconceptam a vestibulo ad sacram usque turrim construxit, ac multiplicibus fluentis unda casibus incultam Eremum exhilaravit; nimis declivam aream jam nunc securiori vestigio versus claustri januam protritam, dum ad libellam exquirere contendebat, ante aram veteris Ecclesiæ Principem, minoresque hinc inde positas defunctorum ossa detexit, atque animabus piacularibus flammis addictis infe-rias impigra pietate persolvens, illa uno in Sarcophago sub hisce gradibus tumulavit, ut quocumque in gradu æquo prementis pede umiliata, æterno exultarent in gaudio. Anno MDCCXI. Tertio Idus Octobris.*

„ Ad externa conversus, Agros Monasterii circumquaque consitis arboribus, ac plantatis magno emolumento ad voluptatem, & commodum nobilitavit. Cinisi, ac Burgetti ædificia auxit, reparavit. In ædibus Spiritus Sancti liberiores, ac laxiores aulæ pro Abbate ejus opera sunt extractæ. Multa denique, ac varia ubique instituta ejus animi vota vix exæquarunt. Anno 1714. totius Congregationis Definitor pro Sicula Provincia omnium voto adlectus, mox Monasterium S. Caroli Panormi regendum suscepit. E quo anno 1718. in Comitiis Generalibus Præsidens communi gratulatione renunciatus, ad Perusinum transiit. Ibi per triennium magna prudentia, ac morum comitate universam Congregationem moderatus, ac Perusini cænobii, ære alieno gravati, pressuris consulens, sex mille aureis creditoribus solutis, nihilque Monachis deesse ad commodum permittens, plurimum se commendavit. Interim

„ 80. *D. Antonius Russo a Catana* Monregalensis Alumnus, Monasterio Præfectus toto biennio non modica vigilantia, ac regularis disciplinæ incremento, & singulari erga subditos benevolentia rem monasticam administravit.

„ 81. *D. Michael Giudice a Panormo* ab eruditione, scientia, pietate, morum suavitate, prudentia, ac omnium denique virtutum cumulo nunquam satis laudandus. De eo inferius ubi de Viris Illustribus. Sub ejus regimine Capellæ SS. Patriarchæ Benedicti ultima cornis imposita, lites jam per longa tempora exagitatæ felicissimo successu compositæ, Alumni è primaria nobilitate ad professionem admissi; literarum studia promota, Biblioteca adaucta. Præfuit triennio.

„ 82. *D. Franciscus Bellacera* præclarissima oriundus familia, post curam œconomicam magna dexteritate, & Monasterii emolumento gestam, post Prioratus officium Panormi laudabiliter exactum, Abbatiali dignitate auctus, ac S. Martini cænobio præesse jussus, Majores suos hoc ipso gradu insignitos æquavit, sive Jura Monasterii ampliando, sive sacris vestibus ex aurea serica tela pro Pontificali exercendo Ecclesiam ditando, ac lampade miræ magnitudinis, & artificii ex argento conflata Sacrarium ornando, seu demum ab ære alieno pressum cænobium sublevando. His non contentus, Ecclesiam Majorem in Oppido Burgetti exædificandam magnificentius curavit, atque immisso primo lapide Ceremoniis Ecclesiasticis sacro promovit; In phæudo Saganæ vineam non modico rei familiaris incremento, atque olivarum plantas conserendas præcepit; ædificia pro Abbate Cinisi satis commoda instituit, ac perfecit, Ædes Spiritus

Sancti

„ Sancti Panormi ornavit, ampliavit, Majora A
„ in dies expectantur.

„ 83. *D. Honoratus Salerno* secundum ad S. „ Martini gubernacula, promovetur, ac „ sibimet ipsi semper similis magna molitur. „ Inter cœnobii, atque Ecclesiæ præcipua or- „ namenta Chorus procul dubio accensendus „ ex nuce, mira, ac eximia celatura specta- „ bilis, & nulli alteri per Siciliam secundus. „ Hunc ne dum noster Abbas ad externos usq; „ Absidis Porastales perficiendum curavit: sed „ quod reliquum erat, parietis infra ejusdem B „ absidis coronidem, marmoribus variè elabo- „ ratis convestiit, ac tabulis numero ad sex pe- „ ritissimi Artificis opera effictis decoravit, ut „ cunctis admirationi sit. Quod totum duæ „ inscriptiones marmori exculptæ, atque hinc „ inde appositæ explicant. Prima quidem a „ dextero latere absidis hæc habet.

„ *Absidem nedum diaglisphis perficiendam, „ sed pariter marmorum, ac picturarum varie- „ tate condecorandam pia magnificentia aggredi- „ tur. Anno MDCCXXV. sexto Kalendas Sept.* C

„ In alia verò hæc leguntur.

„ *Quæ intentanda consilio videbantur humano, „ secundo aspirante Numine, ultra exoptatam „ perfectionis metam perducuntur. An.* 1727. „ *Nono Kalendas Augusti.*

„ Eodem marmorum mixti coloris ornamen- „ to cujusque capellæ Antependium expoli- „ tum voluit; ædesque cubicularii jam ab an. „ 1711. ab se constructi collapsas restituit, ac „ rupibus improbo labore excisis, claustrum „ undique spectabile perfecit; fonte è medio D „ marmorei claustri sublato, atque huc consti- „ tuto. Porro fontis loco Basi marmorea in il- „ lo (marmoreo scilicet claustro) substructa, „ fontibus & ipsa ex pari lapide quatuor hinc „ inde ornata, ac statua SS. Patriarchæ Bene- „ dicti ex nigro marmore illi super imposita „ hoc ipso anno, quo hæc scribimus cunctis „ spectabile cœnobium undique reddidit. Ad „ hæc Capellam Beatissimæ Virginis Matris la- „ pidibus convestiendam aggreditur, haud „ dubium, quin eadem celeritate, atque ani- E „ mi magnificentia incepta perficiet. Coro- „ nam denique affabre elaboratam ex ligno, ac „ auro tectam Aræ Maximæ impositam paucis „ ab hinc mensibus ejus opera nos ipsi vidimus. „ Subnectam inscriptionem marmori incisam „ in Oppidi Cinisensis Ecclesia sub Honorati „ fausto regimine ornata appositam.

„ *Deo.*

„ *Magnificam undique Sacrosanctum hoc „ Templum Sacro Gregoriani Asceterii S. Mar- „ tini de Scalis cænobitarum redolet Pietatem; F „ labente namque a Partu Virginis anno 1676. „ ne Cinisensium, ac Terrasinarum sibi obse- „ quentium populi, cum æterna salutis dispendio „ divinarum inopia diutius laborarent faustis „ sub Taumaturga D. Phara Patrona auspiciis „ substruenda amplioris hujus Ædificii fundami- „ na decrevere. Atque ut ab Illustriss. D. D. „ Josepho Cicala tunc Mazariensi Episcopo, Ar- „ chipresbiteratus insigniri titulo promereretur „ Reverendiss. P. D. Honorati Salerno pietas, „ dum Casinensi Cucullum induere meditabatur „ decenti, ac perenni proventuum dotatione in „ futura profusionis liberalitatis præsagium ex „ ære proprio instruxit, jureque Patronatus re- „ jecto, in Monasterium transtulit; cumque „ eorumdem Casinensium nunquam sit defutura „ sedula munificentia, anno 1729. vel ad Fide- „ lium convenarum animos inflammandos multò „ splendidioribus condecoram voluit ornamentis.*)

MONASTERIUM ergo Sancti Martini de Scalis Panormitanæ diœcesis inter cætera Italiæ præclarissimum, fundatione, & dotatione Gregorianum, ab initio usque ad an. 820. cum hostilem Saracenorum sensit impetum, suos sanctitate, & litteris illustres viros Ordinis Benedictini sectatores habuisse, quorum nomina, & gesta longum tyrannorum Imperium delevit; nemo, qui historiarum cognitione auctus est, in dubio versetur. A prodigiosa an. 1346. reædificatione ad nostra tempora, quot hujusmodi filios genuerit, mox dicemus.

Ejus Abbas, sicut ante Agarenorum tyrannidem, (ut credimus) ita revocatis claustris, in suos, suæque jurisdictioni subjectos, jus divinum, & civile dicit. In his Pontificalia exercet munia. Suffragium 51. in Siculis Comitiis profert.

In hoc magno Monasterio ex diplomate Pont. Pauli V. 72. & ex alio Innocentii X. adduntur tres, hodie cucullati numerantur 75. oblati verò, seu Conversi 40. & plures ad Superioris nutum esse possunt. Et plures SS. Reliquiæ quoque coluntur.

De Insignibus Sanctorum Reliquiis in Gregoriano Cænobio S. Martini asservatis.

SPina ex *Christi Corona* atque *Septem frusta Sanctæ Crucis* in argenteis vasculis, à PP. Callixto III. data B. Juliano Mayali[a]. Nec sine piaculo prætereundum est miraculum ad salutiferi Ligni veritatem comprobandam. Anceps quidem Sacrista de tot Sanctæ Crucis frustulorum certitudine, clausis sacrarii januis, clam grandiusculum in ardentem rogum injecit; tunc campanæ solemni sonitu, nemine pulsante, undique audiuntur, tonitrua, fulgura ad monasterii desolationem visa sunt[b]: ad quorum sonitum, fragoremque occurrentes cucullati, nemini obviavere; ad sacrarium properantes, occlusum invenere; solùm flammis in aerem sublatum sacrosanctum Lignum, sacristamque semimortuum, humi prostratum prospexerunt. Hic quasi à somno excitatus, & redivivus, suæ incredulitatis historiam Abbati, cœterisque, indulgentiam expetendo, patefecit. Lignum Crucis magna devotione, lachrymarum effusione acceptum, in argentea Cruce incrustatur; & adhuc cinericeo colore servatum, in quolibet die Veneris Martii, sub pedibus Christi Cruci affixi exponitur, adoraturque.

Miraculum Ligni Crucis Christi.

a infrà cum de eo.

b Simile miraculum de cisto Christi in S. Nicolai de Arena Cat. ejusdem ord. supra in Not. Cat.

Frustum Tituli Sanctæ Crucis. De Lacte, & Zona B. V. Mariæ. Tibia Brachii S. Pauli Ap. de oss. S. Andreæ. S. Philippi. Vestis SS. Innocentium. Ex ossibus S. Stephani Protom. S. Laurentii

rentii

ventii M. Duo Corpora integra SS. MM. Primi, A sivi, & Viti[a]. *Varia ossium frusta SS. Placidi, & Sociorum. Ferrum, quo S. Flavia pectus transfixum est, Ex Cerebro S. Thomæ Cantuariensis. Frustum ossium S. Sylvestri PP. de oss. Brachii, ac cruris S. Gregorii Magni. Brachium S. Hieronymi. Index digitus cum carne S. Martini Confess. Dens, & ex cilicio P. S. Bened. Mandibula superior cum Dente molari nostræ S. Rosaliæ V. Altera S. Barbaræ V. & M. Nostræ S. Agathæ V. & M. Os insigne*, à Catanensibus Monachis huc allatum[b]. *Corpora integra BB.* B *Angeli Senesii, Alexandri Abbatum hujus Monasterii, atque Juliani Anachoritæ.* Inter præclara; *Venerabilis Domini Nostri Jesu Christi cruenta Imago Crucifixi, quæ ad recolendos illius acerbissimos cruciatus, fidelium excitat mentes*, sub Archiep. Panor. Didaco de Haedo exposita fuit. Iste tanquam ordinarius loci per attributam sibi à Sed. Ap. facultatem Ind. concessit an. 1605.

a Vide in vita Abbatis D. Beninlio.

b Ex publ. instrum. in monast.

Honorifice quoque in arculis diversorum SS. Reliquiæ custodiuntur. Exuviæ etiam mona- C chorum, fama sanctitatis defunctorum, in suis locis bene custoditæ, veneratione habentur, quorum nomina delevere tempora decursa. („In „ peculiari Templi Sacello Virginis simula- „ crum recolitur, sub nomine S. Mariæ de Con- „ solatione, ex Anglia anno 1368. hic non sine „ miraculo translatum. Hujus historiam dedi- „ mus in libro: *Palermo Divoto di M. V. to. 1.* „ *lib. 2. cap. 7. f. 295.*)

Inter cætera Nostri Greg. Monast. illustria, ac totius Italiæ celeberrima ornamenta, eminenti- D ùs effulget illius Bibliotheca, pervetustis, recentioribusque cujuscunque facultatis libris nobilitata[c], primogeniis Pontificum, Regumque diplomatibus locuples; eruditissimis incertorum Auctorum, (præter ea, quæ an. 1590. in Spiritus Sancti Grangia, casu combusta sunt) MM. SS. Historiarum, Actorumque vel sanctitate, vel litteris illustrium virorum Codicibus insignis, ita ut à Pontificibus sub excommunicationis pœna inhibitum sit, à loco quid extrahi possit. Quàm plurimis quoque autenticis, fidelibusque monumentis roborata; quarè Dux E Feriæ Prorex an. 1605. suas per litteras, Regiorum Consiliariorum subscriptionibus munitas, eandem instrumentis, ex Sancti Martini Archivio exscriptis, & ab illius Archivario firmatis, ac cœteris ex publicis Tabulariis, fidem habendam sancivit.

c Vide fuse in vita Abbatis de Amico.

Nunc verò omnia hæc, à prima Monasterii fundatione, ad hanc usque diem, bene ordinata, & sua temporum serie rectè sunt disposita; mirabili solertia, diligenti studio, solitaque F cura hujus Bibliothecarii, & Archivarii D. Petri Antonii Tornamira à Panormo. Is pari nobilitatis, virtutum, litterarumque peritiæ laude, ita apud Patres commendatus est; ut illi solùm tam honorificum, & fidele Religionis munus demandaretur. Nobilitatis quidem antiquissimæ à Baronibus *Tornamira*,[d] qui à suo celebri oppido in Ibernia Regione sito, ante an. 400. illustre repetunt nomen. Ex[e] Cæsaraugustano Barone Aloysio duo filii Joannes, & Sebastianus Tornamira strenui Duces ad expugnandum Tonetum cum Imp. Carolo V. transierunt in Siciliam: Sebastianus Castellanus Augustæ & Catanæ, ubi ex præclara conjuge Agatha Petrone suam familiam fixit; Joannes ex ducta uxore pari nobilitate Ioanna Romano, & Colonna suam multis regiis mercedibus, pòst Baronia Iaconiæ auctam propagavit progeniem. Virtutum verò, ac V. I. peritiæ clara sunt indicia, delicias divitiasque, ac Advocati eximii in Supremis Tribunalibus, & perpetui Gubernatoris onerarii in patria, munia reliquisse.

d Ex Josepho Sessa in doc. apud Reg. Cancell. Cæsaraug. 16. Aug. 1617.
e Ex litt. Reg. Phil. III. 11. Julii an. 1619. & privil. infantionie D. Martini de Tornam ibidem fol. 21.

Proventus scut. vigintimillia ex casalibus, feudis, jurisdictionibus, aliisque juribus. Proventus.

Onera quolibet anno Congregationi Cassin. scut. 894. 4. Onera.

Pro dandis Regiis, atque Deputationis Regni unc. 225.

Habebat simul olim monasteria annexa, & suffraganea *S. Mariæ de Angelis seu Bayda, & S. Mariæ de Fundrò*.

Sed hodie tantum quatuor, scilicet *Spiritus Sancti Panormi, S. Catherinæ de Cinisi, seu Salmes, S. Bened. de Burgetto, seu de Ciambris. SS. Benedicti, & Aloysii, nunc Sancti Caroli*, de quibus mox dabuntur Notitiæ.

Habuit insuper & habet quàm plures Abbates, Priores, alumnosque fama sanctitatis, atque cujuscumque scientiæ eruditione clarissimos. De Abbatibus suis in locis egimus. Cæterorum ecce Catalogus.

De Viris Illustribus, quos Panormitana Gregoriani Monasterii S. Martini claustra genuerunt.

1. *P. Guillelmus Rustici Panormitanus virtutum omnium splendore præclarus*. De eo plura egregiè gesta annuimus in vita Abbatis Angeli Senesii. Addam solùm duo. Primum: quando Rex Fridericus III. cui erat intimus, & jucundus familiaris, in sui gratiam Monasterio concedebat aliquid, sic loquebatur: *Considerantes devotionem synceram, quam dictus Frater Guillelmus erga Majestatem nostram semper gessit, & gerit, nec minus satis grata obsequia, & labores, quæ idem Fr. Guillelmus pro exaltatione nostri culminis, & honore, ac tranquillo statu, & pacifico Regni nostri, in Curia Romana erga Dominum Summum Pontificem retroactis temporibus diversimode subiit, atque præstitit, & quæ etiam præstare non desinit incessanter &c.* Secundum: quòd Gregorio XI. cujus fuit Sacellanus, ac Cubicularius charissimus. Iste Summus Pontifex in benevolentiæ signum, obtulit illico Archiepiscopatus, Episcopatusque Italiæ primarios, quos lubens neglexit, post Cardinalatum tit. SS. Nerei, & Achillei; tanta purpurea dignitate, se humillimum monachum reputans, in præcedenti creationis Cardinalium nocte moritur; & rubicundiori gloriæ veste indutus est, quare depingitur (ejus iconica effigies est in cœnobio S. Martini) cum suæ familiæ stemmate præ manibus, à PP. ad hanc rem expetito.

2. B.

2. *B. Julianus Majali etiam Panor. Patriæ Pater dictus*; cujus summæ probitatis vitæ decursus, ac rerum christianæ pietatis insignia gesta æternum Beati [a] nomen fecerunt. Floruit sub suo Abbbate Ambrosio, tunc de eo non pauca memoratu digna scripsimus, & sub Rege Alphonso, ac ejus fratre Joanne, Pontificibus Eugenio IV. Nicolao IV. & Callixto III. apud quos magnæ semper fuit æstimationis, & specialem invenit gratiam. Alphonsus sanè amplissimas, nobilissimasque Matthæi Sclafani Comitis olim Hadrani ædes juxta Regium Palatium Juliano ad suorum Monachorum opportunum Panormi domicilium dederat, quibus civile contubernium abhorrentibus, remotiora magis loca exoptantibus; ipse ad patriæ pium emolumentum potius in maximum valetudinarium, vulgò *Hospitale Grande*, in quod Xenodochia omnia coaluerint, exquisivit. Id profectò eximium pietatis opus eidem Juliano ex litteris pontificis Eugenii IV. ann. 1431. 3. idus novemb. & Regiis anno 1446. scriptis Archiepiscopo Panor. [b] demandatur, perpetuusque Administrator ac illius Protector constituitur: qui ex templo ad hanc optimè instructam œconomiam reduxit, & instructiones, seu capitula regiminis ab eodem Alphonso 17. Junii 1433. munienda studuit. Rex iste cùm Bosferium Tuneti Regem in bello vicisset, Octumano hujusmodi Regis filio perpetuum ineundum pacis fœdus poscenti, suum fidissimum Julianum oratorem an. 1438. misit, ut regio nomine quidquid sibi honestius, Siciliæ utilius videretur, firmaret, a Tunetano læto sinu, plaudentibus Mauris, acceptus, ad Regis nostri votum bene omnia fecit. Ea in Saracenica regione, fragranti suorum præclarissimorum morum odore repleta, triennio pro regiis negotiis ab Alphonso ejusque Siculo Prorege injunctis versatus est; præsertim de restitutione navis Michaelis Torres mercatoris Syracusani onustæ tritico. Inde datis litteris Arabicis, in nostrum post idioma translatis *de eximiis laudibus Juliani* ad nostrum Regem [c], atque magnifico dono collatis aliquot pretiosis sericis ex quibus sacræ vestes pro monasterio adhuc existentes, conficiuntur, non sine intimo cordis Tunetani dolore in patriam regreditur.

Hinc vel a Primatuum consessu, Senatu, vel à Populoque Panor. ad eundem Alphonsum Gajetæ, vel Neapoli agentem pro confirmandis Capitulis, ac gravioribus rebus destinatur quasi ordinarius orator. Anno quidem 1450. 20. Apr. Senatus frumenta cum exoleta per domos Civium esset distributurus, plebs in furorem acta, ad horrea Civitatis prorupit, frumenta omnia diripuit, ac suibus projecit. Cumque in Urbe magna olei caritas esset, in domos Jo. Castroni templo maximo propinquas, facto impetu irruunt, ac effractis januis maximam olei vim, quam nimis crudeliter apud se vegetibus detinebat, effundunt ac fluvii instar per viam marmoream, hodie Cassari, ad mare usque dimittunt, inter hæc interficitur Leonardus Bartholomæus Trabiæ Dominus & Siciliæ Protonot. Nostro Juliano oratore suadente, Rex motuum auctoribus prius furca suspensis, Civitati indulsit [d]. Anno quoque 1451. 18. feb. atque 1453. de illius appulsu Neapolim certior factus Alphonsus, litteris 24. feb. 5. ind. [e] scriptis magnæ lætitiæ significationibus, ad se Gajetæ moras facientem illico accersivit pro gravioribus tractandis rebus; anno insuper 1457. à Patruum cœtu ad triginta millia florenorum elargienda, & Regni Capitula approbanda mittitur [f]. Hujus opportuni adventus arrepta occasione, Rex opera, & prudentia Juliani apud Callixtum III. a quo mirifica gratulatione, ac animi affectibus acceptus est, usus fuit. Pontifex verò tanti viri amore affectus, sibi suoque monasterio quamplures Sanctorum reliquias maximè septem Ligni salutiferi frustula, ac Spinam Coronæ Christi muneratus est. Tandem ann. 1460. ad Regem Joannem Alphonsi germanum [g]. Romanis Pontificibus gratissimus. Eugenius IV. sibi, ac ejus Abbati Ambrosio per breves litt. Romæ 15. novemb. 1444. Abbatem Angelum monasterii Benedictini Scandariolę Nuncium, ac Commissarium Apost. in Siciliam ad res graves cum eisdem oretenus agendas transmissum commendat vehementer. Nec non Nicolaus V. in Summo Principatu successor ex dipl. Romæ primo Decemb. 1451. amplissimam Apost. facultatem nostro Juliano fecit, edicendi cunctis Christianis, qui Tuneti sub servitutis jugo pressi, ad consequendas Jubilæi anni Sancti indulgentias Romæ adesse non valerent; si cuilibet Sacerdoti ipsis benevisо peccata sua confessi fuerint, & corde contriti, Ecclesiam, seu Oratorium illis in partibus spatio dierum quindecim visitaverunt; ipsi, ac simul Sacerdotes, ac si Romana templa ad hoc designata visitâssent, jubilæi privilegio gauderent, eleemosynas oblatas exigat, captivorumque redemptioni attribuat. Annis, ac negotiorum etiam regiminis hospitalis, à quibus penitus se alienum voluit, impeditione fessus, senio jam gravis, ad desertos Ciambrarum montes aufugit; ubi ędiculam ad sacrificium Missę celebrandum, quam cunctis passionis dominicæ mysteriis depingendam enituit, adhuc domum Eremitæ nuncupatam, omnes contermini oppidani magna devotione visitant, ac duas adjunctas cellulas struxit, ibique eremiticam solis herbis, radicibus educatus, cilicio, orationibus munitus, vitam duxit annos sex. & an. 1470. 4. Octob. [h] ad cælum evolavit; cujus corpus in illo monasterio conditum ad nostra tempora, ignotum est, ejus venerandam ad vivum imaginem super Sacellum domus hospitalis Panor. hac epigraphe veneramur.

B. Julianus Majali Panormitanus, ordinis S. Benedicti, & Monasterii S. Martini filius, ex auctoritate Eugenii PP. III. & Regis Alphonsi, hujus magni, & novi hospitalis fundator, & institutor anno sal. nostra MCCCCXLI.

(„ Ejus vitam edidi in Libro: *Palermo Santificato* a f. 331.)

3. *D. Petrus ab Alcamo* filius hujus cœnobii sub anno 1550. linguam Hebraicam, Græcam, & Latinam mirificè calluit. Celeberrimus Poeta, cujus opera vel typis data, vel MSS. in Bibliotheca

[a] Cajet. ibid. fol. 35.

[b] Nos hujus lib. 2. not. 1.

[c] Autograph. in tab. mon.

[d] De Vanello &c. 2. lib. 9. fol. 50. & regiis litt. ann. 1451.

[e] Apud mon.

[f] In capitul. Regni.

[g] Ibidem.

[h] & Nos lib. 1. not. 1.

theca. Martini leguntur. Eum valde laudat Wion.

4. *D. Theophilus à Mantua*, dictus *Poeta Mantuanus*, *Merlinus Coccaius* sub anno 1562. in Monasterio *Ciambrarum*, à Patribus Cassinensibus relegatus ad sex annos, ibi inter annosas ac implicitas nemoris quercus, in quibus ad nostram ætatem exsculptum vidimus nomen suum, atque Nympharum in suum opus adductarum, heroicum poema Maccaroneæ, Volumen Creationis Mundi, vulgò Actum Pictæ, cujus ipse fuit præcipuus auctor, conscripsit. Hujus cum laude meminit Wion in lib. vitæ. („ Consule etiam Jo. Philippum Thomasinum „ in Elogiis viror. illust. f. 71.)

5. *D. Maurus à Panor.* etiam hic professus, sub eodem tempore resplenduit in artis Musicæ, ac Organicæ peritia. Hic summus musicorum Moderator ex millibus electus, ita eminenter Creationem Mundi, seu Actum Pictæ prædicta musicis notis canenda voluit, ut publicis typis depromenda, sancitum est. Admiranda quoque studii musici M.SS. reliquit[a]. Nec Wion magnificare desinit.

6. *D. Marianus Manno patria Saccensis*[b], *monachatu Panormit.* multiplicum scientiarum locuples; *il Mostro* nuncupatus, Prior S. Nicolai de Latina Saccæ[c], an. 1515. à Præsulum Consessu destinatur Orator ad Regem Philippum II. à quo annuam pensionem scut. 100.[d] 1. ex proventibus Abbatiæ SS. Petri & Pauli de Itala, ac Abbatiam[e] SS. Petri, & Pauli de Agrò Ord. Basilieus. exoravit[f]. Fitque etiam Episcopus Trebianensis olim in Umbria.

7. *D. Romanus à Politio* cuculla in S. Martino vestitus, illius Tabularium ordine an. 1582. congessit. Historiam recentiorem, Catanensem Monteregalensem, atque alias, quas in memoriam reddit Arnaldus Wion, manuscripsit.

8. *D. Antonius Sarzana à Corleone* noster alumnus, genere ex Baronibus Marabini, & virtutum splendore præclarus Prior tum S. Martini, tum Catanæ, & Montis Reg. hac provincia libenter æquè, ut Deo totum se præberet, recusata, creatur Abbas Cassinensis S. Mariæ de Campora: chartis mandavit *Arborem Creationis Mundi usque ad Carolum V. Imp. de viris illustribus, ac historia*[g] *illius ævi*. Sanctitatis famâ obiit.

9. *D. Martinus Anastasius ortu, & religione Panormit.* Abbas Cassinensis germanum fratrem *Augustinum Abbatem S. Crucis Messanæ, ac sororem Abbatissam Capuccinarum S. Elisabetha Regina Panormit.* utrosque virtutum æmulatores habuit. In scribendo Monogamiam B. Annæ, Concordiam Quatuor Evangelistarum, Tragœdiam sub titulo Flavii Crispi, Epigrammata, seu Elegias Latinè, & Sonetti Toscani[h] semper versatus est.

10. *D. Victorinus Aucellus è nostro cœnobio*, vir vitæ candore, & morum probitate insignis, Prioratus munere, quo in religionis claustris egregiè non semel perfunctus est, libentissimè neglecto, perfectioris vitæ studio incumbens, litteris obsignavit de Educatione Tyronum, quorum curam solerter sæpius exercuit. Hymnos Sacros, Tragœdiam S. Flaviæ V. & M. Martyrium S. Placidi, & Fratrum, Librum de Sonetti Sacri, Nativitatem Dom. N. I. Christi in Dialogis, Tragœdiam admodum piam, & delectabilem, quæ coram D. Margarita ab Austria relata est diligentissime. Tragœdiam de Judicio Universali. Tragœdiam Martyrii S. Catherinæ. De SS. Sacramento Eucharistiæ in duos libros. Quatuor volumina Sermonum, &c.[i] Leguntur quoque in Bibliotheca quamplurima M. SS. variis de rebus, incognitis tamen monachorum componentium nominibus.

11. *Philippus de Asta Panormitanus* ex Congregatione Sicula Sancti Martini cœnobita qualibet scientia præstans, quater ejusdem Congregationis Præsidens Generalis, orator ad Ferdinandum II. Regem in solemni Præsulum Conventu deligitur an. 1499.[k] Obtinuit: *ut personæ Ecclesiasticæ, quæ contribuere non solerent, non tenerentur ad dandarum solutionem, bene tamen hi, quos consuetudo urgeret.* Oblatum Catanensem Præsulatum ob cessionem Francisci Dez de Plates, respuit.

12. *D. Thomas à Panormo Mannarini* à pueritia bonæ semper indolis, filius Palladis agnitus, Seminario Clericorum alumnus adscribitur, ubi in Philosophiæ, Theologiæ, & Casuum Conscientiæ studiis multum cæteris præcellit; inde regio beneficio Corrandati in nostro Sacello Reg. Palatii, ac Sacerdotio auctus, Doctoris laurea decoratur, & juris utriusque peritia præfulsit. Sed honores sæculares despiciens, monachum Benedictinum in S. Martini induit, ita religiosæ vitæ, ac scientiarum omnium perfectionis nomen præclarum adeptus est, ut Cardinalis Fridericus Archiep. Mediolan. S. Caroli Borromæi nepos adoptaverit in munus Consultoris S. Officii Mediolani, ac in Gebennam ad convertendos, confundendosque hæreticos misisset. Post refellendos in publicis Paduæ, & Bononiæ gymnasiis multos annos docuit; hinc à Ferdinando II. Imper. ad erigenda in Salisburgo adversus hæreticos studia, sedulè accersitur; ibi sexdecim annos cujuscumque professionis eximius fuit Lector. Quare mandato Imperatorio postquam coram ipsomet Ferdinando, ejus Supremo Concilio, cunctisque Imperii viris sapientibus, publicè oppugnationibus religiosorum Magisterium exoptantium peritè respondit, noster Thomas Magnus Cancellarius & Comes Palatinus salutatur, & solùm à Benedictinis honorificus Lectoris titulus datur. Post longam, ac diuturnam lycæorum prætecturam, Episcopatu Fundi in Latio condecoratur. Hæc sanè honorum incrementa rabiem, odium, invidiamque hostium hæreticorum ita excitarunt, ut illius perniciem, ac exitium cogitantes, suis artibus magicis, & dolosis verbis stupidum, manibus & pedibus paralyticum, & trementem reddiderant. Hac paralysi affectus in Germania munera quæque suis monachis cessit, & patrias cellas repetentem, semimortuum aliquandiu, anno 1636. extinctum amici omnes deploravimus. Doctissima M. SS. Commentaria in Summam D. Thomæ in XII. Prophetas Minores. In Regulam S. Benedicti, opus de privilegiis Con-

[a] Apud mon.
[b] Nos lib. 1. not. 1. Agr.
[c] Ibidem.
[d] Lib. 4. p. 1 not. 14.
[e] Ibidem not.
[f] Nos l. c. lib. 1.
[g] M.SS. in monast.
[h] M.SS. in ipso monast.
[i] M. SS. ibidem.
[k] In cap. Regni.

gregationis Cassin. Librum de Religionis nobilitate, edenda reliquit*.

* servatur in archiv. monast.

13. *D. Gratianus à Panormo* Concivis meus Netinus, nomine *Hieronymus Carnimolla*, ac sub doctissimo præceptore Vincentio Littara condiscipulus; caussidici, ac rerum Magnæ Curiæ professionem in salutis discrimen imminere agnoscens, quiete religiosa inflammatus, S.Benedicti asseclam in S. Martini esse statuit, cujus tanta fuit morum affabilitas, integritas, ac in rerum agendarum præstantia, omniumque Præsulum, & Regiorum Administrorum benevolentia, ut mox ad gradus religionis promoveretur; quibus in muniis egregium adeptus est nomen, Prioratuum honore sponte spoliatus, Abbatis Cassinensis perpetuo titulo ad mortem ann. 1645. in Spiritus Sancti refulsit hospitio.

(„ De his Scriptoribus relatis, aliisque, plu„ ra cum laude diximus in nostra Bibl. Sicula.)

Additamentum P. D. Viti Mariæ Amici.

„ 14. *D. Adrianus Miranda* a S. Angelo „ doctrina, & vitæ sanctitate præcipuus ma„ ximo in honore ob id apud omnes habitus. E„ jus fama permotus Sum. Pontifex illi Provin„ ciam difficilem demandavit, ad meliorem „ frugem, ac perfectiorem normam, Moniales „ per totam Mazariæ Diœcesim redigendi, „ quod & egregie præstitit. Ab eodem Summo „ Pontifice Brundusii Episcopus renunciatus, „ cùm vir sui abjectione præcipuus mori potiùs „ exoptaret, quàm tanto oneri impares, ut „ ajebat, humeros supponere, precibus a Do„ mino, ut moreretur, impetravit. Socium „ habuit in reformand. monialium cœnobiis „ D.Zaccariam Caccamici ejusdem Sancti Mar„ tini monachum vitæ etiam perfectione lauda„ bilem. Scripsit Adrianus in Sacram Scriptu„ ram librum, cui titulus. Dux Cæcorum. „ Hodie in Bibliotheca Monasterii asservatur.

Ex Chronico Monasterii.

„ 15. *D. Hieronymus a Neapoli* cognomento „ *De Arminio*, vitæ austeritate usque ad ex„ tremam senectutem, charitate in omnes, ac „ ferventi in Deum amore enituit, miris etiam „ operibus in vita, & post mortem clarus. O„ biit Placentiæ, in cœnobio S. Xisti sepultus, „ ubi in magna habetur religione: meminit de eo „ noster Pirrus suprà ad annum 1593. ejusque „ vitam accuratè descripsit Petrus Antonius „ Tornamira, ac typis edidit.

Ex Chronico Monasterii.

Suprà ad ann. 1593.

„ 16. *D. Victorinus Paternò* scientiarum stu„ diis devinctus, præstanti religione erga „ Deum, ac beneficentia in pauperes eximius, „ Monasterii S. Martini aliquandiu Prior, ad „ Abbatiam S. Mariæ Gangii evectus est, ibi„ que demortuus scripsit in Dominicam Passio„ nem meditationes piissimas.

„ 17. *D. Andreas Oriolas*, de quo inferiùs, „ ubi de Abbatibus SS. Aloysii, & Benedicti „ Panormi.

„ 18. *D. Franciscus Calcerano* S. Maria de „ Lacu Nasi Abbas ann. 1600., mortuus ibidem, „ ac in Ecclesia Majori sepultus anno 1620.

„ 19. *D. Honoratus Spatafora* Prioris mu„ nere prudenter gesto, eoque mox renunciato „ fit Abbas Titularis S. Mariæ de Bugiano cum „ usu Pontificalium anno 1635.

Ex Chronico Monasterii.

„ 20. *D. Hilarius Burlamachi* Prior, & ipse „ S. Martini, sed quietis amore, dignitate, & „ regimine a se abdicato, Abbas Titularis ni„ hilominus creatur anno 1638.

„ 21. *D. Jacobus Meroldo* ex Priore Abbas „ Titularis SS. Trinitatis Cajeta anno 1650. „ ætatis suæ 66. magna Sanctitatis opinione „ mortuus, & loco ab aliis secreto veneratio„ nis causa sepultus.

„ 22. *D. Petrus Orlando Panormitanus* Patria, „ scientia celebris, Patavii, Bononiæ, ac Paviæ „ publicus Theologiæ Moderator, plura edidit „ metro, quæ manibus eruditorum teruntur.

Ex Chronico Monasterii.

„ 23. *D. Bernardus a Panormo* poesi sacræ ad„ dictus, ejus ingenii monimentum sunt in„ ter alia quatuor carminum volumina, quo„ rum titulus Agisomachiæ, ubi plures Patrum „ vitæ heroicè describuntur, ac in bibliotheca „ Cassinensi M. M. S. S. asservantur.

„ 24. *D. Augustinus Turano* Poeta celebris „ plura ad poesim accommodata reliquit. De eo „ doctissimus Mongitore in sua bibliotheca Si„ cula.

„ 25. *D. Gregorius Morello* in gravioribus „ disciplinis satis versatus, quas in variis Con„ gregationis cœnobiis docuit. Humanis etiam, „ ac amænioribus literis instructissimus Sabau„ diæ Ducicharus, plura edidit versibus exa„ rata. Ejus meminit mox laudatus Mongito„ re. Obiit Panormi 1603.

Mongitore in bibliotheca Sic. Tom. 1.

„ 26. *D. Petrus Antonius Tornamira* S. T., ac „ V. I. D. satis ob vulgata thypis opera, ubi eru„ ditionem quam maximam prodit Orbi litera„ rio notus, de quo & loquitur noster Author, u„ bi de Monasterii Tabulario, cui Antonius cu„ stos præfuit multis ann., quodque in ordinem „ meliorem redegit, bibliothecam variis, ac ra„ rissimis pervetustis libris congessit ab ejus „ morte in communem illatam. Prioris digni„ tate. Generalis Oeconomi, ac Magistri novi„ tiorum munere claruit, ab Archiepiscopo „ Panormitano Examinator Synodalis, in Sa„ cro Quesitorum Fidei Senatu consultor, ac „ novorum vectigalium deputatus adligitur. „ De suo cœnobio, ac universa Religione, cu„ jus decorem ampliavit, promovit, beneme„ ritus Senex Panormi obiit 8. Augusti 1681. „ Ad S. Martini Ecclesiam delatus, ac in Sacel„ lo S. Gregorii, quod ipse ornaverat, ac do„ taverat, sepultus. De eo eruditissimus Mon„ gitore in sæpe laudata bibliotheca Sicula, ubi „ libros Antonii recenset, tum typis editos, „ tum M. M. S. S. in S. Martino asservatos.

Biblioth. Sicul. Tom. 2.

„ 27. *D. Hortensius Campanile Panormitanus* „ eruditione non vulgari, sed pene mirabili in „ rebus gerendis dexteritate præditus. Ob „ eamdem Supremis Regni Ministris, ac Prin„ cipibus charus Oeconomiam Monasterii gene„ ralem pluribus annis summo Monasterii bono „ administravit, quam auctus etiam Prioris, „ & Abbatis dignitate Thesaurarii tenuit. Mor„ te immatura sublatus e viris excessit anno „ 1713.

„ 28. *D. Michael Giudice à Panormo* genere „ clarus, sed virtute clarior, in S. Martini „ cœnobio suscepto Religionis habitu, in eo

(ait

„ (ait nunquam satis commendatus Mongitore) nedum gravioribus disciplinis fuit insigniter excultus, verum etiam & amenioribus abundè cumulatus; omnigenæ enim eruditioni tum sacræ, tum profanæ Etruscam addidit Poesim, eamque egregiè coluit. Eloquentia ornatissimus omnium plausu perorare pluries auditus est, magnam Bibliothecam, vel si numerum, vel si codicum raritatem spectes, sibi comparavit, qua ingenij elegantissimi culturam fecit, ac ex diuturna, & nunquam intermissa arduis etiam in curis lectione doctrinam sibi acquisivit. Omnibus Regni Proceribus gratissimus, omnium oris versatus. Viris præsertim eruditis apprimè charus, ab iis maximis elogiis commendari meruit. Integro ottennio deputatus Noviciorum curæ ex primaria nobilitate. Iuvenes pene quadraginta ad Religionem selegit, quos in omnimoda perfectione, atque eruditione sedulò instituit. Prior effectus sibi subditorum amorem, ac benevolentiam conciliavit; auctus dignitate Abbatiali semper sui similis effulxit. Examinator Synodalis pro Ecclesiæ Monteregalensi a Francisco Cardinali de Judice, & ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopo designatus, illi se plurimùm probavit; S. Martini, & cœnobii Montisregalis regimini adlectus, comitate, prudentia, ac lenitate pene mirabili tanquam unus e monachis vixit. Ejusdem Francisci Cardinalis vices in eodem Archiepiscopatu pluribus annis tenuit; tandemque S. S. Aloysii, & Benedicti Panormi gubernaculo admotus ibidem meritis locuples lacrymatus ab omnibus, piè decessit anno 1727. quinque mille voluminibus S. Martini Bibliotheca adaucta, plurimosque ingenii monimentis typis vulgatis, ac M. M. S. S. relictis. Habes elogium ejusdem apud citatum Mongitore, a quo quæ scripsimus de eo, sumus mutuati, ejusdemque meminerunt authores Diarii eruditorum Italiæ anno 1711. tom. 6. ac alii.

„ 29. *D. Marius Rosalini a Panormo* provectæ jam ætatis, ac Sacerdotio initiatus ad Professionem ob vitæ, ac morum innocentiam admissus in Monasterio annò 1699. novis quasi stimulis actus ad perfectionis apicem contendit. Mentalis orationis studiosissimus, cui per plures horas quotidie incumbebat, Obedientiæ, Paupertatis, ac puritatis cultor præcipuus, in amore erga Deum, in salute aliorum procuranda assiduus, suimet contemptor, aliis, vel minimis obsequentissimus, omnibus denique virtutibus cumulatus, Tyronum institutioni Præfectus, mox infirmæ valetudinis causa in Oppido Burgetti Majoris officio perfunctus, ibidem lætus, ac tranquillus inter Monachorum preces, ac lacrymas migravit e vita die 31. Decembris 1723. sepultus in S. Martino decenti loco. Mortis sibi conscium fuisse piè credunt ex ejus discipulis nonnuli; sæpius enim eodem anno, quo e vita migravit, iisdem repetebat: magnam de se immutationem eo anno eventuram esse. Exitus dictum probavit: ultimo namque die anni Mundum cum Cœlo commutavit.

„ Hoc tandem eximium semper religiosissimo nomine præexcellens, lucidissimumque Monasticæ vitæ speculum S. Martini cœnobium quamplures in catalago digestos suos habet alumnos, qui tanquam sanctè vivendi exemplo, ac strictioris observantiæ regularis præcursores accersiti, non solùm Siculis sæpissime, sed et totius Italiæ Monasteris ex Monachorum electione præfecti sunt suis in locis ut in Prioratu S. Mariæ Latinæ D. Benedictum lo Poio, in Abbatia S. Mariæ de Podalis Guglielmum Mazzarello, in Abbatia S. Mariæ de Partu Barnabam a Teraci recensebimus.)

Hoc tandem eximium, semper religiosissimo nomine præexcellens, lucidissimumque monasticæ vitæ speculum S. Martini Cœnobium quàmplures in Catalogo digestos suos habet alumnos, qui tanquam sanctè vivendi exempla, ac strictioris observantiæ regularis præcursores accersiti, non solum Siculis sæpissime, sed & totius Italiæ monasteriis, ex monachorum electione præfecti sunt. Suis in locis, ut in Prioratu Messanensi S. Mariæ Latinæ D. *Benedictum lo Poyo* recensebo.

DE MONASTERIIS, SEU ECCLESIIS

Suffraganeis Gregoriano Cœnobio S. Martini de Scalis Panormi.

DE PRIMO S. BENEDICTI DE Burgetto Prioratu.

PRIMUM *S. Benedicti de Burgetto*, non longè ab oppido Parthenici diœcesis Mazarensis in ipsius nominis latifundo, seu Casali ab anno 1360. indict. 13. ab inclyto Abbate Angelo Senesio inceptum est exædificari. Quod quidem latifundum, seu Feudum a nobilissima muliere Panormitana *Margarita de Blanco, relicta ex illustri viro Joanne de Calatabierone* [a]. Una cum annuis unciis centum pro Christi amore, ad suorum peccatorum expiationem, *Monasterio S. Martini* pluribus Benedictini Ordinis cultoribus aucto elargitum est, hac tamen pia adjecta conditione, ut in eodem Burgetto cœnobium in honorem S. Benedicti constitueretur, non tamen à prædicti S. Martini monasterii dominio, ac ejusdem juribus alienum, in eo missæ, ac divinum celebretur pro se, & suis officium, ut videre est in ultimis tabulis testamentariis ipsius donationis Margaritæ sub ann. 1355. 9. Feb. 2. ind. in actis Notarii Raynaldi de Martino Panor. [b] Idque solenne instrumentum regiâ auctoritate Friderici III. anno 1365. 16. Maji 4. ind. roboratur [c]. Voluitque Rex feudum ipsum ab omni servitutis onere tam à præteritis possessoribus, ac Baronibus, quàm ab ipso monasterio, debito, equis armatis exemptum, atque pondere immune [d]. Devotaque munificentia an. 1366. annuis octo unciis illud auxit, ac iterum intercessione F. Guillelmi Rustici, sibi charissimi, in ædificationis monaste-

1360.

a De hoc illustri viro præclara habes in nost. histor.

b Exemplar in arch. Monast. teste etiam Auctore teædif. fol. 40.

c Ibidem & in lib. Reg. Canc sub an. 1360. ol. 41.

d Ibidem ex eisdem.

rii opem; annuas uncias xii. datis litteris 24. Maji 1369. in Reg. Canc. an. 1366. f. 61. concessit.

Urbanus V. Pont. Max. suo dipl. dat. Anagniæ ann. 1366. Arnaldo Archiep. Panorm. uti Monasterii S. Martini Diœcesano: *ut de proventibus Burgetti, atque quot numero monachos alere posset*, se informet, certioremque Sedem Apost. faciat, demandavit. Quibus de rebus Abbas Angelus Rogerium Mazarensem Episcopum, in cujus diœcesi Casale Burgettum situm erat, instruxit, & ab eo facultatem construendi monasterium sub an. 1366. 15. Junii obtinuit, confirmante omnia eodem anno Romano Antistite Urb. V. licèt tamen Episcopus iste, ut juris erat antiqui, *Quartam Canonicam sibi deberi de legata pia in sua diœcesi fundando* exposceret; tamen ex Apostolica commissione, Franciscus Vitalis Cantor Regiæ Capellæ S. Petri, Canonicus Metropolitanæ Eccl. ejusque
1374 Archiep. Matthæi Vicarius Gener. anno 1374. pro monachis, quòd: *nec pro jure Quartæ, neque pro jure sepulturæ teneantur solvere Monasterium hoc, & S. Martini*, decrevit.

Angelus tam S. Martini, quam Burgetti (uti in ultimis tabulis fundatricis, ac dotatricis Margaritæ cautum est) Abbas jam gravi confectus senectute, ad duo regiminis onera ineptum se cognoscens, facultatem istius Monasterii cucullatis fecit, sibi eligendi alterum Abbatem S. Martino, & secundum Regulæ Benedictinæ sanctiones, *F. Joannem Senesium germanum fratrem ipsius, tunc S. Martini Priorem*, haud in virtutibus absimilem, Abbatem sibi constituere. Quod Apostolico suo dipl. Gregorius XI. munivit, hac tamen conditione: *ut Joanne defuncto, semper sub unica S. Martini Abbate ad mentem dotatricis regeretur*. Ita adhuc servatur. Deligitur enim Prior à Generali Capitulo, & titulo *Admodum Reverendi* cohonestatur. Sedet post S. Martini Priorem; præceditque omnes Decanos atque Magistrum tyronum. Hoc tempore D. Laurentius Luparelli Pan. benemeritissimus.

Modus eligendi Priorem Burgetti

De S. Maria Picta Pan.

Lego etiam sub anno 1380. Monachos istos Burgetti incoluisse ædes S. Mariæ de Picta Panormi in area Regii Palatii, à Rege Friderico III. antè in hospitium tributa[a], ibique officia divina celebrasse. Eodem sanè anno 13. Maii Gualvagnus de Alphano Panor. in ultimis tabulis à Notario Nicolao de Bresia scriptis, legavit ipsis cœnobitis Burgetti incolentibus Ecclesiam S. Mariæ de Picta annuos tarenos xv. pro missarum celebratione; in eis præcipit quoque suo fratri, & uxori, ut filii sub disciplina Stephani Prioris Burgetti educarentur, quibus sine legitimis hæredibus defunctis, in cuncta bona ipsius testatoris succedant Patres ipsi Burgetti.

a In tab. Monast.

A jurisdictione verò, ac pleno jure Monasterii S. Martini nunquam istud defecit. Anno sanè 1397. 28. Martii 7. ind. constituitur Judex,
1397 (ut vocant) compromissarius Archiepiscopus Panorm. Ludovicus[b] in controversia de finibus Burgetti, quæ excitata est inter Abbates S. Mariæ de Altofonte, & S. Martini de Scalis. Tandem conventum est religioso, ac familiari affectu, ut coram eodem Ludovico, intercedentibus utriusque Abbatis Parci Joannis, & S. Martini F. Jo. Præcopi amicis Guarnerio de Vigintimilio Barone Alcami, & Nicolao de Aurea Barone Calatasimi, rem bene componerent ad pacem[c]. Quæ decidenda controversia an. 1493. à PP. Bonif. IX. demandata fuerat prædicto Archiep. Ludovico.

b Nos lib. 2. par. 1.

c Ex instrum. eodem tempore apud Regiam Monar.

Verum cum Patres in edito monasterio *S. Benedicti* ob seditiones, continuosque tumultus per hæc tempora, quàm multa vitæ pericula fuerint perpessi; facto suorum bonorum legato, Andreas Guardabaxo nobilis Panorm. 30. Maii 1410. atque à Francisco Episc. Mazariensi Diœcesano data venia ædificandi novum monasterium ad honorem *S. Mariæ* in loco *delle Ciambre*, illud *S. Benedicti* in eundem locum transtulere, ut nos in not. 1. monast. S. Martini ibi F. Joannes Senesius dum Abbatem agebat, ædiculam sub tit. *S. Nicolai Tutelaris*, in memoriam sui primi monasterii S. Nicolai de Arena, hanc cum aliquot tuguriis à se structis, dum sanctè vixit, & moritur Abbas Alexander incoluit; & viridarium juxta eam propriis manibus inseruit, cujus proventus annuæ sunt hodie unciæ 60.

Non longè inter asperrimos montes, & condensas quercus Julianus Mayali è S. Martino optimus religiosus, jam senex Oratorium, & humiles cellulas pergrandi lapidi ab hora mortis Salvatoris Nostri: *cùm petræ scissæ sunt*, in duas partes diviso inhærentes, ad orandum, missæque sacrificium quotidianum offerendum condens, cruciatus, quos pro nobis perpessus est Christus, depinxit. Locus iste frequenti adhuc cohabitantium hominum devoto concursu visitatur. Ubi sex annorum spatio tum exactam religiosæ, & eremiticæ vitæ rationem coluit, ut aspero vestitu, verberibus corpus domans, atque à carne, & omni ferè obsonio abstinens, solo pane, aqua, herbisque contentus; multarum virtutum specimen dedit, sanctis plenus diebus 4. Octob. an. 1470. migravit 1470
ad Dominum. Illius venerandas exuvias, pio affectu concupitas, nondum Divina Majestas detegit, ut latius suprà.

Est porrò hoc eremiticum Cœnobium in asperrimo Ciambrarum Monte undequaque implicitis sylvis, spinosisque annosis arboribus vallatum, ad cœlestia contemplanda aptissimum quidem, sed temporis cursu latronum, & deperditorum hominum confugium, qui sacris ornamentis ecclesiam ejusque inservientes religiosos cucullis, quotidianis alimentis sæpè sæpius spoliantes, sub Prorege Duce Alburquerque etiam flagris, & vulneribus affecere. Quarè tot angustiis, ac molestiis lacessiti, antiquum Burgetti locum an. 1639. Patres, Bellacera Ab- 1639
bate studiosissimè cooperante, repetere coacti sunt. Ubi haud longè à primo collapso, ad *D. Benedicti* honorem ex mente fundatricis Margaritæ novum, & honorificum moliti sunt, ad munia quæque sacra peragenda, atque 700. oppidanis sacramenta administranda idoneum. Hic, sicut *in Cinisi, Milecca, S. Martino, Sagena, Suvarellis* Major Portæ, seu Cellarius Campi, Rector, seu Major locorum monachus

jus

jus exercet Baronale in Civilibus, & Criminalibus à relegatione infrà; sed suprà Magnæ R. C. libenter cesserunt antiqui Patres: creando Judicem, Magistrum Notarium, aliosque Curiæ administros.

1354. SECUNDUM *Spiritus Sancti* Oratorium, sive Sacellum, ac illi nobilissimas, amplasque ædes adjunctas Jacoba Mayda ex spectabili genere ingenua, vidua viro illustri nomine Senatore Mayda ante Panormitano Prætore [a] an. 1354. simul & omnia sua bona legavit religiosissimis S. Martini de Scalis Panor. cœnobitis, ut ipsi commodum hospitium, seu Grangiam haberent. Quod ita continuis, & quidem magnificis ædificiis amplificatum est, ut totam ferè Insulam sibi coadjacentem complecteretur. Subsequentes Abbates haud minori studio, solicitudine, innumerabilibus expensis in ampliorem, elegantioremque formam prosecuti sunt. Abbas Honoratus Scalisi, vir utique pietate, & prudentia eximius novum extruendo templum, magnificum planè opus, cui vetera, & recentiora facilè cedunt, decem, & novem aureorum millibus impensis ann. 1618. supremum imposuit lapidem. D. Epiphanius Bellacera atrium quoque augustius, ac cubicularium, seu Dormitorium nobilius an. 1640. adjunxit, quod Abb. Zacharias Platamonius fornicibus porticus, opportunisque officinis in dies condecorat. Hic ex primævo Religiosorum instituto, continuæ, & pietate Abbatis Urgelli (ut in ejus vitæ elogio vidistis) copiosiores eleemosynæ pauperibus eroguntur. Hic cultus divinus, & Sacramentorum administratio populis semper parata. Hic senio graves, emeriti, Titulares Abbates, Procuratores, Cellarii, aliique negotiorum gestores Monasterii Magni, à quo quotidie alimenta, cæteraque necessaria recipiunt, cum familia degunt. Qui præest, *Rectoris*, *seu Majoris Domus* nomen habet. Hic an. 1625. moritur, & sepelitur ille sanctitatis fama celebris *P. Cyprianus à Platia in S. Maria Fundrensi Monasterio professus*, promotor, & auctor Cœnobii S. Flaviæ in Calatanixecta, Clementi VII. Cardinalibusque præsertim Borgiæ charissimus, Abbatis Cassinensis Titulo decoratus.

a Ex tab. Urbis an. 1320. 4. ind. cui nepos Vincent. Mayda anno 1340. Nicolaus Mayda eodem anno, & 1351.

TERTIUM *S. Catherina de Cinisi* haud longè ab oppido Carinensi, diœcesis Mazarensis ad construendum Facius de Facio V. I. D. judex, ejusque uxor Violenta ordine Senatorio Panormitani, omni prolis spe destituti, sua quæque bona, ditiones, juraque tam Panormi, quàm alibi existentia, Casale quoque *Cinisi Tyunariam Ursa*, suis cum attinentiis nostro Gregoriano S. Martini Monasterio piè, munificeque obtulere: pulchrius rati divos habere hæredes, quam homines. Hæc opulenta bonorum elargitio in publicis testamenti tabulis sub die 17. April. 6. ind. 1382. habetur [b]. Hic à nostris monachis, quorum primus *Rector*, *seu Major* dicitur, subditis oppidanis numero quasi 800. Sacramenta administrantur; Jurisdictio Baronalis eo modo, ut suprà in Burgetto scripsimus, exercetur.

b Ex tab. Mon.

QUARTUM & quidem insigne *SS. Benedicti*, *& Aloysii*, nunc *S. Caroli Borromei* divitiis, ac hæreditariis bonis Aloysii (ideo S. Aloysio primum dicatum) Salerni viri morum integritate præclari, atque in pauperes beneficentissimi. Iste fratrem habuit *D. Vincentium à Lucerano*, professum in Monast. S. Honorati Lirinensi, inde in Montereg. qui typis dedit *Hist. sua Lirinens. Cœnobii*, Abbatem Titularem Cassin. Sex liberos religiosos, præter eos, quos cælo transmisit infantes, sortitus est. Ex eorum numero duæ fæminæ inter nobilissimas Conceptionis B. Virginis moniales, Patriarchæ Benedicti regulam professæ, multarum virtutum odore obiere. Primus *Vincentius* inter Clericos Reg. Teatinos professionem emisit, ita in litterarum ac virtutum studiis profecit, ut nondum Sacerdotio insignitus, claram sui memoriam moriens reliquerit; *Petrus*, *& Franciscus* in venerabili, ac docta Jesu Societate, institutis D. Ignatii sanctè sese obstrinxerunt. *Franciscus* magnæ expectationis adolescens Panormi ætat. an. 20. non sine religiosorum morum laude decessit. *P. Petrus*, cujus ingenium, mores, virtutes, egregia æqualitate conjunctæ, regularis observantiæ exercitiis, atq; continuis omnium scientiarum lectionibus exsculptæ inter suos, nosque omnes primæ notæ virum reddidere, cunctorumque, hoc præsertim tempore, cum celeberrimi Collegii Panormitani Rectorem agit, oculos ad se convertunt, & animos ad amorem concitant, suæ paternæ hæreditatis locupleti portioni vel in indigentium, præsertim nobilium opem, vel in ædificiorum Collegii amplitudinem, elegantiamque, vel in perpetui Panormitani cujuscumq; facultatis gymnasii erectionem erogandæ incubuit semper. *Benedictus*, sic ex voto piæ genitricis, in illius partu magnis cruciatæ doloribus appellatus; in quo id cœlestis doni prodigium accidisse dicitur: ut cùm sacro baptismate ablueretur, & *Benedicti* nomen imponeretur, ejus Pater eum sibi videre videretur monachali corona insignitum. Sed adolescens jam interna in D. Benedictum devotione, peste 1624. Panormi grassante, ab invito Aloysio genitore ad S. Martini sub Abbate Stephano de Amico cœnobium aufugit, ibi monachus factus *D. Pius à Panormo* dici voluit; & paternarum rerum jus 1626. in portionem sibi contingentem publico [c], ac solemni instrumento cessit Monasterio. Multis inde auctus promeritis, Decanatu, Tironum Magisterio, & hodie S. Mariæ de Gangi Prioratu decoratur. Nec quidem hujus ex Honorato Salerno quatuor filios *Vincentium* jam defunctum, *Sylvium* modò Presbyterum sæcularem, *D. Antonium* Decanum, & Cellarium, & *D. Honoratum* Decanum ad hanc quoque dilectam allectos fuisse religionem. Quarè prudens, ac vigilans Abbas ille de Amico, ut antiquo Senatus, Populique Panormitani *Benedictinos* in Urbe exoptantium desiderio, Cucullatorum erga Patriam affectui, D. Piique ipsius Salerni precibus faceret satis, ad insigne hoc construendum Panormi Monasterium adjecit animum. Primum nobiles, amplasque Didaci Giardina ædes

c Ex eius tab. Monast.

ædes extra Portam Novam ad jactum lapidis, A
quatuor aureorum millibus in *D. Antonii à Pauor.* ex præclara Rhegyorum familia, nunc Decani professione oblatis, emit; cœnobiumque annuis 424. unc. ex portione *D. Pii* fundavit, dotavitque atque Magno Gregor. S. Martini Monasterio ex Generalis Cassinensis Congregation. decreto univit. Quod suis Apostol.
1627. Bullis dat. Romæ an. 1627.[a] Urban. VIII. munivit, hac adjecta conditione: ut *nullo unquam tempore vestiantur Monachi, nisi ipsius S. Martini sint filii, & alumni, & si aliquando* B
contrairent; omnes redditus, ac alimentorum expensas Monasterio illi restituere teneretur.

a Extant in Monast.

Additamentum P. D. Viti Mariæ Amici.

,, URbani Pontificis Bullas ex integro subji-
,, cimus ad clariorem notitiam:

,, *Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Di-*
,, *lecto Filio Vic. Vener. Fratris nostri Archiepi-*
,, *scopi Panormitani in Spiritualibus Generali*
,, *Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cum* C
,, *ad uberes fructus, quos Professores Ordinis S.*
,, *Benedicti in agro militantis Ecclesiæ produxe-*
,, *runt hactenus, & adhuc producere non cessant,*
,, *nostra dirigimus considerationis intuitum, di-*
,, *gni ducimus, ut ad illa, quæ pro hujusmodi*
,, *Ordinis, illiusque Monasteriorum amplificatio-*
,, *ne, & personarum in illis degentium congrua*
,, *substentatione disposita esse dicuntur, officii nostri*
,, *partes favorabiliter interponi mandemus, ac*
,, *Christifideles in eisdem Monasteriis fundan-*
,, *dis, ac dotandis facultates suas benignè eroga-* D
,, *verunt, eos specialibus favoribus, & gratiis*
,, *prosequentes in exercitio piorum operum confo-*
,, *veamus, prout conspicimus in D. salubriter ex-*
,, *pedire. Exhibita siquidem nobis nuper pro par-*
,, *te dilectorum filiorum Petri, & Francisci, ac*
,, *Benedicti de Salerno Fratrum, ac Abbatis, &*
,, *Conventus Monasterii Sancti Martini de Sca-*
,, *lis nuncupati. Panormitani Ordinis S. Bene-*
,, *dicti Congregationis Cassinensis, aliàs S. Justi-*
,, *næ Paduanæ; nec non Modesti à Padua Con-*
,, *gregationis, & Ordinis Præfectorum, Præsi-* E
,, *dentis Generalis petitio continebat. Quod alias*
,, *quondam Aloysius etiam Salerno laicus dum*
,, *vixit Panormi in testamento per eum condito*[b],
,, *sub cujus dispositione decessit ab humanis, Pe-*
,, *trum, & Franciscum, ac Benedictum præfa-*
,, *tos filios suos legitimos, & naturales hæredes sibi*
,, *universales instituit. Volens inter cætera per*
,, *eum in dicto testamento ordinata, quod si D.*
,, *Benedictus, qui prædictum Monasterium tunc*
,, *temporis ingressus habitum per dilectos filios il-*
,, *lius monachos gestari solitum susceperat, com-* F
,, *pleto probationis anno, Professionem per eosdem*
,, *Monachos emitti consuetam expressè emitteret*
,, *regularem; tunc, & eo casu Jus legitimæ dum-*
,, *taxat sibi in bonis & Juribus hæreditariis Dom.*
,, *Aloysii ejus Genitoris de Jure competentis conse-*
,, *queretur, & quidquid ex portione hæreditaria*
,, *ad D. Benedictum spectante, ac pertinente re-*
,, *liquum foret, illud Petro, & Francisco Cohæ-*
,, *redibus prædictis accresceret, ac alias &c. pro.*
,, *ut in dicto testamento plenius dicitur contineri.*

b Testamentum Aloysii Salerno ex actis Vincen. Sarego Panormit. die 1. Febr. 1626.

,, *Cumque postmodum D. Benedictus antequam*
,, *professionem hujusmodi emitteret omnia, & sin-*
,, *gula bona, Jura, & actiones ad eum tam ratio-*
,, *ne Successionis hæreditariæ, quam alio quovis*
,, *modo spectantia, & pertinentia repudiasset, ea-*
,, *que prædicto Monasterio cessisset, & ad illud*
,, *transtulisset*[c]*, ac dilecti filii moderni Abbas, &*
,, *Conventus dicti Monasterii divini cultus incre-*
,, *mento, & Ordinis, & Congregationis prædi-*
,, *ctorum propagationi consulere desiderantes,*
,, *portionem ipsi Monasterio ex persona D. Bene-*
,, *dicti contingentem in erectionem, & dotatio-*
,, *nem alicujus Monasterii Ordinis, & Congre-*
,, *gationis hujusmodi in Civitate Panormitana*
,, *erigendi erogare decrevissent; Petrus verò, &*
,, *Franciscus prædicti de præmissis certiores facti*
,, *considerantes dictum ordinem ab eodem Sancto*
,, *Benedicto institutum tot, tantisque Patribus*
,, *Sanctitate, & vita probitatis exemplo, ac di-*
,, *sciplinæ regularis observantia, omnique virtu-*
,, *tum genere conspicuis per diversas Orbis Chri-*
,, *stiani regiones propagatum, Divino favente*
,, *Numine, jam tantis sæculis floruisse, illiusque*
,, *Monachos exemplari illorum vita, specialibus-*
,, *que exercitiis fructus in vinea Dom. præsertim*
,, *in locis, in quibus eorum cœnobia reperiuntur,*
,, *producere consuevisse uberiores; proindeque*
,, *erga eumdem Ordinem charitatis, & Religio-*
,, *nis ducti, terrestia in Cælestia, & transito-*
,, *ria in perpetua bona felici commercio commuta-*
,, *re cupientes; ne Abbas, & Conventus prædi-*
,, *cti a pio, & laudabili eorum proposito ob bono-*
,, *rum temporalium penuriam desistere cogeren-*
,, *tur. Sed ut desideratum, & optatum opus ad*
,, *Omnipotentis Dei majorem gloriam, ejusdem-*
,, *que Sancti venerationem faciliùs ad exitum*
,, *perduceretur redditum annuum tutum, & se-*
,, *curum, quadrigentarum, & viginti duarum*
,, *unciarum monetæ illarum partium, summam*
,, *octingentorum ducatorum auri de Camera, vel*
,, *circiter constituentium pro Monasterii sub invo-*
,, *catione SS. Benedicti, & Aloysii in prædicta*
,, *Civitate, & loco per dilectos filios Capitulum*
,, *dictæ Congregationis, seu Abbatem, & Con-*
,, *ventum prædictos designando, de nostro, & Se-*
,, *dis Apostolicæ beneplacito per Abbatem, &*
,, *Conventum hujusmodi eorum sumptibus, & ex-*
,, *pensis intra annum ex tunc proximum, & non-*
,, *dum elapsum impetrando, erigendi dote, ac*
,, *monachorum in eo pro tempore existentium con-*
,, *grua substentatione ex nunc prout tunc postquam*
,, *sic erectio fieret de eorum bonis merè laicalibus,*
,, *& paternis donarunt, & assignarunt; his ad-*
,, *jectis conditionibus, quod Abbas, & Conven-*
,, *tus Monasterii per præsentes erigendi pro tem-*
,, *pore existentes unam Missam singulis diebus in*
,, *perpetuum pro D. Aloysii anima refrigerio cele-*
,, *brare, seu celebrari facere tenerentur; ita ta-*
,, *men quod D. Petrus quandiu vixerit, eamdem*
,, *Missam per quemcumque Presbiterum alias*
,, *habilem, & idoneum sibique bene visum, & ab*
,, *Ordinario loci approbatum celebrari facere, li-*
,, *berè, & licitè possit, & valeat. Ipsique Abbas,*
,, *& Conventus Monasterii S. Martini super præ-*
,, *missis nostrum beneplacitum infra expressum*
,, *tempus non impetraverint, tunc, & eo casu di-*
,, *ctus*

c Renunciatio Benedicti Salerno ex Actis Joseph Serio Panor. 3. Septembris 1626.

A „ ctus redditus prædictarum unciarum 422. per Petrum, & Franciscum præfatos donatos, & assignatos, ut præfertur, ad eosdem pleno Jure revertatur, illisque liberè cedat in omnibus, & per omnia, ac si donationem, & assignationem prædictam non fecissent, prout in instrumento publico desuper confecto pleniùs etiam dicitur contineri. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat præmissis omnibus a Capitulo Generali Ordinis, & Congregationis præfatorum nuper habito diligenter consideratis, matureque discussis, Dilecti Filii Superiores Ordinis, & Con- B gregationis hujusmodi Capitulo Generali prædicto interessentes, eisque præmissis libenter consenserint; Fundatioque, & erectio Monasterii hujusmodi in prædicta Civitate plurimùm utilis, & fructuosa futura sit, ex eisque divinus cultus, & pia opera incrementum cum Ordinis & Congregationis prædictorum propagatione, ac dictæ Civitatis non mediocri ornamento, & illius incolarum spirituali consolatione conjunctum susceptura fore videatur; proptereaque tam Petrus, & Franciscus, ac Benedictus, C quàm Abbas, & Conventus Monast. S. Martini, Modestusque prædicti pro expressorum complemento Monasterium hujusmodi in dicta Civitate, & loco ad id decenti, ut præfertur, designando construi, & ædificari faciendi licentiam, & facultatem eis concedi, illudque ex nunc pro tunc postquam constructum, & ædificatum, ac omnibus suis partibus, & numeris absolutum fuerit in Monasterium sub prædicta invocatione Ordinis, & Congregationis hujusmodi erigi, & institui, illique sic erecto, & in- D stituto bona, & redditum annuum per Petrum, & Franciscum, ac Benedictum præfatos donata, & assignata insimul valoris in proprietate viginti millium quæ quadraginta millia, redditus autem annui 422 unciarum pariunt, quæ mille scut. moneta Romana, vel circiter constituunt pro illius dote de Ordinis, & Congregationis Superiorum prædictorum consensu applicari; aliasque eis in præmissis opportunè provideri plurimùm cupiant, pro illorum parte nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus piis eo- E rum votis hujusmodi annuere, ac alias in præmissis eis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui pro nostri Pastoralis Officii debito pia, & ad divinum cultum tendentia opera, ubique procurare, & promovere tenemur prædictos Petrum, & Franciscum, ac Benedictum, nec non Abbatem, & Conventum S. Martini, Modestumque prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ipsosque, & eorum quemlibet, Conventusque hujusmodi singulas perso- F nas a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis, a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, siquibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendorum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati ex voto Congregationis Vener. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium

„ præpositorum discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Petro, Francisco, & Benedicto, nec non, & Abbati, & Conventui Monasterii S. Martini, Modestoque prædictis in dicta Civitate, & loco, seu situ ad id apto, & commodo Monasterium hujusmodi cum Ecclesia, Campanili, & Campanis, Sacristia, Conventu, Claustro, Dormitorio, Refectorio, Hortis, Hortalitiis Cellis, aliisque Officinis necessariis, & opportunis, ac aliis ad Religiosorum habitationem requisitis construi, & ædificari faciendi licentiam, & facultatem authoritate nostra concedas, & impertiaris. At Monasterium hujusmodi ex nunc, prout ex tunc, & è contrà cum primùm illud constructum, & ædificatum fuerit in Monasterium Ordinis, & Congregationis hujusmodi sub SS. Benedicti, & Aloysii invocatione cum claustro, & aliis ejus membris prædictis per unius Abbatis, & unius Prioris, ac duodecim Monachorum in hoc illius primordio, ac cum majoribus redditibus annuis suffultum fuerit pro majoris, & competentis Monachorum numeri commoda habitatione, qui ibidem juxta regularia eorumdem Ordinis, & Congregationis, instituta vivere, & permanere, ac divinis laudibus insistere debeant, & teneantur, dummodo Ven. Fratris nostri moderni Archiepiscopi Panormitani ad hoc accedat consensus, & duodecim saltem Monachorum numerus in Monasterio hujusmodi exigendo manuteneatur ac in reliquis forma decret. fel. Record. Clementis VIII., & Gregorii XV. Roman. Pontif. Prædecessorum nostrorum super novorum Monasteriorum erectione editorum servetur, eadem authoritate nostra, perpetuò sine alicujus præjudicio erigas, & instituas, illique sic erecto, & instituto dilectum filium Alexandrum a Pan. Monachum expressè professum dicti Monast. S. Martini, illiusque Decanum, ac Cellerarium ac de ordine, & Congregatione prædictis benemeritum pro illius a primordio hujusmodi felici regimine, & gubernio in illius Priorem de Superiorum prædictorum consensu præficias, & redditum, ac bona prædicta per ipsos Petrum, & Franciscum, ac Benedictum, ut præfertur, donata, & assignata omniaque alia, proprietates, res, & bona quæcumque per novi Monasterii hujusmodi Abbatem, & Conventum prædictos pro tempore existentes emenda, & alias quomodolibet, & qualitercumque licitè tamen, & legitimè elargienda, donanda, & eroganda, & in quibusvis rebus consistentia, & cujuscumque qualitatis, speciei, & naturæ existentia etiam ex nunc prout ex tunc, & è contra cùm primùm illa empta, donata, assignata, & erogata fuerint. Itaque liceat illius Abbati, Priori, Conventui, & Monachis pro tempore existentibus per se, vel alium, seu alios eorum ac dicti Monasterii, ut præfertur erigendi nomine, seu nominibus corporalem, realem, & actualem possessionem, proprietatem rerum & bonorum hujusmodi cum omnibus juribus & pertinentiis suis propria authoritate liberè apprehendere, & apprehensa similiter perpetuò retinere, illorumque fructus, redditus,

„ *tus, proventus, Jura, & emolumenta quecumque percipere, exigere levare, arrendare, locare, dislocare, ac in suos necessarios usus, & utilitatem convertere, Diœcesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minimè requisita, Monasterio erigendo pariter perpetuò applices, & appropries. Cæterùm eidem Monasterio sic ut præfertur erigendo, hujusmodi illius Abbati, Priori, Conventui, Religiosis, cæterisque personis in eo pro tempore existentibus, qui omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, & exceptionibus,* B *prerogativis, antelationibus, favoribus, præeminentiis, indultis, facultatibus, concessionibus, aliisque gratiis tam spiritualibus, quàm temporalibus alias dicto Ordini, & Congregationi, Monasteriis, illorumque Abbatibus, & Præsidenti Generali, aliisque superioribus, Conventibus, Monachis, Religiosis, Conversis, Familiaribus, & personis, ac illorum intuitu, & contemplatione per quoscumque Romanos Pontifices, & Prædecessores nostros, & sedem prædictam sub qua* C *cumque verborum forma, & exceptione concessis hactenus, ac etiam iteratis vicibus confirmatis, & approbatis, ac in posterum pro tempore concedendis, confirmandis, & approbandis, ac quibus ipsi de Jure, consuetudine, Privilegio, alios quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent; ac uti, frui, potiri possunt, ac poterunt in futurum, dummodo tamen illa sint in usu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque Canonibus, ac Concilii Tridentini Decretis, ac Ordinis &* D *Congregationis prædictorum regularibus institutis, minimè contraria, non solùm ad eorum instar, sed æquè principaliter in omnibus, & per omnia absque ulla prorsus differentia, perinde ac si specialiter, & expresse, ac nominatim & specificè eidem Monasterio erigendo concessa fuissent; similiter perpetua concedas, & indulgeas. Denique Abbati, & Conventui erigendo quæcumque statuta, ordines, capitula, & decreta ad ejusdem Monasterii erigendi, illiusque personarum, rerum, ac bonorum tem-* E *poralium curam, regimen, & gubernium, directionem, & administrationem spectantia, & pertinentia, ac alias utilia, & necessaria, sacrisque Canonibus, & dicti Concilii Decretis, regularibusque institutis minimè contraria, & per sedem prædictam, si opus fuerit, approbanda, & confirmanda, faciendi, & edendi, ac quoties pro rerum, & temporum qualitate videbitur expediens, illa immutandi, corrigendi, & moderandi, & in meliùs reformandi, ac etiam alia ex integro concedendi plenam, liberam, &* F *omnimodam facultatem, & authoritatem pariter perpetuo concedas, & elargiaris. Demum Petro, Francisco, & Benedicto Fundatoribus & Dotatoribus prædictis, aliisque ab eis causam, & jus habentibus, & pro tempore habituris in gratia fundationis, & dotationis hujusmodi Jus Patronatus honorificum dicti novi Monasterii, & illius Ecclesiæ; itaque ipsi omnibus, & singulis honoribus, prærogativis, præeminentiis, privilegiis, & facultatibus, ac gratiis tam* A *spiritualibus, quàm temporalibus, quibus Monasteriorum, & Ecclesiarum, ac locorum regularium quorumcumque veri, & primævi Fundatores de Jure, vel Consuetudine, aut aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere, possunt, & poterunt quomodolibet in futurum in omnibus, & per omnia pariformiter, & æquè principaliter absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, & gaudere, ac in Capella in Ecclesia novi Monasterii hujusmodi construenda, ac Divo Aloysio ædicanda eorum insignia, &* B *tabellas, seu descriptiones, fundationem, & dotationem prædictas indicantes, affigi, seu depingi; ibique cadavera illorum ex Familia de Salernis deinceps decedentium, sine tamen jurium parochialium præjudicio transferri, & in ea honorificè recondi, & sepeliri facere liberè, & licitè possint, & valeant, itidem perpetuo concedas, & assignes. Præsentes quoque literas semper, & perpetuò concedas, & assignes validas, & efficaces esse, & fore, suosque ple-* C *narios, & integros effectus sortiri, & obtinere, Sicque ab omnibus, & singulis censeri, & ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios judicari, & definiri debere, ac quidquid secus super his a quoque quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernas, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus* D *Apostolicis, nec non Ordinis, & Congregationis prædictorum, & Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1627. XV. Kalendas Septembris Pontificatus nostri anno V. Hactenus Pontifex.* Fuerat porro de insigniis familiæ in Capella D. Aloysii apponendis, ut in decreto præscribitur, acrius in Capitulo Generali disputatum; sed tan-* E *dem pro fundatoribus decretum.) Ex tab. Monast. Vol. 1.

Hac pontificia muniti Patres facultate, constituto primo Abbate *D. Prospero de Robore à Panormo*, festivis quidem sacris cæremoniis die 28. Augusti festo S. Augustini an. 1629. aperta est primum Ecclesia. 1629. Urgente interim Cassin. Congreg. decreto, *ut intra Urbis septa firmarent sedem*. Abbas 2. D. *Stephanus de Amico* rem seriùs agens, an. 1134. sub eodem *SS. Benedicti, & Aloysii* ad nova in Pypirito Horatii 1634. Gioncardi ædificia commigrandum curavit; ibi F præficitur 3. Abbas *D. Alexander Orioles à Panor.* & eodem obiit anno, mens. Aug. cui sufficitur 4. Abb. *D. Theodorus à Brescia*, qui an. 1635. de Cardin. Doriæ Arch. Panor. facultate, 1635. & Nation. Insubriæ, seu Lombardæ Patronæ pactionibus [a] *ad S. Caroli Borromæi* cum suis transiit. a Instrumentum penes Monast. Successoribus Abb. *D. Thoma à Panor.* 6. *D. Benedicto à Mantua*, & an. 1640. 7. *D.* 1640. *Urbano Susino à Panor.* inceptum segniter promoventibus; felici omine ann. 1643. 8. præfi- 1643. citur *D. Epiphanius Bellacera à Panor.* [b] vir b De eo supra. sem-

semper omni laude commendandus; hic B. Angeli Senesii primi reædificatoris nostri Gregor. Monast. vestigia, moresque semper secutus, quatuor sui memorabilis regiminis annorum spatio & ad profundissima, amplissimaque fundamenta firmanda pro sumptuosissimo Cœnobio, ac *D. Caroli* templo xv. aureorum millia expendit, & ad 700. annuas uncias redditus adauxit. An. 1648. festo S. Josephi die 19. Mart. præsente Panor. Senatu in nova sacra æde solemni, ac pontificali ritu primam celebravit Missam. Post ad Monteregalense cum gloria transeunti subrogatur 9. Abb. *D. Flaminius Patè à Mess.* vir utique litterarum etiam Græcarum peritia, & regiminis laudibus præclarus, qui dum in patrio S. Placidi Monast. administrat, hic Administratorem agit noster Bellacera.

Supplementum P. D. Viti, Mariæ Amici.

Facultas Proreg. construendi Monast. 28. Nov. 1628.

„ HAc Pontificia muniti Patres facultate primum Abbatem eodem anno

„ 1. *Dom. Prosperum la Rovere* Patria & Cucullo *Panormitanum* elegerunt. Hic, jactis novis fundamentis eodem in loco, extra Portam Novam scilicet, impigrè Monasterii constructionem est prosequutus, & sacra, ac familiari supellectile comparata festivis ceremonis die 28. Augusti Festo S. Augustini anno 1629. Ecclesiam magna totius Populi, ac Procerum gratulatione primum aperuit. Dehinc suo S. Martini cœnobio præesse jussus, quinquennio expleto, discessit.

„ 2. *D. Basilius à Bononia* Abbas designatur anno 1633. qui post menses octo

„ 3. *D. Stephano de Amico* locum cessit. Urgente interim Cassinensis Congregationis Decreto, *ut intra Urbis septa firmarent sedem* Monachi, Stephanus rem serius agens, sub eodem SS. Benedicti, & Aloysii nomine, ad nova in Papyreto Horatii Giancardi ædificia commigrandum curavit; sed cum ob mortem Prosperi de Rovere ad S. Martini regimen evocaretur, id perficiendum successori reliquit.

„ 4. *D. Joannes Baptista a Montopoli*, cujus vices D. Epiphanius Bellacera Prior Administrator subiit, & Monasterium in Urbem transtulit.

„ 5. *D. Alexander Orioles* ex præclara Familia Panormi natus, meritisque exigentibus ad Abbatiam per omnes Religionis gradus evectus, non post multum mense Augusti moritur. Alexandro, dum in minoribus ageret, Abbatialem dignitatem, ac post Abbatiam brevi etiam mortem prænunciavit Fr. Antonius a Monteregali commissus, vitæ Sanctitate, ac Prophetiæ dono illustris, cujus vitam ipsemet Alexander descripsit an. 1632.

„ 6. *D. Joannes Baptista a Montopoli* secunda vice, sed cum in Italia substitisset, Epiphanius Bellacera iterum ejus loco cœnobium administravit; atque anno 1635. de Cardinalis Doriæ Archiepiscopi Panormitani facultate, & Nationis Insubriæ, seu Lombardæ Patronæ pactionibus ad S. Caroli Borromei cum suis transiit, loco illo Papyrati ob aeris insalubritatem relicto.

„ 7. *D. Honoratus a Voloterra* tribus mensibus rexit.

„ 8. *D. Thomas a Panormo* S. Mariæ Montisregalis Alumnus anno 1637. duobus annis optimè gubernavit.

„ 9. *D. Theodorus a Brixia* S. Euphemiæ Brixiensis Monachus Abbas noster ædificiis intendit, ac anno uno præfuit.

„ 10. *D. Urbanus Susinno a Panormo* ex Abbate S. Mariæ de la Croma Ragusiæ cœnobii SS. Benedicti, & Aloysii deputatur, post biennium ad suum S. Martini assumitur.

„ 11. *D. Epiphanius Bellacera*, de quo superius, hic inceptum ab se opus perficit, Beati Angeli Senesii primi reædificatoris nostri Gregoriani Monasterii vestigia, moresque semper sequutus, quatuor sui memorabilis regiminis annorum spatio ad profundissima, amplissimaque fundamenta firmanda pro sumptuosissimo cœnobio, ac Divi Caroli Templo XV. millia expendit, & ad 700. annuas uncias redditus advexit an. 1648. festo S. Josephi die 19. Martii, præsente Panorm. Senatu in nova Sacra Æde solemni, ac Pontificali ritu primam celebravit Missam. Post ad Monteregalense cum gloria transeunti.

„ 12. *D. Flaminius Patè a Messana* subrogatur, vir utique literarum etiam græcarum peritia, & regiminis laudibus præclarus, qui dum in Patrio S. Placidi Monasterio administraret, in S. Caroli idem Epiphanius Bellacera gubernacula gessit.

„ 13. *D. Franciscus Cajetano a Catana*, de quo in not. Monast. S. Nicolai de Arenis, mensibus octo laudabiliter præfuit.

„ 14. *D. Prothasius a Bononia* eodem anno.

„ 15. *D. Javita a Brixia*, cujus vices D. Zaccarias Platamone Abbas, & ipse gessit, atque sacro integri Corporis S. Felicis Mar. dono cœnobium exornatum voluit. Præfuit mensibus Septem.

„ 16. *D. Maurus a Paternione* S. Nicolai Monachus prudentia, ac zelo Divini cultus præcipuus, annis duobus magna cum laude administrationem gessit.

„ 17. *D. Paulus a Monteregali* S. Petri Savilliani Alumnus; sed ejus partes D. Epiphanius sæpius commendatus suscepit, qui sibi ipsi semper æqualis Capellam Majorem, seu Absidem, ac Chorum instruxit, sacrarium ditavit.

„ 18. *D. Michael Cimbalo Panormitanus* S. Martini Professus, ex Abbate S. Mariæ Ragusiæ ad S. Caroli translatus regimen, Ecclesia pulvere marmoreo, ut ajunt, ornavit, postquam

„ 19. *D. Zaccarias Platamonius a Panormo*. Hic statim Sacrarium perficiendum curavit, ac sacris vestibus, reliquiis SS. aliisque ornamentis instruxit. Aulas pro Abbate satis commodas instituit, atque ære alieno gravatum cœnobium servavit. Ibidem ex apoplexia mortuus anno 1657. die 3. Octobris magno castro doloris erecto, oratione funebri, ac aliis condignis honoribus

„ sepelitur. De eo superius ad anno 1649. A
„ 20. *D. Claudius Capunnetto a Catana* e cœnobio S. Mariæ Gangii Veteris huc translatus zelo disciplinæ regularis, divini honoris incremento, ac pietate se commendavit.
„ 21. *D. David Reitanus a Messana* ex Abbate S. Flavia Calatanissetta anno integro rem Monasticam bene administrat.
„ 22. *D. Thomas Barone a Monteregali* post Præfecturam Catanæ, & in Monteregali gestam nostro regendo assumitur, quod per biennium tenuit. B
„ 23. *D. Michael Cimbalo a Panormo* secunda vice die 6. Maii 1662. electus 4. annis.
„ 24. *D. Petrus Maria Piaggia a Panormo* in S. Martino Professus, post annum regimini ejusdem S. Martini ad motus discessit; ejusque loco
„ 25. *D. Cæsareus Bellacera* Epiphanii Nepos 28. Octobris Abbas nostri cœnobii renunciatur 1667. morum suavitate, ac zelo præcipuus,
„ 26. *D. Alexander Orioles* alterius Nepos, C triennio exacto ad S. Nicolai de Arenis cænobium regendum secundo amandatur.
„ 27. *D. Cæsareus Bellacera* denuo anno uno: de eo superius.
„ 28. *D. Stephanus Mutinco a Messana* S. Placidi Alumnus per biennium.
„ 29. *D. Zaccarias Firmatura* a Panormo nobilitate generis clarus, sed vitæ, ac morum præstantia clarior, post præfecturas varias Ragusii, Gangii, ac Messanæ Abbas Administrator primùm dehinc sequenti anno D Patrum decreto Abbas eligitur S. S. Aloysii, & Benedicti; ubi prudentia morumque suavitate plurimum enituit. Rexit annis 4. Nostri Zaccariæ ejusque Pietatis in Parentem perenne monimentum extat in Ecclesia S. Mariæ de Catena Panormi Clericorum Regularium, ubi eximium videtur ex marmore sepulcrum ab ipsomet Zaccaria Patri Optimo positum. Anno 1680. Montis Regalis Monasterio Administrator assignatus, dehinc ad Generale Capitulum profectus, cum E in Siciliam rediret a Piratis captus paulo post Albe Juliæ (Algieri) ærumnis confectus moritur.
„ 30. *D. Petrus Maria Piaggia* altera vice, sed anno nondum expleto, die 2. Martii ibidem obiit in suo S. Martini cęnobio sepultus;
„ 31. *D. Anselmus Salvo a Panormo*, de quo superius, ubi de S. Martini Abbatibus. Præfuit anno uno ad suum translatus.
„ 32. *D. Hieronymus a Panormo* magna cum laude per triennium administravit. F
„ 33. *D. Pius Costa* in S. Martino professus, quem supra Monasterii sui Abbatem inspeximus, per omnes Religionis gradus ad hanc evectus dignitatem, huic Monasterio Abbas designatur anno 1687. eoque non vulgari industria, atque incremento gubernato integro quinquennio alibi præficitur.
„ 34. *D. Archangelus Carbone a Panormo* vitæ meritis exigentibus Abbatiali dignitate auctus, a zelo, prudentia, doctrina, ac morum facilitate commendatus: annis sex curam gessit quam maxima sedulitate, ac sibi, & subditorum bono; ædificiis reparatis, familiari supellectili, & sacra, Ecclesia, ac Cœnobio concinnato; ex quo ad S. Martini assumptus locum cessit.
„ 35. *D. Hieronymo Maria Cannarazzo a Panormo*, qui ex Priore Abbas Generalis Capituli suffragio renunciatus, sexennio præfuit: ad suum dehinc S. Martini translatus, ubi brevi senex obiit.
„ 36. *D. Archangelus Carbone* 2. vice per annos quatuor omnium sibi conciliavit amorem; ad S. Benedicti Militelli regimen amandatus, ibi diem clausit. De eo superius.
„ 37. *D. Honoratus Salerno a Panormo*. Hic ad magna molienda natus, annis duobus, quibus rexit, suis, ac alienis acceptus adeo se probavit, ut S. Martini Abbate demortuo, illi fuerit statim ejusdem cęnobii cura delegata; brevi nihilominus sui regiminis spatio S. Caroli Ecclesiam ornavit, Sacrarium Lipsanariis, ac vestibus auxit, rem familiarem promovit.
„ 38. *D. Antonius Russo a Catana* Montisregalis Monachus, vitæ integritate præcipuus per quadriennium.
„ 39. *D. Honoratus Salerno* 2. sibi haud absimilis per tres annos laudabiliter versatus, inde Præsidens totius Congregationis adligitur.
„ 40. *D. Franciscus Bellacera a Panormo* biennio expræfectus, zelo, prudenti administratione, ac morum lenitate emicuit, inde ad S. Martini curam promotus.
„ 41. *D. Honorius Silvestro ab Urbe*, cujus vices D. Joannes Evangelista Scotto a Panormo Prior omni exceptione major tenuit anno integro.
„ 42. *D. Honoratus Salerno* tertia jam vice annis quinque.
„ 43. *Michael Iudice*, de quo nunquam pro merito, speciali summi Pontificis commendatione, ac totius Congregationis Decreto huic cęnobio destinatus, post triennium facili, atque affabili pro suo more comitate exactum, septuagenario major, gloria non vulgari cumulatus, civium omnium dolore, inter suorum manus, & lacrymas decessit.
„ 44. *D. Franciscus Bellacera* è suo S. Martini translatus 2. vice ad hujus regimen felici auspicio delegatus, Provinciam sibi commissam preclarè ad hunc usq; diem exornat.) S. Caroli Templum divino augetur cultu in dies, atque sacro *integri Corp. S. Felicis M.* dono ab Abb. Platamone exornatur. Incolentes Patres, nunc XII. in posterum XXIV. & X. oblati sumptibus magni Monast. S. Martini alentur.

De Monasteriis, quæ olim Magno Gregoriano Sancti Martini Cęnobio parebant.

PRIMUM *S. Mariæ de Angelis*, nunc *S. Joannis de Bayda*, in Saracenico olim oppidu-

piduo, quod Rex Guillel. II. per commutationem cum Castello Corleonis, & Eccl. S. Sylvestri, Gualterio Arch. Panor. concessit, in diplom. an. 1177. [a] sic. *Casale, quod Bayda dicitur, quod est prope Panormum ad partem Orientis cum omnibus institiis, divisis, & tenimentis, & Villanis ipsius Casalis*, conditum à Manfredo Claramont. Motycæ Comite, Regni Amirato, Regionisque Panormit. Præside. Hic, ne juri Eccl. Panormit. inferretur præjudicium, ac Archiep. F. Matthæus, permutationis cum feudo *Cudemis* confirmationem ab Urbano VI. expostulaverunt. Pontifex rem, *ut constaret de Ecclesf. utilitate*, an. sui pont. 7. 14. Mart. è Nuoeria Thomæ Episc. Catanensi, sed. Apost. in Sicilia Nuncio demandat, qui in actis Nicolai Castroni 13. *Feb.* 13. ind. an. 1377. [b] auctoritate pontificia permutationem laudavit; quibus in Castroni tabulis fit mentio de Antiquissimo *S. Ioannis*, cujus pervetusta adest imago, templo in Casali Baydæ jurisdictionis Panormitani Archiepiscopatus.

[a] Habes integrum in nostro lib. 1. not. 3. & apud. Lell. … fol. 8.

[b] In archivio monast. sed. acc. 3. lib. 5. fol. 188. sub an. 13… mense Aug. dicit Fazell.

Rebus bene apostolico indulto firmatis: in elato nonnihil tumulo, qui Acuto Monti Altissimo subest, insigne *D. Mariæ de Angelis*, cujus in tabula deaurata imago adhuc perspicitur, templum, & adjunctum Cœnobium locupletissimè ditatum, novis ædificiis, claustroque ædificavit; suisque gentilitiis stemmatibus exornavit, quod non monachis Cistercien. (ut putant Fazell. [c], & Lellus P. 2. fol. 19. & decipitur P. Cajetanus, & Wion in nominis similitudine Baydæ [d]) sed Bened. dedit ex monast. S. Martini, cujus Abb. moderationi perpetuæ subjecit. Id sanè voluit Manfredus ad suæ conscientiæ tuitionem, ob mala his attributa [e], ac erga D. Benedictum suum tutelarem devotionem, inde conceptam; voluitque cœnobitas hujusmodi, ut è loco invio, & aspero Castellacii, in hunc amœniss. undique fulcissimis irriguum aquis, in jucundissimo Panorm. ora maritimæ prospectu locum commigrarent.

[c] Ibid. & in fine Histor. Sicil.

[d] Nos refellimus l. 3. not. 1. Syrac.

[e] Lege superius in Senesi Ab.

1. *F. Ancelinus de Oliveri* ex monasterio S. Martini primus præficitur Prior; ex eisdem Castroni tabulis. [f]

[f] In actis Castronis.

2. *F. Vincentius Vernagallus* in eodem S. Martini cœnobio ann. 1370. professus [g] simul & Prior S. Annæ de Scalis ex unione facta utriusque, Rege Martino confirmante, lib. Prot. an. 1392. fol. 47.

[g] Ex tab. monast.

1388. Per hæc tempora præclarissima Claramontanorum progenies obtruncatione Comitis Andreæ (hic si Manfredi pietatis cultoris, & æqui observantissimi paterna monita suscepisset, suæ genti pernicies non esset) à Rege defecit Martino, qui non solum temporalia, sed etiam Ecclesiastica hæreditaria ejus jura suæ adscripsit

1398. Curiæ. Quamobrem ex dipl. dat. Panorm. 19. Jan. 7. ind. 1398. Prot. an. 1398. fol. 169.

3. *F. Thomam de Thermis Ordinis Minorum Episcopum Colopensem* constituit *Gubernatorem Beneficiorum S. Mariæ de Angelis Prioratus, in territorio Urbis Panorm.* asserens; *Ut cum olim quondam nobilis Manfredus de Claramonte, divino zelo commotus, dotavit monasterium antefatum, priusquam illud fundaret, statuisset non nullis boni stabilibus in dotibus, & proventibus bonorum existentium in dicta Urbe, & territorio Panorm. Nos post rebellionem quondam Andreæ, & Henrici de Claramonte nostrorum etiam rebellium: ob quorum crimen læsæ Majestatis, omnium ipsorum bona erant Nostra Curia rationabiliter confiscata; ideò concedimus ea monasterio prædicto &c.*

Fr. *Ancelinus* tamen è monachorum cœtu Prior jure electus, ea dignitate privari adversus Gubernatorem F. Thomam, nullo modo posse contendebat. Insurgit interim *F. Antonius de Pactis Pan. S. Martini alumnus* contra utrosque, asserens suam Prioratus hujus juridicam electionem confirmandam esse. Sed mandato Regis, ex lit. 10. martii 6. ind. 1399. in Canc. fol. 80. & lib. an. 1402. fol. 197. & lib. Reg. Monar. fol. 384. per Vicarios Ecclesiæ Panorm. ad rem decidendam electos, *ut in possessione F. Thomas manuteneatur*, sancitum est. 1399.

F. Antonius de Marchisana uti alumnus Monasterii S. Martini inter litigantes, à PP. Martino V. an. 1. sui pont. Prioratum exoravit. Sed ne partium juri quæsito præjudicium inferretur, executionem suspendendam Alphonsus Rex voluit. 1419.

F. Joannes de Aratre ejusdem monasterii filius ab eodem Pont. subreptitias, *ut sibi daretur Prioratus*, bullas obtinuit, quæ in Regno effectu caruerunt. Proreges ab Archiep. Panor. Ubertino de Marinis litem provisorum diluendam statuerunt [h]. Qui pro F. Antonio adjudicavit. Sed ob crimina commissa prioratu privatur.

[h] In Reg. Canc. sub an. 1418 f. 196. & Prot. fol. 396.

F. Franciscus de Rivaldo ejusdem S. Martini monachus per Proregis litt. an. 1427. [i] subrogatur. Quod non laudavit Rex, sed elegit

[i] Ibid. an. 1427. fol. 61.

F. Antonium de Leontino Regiæ Capellæ Cantorem. Iste quod Benedictinam regulam in S. Martino non fuerat professus, Abbatialem hanc (ita vocari video) dignitatem Regi lubens restituit [k]. 1428.

[k] Ibid. anno 1428. fol. 159.

Nec unquam à cœnobitarum Magni Monasterii S. Martini, quibus ab initio, & successivè paruit, moderatione, atque suffragio defecerunt Religiosi isti.

F. Guillelmum Crassemannum Placiensem Monachum S. Martini de Scalis Panor. id temporis an. 1421. *Priorem, seu Abbatem S. Mariæ de Angelis Bayda Panor.* lego, eumque Siculæ Congregationis Benedictinæ Visitatorem, in loco Fundronis ad hospitium & Grangiam S. Martini, cœnobium ejusdem ordinis fundasse [l]. Licèt ob loci paupertatem, aliquot deficerent religiosi, & Reges Siculi in commendam concederent, reversi sunt in sua antiqua claustra.

[l] Nos lib. 3. not. 1. Catan. & infra.

Anno 1455. *Frater Petrus Lombardus Benedictinus professus in S. Martino*, ex Regia Alphonsi præsentatione dat. Turri 14. Jan. 4. ind. 1455. [m] Abbas constituitur. Is mox zelo suæ religionis permotus, pontificium Callixti III. diploma scriptum Romæ 6. Kal. Decemb. ann. eodem impetravit: quod *Monasterium S. Mariæ de Angelis Bayda Panor. gaudere posset omnibus privilegiis, indulgentiis, & immunitatibus S. Martini de Scalis Fel. Urbis Panormi. Ac in illud ipse Abbas duodecim monachos ejusdem ordinis* 1455.

[m] In regesto fact. Jo. de Vincentio fol. 2.

Privilegia mon. Baydæ.

nis S. Bened. à quocunque monasterio, & locis, absque alicujus licentia transferre valeat. Prioratum quoque S. Annæ de Scalis Panormi unitum habeat. Denuo cœnobitæ huc regrediuntur, & ab illo S. Martini *vestiaria*, ut vocant ad ann. 1464. recipiunt. De hoc Abbate Petro fit mentio in lib. secret. sub anno 1462. f. 140. cum Rex Joannes datis litt. an. 1464. 13. ind. in lib. merced. ann. 1464. huic Abbati in commutationem quorundam redditum Monasterio debitorum, aliquot census Regiæ Curiæ tribuit. Tandem Fr. Petrus senectute confectus, magna sui regiminis laude an. 1468. obdormivit in Domino. („ At F. Petrus vivebat „ an. 1473. nam eidem & F. Nicolao Montana „ Priori S. Nicolai de Nemora Sixtus IV. de- „ mandavit, & lit. apost. 7. idus Julii 1472. „ examen concessionis feudi Brucati, factæ ab „ Archiepiscopo; & condito rite examine, con- „ cessionem confirmarunt. In tab. Gabrielis „ Rossi 7. Maii 1473. exinde exscriptam in „ tab. Hieronymi Ciriaci Panor. 1. Aprilis „ 1620.) Ob hujus obitum, eodem anno constituitur Abbas Commendatarius

F. Hadrianus Agliata ord. Franciscani per lit. Regis Joan. dat Barcinonæ 20. Novembr. xi. ind. in Reg. Cancel. ann. 1468. fol. 193. & Prot. fol. 69. tanquam de jure patron executioni mandatas per litt. Proregis 16. Maii ejusdem an. 1468. in lib. Secr. fol. 161. cum pontificia Sixti IV. confirmatione Romæ 5. Kal. Junii pont. an. 7. sal. 1478. In Prot. eo. an. 6. ind. 14. Julii fol. 236. Fuit etiam Prior Commendatarius S. Mariæ de Burgitabus ordinis quoque S. Benedicti. Huic sufficitur, volentibus eodem Pont. & Rege Ferdin. II.

F. Dominicus de Guarino S. Martini alumnus Abbas S. Mariæ de Angelis, alias de Bayda. Isti idem Sixtus PP. ex rescripto Romæ 6. id. oct. an. 1482. demandat caussam revocationis feudorum Hiracelli Xactabeni, ac aliorum cum Terris spectantibus ad Ecclesiam Panormitanam, atque cum Abbate S. Mariæ de Bosco Innocentius VIII. anno 1487. decidendam caussam concessionis feudorum Prioratus S. Mariæ Sabuci concessit ᵃ, Archiep. Philip. de Aragonia simul & Abbate S. Jo. de Eremitis ᵇ rem urgente. Cujus successor Joannes de Paternione monachus è S. Benedicti disciplina, vir in utroque jure consultissimus ab an. 1496. & monasterium ipsum, & jura quæque illius, tanquam caussa permutationis cum Castello Corleonis (ut suprà diximus) à Guill. II. Rege concessa Panormitanæ mensæ revocare, ac denuò unire studuit. Lite pendente, è vita decedenti Guarino Abbati subrogatur è Rege Ferd. II. primum *Hugo de Moncada eques Hierosol. Prior S. Euphemiæ in Calabria*, post mutato consilio, *Joannes de Burgos diœces. Burgen.* vir doctus & religiosus; qui jura Panormitanæ Eccl. in contradictorio judicio allata bene perscrutatus, omne jus regii patronatus eidem Regi restituit in gratiam Archiepiscopi.

a Not. lib. 3. Not. 3.

b Lib. 1.

Porro Ferdinandus Rex, re coram se rectè discussa, & regias concessiones Panormitanæ Ecclesiæ suffragari cognoscens, suis litteris exscriptis in lib. Prot. 2. Feb. 3. ind. 1510. Prot. fol. 247 omnino & *Cœnobium (dummodo in eo monachi semper alantur,) & illius jura quæque in perpetuum Archiepiscopali mensa uniantur*, decrevit; quod suo pontificio diplomate 3. Kal. jan. pont. an. 8. In Reg. Cancel. an. 1499. f. 519. communivit Alexander IV.

Unio Monast. Eccl. Panor.

Mox optimus Præsul suæ propagandæ jurisdictionis, augendæque Ecclesiasticæ fortunæ studiosissimus templum, & cœnobium non solùm reparavit, nobilibusque ædificiis exornavit (ut in trabe Ecclesiæ sub pedibus Crucifixi legimus: *Jo. Paternionus Cathena oriundus Archiep. Panor.* 1506. amænissimos hortos, fontesque (hac inscriptione 1511. 8. *ind.* 21. *Julii Jo. Paternionus Archiep. Panorm.*) ad sui, & successorum animi gratiam adauxit. Sed sub antiquo & suo nomine, *S. Ioanni Baptistæ*, cujus marmoreum affabrè exsculptam dedit simulacrum, dedicari voluit, ac præclarum illi condidit sacellum in area. Inde *Monasterium S. Ioannis de Bayda* dici cœpit, in lib. Reg. Canc. sub an. 1499. fol 519. & nos in not. Panor.

Quando dici cœpit, *S. Jo. de Bayda*.

Semper sub Abbatis S. Martini, Priorem ibi ex suis deligentis moderamine voluit Archiepiscopus, ac facta conventione cum Abbate D. Vincentio de Neapoli an. 1507. primo Octob. 11. ind. monachos revocandos illuc studuit. Inde religiosissimi illi viri propter inevitabiles, & frequentes accessus, occasione visitandi templi, (ut adhuc servatur quotidie) populi concurrentis, maximè fœminarum, sub velamine indulgentiarum, iterum, eo relicto, ad suum commigravere. Verùm successores Præsules Panormitani ad firmandam fundatoris Manfredi dispositionem, ac Regum concedentium monita, ad Haedum usque, sæpè sæpius monachos, quibus omnes Abbatiæ redditus offerebant, per publica instrumenta accerserunt. Sub Archiep. Petro Tagliavia presbyteros sæculares incoluisse quædam Imago Virginis Assumptæ, hac inscriptione: *Hoc opus fieri fecit clericus Nicodemus de Silvestro Anno dom.* 1549. demonstrat. 1549.
Quare Octavianus Præconius successor claustrum Fonte nobilitavit, in marmore inscriptis ejus stemmatibus, his verbis: *Publicæ Commoditati, F. Octavianus de Pracone Arch. Panorm. Anno* 1567. sub Jacobo Io Mellino Fratres Carmelitæ incolebant, ita sanè nos monet quædam S. Rocchi imago, in Porticu depicta; ad cujus pedes orans sic *F. Laurentius pinxit. Ave prudens medice, pestisque propulsator, in morbis epidemicis sis nobis sublevator, & apud Regem gloria, Rocche suffragator. Anno sal.* 1575. *Per- actum tempore, in quo Fratres Carmelitæ extabant*. Tandem Haedus sub an. 1598. Fratribus Franciscanis de Observantia indulsit, & adhuc ex fidelium Panorm. eleemosynis degunt.

1567.

SECUNDUM *S. Mariæ de Succursu*, in agro Marsalæ claustralem Prioratum Ordinis S. Benedicti, à quinque ejusdem cultoribus erigendum *in Feudum delle Balate* ex apostol. Urbani VI. sub anno 1587. rescripto, unitur nostro S. Martini à quo moderationem, juraque omnia semper suscepit. Ad istud inveniendum, totam adhibui diligentiam, & nihil certi sum asse-

A assecutus. Solùm in Mazara *Templum S. Mariæ de succursu ab an. 1496. datum Augustinianis* [a].

a Nos lib. 3. not. 6.

TERTIUM *S. Maria de Fundrò* in diœcesi Catanensi longè pass. 5. m. à Civitate Castri Joannis, an. 1421. ex rescripto Martini V. Romæ 6. Junii pont. an. 6. à F. Guillelmo Crescemanno monacho professo nostri Monasterii S. Martini, tunc electo Abbate S. Mariæ de Angelis, seu Baydæ, ab eisdem S. Martini cucullatis, & ab eodem Pont. Visitatore Monasteriorum Siciliæ constituto, in Xenodochium Hospitium seu Grangiam suorum cœnobitarum B exædificatum, illisque communicatis immunitatibus, privilegiisque, immediatè subjectum est, ut nos latiùs in lib. III. not. 5.

Addam tamen verba Episc. in privil. 1452. 6. Jan. apposita, rem urgente Abbate S. Martini Laurentio Ferraro [b]. *Nos Guillelmus Episcop. Catanensis &c. Vidimus in Bullis Apostol. Monasterium S. Mariæ de Fundrone territorii Castri Ioannis fuisse, & esse subjectum, imò Grangiam Monasterii S. Martini, de Panormo, & fuisse potestatis, & jurisdictionis Reverendi* C *Abbatis dicti Monasterii S. Martini, qui pro tempore fuerit, tam in eligendo Priore, quàm in aliis omnibus penitus subditum, & à nostra jurisdictione totaliter separatum, &c.* Sed ab anno 1483. cuncta Benedictina nostra Monasteria in unam *Siculam Congregationem* conflantur: quarè de Primi Abbatis F. Petri Gienco, sive Græco monachi professi in S. Martini, electione dubitatum est. Papa verò Sixtus IV. demandavit caussam F. Mauro Abbati S. Nicolai de Arenis. Hic *eundem F. Petrum canonice, & apostol. auctori-* D *tate, de more Cassinensis Congregationis deligendum* 13. Maji an. 1478. decrevit.

b In lib. Privil. Sicil. fol. 290. & lib. Cancel. reg. eo. anno fol. 218.

Anno tandem 1506. uni Cassinensi S. Justinæ de Padua Congregationi aggregatis monasteriis, Frater Petrus, retento abbatiali titulo, in suum paternum S. Martini reversus, ibi sanctè obiit. Et hoc Fundrense cum aliis paruit Cassinensi. An. 1622. sub Prorege Philiberto, eo relicto, in Placiam transmigrarunt monachi, ubi in æde S. Rocchi, adhuc sub Abbate degunt suo [c].

c Nos lib. 3. not. 1.

Proventus annui erant unc. 240. onera dan- E darum regiarum unc. 7. 14. Abbas in Gen. Siculorum præsulum consessu 64. profert suffragiū. („ De eo integram dabimus inferius Notitiam.)

QUARTUM *Sancti Petri de Politio* delubrum antiquissimum à Civitate 500. p. distans, adhuc magnæ devotionis apud accolas, & in die festo SS. Philippi, & Jacobi App. solemni religiosorum processione visitatur. Erat id juris patronatus nobilissimæ Politiensis familiæ *Guar-* F *dabaxorum*, ex qua suam trahens originem, & jura Andreas Guardabaxo eques Panormitanus, per testamentarias tabulas in Notar. Manfredo la Muta Panorm. sub 30. Martii 3. ind. 1410. in [d] cunctis suis bonis Monasterium S. Martini universalem præscripsit hæredem; ac etiam in æde S. Petri extra mœnia Politii, ab eodem constructa, cum jure patronatus in ea eligendi Sacellanum perpetuum, ex concessione diœcesani Episc. Cephaleden. tunc Nicolai, dato diplom. Cephalædi 12. Feb. 1360. Andrea defuncto, nostri Monachi capellanos successores semper sublegerunt. Horum segnitie, inertiaque delubrum ipsum demolitum, an. 1480. Presb. Rogerius Gala Polit. tunc ultimus Capellanus, ab hisdem nostris monachis obtinuit, hac adjecta in publico instrumento obligatione, juramento firmata: illud scilicet meliori restaurandi forma, pinguiori augendi dote, atque illos Benedictinos Fratres, qui in Prioratu S. Crucis de Politio degebant (nec abs re credendum est hos subditos fuisse Monasterio S. Martini: nam ann. 1470. Palmerius Adranæ illius Abbas constituit procuratorem ad revindicanda, administranda bona monasterii in Politio, atque celebrandas missas in ecclesia SS. Philippi, & Jacobi, seu Sanctæ Crucis illius, Franciscum Guastalacqua religiosum Polit. post Abbatem Commendatarium, a Ferd. Rege) [e] introducendum in novum fundandum S. Petri Prioratum, seu Grangiam nostro S. Martini subjectum. Jus patronatus eligendi successores Priores, ipso primum constituto, per privil. 13. Nov. 14. ind. 1480. corroboravit Vicarius Cephalæd. onere tamen Ecclesiæ Cathedrali solvendi annuam ceræ libram, suo diplomate dato Politii in visitatione 9. Octob. ind. 2. an. 1482. Quod pro se, suisque successoribus approbavit Jo. Gactus Antistes Cephal. An. 1577. circiter ob incommoda, ad suum S. Martini rediere cœnobitæ. Jus offerendi Priorem, adhuc insignia Benedictina gestantem, cum confirmatione Diœc. Epis. & redditibus unc. XI. hodie presbyt. Dominicum de Orlando, [f] ad familiam Calà transiit.

1410.

d Nos hic supra in vita Abbatis Io. Pinecopii.

1360.

Quando obsequium monachorum in Prioratu S. Crucis Politii defecit.

e Nos latius de Prioratu S. Crucis lib. 3. not. 5.

f Nos lib. 3. not. 3.

QUINTUM *S. Maria de Habita*, à Gibellinæ Marchionatu 2. p. m. (cujus hodie est juris patronatus (in ejusdem nominis *Habitæ Feudo* situm, quod *Abbatiam D. Mariæ de Habita ord. S. Bened.* vocat Fazellus, decade 1. lib. 10. in fine, nec ipse, nec nos invenire possumus fundatorem, ac dotatorem, ut latius de eo lib. III. not. 6. Maz. Nihilominus à fundationis initio, sub immediata Abbatis S. Martini moderatione fuisse, ab eoque Priorem deligi, monachosque designari luculentius, indicavimus supra ad an. 1370. Sed monachis recedentibus, datur in commendam [g].

SEXTUM *S. Ioannis de Mazara*, nunc *de Regali*; de quo nos fusius egimus in lib. III. not. 6. Maz. Sed quomodo fuerit Monasterio S. Martini vel unitum, vel suffraganeum innuimus suprà sub anno 1580. in Abbate Andrea à Panormo [h].

g Nos lib. 3. not. 6. Maz.

h Nos suprà.

NO.

NOTITIA SECUNDA
S. JOANNIS DE EREMITIS PANORMI

REVERENDISSIMO DOMINO
D. FRANCISCO SALERNO

Doctori Theologo, & Jure Consulto, Priori SS. Philippi, & Laurentii, Panormitanæ Ecclesiæ Canonico ex Abbatibus Commendatariis D. Joannis de Eremitis, ejusdem Urbis, ac Diœcesis Generali Capitulari Vicario.

ABBAS D. ROCCHUS PIRRUS F. P.



Ltera hac parte Quarti Libri meæ Siciliæ Sacræ Abbatias Benedictini Ordinis elucidandas suscipio: quas inter non ultimum sibi vendicat locum Abbatia D. Joannis de Eremitis: cujus monumenta veterem nostræ Urbis amplitudinem non parum extollunt. Nam sive Monasterii spectemus antiquitatem; in eo certè ante annos ab hinc mille monastica viguit disciplina, quæ statim post exactos Agarenos a Northmannis Principibus fuit inibi restituta: sive insignes Viros, qui sub eodem instituto floruerunt; satis sit Orbi dedisse Pontificem Maximum æque ac Sanctissimum Agathonem Panormitanum: sive Præsules, qui illi hactenus præfuere: innumeros numerabimus undequaque clarissimos, Northmannorum Regum decreto Capellani Majoris, & Confessarii Regii munus ex dignitatis suæ ratione sortitos: sive denique ad recentiora tempora aciem dirigamus postquam ex ejus proventibus Caroli Quinti Maximi Imperatoris, ac Siciliæ Regis beneficio Panormitanæ Ecclesiæ Canonicorum auctus est numerus, fuere semper ex iis, qui & generis claritate, & scientiæ, ac virtutum nitore Senatum illum Ecclesiasticum plurimùm decorarent: è quorum numero te cum primis gloriatur, præstantissime Francisce, cujus meritis non exiguam sibi gloriam novit accrescere.

Hujus igitur Abbatiæ Notitiam nunc tibi nuncupo, Reverendissime Domine, ad quod sanè non una illa me impulit ratio, quòd ex Canonicis sis, ejusdem (ut fert loquendi usus) Commendatariis: sed & veteris amicitiæ necessitudo, quæ mihi tecum ab annis plurimis intercessit, & (quod plurimi facio) decus, ac commodum, quæ ex tui nominis inscriptione accedet operi. Talis enim, tantusque es, qui auctoritate tua & Criticorum calumnias repellere, & a bonis illi gratiam conciliare facile possis. Non patitur modestia tua per tua decora me liberiùs evagari; quæ quoniam omnibus nota sunt, præconio non egent meo. Singularem enim doctrinam tuam, Volumen Consiliorum, quod edidisti, tam communi plausu susceptum, celebrem reddidit: ut taceam de cæteris operibus sive legalibus, sive Theologicis, quæ nondum lucem viderunt. Qualem verò virtutum speciem præ te semper tulisti? quibus scilicet incitatus Illustriss. D. Ferdinandus de Andrade, & Castro, ut primum ad Panormitanæ Ecclesiæ clavum advectus est; te renitentem licèt, & planè reluctantem (cum multi ad id munus totis viribus anhelarent) in Vicarium suum delegit. Quo in munere tanta te cum laude gessisti, ut postquàm idem Antistes ad Jaensem Præsulatum in Hispanias transiit, Canonicorum Collegium pro vacua regenda sede, ab illo te minimè removendum existimarit. Quòd verò plurimùm te commendat, & cùm omnibus, tùm mihi in primis gratissimum reddit, est singularis illa comitas, & humanitas, quam erga omnes, iræ, & indignationis nescius perpetuò adhibuisti; nihil sanè dissimilis Avunculo tuo Martino Miræ, quem ex Canonico Panormitano, & Vicario Archiepiscopi Didaci Haedi ad Cephalæditanam [a] Infulam ea potissimùm virtus evexit. Et de te non minora augurantur omnes: optant certè, vel (quòd virtuti satis est) merentissimum prædicant. Interim qualecumque hoc grati animi monumentum, boni consule, & me ama. Vale Panormi Kalendas Febr. Anni MDCXLIX.

a Vide [illegible] 1607.

NOTITIA SECUNDA
S. JOANNIS DE EREMITIS PANORMI.

Cum annexis S. Mariæ Mediiusi, S. Mariæ de Adriano, S. Mariæ de Refesio, S. Mariæ de Sabuci, & S. Benedicti,

EX primæva ædificatione *Gregorianum*, ex magnifica reædificatione, opulentaque dotatione *Regium*, ex utraque institutione *Benedictinum* Monasterium sub titulo *S. Joannis de Eremitis* in sublimiori loco Primariæ Siciliæ Urbis Panormitanæ juxta Regium Palatium assurgit. Id primùm ex maternis bonis construxisse, Divoque Joanni, & S. Hermæ seu Hermeti (unde *S. Joannis Hermetis* nomen tunc fecit,) dicasse Gregorium Magnum ex ipsius epist. 41. & 49. lib. V. nos suprà in hac 2. p. lib. 4. not. 1., cùm *de sex Gregorianis Monasteriis* egimus, enucleatiùs demonstravimus. Ubi præclara quidem, sed præclariora de eo diceremus; nisi lamentabili mœrore torqueremur Historici omnes, Siculis cum excidiis sub Saracenica per 300. ferè annos tyrannide, virorum enitentium testimonia, rerumque tabulis mandatarum monumenta corruisse; ideò ad felicissima Nothmannorum Principum tempora evolare cogimur.

Rogerius igitur Rex Magni Siciliæ Comitis Rogerii filius eodem ferè anno, quo in semper Regia Urbe thronum erexit suum, atque utriusque Regni diademate insignitur regio[a], animum adjecit ad Regale Palatium magnifica structura, vermiculato opere, ac gemmis valde insignibus, marmoreoque pavimento exornandum summa religione ductus in vestibulo ejus Regale templum D. Petro Apostolorum Principi sacrum à fundamentis erigendum, musivo, ac interiori pictura sumptuosissimum[b], atque Regium nostrum Cœnobium ante Meridionalem antiquam Palatii portam excitandum, munificentia regia ditandum, fœcundoque religiosorum ordinis S. Benedicti cultu, incolatuque condecorandum studiosè curavit.

1132.

Id exordio *D. Mariæ de Bassinima seu Remonia*[c], hinc omnes illæ suffraganeæ Ecclesiæ ad honorem *B. Mariæ* exædificatę sunt; atque ut ab oblivionis injuria inditum à D. Gregorio nomen *S. Joannis* revocaret, ad illius honorem quoque dicavit; ex occasione postea, ut mox dicam, *de Eremitis* dictum. („ S. Marię de Bustinima aliud est Monasterium à nostro diversum in Apulia. Consule Jacobum Jordanum in Chron. Montis Virg. lib. 2. cap. 29. f. 533. & librum nostrum inscriptum: *Palermo Divoto di Maria to. 1. lib. 2. cap. 62. f. 599.*)

Itaque Rex supra prisca D. Gregorii fundamenta, angulares lapides superędificare statuit, ut in montibus sanctis firmaretur religiosum opus.

Pervenerat jam ad regias aures fama sanctitatis Eremitarum virorum, qui magistro, & auctore *B. Guillelmo* in Monte Virginis (olim Monte Virgilii) Apulię, in districtis cellulis antè eremiticam agebant vitam, post anno sal. 1120. cum antiquis sociis, & recentiori probatę vitę prole, ipse Guillelmus, ut religiosiùs viverent, Congregationem instituit sub B. Benedicti regula, Cælestino PP. II. illam approbante[d]. Quarè Rex anno circiter 1132. tot virtutum parentem, & sanctæ prolis genitorem *B. Guillelmum*, ejusque optimum comitem *F. Ioannem de Nusco* haud in virtutum studio, sanctimoniæque exemplo absimilem, aliquos ex suis ad Benedictinam familiam instituendam, sanctèque erudiendam in novo Panormitano cœnobio frequentibus, & quidem officiosis exhortationibus accersivit[e]; quorum adventu maximè congratulatus Rogerius, cardinales ad cœnobium construendum, ejusque res religiosas disponendum Præfectos constituit; donariis quotidianis, præsertim *Casalis Mediiusi cum suis juribus, & incolis* ditavit[f]. Tantorum Religiosorum ratione, perfectæ vitæ, charitatis, humilitatis, cæterarumque virtutum exemplo ita Panormitani accenduntur, ut brevi plures 60. (ut ex alimentorum partitione Regia constat[g]) alumni eandem induerent cucullam, totaque Civitas ad spiritualia beneficia consequenda conflueret. Hinc Monasterium *S. Ioannis de Eremita*, seu *de Eremitis*, ab his sanctis monachis *Eremitis* nuncupatis ad hodiernum diem nomen fecit.

Rebus ad Dei gloriam, & Regis devotam mentem compositis, *B. Guillelmus* cum pristinæ solitudinis desiderio teneretur, in Montem Virginis reversus, ibi senectute gravatus, sed miraculis clarus anno 1142. migravit in cœlum[h]. Cui, Regio assensu, monachorumque omnium suffragiis (ut in §. 3. cautum est) sufficitur 1142.

Primus Abbas F. Joannes de Nusco in regimine, & fundatione Guillelmi sectator, *Regis Consiliarius, familiaris, Capellanus Major, Pater, & Confessarius* constitutus, an. 1148. hujusmodi concessionis, seu donationis privilegium exoravit. Primus Abbas. 1148.

In[i] Nomine Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi Amen. Rogerius Divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Inter cætera Regiæ laudis præconia, hoc potissimè irradiat velut sydus: cùm suæ conditionis commemores, à Sanctissimo Creatore, per quem Reges regnant, & imperant, & à cujus dextera munificentiæ liberali ea quæ habent omnia perceperunt, perceptum numeris præmium quasi mutua retributione compensant cum locis Religiosis instituendis, & ad ipsius honorem & gloriam dedicandis sic diligenti cura invigilant, & intendunt: quòd in ipsis laudes & juges orationes offerantur Altissimo de supernis, & Personis religiosis, ibidem Deo servientibus, sic competenti provisione subveniunt, & succurrunt, quòd vita ipsis Religionibus deditorum ab omni egestatis gravamine sublevetur, ipsarumque Religionum Præpositi, ac ministri ad earum amplitudinem, & observantiam, quasi provocantibus mentes tam spiritualibus, quam

etiam

[a] Mss. in char. Reg.
[b] Ex Pyrrh. dec. 1. l. 3. fol. 172.
[c] In antiquo Ms. 3.
[d] Ex Sylv. Maurol. in hist. sac. l. 2. sit. de orig. Sacræ Congreg. Montis Virg. fol. 161. & 168. Vinc. Vlimaro, seu Thomas Cost. in hist. Mont. Virg. in vita B. Guill. fund. f. 62. & seq. Arnal. VVion in lib. vitæ fol. 18.
[e] Ex Paulo Regio Episc. Equensi in vita B. Guill. fol. 64.
[f] Ex privil. §. 16. & 18.
[g] Ibidem §. 4.
[h] Ex VVione fol. 81.
[i] Habes in l. Privilit. Siciliæ fol. 191.

etiam temporalibus, accersiti, in suo habitu ordinis perseverent, quasi Fidei Catholicæ substentaculum speciale, tam ipsam Fidem spiritualiter, quam etiam bona Ecclesiastica temporaliter, multipliciter perangendo. Ad laudem igitur ipsius & gloriam, qui servorum suorum justa desideria novit, & effectu prosequitur voluntates, qui dignatus est devotionis nostræ PRIMITIAS de manu nostra suscipere, Monasterium sub S. Joannis Evangelistæ titulo secundum Beati Benedicti Regulam, *informandum juxta sacrum nostrum Panormitanum Palatium in loco, qui dicitur* Kemonia, *prope Eccl. S. Georgii duximus dedicandum, ut sicut ad substentationem corporalis vitæ sub tit. Regiæ Dignit. Nos pro conservanda quiete, Divina Providentia in ipso nostro Palatio temporaliter collocavit, sic in eodem Monasterio S. Joannis per officia Divina, & dignas Orationes Religiosarum Personarum, ibidem servientium Deo jugiter offerenda ad salutem, & requiem animarum nostræ & Parent. nostrorum spiritualiter sit provisum, ut ex iis ad Cœli Palatium Animæ provehantur, & quoniam in voto gerimus, & incommutabili voluntate prælibatum Monasterium, Domino largiente, copiosis ditare muneribus, opulentis dotare beneficiis, desideriis nostris insidet altiùs; ut quantò, Deo volente, latabitur nostræ liberalitatis largitionibus ampliatum, tanto excellentioribus Dignitatis, honoris, & totius libertatis privilegiis auctoritate nostra gaudeat perpetuo communitum. Cum enim progenitorum nostrorum recolenda memoria vestigia imitantes, universis Ecclesiis in nostro fœlicissimo Regno positis ampliorem cæteris Prædecessoribus nostris reverentiam exhibeamus, ne eas onere functionum, aut improbis exactionibus sustineamus vexari, æquissimum est, & omni consentaneum rationi, ut prædictum monasterium sumptibus propriis, & laboribus ædificatum, tanquam opus manuum nostrarum plena liberalitate donemus, & omnem sibi præstemus immunitatem, quæ potest de nostra liberalitate, ac munificentia proficisci, ut sic orationis libentius invigilent, qui tanta libertate fruentur, & Deum nobis implorent propitium, quorum pectora nulla molestia turbabuntur.*

Monasterium ord. S. Benedicti. juxta Sacrum Panor. Palatium.

Regiis sumptibus & laboribus ædificatum.

*§. I. In nomine igitur ipsius, ad cujus gloriam monasterium ipsum est nostra devotione fundatum, præcipimus, ac præsenti privilegio nostro perpetuò valituro sancimus, ut omnia, quæ à nostra munificentia sibi collata sunt *, vel fuerunt ei concessa, in ea semper libertate possideat, & fruatur, quæ nostræ concessionis privilegiis fuerint annotata, nec aliquo modo liceat alicui de iis quæ auctoritate nostra sibi fuerunt indulta, aliquid infringere, aut evacuare, vel in deteriorem ipsius Monast. conditionem sub aliqua specie commutare sed suis semper subnixa juribus, & libertate, perseverent, sicut apparuerint nostra liberalitate concessa.*

* Nota ante hoc privilegium Monasterio multa fuerant collata.

§. II. Nihilominus ea, quæ ab Apostolica Sede per suum privilegium præfato Monasterio auctoritate Apostolica circa honores, libertates, immunitates, & dignitates nostris precibus sunt indulta: videlicet ut liceat Abbati ejusdem Monasterii, qui ibi canonicè fuerit institutus, & successoribus ejus, uti Mitra, Chirotecis, Sandaliis, Tunica, & Dalmatica, Virga pastorali, & quotidiano usu annuli & alia cætera, quæ in Apost. Sedis privilegio continentur, concedimus, & sibi modis omnibus confirmamus, sancientes quod nullus hæredum, posterorum, aut Regum succedentium nobis, nullus Archiepiscopus, vel alia Ecclesiastica, sæcularisve persona inde aliquid infringere, aut evacuare præsumant; sed suffulta juribus, ac nostra sanctione roborata, firma sibi semper, & immaculata perseverent.

Concessio ornamentorum Pontificalium.

Forma constituen. di Abbatem.

§. III Concedimus quoque, ut in eodem supradicto Monasterio electiones semper liberè fiant secundum Regulam, & constitutionem B. Benedicti: videl. defuncto Pastore, qui in eo fuerit pro tempore constituens, Fratres ejusdem Monasterii in unum conveniant, & invocata gratia Sancti Spiritus, unam de personis ejusdem convocare, quam magis idoneam esse providerint, sibi (Deo volente) secreto nominent in Pastorem eligendam & deinde ipsam Regiæ Celsitudini pronuntient, Providentia autem Regis voluntati, & petitioni eorum assensum præbeat: & personam, in quam omnes insimul aut sanior, & potior pars eorum convenerint; eis ad ipsorum petitionem condescendat. Illud autē omnino intendimus, ut donec in Congregat. eorum persona digna fuerit ad eligendum inventa, de extraneis nominationē nullo modo facere præsumant.

Debet esse de Gregoriano Monaster.

§. IV. Concedimus quoque pro amore Dei ipsi Monast. ad salutem Patris, & Matris nostræ, Magni Comitis Rogerii, & Reginæ A .... & Roberti Guiscardi Sereniss. Ducis, Avunculi nostri beatissimæ memoriæ, & ad salutem etiam animæ uxoris nostræ Reginæ Elviræ beatissimæ recordationis, ob redemtionem peccatorum nostrorum, filiorum, & omnium parentum nostrorum vivorum, & defunctorum, & ob specialem devotionem, quam in eodem habemus Monasterio ante oculos nostros juxta nostrum Palatium existenti, propriis nostris sumptibus ædificato, maximè cum fervor ibidem summæ Charitatis, & Religionis insideat, & observantia Regularis, Domus sibi contiguas, quas ad ipsius opus fecimus fabricari.

De loco Monasterii juxta nost. Palat. jam ædificati.

§. V. Et quoddam jardinum, quod eidem Ecclesiæ dignoscitur adjacere, cujus jardini divisiones sunt hæc: à parte Orientis, via publica; à parte Meridiei aliquantulum via, & finis Monasterii S. Georgii; à parte Occidentis ipsa Ecclesia S. Joannis Evangelistæ, & Cœmiterium ejusdem Ecclesiæ; à parte Septentrionis est murus fabricatus super domos, quæ sunt ex parte fluminis Kemonia, qualiter vadit usque ad ipsam viam prioris finis.

De observantia regul. florente. Confinia Monasterii.

§. VI. Ex largitione nostra etiam Regia eidem Monasterio concedimus, & donamus, ut singulis annis de cætero Monasterium ipsum habere debeat, & percipere absque dilatione, vel diminutione aliqua: videl. uno quoque die panes de simola sexaginta duas scilicet unumquemque panem unius libræ, & sex de farina ejusdem ponderis; unoquoque mense tres tumminos de simula, & tres de farina; unoquoque an. congia vini mille minus duabus, quarum quarta pars erit de pede, & tunnina barliria viginti unum, & quartam ad magnum barlirium cum sale, & fustibus præparata; pro vestimentis, & quibuscunque necessariis scutos duomillia quingentos quinquaginta, & duos in auro, quos debet recipere de proventibus Dohanæ nostræ Panormitanæ, quas recipiet quolibet an. mense Augusti, quoties Eccl. Capitulum Refectorium, Dormitorium, & ca-*

* Alimenta monachorum qui tunc non pauciores 60. esse poterant.

Vestimenta ad sc. 2552.

& cætera domus prædicti Monasterii, quæ intra ipsum sunt, præparandæ fuerint, eas Curia parabit; casulas, cappas, cammisos, amictus, stolas, manipulos, zonas, quotiens necessaria fuerint Curia ipsa tribuat, Medicum, flebotumatorem quotiens eis indigebunt; à Curia recipient.

§. VII. Pro aquandis jardinis, & hortis eorum dare, & accipere aquas de flumine, quod dicitur Matthasabadit omni hebdommada una vice per integrum diem; & in eodem à summo mane unius diei ad mane alterius diei.*

* Flumen hoc hodie dicitur; ex ejus aquis censum habent Canonici.

Concessio duarum barcarum.

§. VIII. Concedimus etiam prætaxato Monasterio liberam potestatem semper habendi duas barcas in Portu Panormi, & mari eidem Civitati adjacenti, quæ ad opus Convent. ejusdem Monasterii liberè officium piscationis exerceant; nec liceat Bajulis Panormi ipsas barcas, quas Abbas ad piscandum statuerit, seu alicui eas eodem modo quomodolibet impedire, aut jus aliquid ab eis exigere.

§. IX. De omnibus autem, quæ in Sicilia ad usum Fratrum seu servitium ejusdem monasterii empta, vel ab aliquo donata fuerint, vel oblata, vel de exteris fuerint appportata, seu etiam de iis, quæ de redditibus Terrarum possessionum, vel animalium suorum, vel de quibuscumque aliis rebus suis vendiderint, quæ præsenti tempore Monasterium habet, vel acquisitum est in futurum, jus aliquod exigi à Bajulis, Portulanis, seu à quibuscunque aliis officialibus Siciliæ modis omnibus. Jubemus similiter eidem omnibus rebus eorum propriis, quas per portas universitatis nostræ Panormi, vel aliarum Civitatum, & Terrarum Siciliæ miserint, seu traxerint, ab eis jus aliquod nullatenus exigatur.*

* Nota quod tempore concessionis privil. Monasterium habeat.

Eximitur à jure Dohanæ ingressus, & egressus.

§. X. Concedimus quoque ipsi supradicto Monasterio, ut quotiescunque Abbas, vel Conventus ejusdem Monasterii Ecclesiam, seu Ecclesias, aut Domos aliquas ex novo facere, vel saltat readificare, aut præparare voluerint, habeant potestatem quæcunque lignamina in prædicto opere necessaria in quocunque nemore tam Siciliæ, quàm Calabriæ incidere voluerint, liberè, & absque datione possint exinde apportare.

Concessio lignaminum.

§. XI. Ad hæc adjicientes concedimus, ut omnia animal. propria ipsius Monasterii, & omnium obedientiarum ejus, si quas habent, vel annuente Deo, habebunt ubi per demanium nostrum in Sicilia liberè, & absque aliqua datione pascantur; eis simili libertate concessa in omnib. Terris Archiepiscoporum, & aliorum Prælatorum, Ecclesiar., Comitum, & Baronum nostrorum Siciliæ in transitu eorum, cùm ipsa per eorum terras transire contigerit. Homines quoque seu equitaturas, aut cætera animalia ipsius, Monasterii, obedientiar., & possessionum ejus pro servitio Galearum seu quolib. suo servitio capi, vel ad angariam duci modis omnibus prohibemur.

Exemptio conceditur Monasterio, & ejus suffraganeis.

§. XII. Liceat etiam Abbati, & fratribus ipsius Monasterii, & obedientiarum ejus, Clericos cujuscumque ordinis, seu Laicos à sæculo fugientes, liberos tamen, & absolutos in sanitate quidem, vel ægritudine cum rebus, & possessionibus suis ad conversionem, vel fraternitatem eos venientes sine alicujus personæ contradictione recipere, & sine alicujus molestia retinere, exceptis feudis, & possessionibus, quæ sunt alicui servitio obligata, quæ nec ipsi recipere, nec illi offerre absque nostra, nostrorumque hæredum licentia præsumant.

Possint admittere quoscunque cum suis rebus.

§. XIII. Illud quoque prohibemus, & auctoritate Regia arctiùs etiam intercidimus, ne aliquid de Monasterio ipso, vel obedientiis, aut quibusque possessionibus ejus invito Abbate, & Conventu ejusdem, vel Præpositis obedientiarum, & possessionum ejus, victum, seu procurationem aliquam modo quolibet capere, aut violenter exigere præsumant. nec nobis ipsis, nec hæredibus nostris in Regno succedentibus, nec alicui alii, Abbas ejusdem loci, vel obedientiarum ejusdem Præpositi scilicet victum, vel procurationem aliquam dare cogantur ab aliquo, nisi cum nos, aut aliquem hæredum nostrorum Monasterium ipsum adire, vel per obedientias ejus transire contigerit, duos panes tantum, de vino, aliisque cibariis, quæ ibidem pro Conventu fuerint, sicut uni Confratruum suorum charitativè nobis, vel nostris hæredibus repræsentent.

Nihil à Monasterio potest exigi. Abbates Monasterii Reg. Consiliarii & familiares. Abbas præcipuus Capella Regius, Pater, & Confessarius; imo Capellanus Major Regiæ Capellæ. Olim Siculi Prælati In Reg. Capella celebrabant officia.

§. XIV. Immo potiùs volentes Abbatem ipsius Monasterii inter cæteros Prælatos Regni nostri debere æquali speciali privilegio Dignitatis gaudere; eandem, & omnes sibi succedentes canonicè in officio Abbatiæ Consiliarios, & familiares nostros eligimus: statuentes ut idem Abbas semper in omnibus festivitatibus solennibus tanquam præcipuus Capellanus noster, quem nobis Patrem ordinavimus; & specialissimum Confessorem ad celebrandum divina in Capella supradicti nostri Palatii Panormi, Prælatis Regni nostri cæteris præponatur; ut qui nobis in nostro Palatio majori vicinitate lætetur, ampliori gaudere debeat prærogativa honoris, nec alius Prælatus præter sui continentiam, & consensum, vel eo invito, in prædictis festivitatibus in Capella prædicta celebrare præsumat.

§. XV. Concedimus autem eidem Abbati, & omnibus successoribus suis in signum, & privilegium Dignitatis, ut quotiescunque Abbatem ipsius Monasterii contigerit vel ad Curiam nostram venire, vel pro suis, & Monasterii sui negotiis per Regnum nostrum decurrere, ipse sicut est unus de consiliariis, & familiaribus nostris pro se, familia sua, & equitaturis suis, quas secum ducit, expensas ordinatas dari consiliariis aliis à Curia nostra per manus officialium nostrorum ad quoscunque pervenit, recipere debeat, & habere.

§. XVI. Et quoniam in prædicto Monasterio S. Joannis, ad Dominum nostros oculos erigentes, specialem devotionem gerimus, & habemus, volumus, ut omnes decedentes in prædicto nostro Palatio, exceptis nobis, & successoribus nostris, qui Regiæ sunt dignitatis titulo decorandi, in ejusdem S. Joannis Cœmiterio tumulentur.

Templum S. Joan. hujus Monast. Cœmeterium Palatii Regii.

§. XVII. Verùm quia sæpè solet contingere, ut delicta Prælatorum in perniciem, & jacturam Ecclesiæ substantiæ convertantur: cùm Prælatis Ecclesiarum attamen ministratio quidem, non dilapidatio concedatur. Nos saluti, & conservationi eorum, quæ jam dicto Monasterio tam à Serenitate nostra, quàm à quibuscunque aliis concessa fuerint, seu ab eodem Monasterio fuerint acquisita, summa cum diligentia providere volentes: si fortè (quod Deus avertat) aliquando contigerit aliquem gubernatorem ipsius Monasterii gerentem in aliquod delictum incidere, cum pro redimendo excessu suo, ad aliquam bonorum Ecclesiæ dationem omnino interdicimus convolare, nihilominus heredes nostros, & omnes nobis in Regno succedentes de pecunia, vel

Præpositus aliquo delicto irretitus bona monasterii non accipiat.

alijs rebus ipsius Monasterii pro aliquo delicto Prælatorum recipere, aut alio modo quolibet aliquid extorquere penitus interdicimus; nolumus enim Monasterium delicta Prælatorum lugere, nec eorum quempiam, si fortè deoneri: coercere de injusta punitate cum jactura Monasterii generali.

De suprema Abbatis potestate in subditos & Vassalos.

§. XVIII. Præterea providentes quieti, & paci ipsius Monasterii, volumus; quòd nullus alius de contingentibus caussis, & quæstionibus civilibus emergentibus inter subditos, & Vassallos[a] ejusdem Monasterii ad cognoscendum se modo aliquo intromittat, Sed Abbas ipsius Monasterii eas determinet, & decidat per se, vel officiales suos, & de hac, quod de caussis ipsius ad Abbatem ipsum pervenerit, nihil Curia nostra habeat; sed totum eidem monasterio cedat.

a Tempore cessionis hujus privil. Monasterium Vassallos habebat.

§. XIX. Hæc autem omnia supradicta sicut apparuerint ipsi Monasterio à nostra liberalitate concessa, ab omnibus hæredibus, & successoribus nostris, nec non ab omnibus Regimini nostro subjectis perpetuò statuimus, & præcipimus observari; & nulli liceat ea in aliquo modo quolibet infringere, aut minuere, vel turbare; statuentes, ut quicunque contra ea, quæ superius annotata sunt, aliquo modo facere, vel ire tentaverit, pænæ centum librarum auri subjaceat; de quibus medietas Curiæ nostræ, altera verò medietas præfato monasterio persolvatur: prædictis omnibus secundum concessionem nostram in suo robore firmiter perpetuò permanentibus. Ad hujus autem nostræ donationis[b]; & concessionis omnium prædictorum memoriam, & inviolabile firmamentum præsens privilegium Bulla Plumbea Regio typario impressa muniri; & manu Gilalphi nostri Notarii scribi fecimus. Dat. in Urbe Pan. per manus Ruberti Cancellarii, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo quadragesimo octavo mense Julii ind. xi. Anno verò Regni Domini Rogerii Dei gratia Magnifici, & gloriosissimi Regis, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ XVIII feliciter Amen.

b Nota hoc privil. sub an. 1148. esse concessionis, & donationis, non electionis Monasterii.

Perpendite quæsò in Regii hujus diplomatis verbis præeminentias, dignitates, facultates nostro Monasterio, ejusque Abbatibus concessas, præcipuè in §. 1. *ut omnia, quæ à nostra munificentia sibi collata sunt, vel fuerunt ei concessa, in ea semper libertate possideat*. Ergo ante hoc privilegium multa à Rege fuerunt concessa, Item §. 18, *quòd nullus alius de contingentibus caussis inter subditos, & Vassallos ipsius monasterii se intromittat, nisi ipse Abbas &c*, Ergo subditos habebat, Quorum bonorum, nisi *Casalis Muninsi, cum suis incolis Monasterii vassallis*, donatio ignota est, Præterea in §. 2. *ut liceat Abbati ejusdem Monasterii, & successoribus uti Mitra, chirotecis, sandaliis, &c. quæ in Apostolicæ Sedis privilegio continentur*. Quod Apost. privilegium[a] anno circiter 1144. Lucius II. *concessit Virgam, & Annulum & Dalmaticam, & Mitram, atque Sandalia*. Mortuo Monasterii munificentissimo Regi Rogerio successit primogenitus Guillelmus I. qui *in Adriano nemore, quod inter Prizim, & Bibonam interjacet, visione portentosæ actus, ac divino afflatu inspiratus, ibi sacram D. Mariæ ædem, ibique adjunctum Benedictinorum cœnobium erigere decrevit*, ut nos in lib. III. not. 3. Sequitur: *cùm verò P. JOANNES Abbas,*

a Vide Atta... Pelingen. illius vel scriptore l. c. cap. 35. & 36.

1157.

F. Marcius, & F. Maurus volentes solitariam vitam eligere, eremum colere desiderantes, Majestatem nostram rogaverunt, ut aliquam locum eremitorium daremus, ubi B. Benedicti regulam observarent. Ideo locum Adriani dedimus &c. Hunc quippe desertum, & magis ab hominibus dissitum locum noster Joannes Abbas, ejusque alumni, & socii in Monte Virginis cellulis enutriti, fugientes inevitabiles frequentesque Populi Panormitani caussa devotionis ad Regium S. Joannis templum accessus, eligere; ibique cum suis vitam ducens Angelicam, jam senex an. sal. 1163. ad cœlestia migravit. 1163.

2. Ab. Propriet.

2. *F. Donatus* secundus Abbas alumnus ejusdem Monasterii juxta Regias sanctiones[b] electus, haud minori religioso studio, quam præcessores BB. Guillel. & Joannes, monasticæ disciplinæ cultum amplificavit, resque cœnobii auxit. Quare non modò primum dotationis privilegium sub an. 1148. a primo Siciliæ Rege Rogerio concessum, nova Guillelmi II, nepotis auctoritate muniendum, sed etiam ab eodem munificas largitiones exorandas curavit. Ita quippe iste Rex Guillelmus suo diplom. testatur his verbis. 1166.

b In privil. §. 1.

Donatus[c] Venerabilis Abbas Monasterii S. Joannis Heremitarum quod est constructum in eadem Civitate Panormi in loco, qui Kemonia apud nostrum Palatium antedictum, unà cum fratribus ejusdem Monasterii ante nostram præsentiam humiliter exposuit; quòd cùm divæ memoriæ Rex Rogerius Avus noster ipsum Monasterium S. Joannis ad honorem Dei & salutem animarum progenitorum suorum & animæ suæ construi fecit, regia munificentia dotavit, privilegiis multis, immunitatibus, & diversis honoribus decoravit. Privilegium ipsum in ejusdem monasterii Fundatione, & cum cæteris regiis munitionibus, provisionibus, largitionibus, privilegiis, immunitatibus, & honoribus concessis à prædicto Avo nostro Monasterio memorato, concedere, confirmare, & de mera, & speciali munificentia Regia nostra gratia ad honorem superni Regis, ad salutem Progenitorum nostrorum animarum, & ad exaltationem nostri nominis, & honoris, & salutem animæ nostræ in perpetuum in ipso Monasterio pro nobis speciales orationes, & juges deprecationes porrigerentur devotissimè Creatori; aliquid eidem Monasterio concedere dignaremur. Cujus Privilegii per dictos Abbatem, & Fratres nostræ Celsitudini præsentati continentia per omnia talis est. Sequitur tenor Privilegii Rogerii Regis sub an. 1148.

c Exscriptum in tab. Antonii Aprea Panormi 19. Novemb. 1415. & lib. Monasterii.

Donatus Abbas Monast. S. Jo. de Eremit.

§. I. A quorum religiosorum vita, & Abbatis, & Fratrum supplicatione pro nostra gloria, & salute, & animarum Progenitorum nostrorum felicis memoriæ redemptione, ipsum Monaster. sub protectione nostra specialiter assumendo, confirmandas sibi duximus concessiones omnes, donationes, immunitates libertates, & omnia Privilegia, quascunque & quæcunque de munificentia felicium Regum prædecessorum nostrorum recolendæ memoriæ, a me in Civitate Pan. sive extra, ubicumque per Regnum nostrum tam in Casalibus, quàm in Terris, Vineis, atque domibus seu aliis quibuscunq; possessionibus, juribus, libertatibus contentis in supradicto Privilegio, quæ jam dictum Monasterium habere dignoscitur & tenere, vel in antea poterit præstante Domino,

Monasterium sub protectione Regia.

mino, justo titulo; de nostraque munificentia largitatis, quæ præcipuè illud in tutissimo loco sibi repositum extiterit, quod ad divinæ pietatis cultum positum, & dedicatum est.

Donationes Regis Guill. II.

§. II. Concedimus, & in perpetuum donamus prædicto Abbati, & Fratribus, & eidem Monasterio S. Joannis ad usum ipsorum Religiosorum ibidem summo & æterno Domino, & Beato Joanni devotè famulantium Saltum unius molendini, quod Elrylbii *in flumine nostro magno habeat Abbas, ut illud possit liberè Monasterium jam dictum reficere, & in molendinum constructum suis usibus præstiturum, & commodis dedicare, ut de cætero ab omnibus ibidem molere volentibus de molitura ipsi Monasterio debeat responderi.*

Molendinum.

§. III. Concedimus etiam eidem supradicto Monasterio ad usum, & dominium ejusdem, & fratruum ibidem servientium ad conservandam commoditatem, & quietem Monasterii, & eorundem fratruum; quod processu temporis quandocunque placeret Abbati, & fratribus ipsius Monasterii molendinum fabricare ante ipsum monasterium, sive intra Civitatem, sive extra, etiam Saltum ipsius molendini fabricandi liberè, & recipiendi aquam ad ipsum molendinum de flumine dicto de Kemonis, *quod habet transitum infra idem Monasterium*[a], *& Ecclesiam Sancti Andreæ*[b] *& defluit per viridarium nostrum, quod vocatur* Miuze[c], *& liceat Abbati, & fratribus prædictis dictam aquam de ipso nostro viridario accipere secundum olim ulteriorem transitum per nostrum viridarium* Miuze, *ad opus Monasterii faciendi defluere, quatenus pro utilitate, & melioratione ejusdem Monasterii procurandis ipsi Abbas, & fratres poterunt existimare.*

Aqua de Kemonis, unde illa regio dicta Kemonia.

a Hoc flumen ne Vrbem inundaret in Flumen Oretum revocatum est.
b Ecclesia S. Andreæ diruta erat, ubi hodie, S. Maria de Itria Fazell.
c Miuze adhuc nomen retinet, ubi hodie est templum S. Theresiæ, S. Mariæ la Speranza & viridario circum.

§. IV. Ne liceat alicui officialium nostrorum, vel in posterum successorum nostrorum prædictum aquam defluentem ad ipsum molendinum per viridarium supradictum aliquatenus perturbare, nec jus ipsius Monasterii impedire.

§. V. Quæ autem omnia supradicta sic apparuerunt ipsi Sancto Monasterio è nostra liberalitate confirmata, & concessa ab omnibus hæredibus, & successoribus nostris, nec non ab omnibus regimini nostro subjectis perpetuò statuimus, & præcipimus observari; & nulli liceat ea in aliquo modo quolibet infringere, aut minuere, vel turbare: statuentes, ut quicunque contra ea, quæ superius annotata sunt, aliquo modo facere, vel ire tentaverit, pœna centum librarum auri subjaceat, de quibus medietas Curiæ nostræ, altera verò medietas præfato Monasterio persolvatur: prædictis omnibus secundum confirmationem, & concessionem nostram in omnibus in suo robore firmiter perpetuò permanentibus. Ad confirmationem autem, & perpetuum robur omnium prædictorum præsens Privilegium nostrum per manus Joannis nostri Notarii scribi præcipimus, & bulla plumbeâ nostro Typario impressa roboratum, nostro sigillo jussimus decorari. Anno, mense, & ind. præmissis. Actum in Urbe Fælice Panor. Anno, mense, die, & ind. præmissis. Datum in Urbe Felici Pan. per manus Stephani Panormithanensis, Ecclesiæ Electi, & Regii Cancellarii, Anno dominicæ Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo sexto, mense Novembris, ind. 1. Regni verò Domini Guillielmi Dei gratia gloriosissimi, & Magnificentissimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, anno 2. feliciter dominii.

Noster solertissimus Abbas Donatus ab eodem optimo Rege Guillelmo II. alterum diploma scriptum Panormi 21. Martii ind. 6. an. 1173. obtinuit; quod ipse, suique Monasterii S. Joannis Prior *F. Joannes de Lamec* in Casali Sabbuchi possint construere hospitium, seu Prioratum ad honorem B. Mariæ, illudque Panormitano cœnobio suo subjicere, ut nos latiùs lib. 3. not. 3. & infrà, cùm de Prioratu S. Mariæ de Sabbuchi dicemus. 1173.

De successoribus Donati Abbatibus, nullo ad exaranda illorum præclara gesta vestigio perfruimur; idcirco ad sequentem Abbatem recurrimus.

4. *F. Iucundus* ex gremio suorum monachorum subelectus, ita divini, & humani juris consultissimus, ut Apostolico Honorii III. decreto ad decidendam gravissimam caussam *Alduini II. Antistitis Cephaladensis*, uti Assessor, & Consultor admoveretur an. 1224. à Delegato Sedis Apostolicæ in Siciliam destinato Arch. Cusentino[d]. Abb. propriet. 4.

d Vide latius lib. 2. not. 5. Cephal. sub an. 1224.

5. *D. Advedutus* inter sui ordinis cultores rerum gestarum gloria, & doctrina clarus, non solùm Panormitanum suum cœnobium, sed etjam Grangias, seu Prioratus sibi subjectos congruo reparavit rigore, maximè *S. Mariæ de Risesio*, novos addendo alumnos, ex pactione cum Episcopo Agrig. Raynaldo[e]. Tantæ semper fuit æstimationis apud Romanos Pontifices, Regesque Siculos, ut mereretur ad Montereg. culmen an. 1269. 30. Octobris evehi[f]. 5. Abb. propriet. 1256.

e Ibidem ad an. 1261.
f Lell. in hist. Montereg. p. 1. fol. 24.

6. *F. Lucas* ob promerita doctrinæ, & linguarum tum Græcæ, tum Latinæ peritiam ad Abbatialem S. Joannis honorem extollitur; fuerat antè Præpositus cœnobitarum, sive Eremitarum sub instituto Benedictino, cui, ejusque confratribus Leonardus Archiep. Panorm: confirmavit ann. 1266. *ædem S. Nicolai de Nemore prope Caccabum*[g]. Hic ab an. 1275. ad an. 1281. cum Præsule Agrig. Goberto contendens, quæcunque jura sui Monasterii in Parochia Casalis Minzillusuph revocavit[h]. In versione ex Græco in latinum, privilegii concessionis trium Casalium, à Rogerio Humet an. mundi 6649. & confirmationis per Regem Rogerium anno 6652. subscriptum invenio *F. Lucam Abbatem S. Ioannis de Eremitis Panor.*[i] 6 Ab. prop.

g Not. l. 1. not. 1.
h Not. lib. 3. not. 1.
i In not. Panor. ad an. 1313.

7. *F. Iacobus de Stillate Panor.* cujus præfecturæ initium non constat. Traxisse verò annos suos ad an. 1362. in electione successoris patet. 1313. 7 Ab. prop.

8. *F. Petrus de Micheli Catalaunus* ejusdem cœnobii Monachus, à suis juxta S. Benedicti regulam acclamatur, & à Rege Friderico III. per dipl. dat. 27. Jun. primæ ind. 1362. in Prot. 1362. fol. 33. corroboratur. Cæterum 1362. 8 Ab. prop. 1362.

9. *F. Nicolaus* ex instituto Benedictino cœnobita professus in eodem S. Joannis monasterio hanc exoravit dignitatem ab Urbano V. Pont. Max. cujus rescripto possessionem assequitur. 9 Ab. prop.

10. *F.* verò *Iordanus* ejusdem Monasterii alumnus coram Rege Friderico III. conquestus est de subreptitiis his litt. Pontificiis in præjudicium 10. Abb. propriet.

cium Regii patronatus. Quarè Rex per litteras dat. 28. Augusti in Canc. lib. anno 1360. & 1366. fol. 310. præcepit Comiti Joanni Claramontano, ut mox amoto Fr. Nicolao illegitimo detentore, eundem F. *Jordanum* in possessionem juridicam immittat. *Quia* (ait) *jus institutionis, & confirmationis Abbatis Monasterii S. Joannis Eremitarum Panormi ex privilegio facto ab olim per Summum Pont. Catholico Principi Regi Rogerio bon. mem. & successoribus Regibus competit*. Dum F. Nicolaus Abbatem agebat; Rex Martinus Drepanum appulsus,

1392.

11. Abb. propriet.

11. *Presbyterum Joannem de Randazo Siculum ex oppido Petralia Inferioris*, qui tanquam Regni Orator Barcinonem ad Regem Martinum, Mariamque, adventum solicitandi caussa, cum aliis transmissus fuerat, *Abbatem S. Joannis Eremitarum* designavit, *amoto quocunq; illegitimo detentore*, scriptis Drepani litteris ultimo Martii an. 1392. in Canc. lib. an. 1392. f. 28. Sed cùm religiosis præesse dedecere advertisset Rex, ei oculorum lumine privato, senectuteque pulsato coadjutorem addidit.

12. Abb. propriet.

1394.

12. *F. Nicolaum de Regusia civem, & Archidiaconum Catanensem*[a] *ordinis S. Benedicti* datis Catanæ lit. 28. Sept. 1394. in Canc. eo an. fol. 54. Mox mutato consilio Martinus ad Abbatiam hanc promovit

a De eo l. 3. not. 1.

13. Abb. propriet.

13. *F. Amicum de Laudato Nicosiensem Benedictinum* per suas litt. Catanæ 4. Martii 1396. in Canc. f. 105. & Prot. fol. 66. in quibus *Abbatiam S. Io. dell' Eremita infra mœnia Regalem Capellam* appellat.

14. Abb. propriet.

1410.

14. *F. Thomas Bellacera Abbas ordinarius Regalis Monasterii S. Io. de Eremitis, Sacri Palatii Urbis Panor. Major Capellanus*, vir antiquæ nobilitatis genere, religionis S. Benedicti observantia, quam in S. Martini claustris unà cum duobus fratribus suis *F. Io. & F. Lambardo* fuerat professus (hi omnes filii fuere Petri Bellacera nobilis Panor. qui amplum terræ tractum per acta Antonii Floriti 21. Maii 7. ind. 1399. S. Martino concessit) scientiarumque laude præclarus multùm suo monasterio profuit. Anno 1410. cùm ad Regem Martinum pro gravibus rebus Catalauniam trajicere deberet, priùs in tabulis Francisci Notarsimonis Panor. 24. Martii 3. ind. regium privilegium concessionis feudorum, seu Casalium Sabuci, & Querci a Guill. II. autenticandum curavit. Diploma quoque ejusdem Regis ac avi Rogerii in Actis Nicolai de Lipo Pan. 4. Octob. 1413. 7. ind. exscribendum curavit[b]. De eo passim mentionem habebis in prioratibus subjectis Monasterio, & in lib. Prot. an. 1417. fol. 160. Hic cum laude ultimus Abbas Proprietarius fuit.

b In registro Monast.

1. Abb. comm.

1434.

1. Primus Abbas Commendatarius *Martinus Gallo Episcopus Cauriensis* à Rege Alphonso præsentatus. Iste jura feudorum Refesii ad suum spectantia monasterium anno 1434. 8. Feb. 12. ind. 12. per tabulas Andreæ de Aprea Panor. ad emphyteusim *Ioanni Willaraut Baroni Prizi* concessit. Quæ inde, ut suis in locis dicemus, revocata fuere.

2. Abb. comm.

1434.

2. *Clericus Ioannes de Centelles Giliberti Comitis Collisani filius* ob mortem præcessoris à Petro Aragonio Regis Alponsi, cujus in Sicilia locum tenebat, fratre, hac Abbatiali dignitate condecoratur in Canc. lib. an. 1435. f. 94. Mox illius pater Comes Gilibertus, uti administrator Joannis in minoribus constituti, privilegium Regis Guill. II. sub an. 1166. cùm inserto tenore privilegii Regis Rogerii sub ann. 1148. in publicum Antonii de Aprea Panor. instrumentum sub an. 1435. 17. Novemb. 14. ind. redigendum studuit in regesto Monast.

3. Abb. comm.

3. *Enechus de Guivara Hispanus* nobilissimis ortus natalibus à Rege Alphonso eligitur, cujus facultate in successoris gratiam resignavit.

1450.

1451.

4. *Mag. Gilifortis de Benincente*, seu *Benicontibus* magnæ doctrinæ, nobilitatisque PP. Nicolao V. confirmante per bullas an. 1452. l. mer. confer. & Prot. f. 423. Istius nepos & procurator Andreas Benincente concedit die 21. Aug. 1461 9. ind. *Antonio de Luna, de Sclafani, & Peralta* jura Adriani nemoris inter Bibonam, & Julianam, servatis pro Monasterio S. Joannis viridariis, & vineis, pro annua uncia una & tt. 6.[c]

1461.

c Nos lib. 3. not. 1.

5 Abb. comm.

1462.

5. *Io. Nicolaus de Ursinis Romanus Cardin. tit. S. Caciliæ, de Thiano* nuncupatus à Romano Pont. Paulo II. uti Rex Jo. in litteris sub anno 1474. in electione D. Philippi annuit. Cardinalis cùm suum hoc monasterium vel præcessorum Commendatariorum desidia, immunificentiaque (ut illud[d] quoque Monteregalense) vel frigescente regulari observantia, à monachis quasi penitus derelictum invenisset, à Paulo II. dipl. 15. Decemb. pont. an. 1. perscriptum Palmerio Sancti Martini Abbati[e] exoravit, ut ex suis probatioris monasticæ vitæ alumnos, maximè F. Manfredum loci Subpriorem, atque Guillelmum Conversum socios daret, qui initio ad sublevandum jacentis divini cultus, disciplinæque S. Benedictini splendorem præcipui essent adjutores. Horum pietatis, ingenuitatis, cæterarumq; virtutum odore allecti quàmplures & quidem nobiles ad monasticam vitam colendam cucurrerunt. Ita mox crevit religiosorum numerus, ut Cardinalis partim in Prioratum *S. Mariæ de Adriano*, partim in Prioratum *SS. Trinitatis Deliæ* suo monasterio unitos, commigrandos statueret[f]. Atque illos à solutione dandarum Regiarum immunes, exemptosq; per litt. Proregis dat. Panor. 16. Aug. primæ ind. ann. 1468. lib. secr. eo ann. fol. 108. declarandos curavit. E vita decessit anno 1473. Cardinalis.

d Lib. secret. an. 1467. fol. 105.

1464.

e Nos not. 1. ad an. 1464.

Quando Benef. SS. Trinit. Deliæ constituitur Prioratus.

f Nos lib. 3. not. 6. & lib. Prot. an. 1473. fol. 109.

6. Abb. comm.

6. *Paulus de Rubeis de Pistorio Præpositus S. Mariæ de Iosaphat* post obitum præcessoris Administrator in spiritualibus, & temporalibus, constituitur à Prorege, scriptis Panormi litt. 8. Feb. 7. ind. an. 1473. Prot. eo an. fol. 209. & in not. Priorat. Deliæ. Interim

7. Abbas comm.

7. *Joannes Archiepiscopus Tarraconensis* cum annexione Prioratus Deliæ à PP. Sixto IV. impetravit, assentiente Rege Joanne. Qui mutato consilio, nepotem potius voluit

8. Abbas comm.

8. *D. Philippum de Aragonia, & Navarra*, datis litt. Barcinonæ 29. Jan. 1474. exscriptis in Siculis Regiis Regestis anno eodem 3. Junii 7. ind. cum annexione Prioratus Deliæ Prot. an. 1477. fol. 101. & Canc. an. 1481. fol. 53. ac retentione

tione Archiepiscopatus Panormitani statim ac die 3.[a] Junii 7. ind. 1474. assecutus est possessionem post obitum Cardinalis Thiani per procuratorem Joan. Baronem, non expeditis bullis Apostol. suum in monasterio designavit Locumtenentem *F. Joannem de Martinengo* Abbatem *S. Mariæ de Lunado* in Prot. 5. Julii anno 1474. fol. 273. & Procuratorem generalem *Ferdinandum de Castillo Cl. Pampilonensis diœces.* Hic feuda, juraque S. Mariæ de Sabuci, uti membra, & attinentia Abbatiæ S. Joannis de Eremitis *Marino de Cali Alicatensi* ad emphyteusim pro annuis unc. 50. die 10 Martii 11. ind. 1478. concessit[b]. D.Philippus verò ad suæ Abbatiæ privilegia omnia perpetuo fulcienda, litteras à Rege Joanne dat. Barcinonæ 12. Octob. 11. ind. 1477. Regni Navarræ 52. aliorum 20. obtinuit; quæ inventa inde apud Archiep. Panormit. Joann. de Paternione 16. Maii 12. ind. 1510. exscribuntur in Lib. Prælatiarum Siciliæ f. 192. & lib. Monarch. f. 160.

Nos Joannes Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Navarræ, Valentiæ, &c. Pro parte viri Illustris. & Reverendiss. Philippi de Aragonia nepotis nostri charissimi, Archiepiscopi Panormitani, ac Abbatis Monasterii S. Joannis de Eremitis exhibitum, & ostensum fuit Sacræ Majestati Privilegium, ac institutio[*], *& dotatio dicti Monasterii Sancti Joannis per Illustriss. bonæ memoriæ Rogerium Regem Siciliæ prædecessorem nostrum concessa, cujus tenor talis est videlicet.* Sequitur insertus tenor Privilegii.

Fuitque Majestati nostræ, vestri pro parte supplicatum, ut dictum præinsertum privilegium, & institutionem, & dotationem, ac concessionem, & omnia & singula in eo contenta laudare, approbare, ratificare, & confirmare de nostra Regia benignitate dignaremur. Nos verò attendentes prædictum Privilegium, institutio, & dotatio, & in eo contenta ad Dei laudem, & servitium concessa, dicta supplicatione benignè admissa, tenore præsentis scienter, deliberatè, & consultò Privilegium, institutionem & dotationem præinsertum, & omnia, & singula in eo contenta laudamus, approbamus, ratihificamus & confirmamus, nostraque hujusmodi laudationis, approbationis, ratihificationis, & confirmationis præsidio roboramus juxta sui seriem, & tenorem; prout melius Abbates dicti Monasterii prædecessores vestri eo hactenus usi sunt. Mandantes per hanc eandem Egreg. Spect. Magnif. & dilectis Consiliariis nostris, Viceregi in dicto Siciliæ Regno, Mag. Justitiario, Mag. Portulano, Secretos Mag. Rationalibus, Judicibus M. R. nostræ C. Thes. & Conser. nostri Patrimonii, Fisci Advocatis, Portulanis Portulanotis, cæterisque universis, & singulis officialibus & subditis nostris in eodem Siciliæ Regno constitutis, & constituendis & dictorum officialium Locumtenentibus præsentibus, & futuris scienter, & expressè ad nostræ gratiæ & amoris obtentum, pænamque unciarum auri quingentarum nostris inferendam ærariis, ut nostram hujusmodi laudationem ratihificationem, & confirmationem, & omnia & singula in eo contenta, vobis dicto Illustris. & Reverendiss. Abbati & Conventui dicti Monasterii teneant, & inviolabiliter observantes præinsertum Privilegium & omnia, & singula in eo contenta, vobis teneant, efficaciter observent, tenerique & observari inconcusse ab omnibus faciant, sic, & prout cæteri Abbates prædecessores vestri, ac dictum monasterium eis melius hactenus usi sunt, & non contrafaciant, vel veniant, aut aliquem contra facere, vel venire sinant ratione aliqua, sive caussa. In cujus rei testimonium præsens fieri jussimus, nostro negotiorum Cancellariæ Siciliæ sigillo impendenti munitum.

Sed cùm ad Magnum Militiæ Montexæ Magisterium an. 1484. assumptus esset, omnes Siculas Ecclesiasticas dignitates manibus anno 1485. tradidit regiis.

9. *Petrus Zappata Archipresbyter de Roces Regius Capellanus* à Ferd. II. ex Regiis litt. Cordubæ 10. Junii 3. indict. 1485. offertur; adhuc pontificia confirmatione non obtenta, uti Rex suis in litt. ait: *reservata Sedis Apost. confirmatione*; sed ad solam D. Philippi resignationem intrusus, feuda Sancti Benedicti in territorio Bisbonæ de juribus Abbatiæ S. Joannis hujus *Antonio de Diliges Baroni S. Stephani* in tabulis Notarii Petri Jardinello die 18. Julii 3. ind. 1485. locavit lib. Proton. anno 1489. fol. 272. Non valens Zappata Pontificiam obtinere confirmationem: in Reg. Ferd. manibus hanc restituit Abbatiam. 9. Ab. comm. 1485.

10. *D. Alphonsus de Aragonia Archiep. Cæsaraugustanus, ac Mansionis Sacræ Commendat.* Regum Joannis nepos, & Ferdinandi II. illegitimus filius, ex istius præsentatione anno 1488. 14. Feb. 6. ind. exscripta in libris Prot. fol. 35. eodem anno 26. Junii, & in Reg. Cancell. fol. 525. Hic quæcunque in Sicilia vacantia, aut vacatura beneficia paterno mandato est assecutus, constituit procuratorem suum *Didacum Boguedamum*, qui in tabulis Matthæi Falleri Panorm. 3. Decemb. 1501. cum Juratis Casalis Mediiusi juris monasterii S. Joannis de Eremitis ad pactiones, caussa inhabitandi, ac per Græcos incolendi, devenit. Facta commutatione aliquorum beneficiorum in Hispania ac sibi regressu reservato, in successoris gratiam an. 1507. resignavit. 10. Abb. comm. 1488. 1501.

11. *Faccius Sanctorus Viterbensis Episcopus Cæsenæ Presbyt. Cardin. tit. S. Sabinæ* permutationis caussa cum Alphonso præcessore, in hujus Abbatiæ possessionem fuit immissus, regiis litteris dat. Valleoleti 22. Maii 1509 in Prot. eo an. f. 17. Eodem anno è vita decessit. 11. Abb. comm. 1509.

D. Alphonsus de Aragonia iterum jure regressus, confirmante Julio II. per Apost. rescriptum dat. in Civitate Catulæ Viterbensis 6. idus Decemb. pont. ann. 6. Prot. 2. Martii 1510. fol. 207. cujus generalis procurator *Jacobus Cappilla* ad annos 29. emphyteutico jure pro annuis unciis 135. cessit feudum Refesi de membris Abbatiæ Alexandro Galecto, tunc Regio Siciliæ Thesaurario[c] an. 1510. Alter verò Procurator *Gregorius de Vulvaldis* latum fundum S. Benedicti juxta Bibonam ad totidem annos 29. pro quolibet anno unciis 7. solvendis ad emphyteusim an. 1521. Dominico Salvagio Januensi concessit[d]. Obierat Alphonsus 20. Feb. 1520. in Aragonia[e]. Quarè Philippus II. per regias litt. Bruxellis

a In not. Panorm. eo in ...

b Nos latius lib. 13. not.

* Nota institutio, & dotatio, non fundatio.

c Nos lib. 1 not. 1.

d Ibidem.

e Nos de eo in chron. reg. ...

xellis 15. Jun. anni ejusdem in Cancell. lib. anni 1519. & 1520. f. 169. ad hanc Abbatiæ dignitatem cum omnibus illius proventibus eligit *Episcopum Tuy Flandrensem*. Cæterùm *Aloysius Sanches Aloysii Siciliæ Protonotarii primogenitus* ob expectativam à Rege ad quæcunque beneficia vacatura concessam, in monasterii possessionem sese immisit.

12. Abb. comm.

12. *Enechus* verò *de Mendoca, & Stunica diæcesis Burg. Hispanus filius Comitis Mirandæ* (anno 1529. 14. Jan. à PP. Clem. VII. Cardinalis Sancti Nicolai in carcere Tullian. creatus, Romæ anno 1538. obiit, ex Ciaccone) Rege quidem annuente, & Clemente VII. approbante an. 1521. Commendatarius fit Abbas S. Joannis de Eremitis. Cùm verò Cæsarea ac Regia Majestas Caroli V. Primariam Metropolitanam Siciliæ Ecclesiam temporum injuria, & præbendarum antiquarum tenuitate prospexisset sex Canonicis expoliatam, benevolentia in eam propensiùs permotus, totidem, attributa Abbatia hac S. Joannis de Eremitis, addidit. Qua de re 12. Decemb. anno 1523. Pampellona scripsit, & Clemens VII. Romæ pridie nonas Apr. pont. anno 1. diploma dedit, transmittens illud Abbati S. Martini, & Vicariis Agrigentino, & Cephalædensi in lib. Prot. an. 1524. 13. Sept. 13. ind. fol. 87. Id integrum attulimus in Notit. Panorm. ad ann. 1523. fol. 173. Enechus Imperatori morem gerens, ut obsequium præstaret suum, ejusque munificentissimæ pietati faceret satis, illico omne suum jus *Commendæ in manibus Papæ spontè, & liberè cessit*. Joannes verò Sanches in sua perseverans quasi possessione, licet Cantoris Regii Palatii, Vicariatus Archiepiscopi Carandolet munere perfungeretur, & ad Cephalædensem Præsulatum fuerit promotus [a]; novæ sex Canonicorum electioni maximè obsistebat, duodeviginti quoque antiquiores de proventibus, ac prærogativis contendebant; tandem tam cum istis, auctoritate Proregis die 14. Octob. anno 1524. [b] quàm cum Joanne contendente de vero Abbatiæ possessore, anno 1526. 28. Novemb. [c] Ita composita res est, ac ad pactiones deventum est: *ut ejus germanus frater Ambrosius Clericus in minoribus constitutus, septimus ex Canonicis S. Joann. de Eremitis esset, & ipse liti cederet*. Quod Imperator per litteras dat. 12. April. 15. ind. 1527. in Cancell. fol. 102. & Prot. fol 58. laudavit, & Clemens VII. cum dispensatione ætatis Ambrosii per bullas scriptas Romæ 18. Februarii 1530. pont. anno 7. in Cancell. fol. 128. confirmavit. Hic Ambrosius Sanches nobilitatis genere clarus, fuit deinde simul *Abbas Commendat. mei monasterii S. Eliæ, & Prior S. Mariæ Terranæ* [d].

1521.

a De eo lib. 3. not. 3.

b Vide acta Reg Monar. sub an 1613. de lite inter Canon.

c in Not Jo. Paulo de Melle Panor.

d Not lib. 4. p. 1. not 8. Obiit 27. Aug 1546. sep. in S. Zita.

Sex igitur Canonici Regii Metropolitanæ Ecclesiæ Perpetuus Abbas Commendatarius S. Joannis de Eremitis ex cessione Enechi à Pont. Clemente admissa, ejusdemque apost. rescripto an. 1. pont. & Cæsareis litt. anno 1523. pacificam, realem, & actualem die 15. mensis Octob. 13. ind. anno 1524. [e] inierunt. Ut verò antiquissimum 24. Panormitanæ Ecclesiæ Canon. statum, atque sex ex his suppressis, ad numerum 18. redactum enucleatiùs referamus; Eugenii IV. PP. dabimus diploma. Id est

e in tab. Antonini lo Vecchio Panor.

Eugenius [f] *Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. His, quæ per Ecclesiarum, præsertim Cathedralium statum in melius ordinantur: cùm à nobis petitur, libenter annuimus, eisque quantùm cum Deo possumus, favorem Apostolicum impertimur. Sanè petitio pro parte dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ Panormitanæ nobis nuper exhibita continebat, quod fructus, redditus, & proventus omnium præbendarum ejusdem Ecclesiæ adeò sint exiles, quod vix ad centum uncias monetæ illarum partium ascendunt annuatim; & ad viginti quatuor: aliqui Millenarii, & aliqui Centenarii, ac aliqui de Portu, & aliqui della Tonnaria, ac aliqui de lo Blanca, ultra Cantorem, & Archidiaconum, nuncupantur, dictæ Ecclesiæ Canonicorum sustentationem nequaquam sufficiunt quodque si idem numerus ad decem, & octo, quorum octo Millenarii, sex Centenarii, duo de Portu, & duo della Tonnaria nuncuparentur, reducerentur: profectò iidem Canonici congruè viverent, & utiliùs deservirent. Quarè pro parte dictorum Capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere eis super his de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur his supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica præsentium tenore statuimus, & ordinamus: quòd cedentibus, & decedentibus sex Canonicis dictæ Ecclesiæ, vel eorum inibi præbendam quomodolibet dimittentibus, Canonicatuum, & præbendarum per cessum, vel decessum, aut dimissionem hujusmodi vacaturarum fructus, redditus, & proventus mensæ Capitulari dictæ Ecclesiæ applicentur, & sic applicatis sex Canonicatibus, & præbendis hujusmodi suppressis; & extinctis, perpetuis futuris temporibus debeant remanere. Ita quòd octo Millenarii, cum Cantore, & Archidiacono duas ex prædictis hujusmodi Millenariis obtinentibus; computati sex centenarii, duo de Portu, & duo della Tonnaria, reliquis sex Canonicatibus & præbendis extinctis, remaneant, ut prædictum est, ac liceat Cantori, & Archidiacono, & Canonicis remanentibus, canonicatuum & præbendarum extinguendorum fructus, & redditus, & proventus hujusmodi auctoritate propria integre percipere, ac suis, & ipsius mensæ utiliùs perpetuò applicare; alicujus super hoc licentia minimè requisita. Volumus autem, quòd per dictos remanentes Cantorem, Archidiaconum, & Canonicos, qui pro tempore fuerint, eidem Ecclesiæ serviatur laudabiliter in divinis, & insuper ex nunc irritum decernimus, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quatricentesimo quatragesimo tertio, nonis Februarii, Anno Pont. XIII.*

f Autentica in Archivio Archiep. Panor. pro decisione litis inter 18. Canonicos, & sex S. Jo: sub die 2. Junii 1616.

Loco ergo sex suppressorum sufficiuntur, atque denuò adaugentur isti sex *Regii Canonici* nun-

nuncupati in Apostolico Clementis VII. rescri. A pto, qui nobilitatis, & doctrinæ splendore refulsere.

1526 PRIMUS *Hieronymus Fabii de Bononia*, antè unus ex 18. Canonicis, Episcopus post Syracusanus, simul & Commend. Sacræ Mansionis Pan. [a].

a de eo latius nos l. 3. not. 3.

2. *Cler. Franciscus de Bononia secundogenitus Corleoni filius Fabii de Bononia*, nepos 18. Jan.
1538 1538. intimus familiaris PP. Pauli III. an. 1538. etiam *Thesaurarius Ecclesiæ* [b]. Obiit Bononiæ in Gymnasio.

b nos l. 2. not. 1.

1555 3. *Doctor Antonius Tannache* Abbas etiam S. Petri de Deca 28. Apr. 3. ind. 1560. decessit, & in monasterio hoc sepelitur.

1560 4. *Didacus Beltran Mazariensis*, moritur an. 1564.

1564 5. *Antoninus Marinus* an. 1569. vitam finivit.

6. *S. T. D. Franciscus de Alexandro Mess.*
1570 vir in Hebraicis, Græcis, & Latinis litteris peritissimus, jam senex fato cessit an. 1615. („ 14. „ Aprilis. Fuerat electus ex lit. datis Matriti „ 14. Januarii 1571.)

7. *Doctor Rocchus Pixi Messan.* apud Re-
1617 giam Curiam diu versatus, renuntiavit Canonicatum, obtinuitque pensionem scut. 200. ex Maz.

8. *Nicolaus Frieni Messan.* agens in Hispania, concivis Canonicatum exoravit, Fuit Præfectus fabricæ Metropol. Hodie virtutum splen-
1624 dore vivit suorum Decanus. („ Obiit Panor- „ mi 9. Febr. 1658.

„ 9. *Joseph Rao Panormitanus* electus an. 1658. D „ Obiit 22. Decemb. 1683.

„ 10. *Franciscus Fialdi Panormitanus* S. T. „ & V. J. D. ex litteris datis Matriti 16. Aprilis „ decessit Panormi 16. Jan. 1709.

„ 11. *Augustinus Perez* Hispanus Arago- „ nensis electus ex litteris regiis anno 1709. „ Obiit 8. Februarii 1723.

„ 12. *Antoninus Franchina* Nasensis, ele- „ ctus ex litteris Augustiss. Caroli VI. Imp. „ possessionem est adeptus 15. Sep. 1723. Vivit „ hoc anno 1730. examinator & judex Synoda- E „ lis; ut etiam Quæsitor de rebus fidei Siculi „ Tribunalis S. Officii, electus an. 1729.)

SECUNDUS V. I. *D. Hieronymus Simonis de Bononia Pan.* antè unus ex 18. Canonicis, vir magnæ auctoritatis, multis Ecclesiasticis auctus beneficiis S. Mariæ de Catena S. Rosaliæ de Monteperegrino, ann. 1539. *Præfectus fabricæ Eccl. Cath.* diem suum clausit an. 1542. Sufficitur

2. *Ambrosius Sanchez Panorm.* de quo su-
1546 prà 27. Aug. 1546. occubuit, humaturque in templo S. Zitæ. F

1548 3. *V. I. D. Bartholomæus Sebastianus de Tirola Aragonia* Quæsitor de rebus fidei in Sicilia,
1562 simul & Episcopus Pactensis, tertiùm in Regno Præses, ann. 1568. ad Archiepiscopatum Tarraconensem vectus est [c].

c nos l. 3. not. 4.

4. *Petrus Ximenes Hispanus* ex renuntiatione præcessoris, Comendat. Abbatiæ meæ Sancti Eliæ de Ambula, à secretis Regii Oratoris apud Romam [d].

d nos l. et 3. not. 8.

5. *V. I. D. Antonius de Catania Calliganensis* litem adversus 18. Canonicos intendit, altare, & imaginem B. Mariæ V. de Libera Inferni Panormitanæ Ecclesiæ exornavit, & ditavit. 15. August. 1621. exspiravit, & in sua sepelitur Ecclesia.

6. *Crucius de Stephano de Ucria* apud Re- 1623
giam Curiam degens, impetravit Canonicatum, apud Patres B. Joannis de Deo emoritur 17. Mart. 1632.

7. *V. J. ac S. T. D. Franciscus Salernus Bic-* 1632
B *carensis* prius unus ex 18. Canonicis, deinde S. Jo. de Eremitis („ ex regiis litt. scriptis Matriti „ 5. Maii 1640. in Off. Prot. f. 215.) *Prior SS. Laurentii, & Philippi Agyrionis, Præfectus fabricæ Cathed. Examinator Archiep. Monasteriorum Deputatus, Vicarius Generalis Archiep. Ferdinandi de Andrade & Castro, & iterum Sede vacante, Regni Deputatus*; scripsit de validitate Matrimonii, Consilia, seu Responsa Juris, & multas Allegationes pro Iuribus Monasterii S. Jo. vivit hodie. („ Obiit Panormi Vicarius Ge- C „ neralis F. D. Martini de Leon Arch. Panorm. „ 14. Iunii 1653. De eo vide nostram Biblioth. „ Sicul. to. 1. fol. 238.

„ 8. *Joannes Baptista Chianetta* S. T. D. vir „ doctrina excultissimus: primùm Canonicus „ S. Petri in Panormitano regio Palatio; exin- „ de Canonicus S. Io. de Eremitis, ex lit. Reg. „ datis Matriti 10. Dec. 1653. exscriptis Mes- „ sanæ 2. Iunii 1654. Decessit Panormi 1. Nov. „ 1664. Vide Bibl. Sic. to. 1. fol. 326.

„ 9. *Andreas Fardella Drepanensis* electus „ ex lit. 24. Nov. 1665. In off. Prot. 264. E vi- „ ta excessit Panormi 31. Maii 1672.

„ 10. *Dominicus de Collado Vila Hispanus* „ Obetensis in Regno Castellæ, 1. Nov. 1672. „ In offic. Prot. fol. 74. 4. Ian. 1673. Denatus „ est 19. Iulii 1709.

„ 11. *Didacus Sciacca Tauromenitanus* S. T. „ D. electus ex litteris 6. Octobris 1709. ex- „ scriptis Panormi 24. Aprilis 1710. Vivit.)

TERTIUS *Hieronymus de Terminis filius* 1534
Bernardi Baronis Byrrimaidæ fuerat Canonicus ex 18. inde S. Ioannis, *Caroli V. Regius Capellanus, Prot. Apost. Vicarius gener. Panormitanæ Eccl. Primus Decanus, Episcopus Mazarensis* [e], *tunc cessit Canonicatum, & Decan.* an. 1552. 1552

e nos lib. 2. & lib. 3. not. 6.

2. *Ludovico Masbelli* ex sorore nepoti, qui fuit *Thesaurarius Ecclesiæ* [f] animam exhalavit an. 1578. electus jam Cantor. 1579

f nos lib. 2.

3. *V. I. D. Carolus Gallazus Nasensis* die 6. Feb. 1592. moritur, in Cathedrali quiescit. 1592

4. *Jacobus Marcone Panorm.* an. 1593. missus est Tunetum ad redimendos captivos christicolas, grassante Panormi peste periit 3. Iul. 1625

1625.

5. *Hieronymus Vallè Panor.* 1626. fato fungitur 25. Maii an. 1628. 1628

6. *Archangelus Morabitus S. T. D. Messan.* ann. 1628. in concionatoris munere ita gratus, ut an. 1640. in Cathedrali Panor. quadragesimali tempore, Cardinale Doria Archiep. favente, eligatur Concionator, an. 1645. 30. Septemb. Neap. apud Cruciferos Deo animam reddidit.

7. V. I. D.

7. V. I. D. Paulus Muxia Caccabensis à Presbyterali Canonicatu ex 18. ad hunc S. Joannis an. 1647. 9. junii transiit. Judex Conservator Synodalis Visitator Ecclesiarum generalis sub Archiep. Ferd. Andrade, & Castro, Apostolicus Protonot. vir utique operosus, & solers in rebus agendis, ideò ab an. 1624. Seminar. Panor. Clericorum Rector adhuc adest. („ Obiit Panormi 15. Augusti 1667. & Caccabum translatus, in Ecclesia majori conditus est.

1647.

„ 8. Vincentius Libassi Panormitanus S. T. D. „ possessionem est adeptus 28. Augusti 1668. „ Examinator, & Judex synodalis, politioribus literis præsertim poetices instructissimus, ut testatur Hortus Musarum post ejus mortem in lucem emissus. Obiit 3. Aprilis 1682. & in Cathedrali conditus est. Vide Biblioth. Sicul. to. 2. f. 287.

„ 9. Bartholomæus Castora Mediolanensis S. T. „ & V. I. D. ex literis datis Matriti 9. Augusti „ 1682. exscriptis Messane 22. sep. 1682. Vicarium Generalem egit Francisci Card. de Judice Archiep. Montis regalis. Obiit Panormi 14. Julii 1718.

„ Nicolaus Terrana Panormitanus S. T. D. „ electus 26. Jan. 1720. possessionem est adeptus „ 13. Aprilis ejusdem anni. At jussu Proregis „ Ducis Montisleonis, Siciliam pro Carolo VI. „ Imp. moderantis, inhibitum est Capitulo Cathedralis Ecclesiæ 5. Julii 1720. ne electum „ Nicolaum agnoscerent Canonicum. Exinde „ electus

„ 10. Jacobus Martinez Aragonensis ex literis datis Viennæ, 10. Januarii 1725.)

1524. QUARTUS V. I. D. Petrus Jo. Thoma Galbes nobilis ex genere Hispanus an. 1524. multis Ecclesiasticis beneficiis ditatus, 7. feb. an. 1562. jam senex, jam inops, jam nece cujusdam Canonici ex 18. culpatus deperiit, & in æde Conventualium S. Francisci sepulturæ datur.

1563. 2. Aloysius Ruiz Hispanus an. 1563. fuit in arte musica peritissimus, Proregi Marco Antonio Columnæ gratissimus, a quo Moderator, seu Magister cœtus Musicorum in Regio Sacello Sancti Petri de Palatio constitutus est, ad suæ vitæ finem 28. April. 1595. Conventu SS. Trinitatis Panorm. tumulatur.

1596. 3. S. T. D. Philippus Gallus Sanctifidalphensis in Curia Hispana degens, fit Canonicus an. 1596. mortem egit an. 1633. 25. martii, conditur in templo S. Jacobi de Mazara.

a vide lib. 4. not. 1. 4. S. T. & V. I. D. Ego Rocchus Pirri Abbas S. Eliæ de Ambula, a simul & Canonicus Regiæ Capellæ, ex liter. Philippi IV. Regis dat. Matr. 15.
1634. sept. 1634. Auctor hujus operis. Sed Dux Alcala tunc Prorex nomine Regis (ad quem scripsit de promeritis meis, ut ad majora promoverer, & interim opulenta pensione donarer) me hortatus pro majori præstando Regi obsequio, à Regia non discederem Capella, cui tunc præeram, donec digniori præbenda augerer; obtulerat enim optimus Prorex me Regi pro Cantoria Metropolitanæ; sed eam Rex V. I. D. Petro Testay suo Regio Capellano contulerat; ideò hoc canonicatu, quem Regi cessi, mihi obtulêre. („ Obiit Panormi 13. Januarii 1678. sepultus in cœnobio Capuccinorum.

A 5. Doctor Philippus Brucchatus Collisanensis ob meam renunciationem an. 1637. Vivit.

„ 6. Franciscus Natoli ex oppido Piraini, ex „ literis regiis 6. Junii 1678. exscriptis Messanæ „ 10. Aug. 1678. Decessit Panormi non sine insigni probitatis fama 21. Aprilis 1690. sepultus „ in Ecclesia Cathedrali.

„ 7. Franciscus Marchese Panormitanus V. I. „ D. vir doctrina excultissimus, & eximia in „ rebus agendis dexteritate insignitus, ex regiis literis 20. Junii 1690. Consule nostram B „ Bibliothecam Siculam to. 1. f. 218. Obiit vir „ doctrina, & morum integritate insignis 18. „ Junii 1626. De eo in Bibl. Sic. t. 1. p. 218.

„ Petrus Espoz Hispanus ex literis Viennæ „ signatis 26. Octob. 1726.) 1637.

QUINTUS V. I. D. Rogerius Paruta vir nobilitate, & ingenii acumine præclarus an. 1524. 1524.
Poeta, & Historicus celeberrimus, qui Epitaphia ad Regum Sepulchra in Cathedrali Panor. conscripsit. Thesaurarius Ecclesiæ b. an. 1561. b lib. 1. not. 14. junii excessit e vita.

C 2. V. I. D. Thomas de Calvo Messan. an. 1562. 1562.
fuit etiam Abbas S. Petri de Deca c, & Vicarius c eod. lib. 4. p. Gener. Archimandritatus Messanæ, ad Episcopatum Tropensem an. 1571. evectus est. („ Ante Episcopatum renunciasse Canonicatum „ puto; nam Tropiensi Ecclesiæ præficitur anno „ 1593. ibique decessit 1613. ex Ughello Ital. „ Sac. to. 9. f. 471.) Quare eligitur à Rege

3. V. I. D. Vincentius la Farina nobilis Policiensis an. 1571. fuit Regius Capellanus, mox 1571. 1576.
Abbas S. Salvatoris de Placa d, deinde SS. Petri, d eod. libro & Pauli de Agrò, canonicatum ann. 1576. cessit.

D 4. V. I. D. Leonardus Orlandinus, & Gracus Drepanensis an. 1576. hic græcis, & latinis litteris clarus, amœnioribus clarior. scripsit elegantissima emblemata, Descriptionem suæ patriæ Drepani &c. Fuit Vicarius Generalis Archiep. Panor. Cæsaris Marulli, ad summam senectutem an. 1618. 13. sept. demoritur, sepulturæ locum in atrio suæ Ecclesiæ Panor insculpto marmore, elegit. („ De eo in Bibliot. Sic. t. 2. f. 19.)

5. Franciscus Famularus Panormit. an. 1619. fuit Protonotarius Apost. Proregi Marchioni E Taboræ gratus, splendidissimus ad inopiam venit, vitam cum morte commutavit 23. decemb. 1647.

5. Conus de Alberto Nasensis in Regia Curia degens, fit supremi Concilii Capellanus, an. 1619.
1646. Abbas S. Philippi de Sancta Lucia Milacii e, post. an. 1648. Canonicus. Vivit. („ Decessit. e eod. lib. 4. p. „ 9. Martii 1665. sepultus in Cathedrali.

„ 6. Vincentius Vianisi Thermitanus S. T. „ D. ex regiis literis 6. Nov. 1665. exscriptis F „ Panormi 23. feb. 1666. Obiit 29. decemb. 1677. „ in eadem conditus Cathedrali.

„ 7. Franciscus Lasarte Hispanus, Jacobi de „ Palagox Archiepiscopi Panormitani à sacris „ Confessionibus, possessionem est adeptus 30. „ Maii 1678. Fuit Examinator, & Judex Synodalis. In Hispaniam se contulit cum eodem „ Præsule, ad Hispalensem sedem translato, & „ renunciationem emisit an. 1686.

„ 8. Andreas Marinus ex oppido Montanei in „ Diœcesi Pactensi, S. T. & V. I. D. ex literis

10. Nov.

„ 20. Nov. 1686. Obiit Panormi II. Sep. 1723.
„ 9. Joannes Muratò Catalaunus, electus
„ primum an. 1723. Canonicus ex 18. Exinde ad
„ hunc S. Joannis Canonicatum transiit ex lit-
„ teris regiis 26. Januarii 1724.)

SEXTUS *V. I. D. Lucas Marinaus Siculus Bixinensis* an. 1524. illustrissimus Poeta, Orator, Regius Historiographus, Regis Ferdin. II. Sacellanus, & Abbas S. Mariæ de Bordonaro [a], in favorem

1533. 2. *Antonii Marinei* nepotis cessit an. 1533. Hic mortem obivit Panormi primo martii 4. Ind. 1561. Jacet in Cathedrali.

3. *Bartholomaeus Boerius seu Boertius Panorm.*
1562. an. 1562. De anno obitus istius non constat.
1565. 4. *Antonius Maglia Panorm.* an. 1565. eodem exspiravit.

5. *V. I. D. D. Aloysius de Amato Collisanensis* honestis ex parentibus, primum Ecclesiæ Panormit. an. 1555. 15. Jun. Vivanderius, post fortuna foelici, suisque promeritis Canonicus, in fratrem à Canonicorum cœtu ad an. 1568. 4. Aug. admissus, fortè, quòd apud Regem, cujus erat Sacellanus, agebat. an. 1571. Cantor, & ante in Sede vacante an. 1568. Vicarius [b], ann. 1579. Prior S. Andreæ de Platia, mox electus Episcop. Agrig. 25. Maji 1587. morte deletur [c], Ob pro-
1571. motionem ad Cantoriam an. 1571.

6. *V. I. D. Artalia Scalea Reg. Cap.* simul Abb. S. Anastasiæ vixit an. 1575.

7. *V. I. D. Petrus Marcius* nobilibus natus parentibus Utriusque Juris Augustino Marcio
1576. Magistro à regiis rationibus 1576. quia tunc ætat. annorum 19. non fuit à capitulo receptus in fratrem; cum quo Pont. Greg. XIII. donec ætatem 22. annorum attigisset, dispensare noluit triennio 1582. 1583. & 1584. honorifico Vicarii Gener. munere apud Archiep. Marullum perfunctus, mundanos quosque aufugiens honores, clam ad Capuccinos sese contulit, eorumque ipso die grossiori indutus tunica, ita inter eos habitus est, ut bis ad Provincialatum fuerit assumptus, atque ad Diffinitoris Gen. & nisi morte præventus, ad Generalatus Religionis supremum munus. Reliquit in suo Panor. Conventu eruditiss. Epitomen M. S. super Annal. Baronii. („ Consule Bibl. nostram Sicil. t. 2. f. 312.)

1588. 8. *Michael Garcia Hispanus* à Sacris Proregis Ducis Albædelista, cùm in Hispaniam regressus est, è vita an. 1591. egreditur.

1591. 9. *Modestus Ruffus Calathabellot.* primum coadjutor Magistri Cæremoniarum, post ejusdem Proregis Sacellanus, cum quo in Hispaniam transmeavit, & an. 1592. fit Canon. Emoritur Panor. 22. Novembr. 1626. & in Cathed. sepelitur.

10. *S. T. D. Hieronymus Moncata Panor.* græcis, & latinis lit. eruditissimus, Synodalis examinator, Monasteriorum Deputatus, ab an.
1628. 1628. 11. Augusti; ætatis ann. 63. obiit 10. Martii 1649.

(„ 11. *Thomas de Leonardo Calaxibettensis*
„ S. T. & I. V. D. possessionem obtinuit 24. Jan.
„ 1650. Claruit Judex & Examinator Synoda-
„ lis. Obiit 21. Junii 1662. In Cathedrali Ec-
„ clesia Sepultus.
„ 12. *Alexander Notus Panormitanus* V. I. D.
„ primùm electus Canonicus Portus 18. Aprilis
„ 1662. Protonot. f. 392. Mox Eremitarum ex
„ aliis literis 9. Sep. 1662. exscriptis 13. Martii
„ 1663. In Offic. Proton. f. 345. Fuit etiam Ec-
„ clesiæ Thesaurarius; & Pro-Vicarius Gene-
„ ralis Jacobi de Palafox Archiepiscopi Panor-
„ mitani. Obiit Panormi 16. Febr. 1696. sepul-
„ tus in Ecclesia Monasterii Montis Virginum.
„ 13. *Alexander Guarrasi Panormitanus* S.
„ T. D. ex literis Regiis 28. Maii 1696. Prot.
„ f. 3. Vivit Ecclesiæ Thesaurarius. Vide Bi-
„ blioth. Sicul. in addit. f. 46. Obiit 30. Januarii
„ 1726.
„ 14. *Emmanuel Extare* Hispanus Arago-
„ nensis electus ex litteris 1. Junii 1726.)

CANONICI siquidem isti sex Regii, quibus apost. auctoritate *Monasterium S. Jo. de Eremitis perpetuò fuit unitum, annexum, & incorporatum.*

Proventus & onera.

1. *Sex prebendas unitam habent massam ex omnibus juribus, pertinentiis, redditibus, proventibus conflatas,* deductis oneribus: scilicet pro Monachis Benedictinis inservientibus unc. 50. Pro fabricis Monasterii unc. 6. Pro seminario Panor. unc. 20. sub Regio Visitatore Francisco de Puteo an. 1583. in utilitatem Canonicorum unc. 386. Sed hodie ex *Oppido, seu Statu Mediinsi annua unc. 188. & gallina 48. ex Resesio unc.* 200. *ex Adriano unc. 38. ex Sabbucci unc. 52. ex feudo della Gazena unc. 12. & alii in urbe annui redditus exiguntur.* („ Ex redditibus, qui ex Resesio pro-
„ veniebant, per plures annos fuerant malè a-
„ lienatæ unciæ sexaginta: at studio & soler-
„ tia Canonici Alexandri Guarrasi iterum cum
„ aliis unciis quatuor sunt nostris Canonicis
„ restitutæ, cum obligatione solvendi a possesso-
„ ribus Resesii de 29. in 29. annos laudemium,
„ & confinia renovandi: ut patet ex sententia
„ pro Canonicis prolata a Francisco Ramirez E-
„ piscopo Agrigentino Apostolico delegato 17.
„ Decemb. 1703. Ejusdem Guarrasi diligentia
„ sancitum est, quòd in casu translationis do-
„ minii, seu novi emphiteutæ feudorum Rege-
„ sii solvi debeat Canonicis laudemium de tota
„ summa unciarum bis centum sexaginta, vi-
„ delicet de unciis 204. quolibet anno nostris
„ Canonicis debitis, quàm de unciis 56. ab ip-
„ sis olim pro manutentione, & ædificiis RR.
„ Monachis assignatis, pro recognitione novi
„ Dominii; nostris solis Canonicis uti Domi-
„ nis directis, & solis proprietariis debitam. Ita,
„ instituto compromisso, ab ipsis Canonicis,
„ & à D. Melchiore Julio Zati, Resesii posses-
„ sore, in personam eximii, & numquam satis
„ laudati D. Casimiri Drago, ex Tribunali
„ Concistorii Sacræ Regiæ conscientiæ, & Re-
„ gii Patrimonii, nunc Tribunalis magnæ Re-
„ giæ Curiæ Præsidis, fuit definitum, ex tabulis
„ B. Baptistæ lo Bianco Panor. 18. Sep. 1709.
„ Contra Dominos de Samaniati, ac Domi-
„ num de Bononia successivè feudorum de Sa-
„ buci possessores (hodie à duce Oneto possiden-
„ tur) fuit à nostris Canonicis anno 1626.
„ institutum judicium revendicatorium, cau-
„ sam præcipuè agente Canonico Francisco Sa-
„ lerno, viro Doctissimo, qui inter alia sui

[a] Lasius ubi supra.
[b] Not. lib. 1. not. 1.
[c] Ibidem.

„ egregii monumenta, etiam pro hac causa per- „ doctas edidit allegationes: demum convene- „ re, ut census augentur ad summam uncia- „ rum 156. annualium, cum solutione uncia- „ rum 400. pro expensis in causa à nostris Ca- „ nonicis editis, ut ex tab. Petri Candone an- „ no 1653.

„ Census feudi de Gazena ob novam conces- „ sionem factam Laurentio Pitacciolo Agrigen- „ tino Canonico fuit auctus aliis unciis qua- „ tuor annuis, cum obligatione solvendi lau- „ demium de 29. in 29. annos, ex tabulis An- „ tonii Terranova primo febr. 1704.)

2. *Medietas, supputatis oneribus, fructuum est pro eorum distributionibus quotidianis*, & inter illos ex dictis sex Canonicis Regiis, qui in dicta Ecclesia personaliter interfuerint, dumtaxat distribuuntur. Ita ut nec ipsi sex ex distributionibus, aliisque juribus 18. Canonicorum, nec isti 18 ex suis participant.

3. *Eorum quilibet stallum in choro, & locum, ac vocem in Capitulo dictæ Ecclesiæ, & quibuscumque processionibus, ac actibus Capitularibus, sicut quibibet ex dictis decem, & octo antiquis Canonicis, immediatè tamen post ultimum ex dictis 18. antiquis Canonicis, tunc inibi præsentibus, habere debent*. Mos tamen hodiernus est: quòd in his rebus, quæ ad cunctos indifferenter pertinent, interesse solent. Cùm verò 18. de suis præbendis, vel juribus agunt, non; ita nec 18. in rebus spectantibus solum ad sex regios.

4. *Ipsi sex Canonici Almutia* olim, ab anno 1610. *Rocchettum cum Muzetta, & habitus Canonicales, sicut alii antiqui Canonici, deferunt*; („ *Ab anno 1668. cappam magnam, & mitram* „ *sicut & cæteri Canonici, ut diximus in additio-* „ *nibus ad not. Eccl. Panor. ad an. 1668.*) *ac omnibus, & singulis privilegiis, gratiis quibuscunque, quibus dicti antiqui Canonici quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti gaudere poterunt in futurum, non solùm adinstar, sed pariformiter, atque principaliter, absque ulla penitùs differentia uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valent*. In muneribus quoque quibuslibet Ecclesiæ, ut sæpè, etiam me judice, decretum est [a].

[a] vide acta in Archiv. causs. deleg. Monarch. ad an. 1613.

5. *In libris Cameræ Apost. proventus Monasterii taxati reperiuntur, quovismodo vacet, ad quinquaginta ducatos auri*. Ideò quolibet decimoquinto anno ex hac Monasterii annexione, sexaginta octo ducatos auri Cameræ solvere tenentur.

6. *Ex sess. 24. c. 12. Concilii Trid. Iacobus la Melline Archiep. Pan. 28. Iunii 3. ind. 1575. Omnes 24. Canonicos in Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos divisit, ex istis sex Regiis duo primi sint presbyteri, duo Diaconi, & duo ultimi Subdiaconi*; Cardinalis verò Doria Archiep. Panor. & successor Ferdinandus de Castro, his sex Regiis Canonicis tamquam Subdiaconis uti voluere in pontificalibus muniis; sed recusantes aliquando, tamen ut Præsulibus istis morem gererent, sub titulo *Subdiaconorum*, licèt de jure partitionis ex Concil. Trident. non tenerentur, inservierunt.

7. *Licèt in libris Regiis tempore Abbatum Commendatariorum reperiatur Abbatia dandis Regiis, & Deputationis Regni obnoxia*, post tamen annexionem illius cum sex Canonicis istis, ex privilegiis Regiis [b], atque Proregiis die 13. Junii 1561. 4. ind. in lib. Prot. eximuntur. Et 21. Aprilis 6. ind. 1563. & per interlocutoriam latam in off. R. P. 29. Nov. 7. ind. 1563. („ Et ex litteris, ut vocant, observatoriali- „ bus datis Messanæ 9. Febr. 1564. & ex aliis „ datis Panormi 20. Febr. 1666. & tandem 23. „ Augusti 1723.

[b] Frid. II. tandem Alphon. dat. 18. Junii 1410.

8. *Jure annexionis Monasterii omnes sex isti Canonici, facta inter eos procuratione, unum Abbatem Commendatarium S. Io. de Eremitis 18. locum in generalibus Comitiis occupantem, eligunt*. Ita lego in libris Proton. sub an. 1531. in Prot. eo an. fol. 46. Nescio tamen quo jure hac Abbatiali præeminentia per multos annos abusus sit Rector, seu Major ipsius Monasterii. Anno verò 1624. 24. April. sub Principe Philiberto Prorege, advocato solemni Primatuum cœtu, Canonicis contendentibus se hac dignitate injustè privatis, ab Josepho Neapoli Præside Patrimonii, & Ferdinando Matute Consultore restituitur, & adhuc nemine contradicente in ea perseverant possessione; ita etiam in celebrando Missam more Abbatû pontificalia exercentium in quolibet festo S. Joannis Evangelistæ in Monasterio ipso, imò non solùm pontificalium usus, sed omnium præeminentiarum Abbatialium privilegia, per litteras Apostolicas manutentionis possessionis sub Innocentio X. an. sui pont. 1. die prima Junii sal. an. 1645. confirmantur cum monitorio pœnali. („ Anno 1657. RR. Monachi in nostro Monaste- „ rio S. Joannis degentes, litem intentarunt „ contra Canonicos, contendentes non potuis- „ se, nec posse in Abbatiali Ecclesia dicti Mo- „ nasterii pontificalia exercere: sed cum pluries „ fuerit discussa causa, possessorio cesserunt, „ in petitorio solummodo insistentes: Usq; ad „ annum 1702. causa quievit. At cùm Cano- „ nici voluerint abusum missæ privatæ (hanc „ Canonici quotannis die S. Joannis cum vesti- „ bus pontificalibus celebrabant) tollere, & se „ conformes reddere bullæ Alexandri VII. „ Sum. Pont. (qui omnibus Abbatibus tum ti- „ tularibus, tum commendatariis normam præ- „ scripsit) & missam solemnem cum baldachino, „ ministris, aliisque in solemni ritu adhiberi „ solitis, celebrare; iterum causam sunt pro- „ sequuti Monachi; ac tandem 19. Julii 1707. „ in Tribunali Regæ Monarchiæ Canonicis „ causa est adiudicata, ut infra clariùs patet.

IN DEI NOMINE AMEN.

„ PRovidenda sunt scriptura in Tribunali „ *Regiæ Monarchiæ, inter P. D. Stepha-* „ *num à Monte-Regali Oeconomum, & Procu-* „ *ratorem Venerabilis Monasterii Sancti Ioannis* „ *Eremitarum H. V. Ordinis Sancti Benedicti* „ *Congregationis Cassinensis nominibus inscri-* „ *ptis, & omni alio meliori nomine, & modo* „ *actorem ex una, contra, & adversus Reveren-* „ *dos Canonicos Abbates Commendatarios Mona-* „ *sterii Sancti Ioannis Eremitarum ejusdem Ur-* „ *bis*, 19. Julii 15. Ind. 1707.

„ *bis, & nominibus in scripturis, & omni alio me-* A
„ *liori nomine, & modo conventos parte ex alte-*
„ *ra. Petitionis ex parte dicti Oeconomi, & Pro-*
„ *curatoris, quod utique quatuor Monachi Sa-*
„ *cerdotes dicti Ordinis Sancti Benedicti Congre-*
„ *gationis Cassinensis, & alii duo Confratres e-*
„ *jusdem Ordinis manuteneantur in ejus quieta,*
„ *& pacifica possessione tùm Ecclesiæ dicti Mona-*
„ *sterii, & suorum membrorum, & omnium au-*
„ *thoritatum, jurisdictionum, præheminentia-*
„ *rum, & aliorum concessorum eidem Monasterio*
„ *tempore fundationis usque ad præsens, quam* B
„ *virtute Privilegiorum, ac etiam Bullarum*
„ *Pontificiarum, exercendo in dicta Ecclesia, Ab-*
„ *batia, dictorum Monachorum omnes functiones*
„ *Pontificales, & non turbetur possessio ipsis Mo-*
„ *nachis; & quod dicti Reverendi Canonici non*
„ *possint exercere functiones Pontificales in Sa-*
„ *crificio Missæ privatæ in die festivitatis Sancti*
„ *Ioannis Evangelistæ, ex quo in concessione præ-*
„ *dicta non est comprehensa concessio talis jurisdi-*
„ *ctionis, & exercere dictam functionem conces-*
„ *sam Abbati dicti Monasterii; & Monachorum,* C
„ *& non dictis Canonicis, & dicti Reverendi Ca-*
„ *nonici prohibeantur in faciendo tales functiones*
„ *Pontificales in die Sancti Ioannis in dicta Ec-*
„ *clesia: & pariter deleantur omnia acta per di-*
„ *ctos Reverendos Canonicos facta, semetipsos*
„ *nominando Abbates, & inhibeatur eisdem Ca-*
„ *nonicis, ut deinceps non possint nominari Ab-*
„ *bates, juribus, rationibus, capitibus, & cau-*
„ *sis in dictis scripturis, & incartamento ad in-*
„ *stantiam dicti Oeconomi, & Procuratoris dicti*
„ *Monasterii præsentatis, adductis, & aliis in* D
„ *voce, & in scriptis, etiam dictis, & allegatis.*
„ *Petitionis verò ex parte dictorum Reverendo-*
„ *rum Canonicorum Abbatum Commendatario-*
„ *rum prædicti Monasterii Sancti Ioannis Eremi-*
„ *tarum, quod utique dicti Reverendi sex Cano-*
„ *nici perpetui Abbates Commendatarii dicti Mo-*
„ *nasterii, & quilibet ex eis manuteneantur in*
„ *possessione, in qua reperiuntur exercendi Pon-*
„ *tificalia, & celebrandi Missam solemnem Pon-*
„ *tificalem cum Baculo, Mitra, Tosello, Mu-*
„ *sica, assistentia, & aliis rebus Pontificalibus,* E
„ *ac juxta Decretum Alexandri Septimi, quo*
„ *Abbatibus præscribitur usus Pontificalium; ex*
„ *quo Monachi sunt meri, & simplices Capellani*
„ *pro servitio cultus Divini inservientes Ecclesiæ*
„ *dicti Conventus, & petitio prædicta nulliter*
„ *facta ex parte dicti Reverendi Oeconomi, &*
„ *Procuratoris, & dictorum PP. non procedat,*
„ *& a dicta indebita, & injusta petitione prædi-*
„ *cta penitus absolvantur, & liberentur, dictum-*
„ *que Oeconomum, & Procuratorem, & Patres*
„ *tamquam temerè litigantes ad omnes expensas* F
„ *condamnentur, juribus, rationibus, capiti-*
„ *bus, & causis in prædicto incartamento satis,*
„ *& aliis in voce dictis, & in scriptis, etiam di-*
„ *ctis, & allegatis, & hoc per Tribunal Regiæ*
„ *Monarchiæ, & per Ill. de Truxillo Iudicem*
„ *ipsius, cui fuit commissum negotium vigore*
„ *provisionis obtenta in dorso memorialis dicti*
„ *Oeconomi, & Procuratoris, in cujus dorso*
„ *fuit per E. S. facta provisio, per quam fuit di-*
„ *ctum sub die 13. Aprilis 1655. Judex, ad quem*
„ *spectat, provideat statim de justitia, præsen-*
„ *tati in dicto Tribunali Regiæ Monarchiæ parte*
„ *citata die 27. ejusdem, ac contumaciam ad pro-*
„ *sequendum causam incusatam ad instantiam*
„ *Oeconomi, & Procuratoris dictorum PP. pe-*
„ *nes acta dicti Tribunalis sub die 24. Novem-*
„ *bris 1705. Unde, &c.*

J E S U S.

„ *PRovisum est per Nos Licentiatum D. Phi-*
„ *lippum Ignatium de Truxillo, & Guer-*
„ *rero de Consilio Suæ Catholicæ Majestatis, &*
„ *in Supremo Italiæ Consilio Fisci Patronum,*
„ *Abbatem Sanctæ Mariæ Terranæ, ac Iudi-*
„ *cem Ordinarium Tribunalis Regiæ Monar-*
„ *chiæ pro prædicta Catholica Majestate in hoc*
„ *Siciliæ Regno; quod, stante supplicatione re-*
„ *gulatoria præsentata sub die 27. Iulii 1657. non*
„ *procedat petitio, & isti Reverendi Canonici*
„ *absolvantur, & liberentur, expensis hinc in-*
„ *de compensatis.*
„ *Hanc Nostram, &c.*
„ *Pronunciata Panormi die decimo nono Iulii*
„ *15. Indictionis 1707. In Iudicio.*
„ *Iulius Rotundo pro Magister Notarius.)*

9. *Adoptationem cum aliis 18. non servant, sed inter ipsos sex de loco tantùm.*

10. *Ut in cunctis privilegiis Apost. decem, & octo concessis sint æquales,* litteras nomine Sacræ Congr. Card. à Cardinale Matthæi datas 7. nov. 1592. in regesto Archiep. eo an. f. 281. exoraverunt, *quod prout & alii decem & octo per hebdomadam inserviant &c.*

11. *A prima institutione an. 1524. ad nostra tempora, Regiæ semper fuerunt Præsentationis cum Archiep. Panorm. confirmatione canonica.* Nunquam legimus illis fuisse permissum vel Coadjutorem, vel cessionem cum pensione; ut in 16. nam *duo Portus* Regii etiam sunt.

Monasterium ipsum *S. Ioannis de Eremitis* tot honorificis privilegiis, ac præeminentiis à primo fundatore Rogerio Rege (ut vidistis) exornatum, maximè his verbis; *Volumus* [a], *ut omnes decidentes in nostro Palatio, exceptis nobis, & successoribus nostris, qui Regia sunt dignitatis titulo decorandi, in ejusdem S. Jo. Cæmeterio tumulentur.* Quod ab omni exactionum pondere immune declaravit. Nec [b] *eum onere functionum, aut improbis exactionibus sustineamus vexari, æquissimū est, & omni consentaneum rationi, ut prædictum Monasterium sumptibus propriis, & laboribus ædificatum, tanquam opus manuum nostrarum plena libertate donemus, omnem sibi præstans immunitatem.* Nihilominus temporum cursu, maximè Gallorum imperio, & Claramontanorum dominatu, atq; Commendatariorum Abbatum ab an. 1430. negligentia; *Monachi solo Prioris titulo regebant*, ita legimus in tab. Georgii de Avvazato 7. Octob. 4. ind. 1485. *venerab. F. Gerardus de Tudisco Prior monast. S. Io. de Eremitis* (credo, quod erat ex affinibus præclarissimi Abbatis Benedictini Panor. Nicolai de Tudisco) *de consensu F. Blasii de Salemi, F. Hippoliti de S. Ioan. & F. Viti Ru ad emphyteusim pro annuis unc. tribus concedit Viridarium cum aquis* mona-

[a] in ipso privil. an. 1148.
[b] ibidem.

monasterii Mag. Antonio Drago, quòd an. 1497. Priore Bernardo de Andriella, in actis ejusdem Tabell. 13. Sept. 1. ind. Nicolaus de Trilener uti procurator Abb. Commendatarii confirmat. Hinc monasterium fabricis, redditibus, & Monachi ipsius observantia regulari, cultu Divino ita diminuta sunt, ut sub anno 1524. vix quatuor Sacerdotes, & duo Oblati superessent; quibus ut cautum est in Clementis VII. dipl. *indulgemus* (ait) *& concedimus, quòd dicti monasterii, ac dilectorum filiorum Conventus ipsius, supputatis oneribus, residuus sit fructuum &c.* Haud secus Imperator, & semper Regii Visitatores decreverant. Quare cum sex Canonicis uti Abbatem Commend. repræsentantibus, & ipsis cœnobitis conventum est per publicum documentum an. 1524. 13. Sept. 13. ind. [a] ut ex feudis *Refesii*, eorumque juribus anno singulo exigerent pro victu, & vestitu uncias 50. & cultui monastico inserviant 4. Benedictini Sacerdotes, & 2. Conversi, & unc. 6. pro reparatione fabricarum Monast. ut adhuc servatur. Legi tamen in Lello hist. Mont. p. 2. pr. 224. fol. 93. *Clementem VII. per privil. 4. Febr. an. eodem 1524. attribuisse monasterium S. Joannis de Eremitis Panormi ordinis S. Benedicti, in hospitium, seu Grangiam Monachorum Ecclesia Monteregalis ejusdem ordinis.* Id apud omnes certum esse publica semper fuit fama: tum quòd utriusque monasterii quasi eadem est familia, tum quod à Monteregalensi Abbate cœnobitæ designantur, & continuo auxilio etiam victus, & vestitus sublevantur, tum quòd Montisregalis Procuratores, cæterique Panormum venientes, hìc quasi in sua hospitantur domo. Evenit nihilominus an. 1633. quòd Card. Cosmas Torres Archiep. Monteregal. quosdam Monachos maximè Abb. Cherubinum Alaymo à Montereg. in S. Joannis degentes accersiret, sed ii ad Archiep. Panor. Car. Doriam confugerunt, asserentes, *hoc monasterium esse liberum, & non Grangiam Montisreg. item & an. 1647. cùm ibi sepeliretur quidam; Capitulum Canonicorum Panor. illi tanquam Grangiæ, & non monasterio nihil ex funeralibus juribus impertiendum contendebat; verùm coram Vicario Gener. Salerno, pro Monachis, suum verè esse monasterium, & non Montisreg. Grangiam probantibus, decretum est. Id multis officinis, præsertim Nova pergrandi porta, & atrio ab Abbate Montereg. Epiphanio Bellacera [b], amplo Cubiculario, seu Dormitorio nobilitatum est. Hic frequenti circum incolentium concursu Divina celebrantur officia.*

a Ex tab. Jo. Pauli de Monte Pan. & in execut. bullarum Clem. VII.

b Mon. hu[illegible]

De Monasteriis, seu Prioratibus annexis Regio Monasterio Sancti Joannis de Eremitis.

ANtequàm quidlibet excutiendum præponam, duo advertenda ex regio eloquio Rogerii in suo privilegio sunt; & officiosa illius voluntas in donis concedendis, & ampla jurisdictionis data potestas. [c]. Nepos quoque Rogerii Guillelmus II. in dipl. sub ann. 1172. concessionis Casalis Sabbuci, & Cherchi tribuit *omnimodam jurisdictionem Civilem, & Criminalem.*

c Istius exempl continetur in Priv. I. sub anno 114[illegible]. & in 2. Privil. Guill. II.

PRIMUM planè *Sancta Maria* ab oppidulo Saracenico, in quo erat situm, *de Muninsuso* olim, *de Mezoinso* hodie dictum est. Id oppidum, seu Casale antiquissimum ab Agarenis Siciliam occupantibus conditum, abest ab aliis Saracenici nominis Cephalà [a] Temporum cursu, varia Saracenica appellatione donatur vel *Muninssum* [d], vel *Mizilinsum* [e], vel *Misilinsum* [f], vel *Minzilinsuph* [g], latinè *Medii usum*, vulgò *Mezojuso*.

a [illegible] & Bicaro [illegible]

d Fazell. dec. 1. lib. 10 fol. 310

e In libello Episc. Agrig. diœc. 1. Prael. fol. 230.

f In not. Pan.

g In not. Agr.

Post annos ferè trecentos sub egregiis Northmannis Principibus reflorescente Christianæ Religionis gloria; & ut loquitur Rogerius Primus Siciliæ Comes in privilegio erectionis Agrigentini Præsulatus sub anno 1093. [h] *Saracenorum igitur contra Christicolas vehementi insania, & potentia annihilata, & tota Sicilia mihi, & meis imperantibus obediente per omnia; Ego Rogerius in conquestu Siciliæ Episcopales Ecclesias ordinavi, quarum una est Agrigentina Ecclesia; cui in Parochiam assigno quidquid infra fines subscriptos continetur cum omnibus juribus decimarum, & aliorum jurium parochialium tam Civitatis Agrigentinæ, quàm diœcesis* [*]: *videlicet à loco, ubi oritur flumen subtus Corleonem, usque ad super petram de Zineth* [*], *& inde tenditur per divisiones JATINÆ, ET CEPHALÆ, & deinde ad divisiones BICCARI, inde verò usque ad flumen salsum, quod est divisio Panormi, & Thermarum, &c.*

h In lib. 1. not. 3. Agr.

* Nota fines diœc. Agrig.

* Hodie Pesculina juxta Cutranum oppidum.

Inter *Cephalam*, & *Biccarum* interjacere prospexistis *Mediiusum*, quod enucleatiùs declarant testes electi ab Archiep. Panor. Berardo, & Episc. Agrig. Raynaldo an. 1244. [i] *super finibus, vel limitibus suarum diœcesum*, his verbis: *Dixerunt, quòd fines, vel limites Agrigentinæ diœcesis versus Biccarum usque ad flumen dicti Biccari* (hoc flumen antè salsum dictum) *protenduntur, & sic determinatis, & declaratis istis finibus, & limitibus per eosdem: Cephalam, Misilinsum, Phitaliam, & Cutumem Casalia cum pertinentiis eorum Agrigentina diœcesis comprehendit.*

i Habes in not. Panorm. eo anno.

Recensita jam oppida, atque confinia, ab anno 1307. ex conventione inter Bertuldum Agrigentinum, & Bartholomæum Panormitanum Antistites facta *de divisione finium diœcesum* [k], tunc Panormitanæ antè Agrigentinæ semper fuerant diœcesis.

k Lib. 1. 3. Agrig.

Legimus enim *in Libello de successione Pontificum Agrigentini, & institutione Prabendarum, & aliarum Ecclesiarum diœcesis* [l], hæc verba: *Secunda Prabenda instituta fuit in tenimento Antella cum casalibus Baronum confinium de qua Prebenda fuerunt extracta plura casalia* [*], *commutata à Rege Guill. II. pro Ecclesia Montisreg.* [*] *& cum decimis CACCABI, & BROCCATI pro tarenis 1240., & sagmat. frumenti, & hordei in Doghana Agrigenti.*

l In Reg. Cancel. fol. 210.

* Gisium Calatrasie, ut in not. Montereg.

Caccabum ergo & *Broccatum* in nostra regione diœc. olim Agr. insuper *Tertia Prabenda fuit de MONTEHASU cum tenimento suo scilicet Casale Phitalia, CUTEME, & MISILIUSU, quod est Monasterii S. Joannis de Eremitis Panor.* Hic pedem figendum duxi, & quodlibet verbum ad examen vocando, ut luculentiùs illustretur, quod premimus.

1. *De Monte Hazu*, Mons iste altissimus, in cujus cacumine jacentia magnæ Civitatis cadavera

vera prospiciuntur, undique præruptus, ac ita ingens, & munitus, ut vix unus, & is arduus, & præclivis est aditus, vulgò *Monte di Gazo* dictus ad Orientem. Eum fortè potiùs *Jetum* vocat Plinius, ejusque populos *Jetenses* & Comes Rogerius, *divisiones*[a] *Jatina*, & non *Jetum*, adjunctum *Antella* longè à Corleone ad Occidentem ut putat Fazellus lib. 10. dec. 1. fol. 233. olim juris Mazariensis Ecclesiæ, hodie Montereg.[b] ubi *Giatum* appellatur. In Montis rupe excavatum ingens est antrum, vulgò *la Grotta di Gazo*: Gazæ græcè, divitiæ, thesauri latine, quod in eo absconditos esse locupletissimos thesauros prædicant omnes. *In tenimento suo* est 2. *Phitalia* olim Saracenicę appellationis Casale, hodie superstes magna, sed pervetustissima arx in eo prospicitur, juris D. Blasci de Septimo. 3. *Cutem* antiquitate collapsum, solum suum annosum Castellum servat, cujus & totius illius regionis cum Biccaro dominus erat Manfredus Claramontanus Motycę Comes[c], sed hodie D. Vincentius Landolina Intercedit Casale 4. *Mizilinsum* inter sui juris latafunda, seu feuda *Petrusa* juxta Phitaliam, & *Scorciavacca* prope Cephalam, circa *feudum Ferrara cum* 222. *tractibus terræ, & Feudoctum cum* 70. In Mizilinso ab Agarenorum expulsione, fuit à Christicolis nostris Templum *B. Mariæ* sacrum exstructum, quod deinde cum suo tenimento, juribusque Rex Rogerius in dotem dedit *suo Regio Monasterio S. Joannis de Eremitis Panormi*[d], ad id custodiendum Monachi hospitium, seu Prioratum fortè constituere, ideò hæc subsequuntur verba. *Mizilinsum; quod est monasterii S. Jo. de Eremitis Panormi*, sed evidentiùs rem hanc dilucidant hæc: *sub*[e] *Goberto* 24. *Episc. Agrig. exorta est contentio; quòd Gobertus sibi suæque Ecclesiæ jura Episcopalia, ac decimas ab hominibus CASALIS MINZILIUSUAH, in quo Parochia B. Mariæ diœcesis Agrigentinæ, deberi contendebat; Abbas verò F. Lucas monasterii S. Joannis Eremitarum Panorm. ordinis S. Benedicti ad se pleno jure spectare asserebat ex privilegio Apost.*[*] *Tandem eodem anno* 1281. *mense martio Caroli Regni Hierus. an. 6. Siciliæ* 17. *ad pactiones has devenerunt, ut Abbas nomine monasterii annuos tarenos* 22. 10. *& libram unam incensi in Festo Assumptionis Beatæ Mariæ persolvat; Episcopus vero sua jura cedat*.

a In privileg. supradicto.

b In not. Montereg. & Lello ibidem p. 2. fol. 11.

c uti supra not. 1.

d supra

e lib. 1. not. 1. Agrig. ex tab. Eccl. Agr.

1281.

* de hoc privileg. nulla notitia.

Hinc, tanquam ab eminentissimo, munitissimoque veritatis Monte tres clarissimæ certitudinis fontes emanant.

Ex primo primæva *S. Mariæ* sacra domus, ejusque Christianorum Siciliæ cultus ab initio Imperii Northmannorum habetur; & usque ad annum sal. 1501. erant hujusmodi homines accolæ, qui ad differentiam advenientium tunc Græcorum Albanensium, *Latini* dicti sunt, interque alias pactiones, seu capitula cum Procuratore Abbatis Commendatarii Alphonsi de Aragonia, se juramento astrinxerunt: *pervetustissimam B. Mariæ Ecclesiam jam vetustate quasi penitus collapsam, tecto aliisque necessariis rebus restaurare*. Ad nostram ætatem 325. eorum numerantur lares quæ Parochum in eadem D. Mariæ æde more latino missam celebrantem,

Antiquiss. Sanctæ Mariæ Ecclesia

A sacramentaque administrantem suis sumptibus confovent, eamque Cardinalis Doria Archiep. Panorm. diœcesim perlustrando suam, ædi Græcorum præferri declaravit. Ex secundo haurimus: Cùm anno 1488. ob Turcarum Regis metum, patria profugi essent Græci Albanenses, & plures in Siciliam confugissent; in planitie juris Ecclesiæ Montisregalis oppidum extruere permissum est[f]. Hoc ex loco, extraneisque partibus hujusmodi Gentes ad incolendum, & magis populandum Mediiusum transierunt anno B 1501. Procuratore Abbatis nostri monasterii cum Latinis, & Græcis conveniente; an. 1520. suum Templum *D. Nicolao* dicarunt, in quo Græcis ipsis à Græco Parocho sacra græcè aguntur. Ita temporum intervallo insimul omnes multiplicati sunt; ut oppidum ipsum *Casale Mediiusi* dicatur; & cunctorum lares 726. incolæque 2952. supputentur[g]. Titulo quoque priùs an. 1619. *Marchionatus*, expensis Joannis Groppi Januensis tunc emptoris, postea an. 1634. *Principatus* per D. Blaschum Corbinum illius dominum nobilitatum est maximè.

f Fazel. dec. 2. l. 9. c. 1. fol. 477. Lell in hist. Montereg. p. 2. fol. 11.

g Ex animarum numerat. sub an. 1631 in Dep. Regni.

C Ex tertio firmiùs concludimus, à prima Regia Rogerii largitione sub an. 1132. ad hodiernum diem & Casale ipsum Mediiusum cum tenimento suo, & omnia jura illius tam spiritualia, quàm temporalia ad patrimonium dotale Monasterii nostri S. Joannis de Eremitis spectasse, & spectare; cujus Abbates ab initio Proprietarii ad annum 1434. inde Commendatarii non modò tanquam veri domini proventus, redditus, juraque omnia exegisse; sed & in subditos, D seu vassallos[h] jurisdictionem civilem, & criminalem exercuisse.

h Ex privileg. Regis Rogerii §. 15.

Constat ex instrumentis Monasterii continuatis temporibus, per publicos Tabelliones exaratis; maximè sub anno 1491. 3. septembr. x. ind. in tab. Not. Antonii Bisconti, quod ann. 1501. 3. decemb. 5. ind. ac an. 1512. 14. novemb.[i] Idem Alphonsi de Aragonia Abb. Commend. Procurator ad conventiones, seu Capitula cum oppidi Juratis, ac Græcis novis incolis, quæ confirmavit anno 1522. 25. junii in Actis Franc. E Palmula Pan. Abbatis Eneci Mendoza Procurator, devenit.

i transump. 15. decemb. 6. ind. 1520 in Rollo fol. 157.

Nostri planè sex Regii Canonici statim ac fulminato processu ad mentem PP. Clementis VII. ab Abbate S. Martini Marco de Pontremulo Delegato in caussa, & inita monasterii possessione 15. Octob. 13. ind. an. 1524.[k] ut res suas impigrè, seduleque agerent; jura quæque Mediiusi emphyteutico jure pro annuis 140. & 48. gallinis in Festo Nativitatis Dom. concessere. F Dummodo emphyteuta *Joannes Corbinus Baro*[l] *Panor. Apostol. ac Regium assensum priùs exoraret, & sub publica hasta plus offerenti daretur*. Interim eidem Corbino pro annuis unc. 136. locaverunt[m]. Tandem inter Canonicos, & hunc emphyteutam ita conventum est *ut emphyteutico jure quolibet anno unc.* 172. *& gallinas* 48. *solveret, & si de perditis, vel usurpatis Abbatiæ bonis revocaret, medietas esset Canonicorum*[n]. Eodem anno 1526. 7. Sept. scriptis litt. Gran. à Rege, unc. 65. *merum, & mixtum Imperium* emit in lib. Canc. 19. Oct. 1527.

k In tab. Antonii lo Vechio Panor. & in Rollo Monast. f. 2. ad 8.

l In tab. Aloysii de Urio 9. sept. 14. ind. 1525.

m apud eundem 18. ... 13. ind. 1526.

n apud eundem 13. sept. 15. ind. 1527.

Huic

Huic Joanni alter *Joannes Corbinus* primogenitus successit. Iste cum Vincentio de Bosco Biccari Comite, ultimo in Sicilia Justitiario *Mediumiusi* Baroniam cum omnibus attinentiis suis cum alia Baronia *Bayda* continente quatuor feuda: *Curchi, Raycalli, Strafachi, & Xandrini*, immunia à quocunque gravamine, commutavit. Novus verò emphyteuta Vincentius jure proprietatis, & recti dominii ad annuas prædictas uncias 172. & 48. gallinas solvendas se per publicum instrumentum[a], (nulla in eo facta de Apostolica licentia mentione) obstrinxit, & quibusdam à Canonicis assensum obtinuit. Sed inde rem prudentiùs perpendens, ad pactiones devenit: *quòd Apostolicum, & si opus esset etiam Regium assensum suis expensis exoraret, atque pro faciliori census exactione, spatio quatuor anoorum tot emeret redditus, quot ad solutionem unciarum 172. sufficerent*[b]. Transactis tunc tribus ferè annis, & non impetrato Apostolico confirmationis rescripto; Canonici in censuras, & irregularitatem incidisse: quòd prædia Ecclesiastica in personas potentes, nullo reservato pontificio assensu, transtulissent, animadverterunt. Quarè emphyteutam ad pactiones executioni mandandas, atque ad papales bullas etiam cum absolutione Canonicorum pro censuris, obtinendas cogebant. Ipse per publicas tabulas Messanæ editas[c], non modo primas 172. sed alias uncias 16. singulo anno reddere juravit.

a In Notar. Cosmano Gogliardo 9. sep. 9. ind. 1563.

b ibidem 19. sept. 9. indict. 1563.

c In not. Nicolai de Celso 11 Maji 9. ind. 1566.

Interea à Sixto V. confirmatione dat. Romæ 1. Jan. 1585. *in utilitatem Ecclesiæ pro annuis unc.* 188. 48. *gallinis* obtenta[d], moritur Vincentius, & succedit Primogenitus Franciscus de Bosco, cujus mater *Beatrix de Aragonia de Bosco* jure dotium sibi debitarum, in Curia Prætoriana adversus possessorem filium Franciscum, *Baroniam Mediiusi* emptoribus exposuit. Blascus Isfar, & Corigles Baro Siculianæ plus cæteris obtulit, & illi data est possessio, die 9. Feb. 15. ind. 1585. onere tamen emphyteutico persolvendi consuetos census Canonicis. Franciscus verò omne, plenumque suum jus venundatus est Blasco[e]. Qui, præstantibus jam assensum Canonicis, quolibet anno & antiquas 172. & auctas novas unc. 16. aliis adjectis emphyteuticis conditionibus, exsolvere promisit[f]. An. 1613. Blascus iste Joanni Groppo Januensi, cum hac satisfaciendi obligatione, Baroniam venalem fecit[g]. Verùm Canonici, licèt ad Curiam Archiepiscop. pro præstando assensu deferentur, nunquam Groppi attestationi assentiri voluerunt, nisi priùs integrè præteritos, novosque census unc. 188. ac laudemii jus satisfaceret. Qua de caussa in M.R.C. Trib. Groppum an. 1615. 10. Decemb. 14. ind. ad jus vocaverunt Canonici, protestantes nullitatem actuum emphyteuticorum, & Baroniam de jure commissum cecidisse. Tandem ad transactionem, & canonicas devenerunt pactiones, scilicet: *quòd Groppus statim persolvat unc. 500. debitas jure effluxorum censuum annualium unciarum 16. ex nova accessione, omniumque laudemiorum elapsorum, atque unc. 630. tar. 20. ac 240. gallinas pro juribus annorum trium præteritorum unc. 172. inde quolibet anno unc. 188. & gallinas 48.*

d habes executorias in 1. Secret. 13. Junii 13. ind. 1585.

e In tab. Jacobi de Bartho Panor. 16. Maji 15. ind. 1586.

f In tab. Antonini la Zara Pan. 9. Sept. 1. ind. 1587.

g In tab. Aloysii Biondi 5. Jan. XI. 1613.

Rebus ita bene firmatis, Canonici (servatis sibi annuis quinque non solutis, & promissis à Barone Siculianæ ab an. 1587. possessore) suum liberè præstiterunt assensum per publicum instrumentum[h]. Decedenti Joanni Groppo successit primogenitus Marchio Joseph Groppus, adversus quem pro debitis pecuniis in M. R. C. litem intenderunt Vincentius de Bosco, ejusque uxor Joanna de Bosco, Isfar & Corigles Princeps Catholicæ, & servatis servandis, die 16. Octob. 13. ind. 1629. in Casalis Mediiusi, ejusque feudorum, & jurium possessionem immittuntur.

h In not. Jo. Aloysii Blondi Panor. 20. Junii 14. ind. 1616.

1629. Cœterùm Joannes pater, & Blascus Corbinus filius conventiones commutationis cum feudis jam dictis Baydæ, suum juridicum effectum habere non posse contendentes, die 28. Junii 6. ind. 1633. sibi revocaverunt per Tribunal M. R. C. idem Casale cum suis attinentiis, & Principi Catholicæ sua feuda Baydæ reddiderunt.

1633. SECUNDUM *S. Maria de Adriano*, *seu S. Maria de Nemore Adriani* Benedictinum cœnobium à Rege Guillelmo 1. ann. 1157. fundatum *in Nemore Adriani*, quod ad regiam venationem, & delicias servabatur, in Valle Mazariæ secus Castellum, hodie *feudum Gressiæ, seu Agressii* inter Bivonam, & Julianam oppida. Quod viris religiosissimis, regulæ Benedictinæ observantissimis *Joanni Abbati Monasterii S. Joannis de Eremitis Panormi*, illiusque probatissimæ vitæ sociis *F. Marcio*, & *F. Mauro*, aliquibus quoque asseclis eorum (uti creditur) ad incolendum, vitamque eremiticam ducendum munificè Rex attribuit. Nec insolens conjectura est: si hanc ædem fundatores monachi *Sanctæ Mariæ de Monte Virgineo* à Calathabellocta oppido 3. m. p. distantem ut notat Fazellus dec. 1. lib. 10. fol. 234. & nos lib. 3. not. 3. nomen dedissent ad devotionem, & memoriam primæ eremi, in qua hoc S. Benedicti institutum sub titulo *S. Mariæ Montis Virginis in Apulia*[i] sunt professi. Diximus latiùs in nostro lib. 3. not. 3. Agrigen. de Monasterio isto *S. Mariæ de Adriano*, & ne iteratus meus esset sermo, solùm aliqua ibi omissa referam hic.

i nos supra.

Porrò à prima fundatione, dotationeque regia semper fuit Regio monasterio S. Joannis de Eremitis subjectum: ita Rex: *Ordinamus*[k], *quòd si Abbas, vel Rector, seu Prior in dicta Eccl. S. Mariæ de Adriano, vel in Grangiis suis, aut in Ecclesiis ipsius, quas nunc possidet, vel quæ justo titulo poterunt adipisci, Deo adjuvante, & dignitate Regia ordinante fuerit institutus, & jam ipse, quàm Conventus in eisdem locis morantes, ipsam Ecclesiam, & Grangias suas cum pertinentiis, dignitatibus, & juribus ejus contra nostram ordinationem, vel Apost. Sedis confirmationem alicui monasterio donare, vel submittere, aut dominio sæcularium Ecclesiarum dolo, vel fraude, vel malitia sese subjicere præsumpserint, liceat Abbati S. Joannis Eremitarum Panormi nostri monasterii supradicti auctoritate propria ad summ dominium omnia legitimè revocare.* Hinc

k In privileg. §. 6.

Hinc certum esse debet, non solùm hoc S. Mariæ de Adriano, sed omnes ejus Grangias, & annexas Ecclesias *S. Mariæ de Refesio S. Mariæ de Sabbuchi, ac S. Benedicti* nunquàm evelli, atque segregari à jurisdictione, subjectioneque monasterii S. Joannis Panorm. potuerunt; & quidquid attentatum ausu temerario fuerit, revocatum, vel revocandum jure est. Et licèt in lib. Regiæ Cancell. sub ann. 1398. fol. 41. & in Capibr. eccl. fol. 239. legamus: *Episcopum electum Agrig. Berengarium, vel ejus Capitulum F. Pino de Serviente*, fortè ordinis S. Benedicti, *concessisse Prioratum Trinitatis de Refesio, & Ecclesiam S. Mariæ de Adriano*, quod regia auctoritate laudavit Martinus; attamen credo, quòd Episcopus, seu Capitulum tantum Priorem in sua Diœcesi agentem probaret, ut in hujusmodi electionibus intelligendum est.

Alterum verò advertendum duxi, *F. Thomam Bellaceram Abbatem S. Joannis de Eremitis F. Antonio de Monte S. Joannis ord. Cartusiensis, seu Cisterciensis, vel Cassinens. omnia ferè jura, & ecclesias suffraganeas suo monasterio* tam *S. Mariæ de Adriano*, ex instrumento an. 1413. 4. Octob. 7. ind. ad annos 29. pro annuis duabus unciis[a], quam *S. Mariæ de Sabbuchi, & S. Benedicti de Gazena* ad totidem uncias solvendas suo monasterio, contra Regis Guill. decretum in §. 6. concessisse.

[a] In lib. Mon. feud. olim 109. & nos lib. 3. not. 3.

Mox F. Antonius prædia hæc suprà recensita, præsertim *Territorium, & Grangiam S. Mariæ de Adriano* ad annos 11. scriptis tabulis ab Jo. Turio, seu Turino Bibonensi 3. Octob. 8. ind. 1414. pro annuis unciis quinque Artali de Luna Comiti Calathabillottæ tribuit. Quod sanè publicum instrumentum autenticandum an. 1446. 9. Junii 4. ind. curavit[b] Andreas de Boniconte Commendatarii Abbatis Procurator; qui *reservatis ad monasterii S. Joannis usum, & utilitatem, & Viridariis, vineis, juribus lignandi, carbonesque constituendi*, Antonio de Luna, Sclafani, & Peralta filio Artalis Calatabillottæ Comiti per tabulas 21. Aug. 9. ind. 1461.[c] pro unc. 1. & tt. 6. annuis persolvendis Monasterio S. Jo. de Eremitis Panorm. *Feudum, seu jura Nemoris Adriani* concessit, cujus confinia, *ex parte Orientis juxta Favarottam ex Septentrionali juxta Refesium, & Flumen Calathabillottæ, ex Occidente Territorium Grisiæ, ex Meridionali juxta Territorium Sabbuchi* describuntur in actis recognitionis per tabellionem Jacobum de Randisio Panor. sub die 14. Decemb. 13. ind. 1479. Reliqua in lib. 3.

[b] In regesto Monast. f. 113.

[c] Ibidem f. 218.

TERTIUM *Sanctæ Trinitatis, seu S. Mariæ de Refesio monasterium sive Prioratus*, ut loquitur Lucas Barberius antiquissimis rerum Sicularum monumentis instructus, atque regiorum privilegiorum cognitione auctus, tam in libro Prælatiarum Siciliæ fol. 271. quam in Capibrevio Ecclesiastico fol. 189. & 239. quæ scriptis celebravit, *prope Bibonam aggregatum est cum Abbatia S. Joannis de Eremitis Panormi*.

De eo plura congessi in libro nostro III. not. Agr. 3. Ea si lubet, legito.

Addam nihilominus latifunda, seu feuda hujusmodi juris hæc esse: *Feudum S. Mariæ de Refesii, cum æde sacra, arce, horreo, officinis, Bivario, Nemore, terris arandis, Balia, Feudum S. Benedicti, Feudum della Gebia, Feudum Billuchia, Feudum Favarotta, & Battinderii, Feudum Chiappardi, Feudum Canali cum suo viridario, & quinque terrarum quartis, Feudum Pitrusa, Feudum Timparum Rubearum, Costa Cinta, census parvi in pecunia, & frumento depositando in Oneraria Sacca, ex Feudis Billuchia, & Cannatelli de membris Marchionatus, Pars Feudotti, quod Moniales Bibonæ possident*. Hæc *cum jurisdictione civili, & criminali*, sita in Valle Mazariæ, diœcesis Agrig. juxta Territorium Bivonæ, Palatii Adriani, Prizis, & aliorum.

Constat siquidem continuata possessio, & fructuum perceptio nostri Monasterii Panorm. S. Joannis ex ipsis *Refesii* feudis. Nam Fr. Thomas Bellacera, uti illius proprietarius Abbas anno 1428. 6. Maii 6. ind. in tabulis Notarii Urbani Simbaldi ad emphyteusim concessit Joanni Villaraut Baroni Prizis; eodem modo an. 1434. 4. Feb. 12. ind. in actis Andreæ de Aprea Panorm. Primus Abbas Commend. Martinus Gallo eidem confirmavit. Sed adversus Aloysium Villaraut Baronem Prizis filium, & hæredem Joannis primùm in M. R. C. inde in Tribunali Consistorii sententiam revocationis, atque recisionis contractus emphyteutici Andreas Boniconte generalis Abbatis Commendatarii procurator die 6. Oct. 5. ind. 1457. obtinuit, atque 10. Maii ejusdem anni per instrumentum Juliani Pantricoronæ Panorm. possessionem liberam feudi Refesii, & ejus attinentium possessionem est assecutus[d]. Subsequentibus annis ab Abbatibus, vel eorum procuratoribus omnes proventus integrè exiguntur. Anno verò 1509. 12. ind. 7. Apr. Joannes Villaraut, uti subprocurator Abbatis Commendatari Alphonsi de Aragonia, jure emphyteutico annualium unc. 135. ad annos 29. in perpetuum, renovando contractum singulis 29. annis, in actis Petri de Monacho Pan. *Feudum S. Mariæ de Refesio cum suis membris* oretenus concessit[e] Alexandro Gallecti viro nobili Panorm. cui confirmavit anno sequenti adveniens principalis procurator Jacobus Capilla, ut habes in lib. 3. cit. Magnam tamen dedere ansam testamentum Alexandri in actis Antonii Coxiæ 27. Feb. 6. ind. 1531. sub quo decessit, & successio *in feudum Refesii cum juribus suis* primogenitæ Francischellæ de Diana, & Septimo (de Septimo ratione primi mariti,) ex divisione inter sex sorores apud tab. Jacobi de Scavucio Panor. 27. Julii 6. ind. 1532.[f] hanc Francischellam, tunc V. I. D. Nicolai de Diana uxorem à Leone X. exorasse rescriptum *de utilitate Ecclesiæ* inveni equidem in lite Canonicorum. Sed an. 1539. 18. Junii 12. ind. in eodem de Scavutio Francischella, ad dirimendam litium cum Canonicis occasionem, ab illis prorogationem ad alios 29. annos jure emphyteutico impetravit, ad summam 200. unciarum alias annuas 65. obtulit, atque suis expensis Apostolicum, ac Regium assensum adipisci promisit.

[d] In Rollo Monast. f. 167.

[e] Ibidem f. 141. 145.

[f] Non an. 1521. X. ind. ut ex errore nos l. 3.

promisit. Ista *Feudum Refesii*, &c.[a] vendidit Antonio Alliatæ Baroni Villafrancæ, Generali Thesaurario Siciliæ (ut latiùs scripsimus in loco) cum consensu Canonicorum 30. Decemb. anno 1546.[b]

a Ibidem f. 335.

b Ibidem 338.

Ex ultimis tabulis Antonii apud Scavutium 6. Julii 13. ind. 1554. successit primogenitus Joseph Alliata, qui suæ uxori Fiammettæ Alliatæ ex instrumento Jo. Andreæ Giglio 18. Junii 6. ind. 1563. feudum dedit. Quorum filius V. I. D. Petrus Alliata in Curia Præt. Pan. 20. Junii 7. ind. 1564. ad se jurè revocavit. Contra Petrum Canonici litem excitaverunt, contendentes Feudum cum attinentiis in commissum cecidisse, frustra tamen[c]. Iste ergo, ut firmius in sua muniretur possessione, præter annuas unc. 200. certam Canonicis promisit summam, & ab eis in Actis Andreæ Giglio Panorm. 15. Apr. x. ind. 1567. assensum obtinuit.

c Vide acta notar. Barnabæ Bisconis 30 Maji 8 ind. 1565.

Petri obeuntis hæres fuit ejus filius Antonius, qui apud tabul. Antonii Carasii Panorm. 14. Aug. 13. ind. 1570. actum recognitionis Canonicis effecit, annuasque unc. 200. jure proprietatis dare sanctè juravit. Canonici verò ad alios 29. annos juxta primum contractum prorogaverunt. Cum autem Antonius Alliata, uti Thesaurarius Regni (errorem meum fateor pro isto Thesaurario scripsisse lib. 3. Gallecti, etiam Thesaurarium) Regiæ Curiæ deberet unciar. 13904. contra istius hæredem Joseph Alliatam 1. superstitem, & consortes ad possessionem *Feudi Refesii cum suo integro statu* anno 1578. 15. & 20. Septemb. 7. indict. processit cum promissione annuæ solutionis unc. 200. Canonicis Curia Regia, quæ post facta existimatione, id unciis 32400. vendidit Ducissæ Bivonæ, ut enucleatiùs cum sequentibus habes in dicto lib. 3. not. 3. fol. 361. Obiit Ducissa in Hispania condito testamento in tab. Sancii Agò Fernandez 5. Julii 1623 & *Refesium* titulo Marchionatus auctum est.

QUartum *Sanctæ Mariæ de Sabbuchi* Monasterium in Regione Netina in Territorio Buteræ à Civitate Leocata 4. m. p. distans subjectum Regio cœnobio S. Joann. de Eremitis Panor. fuit semper.

Addendum tamen operæ pretium duximus, præter ea in lib. 3. fol. 344. ad clariorem totius rei notitiam, hæc; videlicet, quòd *contractus emphyteuticus inter procuratorem Abb. Commend. D. Phil. Arag. & Navar. & Marinum de Calì firmatur in actis Jo. Petri (non Matthæi) de Grasso Leocat. pro annis 29. & deinde de 29. annis in annos 29. in perpetuum sub canone, & annuo censu unc. 52. ultra unc. 2. 25. Capellano solvendas, & unc. 160. pro readificatione Ecclesiæ, & ædium, aliorum beneficiorum*, post per sententiam *de evidenti utilitate Ecclesiæ* anno 1488. Marinus Calì possessionem est assecutus 29. Martii 6. ind. anni ejusdem per manus Subdelegati Apost. V. I. D. Consalvi Xillia *una cum omnibus juribus, fructibus, redditibus, emolumentis, ac bonis, membris justis, justitiis, & legitimis pertinentiis suis ad dictam Ecclesiam, seu feudum pertinentibus, & quomodolibet spectantibus, & quæ spectare possent etiam in ipsa Terra Leocatæ*[d]. Hujus instrumenti transumptum *collatione salva* an. 1554. 15. Maii 13. indict. ex actis Curiæ Juratorum Civitatis Leocatæ extractum est[e].

d In actis Notar. Pauli Parisii.

e In lite inter Baron. & Canon.

Marino Calì, seu de Motyca successit ejus filia *Elisabetha de Modyca*, quæ nupsit Hieronymo Traversæ cum dote trium feudorum *Sabbuchi, li Cherchi, & la Costa del Caulo*.

Ex his nata *Gratiella*, sponsata Jacobo Sammaniati Baroni Raxalmamæ anno 1553. 7. Julii 11. ind. cum eorundem feudorum dote *subjectorum tamen in unc. 52. annualibus jure proprietatis Reverendis Canonicis S. Joann. Eremitarum Panorm. &c.*

Hæc Gratiella vidua filio suo Jacobo Antonio Sammaniati, servatis sibi fructibus dum viveret, eadem cessit feuda[f], sub conditione, *ut in futurum masculina succedat proles*. Ad secundas convolavit nuptias an. 1568. 12. ind. 8. Novemb. cum Capit. Assuero Freyson Hispano, sibi prædicta feuda dotando. Iste *Recognovit*[g] *se maritali nomine Sp. Dom. Gratiellæ Freyson hæredis universalis quondam Dom. Marini de Calì possidere quoddam feudum nominatum S. Mariæ de Sabbuchi in territorio Civitatis Leocatæ, subjectum in unc. 52. annual. in perpetuum jure proprietatis Rev. Canc. S. Jo. de Erem. virtute contractus in actis Not. Petri de Castro Pan. 10. Martii 10. ind. 1478. &c.*

f In tab. Colcorani Cavallieri Leocat. 15 Decemb. 5. ind. 1581.

g Ex actis Matthæi de Judice Alecat 5. Decemb. 1570.

Decedente Gratiella, ejus filius *Jacobus Antonius* tam donarario, quàm hæreditario nomine *Feudum* possedit. Hic uxorem duxit Joannam Lopotto sororem Baronis Tripis, in actis Jo. Lucæ Daydone Panor. 7. Maii 14. ind. 1586. & *Recognoscit possidere quoddam feudum, sive Territorium nuncupatum S. Maria de Sabbuchi, consistens in tribus marcatis, vocatis Sabbuchi, li Rovitelli, & la Costa del Caulo, subjectum in unc. 52. jure proprietatis Rever. Canonicis juxta formam concessionis ad emphyteusim factæ quondam Mag. Marino Calì vigore contractus celebrati Panorm. in actis Not. Joan. Petri Castro die 10. Martii 10. ind. 1478. & juxta sententiam Consalvi Xillia Subdelegati Apostol. 27. Martii 6. indict. 1488.*

Jacobus Antonius primogenito Mariano Sammaniati, servatis sibi dum viveret proventibus[h], *donavit feudum, seu Casale de Sabbuchi, consistens in tribus feudis: scil. Feudum della Costa del Caulo, seu Casale dictum delli Cherchi, Feudum delli Rovitelli, & Feudum delli Sabbuchi simul conjuncta, & collateralia, sita, & posita in Valle Noti secus Baroniam de Radali ex una parte, secus Baroniam della Bifara ex alia, & flumine mediante, secus Feudum de Rahalbeni ex alterâ, & secus Baroniam Raxalmame, & alios confines*, & hoc contemplatione matrimonii cum Laurea Muraschino Panor. Defuncto patre, Marianus anno 1616. 14. indict. possessionem adeptus, suis fratribus Josepho, & Joanni jure vitæ militiæ unc. 50. cuilibet tribuit annuas.

h In actis Malchior. Jacoponelli Leocat. 8. Apr. 5 ind. 1592.

o In not. Nicolai Bertol. Panorm. 28. Julii 15. ind. 1617.

Marianus, & Lauria conjuges in actis Joan. Domin. Cianci Tripis 22. Januarii 7. 1624. reservato usu fructuum, donavere nomine dotium unigenitæ Joannæ, quæ nupsit Aloysio de Leyva Hispano Comiti Monsæ prædicta feuda[i] E vivis anno 1631. migrante Joanna, successit

i In actis Franc. de Amico Panor. 9. Novemb. 14. ind. 1630.

Anna

Anna Francisca filia infans, ac administrator ejus genitor Comes Monsæ. Interim 27. apr. 3. ind. 1635. obiit Marianus Annæ Franciscæ avus; quarè V. I. D. Joseph Sammaniati Mariani frater litem in M. R. C. intendit, contendens Annam fœminam non posse succedere, sed sibi, uti masculo jus successionis competere, & litis victoriam obtinuit. Verùm pro Anna Francisca an. 1639. 7. jan. 7. ind. in Consistorio, & iterum 19. feb. 10. ind. 1642. in M. R. C. Criminali, & tertiùm 18. julii 11. ind. 1643. in Civili decretum est. Ista cum prædictorum feudorum dote conjux fuit Antonii Romani, & Columnæ unigeniti Ducis Raytani Francisci, & absque liberis anno 1646. E vivis decessit.

Hodie bonorum omnium possessor est V. I. D. Joseph Sammaniati cum onere solvendi dotes cognatæ Laureæ de Murasehino. Canonici verò nostri Regii *super nullitate asserta confirmationis Apostol. concessionis emphyteuticæ Feudi, seu Territorii S. Mariæ de Sabbuchi de membris, & pertinentiis suæ Abbatiæ* an. 1633. à Pont. Urb. VIII. rescriptum exoravere, directum Episcopo Agrigentino, in cujus diœcesi situm est Territorium. Hodie in Tribunali Regiæ Monarchiæ jus dicitur. De hujus negotii serie, atque juribus suffragantibus Canonicis, elegantissimas, atque eruditissimas scripsit allegationes S. T. & V. I. D. Franciscus Salernus, unus ex sex Canonicis, impres. Panor. apud Josephum Bissagna ann. 1647.

QUINTUM *Sancti Benedicti* hodie *la Gazena* nuncupatum. Id ex antiquo patrimonio monasterii Panormit. S. Joannis de Eremitis, situm est in Regione Netina, in agro Agrigentino à Bivona 4. m. p. ex parte Orientali juxta Territorium Petrusæ monasterii monialium Sancti Spiritus Agrigentinæ Civitatis, ex Septentrionali juxta Flumen Sancti Basilii dictum *Torcicnda*, & Terras, & clausulas Præbendarum, seu distributionum Canonicalium Eccles. Agrigentinæ, & ex aliis confinibus. Plura de re præstitimus in lib. 3. not. 3. Ibi autem hæc corrigenda, addendaque sunt: quòd *Concessio emphyteutica Dominico Salvagio fuit de 29. annis in 29. annos ad renovandum in perpetuum sine reservatione Apostolica confirmationis* non ann. 1521. Sed ann. 1512.

A Mortuo Dominico primo emphyteuta anno 1532. Canonici isti mox in actis Jo. Jacobi Potenzano Panor. animadvertentes: *quòd hæredes Dominici renovationem ad alios 29. annos neglexerant, tanquàm novo emphyteutæ Jo. Raymundo Salvagio Leocatensi pro annuis unc. 12. concessere, hac tamen adjecta conditione, ut infra sex menses propriis sumptibus à Summo Pontifice confirmationem exorarent, secus ad quæcunque damna*

B *tenerentur, atque ad jus laudemii* [a]. Cessit nihilominus Jo. Raymundus per tab. Potenzani 6. decemb. 10. ind. 1566. *Glorianta primogenita Dominici, uxoris V. I. D. Antonii Russo* omne jus Feudi à Canonicis tributum. Ea verò à Canonicis renovationem ad alios 29. annos obtinuit, illisque annuas unc. 12. atque spatio trium annorum vel obtentum confirmationis rescriptum,

C vel novum offerre promisit [b].

Huic Gloriantæ, & Antonio jugalibus successit *Carolus* primò genitus [c], inde secundò genitus *Octavius de Rossis, & Salvagio*. Iste ab eisdem Canonicis pro se, suisque hæredibus renovationem ad 29. annos, & sic in perpetuum impetravit; pactis intercedentibus; *quòd ad Canonicos, & non ad ipsum spectaret consensum præstare his, qui membra Feudi emerent, atque annuas*

D *persolveret unc. 12. & Pontificium, & si opus esset, Proregis assensum obtineret, aliter in commissum caderet* [d].

Feudum Octavius filiæ *Gloriantæ* in dotem tribuit Antonio de Rossis, onere solvendi uncias 12. Canonicis [e]. Quod onus adimplevit die 27. januarii 1606. [f]

E Ex eorum potestate Cl. Didacus Comes per Gerlandum Sanctum Martinum, tamquam plus offerens emit. an. 1618. & eodem anno in Notar. Cæsare Luparello 17. & 19. decemb. à Canonicis assensum impetravit. Sed Carolus curiæ mandato anno 1637. 29. aprilis 5. indict. possessionem assecutus, in actis Petri Pauli Pontificis Panormi 6. februarii 6. indict. 1638. à Canonicis renovationem ad alios 29. annos obtinuit, *soluto laudemio unc. 12. cum promissione Juris propr. annualium unc. 12. & pontificia confirmationis obtinenda.*

a In actis Jo. Jacobi Potenzano Panor. an. 1561. 3. jan. 8. ind.

b In Notar. Joseph Blando Panorm. 26. jan. 12. indic. 1569.

c In actis Josephi Capitti Agr. 18. oct. 3. ind. 1574.

& Jo. Dominici Bertullis 5. decemb. 15. ind. 1586.

d In actis Lucæ Dardonis Panor. 6. decemb. 11. ind. 1583.

e In Jo. Domi. Bertuglio Agrig. 19. martii. 1596.

f ibidem.

NOTITIA TERTIA

SANCTI PLACIDI PRIMI ORDINIS BENEDICTINI

In Sicilia propagatoris, & Martyris Sancta Maria de Latina, Sancta Maria Magdalena de Josaphat Messana, atque adventus D. Pauli Apostoli in illam.

Primus in Urbem Mess. Monachorum adventus.

PLACIDUS Romæ, Tertullo Romano Patricio, atque Faustina parentibus natus, puer ætatis annorum 7. Deo oblatus, & S. Benedicto traditus, tantùm ejus disciplina, & monasticæ vitæ institutis profecit, ut inter præcipuos illius discipulos numeretur. Cùm ætatis annorum esset 22. anno scil. salutis 536. cum Gordiano, & Donato sociis in Siciliam, non solùm ad nuperam sui ordinis propagandam religionem, sed bona [g], à genitore Tertullo Cassinensi

F Monasterio data, tuenda, exigendaque missus, mox juxta Messanæ Portum sui juris locum, in honorem *Sancti Joannis Baptistæ*, ad sui Patris Benedicti imitationem Templum, & celebre sibi adjunctum MONASTERIUM, sub Messaliani, & Pompeii Tilii procuratorum Tertulli patris cura, construendum decrevit. Utrumque annorum trium spatio, & magnifico columnarum, structuræque opere complevit, & religiosa XXX. suorum alumnorum familia, admirabili sanctitate, atque salutaribus præceptis eru-

g vide in hac 2. p. li. 4. not. 1. ubi ex explicantur autographum hujus donationis anno 1022. naufragium passum esse ait Sciplo f. 69.

erudita illustravit. Cujus, & præcipuè Abbatis Placidi undique sanctitatis fama pervulgata, ac fragans visendi fratrem desiderium, germanorum Eutychii, Victorini, ac Flaviæ Virginis sororis ita commovit animum, ut Roma Messanam transfretassent. Sed *divina*, ut verbis Sixti V. utar [a]) *Providentia factum est, ut cùm Messanam venissent, & apud eos vix per paucos dies morati essent, crudelissimi Saracenorum Regis, vel potius Tyran. Abdala classis Christiano nomini nefarium bellum; Insula verò Siciliæ vastitatem, incendia, rapinas inferens: ad eandem Civitatem ex improviso appulerit, ubi ejus classis Dux Mamuca cùm in Monasterium irrupisset, fecit mira feritate, ultra eos omnes in vincula conjectos, sævire, & acerbissimis quibusdam cruciatibus, exquisitisque tormentorum generibus coronari: si qua ratione posset eos à Christiana religione dimovere; verùm tamen ipsi, adjuvante Spiritus Sancti gratia, non modo in religiosis viris, sed in aliis quoque fratribus, atque adeò in sexu fragili, & virgineo pectore suam divinam virtutem mirabiliter ostendente; vincti, in Christianæ fidei præclara confessione fortiter perseverantes* (addit Breviarum Romanum sub PP. Urbano VIII. editum) *cum quibus etiam Donatus, Firmatus Diaconus, Faustus, aliique triginta monachi, martyrii agonem fœliciter consummarunt tertio nonas Octobris, anno sal. quingentesimo trigesimo nono*,

a In bulla Id. Novemb. an. 1588. apud Gotho. fol. 85.

Primum Monasterii, ac Monachorum excidium.

In designando hujus primi excidii anno Messanenses [b] scriptores sub ano 541. Imperii Justiniani an. 13. conveniunt omnes. Sed Baronius tam in annalibus, quem sequitur novissimè Horatius Scoglius in hist. eccl. l. 6. fol. 340. quàm in Notis ad Martyrol. die 5. Octob. lit. D. ait: *Extant eorum SS. acta, a Gordiano conscripta*, (servantur in celeber. Bibliotheca Montis Cassini, in pargameno Gothicis caracteribus exarata) *ut ferunt jussu Imp. Justiniani* [c], *quæ habet apud Lipomanum tom. 4. & Surium t. 5. Sunt in ea non nulla castiganda. Passi ibi ponuntur anno xiiii. ejusdem Imper. à Christo autem anno 541. sed in numeri notam error irrepsit. Annus enim Justiniani* [e] *xiii. idem est Domini 539.* Haud secus in Breviario legimus. Sancti Placidi, ac sociorum illustr. martyrium optimis quidem scriptis celebraver. Beda, Uluardus, Ado, Leo Ostiensis in chro. Cass. Thritemius de viris illustr. Ord. S. Bened. l. 3. c. 5. & alii, præ cœteris luculentius Gordianus Monachus, individuus Placidi Comes, qui solus tyrannicas Archipiratæ Mamucæ manus aufugiens, illico è divina sanguinis servorum suorú vindicta, piraticam classem, centum navibus, & sedecim millibus & 500. militib. copiosissimam ex Scyllæ, & Charybdis fluctibus emersam prospexit. Quarè Gordianus, adjuvantibus, & simul conlachrymantibus Messaliano ac Pompejo pluribusque Messanensib. in eodem D. Jo. Baptistæ templo, & area honorificè, ac piè sacra Martyrum pignora condidit. Fideli, & locupleti testimonio P. Jacobus Charydis Mess. è Societate Jesu Officium horum SS. MM. Apostolica Pauli V. auctoritate approbatum conscripsit.

b Phil. Goth. de invent. S. Placidi, & Soc. fol. 11. & 535. Samperius in sua Iconol. li. 2. fol. 101 ante Caje. in idea f. 95 Marc. Ant. Scipio in elog. Ab. Cass. fol. 212.

c Cujus Tertullus erat nepos & Placidus pronepos.

e Cœpit ab an. 539. imperare.

Cùm autem eo tempore D. Benedictus Magister, consanguineus Placidi, ac parens cœterorum religiosorum vitam ageret in Cassino Monte, litteras consolatorias de re, atque rogatorias, ut novam suorum alumnorum coloniam ad Monasterii restaurationem, & opulentissimi patrimonii exactionem destinaret, per Oratores miserunt.

Sermo, seu Epistola S. Benedict.

Quibus receptis Benedictus sic allocutus est patres simul congregatos. *Sicut* [d] *Patris est gaudere in suorum profectibus filiorum, ita & filiorum est argumentum Patris sua lucra reputare. Quapropter noveritis dulcissimum, & amantissimum filium meum Placidum Martyriali trabea adornatum migrasse ad Dominum. Jam enim meis interioribus oculis ejus immaculatam Hostiam, & Deo beneplacentem deduxit in alta cœlorum. Hunc nempe ex quo illum à Patre suo suscepi, memineram esse mortalem, nec fefellit opinio. Nunc non est, quod conquerar, habeo in quo Deo gratias agam: quia semper optavi, ut de fructu cordis mei Omnipotenti Deo sacrificium offeratur. Nihil enim hoc sacrific. habui preciosius, nihil amabilius, nihil charius. Elegit namq; Placidus pro Christo momentaneam mortem, & pervenit ad eum in cœlesti solio ad dexteram Patris regnantem. Ob id enim Christus pro omnibus mortuus est, ut non nobis sed Christo viveremus. Grates autem omnium refero Redemptori: quia ingratus esse non possum. Congaudendũ enim mihi est, quòd talem discipulũ habuerim, non dolendum, quòd amiserim. Nam illud munus fuit, hoc debitum est. Functus sum famulatu Placidi discipuli mei, quandiu Deus voluit, & post qui dedit, recepit. Quod naturæ communis fuit, Placidus pro Christo posuit, & quod singularis est gratia, meruit. Cur autem ego doleam mihi Placidum filium meum ereptum: cum ob salutem nostram Deus Filio suo non parcens, pro nobis omnibus tradidit illum? Quis unquam exceptus est a condictione moriendi; qui non est exceptus à condict. nascendi? Non ergo Placidum defleam filium, quem scio transisse de morte ad vitam. In illius namq; morte gaudendum est, non dolendum. Quia illam pro veritate gustavit. Nam cur ego te Placide fili chariss. defleam, qui mihi sic ereptus es, ut omninò essem? Non enim perdidisti usum naturæ, sed commutasti; antè corpore separabilis à Deo existens, nunc individuus cum Deo permanes. fœlicia verba, quæ in te expendi, fœlices labores, quos in te sustinui, dum viveres mecum, non te Tertulli Patritii Patris tui amor à me divellere potuit, nec ipse mihi unquam Patrem prætulisti, usquequo ad eternam vitam migrasti.*

d Habes in Bibliot. Patrum tom. 6. p. 2.

Placidus à patre suo datus Benedicto.

540.

Porrò Pater patrum Benedictus, ut Oratorum Messanensium precibus faceret satis, & religiosa plantatio sacro Placidi, & sociorum sanguine irrigata, magis, ac magis nova profluente prole cresceret, atque opulentissimum in Sicilia Cassinensi suo monasterio à Tertullo erogatum non deficeret; anno fortè 541. secundam ex sua Congregatione electam transmisit coloniam, quæ à Messanensibus læto sinu, atque multis charitatis officiis accepta est. Post XIV. annos suæ præfecturæ, anno scil. Christi 542. vel 543. 21. Martii D. Benedicto cœlum adepto, ipsius in Sicilia alumni pari vitæ conversatione servandæ, ac normæ zelo haud absimiles, confestim deploranda templi ædificia renovare, ubi religiosiùs ad populi profectum Deo vacare possent, illaque Cœnobii reædificare cœ-

Secundus Monachorum in Urb. Mess. adventus.

541.

re cœperunt. Ut verò monachi Cassinenses *suorum prædiorum, Villarum, Portuum, Piscariarum, ac cæterorum bonorum in Sicilia, & Italia à Tertullo pro dono concessorum* proventibus, fructibus, dominioque libentiùs fruerentur, à Vigilio tunc Rom. Pont. confirmationem obtinuerunt; imò temporis cursu ab anno secundi Messanæ adventus 541. ad an. 668. novis possessionibus, atque piorum Siculorum opibus adaugebantur maximè.

Quæ quidem prædia, ac monachos exitium magnum passos fuisse Petrus Diaconus Cassinensis Monachus (qui anno 770. circiter *de Chronographiis Teophanis, & de Romanis Pont.* Rinaldi Archimandritæ Montis Cassini jussu conscripsit) sub anno sal. 657. malè consignavit, rectiùs tamen sub PP. Vitaliano in principio Imperii Constantini scitè astruit Anastasius Bibliothecarius in ejusdem Pont. vita; nam anno 668. 15. Aug. xii. Ind. in balneo Syracusano [a] turpiter occiso Constanti Imperatori, patrii imperii, non patriæ impietatis hæres successit Constantinus Pogonatus. *In cujus perpetuum opprobrium* (ut notat idem Anastasius in vita Deodati successoris PP. sub ann. 669.) *impii Saraceni, qui Ægyptum habitabant, Syracusas invadunt, capiunt, & in ea maximam cædem edunt.* Cœtera lege apud Fazell. dec. 2. lib. VII. Baro. tom. 8. annal. ad an. 668. & nos l. 9. not. 2.

a [illegible]

An. 663. pretiosa quæque Roma aufert Constans.

Dum Saraceni, *navibus onustis nimia præda, omnique illo ornatu æris, & aliis, quæ Constans II. Roma navigio detulerat, Alexandriam repetens*, Messanense fretum trajiciunt, in illius nobilissimæ, & opulentissimæ urbis portu, primo impetu Monasterium S. Placidi invadunt, ac eorum cænobitas diripiunt, atque flagellis, morteque damnant; uti ex litteris, quas integras à Baronio to. 8. Annal. ad an. 669. fol. 416. exscriptas habes in li. nostro 1. not. 2. ad Cassinensem Congregationem apud Lateran. Rom. degentem, constat luculentiùs. Ita quidem: *Saraceni namque ab Alexandria cum immenso exercitu ad Siciliam venientes, omnem ferè Insulam igne, gladio deleverunt, & Monachos in S. Christi M. Placidi commorantes cænobio, diversis suppliciis afflictos morti tradiderunt, & nonaginta, & octo civitates, & villæ vobis in Sicilia subdita incensa, subversa, & deleta sunt. Sanctorum quoque domicilia destruentes, altaria Domini suffoderunt, & clericos cujuscunque ordinis, & dignitatis diversis suppliciis affectos occiderunt.*

Secundum excidium monachorum S. Placidi.

Horum SS. MM. pretiosa corpora eodem in loco, in quo ann. 539. illa S. Placidi, & Sociorum fuerant posita, post annos 130. simul cum tormentorum instrumentis sepeliuntur.

Quorum etiam mentio fit in martyr. Bened. ab Arnaldo Wione in Ligno vitæ l. III. primo aug. sed vitio fortè typographi sub an. 884. atque in alio Siculo ab Octavio Cajet. eodem die rectiùs sub an. 669.

De Saracenica item classe ex Baronio exscripsit compendiosè Jo. Horatius Scoglius, in Eccl. hist. l. 8. sub an. 672. fol. 417. sic: *Adversus Saracenorum impetum, Deiparæ Virginis auxilia enituere. Supplicatio per delubra, sacellaque, & aras est habita; verterunt ad Deiparam preces, nec incassum fuere; subita exorta tempestas dissitas rates, quassatasque ingenti clade in Scyllaceum littus magna vis venti propellit.*

Antiqua Messanensium in B. Virg. devotio.

Eversis itaque, protectrice semper Deipara, Saracenis; reliqui undique dispersi monachi, Messanam securiùs revertuntur; ubi (ut vidistis) illam flebilem de sociorum martyrio, & monasterii eversione perscripsere epistolam, in qua novum expetunt auxilium. Ita

Nota.

Quapropter opportunè, importunè vos per Patrem Benedictum, & martyrem Christi Placidum adjuramus, ut super afflictos misericordiæ brachium extendatis, & ad monasterium instruendum, & Civitates, castra, possessiones, & villas reparandas dirigere cum supplemento pecuniæ studeatis, periclitanti Insulæ, jamjam nutanti, Benedicti dexteram porrigatis. Jam verò Placidus in sibi commissis ovibus rursus occiditur; Eutychius, Victorinus, & Flavia Virgo, in sibi adhærentibus rursus capite truncatur. Unde vestram sanctitatem iterum, iterumque rogamus, ut nobis afflictis consolationis juvamen impendere studeatis.

Quamobrem Monachi Cassinenses apud Later. Romæ agentes, *quorum* [b] *ætate florens erat sub D. Benedicti instituto degentium cœtus; non illustribus solum viris, sed magnis opibus etiam insignis* (ex Vitaliani præcepto, qui per suas litteras: *monachos se mittere in Siciliam dicit, ad monasteria, aliaque deperdita restauranda*) florentissimam suorum alumnorum societatem destinavere; ut quidquid Barbarorum evaserat impetum, repeterent, atque reficerent.

b Ex Baron. & Scoglio ad an. 669.

Tertius monachorum in Urb. Mess. adventus. 669.

Cœterum, dum Sicilia tota, & maximè monasticæ vitæ cultores sedebant in pulchritudine pacis, & hæreditate opulenta per annos circiter 240. in Romana Sede Joanne IX. in Imperio Occidentali Ludovico IV. in Orientali Leone IV. familiæ Cassinensis Abbate Leone, cùm anno circiter 903. ind. 6. (licèt in temporum designandis notis, varia sit Historiographorum opinio [c]) ecce ex Babilonia, & Africa sub Duce Abramo, seu Abrahymo Rege impiissimo, copiosissima, & immanis Saracenorum classis erumpens, Siciliam denuò [d] totam devastat, ferro, flammisque fœdat, sacra etiam delubra, & quidquid auri, argentique longa temporum, ac Christianorum series congesserat, depopulatur Barbara, infida hæc gens. Regno occupato, in sacra magis, quàm in prophana sæviens, non viros solùm, sed fœminarum sexu illustres martyres in Fidei odium reddit. Urbem ipsam Messanam aggrediuntur, & primo impetu nobile templum S. Joannis Baptistæ, quod extra muros erat, evertunt, atque in ejus adjuncto Benedictini instituti cœnobio religiosos viros variis cruciatibus, mortisq; generibus afficiunt. Quorum corpora à Christianis, non longè ab illis sub impiissimo Pirata Mamuca, an. 668. necatis humantur. Istorum sanè MM. anniversaria fit mentio tum ab Arnaldo Wione l. c. die 1. Augusti sic: *Messanæ in Sicilia passio infinitorum Monachorum, qui ab Abrahymo Saracenorum Duce pro fide Christi occisi sunt*, tum etiam à P. Octavio Cajetano,

c Ex Marco Antonio Scipione de elogiis Abb. Cassin. l. 1. an. sal. 918. sub Leone Abbate Monachi Cassinenses tertio Messanam profecti apud S. Placidum à Saracenis martyrium subière.

d Anno etiam 880 ex O[illegible] vel 879 ex Baron.

In Idea fol. 55.77. & martyr. fol. 165. ita *Die 1. Augusti Messana passio SS, Monachorum ordinis S. Benedicti sub Duce Abrahymo*; & iterùm sub anno 884. fol. 94. SS. MM. *Monachi Ordinis S. Benedicti, plerique alii illustrium Siculorum à Saracenis ob Christi fidem necati: ut ex Theodoro Monacho Syracusano, & Petro Diacono,*

884.

Petrus iste Diaconus in supplem. ad Historiam Gordiani addit; *Itaque dum jam dicta Insula* Sicilia *Francis* * *repleta fuisset Ecclesia, in qua S. Placidus quiescebat, non ejusdem Martyris nomine, ut antea, sed S. Hyacinti illam corruptè nominare cœperunt, nescientes proprietatem nominis; ut potè homines extera gentis, & supervenientes, ideoque usque ad hodiernum diem semper eandem Ecclesiam corruptè S. Hyacinti nomine appellare consueverunt,*

* id est Northmandis,

Ecclesia antiqua S. Placidi, temporis cursu Sancti Hyacinti dicta est.

Unde tota illa Urbis Regio *S. Hyacinti* ad nostra usque tempora nomen retinuit,

Pòst verò à D. Placidi, & sociorum martyrio ferè annos 520. & cæterorum hujus monasterii cœnobitarum tyrannicam internecionem anno 276. Northmanni Principes, qui superiùs à Petro Diacono Franci vocantur (eò quod eorum provincia Northmannia Franciæ ferè Galliæ sit pars) auspice Deo, ejectis Saracenis, Messanam primùm anno 1059. fælici omine ingredientes, a mox ad Sacra templa vel antiquitate collapsa, vel tyrannide eversa, restauranda, aut denuò erigenda; regiis donariis ditando, totum religionis Christianæ zelo ardentem animum adjecere,

1509.

a Nos in Chron. Reg. & l. 3. not. 1.

Inter alia inclytus nostræ Siciliæ Comes Rogerius eadem in S. Hyacinti regione ad Isthmi apicem primùm *S. Salvatori* ex voto dicavit pro Basiliensibus Monachis, de quo nos latiùs in hoc 4. lib. not. 1. Alterum *S. Ioanni Baptistæ* in eodem D. Placidi loco, pro Equitibus Jerosolymitanis; ut nos in libro 3. not. 7. Tertium *Sanctæ Mariæ de Latina* intra Urbis mœnia. Quartum *Sanctæ Mariæ Magdalenæ Vallis-Iosaphat* extra muros, Antequam verò de duobus his ultimis loquamur, fas esse sequentem Notitiam præponere priùs existimavimus.

Præclarum sanè est, sive ad Imperii firmitatem præsidium, sive ad Regii nominis gloriam ornamentum, Deum O. M. sibi Jerosolymitani Regni socios, eosdem laudis amplificatores, vindicesque injuriarum Reges nostros Siculos habuisse semper,

Brevis, & Vera Notitia Originis Monasterii S. Mariæ de Latina, & S. Mariæ de Valle-Iosaphat Ordinis Sancti Benedicti in Urbe Ierusalem.

CUm jam in Sacra Jerosolymitana Urbe Syria Tyranno, Ægyptio Principe nomine Bommensort Monstesab indulgente, Templum, (quod ante annos 37. Equea Calipha ex matre Christiana nominis Christiani inimicus vastaverat,) ac Monasterium S. MARIÆ DE LATINA ordinis S. Benedicti prope Dominicum sepulchrum an. 1048. extruxissent Mercatores Amalphitani nostri Itali ex Regno Neapolitano, & una cum Monachorum in eo commorantium pietate magis, magisque adhuc in

Monachi Benedictini in Jerusalem post anno sal. 636. cum subjecta est tyrannidi.

A *dies peregrinantium numerus augeretur; aliud ejusdem Ordinis erigendum existimarunt in Valle-Iosaphat Monasterium Latinorum, eo scilicet in loco, quo Virginis Assumptæ sepulchrum asservabatur.* *

* Ex MS. Jerosolym.

Unde, & Monasterium ipsum S. Mariæ de Valle Josaphat nuncupatum est. Erat autem & ob monachorum optima exempla, & propter etiam loci sanctitatem maximæ omnibus venerationi. Verùm perfida Gente, quæ in Civitate dominabatur, in immensum exercente barbariem, Fidelium quoque pietas cœpit imminui; quos
B à sacras peregrinatione & timor immodicæ vexationis, & minùs ferenda tributi ratio retrahebat. Ergo illorum detractis eleemosynis, piisque subsidiis brevi utrumque Latinorum Monasterium, ac præsertim S. Mariæ de Valle Josaphat pœnè ad nihilum redactum est; sed non hæc passus est mala, qui non ad interitum, sed ad correptionem iracundiæ suæ flagella in Populum suum frequenter exercet; & Pater misericordiarum miseram demum Sanctæ Civitatis miseratus conditionem; effusi in ea sanguinis
C Unigeniti sui memor, animos Francorum Principum ad sacram expeditionem (Cruciatam vocatam) incendit b. Ex Gallia enim, Italia, Hispania, Flandria, Æmilia, Scotia, Hibernia 350. millia Christiani signo Crucis purpureo panno super dextrum scapulum signati interfuere, quorum Duces fuere Ademarius Podiensis Episcopus Sedis Apost. in ea expeditione Legatus, Hugo Magnus Philippi Francorum Regis frater; Robertus Flandriæ, Robertus item alius Regis Anglorum filius, & Northmanniæ
D Comes, Stephanus Carnotensium Dux, Bosmundus noster c cum Comitibus Italis militantes sub strenuissimo Duce Gothofredo Bugliono, cujus consilio, potenti manu, & opera Mahumethanis expulsis anno 1099. 14. die Iulii a barbara servitute post annos ferè 490. Sancta Palæstina Regio sacratissimæ Christi Religioni restituta est d. Igitur Fidelium reintegrata pariter pietate, facilè utrumque Monasterium in pristinum statum redactum est. Illud quidem S. Mariæ de Latina magnis opibus auctum, non pauca
E etiam in Sicilia, Apulia, & Principatu Capuæ subjecta sibi habuit monasteria, & inter cætera, quæ infrà enumerantur, *S. Mariæ de Latina in Urbe Messana*. Illud verò S. Mariæ de Valle Iosaphat Gothofredi Ducis, Regum Ierosolymorum, aliorumque Principum, qui sacræ illi expeditioni interfuerunt, munificentia, ingentibus prædiis, pagis, opibusque locupletatum fuit, ut ex privilegiorum lectione, mox afferenda perspicuum redditur. Neque hic Northmannorum Principum pietas minùs enituit, qui
F cùm è Sicilia, & Calabria Saracenos ejecissent, variis in locis suæ ipsorum ditioni subjectis erecta certatim Monasteria obedientiæ S. Mariæ de Valle-Iosaphat Ierusalem subdiderunt; à Paschale II. Pont. Max. ejusque passim successoribus hac de re amplissimis obtentis diplomatibus, in quibus Ecclesiarum numerus, bonorumque copia ad ipsum *S. Mariæ de Valle-Iosaphat* Monasterium pertinentium disertissimè recensentur. Inter quæ non ultimum habuere locum nostra *S. Maria de Latina*, & *S. Maria Magd. de Valle-Iosa-*

b In Concil. Claromontano apud Arvernum anno 1096. sub P. P. Urbano II.

c In Chron. reg. not.

d ex Guill. natione Gallo Archiepisc. Tyri de ...

Josaphat Messanæ Monasteria, à Comite Rogerio Saracenorum debellatore constructa. Quæ sanè ob celeberrimi Portus opportunitatem, Monasterii Jerosolymitani maximo semper usui fuere. Inde enim Ecclesiarum, ac Monasteriorum ministerio, ac Monachorum victui, ac vestibus necessaria facilè transmittebantur, & aptissimum sive Hierosolymam contendentibus, sive in Italiam redeuntibus Monachis parabatur Hospitium. Sed illorum temporum flagitiosa crimina non hæc diutiùs bona perdurare concesserunt, & Principum Christianorum dissensione B effectum est, ut iterum ann. 1187. 4. Kal. Octob. 88. post annos in manus Barbarorum Deus traderet Syriæ Regionem; hi in Christianæ religionis monumenta, ac Redemptionis vestigia satis impii fuere: nam Sanctam Christi Crucem ludibrio exposuere; Sacra verò Templa, velut impura, quæ tamen Numinis cultu erant purissima, odoris aquis mundari, purgarique mandasse scribitur, & tunc in Mahomet vertisse cultum. Quocirca Latinos illos Religiosos modò in Ptolomaide, modò in alio Syriæ loco in certam sedem collocare par fuit; Hospitalariis, Templariisque militibus protectionis, & auxilii copiam semper elargientibus; modò in Italiæ partes Siculas pro vitæ incolumitate trajecerunt. Cùm enim Saracenis Syriam invadentibus non omnes simul Urbes diripere concederetur, imò ab eadem, non rarò, quam occupaverant, ejecti, discedere cogerentur, Monachis etiam vagandi dabatur occasio, atque hanc vivendi rationem, non ad exiguum quidem tempus, sed ad plures, & plures annos obire necesse fuit. Interim semper Christianis Principibus summa gloria dignum visum est in Terræ Sanctæ vindicationem pro viribus conspirare, ipsis in primis Christi Vicariis Rom. Pont. calcaria injicientibus.

1187.

Anno 1147. Ludovicus VII. cognomento Pius Rex Francorum. Sub PP. Eug. III. Vide Othon. Frising. Episc. de re scribentem tunc. Edessam totamque Mesopotamiam à Turcis subactam, & prope esse, ut Jerosol. aggrederetur.

Anno 1187. Fredericus I. Imperator Ænobarbus nuncupatus. Sub PP. Greg. VIII.

Anno 1199. Philippus Franciæ, & Riccardus Angliæ Reges. Sub PP. Innoc. III.

Anno 1228. Fridericus II. Imp. & Siciliæ Rex, Sub PP. Greg. IX.

Anno 1248. Sanctus Ludovicus Rex Francorum [a].

Anno 1271. Philippus Rex Franciæ, & Carolus Narbonensis Provinciæ Franciæ Comes, & Siciliæ Rex, ejus patruus sub Gregor. X, qui ab ipsa sui in Rom. Pont. assumptione de sacra primùm expeditione deliberavit, dicens illud Ps. 136. (*oblivioni detur dextera tua, si non meminero tui Jerusalem.*) *Cæterum horum omnium subsidiorum copia effici nunquam potuit, ut à Barbarorum manibus Syria vindicaretur, Deo ita pro sua justitia disponente. Denique Latinis omnibus Christianis in universum Tripoli, & Ptolomaide* (quæ tantùm Urbes illis supererant) *expulsis, Abbates S. Mariæ de Latina, & S. Mariæ de Valle Josaphat an. 1291.* [b] *cum binas naves Sanctorum reliquiis, rebusque aliis ad cultum divinum pertinentibus, cæterisque majoris momenti rebus, quarum ex tanta ruina conservandorum copia data est, onerassent, Messanam appulerunt.*

a Sub PP. Innoc. IV.

b Ex M.S. in Monast.

DE SANCTA MARIA DE LATINA MESSANÆ.

HAnc D. Mariæ pervetustam Ecclesiam cum adjuncto sibi Monasterio hodie in Semita Dromi contra S. Francisci Conventum in Messanensi Urbe sub anno sal. 1090. à Comite Rogerio excitatam fuisse credit P. Placidus Samperius In sua iconologia B. V. Eamque *de Latinis* dici, non à Clero Latino Messanæ, vel à Regione Latinorum, ut somniat Bonfiglius in sua Mess. f. 21., sed ab illa S. Mariæ de Latina in Jerusalem, cujus obedientiæ eundem Comitem subdidisse, ac multis prædiis ditasse, ut Pontificia, & regia, quæ afferemus diplomata, luculentissime demonstrant. Rogerius enim Rex in privil. dat. mense April. ind. 1. anno mundi 6641. C Sic: *Intacta Jerosolymorum Dei Genitricis, quæ à Latinis nomen invenit, hæ sunt participationes &c.* [b] & in alio, mense Julio an. 6647. ind. 4. cùm de S. Philippi Agyrensis alia subjecta Ecclesia, in qua jam constituerat *Priorem*, loquitur ita: *Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ Rex, Calabriæ Comes, Christianæ religionis auctore Deo, defensor, & clypeus, Rogerii Magni Comitis hæres, & filius, ad hoc disponente Domino, naturali gladio dominante, Tibi, R. Prior Sancti Philippi, propensiori studio concedimus, & privilegium* D *confirmamus Ecclesiæ Transmarinæ, quæ dicitur de Latina in Jerusalem, Ecclesiam S. Philippi, cui, Deo auctore, præsides, cum omnibus illis decimantibus, & quicquid Pater meus, sive Barones Siciliæ concesserunt, &c. In lib. Præl. fol. 557. & seq.*

1090.

1138.

b Peregrum ingens in Monast. S. Phil. Agyr. in lib. 2. p.

1141.

Anno 1166. Rex Guillelmus II. ejusque mater Margarita per diploma præcipit Baiolis, ac Portulanis Messanæ: *quod è Messanensi portu quædam bona pro victu, & vestitu ad usum Monachorum in Jerusalem, & in Messana concessa sunt, egredi permittant* [c], Aliaque concedit bona idem E Rex, quæ anno 1172. 8. ind. Maji suo apost. privil. dat Signiæ explicat, & confirmat PP. Alexander III. In lib. Præl. l. c.

1166.

c In tab Monast. de Lat. Mess.

1172.

An. 1178. Erat Abbas S. Mariæ de Latina in Jerusalem *F. Facundus*. Iste in hac S. Mariæ Ecclesia Messanensi celeberrimam fundavit Confraternitatem; de qua in lib. 1. not. 2. scripsimus. Ibi ita se subscribit. *Nos Facundus Dei gratia Abbas S. Mariæ de Latina, hujus Confratriæ frater, & Magister fratrum, & inceptor.* Hoc in Monasterio degebant viri religiosi graves; nam inter confratres legimus sic: F *Joannes Abbas Ecclesiæ Militensis, filius Ecclesiæ S. Mariæ de Latina*, post, *Ego . . . . . Prior Latinæ.* Unde facilè comprehendimus *Facundum* Abbatem generalem S. Mariæ de Latina in Jerusalem Messanæ agentem rexisse omnes suffraganeas Ecclesias. Ille enim solus ait, *Nos*, cœteri, *Ego.* Insuper in fundatione hujus Confraternitatis ista habentur verba; *Hæc autem Confratria facta est, & confirmata in præsentia Fratris Facundi, qui tunc temporis in Ecclesia S. Philippi Prior residebat*

1178.

Messanæ Prior existebat.

Abbas Jerosol. Prior in S. Phil.

bat, qui & ipse istius Confratriæ, de beneficio Ecclesiæ B. Mariæ de Latina, & omnium Ecclesiarum ad eandem pertinentium tam citra, quàm ultra mare commorantium inventor fuit.

1187. Nova colonia Benedictinorum in Sicilia. Sub eodem Abbate *Facundo* anno 1187. quàmplures Benedictini Religiosi in suas suffraganeas Siciliæ, atque Calabriæ Ecclesias transfretaverunt ab Jerusalem. Quæ Saladini Babyloniæ Regis armis subacta, sensit iterum octuaginta octo post annos, quibus sub Francis steterat, Saracenorum tyrannidem. 1195. Ann. 1195. idem Abbas hoc exoravit diploma, quod habes integrum in libro Regi Monarchiæ fol. 193. & lib. Prælat. fol. 568.

Henricus Sextus Divina favente Clementia Romanorum Imperator, & semper Augustus, Rex Siciliæ &c. Quod intuitu Divinæ retributionis, & ad interventum fidelis nostri Facundi Abbatis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Latina, quæ fuit in Jerusalem Prima Ecclesia Latinorum, præsenti pagina divali confirmamus, & perpetuò roboramus privilegia à prædecessoribus nostris, à Rege scilicet Rogerio[a], *& Rege Guilelmo*[b], *præmemorato monasterio Sanctæ Mariæ de Latina, super universis terris, Casalibus, hominibus, & cunctis possessionibus, quas idem Monasterium tenet in Sicilia, Calabria, & Apulia tradita, & concessa. In Sicilia nominatim apud Messanam Ecclesiam Sanctæ Mariæ de la Latina, apud S. Philippum Casale Corneti, Scarpelli, & Castellacii; apud Ragusam Casale Sanctæ Crucis de Rasacambra, apud Syclim Ecclesiam S. Laurentii*[c], *apud Capicium Ecclesiam S. Philippi, Casale S. Petri de Vacaria, Ecclesiam S. Petri de Tave*[d], *Ecclesiam S. Mariæ de Politio*[e], *Ecclesiam S. Nicolai de Sacca*[f] *cum earum omnibus pertinentiis. In Calabria Ecclesiam S. Petri de Taurino, Ecclesiam S. Nicolai de Lampada, & Ecclesiam S. Eliæ cum omnibus obedientiis, & justis pertinentiis. In Apulia Ecclesiam S. Laurentii cum Casali Vernula, & cum omnibus ipsorum pertinentiis. Hoc misericorditer addentes, ut omnes homines, & possessiones prædicti Monasterii, & obedientiæ omnes, atque Casalia semper sint in manu nostra Imperiali, & eorum, qui nobis in Regno successerint; prout in manibus prædictorum Regum fœlicium esse consueverant. Atque Abbati, & Fratribus dictæ Ecclesiæ concedimus, ut liceat eis reædificare, & construere casalia sua, quæ occasione guerræ post obitum Regis Guillelmi sunt destructa, sine alicujus contradictione. Hoc quoque benignitate Imperiali, supradicto largimur, & confirmamus Monasterio; ut homines qui Casalia sua inhabitant, & in futurum inhabitaturi sunt, easdem libertates, consuetudines, & bonos usus habeant in lignis, pascuis, & aquis, & cunctis aliis; quos scilicet usus temporibus prædictorum Regum habere consueverunt. De Imperiali insuper benignitate, Abbati, & Fratribus Ecclesiæ S. Mariæ de Latina perpetuò concedimus, & scripto præsenti confirmamus, ut liceat eis singulis annis in perpetuum ducentas salmas frumenti in quoslibet portus Regni nostri liberè, sine aliquo portatico aut plateatico mittere, & abstrahere mittendas ad Terras Jerosolymitanas, pro sustentamento Fratrum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Latina, & nominatim in portu Syracusiæ, Catania, & Messana. Insuper omnia in specialem nostræ Majestatis protectionem recipimus, quæ in præsenti habet; & in futurum justo acquisitionis titulo poterit adipisci sub pœna &c. Datum in Palatio Panormi, anno Incarnat. Domin. 1195. ind. xiii. 3. Kal. Jan. per manum Alberti Imperialis aulæ Protonotarii.* Et quoque Privilegia Abbatis Facundi precibus Constantia Imperatrix cum filio suo Friderico Rege, dato Panormi mense Octob. 2. Ind. 1199. diplomate, confirmavit in lib. Reg. Monar. fol. 203. & lib. prælat. fol. 566.

a Sub anno mundi 6641. & 6647.
b Sub an. sal. 5166.
Ecclesiæ suffraganeæ S. Mariæ de Latina in Jerusalem.
c Hodie extat Prioratus.
d Nunc dicitur Leofortis tit. principatus.
e Post de Latina, vel Eremitis diruta.
f Extat nunc dictus Prioratus.
Prædia antiqua Monasterii S. Mariæ de Latina quæ?
Nota adhuc in Jerusalem Fratres in Ecclesia S. Mariæ de Latina.

F. Paganus de Parisio successit an. 1225. Facundo in præfectura S. Mariæ de Latina; qui Abbas, & Prior S. Philippi dicebatur, ibique morabatur. Hic ab eodem Imp. Friderico II. prædecessorum Regum Rogerii avi, & Henrici patris indulta Ecclesiis S. Mariæ de Latina per diploma dat. Panormi an. 1225. mense Decemb. ind. 13. an. Imper. 5. Regni Siciliæ 27. ibidem fol. 197. rata exoravit.

F. Petrus Priorem agebat; qui hujus monasterii regularis observantiæ zelantissimus, atque honorum solertissimus defensor, quæcunque tam Apostolica, quàm Regia privilegia concessa invenit, autenticanda, atque in publicas sub an. 1245. 7. aug. 3. ind. tabulas redigenda, satagit, ut constat ex libro Reg. Monarchiæ f. 217. 1245.

1260. *F. Henricus* aliquando *Abbas*, aliquando *Prior S. Mariæ de la Latina in Jerusalem Messanæ* dictus quendam terræ tractum cum domibus concedit[g]. Per hæc tempora primævum à Rogerio Comite erectum, vetustate pœnè collapsum Templum, Monasteriumque Prior atque Monachorum Conventus ad reædificandum, amplificandum pro copiosa familia religiosorum, maximè eorum, qui anno 1187. in dies è Jerusalem, & è Syria veniebant, in augustiorem formam illustrandum, omne adhibuere studium. Quamobrem PP. Clemens VI. per diploma dat. an. 2. sui pont. *Cunctis Christi fidelibus, præsertim Civibus Messanensibus, ejusque diœcesis, Catanensis, ac Pactensis manus adjutrices extendentibus 40. dies indulgentiæ impertitur*[h]. Reædificatur Monast. 1266.

g Ex tabulario.
h ibidem.

F. Guillelmum monachum Benedictinum Priorem S. Mariæ de Latina Messanæ, atque Abbatem simul S. Mariæ Maniacis legimus apud Lellum in hist. Montereg. fol. 56. Fuit utique doctrina, & vitæ sanctitate eximius vir, de cujus præclaris gestis Fazell. Dec. II. L. IX. & Maurolyc. lib. IV. fol. 134. & nos inferiùs in not. Monast. Maniacensis. Hunc simul cum Abbate S. Mariæ de Valle-Josaphat, & suis profugis monachis è Tripoli, & Ptolomaida venisse per hæc tempora credimus. 1269.

Anno 1280. Carolus Andegavensis Rex tunc Siciliæ, scriptis litteris ad omnes Regni Bajulos, decimas concedit S. Mariæ de Latina Monasterio, 1280.

Anno 1303. Benedictus XI. Pontifex, ob devotionem Messanensium erga hanc B. Virginis celebrem iconem, *in Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis ipsius Virginis, nec non & Natalis Domini, & Resurrectionis ipsius festo, cùm non modica Fidelium confluat multitudo,* Religiosissimæ hujus familiæ precibus, *omnibus verè pænitentibus, & confessis, qui ad eamdem Ecclesiam in prædictis festivitatibus, & per octo dies festivitatis ipsius immediatè sequentes caussa devotionis* 1303.

nis

nis accesserint, annuatim de Omnipotentis Dei misericordia, & BB. Petri, & Pauli Ap. ejus auctoritate confisi, centum dies de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus. Dat. Lat. 6. nonas Jan. pont. nostri anno 1.

Ita in dies erga Immaculatam Virginē crevit pietas, eique inservientium religiosa observantia, atque fervens charitas resplenduit, ut monasterium hoc unicuique advenienti cucullato obvium, atque paratum esset hospitium.

1343. Cùm enim sub anno 1343. F. Angelus Senesius, & XII. socii probatæ vitæ, ac strictioris regulæ Benedictinæ servatores, ab S. Nicolai de Arenis Catanensi cœnobio, ad aliud ejusdem instituti Maniacense reformandum mitterentur; ad declinandam illius Abbatis invidiam[a] *Messanam applicuerunt: quatuor ibi*, (ut hisdem verbis Auctoris in historia de Reædific. S. Martini Panor. p. 2. fol. 16. utar) *strenuos animi nobilitate juvenes, laudabili vitæ testimonio memorandos invenerunt. Hi omnia sua larga cordis munificentia; vultusque serenitate vendere, pretiaque ad pedes venientium de novo Fratrum, pro novi constructione Monasterii, apponere comprobabant. In quo quidem Monasterio semetipsos militantes, Christo Domino, non inani verborum jactantia, sanctæ obedientiæ vinculis nectere laborabant: Cùm hæc opera tractarentur implenda, atque ventum fuisset ad concessionem fabricæ Monasterii, per illius Urbis Præsulis privilegium confirmatum, restito, quod Domini stabiliret auctoritas, quæ scripto concessa, ministri bullæ pendula signabatur.*

Hac in enarratione scriptoris illius ævi, multa ponderanda proponuntur. Primum: quòd *Senesius, & XII. cœnobitæ monasterii Catanensis Messanam applicuerunt*. Ibi, haud est dubitandum, à Fratribus S. Mariæ de Latina, multis charitatis officiis, tanquam filios ejusdem Patris Benedicti acceptos fuisse.

Secundum; quòd ex XII. *Venerunt ad Montemregalem sex monachi, reliquorum verò tres in agone legitimè certando, transierunt ad Christum; Reliqui verò tres longi laboris tadio affecti, venire cum suis fratribus refugerunt*. Hos sanè tres postremòs Messanę in hoc monasterio moram fecisse clarissimum puto.

Tertium: *Eosdem illos fuisse quatuor strenuos juvenes, qui pro novo fabricando monasterio omnia sua obtulerunt, & à Præsule facultatem exoraverunt*, ac ipsosmet quatuor, scil. *Robertum, Gilium Sacerdotem Marcum Specialem Diaconum, Leonardum de Anastasio Subdiaconum, & Joannem de Sancta Cruce laicum viros nobiles Messanenses*, qui à Priore hujus S. Mariæ de Latina habitum Benedictinum receperunt, sub

1361. ejus præceptis ibidem anno 1361. regulare tyrocinium sanctè expleverunt, & professionem emiserunt. Et isti, (ut mox dicemus) novi cœnobii S. Placidi de Colo Nerò fuerunt fundatores.

Per hæc tempora *Priorem S. Mariæ de Latina Mess. ac Abbatem S. Phil. Agy.* egisse *F. Philippum de Castronovo* constat. Post cujus obitum à Monachorum Capitulo ad utramque præfecturam eligitur *F. Raynaldus Dragoni Bened. &* confirmatur à Rege Mart. his verbis *præfatam Eccl. S. Mariæ de Latina in Messana prædicto monasterio S. Mariæ de Latina in Jerusalem subjectam fuisse, & esse in Grangiam concessam*, constat ex cancell. anno 1393. & 1395. fol. 32.

Anno 1394. *Frater Franciscus, de Turtarò, seu Turtureto Messanensis*; uti *Prior* res monasticas ritè gerebat. Iste multis auctus promeritis ad Abbatialem S. Philippi dignitatem evectus est simul in lib. Reg. Cancell. an. 1394. fol. 90. an. 1395. fol. 32. Tunc Bonifacius IX. Pont. non ad Regem Martinum, sed ad Sedem Apost. collationem spectare declarans, utrumque beneficium *cuidam presbytero sæculari Neapolitano* indulsit; Rex verò datis litt. Catanæ 21. Junii ind. x. an. 1402. ibidem an. 1401. f. 891. & Prot. f. 395. præcepit, fructus, ac proventus attribui Fr. Francisco; & apost. bullas in præjudicium Regii jurispat. executione carere. Huic Abbati, ac Priori per litt. xi. Apr. 9. ind. 1616. Infans[b]. Joannes vices regias agens in Sicilia, decrevit: *pro defensione Ecclesiarum suffraganearum S. Mariæ Magdalenæ extra mœnia Messanæ, & S. Mariæ de Josaphat Terræ Paternionis, & S. Mariæ de Fossis Ducatus Calabriæ* nullum prætermittendum studium. Tunc sub eodem Rectore omnes Ecclesię tum S. Marię de Latina, tum S. Mariæ de Josaphat esse cœperunt.

An. 1433. *Fr. Thomas Tangrandi Benedictinus Messanensis* à PP. Eugenio IV. *Prioratum S. Mariæ de Latina Messanæ obtinuit; sed Fr. Bernardus de Paternione Abbas S. Philippi id in juris patronatus Regii præjudicium fuisse contendebat, asserens, non posse Prioratum hunc semper unitum dividi*. Quarè Rex Alphonsus per litt. dat. in Castro Salæ S. Marci præcepit, pontificias bullas in Regno non exequi debere ab administris Regiis in Prot. an. 1433. f. 130.

An. 1443. *F. Raynaldus monachus etiam Ordinis S. Benedicti* fit *Prior S. Mariæ de Latina Messanæ, & Guillelmus Raymundus Moncata Prior S. Nicolai de Latina Saccæ* à Rom. Pontif. obsistente Rege Prot. an. 1445. f. 62.

Anno 1462. *D. Benedictum de Poyo filium monasterii S. Martini Panormi Priorem S. Mariæ de Latina Mess.* fuisse tradunt Martiniana etiam monumenta. Temporis cursu, recedentibus monachis, *Prioratus S. Mariæ de Latina Messanæ, atque alii annexi in commendam etiam clericis sæcularibus à nostris Regibus Patronis concedebantur.* 1462.

Primus Commendatarius fuit *Franciscus Ajutamichristus Civis, & Canonicus Panormit.* 1472. ex regia Alphonsi provisione an. 1472. Sed Franciscus ad Abbatiam S. Philippi promotus, cessit prioratum.

Philippus Grippari Messanensis a P. Julio II. rescriptum confirmationis impetravit. Unde Ajutamichristus, tanquam Abbas S. Philippi provisionem hanc, uti de aliis suffraganeis Prioratibus ad se spectare contendebat, Capibr. f. 118. lib. Præl. f. 441. & lib. Reg. Mon. fol. 747. Quarè Grippari prudentiùs agens, collatione pontificia deserta, à Rege Ferd. II. tanquam de jurepat. per litt. in Castronovo Neapol. 27. Decemb.

a Noj. lib. not. 1.

b Lib. Regiæ Monarchiæ.

Decemb. x. ind. 1504. &c.: *in præsentiarum veniens ad potentiam nostram ad obtinendum Prioratum de jurepatr. nostri, propterea renunciatis eisdem bullis, prout in instrumento hodierna die recepto testimonio perscribam nostrum Gerardum Agliatam. Ideò sibi concedimus, &c.* cum institutione Archiep. Messanensis obtinuit. Sed Abbas, & Conventus S. Phil. Agyr. apud Regem ad se spectare contendebant, Rex per litt. Neapoli 27. Maii 1507. Proregi perscripsit, *tanquam de jurepat. provisio regia suum sortiatur effectum.*

An. 1526. *F. Baptista Vercolinus Benedictinus* adversus Grippari Presbyterum sæcularem, uti Prioratus regularis incapacem, in judicio stetit Prot. eo an. f. 184. Grippari sententiam pro se etiam ad fructus perceptos tulit lib. Monast. 1213.

An. 1542. *F. Thomam Bonafide* invenit *Priorem* Vincentius Venutus Visitator [a] nostrarum Ecclesiarum jurispatr. Regii. Iste adnotavit *hanc Ecclesiam S. Mariæ de Latina* fuisse, & esse de annexis Prioratibus Monasterii S. Philippi Agyrensis, & ab ejus Abbate conferri, subjicique Visitationi Regiæ; cujus proventus annui sunt unc. 50. & cum onere solvendi eidem monasterio S. Philippi annuas unc. 10.

a In lib. consenat.

1600. Anno 1600. *Albertus Saladinus* electus *Prior* ab Josepho Saladino Abbate Agyrensi, convenit cum quibusdam nobilibus Messanensibus per publicum instrumentum die 16. Sept. ut *imago devotissima S. Mariæ de Arcu* ex pariete ejusdem Ecclesiæ S. Mariæ de Latina, in eamdem transferretur ædem, ubi nova Confraternitas erigeretur sub titulo *S. Mariæ de Arcu*, unde nomen fecit, quod adhuc retinet. Huic sufficitur *Cæsar la Motta presbyter sæcularis* à Cardinale Burgesio Abbate S. Philippi.

De Sancta Maria Magdalena de Josaphat Messanæ.

TEmplum hoc extra Urbis Messanæ mœnia ad meridiem, à Comite Rogerio exædificatum fuisse inveniunt omnes, ut pervetusta monumenta testantur, sed sub anno 1080. statim ac expulsis Saracenis, Messanæ potitus est Comes Rogerius; scripsit novus, & quidem eruditus auctor [b], alter haud absimilis, sub anno 1090. [c], quod est verosimilius: nam post duos annos in Paternione oppido aliud in honorem *S. Mariæ de Iosaphat* erexit Adelasia Comitis uxor delubrum: ita nos in lib. nostro III. notitiæ.

b P. Placid. Samper in sua Icone lib. 2.
c Abbas Flaminius Past. Mess.

Hoc sanè *S. Mariæ Magdalenæ* non precibus ejusdem Rogerii, qui obierat anno 1101. sed ejus filii nomine etiam Rogerii Comitis II. à Goffredo Messanensi Episcopo anno sal. 1113. consecratum est, uti in suis regiis literis Guillelmus II. datis Messanæ mense Jan. anno 1188. expresse declarat: *In Parochia Messanæ prope ipsam Civitatem Ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ cum terris, & vineis ab egregio Comite Rogerio præfatæ Vallis Iosaphat Ecclesiæ perpetualiter largitam, quam Goffredus Messanensis Episcopus [d] consecravit, sibique cœmiterium, Confessionem, Baptismum, & processionem intrandi, & exeundi ad mortuorum exequias habere concessit.*

1113.

d Hic ab an. 1103. ad 1120. fuit Episc.

Hæc regia verba animadversione historica perpendenda sunt. Porrò *hoc D. Mariæ Magdalenæ Templum* à Primo Rogerio Siciliæ Comite extructum, & post à Rogerio II. cum bonis suis celeberrimo, ac devotissimo *S. Mariæ de Valle-Iosaphat in Ierusalem* Benedictino Cœnobio in perpetuum concessum, sub Fratris Hugonis Abbatis ex Monte-Cassino cum sociis ad Sanctum Sepulchrum custodiendum transmissis, sancta moderatione florebat.

Quarè non modò Comes ipse, ejusque mater Comitissa Adelasia, atque regii successores, & Barones in Sicilia, sed Regia Northmanna proles Ducum, atque Principum in Calabria, plurimas Ecclesias, ditioraque prædia, pietate præcipua in B. Virginem Vallis-Josaphat in Jerusalem tribuerunt.

e Ex monum. Cass.

Harum ecclesiarum, piissimorum virorum nomina, atque ampla donaria, ne sua perenni laude careant, suo regio diplomate patefecit Guillelmus II. En illud lib. Præl. f. 359. Cancel. lib. an. 1343. f. 129. & Monach. f. 1291.

Regium Signum. In nomine Dei æterni, & Salvatoris Nostri Jesu Christi. Amen. W. divina favente clementia Rex Siciliæ, Dux Apuliæ, & Principatus Capuæ. Universa, quæ tempore Avi, Patris nostri fidel. memoriæ Regis Rogerii, & Guillelmi, & aliorum Principum, & Baronum pia, & rationabili providentia SANCTÆ DEI GENITRICIS VALLIS JOSAPHAT monasterio largita, & concessa confirmo tam in Sicilia, quàm in Calabria, & Apulia, & Obedientias existentes cum possessionibus, & redditibus sub clypeo nostræ protectionis manere volumus: videlicet in Sicilia in Parochia Cataniensi, aut Oppidi Paternionis Ecclesiam sanctæ matris Domini cum terris, vineis, & villanis; molendino uno, & domibus, & pratis, cæteris aliis possessionibus suis ab Henrico Comite datam, quam Angerius [a] consecravit, sibique baptismum, confessionem, & cœmeterium perpetualiter concessit. Aliamque Ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ juxta Paternionem datam de expressa voluntate præfatorum Fratrum, ædificatam ab eodem Comite Henrico, cum Mauritii consensu, ejusque Conventus assensu Vallis-Iosaphat eamdem datam, & imperpetuum concessam. Item apud Paternionem Ecclesiam S. Michaelis cum territorio. Ecclesiam S. Eliæ cum clausula Patinella, sicut via Regia eam in circuitu claudit, & magnam terræ multitudinem, quæ Mesepe dicitur. Piscarias duas cum territorio usque ad divisionem primam Adernionis, cum aqua pendente, sicut in tempore fati Comitis Henrici concessum est, cum planitie quadam S. Pancratii, magnas quoque terræ pecias à præfato Comite Henrico Ecclesiæ Vallis Iosaphat perpetualiter largitas; & in bosco Paternionis uno quoque anno pascuas porcis quingentis. Apud Casale quoddam, quod Fraynit nomine vocatur, quandam Ecclesiam cum vinea, & cum decima unius molendini, aliisque decimis bonorum hominum Latinorum, & cum tanta terra pertinentia ad Ecclesias, quantam unum ....

Nota tempore Regis Rogerii data.

Ecclesiæ suffraganeæ in Sicilia Eccl. S. Mariæ in Paternione.

a Hic ab an. 1091 ad 1124. Epis. Catan.

Aliæ S. Mariæ Magdalenæ, & S. Michael, & S. Eliæ ibid.

per

per unum annum arare potestis. A Kanfredo duas Ecclesias Vallis-Josaphat datas, in partibus dicitur Platia quoddam Casale Trabbiprino cum Torbore dicitur, cum suis pertinentiis, sicut illud tenuit Gabit Michael Bucherit, eidem Ecclesiæ Vallis-Josaphat ab ipso Comite Henrico concessum, & unam peciam terræ, quæ fuit dicta Platia, quæ sic terminatur cum termino præfati Casalis Trabbiprino usque ad fluvium, quod vocatur Malusanum, & à via Regia usque ad divisionem fluminis.

Ecclesia S. Mariæ de Galathamet in Parochia Mazaræ, nunc Calatamauro.

In Parochia Mazariensi Ecclesiam S. Mariæ de Galathameth cum terris, & vassalis, & possessionibus suis dicto Kaxalia nomine data. Apud Castrum Saccæ terram, & villanos, & à Simone duos filios datos. Item apud Tauromenium domum unam à quodam probo viro Nicolao nomine præfata Ecclesia perpetualiter erogatam.

Eccl. S. Mar. Magd Mess.

In Parochia Messana prope ipsam Civitatem Ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ cum terris, & vineis ab egregio Comite Rogerio præfatæ Vallis-Josaphat Ecclesiæ perpetualiter largitam, quam Gofredus Messanensis Episcopus consecravit, sibique Cœmiterium, Confessionem, Baptismum, & processionem intrandi, & exeundi ad mortuorum exequias habere concessit. Item in eadem Parochia Ecclesiam S. Mariæ de Galath cum villanis, terris, vineis ab Heliazar Milite clarè datam, sibique Baptismum, Confessionem, & Cœmiterium, quæ Gofredus Episcopus Messanensis habere concessit. Et juxta quoddam Castrum, quod vocatur Seminarium, Ecclesiam D. Theodori cum pertinentiis. Villanos quondam à Rubberto de Milia datos juxta Civitatem Marturanii. Ecclesiam S. Stephani cum possessionibus suis, cum Cœmiterio, Baptismate, & Confessionibus in Parochia S. Constantini. Monasterium S. Michaelis de Fuscaldo cum omnibus pertinentiis suis, villanis, & possessionibus eorum, quos Unifredus de Fuscaldo dedit pro anima sua, & parentum suorum Deo, & Ecclesiæ, S. Mariæ in Valle Josaphat, & molendina duo supradictæ Eccl. Monachorum præparata; & vineam unam juxta molendinum Fuscaldi, cum quadam domo, ubi vinum ponitur, quam Archiepiscopus Arnulphus consecravit, atque Baptismum, Cœmiterium, & Confessiones perpetualiter habere concessit.

In Calathi Ecclesia S. Mariæ.

Ecclesia D. Theodori ubi? In Calabria Ecclesia suffraganeæ.

Et alias Ecclesias S. Laurentii, & S. Joannis cum possessionibus earum similiter in eorum Parochia juxta Oppidum Montisalti. Monasterium S. Vincentii cum omnibus pertinentiis suis. Et Ecclesiam S. Mariæ de Fossis cum earum pertinentiis. Et Monasterium S. Petri de Ferlito, & Ecclesiam S. Demetrii cum earum pertinentiis, molendinis, & terris, possessionibus, & villanis quàmplurimis, ab ipsius terræ domino Drogo datis, cui Arnulphus Archiep. Baptismum, Confessionem, & Cœmiterium perpetualiter habere concessit. Et aliam Ecclesiam S. Petri de Renda, & Ecclesiam S. Veneræ cum possessionibus illarum in territorio Marturano, Ecclesiam SS. Trinitatis cum possessionibus, & Ecclesiam S. Nicolai de Lacone, terris, vineis, & territoriis, casanova, & quercis arboribus, fructiferis, & infructiferis, & intra diruta mœnia ipsius loci. Eccle-

Nota Ecclesiam S. Mariæ de Fossis.

A siam S. Jo. Evangelistæ cum Parochia sua, & possessionibus suis & quàmplurimis hominibus ipsius loci datis. Item in earum Parochiis prope Philanum Ecclesiam S. Angeli cum Casali, quod vocatur Clausura cum villanis, & possessionibus suis à quondam Radulpho Maledamo nomine datis cum Cœmiterio, Baptismate, & Confessionibus perpetualiter habere concessit.

In Parochia Rosanæ juxta Castrum nostrum S. Mauri Ecclesia est S. Mariæ Assumptionis ipsorum Fratrum ædificata cum possessionibus suis,

B quas egregiæ memoriæ Dux Rogerius * præclarus Vallis-Josaphat dedit Ecclesiæ. Nobiliss. autem bonæ mem. Dux Guillelmus † ad sustentationem Fratrum huic prædictæ Ecclesiæ unum Companum semper in mari ad piscandum per commune tenimentum Coriliani sine omni consueto servitio habendum, & propemodum habendum concessit. Item in eodem Castro villanos omnes, hæreditatem totam Ricardi Senescalis, Magno Rogerio * Duce consentiente, Fratribus S. Mariæ Vallis-Josaphat hæreditario jure tradidit. Item apud

C quoddam Castrum totam hæreditatem Hugonis * de Claramonte, ab ipso Hugone datam, & à supradicto domino Duce concessam, & nonnulla jura campi, quæ data sunt à Troscaino de Dumo. Item in eodem Castro villanos in numero cum possessionibus suis, sicut à Sistostracio illi Monasterio tradita sunt. In Parochia siquidem Cossen. Ecclesia S. Laurentii cum possessionibus suis, & Ecclesia S. Mariæ de Caffaro, & Ecclesia S. Theodori cum possessionibus earum, & cum molendino à Duce Rogerio concessis, cum Cœmite-

D rio, baptismate, & Confessionibus. In Parochia Angulonensi in territorio Policastri Ecclesia B. Basilii cum terris, & terrarum consuetudinibus: dudum agricolæ prædictæ Ecclesiæ aquam, ligna, & sylvam, prata ad colendum; mare, seu flumariam ad piscandum liberè, & absoluti habeant; quam Alberarda * domina illius Terræ pro anima viri sui Rogerii de Pomaria, nec non & pro anima omnium suorum Consanguineorum, scil. Roberti Viscardi invictissimi Ducis, & filii sui Domini Buamundi, & Magni Comitis Rogerii *

E Deo, & Ecclesiæ S. Mariæ Vallis-Josaphat dedit. In Parochia Tarantina juxta Civitatem Ecclesia S. Perpetuæ cum omnibus pertinentiis suis, vid. hortum extra muros Urbis Taranti, in loco, ubi dicitur Raypositum à domina Constantia Philippi Regis Francorum filia quondam Domini Buamundi Antiocheni Principis sponsa * pro salute animæ suæ, suique viri Ecclesiæ Vallis-Josaphat perpetualiter concessit. Et Ecclesia B. Michaelis Archangeli de Casali, quod dicitur Patruum, cum Ecclesia B. Philippi Apost. in eodem

F Casali posita, scil. partem de toto Casali cum omnibus suis pertinentiis, & ut liceret eis hospitari quindecim villanos extraneos in eodem Casali, & quadraginta pedes olivarum in loco, qui dicitur Chrybasalista, & cum magistri Fimi vinea, & aliarum vinearum in territorio S. Petri Imperiali positum à supradicto domino Buamundo, & à prædicta domina Constantia Ecclesiæ Vallis-Josaphat concessa, & aliam terram cum antro, & horto suo, quæ est ante Ecclesiam S. Perpetuæ extra muros Tarantinæ Urbis

* Hic Rogerius filius Roberti. Duxer. in chron. fol. 12.

† Hic Guill. frater Rogerii Dux III. ibidem.

* Hic Roger. fuit filius nostri Comitis Rogerii IV. Dux post confessiones Ibid. fol. 20.

* Hic Hugo interfuit consecrationi Rogerii ibidem fol. 21. & Alexander de Claramonte ann. 1130. subscribitur in privil. ducis Guill. l. 1. no. 3. fol. 428.

* Hoc nomine Alberarda etiam uxor ducis Rober. cujus filius in chron. Rog. f. 12.

* Hic Roger. noster Comes.

* Vide de eis in chro f. 12.

Urbis à domina Emma * *Comitissa Magni, & inclyti Comitis Rogerii Siculi filia pro redemptione animæ dicti sui patris, suique conjugis Rodulphi Machabæi, & omnium suorum consanguineorum salute, Deo, & Ecclesiæ Vallis-Josaphat perpetualiter largitam. Item barcam unam cum duobus piscatoribus tantum Ecclesiæ Josaphat, & Rectoribus suis vicem eorum obtinentibus in Ecclesia B. Perpetuæ extra muros in parvo mari Civitatis ad sustentamentum prædictæ Ecclesiæ, & Fratrum habendum liberè cum consuetudine terræ partis piscationis à Buamundo domini Buamundi celebris memoriæ Antiocheni Principis filio* * *pro salute prædicti domini Patris sui, & matris suæ, & omnium consanguineorum concessit. Statuimus ergo & regio edicto sancimus, ut prædicta Ecclesia de cætero universis, quæ in Regno nostro possidet, aut in posterum justo acquisitionis titulo habitura est, liberè, & absque exactione aliqua perpetuo jure possideat. Post. Insuper firmiter præcipimus, ut nemini liceat præfatæ Ecclesiæ Vallis. Josaphat Obedientias perturbare, aut earum possessiones auferre, aut ablatas retinere, aut minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare: sic omnia integra conserventur eorum S. Ecclesiæ Fratrum, pro quorum gubernatione, & sustentatione, usibus, & commodis profutura. Præcipimus etiam, ut Navis*

Navis S. Mariæ Magdal. Joseph. Messanæ.

prædictæ Ecclesiæ Josaphat Messanæ onerata veniens, vel exiens, absque aliqua tributali exactione sit libera, & soluta &c. Ad hanc autem protectionis, & concessionis nostræ memoriam inviolabilem, firmamus præsens privil. conscribi, & meæ Majestatis sigillo cereo jussimus communiri. Dat. Messanæ per nob. Matthæum Vicecancell. anno Dom. incar. 1188. *mense Jan. 6. ind. Regni verò Dom. nostri W. Dei gratia magn. & glorios. Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno 23. feliciter. Amen.* 1188.

* Nota de hac Emma quamdam nostri Comitis Roger. hic habemus, nulla est apud nos notitia nisi forte esset illa Emma soror Judith primæ uxoris nostri Comitis, nupta cuidam Comiti Apuliæ. Nos in chro. vel illa etiam dicta Mechildes filia ejusdem, uxor Comitis Ranulphi, sive Ridulphi Manacii, sive Machabæi &c.

* Hic Buemundus Princeps Antioch. ex Boem. I. & Constanti la Galliæ Regis filia natus in chro f. 12.

Hæc per tempora, diutina Saracenorum obsidione acti Latini Religiosi vitæ incolumitatem sperantes, ex Jerosolymis plures per Ptolomaidam, & Syriam vagabant, non pauci in Italiam transmigraverunt[a], & in suam S. Mariæ Magdalenæ de Josaphat Messanæ Grangiam, & nobile hospitium recipiuntur. Tunc monasterium sub Prioris moderatione magnum suscepit incrementum.

a Ex Matth. Jo. cum persequuntur vos in Civ. ista, fugite in aliam.

1245. Horum Priorum nomina deficiunt. Tempore tamen PP. Alex. IV. scribitur *de reintegratione Casalis Ferliti juris Ecclesiæ Messanensis*, Priori S. Mar. Magd. Vallis Josaphat Messanæ. [b]

b Nos lib. 2. not. 1.

Ecclesia S. Mar. Magd. de Josaphat Messanæ quando Constituta Caput omnium.

Anno 1291. sedente Nicolao IV. Pont. Max. barbarica per Palæstinam, & Syriam gliscente tyrannide, ad eam declinandam profugi binis vecti navibus reliqui Religiosi, secum sacras Icones, sanctorumque reliquias deferentes, sub probatissimæ vitæ duce, Magistro, & Abbate *F. Guillelmo*, Messanæ læto sinu excipiuntur.

Hic diligens, prudensque Abbas, Domum istam S. Mariæ Magdalenæ, antè Grangiam; in celebre Cœnobium, *Caput, ac principalem omnium Ecclesiarum Vallis-Josaphat suffraganearum tum in Sicilia tum in Calabria Sedem* constituit, uti suo ex privilegio constat.

Nos Frater Willelmus permissione divina humilis Abbas Monasterii S. Mariæ Vallis-Josaphat &c. Actum Messanæ in domo nostra S. Mariæ Magdalenæ, ubi post desolationem Terræ Sanctæ Caput nostræ Religionis statuimus, & conventualiter vivimus. Anno Domini 1291. *mense Martio die 4. intrante 5. Indict. pont. dom. Nicolai PP. Quarti anno 5.*[c] Ibique insignes Sanctorum Reliquias argento inclusas, atque privilegiorum monumenta, quæ per varios casus, per tot discrimina rerum servari illæsa potuerunt, collocavit. 1291.

c Autog. in monast.

Idem Pontifex sua Apost. auctoritate hoc monasterium unum atque *Prioratus dignitate super omnia hujusmodi monasteria in utraque Sicilia citra, & ultra Pharum sita* extollit[d].

d Ibidem.

Eadem permotus in Religiosos hos devotione Rex Petrus II. novis favorabilibus privilegiis, quæ refert ejus filius Fridericus III. in suo dipl. scripto Catanæ 1. Julii an. 1365. ind. 5. in Prot. an. 1363. & 65. f. 196. & 199. adauxit. 1324

Hac Prioratus dignitate, regulari observantia, proventuum opulentia, hospitalitatis ardenti charitate multos ad annos refulsit Monasterium. Decedentibus temporis cursu antiquis Jerosolymitanis, Syriis, eorumque successoribus, & alumnis cœnobitis, vigentibus quoque in Sicilia diutinis seditionibus, Gallicis bellis etiam invalentibus apud Messanam maximè, ubi anno 1356. 7. Kal. Jan. tanquam veri domini excepti, per annos 8. regio more Aloysius, uxorque ejus Joanna Galli è Neapoli fuerunt accersiti[e]. Qui tunc omnes S. Mariæ Vallis-Josaphat suffraganeas Ecclesias tam in Sicilia, quàm in Calabria, datis Messanæ litteris anno 1357. in cancell. an. 1354. regia sub sua susceperunt protectione Monasterium *S. Mariæ Vallis-Josaphat de Fossis Consentinæ Diœcesis* in cœterorum caput, ejusque Abbatem omnium tum Siciliensium, tum Calabrensium generalem constituerunt. Tot inter bella, hujusmodi instituti Vallis-Josaphat cœnobia quæque ad nihilum propemodum redacta, à Greg. XI. Rom. Pont. in commendam aliquibus Monachis conceduntur. Schismate Urbani VI. temporibus satis diuturno, & pernicioso ferè per annos 44. Ecclesiam lacerante, bona omnia ejusmodi in Apulia, & Calabria ab Urbano VI. & successore Bonif. IX. eisdem traduntur Monachis.

e Vide lib. 1. not. 2. & litt. de recuperat. de Messa Fidi. 3. in lib. canc. an. 1371. fol. 194. & lib. 1375 f. 215. & 311. & Jo. Bap. Grossum tom. 2. de Catana fol. 112.

In Sicilia verò tanquam de Regio jure patronatus, à Regibus illius. Quarè *vacante S. Mariæ Magdalenæ Mess. Prioratu*, Martinus *F. Nicolaum de Magdalena ord. S. Bened. Administratorem* delegit l. 1. prot. an. 1392. fol. 16. F. verò *Nicolaus Aparo de Cypro Messan. Bened.* à Bonif. IX. an. 1396. hanc Prioratus exoravit dignitatem, qua eum mox expoliavit Abbas de Fossis Cosent. Sed Rex datis Catanæ litt. 21. Maji 1396. in cancell. eo anno, & Monarch. f. 337. & nos lib. 1. notit. 2. ne regio juri Siciliæ inferretur præjudicium, Messanensi Archiepiscopo perscripsit, ut mox *Prioratus S. Mar. Magdal. Messanæ* F. Nicolao de Magdalena restituatur. Eo ad Abbatiam S. Mariæ de Maniaci ejusdem Bened. instituti promoto, 1392. 1396.

F. Andreas de Maunele Monachus S. Agathæ Cata-

Catana fit Prior anno 1416. prot. eo ann. ind. 7. fol. 469. & ind. 8. anno 1417. fol. 588. existente Archiep. Mess. F. Thoma Chrysaphio.

Nec suam jurisdictionem tueri desinebat Abbas de Fossis; ideò infans Joannes de Aragonia vices paternas in Sicilia agens, datis litt. 11. Apr. 9. ind. 1416. in Monar. fol. 465. decrevit: *ut ullo unquam tempore nostris S. Maria Magd. de Iosaphat, & S. Maria de Iosaphat Paternionis Monasteriis fiat prajudicium subjectionis alteri S. Maria de Fossis in Ducatu Calabria, sed Siculis pareant Abbatibus.*

Cùm profectò *F. Lucas de Randatio hujus Monasterii alumnus* Priorem ageret cum paucis sociis
1437. sub anno 1437. rectæ conscientiæ stimulis agitatus, factaque Apostolica Eugenii IV. facultate, & Prioratum, & suos subditos monachos Abbati S. Placidi, tunc F. Placido Campulo resignavit; non multò post eodem religioso exemplo permotus *Fr. Andreas de Randatio Prior S. Maria de Iosaphat Paternionis*, fortè germanus *Fr. Luca* suum Prioratum, suosque cœnobitas F. Petro Rizari S. Nicolai de Arena Catanæ Abbati subjecit. Quod idem Pont. Eugenius per rescrip. 2. Jan. 1445. directum Abba-
1445. ti S. Mariæ de Licodia, atque eidem F. Andreæ Priori S. Mariæ de Joseph. Patern. Rege nostro Alphonso annuente, laudavit.

Has siquidem utrasque uniones, seu subjectiones in suæ Abbatiæ S. Mariæ de Valle Josaphat de Fossis Calabriæ præjudicium factas omnino revocandas esse impetravit à PP. Paulo II.
1464. anno 1464. in Prot. 24. jan. 7. indict. f. 71. Abbas illius F. Nicolaus Petit.

Nostrorum Siciliensium, atque adversarii Cosentinę diœcesis Abbatis jure optimè in Sacra Cardinalium Congregatione recognito; decretum est pro S. Placidi Messan. Abbate, tunc F. Leonardo Cacciola; *ut suo Monasterio revocetur, uniaturque illud S. Mar. Magd.* atque pro illo S. Nicolai de Arena F. Bapt. Platam, ut eodem modo *suo cœnobio prioratus S. Maria de Josaphat Paternionis aggregetur.* Et de Cardinalium decreto Apostolicæ Pauli II. emanatæ sunt litteræ sub
1469. anno 1469. in cancell. eo an. f. 180. Deinceps uterque prioratus alter S. Mariæ Magd. Monasterio S. Placidi, alter S. Mariæ Patern. cœnobio S. Nicolai ad hunc diem unitus est; de isto hic not. 4. dicemus.

1633. De illo S. Mariæ Magd. in quem anno 1633. tota ferè Benedictina familia è Novo Monasterio S. Placidi, de quo mox erit sermo, transmigravit, satis.

De Sancti Placidi de Colonerò Veteri, & Novo Monasterio.

IN die festo S. Placidi à Benedictinis hi lætanter canuntur versus [a].

Vera Dei pietas, cui militat ordo, vel atas.

Exhilaret mentes, Placidi nova Festa colentes.

Quæ compendio perstringuntur verba, amplissimam mirificant Historiam. Ita enim sub longa (ad annos ferè 300.) obscura, & nubilosa Saracenica nocte, florentes illustris martyrii, ac etiam nominum Placidi, & sociorum rosæ arescere, ut ullum unquam illorum memoriæ odorem emittere potuerint. Sed ecce anno sal. 1276. *hyems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra*: cùm *vera Dei pietas, cui militat ordo, & atas*, è cœlo *Placidum* cucullati Benedictini personam agentem emisit [b] ad quosdam probos viros Artifices Messanenses, qui admirantur valde novum nomen *Placidi*, & novam martyrii seriem sic audientes, dum ergo ad debitũ *protectori Placido* honorẽ, & festum à Messanensibus celebrandum exhortantur, à Monacho quodam historiam de martyrio conscriptam recipiunt. Is in templo urbis maximo imaginem ipsiusmet Placidi depingendam voluit; qui inde ab oculis eorum evanuit. Eo ex tempore ad hunc usque diem, in honorifico illius sacello magna devotione Divi Placidi Icon adoratur.

Quamprimùm tanti miraculi, & prodigiosæ D. Placidi novæ figuræ fama non modò in Urbe ipsa, sed toto in orbe Christiano diffusa fit, altaria eriguntur, icones depinguntur, (tunc fortè illa S. Placidi antiquissima in templo S. Mariæ Magd. Mess.) atque in ejus honorem officia celebrantur. Ideò additur: *Exhilaret mentes, Placidi nova Festa colentes.*

Quamobrem inter cęteros ferventiori devotione erga Tutelarem Martyrem Placidum, Spiritu Sancto flante, inflammati quatuor Messanenses virtutibus, & sanguine clari, Benedictinum ejusdem Sancti suscipere habitum, & sub eodem instituto, & nomine instituere cœnobium anno sal. 1361. decreverunt. His de re- 1361.
bus primogenitus M. S. codex servatur in Monasterio; & anno 1510. 7. Martii 13. ind. mandato regio in libro Prælatiarum Siciliæ in cancell. lib. præl. fol. 376. exscribitur. Estque hujusmodi.

De ædificatione Monasterii S. Placidi de Colonerò Messana.

Anno Dom. 1361. honesti, & nobiles viri Messanenses: scilicet venerabilis presbyter Robertus de Gilio, Marius de Spetiariis Diaconus, Leonardus de Anastasio Subdiaconus, & Joannes de Sancta cruce sacularis, omnes pari voto, saculo renuntiantes, novitialem habitum sumpserunt S. Maria Latina Messan. ordinis S. Benedicti. Quorum desiderium cùm innotuisset presbytero Nicolao Mustazosio Terra Milarum, & habitatori Messana, eis prædiolum pro incolatu dedit, in quo erat Ecclesia [a] *S. Aloysii de Calsidiro, ubi nunc est Ecclesia S. Placidi veteris: quam etiam reparavit, & multa jugalia, nec non & alia necessaria providit tam ipse, quàm venerab. presbyter Gentilis de Gangis* [c], *& honorabilis vir Nicolaus* [d] *de Balsamo, qui plus aliis prastitit. Patres interim, dum Ecclesia, & habitatio reparantur, in antris habitabant juxta dictam Ecclesiam; facta deinde probatione habitum prædictum susceperunt à Priore S. Maria Latina Messana, & elapso anno 1361. professionem emiserunt. Postea ab Alimando de S. Sepulchro Canonico Messanensi, & Vicario Generali Dionysii Archiepiscopi Messan. licentiam impetrarunt; ut in prædicto loco Congregationem sub regula S. Benedicti sub vocabulo S. Placidi facere possint, officia, missarumque solemnia celebrare.*

a In off. prop. in Respons. 1. noct.

Quando D. Placidi cognoscitur nomen.

b Hist. antiq. M. S. ab Abb. Placido Campulo apud monast.

a Longe ab urbe 12. p. circ. ad meridiem primus locus.

c Alibi Gangecis.

d Thomas vocat Bonfig. lib. 1. Mess. eosque cum alios.

Tunc non Alimandus, nisi ad dies, generale A vicariũ munus Archiepiscopi Dionysii de Murcia Augustiniani Ordinis, sed *Fr. Lucidus de Murcia ejusdem instituti* gerebat, quem an. 1363.
1363. die 10. Nov. hanc fundandi monasterii facultatem concessisse nos monent (uti in lib. nostro 1. Not. 2. f. 349. indicavimus) tabulæ[a] ejusdem in quibus legimus sequentia verba: *His conditionibus, ut in dicta Ecclesia, sive Monasterio sit Prior perpetuus, conventualiter electus per Fratres, & confirmatus per Archiep. Messan. & si creverit Congregatio, Abbas constituatur; simili modo & electio fiat. Nec non quolibet an. in festo Assumptionis B. Mariæ Prior, seu Abbas præsentare se debeat cum duobus monachis ad Matrem Ecclesiam dictæ Civitatis, & si impeditus fuerit, visitet per duos monachos. Nec non teneatur dare rotulos .... ceræ dicto Archiep. & successoribus suis pro jure recognitionis. Datum Messanæ die x. Novemb. 1. ind. an. 5. Urbani V.*

a In ipso copiã.

1364. Primus Prior *F. Leonardus de Anastasio, sive Austasio monachus Catan. eligitur per tres monachos, & alium nomine Nicolaum unanimiter, & à Dionisio confirmatus, constituto juramento de obedientia præstanda sibi, & successoribus. Dat. in Rure Foruleti domi suæ solitæ habitationis an. 1364. die 13. Martii an. 6. Urbani V. Post hic F. Leonardus cùm rexisset monasterium per annos tres; & factus esset numerus monachorum xii. ac tantam facultatem adeptus fuisset; ut ea Abbati, & oneri sufficeret, cum consensu vener. F. Lucidi de Murcia ord. eremitarum S. Augustini Vicarii General. Archiep. nec non & Capituli Canonicorum Messanensis Ecclesiæ, die autem* D *12. Martii 7. ind. 1367. capitulariter congregati elegerunt dictum monasterium fore regendum per Abbatem, quo statuto, sequenti die Spiritus Sancti missam cantaverunt, & unanimiter omnes sibi Abbatem*

Prim. Prior.

1367. *1. F. Philippum de Dulci Agrigentinum monachum monasterii S. Nicolai de Arena elegerunt, qui electus, & sæpe requisitus à monachis, electioni acquiescere noluit: tandem Monachi Summo Pontifici Urbano V. supplicaverunt, ut hanc electionem canonicè factam dignaretur confirmare; nec non & Messanensi Archiep. committere; ut dicto electo munus benedictionis impertiatur: transmittentes publicum instrumentum electionis, continens factum in monasterio S. Placidi die 12. Martii 7. ind. 1367. per notar. Petrum de Simone. Nomina autem Monachorum hæc sunt, F. Leonardus de Austasio Prior, F. Robertus de Gilio, F. Maurus Specialis, F. Nicolaus de Taranto, F. Jo. de Sanctacruce. F. Leonardus de Mustazosio, F. Jacobus de Guercio, F. Placidus de Gilio, F. Benedictus de Austasio, F. Andreas de Castella, F. Nicolaus de Nicosia, & F. Matthæus de Messana. Ad quorum supplicationem P P. Urbanus absolvit à Prioratu absque infamia nota F. Leonardum prædictum; & Monasterium erexit in titulum Abbatis per rescriptum Datum Romæ apud S. Petrum 15. Kal. Decem. pont. an. 7. sal. 1369. Elegitque in Abbatem F. Philippum de Dulci supradictum per bullam dat. in Monte Flascone 3. Nonas Julii, & per aliam bullam præcepit monachis S. Placidi, ut eum accepent in Abbatem; & obedientiam, & reverentiam præbeant. Dat. Romæ apud S. Petrum 15. Kal. Decemb. pont. an. 7. Eodem die præcepit eidem F. Philippo Abbati, ut regimen Monasterii accipiat tam in spiritualibus, quàm in temporalibus; concedit que licentiam, ut benedictionis munus à quocumque Antistite unionem, & gratiam S. R. E. habente accipiant; & quod ei præstet juramentum fidelitatis, nomine ipsius Summi Pont. & S. R. E.* Iste Prior *F. Leonardus* anno 1370. fit Abbas *S. Mariæ de Licodia, & S. Nicolai de Arenis.*

Primus Abbas perp.

1369. Quando erigitur in titulum Abbatiæ.

B Fridericus III. Rex devotione permotus in novum hoc monasterium erigendum, donec perficeretur, *annuas 400. tractas ex Regia Curiæ redditibus*, per diploma dat. anno 1366.[a] attribuit. Et pro Monachorum alimentis ex Messanæ gabellis *singulo anno unc.* 12.[b] Item *& alias* 200. *tractas:* declarans ipsum cœnobium *ab omni gabellarum, dohanæ, collectarum, cæterorumque regalium jurium onere* exemptum, & immunem[c].

a Habes integrum in lib. Cancell. fol. 245. & 270.

b Ibid. scripto priv. Mes. 18. Jan. 1366. 5. ind.

c Ex lib. Pitacior. Canc. eodem anno f. 100. & capib. eccl. f. 19.

Fuit Abbas Philippus, de cujus promeritis C in lib. canc. anno 1369. fit mentio, in sanctis D. Nicolai de Arena Catan. claustris educatus sub religiosissimo Abbate Fr. Jacobo de Spris, unà cum Fr. Angelo Senesio fundatore reædificati Monasterii S. Martini Panormi, unus ex tribus de duodecim sociis ejusdem, qui (uti ex historia reæd. illius didicimus fol. 16.) Messanæ remanserat, forsitan cum suo germano Fratre *Bartholomæo Dulcis* etiam Benedictino[d]. Vir utique religiosæ observantiæ deditissimus, cum qua per annos 16. semper rexit.

d Fuit Prior S. Jacobi de Nemore Catan. an. 1381.

2. *F. Marinus de Guercis Nobilis Mess. in S. Placidi cœnobio professus*, cujus electionem PP. Urbanus VI. per duo rescripta, alterum ipsi Fr. Marino, alterum Monachis inter se in votis discrepantibus, dat. 29. Aug. 1382. approbavit. 1382. Inde Abbas à Martino Rege confirmationis pro annuis unciis 12. diploma dat. Catanæ 24. Julii 15. indict. 1392. obtinuit, in cancell. eo anno fol. 109. 1391.

2. Abb. perp.

Cùm verò numerus cœnobitarum sub strictiori victus, & vestitus lanei grossioris perfecta ob- E servantia decrevisset ad 18. qui angustia loci, (est enim locus iste horridus, asper, præcipitiis obnoxius, & ad incolendum ineptus,) nimium vexabantur, in puritate spiritus, & charitatis zelo, alium in locum transmigrare decreverunt. Quarè optimus Comes Andreas Vinciguerra de Aragonia[e] pia largitione concessit latifundium *in Planitie S. Dominicæ*, à primo monasterio (quod hodie vetus, & Grangiam appellant) duobus milliaribus distans, aeris amœnitate clarum, atque ad construendum commo- F dum monasterium idoneum cum oliveto Scavæ, & fontibus aquæ, unde bene græcè *Coloneró*, latinè *Bona aqua* dicitur. Ubi ad Dei gloriam, Beatique Placidi honorem, prima novæ habitationis, post annos 14. ab antiquis fundamenta ejecerunt, largis fidelium eleemosynis adjuti, ipsius Abbatis Marini exantlatis laboribus, ac suorum alumnorum opera à mane ad vesperas piè impensa in dies si adaugetur fabrica, augebatur & spiritus fervor; procul ab hominum frequentia, in cœlestia rapiebantur Patres, qui

e De hoc not. 1. 1. not. 4.

Donario loci pro novo Monast. erigendo.

qui à continua constructione manum avertere coacti sunt. Nam Arch. Messan. Fr. Philippus Cryspus *Quartam Canonicam* ex piis legatis, eleemosynisque ipsi S. Placidi monasterio datis, expetebat; patres verò Apostolico immunitatis privilegio tuebantur. Quamobrem Rex

1398. Martinus dat. Catanæ litt. 10. Julii ind. 1398. in Reg. Monar. fol. 407. & nos lib. 1. not. 2. fol. 554. eidem perscripsit Archiep. *ne se in caussis Monasterii S. Placidi Messan. quod ab ipsius potestate exemptum erat, implicet*. Tunc Abbas Romam pro re adiit, & non solùm à Bonifacio IX. sententiam ad sui favorem tulit, sed Monasterium ipsum Sedi Apost. immediatè subjectum

1401. per Bullas 3. Sept. ann. 1401. pont. ann. 11. exoravit. Perficiebatur interim templi constructio, cum è vivis sublatus est benefactor Aragonia, cujus cadaver ante sacrarii portam sepelitur, ubi stemmata familiæ super januam juxta lustralis Aquæ fontem prospiciuntur, exactis sancti regiminis annis 18. Ann. 1401. ad cœlum volavit Marinus Abbas.

Sedi Apost. immediatè subjectum Monast.

1403. Interea idem Bonifacius PP. motu proprio tertium S. Placidi Veteris Abbatem eligit *Fr. Placidum de Sergio de Mandanici tunc Abbatem S. Philippi Agyrensis*; quem ullo modo admiserunt nostri cucullati, & Abbatia tres vacavit annos: Placidus ideò Mandanicensi sui Basiliani instituti præficitur monasterio. An. 1403.

Lit. Cancell. an. 1406. fol. 273.

1403.

3. Abb. perp.

3. *F. Benedictus de Anastasio genere nobilitatis, & professione benedictina Messanensis*, fortè primi Prioris F. Leonardi de Anastasio nepos juxta monasticas sanctiones electus, & confirmatus; uti habentur de ejus virtutibus litteræ apud lib. Reg. Monar. sub anno 1405. fol. 189. In spectatę vitę fama, virtutumque omnium splendore illustris, vitam angelicam agens, & senio gravis, Abbatiale munus *F. Placido Campulo monasterii Priori, suoque nepoti* cessit. Sui obitus horam fratribus prædixit, dicens: *in die Pentecostes duæ celebrabuntur Missæ, altera pro me de requie, altera pro die festo*. Ita accidit die sabbatho pervigilio Pentecostes [f], sed alibi lego id accidisse in die Sabbatho Sancto.

f Ex M. S. apud Monast.

Abb. perp. vet. mon. 1418.

4. *Fr. Placidus Campulus Messan. claris natalibus, claraque benedictina religionis educatione ornatus, sanctitate vitæ postmodum præclarus* à Martino V. Sum. Pont. per rescriptum dat. Romæ prid. non. Martii pont. ann. 9. in canonica Abbatiali electione confirmatur, facta facultate, ut possit à quocunque Antistite munus benedictionis recipere: quod à Thoma Chrysaphi Mess. Archiep. solemni ritu suscepit; coram quo juramentum fidelitatis pro R. E. de more præstitit. Mox diligenti studio ad suorum alumnorum emolumentum, & religiosæ vitæ juvamen curavit in novum Monasterium à veteri, (quod Grangiæ titulo remansit) transferre familiam, privilegia, redditus, dignitatem etiam Abbatialem augere, ad quam rem auctoritate Apost. firmandam, ab Eugenio IV. litteras breves apud

1432. S. Petrum pridie nonas Julii an. 1432. F. Petro Rizzari S. Nicolai de Arena directas impetravit. Petrus pro papali delegatione efficaciter adimplenda ad novum, & vetus cœnobium se contulit, diligenter prospecto jam veteri, quòd quadraginta Religiosorum esset incapax, ac ad ampliationem ineptum; V. I. D. Angeli Pisani consilio per publicum instrumentum Jo. de Marco Messan. die penultimo Jan. 10. ind. 1432. novum incolendum permisit.

Quando ad novum Monasterium transierunt.

Eodem quoque anno 10. Novemb. XI. ind. Alphonsus Rex, cui Placidus fuit charissimus, *Monasterii exemptionem* confirmationis privilegio roboravit, in lib. fol. 389. Atque ex alio scripto Messanæ 10. Ian. 1435. *feudum Rhalginese in territorio Placiæ juxta agros Caltagironis, Heracliæ, Grassaliati, & Cutumini*, quod post Mannellæ de Protonotario obitum sine liberis, ad Regem, à quo fuerat concessum, devolutum, elargitus est, in l. Prel. fol. 378. & lib. Monach. fol. 639. & 647. Eadem regia auctoritate, eodemque sub an. 17. Jan. *duo terrarum tenimenta de Nemore S. Ioannis de Flumine-frigido & S. Basilii, olim Grangia S. Salvatoris Archimandritatus Mess.* ab Adario de Parisio per suas ultimas tabul. eidem S. Placidi monast. legata Alphonsus approbavit. Duo hæc latifundia: alterum *S. Joannis de Flumine-frigido in agro Tauromenii* à Roberto Epis. Mess. Eccles. ann. 1106. tributum, (ut nos lib. 1. Not. 2. & l. 3. Not. 1. atque alterum *S. Basilii de Flumine frigido in agro Leontino Archimandritatui Mess.* an. 1137. à Rege Rogerio, ut nos lib. IV. p. p. traditum, vel jure permutationis ad Adarium pervenisse, vel ex venditione existimo. 1435.

Dum Abbas Placidus ardentissimo fervore, totam operam suam incremento divini cultus, ac suorumq; alumnorum perfectæ regularis observantiæ dabat; spectata est humanarum rerum, morumque inconstantia; nam inter ipsosmet contentiosissimi excitantur adversus suum patrem, & pastorem turbines, quod nimio, & immoderato regebat zelo, suaque culpa, fraternam dilectionem lacerari, Dei cultum deseri, & in christianis scandala generari. Eaque supplicibus querelis ad eundem Eugenium PP. detulerunt, qui primùm per litt. dat. 8. Aug. 1442. pont. 12. *Baptistæ Jordano Canonico Messanens. atque F. Petro Hieremiæ dominicano Vicario Conventus Sanctæ Zitæ Panor.* Post anno sequenti *F. Matthæo electo Episcopo Agrigentino, F. Ambrosio Abbati S. Martini Panormi, ac F. Thomasio Priori S. Nicolai de Arena* rem demandavit. Isti Apostolici delegati Messanense adierunt Monasterium, pervestigaturi, an vera essent, quæ Campulo objiciebantur, atque ut excitatos dissidiarum, odiorumque fluctus componerent, omninoque naufragantes eorum virtutes ad pristinum ducerent observantiæ portum. Ceterùm pericula in falsis fratribus (Deo ad majorem Placidi gloriam permittente) evadere non potuit, quin tertium apud Pontificem novis accusationibus non deferetur. Ideò per pontificium decretum Romæ 8. Kalen. Decemb. an. sui pont. 13. *Fuit ab Abbatiali dignitate per triennium suspensus, ut à suo Monasterio ad viginti millia passuum recedat, & in alio acceptus, ne vita necessariis careat, annua scutatorum 10. pensione donetur*. Interim ad Eugenii mentem, *Priorem* ex ipsismet monachis suble- 1442. 1443.

gen-

gendum, donec aliter à Sede Apost. sancitum fuerit, curavit Commissarius Apost. Abbas S. Martini Ambrosius [a].

a supra in not. 1. hujus &c.

Unio monasteriorum S. Placidi, & Maniacis.

Per id temporis ob Placidi suspensionem, & Nicolai de Tudischis promotionem duo apud Sedem Apost. vacabant benedictina monasteria; *S. Placidi Messana*, *& S. Maria Maniacis*. Utrumque uniendum suis cum redditibus, unicoque sub Abbate regendum, scripto Romæ dipl. 3. Kal. Januarias an. pont. 13. sal. 1443. Abbatibus S. Nicolai de Arena, & Roccæamatoris præcipit Eugenius. Hac arrepta occasione Alphonsus Rex, ne suo juri-patronatus efficeretur præjudicium; utrique cœnobio Administratorem designat [b] *F. Leonardum Cathold* ejusdem instituti religiosum; Abbatem quoque *F. Dominicum Xarat ord. Cisterc. Regium Capellanum per litt. an.* 1444. 8. ind. [c] *constituit, deprecaturque Pontificem, ut hanc Xarat electionem sua confirmet auctoritate*.

b ex lit. in lib. Prot. an. 1444. f. 169. 1444.

c ibid. anno 1444. f. 96. & in Cancel. fol. 208.

1445.

d in monast. S. Mart. de Sca lupra

Non assentitur Regiæ petitioni Eugenius; sed jubet per apost. litteras [d] an. 1445. ut F. Ambrosius S. Martini Panor. Abbas, ac ejus socius F. Julianus Mayali confestim ad Messanensem S. Placidi locum iterum se conferant; ubi congregatis monachis, agant *de novo eligendo Abbate, dummodo, non ex eo, sed ab alio quocumque Siciliæ cœnobio eligatur*.

Verùm eo tempore, cùm F. noster Placidus, de quo ita testatum reliquit Don Augustinus Camarda [e]. *Vir erat vitæ sanctitate, charitate in fratres, humilitate, sui ipsius despectione illustris, à fratribus accusatus, cùm Romæ adesset, quidam Cardinalis Papam de virtute Placidi, & inimicorum calumnia, christiano zelo permotus, certiorem fecit: quarè in Sacrum accersitus Consistorium, reverenter ad Pontificis pedes devolvitur osculandos, cujus facies sicut sol splendescere à cunctis visa est. Tunc Eugenius admiratus, nec pedes suo osculo, nec æmulorum accusationibus aures præbuit; imò & innocentem, & utriusque Monasterii S. Placidi, & Maniacis futurum Abbatem declaravit.*

e In catalogo Abb. S. Placidi.

Ad pontificia Placidus exequenda mandata in Siciliam reversus, ab Alphonso Rege, cujus jussu Apostolica *de Concessione Abbatiarum* rescripta executione carebant, eam illico habuit.

Fuit Placidus iste silentio, solitariæque vitæ, ac sacræ scripturæ, sanctorumque Patrum studio addictissimus. Scripsit enim Homilias de S. Placido, Historiam miraculosæ imaginis ejusdem. Romanis Pontificibus, Eugenio IV. maximè, Siculis quoque Regibus, Alphonso virorum eruditorum fautori in primis charus. Senectute tandem religiosisque laboribus confectus, dum suum Maniacense perlustraret Monasterium, magno sanguinis fluxu affectus, suos inter fratres die .... an. 1455. magna sanctitatis fama migravit ad Dominum.

1455.

Cujus venerabile corpus in S. Mariæ Majoris sacello monastico honorificè conditum, devotione, ac frequenti Populi Randacensis concursu colitur; [f] quod ad supplices Messanensium libellos Callixtus III. per breves litteras die 12. Julii 1455. directas Henrico Avellino Cantori, & Canonico Messanensi, atque Fr. Juliano Mayali monacho Benedictino S. Martini de Scalis Panormi, viro virtutibus præclaro sub excommunicationis pœna, suo patrio cœnobio S. Placidi Messanæ restituendum omnino decrevit. Patres vero Jurati, totusque Randacensis populus, ne tanto religioso thesauro privarentur, majori custodia, atque veneratione illud semper asservare conati sunt.

f de hoc Placido nihil P. Octavius Cajetanus in suis idea.

P. Placidus Campulus hic ultimus fuit veteris Monasterii S. Placidi Abbas. Nam sub eo ad aliud novum construendum à veteri ad 2. m. p. absens in latofundo *S. Dominicæ de Colonerò* Patres pro loci commoditate, & aeris salubritate invigilavere.

De D. Pauli templo prope Monasterium S. Placidi de Colonerò.

In ea maris ora, quæ Monasterio S. Placidi subjacet, sacra ædes D. Paulo Apostolo dedicata est, ab urbe Messana 10. passuum millibus distans. Refert Cornelius à Lapide in Actis Apostolorum cap. 28. ex Octavio Cajetano, & antiquissima accolarum fama, illuc D. Paulum olim appulisse, quod & bene probat Placidus Samperius in sua Iconologia B. Virginis impressa Messanæ anno 1644. lib. 1. cap. 13. & lib. II. c. 23. Additque eam ædem fuisse ab Episcopo solemni ritu consecratam, atque inde ante paucos annos sanctissimæ Virginis iconem translatam fuisse in D. Mariæ Magdalenæ de Josaphat ab Abbate D. Flaminio Patè Messanensi, qui etiam epigraphem hanc tabulæ adjunxit characteribus aureis, ΕΠΙΣΤΟΛΟΓΡΑΦΟΣ, ut memoriam conscriptæ ad Messanenses epistolæ à Beatissima Virgine (ut jactant) celebriorem redderet.

Tria hic disquiri posse video ad inferendum lumen Historiæ. Primo an unquam D. Paulus in eam oram exscenderit? Secundò in quanam navigatione id contigerit? Tertiò an per ejus excessionis occasionem factum sit, ut D. Paulus ad Christianam fidem Messanenses traxerit, eosque ad consalutandam, & venerandam Deiparam, instituta publico nomine legatione, hortatus sit, cujus cultus pretium fuisse dicitur Epistola à Deipara ad Messanenses scripta?

Exscendisse aliquando in eam oram, cùm adnavigaret Divus Paulus, facilè credam; nec enim video, quid obstet. Quanam in navigatione (nam pluries, opinor cum doctis viris Siciliam, vel prope illam navigasse) id factum sit, incertum magis est. Narrat sanè S. Lucas cap. 28. de se, & Divo Paulo: *Cùm venissemus Syracusas, mansimus ibi triduò, inde circumlegentes, devenimus Rhegyum, & post unum diem, flante Austro, secunda die venimus Puteolos.* Jam potuit quidem exscendere, dum in hac navigatione haud longè abesset ab hoc littore. Nec abnuunt docti Viri, Cornelius à Lapide jam laudatus, Jacobus Tirinus in append. ad acta Apost. c. 28., Melchior Inchofer in epist. B.V. cap. 5. fol. 29. & nuper Carolus Jangolinus impr. Mes. an. 1649. cap. 100. f. 712., potuit in aliis etiam navigationibus illuc deferri; sed primæ id verosimilius concedendum: nam numquam ei lo-

ei loco propiorem fuisse scimus, quàm cùm eam oram Syracusis digressus circumlegit Rhegyum usque.

Sed an appulsus ille dederit Messanensibus occasionem Legationis ad Deiparam, quæ epistolam ab illa retulit, pluribus disputare, quàm olim fecerim [a], non est operæ pretium; vellem equidem animum illuc inclinare, ut nobilissimæ Urbi gratum facerem, & ejus studia in Deiparam, his etiam modis magis, magisque incenderem. Sed quò penitiùs rem inspicio, eò magis ab illa refugit, ne ab iis recedam, quæ in historia sacra sunt jam bene constituta. Paucis ergo, ne historici officio desim, hæc habe.

a in dissertatione de hac epist. initio notit. Mess. Ecclesiæ.

Ipsa, quæ circumfertur Epistola, Messanenses ad fidem traductos *Pauli Apostoli prædicatione mediante* refert: jam nulla unquam D. Pauli prædicatio, ut mox ostendam, fieri Messanæ potuit, quæ legationis instituendæ caussam dederit; ne ergo falsum scripsisse Deiparam sentiamus, falsò potiùs illi Epistolam tribui dicamus necesse est. Neque in hac ratiocinatione aliquid est, quod vacillet, si bene fulciam argumentis, nullo unquam tempore Divi Pauli prædicationem Messanæ fieri potuisse, quæ Messanenses exciverit ad legationem, & Deiparam ad respondendum.

Secemus in partes tempora, ut à singulis ejecta hujusmodi prædicatio, ad fabulas conjiciendam esse intelligamus. Tres verò temporis partes sumo [b]. Prima est, quæ præcessit D. Pauli navigationem, cùm (ut habetur Actorum 28.) vinctus Romam duceretur. Secunda est, quæ illi navigationi proxima est, ac demum tertia reliquum omne tempus comprehendit post Neroniana vincula, quibus Romæ, quò navigatio illa tendebat, detentus per biennium fuit Paulus, ut in iisdem Actis dicitur. Hæc enim partitione non solùm opiniones omnes complectar, quæ hactenus emerserunt, sed quotquot etiam excogitari queant, quas necesse erit his temporum finibus contineri.

b ex Chrys. hom. 1. ad Rom.

Ante navigationis illius tempora prædicationem, cujus meminimus, & eam, quæ circumfertur Epistola, duæ reposuerunt opiniones, à quibus, utpote jam obsoletis, & rejectis, breviter expediam.

Prima fuit, quam ex Sylvestro Maurolyco, & Bartholomæo Petracio retulit Melchior Inchofer cap. 48. in prima editione propugnans Virginis epistolam ad Messanenses scriptam, his verbis: *Dum Divus Paulus in Peloponneso, & Græcia Evangelium evulgaret, Messanenses quòd curiosi novitatum in rebus præsertim religionis essent, ejus doctrina fama excitos, legationem ad Divum Paulum decrevisse, Legatos deinde, Paulo docente, Deiparam adiisse, ac obtentas ab illa litteras, in patrocinii spem ad suos revexisse*. Sed hæc sententia bene tuetur *anno 42. salutis*, quo consignatur Epistola, eam fuisse scriptam, imo cum eo anno Divus Paulus Messanam adire non potuerit, si sacræ historiæ vestigiis hæreamus, acutè excogitavit quonam modo colloqui cum Messanæ civibus potuerit; dum fingit id factum per Legatos à Messanensibus in Græciam destinatos ad Paulum. Sed id verbis ejusdem Epistolæ obsistit; nam docent ista: *Omnes Messanenses ad Christi fidem traductos, viam veritat. agnovisse, mediante prædicatione Divi Pauli, & fide magna Legatos ad Deiparam misisse*. Hæc autem opinio legationem decretam ad Paulum, non ad Virginem statuit, & antequàm Messanenses ad Christi fidem venirent; Legati enim dicuntur à Messanensibus, utpote *novitatum curiosis* missi ad explorandum, quid tandem Paulus in Græcia spargeret in vulgus. Quod si ipsi Legati fidem amplexi ad Deiparam perrexerunt è Græcia, jam non rectè à Deipara dicerentur *per publicum documentum* ad ipsam missi. Quàm denique verosimilis sit legatio in Græciam nomine omnium instituta, ut Messanenses, tunc ethnici scirent quam novam religionem Paulus ibi proponeret, prudentes judicent, cùm per eadem tempora Hebræi, qui Romæ degebant, *nil de Paulo antè ejus adventum audivisse dicant* in Actis Apostolorum cap. 28., licèt ipsos ea res propiùs tangeret.

Alteram opinionem in medium attulit Bonfiglius Messanensis, ut anno quadragesimo secundo, quo scriptæ dicuntur litteræ, id contigisse defenderet, ait enim lib. 1. hist. Sicul. f. 53. *antequam Paulus Romam vinctus duceretur, ut narratur in Actis Apostolorum cap. 28. in Italiam venisse*, & profert textum ex iisdem Actis cap. 24. nam ubi dicitur: *Descenderunt in Attaliam*, ille nescio an per temeritatem, an per errorem legit *descenderunt in Italiam*.

Eidem opinioni adhæsit Placidus Samperius lib. 1. c. 23. fol. 72., qui eum adventum etiam retulit in annum Christi 42. unde probat eum annum fuisse Epistolæ Deiparæ subscriptum, quod alii ut malè additum glossema rejecere: sed non video quo argumento id suadeat; facilè enim verò admiserim ter aut etiam si velit, pluries Divum Paulum venisse in Siciliam; sed adventum primum eo anno 42. Christi fuisse constanter nego. Non ergo adventus quicumque Pauli, sed iste adventus anni 42. probandus esset; quod neque fit, neque fieri posse existimo, si peregrinationes omnes Divi Pauli suis attributas annis diligentissimè ab auctoribus mox laudandis accuratè perpendas: sed ne actum agam à labore eas numerandi supersedeo, satis enim erit eas apud ipsos legere, ut constet in Siciliam non venisse Paulum antequàm vinctus Romam duceretur. Quod magis mirandum, visum tam cordatum Samperium post [c] confiteri suo cum Inchofero: *vel corrigendas numerorum notas, & reponendum 62. pro an. 42. vel per errorem ab exscriptoribus intrusas an. 42*.

c ex l. 1. pag. c. 23. f. 73.

Duo tamen urgebo argumenta, ne contemnere videar opinionem illam. Primum est; Divum Paulum eo anno Episcopum adhuc non fuisse, ideoque non potuisse tunc Bacchylum Messanæ Episcopum, uti memorant, instituere. Quod autem sacris Episcopatus infulis donatus non sit, nisi anno 45. constat ex cap. 13. Act. ubi dixit oraculum Spiritus Sancti: *Segregate mihi Saulum, & Barnabam; tunc jejunantes, & orantes imposuerunt eis manus*. Quem locum de impositione manuum, quæ ordinationem, seu con-

D. Paulus ante an. 45. non fuit Episcopus consecratus.

consecrationem episcopalem notet, cum communiore scriptorum suffragio intelligere oportet: nam S. Leo epist. 81.[a] Dioscoro Alexandrino mandat, ut ordinationes sacræ non fiant, nisi jejuniis præcedentibus: quia sic in ordinatione Pauli, & Barnabæ factum est; imo quotquot Rituales libri de cœremoniis sacrorum ordinum agunt, ii jejunium, missæ sacrificium, & manuum impositionem requirunt, & Spiritus Sancti jussionem circa Paulum, & Barnabam, ut exemplum afferunt. Quod si ea manuum impositio non consecrasset Sacramento Ordinis Episcopalis Paulum, quorsum jejunia, orationes, liturgia tanto apparatu præcessissent? Adde quartò simili locutione consecrationes alias D. Lucam significasse, ut Diaconorum Actor. VI. & Actor. XIV. nec alius locus in sacra scriptura est, ubi videri possit Paulus ad Episcopatum evectus, nisi iste Actor. XIII. quem urgeo. Ordo verò hierarchius in Ecclesia requirit, ut ab alio Paulus consecraretur: malè ergo ad aliud ignotum tempus ex suspicione recurras; admittes verò illud, quod apertè rem prodit. Prædicandi, seu docendi munus antea quidem exercuerat Paulus ex Luca Act. XI. Sed cùm id munus presbyterorum esset, ut advertit Turrianus lib. I. de hierar. ord. cap. 20. satis est, si in Paulo presbyteratum antea agnoscas. Fuit ille quidem ab initio suæ conversionis designatus Gentium Apostolus, sed, ut bene notavit Cornelius[b] in actu primo, & secretè, hic verò in actu secundo, & publicè designatur Apostolus, ut ille loquitur ex more scholastico. Demum quamvis Suarez 3. p. tomo III. disp. 34. sect. 1. videtur oppositum tenere; id tamen dicit obiter, cùm aliud tractet; quarè non multum ponderis ex ejus auctoritate contrariæ opinioni additur, cùm à communiore discedat. Quod etiam dictum velim de alio, qui ab hac sententia alienum dicat.

Affero etiam locum ex epist. ad Romanos, quam scriptam esse constat anno 58. Christi, ut bene ad eum annum Baronius advertit, quem sequitur Cornelius[c], primo enim capite ad amoris significationem se diu desiderasse ait Apostolus Romam adire, sed prohibitum fuisse impedimentis; deinde cap. 15. id magis explicans ait, ita ut *ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi*; & paulo post *propter quod impediebar plurimum venire ad vos, & probibitus sum usque adhuc; nunc verò ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditate autem veniendi ad vos &c.* Jam verò Apostolus suum desiderium eundi Romam ita declarat, ut quasi iter arripuisse dicat: sed cùm impedimento itineris excusasse non sufficeret, addit quo locorum pervenerit, suaque vice terminum designat Illyricum; qua ergo ratione dicat aliquis in Italiam, & Siciliam, seu Rhegyum, & Messanam venisse, non video; suæ benevolentiæ, & desiderii majus procul dubio inditium dedisset adventus in Italiam, & Siciliam, non ergo omisisset Paulus enarrare, cùm maximè eam benevolentiam, & desiderium præseferre voluit, neque par erat, ut fines ab Urbe remotiores, sed ut viciniores designaret, oportebat; si verè in Italiam, & Siciliam venisset ante eum an. 58. Christi, locum se ait non habere a prædicatione immunem, non quidem in toto itinere, quod Romam usque peragere necesse erat; sed *in bis regionibus*, uti scribebat, in Græcia scilicet. Adde ab his finibus Græciæ satis excludi Italiam, & quamcunque ejus partem, quamvis aliqua dicatur *Magna Græcia*; nam nec comprehenditur. Satis sub absolute prolato Græciæ nomine, nec terminus ille Illyrici, eam continere patitur in his D. Pauli verbis.

At inquis, traditio est venisse D. Paulum anno 41. vel 42. Messanam. Sed hoc est quod disputamus, an traditio ista sacræ repugnet scripturę quod ego contendo; non ergo extendenda sunt verba scripturæ plusquàm significare velint. Adde traditionem de adventu in hoc anno à plerisque scriptoribus[d] rejectam, qui alioqui epistolam Deiparæ ad Messanenses vere scriptam confirmant argumento traditionis; non agnovere ergo illi traditionem in designando adventus tempore; nec unquam omittam nil afferre posse virium ad probationem Epistolæ eam traditionem, cujus initium est à Constantino Lascari sub fine sæculi præcedentis, (quod enim ex Dextero affertur, adsutum fuisse alibi ostendi,) & mea ætas illuc pertingit, ut satis certò discere potuerim ab iis, qui cum Lascari, & ante Lascarim fuere, novitatem traditionis confictam.

Secundam distributi temporis partem aggredior, quam amplissimè tractavi in laudata dissertatione. Inde breviter hæc desumo: D. Paulus Romam vinctus venit anno 59. salutis; ita ibidem statui cum Baronio tom. 2. ad an. 59. Cornelio à Lapide cap. 28. act. Gordonio in chron. ad an. 59. ac etiam cum Inchofero in cap. 5. per totum, qui cap. 35. primæ editionis fol. 220. affirmat: *Paulum Apost. ante 59. Christi annum Messana, aut in Sicilia non fuisse*, & cap. 37. f. 231. ait. *Illi omnes, qui Paulum ante 59. Christi annum Siculis adfuisse, vel aliunde, quàm Rhegyo accersitum Messanam venisse perhibent, in noxam dubiæ fidei concedant, necesse est.* Eique sententiæ adhærent etiam Horatius Scoglius in eccl. hist. ad annum Christi 59. Thomas Massutius in vita D. Pauli lib. 11. c. 11. & lib. 13. c. 8. Sigismundus, Laurenti, Gavantus, & reliqui fere omnes.

Eo in itinere Rhegyo Messanam divertere, ibique duos dies degere, ut fidem doceret Messanenses, inde digredi cum Legatis Messanensibus, & Jerosolymam eos comitari ad Deiparam (hæc enim omnia Traditio Messanensium narrat, ut ibidem ostendi) non bene cum sacris bibliis, neque cum sacra historia cohæret. Acta enim Apostol. vinctum Romam delatum Paulum, & dies navigationis recensent; qui ergo redire Messana Jerosolymam liber permittitur, vel à custodibus militibus Romam destinatis remeare in Orientem exorat? Quodnam tempus huic tam longo itineri datur cum ineunte Julio Romam ingressus sit, & paulò antè è Melita discesserit; ut in chronologia eorum patet, qui res Pauli diligentissimè in singulos reponunt annos? Unde optimo quidem jure Inchofer infert: *Non ante, nec in eo*

[a] Alias 79.
[b] Actor. 13.
[c] initio ejus epistolæ.
[d] Vide P. Inchoferum, & sequentes script. Mess. vide omnes scriptores de adventu D. Pauli Rhegium.

Ante ann. 59. Paulus non venit in Siciliam.

Nota adversus omnes ante an. 59. scribentes.

In ann. 59. vinctus Paulus Jerosolymam cum legatis remeare non potuit

in eo itinere, cùm ad carcerem duceretur, potuisse D. Paulum Messanensibus auctorem esse legationis illius, quam Lascaris, & primus invenit, & excogitavit. Et æquè bene Illustrissimus, & Reverendiss. noster Archiep. Panormit. D. Fr. Martinus de Leon, & Cardenas Summi Pont. Assistens, Regique nostro Catholico ab arcanis Consiliis Regni Neapolis meritissimus, dum summa cum laude Ecclesiam Puteolanam gubernabat, *Officia*[a] *propria SS. ejusdem Ecclesiæ à Sacra Rituum Congregatione approbanda*, mirabili sollicitudine invigilans, idem cap. XXVIII. Act. Apost. *Venimus Rhegyum, & post unum diem flante Austro, secunda die venimus Puteolos*; eruditissimè ad scriptoris Lucæ mentem explicuit.

a Acta SS. Puteol. imp. Romæ anno 1649.

Quod sanè argumentum prudentissimi quique tanti fecerunt, ut *Vulgi, & plebis commiscentis errorem crediderint*, quod antea tanquã certam traditionem ferè omnes admiserant Messanensis[b] Lascaris dicta secuti: quarè nuper etiam Samperius doctissimi convivis, ac ejusdem societatis Jesu P. Pauli Belli auctoritati, *in cap. 8. lib. 1. de gloria Messanensium* innixus, tunc evenire non potuisse credit[c], idemque scripsit Carolus Giancolinus c. 101. f. 713.

b Franciscus Maurolycus discipulus Lascaris lib. 1. in compend. hist. sic. fol. 29. &c.

c Lib. 1. c. 31. perche stimò il vulgo &c.

Melchior Inchofer etiam, ut ex his evaderet angustiis, Paulum è Neronianis vinculis solutum an. 61. salutis redeuntem in Orientem facit, ut in itinere per fretum Messanense, Messanę verba ad populum habeat, ad Christum traducat, & legationis ad Deiparam auctor sit. Bellò sanè, sed id incommodi huic sententiæ accidit, quòd jam diu antea Deipara è vivis excesserat, ut in mea dissertatione[d] ostendi. Non despondit ille animum hac difficultate perterritum, quare quatuor circiter annos vitæ Virginis addit, eamque vixisse ad 76. ætatis annum asserit. Sed cuinam fundamento innixus id affirmat? nulli planè, nec enim id vel alterius suffragio, vel ratione evincit; sed solùm id statuit, quia alioqui temporis angustiis extruderetur illa ad Messanenses Epistola. Verùm quod ille gratis affirmat, Nos Doctorum, & Patrum auctoritate fulti non immeritò negamus: ostendi enim ibidem, neminem tot annos Virgini tribuisse, præsertim si advertas ita annorum numerum auxisse Inchoferum, ut 28. à Christi passione annum attigisse Deiparam credat, quod novum, & singulare est in Ecclesiastica historia, nec alio præsidio fultum, quam, quia, nisi ita dicatur, jam exulabit illa, de qua disputamus, Epistola ab omnibus probabilis opinionis finibus, atque hæc argumentatio contra Inchoferum proposita extrudit eam legationem Messanensium à tertia jam divisi temporis parte. Quarè ut dicebam, nullum commodè tempus designari poterit, in quo fieri potuit occasione prædicationis à Paulo Messanæ habitæ, quod paulò antè probandum susceperat.

d In notit. Mess.

Post Neroniana vincula non potest assignari tempus legationis ad B. V.

At inquies nonne quàm plures scriptores doctissimi[e] hanc Epistolam à Deipara scriptam probavere; non ergo probabilitate saltem caret, uti hæc argumentatio contendit; quamvis etiam Apocrypham crediderint aliqui[f], non ideò improbabilis censenda est, præsertim ob Messanensis Ecclesiæ traditionem, & L. Flavii Dextri saltem auctoritatem.

e Vide apud Inchoferum, Samperium, Angelum Giardina, & Giacolinum.

f Baron. in annal. ad an. 48. Christop. à Castro in lib. de B. V. cap. 24. Paulus Minerva 1. Apocrypho impress. Neap. ann. 640. 6. 7. ex amin.

Sed hæc in mea laudata dissertatione disjeci: paucis ergo responsionem hanc propono. Plurimi è scriptoribus famam à Messanensibus traditam admisere sine examine, quod ad ipsos non pertineret, sed juvaret potiùs ad commendationem charitatis, qua Virgo enituit; alii vel Messanenses sunt, vel iis placere voluerunt, imò tenebantur, ob erogatos ad typographiam sumptus, ex pacto. Omnes certè ab Lascari Græco, & planè Græcæ fidei homine, quem *in multis mendacissimum auctorem* vocat Baronius ad annum 92. quique Græcas litteras Messanæ docuit, & stipendii auctarium avidissimè expetebat, narrationem desumpsere, ut ibi dixi. Quod de Dextro dicitur magnificum magis, quàm verum: nam ea verba intrusa in opusculum, quod Dextri nomine insignitum prodiit, satis ostendi eo loco; traditionem illius Ecclesiæ nuperam esse, ac nutantem, & certioribus historiis pugnantem ostendi.

Confirmationem audivi petere nonnullos[g] ex icone Beatissimæ Virginis Puellum in sinu in foventis, e cujus puelli manibus evoluta pendeat oblonga pappus eo flexu, ut antiquam voluminum complicationem præseferat; vestigia hic ergo transmissæ Epistolæ agnoscunt. Sed hoc leve est; nam frequens Græcis pictoribus is mos erat, ut è puelli manibus dependens effingeret charticum volumen explicatum, atque ut publicum exemplar afferam, similem iconem intueri est in æde S. Francisci hic Panormi, in eo sacello, quod laterali portæ templi ad Austrum obversæ proximum est. At, inquis, in eo volumine scriptum est: *Maria Virgo Joachim filia, mater Jesu Christi, ancilla Dei iis, qui sunt Messanæ salutem, & benedictionem*. Quid tum? ergo Epistolam scripsit Messanensibus; nam hoc est epistolæ, quam jactant, compendium. Satis nutat, incertaque est hæc illatio, & verè dictum: *Qui amant, sibi somnia fingunt*. Nihil magis tritum, quàm iis titulis Virginem compellare, & ab ea precari salutem, benedictionem, protectionem sibi, & omnibus ad ejus pedes confluentibus: nullum ergo hic certum vestigium conscriptæ Epistolæ. Acutè etiam dubitarunt aliqui de simulata characterum antiquitate, veritine in eo volumine adscripti nuper fuerint: Græcarum enim Iconum non latinæ, sed græcæ sunt inscriptiones; unde quàm prudenter, quàm ingeniosè Abbas Patè Messan.[h] pervetustæ Græcæ B. Virginis tabulæ paucos ante annos epigraphem græcam ΕΠΙΣΤΟΛΟΓΡΑΦΟΣ, ad memoriam conscriptæ epistolæ adjunxit.

g Samperius in Iconol.

h Vide supra

Cum simulatione quoque vetustatis dubitationem ingerit effigies altera Deiparæ, cui apud Messanenses *à Litterio* nomen est, & antiquissimam esse confirmant; cùm enim Deipara licèt aliàs ipsa variis effingatur, pingaturve modis; uno tamen, eodemque modo describatur in tabulis; cùm unius, ejusdemque specialis beneficii auctor proponitur: exempli caussa, Deipara, cui nomen est *à Soccorso*, cùm sublata clava fugientem dæmonem propulsante, & minitante semper objicitur, si unius, ejusdemque miraculi memoria refricetur. Sanè si suis imaginibus Messanenses Deiparam, ut epistolæ ad

eos scriptæ auctorem exhibere voluissent, eodem illam modo semper expressissent, dum illius beneficii memoriam à cognomine tabellæ excitare voluissent. Quamvis autem non ineptè hæc imago cum volumine explicato, & initiis Epistolæ, ejusdem epistolæ beneficium memorasset, illa tamen effigies, cui nomen *à Litterio*, & quæ longè diversa est; non aptè peculiare illud beneficium proposuisset; alterum ergo ex his confici hac ratiocinatione videtur, aut effigiem Deiparæ *à Litterio* non cultam esse à speciali beneficio *litterarum*, quæ Virgini tribuantur, quod hactenus dixerunt; aut iconem istam cum puero volumen explicante, illarum litterarum transmissionem non indicasse. Sed mihi quidem certum est appellationem illam Virginis *à Litterio* desumptam fuisse non à litteris, & Epistola, sed à loco; erat enim olim ita sub tabulato illo*, quod in templo concinendis Dei laudibus inservit, & Messanæ, & alibi in Sicilia *Litterio* dicitur; & sane illam ibi fuisse ipse Bonfiglius Messanensis enarrat: appellatio verò illa à loco desumpta, vocum similitudine ad litteras conscriptas translata est ante paucos annos, cùm rei antea ignotæ argumenta conquirebantur; certum mihi etiam est ex altera effigie, ubi puer Jesus volumen illud explicat, nullum desumi posse argumentum, quod litteras, de quibus disputamus, confirmet. Solemnis enim Græcis est modus ille Virginem Deiparam depingendi, & ut dixi adscripta verba, quamvis antiquissima essent, indicium literarum non afferunt, an verò ex his certa suboriatur dubitandi ratio de simulatione vetustatis in his characteribus illius Iconis, nolo statuere; & quamvis alibi dixerim*, quid nonnulli auserint, ut simularent inventionem Epistolæ à Virgine conscriptæ; non ideò statim hic etiam simulationem adfuisse dicam. Asserat, aut dubitet, qui velit, mihi satis est ostendisse argumentum ab illa effigie desumptum facilè eludi, nec persuadere posse transmissionem illam Epistolæ, quam à Deipara scriptam ad Messanenses ipsimet jactent.

* Clarius & Latius nos in Not. Eccl. Mess.

* In alio loco.

Sed unum occurrit, quod vim argumenti si non elidere, eludere certè posset. Duo pietate, & doctrina insignes viri, ætate graves retulerunt se familiariter agentes cum Bartholomæo Petracio Messanensi suprà laudato pluries illum audivisse dicentem: *Epistolam quidem à Deipara fuisse ad Messanenses scriptam, sed cùm nullum ejus apographum, nedum autographum Messana, vel alibi reperiretur, se eam Epistolam, quæ circumfertur, ex verisimili conjectura conscripsisse & vulgasse*. Non ideò se falsi reum esse addebat, ut enim Livius, aliique historici scribunt militares orationes ab Imperatoribus habitas, iisque ne falsi sint, satis est, si oratio ab illis Ducibus habita sit in eam ferè sententiam, quam ipsi suis, non imperatorum verbis exprimunt; ita nec mali figmenti reus ipse dicendus esset; quod expressisset quæ verisimiliter Deiparam scribere oportuit in ea occasione Legatorum, quamquam non ipsis Deiparæ Viginis verbis uteretur, sed suis, præsertim cùm id ad pietatem Messan. incendendam faceret: frigidior enim esset sola memoria conscriptę Epistolę, nunc autem verba veluti per prosopopœiam Virgini attributa vividiùs, & ardentiùs inflammant.

An hoc exemplo historicorum, quo Petracius utebatur, satis sese tueri posset, quamvis valde alienum esse, & disparis rationis facilè constet, nunc non curo: sed solùm ajo hinc posse fortè eludi meum argumentum, si dicatur scripsisse Dei param ad Messanenses epistolam, sed aliis verbis, aliaque occasione, quam ob prædicationem D. Pauli à Messanensibus auditam: potuerunt enim antea ad fidem Christi saltem plures accedere, & ad Deiparam aliqui adire, vel scribere, & referre ab illa Epistolam. Siquis id asserat, cadet profectò meum argumentum, sed cadet simul melior, majorque pars ejus, quam jactant, traditionis. Quarè videat, qui velit id perpendere, an juvet hanc viam inire, eaque ratione expeditum à difficultatibus, in quas nos conjecerunt narrationis circumstantiæ, in aperto, tutoque vagari campo. Id solùm sanctè juro me nihil hic de Petracio comminisci, sed verissimè retulisse, quæ testes omni exceptione majores scrib, constanterque se audivisse ab illo narrarunt. Cæterùm si in manuscripto aliquo ante Petracii ætatem exemplar Epistolæ quis reperiat, falsa narrasse Petracium evincet; quamvis hominis genius rem mihi verisimilem reddit. Si tamen falsa sit ejus narratio, nil curo; nam tanto certiorem vim in meo argumento agnoscam, quòd hac solùm via infringi posse video.

Hæc pro veritatis studio dicta sunto: qui plura velit, dissertationem à me de hac re, ut dixi, scriptam in Messanensis Ecclesiæ Notitia adeat: nam nihil prolatum est pro hac Epistola, quod ibi disjectum non sit. Prudentiam aliquis in me desiderat, nam Messanensium odium subeo insigne, hac Epistolæ refutatione, nec deest qui pietatem requirat, dum refello ea, quæ pietatem in Messanensium animis fovent. His satis illa Dissertatione respondi; nam necessitas adegit me ad has quæstiones: Veritatis verò studium in ea parte me statuit, quam vi rationum impulsus elegi, nec unquam mendaciis pietatem indigere sensi. Ita in eadem caussa respondit doctissimus, & pientissimus Christophorus à Castro, è Societate Jesu, qui præ cæteris hanc ipsam historiam (teste Inchofero cap. 18. f. 97.) pertexuit in c. 24. *Paulus* (ait) *ante 42. an. Christi Tarsi Ciliciæ agebat, unde Barnabas cum evocavit, ut iret Antiochiam, sicut colligitur ex Actis xi. & ante 16. annos, nempe ante secundum Neronis, & Christi 17. non venit in Italiam, nisi cùm vinctus ductus est Romam, non potuit illa Epistola scribi à Virgine Deipara anno 42. Christi post quam Rhegyum appulerat Paulus. Ideoque pugnantia consi net Epistola, & propterea à Virgine non est scripta. Ne mireris, optime Lector, existimans nos Viginis honori detrahere, quam toto hoc opere conati sumus debito prosequi honore. Non enim honor defertur illi, si falsa assignemus, sed si falsa non dixisse probamus, & sibi non cohærentia.*

Argumentis quidem, quæ contra meam opinionem proferuntur, respondere facilè, mihi opinor, fuit, & erit. Contumeliis, & verborum injuriis nil respondere jam diu decrevi: id me Sacerdotem, & Senem decet.

Nunc

Nunc ad nostræ historiæ partes redeamus è diverticulo.

5. Abb. perp. 1445. *FR. MATTHÆUS DE MARCO ex spectabili genere, atque S. Placidi claustris alumnus Messanensis*, primus in novo Monasterio electus Eugenii IV. PP. mandato in Benedictino S. Pauli Romæ cœnobio ab Joanne, Episc. Tropiensi, Almæ Urbis Vicario, ac ab Abbate S. Martini de Bosco Cisterc. Ord. benedicitur. Inde idem Pontifex per rescriptum Kal. Junii ann. 1446. facultatem fecit congregationi S. Placidi: *Ob Curiæ Romanæ distantiam, obitu Abbatis, in spiritualibus & temporalibus, ne monasterium pateretur detrimentum; novum eligere possint duo saltem Sacerdotes monachi, & electus à quolibet Antistite benedictionis beneficium recipere valeat: dummodo jura Cameræ Apostol. debita solvant*.

Hoc sub Abbate Callixtus III. Pont. suo dipl. 2. Julii an. 1459. exscript. in proton. 7. Apr. 5. ind. eo an. f. 402. Archiepiscopo Panormitano, tunc Simoni Bononiæ, ac F. Juliano Mayali S. Martini cœnobitæ demandavit: *Ut in Sicilia Monasteria S. Placidi, S. Nicolai de Arena, S. Mariæ Novalucis, ac Prioratus Josaphat Paternionis sub una essent unita Congregatione*. Sed obeuntibus duobus ascetesiriis hujus unionis promotoribus, atque unito auctoritate Apost. illo S. Nicolai de Arenis alteri Licodiæ, Pius II. successor per litt. ann. sui pont. 4. Kal. 1461. aggregationem hanc solvit.

Unio Congregationis Monasteriorum in Sicilia. 1461.

Fuit Abbas Matthæus in negociis prudentia, & dexteritate insignis, magnæque æstimationis, ac auctoritatis, maximè apud illos Messanenses à quibus orator pro gravissimis urbis negotiis ad Reges Joannem, & Ferdinandum II. destinatur; & ab hoc Rege, cognita Abbatis solertia, & prudenti eloquio, ad Romanum Pontificem amandatur[a].

[a] an Augustino Cemmode. 1469. *Fr. Matthæum de Marco* sub anno 1469. *S. Nicolai de Lombardis Paternionis ejusdem benedictini instituti Abbatem* etiam fuisse lego; uti notavimus in nostro lib. III. Not. 1. fol. 113. Hic annis 20. optimè sibi commissam rexit familiam.

6. Abb. perp. 1472. *Fr. Leonardus Cacciola Messanensis nobili ortu, & benedictina professione*, secundus novi Monasterii, & Primus à Congregatione S. Placidi, juxta Eugenii IV. sanctiones delectus, à Romano Antistite Sixto IV. confirmatur anno 1474. (1474.) Hic post annos 37. à divisione Prioratus S. Mariæ Magd. de Josaphat diligenti studio apud eumdem Pont. illud (ut suprà innuimus) reuniendum, atque item aliud simul S. Mariæ Paternionis, bene reformandum per bullas pont. in secret. exscript. 28. Aug. 1480. curavit. Hic suæ vitæ candore, exemplaribus virtutibus, ardenti in suos, pauperesque charitate, continuo infirmos visebat, consolabatur, adjuvabat; religioso Dei honoris zelo discolos monebat, octennio peracto sui optimi regiminis, obdormivit in Domino anno 1480. & sufficitur suis suffragiis de more

7. Abb. perp. 1480. *Fr. Cherubinus de Andriotta Tertius novi Colonerienfis cœnobii Abbas*, qui tribus ad 1483. rexit annis.

De Congregatione Sicula, ejusque Abbatibus ad tempus electis.

Idem Pontifex Sixtus ad quæcunque in eligendis Abbatibus, ac Prioribus perpetuis diluenda, sedandaque dissidia, intercedente Cardinale, & Archiep. Montereg. Ausia per suum Apost. rescriptum 7. Julii pont. an. 12. Kal. 1483.[b] decrevit, quòd *cuncta Sicula hæc monasteria, adinstar S. Justinæ Paduæ, in unam Siculam Congregationem uniantur*.

[b] habes exstat in Reg. Cancell. in Decemb. an. ejusdem, & integrum apud Lell. p. 181. & nos hoc c. lib. not. 1.

Prima in Congregatione eodem anno eligitur *Primus ad tempus Prior F. Ægidius de Aurifice civis Messan. & professus in Sancto Placido*, ad annum rexit iste.

Fr. Hieronymus de Alibrando ejusdem civitatis, & religionis alumnus an. 1484. *Prior Secundus* ad an. 1485.

Sub eo, in Congregatione statutum est, ut Benedictini, relicto nomine *Fratris*, titulo *Dei* nominarentur.

D. Hilarius Romanus à Randatio ejusdem monast. professus ab an. 1485. ad an. 1486. Prior.

1. *D. Hieronymus de Alibrando* primus Abbas anno 1486. in Congregatione ad triennium electus, ad an. 1489. Hinc ad Abbatiam S. Nicolai de Arenis Catanæ transiit. 1489.

2. *D. Ægydius de Aurifice* antè *Prior*, & an. 1489. *Abbas, & Præsidens Siculæ Congregationis* per annos duos, an. 1491. morte deletur. Vacavit Abbatia per annum. 1489.

3. *D. Vincentius Saccanus ex Senatorio ordine & professione Messanensis* an. 1492. moritur an. 1493. Floruit sub hoc Abbate *Jo. Baptista ..... alumnus S. Placidi*, à Rege Ferdinando Abbas Commendatarius S. Nicolai ..... delectus, & per annos 16. ad an. 1509. titulo vixit abbatiali. 1493.

4. *D. Dominicus Bonanno Messan. professus ibidem* ab an. 1493. vixit paucis mensibus. 1493.

5. *D. Placidus Ferrara Messan.* ab anno 1493. ad an. 1495. 1493.

6. *D. Hieronymus de Alibrando* iterum Abbas ab an. 1495. ad 1497. 1495.

7. *D. Vitus à Castrojoanne* professus etiam S. Placidi ab an. 1497. ad 1498. 1497.

8. *D. Eugenius Basilio Mess.* etiam S. Placidi professus ab an. 1498. ad 1499. 1498.

9. *D. Benedictus Riccius Messan.* ab an. 1499. ad 1500. 1499.

10. *D. Sebastianus de Asmundo nobilis Catanensis* in S. Placido professus ab an. 1500. ad 1051. 1500.

11. *D. Angelus Armalto Mess.* ibidem professus ab an. 1501. ad 1502. 1501.

12. *D. Seraphinus de Joanne Mess.* ibidem professus, ab an. 1503. ad 1504. 1503.

13. *D. Hieronymus Sardo Mess.* ibid. prof. ab an. 1504. ad. 1505. 1504.

De unione Monasteriorum Siciliæ Congregationi Cassinensi.

Julius II. Summ. Pontifex per suas Bullas dat. Romæ 15. Kalen. Augusti an. 1506. exscriptas

ptas in lib. Reg. Canc. 16. Octob. x. ind. Omnia nostra Monasteria, antè sub Congregatione Sicula, in unam Cassinensem Congregationem sub titulo S. Justinæ aggregari decrevit.

1. Primus Abbas hac in Cassinensi Congregatione electus fuit D. Joannes Antonius Venetus ab an. 1506. ad an. 1509. præfuit.

2. D. Hieronymus Zafarana Mess. professus in S. Placido an. 1509. Eodem anno à Ferd. II. Rege sublegitur Abbas Commendatarius.

3. D. Nicolaus à Sancto Benigno Januensis, qui præfuit annis tribus.

4. D. Justinus Hispanus professus in S. Placido, ab an. 1512. ad 1513.

5. D. Placidus à Riturbio ab an. 1513. ad an. 1517.

6. D. Leonardus à Portremulo ab an. 1517. ad 1519.

7. D. Michael à Montecaveoso ab an. 1519. ad 1521.

8. D. Hieronymus de Alibrando tertiò electus Abbas ab anno 1521. ad 1526. virtute, sanctitateque vitæ, regularisque observantiæ zelo illustris.

9. D. Hieronymus à Potentia ab an. 1526. ad 1528.

10. D. Urbanus à Verona ab an. 1528. ad 1531.

11. D. Ambrosius à Florentia ab an. 1531. ad 1533.

12. D. Timotheus à Randacio professus in S. Placido ab an. 1533. quo anno sequenti sponte hac dignitate se abdicavit.

13. D. Hieronymus de Alibrando ob præclarissima virtutum exempla, quartò præficitur Abbas. Quo sub tanto Rectore an. 1535. 19. Octob. Carolus V. Imperator Tunetana victoria in Siciliam Messanam ingressurus, domum Tutoris Monasterii suo illustravit hospitio, sub circa meridiem horrendis fulgetris tonitruis, & ingnitum fulmen è cœlo cum turbinibus ejectum coram Imperatore cecidit, ut quendam Aulicum Comitem necaverit; cujus cadaver ibidem sepultum est, & in pomo ejus pugionis ex pretiosissimo christallo, inde argento exornato, Reliquiæ S. Placidi depositæ sunt.

14. D. Matthæus Ritii Mess. etiam professus ab an. 1537. Alibrando, cujus memoria in æternum erit, successit, & morte in an. 1539. obiit.

15. D. Innocentius à Navarra ab an. 1539. ad 1542.

16. D. Innocentius à Neapoli ab an. 1542. ad 1544.

17. D. Cyprianus ab Asiat ab an. 1544. ad 1547.

18. D. Blasius à Novaria ab an. 1547. ad 1550.

19. D. Angelus à Janua ab an. 1550. ad 1553.

20. D. Bernardus ab Aversa ab an. 1553. ad 1556.

21. D. David à Mediolano ab an. 1556. quo anno mortuus est, & vacavit per annum Abbatia.

22. D. Jo. Maria à Sancto Philippo sufficitur an. 1557. ad 1558.

23. D. Hieronymus à Panormo in S. Martino de Scalis professus ab anno 1558. ad 1560.

24. D. Benedictus à Florentia ab an. 1560. ad 1561.

25. D. Adrianus à Neapoli ab an. 1561. ad 1562.

26. D. Jo. Evangelista à Sacca 1563. uno an.

27. D. Benedictus à Florentia iterum an. 1563. paucis mensibus.

28. D. Hieronymus à Florentia sufficitus est an. 1563. ad 1564.

29. D. Desiderius à Brixia ab an. 1564. ad 1569.

30. D. Andreas à Savilliano ab an. 1569. ad 1571.

31. D. Paulus à Senosio ab an. 1571. ad 1574.

32. D. Nicolaus à Papia ab an. 1574. per paucos menses.

33. D. Placidus à Brixia ab an. 1574. ad 1579.

34. D. Honoratus à Janua ab an. 1579. ad 1580.

35. D. Gaspar ab Urceis ab an. 1580. ad an. 1582.

36. D. Hieronymus à Perusia ab an. 1582. ad 1584.

37. D. Isidorus à Panormo professus in S. Martino ab an. 1584. ad 1586.

38. D. Cherubinus à Brixia ab anno 1586. ad 1588. Sub hujus Abbatis auspiciis pretiosa S. Placidi, & Sociorum corpora inventa fuere; De qua celebri inventione lucubrantissime conscripsit ex præclarissimo genere Philippus Gothus Mess. & nos l. 2. Not. 2.

39. D. Honorius à Brixia ab an. 1588. ad 1589.

40. D. Paulus Jacuzzius à Cosentia professus in S. Placido ab ann. 1589. mox diligentissimo studio, ardentissimoque in suum Monasterium affectu, juxta elaboratum archetypum, sed interitum ad affabre reædificandum novum D. Placidi cœnobium magnifica cœpit fundamenta, ad quod perficiendum ad an. 1597. incumbit. Hoc Abbate an. 1595. 13. Decembris miraculosè duæ insignes SS. Placidi, & Sociorum Reliquiæ ab Jo. Rattopolo nobili Græco, Petri Episcopi Rattopolitani fratre, aliò ferendæ restituuntur. Ob celeberrima hujus Abbatis promerita per Cardinalem Sancti Severini Ordinis Basiliani Protectorem, ad ejusdem ordinis in Sicilia, & Calabria reformanda statuta, ac Monachorum rationes vivendi firmandas eligitur generalis Visitator; qui si morte non esset prævenitus, ad Cardinalatus apicem promoveretur.

41. D. Laurentius ab Aversa ab an. 1597. ad 1598.

42. D. Paulus à Cosentia iterum ab an. 1598. præclarè ad an. 1602.

43. D. Paulus à Ferrara ab an. 1602. ad 1604.

44. D. David Sturniolo à Messana ab anno 1604. anno sequenti multis impensis aureis, ad perficiendum inceptum Monasterii Colonerensis opus totum adjecit animum.

45. D. Honoratus Scalisi à Panormo ab an. 1607. ad 1608.

46. D. Ignatius à Neapoli Aversanus ab an. 1608. ad 1609.

47. D. David à Messana iterum ab an. 1609. ad 1614.

48. D. Flavius à Messana ab an. 1614. ad 1617.

49. D. Gregorius à Catana ab an. 1621. ad 1622.

50. D. Cherubinus à Monte Regali ab an. 1622. ad 1627. vir doctissimus, & vitæ candore notissimus Abbas, & Vicarius Monteregalensis.

51. D.

Marginalia (left): 1506. 1509. 1509. 1512. 1513. 1517. 1519. 1521. 1526. 1528. 1531. 1534. Fulmen è cœlo ejectum coram Carolo V. Imp. Reliquiæ S. Placidi in christallino pomo. 1537. 1539. 1542. 1544. 1550. 1553. 1556. 1558.

Marginalia (right): 1560. 1561. 1563. 1564. 1569. 1571. 1574. 1579. 1580. 1582. 1584. 1586. Cum inventa sunt corpora S. Placidi, & Sociorum. 1588. 1589. Restitutio reliquiarum SS. Placid. & Soc. 1595. 1597. 1598. 1602. 1604. 1607. 1608. 1609. 1614. 1621. 1622.

1627. 51. *D. Anselmus Balistreri à Panormo* ab an. 1627. ad 1629. A

1629. 52. *D. Theodosius à Catana* ab an. 1629. ad 1632.

1632. 53. *D. Andreas Mancuso à Messana* an. 1632. Cùm autem Patres improvisum piratarum incursum, Monasteriique direptionem quotidie timerent, & aliis imminentibus periculis obviarent, tranquillitatem cupientes religiosam, hoc invenere remedium, ut anno 1633.

1633. Ad S. Mariæ Magd. de Josaphat transmigratio. in suum S. Mariæ Magdalenæ de Josaphat juxta Urbis mœnia hospitium, seu Grangiam tota cum familia, rebusque suis transmigrarent, ibi, vel alio in Messanæ loco sumptuosissimum exædificarent monasterium. Ubi anno 1637. B

1637. Templum illud in augustiorem, ampliоremque formam, tribus pro antiquissimis *S. Benedicti, S. Placidi, & S. Mariæ Magdalenæ* imaginibus, sacellis auctum erexere. Ad eundem annum Abbas Andreas rexit.

54. *D. Innocentius à Catana* ab anno 1637. Per sex menses, inde vacavit Abbatia.

1642. 55. *D. Flaminius Patè Messanensis* ab an. 1638. ad an. 1642.) C

1644. 56. *D. Maurus à Paternione* ab an. 1642. ad 1644.

57. *D. Andreas Mancuso à Messana* iterum ab an. 1644. per 6. menses.

1646. 58. *D. Matthæus à Bergomo* ab an. 1646. per annum, & 6. menses.

1647. 59. *D. Andreas Mancuso à Mess.* tertiò ab an. 1647. Hic ob ejus promerita, & rerum gestarum præstantiam in Cassinensi Congregatione *totius religionis Præsidens* eligitur; quarè ad id munus optimè obeundum sub titulo *Administratoris S. Placidi*, Abbas tunc S. Caroli Pan. D *D. Flaminius Patè à Messana*, vir in primis græcis, latinisque litteris, & scientiarum eruditione præclarus sufficitur. Hic pietate, ac devotione in Virginem Mariam incensus, ad promovendam religionem, antiquissimam illius iconem à templo D. Pauli in ora maritima juxta aliud D. Placidi huc transferre curavit; quam novo titulo græcè scripto *, latinè *Exaratrix Epistolæ* in Sacello collocavit. („ Andreas Mancuso Pręses etiam Congregationis Casinensis „ fuit an. 1651. & 1656.) E

* Vide supra.

1649. 60. *D. Flaminius Patè à Mess.* an. 1649. omnium suffragiis in generali Congregatione Abbas S. Placidi, & Visit. gener. acclamatur.

Supplementum P. D. Viti Mariæ Amici.

Ex Chronico Monasterii. „ 61. D. *D. Maurus Caprara à Paterniano* S. Nicolai Monachus integro anno „ optimè rexit.

1651. „ 62. *D. Jovita ab Urbe* per triennium.

1653. „ 63. *D. Epiphanius Bellacera à Panormo* F

1656. „ (de eo in notitia S. Martini & SS. Benedicti, „ & Aloysii Panorm.) è Catanensi Cœnobio „ assumptus.

1660. „ 64. *D. David Reitana* cucullo & patria „ *Messanensis* è Panormitano SS. Benedicti & „ Aloysii Cœnobio ad Sancti Placidi translatus, „ à doctrina, morum facilitate, ac zelo Monasticæ disciplinæ commendandus; vix mensibus octo expletis vitam cum morte commu- „ tavit, in eodem sub Monasterio tumulatus.

„ 65. *D. Gratianus Romeo à Randatio* In S. Nicolao Professus, Vir in rebus gerendis dexteritate nulli secundus; ob id in magna apud exteros etiam extimatione habitus, à Messanensi Senatu maximè, cujus vices Panormi apud Proregem gessit. Præfuit tribus annis. 1661.

„ 66. *D. Gratianus Bellagamba* ejusdem S. Placidi Alumnus non vulgari prudentia, ac Monasterii incremento administravit; Triennio expleto, S. Nicolai regimini admotus discessit. 1664.

„ 67. *D. Claudius Capizzutto à Catana* ejusdem S. Nicolai Filius, Sanctis operibus clarus annis duobus. 1667.

„ 68. *D. Cæsar Gotho & Spatafora* nobilissimæ Familiæ decus S. Theologiæ, ac SS. Canonum Magister, SS. Officii Inquisitionis Qualificator, & Consultor; Gallis Messanam occupantibus legatiæ Apostolicæ, vulgò Monarchiæ, Judex, omnium Dignitatum gradibus ad Abbatiam evectus, statim novum cœnobium in Messanensis Portus prospectu propè Regium Palatium moliendum curavit, ac magnifica ædificiorum structura incepta, strenueque prosequta, Monasterii Corpus ibidem transtulit magna Civium gratulatione, ac Monachorum lætitia. Integro sexennio expleto summa cum laude, ac gloria alibi jussus præesse, pluribus per Galliam, atque Italiam versatus, longævus tandem ætatem in suo Monasterio die 5. Octobris ann. 1705. mortalitatem exuit. Emicuit in eo nedum Doctrina, sed & comitas, Prudentia, ac dexteritas, magni ab omnibus, ob præclaras animi dotes factus. Fratrem habuit D. Alphonsum Gotho, de quo inferius. 1669. 1675.

„ 69. *D. Stephanus Malinco* professione, & patria *Messanensis* doctrina ac moribus præstans, jam ab anno 1672. Abbas SS. Benedicti, & Aloysii à Patribus renunciatus, suo denique S. Placidi præesse jussus, Monachorum Collegium in antiquum Sanct. Mariæ Magdalenæ Templum ac Cœnobium denuò transtulit. Cum enim ad extruendam arcem validissimam in Portu Messanensi, novum ab suo Prædecessore molitum Monasterium solo fuisset æquatum, quamvis à Regiis Ministris optio illi daretur, ut quemcumque vellet locum, ad aliud extruendum deligeret, maluit in jam dictum S. Mariæ Magdalenæ remeare; ubi per annos quinq; Monasticum rigorem magna benignitate temperavit. Indè ad S. Benedicti Militelli 1681. assumptus, tandemque Gongii Abbas 1684. die 24. Augusti mortuus est. 1676.

„ 70. *D. Honoratus Columna* cucullo, & patria *Catinensis* zelo quam maximo disciplinæ regularis, sed morum suavitate in primis clarus. 1681.

„ 71. *D. Jovita à Neapoli* annis duobus optimè præfuit. 1682.

„ 72. *D. Flaminius Stagno à Messana*. Hic in Sacra Theologia, ac aliis scientiis versatus, pluribus annis Lectoris munere functus, meritis exigentibus ad Prioratum, de hinc ad Abbatiam evectus, statim suo Sancti Placidi 1684.

Cœno-

„ Cœnobio præficitur, quo ad annum 1688. ad A „ ministrato, eximio zelo, morum lenitate, ac „ prudentia, ad Monteregalense translatus, „ ibidem die 8. Maii 1691. piè, ut vixerat, „ decessit.

1689. „ 73. *D. Severinus Brancato à Messana* jam „ ab anno 1685. in Comitiis Generalibus Ab„ bas renunciatus, ac Montis Regalis Mona„ sterio expræfectus, cum plurimum disciplinæ „ Monasticæ observantia aliisque eximiis ope„ ribus se commendasset, ad suum Messanense „ hoc anno assumptus, majoribus effulsit vir„ tutum radiis. Eluxerat certè in Severino „ jam ab ipsa juventute Religionis fervor ni„ mius, ac in scientiis tum sacris, cum sæcula„ ribus peritia non vulgaris. Pluribus dehinc „ annis in Etruria Theologicis ac Philosophicis „ disciplinis edocendis versatus, Romam anno „ Jubilei sub Clemente Decimo Pont. Max. e„ vocatur, ac Pœnitentiarii munere in Basili„ ca S. Pauli de Urbe laudabiliter functo, mox „ Prioratus dignitate auctus, Abbas demum, „ ut diximus, creatur. Institutis probin, ac C „ promotis in suo cœnobio studiis, auctis red„ ditibus, sacrario ornato variis ac pretiosis „ vasibus, & sacris Vestibus, post quadrien„ nium Gangii Veteris cœnobium regendum „ suscepit, ubi etiam non vulgariter se gessit,

1693. „ In Comitiis Generalibus Venetiis coactis ad „ Patres conscriptos totius Congregationis no„ mine legatus pro Pace Capituli designatus „ elegantissima Oratione illos sibi devinxit.

1695. „ 74. *D. Archangelus Zuccarrato à Messana* „ ab zelo, atque eruditione commendatus, D „ post varias præfecturas Regimini S. Placidi „ admotus optimè se gessit. Scripsit dum esset „ in minoribus *de Epistola B. M. Virg. ad Messanenses* Tractatum, eruditis quibusque pro„ batum; præfuit annis duobus. Randatii mor„ tuus ibi honorificè tumulatur.

1697. „ 75. *D. Ferdinandus Joenius* patria, & „ professione *Catanensis*, per triennium pruden„ ter, ac laudabiliter.

1700. „ 76. *D. Severinus Brancato* 2. vice per „ annos sex maximo Monasterii incremento E „ gubernavit, multis ac novis semper nomini„ bus clarus.

1706. „ 77. *D. Benedictus Asmundo à Catana* S. „ Nicolai Alumnus magna prudentia, ac mo„ rum lenitate anno integro.

1707. „ 78. *D. Severinus Brancato* 3. ex SS. De„ creto Abbas Sancti Placidi designatus, mul„ to majori studio se probavit, ac definitor to„ tius Congregationis electus, eximio zelo, co„ mitate, atque industria Monachorum ani„ mos sibi devinxit; Ab exteris etiam magni F „ factus, sede vacante Messanensis Ecclesiæ „ Vicarius Generalis designatus honorem ex „ humilitate respuit, tandemque Sanctæ Fla„ viæ præesse jussus, ibidem post biennium se„ ptuagenarius decessit.

1711. „ 79. *D. Romualdus Ferrarotto à Messana* „ Sancti Placidi Monachus, & ipse, vix per „ annum præfecturam gessit, morte sublatus „ sui desiderium reliquit.

1713. „ 80. *D. Bartholomæus Plexandro à Pater.* „ *nione* Sancti Nicolai Alumnus post bene ge„ stum Prioratus munus Catanæ hujus Cœno„ bii Abbas designatur, quod per quinquen„ nium optimè rexit. De eo in Notitià S. Ni„ colai.

„ 81. *D. Dominicus Brancato à Messana* è „ Monasterio S. Benedicti Militelli translatus, „ suo præficitur. Natus ad maxima noster Do„ minicus omni disciplinarum genere cumula„ tissimè imbutus, pietate, ac scientia Sancto„ rum præcipuè effulget; in Patrio Cœnobio B „ Theologiam, ac Philosophiam juxta Maigna„ ni placita primus docuit, pluresque discipu„ los instituit; Decanus, simul ac Prior Com„ putator raro exemplo à Congregatione crea„ tus, Messanæ ac Platiæ Prioratum admini„ stravit non modico rei familiaris incremen„ to, Militelli regularis observantiæ promo„ tor Cœnobii structuram non minimum auxit, „ ac Sacrarium supellectili concinnavit. Nec „ minus in suo S. Placidi provehendo adlabora„ vit redditibus auctis, agris excultis, Stu„ diis non segniter promotis, Ecclesia ac Sa„ crario variis vestibus ornatis. Hodie in S. „ Mariæ Montis Regalis regimine moderando „ totus addictus, prudentia, suavitate, at„ que affabili morum comitate adeo se probat, „ ut suis, & exteris, Principibusque Viris ap„ primè carus undique splendeat. De eo in „ notitia Mon. Militelli, ac Montis Regalis. 1716.

„ 82. *D. Flaminius Brunavini à Messana* „ cucullo etiam S. Placidi Monachus, è Gan„ gii Veteris, ubi per plures annos Abbas præ„ fuit ad nostrum assumptus aureum pro divi„ nissima Eucharistia exponenda fidelium ve„ nerationi ostensorium instituit, gemmis un„ dique renitens, novisque ædificiis Cœno„ bium augere contendit.) 1725.

Monasterium hoc *S. Maria Magdalena* post translationem, *S. Placidi* etiam appellatum, regiam undique redolet magnificentiam; cujus *Sacrarium aulicis sacris opulenter instructum*, *candelabris cum Cruce, crateribus, statuisque Sanctorum argenteis, ac pretiosissima supellectili* condecoratur.

Reliquiis quoque *quamplurimis argenteis thecis coopertis*, quas (ut fama prædicat) ex Equitum Jerosolymitanorum ad bellum adeuntium, vel pereginorum ad sacrum sepulchrum accedentium collo pendere faciebant in Jerusalem Benedictini Patres, & è Palæstina Abbas Guillelmus primum huc transtulit [a].

Hæ sunt insignes SS. Reliquiæ [b].

De ligno salutiferæ Crucis (alibi lego) *de spina Christi*. Item *Hic est Fascia Jesu Christi, & de Virginis Mariæ Capillis, & Velo*. Item *de Magdalena cingulo*, quo in deliciis utebatur. *Os Episc. Nolensis Paulini. Poplites Agapiti M. Os Laurentii M. Os Jo. Chrysostomi, de Cranio Theodori M. Jugulum Adriani M. Acrolenia Pantaleonis M. Os Viti. Os brachii cum pelle Barbaræ V. & M. Dens Catherinæ V. & M. Dens molaris Christophori M. Os colli Ignatii M. Os Justinæ V. & M. De humeri parte, genuque Margaritæ. Os Damiani M. Os Dionysii Areopagitæ. Os frontis Gliseriæ V. & M. Duo ex digitis Joannis, & Pan-*

[a] Vide supra ad annum 1190.
[b] ex Benedictio in suo Ms.

& Pauli, Apostoli, de Digito, & costis Stephani Protomart. Os brachii Mauritii M. Ossa Innocentium. Ampulla vitrea sanguine plena 40. MM. apud Sebasten Armeniæ Urbem passorum, plures S. Placidi, & Sociorum.

Istæ Reliquiæ litteris Hebraicis, Græcis, & Latinis annotantur.

Bibliotheca pervetustis tum Græcis, tum Latinis MM. SS. nobilitatur.

Studia litterarum; *Philosophia, Sacra Theologia, Casuum Conscientiæ, & humanarum* maximè florent.

Monachi Cucullati numero 50. Oblati, seu Commissi numero 20. omnes 70. ex proventibus Monasterii D. Placidi aluntur.

Abbas ex antiquis privilegiis *Pontificalia omnia* exercet. Nonnulla Ecclesiastica Beneficia, & Capellanias confert. In Parlamento 52. votum profert.

Proventus annui ex feudis, jurisdictionibus, &c. sunt unc. 1350. Onera singulis annis. Pro Congregatione Cassinensi scut. . . . . . pro dandis Regiis, atque Deputationis Regni unc. 149. 28. 16.

Prioratus annexos habebat olim *S. Maria de Latina, & S. Maria Magdalene de Iosaphat*, quod nunc principale Monasterium est. Item *S. Placidi veteris, atque novi*.

Abbates, ac Priores vitæ sanctimonia spectatissimi seipsos præbuerunt exemplum, atque bonorum operum sectatores, de quibus supra suis in locis. Plurimi tandem doctrina, ac virtute præstantes, sibi, patriæ, Religioni immortalia pepererunt honoris, & nominis monumenta.

Primus seriem exornat iste, de quo P. Octavius Cajetanus in suo martyr. Siculo f. 120. sub die 15. Junii ita: *Messana, S. Bernardi Abbatis Ordinis S. Benedicti*, & in margine: *ex Chronic. Benedicti M. S.*

2. *D. Placidus à Messana* ex nobili stirpe *de Villadecani* natus anno 1549. 29. Julii, ex infantia magnarum virtutum specimen dedit.

Hunc Deus majori gloriæ suæ, & Benedictini ordinis profectui hoc documento reservavit. Cum è nubiloso cœlo ardens cecidisset fulmen, & cubiculum illius combussisset, puerum immunem illæsumque reliquit. Jam adolescens huic Sanctæ Religioni adscribi voluit; ubi tantum in spiritualibus exercitamentis orationum, jejuniorum, cilicii, sui ipsius mortificationis, ac perpetui silentii profecit, ut eodem die, quo professionem emiserit regularem, scil. mense Novemb. ann. 1575. adhuc Subdiaconus æt. ann. 26. ad cœlum evolaverit, immortale suæ sanctitatis nomen cum S. Placidi M. nomine quoquo modo comparatum relinquens.

3. *Fr. Matthæus à Neapoli Oblatus* eximiæ charitatis non solum in Monasterio, sed tota in Sicilia semper magnæ æstimationis ob virtutum splendorem fuit. Quotidie Deum rogabat pro Hæreticorum, ac Infidelium conversione; officiosissimus in Patres pro propaganda fide ad Indias trajicientes. Obiit octogenarius magna sanctitatis fama.

4. *D. Antonius Policius Messan.* semper morbo podagræ in manibus, & pedibus afflictatus, magnum patientiæ, humilitatis, & charitatis exemplum, maximè in sedandis offensorum animis, ac ægrotantium, & indigentium afflictionibus præbuit semper, pari candore vitæ & vixit, & decessit.

5. *F. Honorius à Pozolo Oblatus* columbinæ vitæ, exemplaris charitatis, & devotionis, præsertim in B. Virginem, in cujus, & Jesu nomine cuncta gerebat; in occasu occubuit, & ad sonum campanæ salutationis Angelicæ cum Angelis ad cœlum volavit.

6. *D. Iacobus Tramontana Messan.* vir doctissimus, & in rebus agendis singularis; Prior Monasterii Monteregal. à Senatu Messanensi ad Phil. III. Regem Orator an. 1609. destinatur; ut *statuam deferret argenteam, auro affabre contextam Messanam*, scilicet, *iconem manibus pretiosum vas Reliquiarum ossibus S. Placidi, & Sociorum plenum portantem*. Fuit Jacobo Regi, Primariisque Hispanis gratus, & à Rege pro suis privilegia, & pro se scutata annua 709. ex fructibus episcopatus Agrigentini exoravit.

7. *Fr. Timotheus Squiltaci Messan. Decanus in Monast.* non modo in perfecta regulari observantia, sed in scientiarum speculativarum omnium, atque linguarum studio, & eruditione illustris, cum apud Cassinense ageret Monasterium, facta ann. 1663. secunda Sanctorum MM. inventione; in illius archivio, ex Senatus Mess. commissione, Historiam, & acta SS. MM. Placidi, & Sociorum litteris Longobardis in pergameno antiquissimo conscripta [a] invenit. Timotheus decrepita ætate annor. 84. anno sal. 1634. requievit in pace.

Denique nec sub silentio prætereundum æque existimavi *D. Cæsarem à Messana*, illius antiquissimi *Gothorum, & Spatafora* generis nobilitate, atque istius insignis Monasterii religione præclarum virum, mecum in Sancti Officii Tribunali Censorem meritissimum, qui virtutum splendore, ac cujuscumque litterariæ professionis etiam historicæ (scribens eruditissime *Del genio tiranno de' Galli Sincero aviso a i Prencipi* [b]) peritia, peragendisque in negotiis dexteritate Patriam illustrat, & Religionem suam.

a [illegible]

b Impress. Venet. anno [illegible]

(„ Supplementum P. D. Viti Mariæ Amici.

„ INter præclaros etiam viros, quos S. Placidi Cœnobium aluit, accensendi veniunt „ *D. Alphonsus Gotho, & Spatafora*, Cæsaris „ frater, qui electus anno circiter 1674. Ab„ bas SS. Salvatoris, & Cirini, ac dehinc San„ ctæ Mariæ de Ragusia; Tandem Venetiis „ Abbatiæ ultro se abdicans magna opinione „ Sanctitatis mortalitatem exuit, an. 1690.

ex Chronico Monasterii.

„ *D. Vincentius Cottone Messanensis* nobili „ exortus prosapia Abbas Cassinensis in S. Ni„ colai Catanæ anno 1666. designatus post va„ rias præfecturas optimi Pastoris opinione ge„ stas piè decessit.

„ *D. Prudentius Campagna à Messana* & ipse „ Abbas primum Catanæ dehinc in Monte Re„ gali,

„ gali, bene ac laudabiliter præfuit, desiit vi„ vere anno 1703. in Monasterio Montis Rega„ lis magnifico funere honoratus.

„ *D. Eutychius Padoano à Messana* optimæ ac „ sanctæ Conversationis Monachus ob vitę me„ rita Magister Novitiorum deputatus ante „ ætatem, pluribus annis eo munere gesto, ab„ stinentia, ac puritate morum omnibus prælu„ xit, pœnitentiis, ac maurationi Corporis ad„ dictus immature decessit anno suæ ætatis 52. „ die 19. Novembris 1684.

„ *D. Bernardus à Messana* eximiæ perfectio„ nis, atque innocentiæ, cujus demortui ve„ stes, ut Populi devotioni fieret satis, ter im„ mutatæ sunt, certatim enim illas exambien„ tes variis morbis magna fiducia expellendis „ aptabant. Decessit pene quin quagenarius „ die primo Octobris 1706.

„ *D. Salvator Insolari Messanensis*, Angelicis „ moribus eximiam copulavit scientiam, in „ Castro bono immaturus ætate, maturus Cælo „ anno 30. Domini verò 1694. e vivis migra„ vit. Ejus Corpus in Monasterio Monialium „ ejusdem Urbis asservatur.

„ *D. Hieronymus Faragonius* è primaria no„ bilitate Messanensi ortus Phylosophiæ, Theo„ logiæ, ac Sacrorum Canonum Interpes eme„ ritus, ac Professor, Typis dedit tractatus *de* „ *Pœnitentia*, *& de restitutione* Messanæ 1626. „ Ubi post multa præclare gesta obiit in suo S. „ Placidi Cænobio.

„ *D. Angelus Maria de Blasio Messanensis* vi„ tæ integritate eximius, sed literarum scien„ tia nulli secundus; in morali Theologia, „ ac Sacris Canonibus apprimè versatus, ob id „ Eminentissimo Cardinali de Judice Montis „ Regalis Archiepiscopo maximè clarus, aliis„ que Ecclesiasticis Principibus acceptus, obiit „ Messanæ prope septuagenarius 1714.

„ *D. Anselmus Valdibella à Messana* Siculæ „ Provinciæ Visitator, ac S. Mariæ Fundronis „ Abbas, comitate, prudentia, sed in primis „ literarum peritia, ac Zelo disciplinæ mona„ sticæ præcipuus. Messanæ in suo Cœnobio „ pluribus annis in Theologicis, ac Phyloso„ phicis facultatibus edocendis insumptis, Ro„ mæ Pænitentiarii munere in Basilica S.Pauli „ anno Jubilei functus, quamplurimis S. R. E. „ Cardinalibus operam suam, atque ingenium „ probavit. Vivit ad majora.)

RELIQUA

RELIQUÆ ABBATIARUM IN SICILIA,

Quæ in PIRRO desiderantur,

NOTITIÆ:

AUCTORE P. D.

VITO MARIA AMICO

A CATANA,

Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis.

NOS D. BONAVENTURA
A BERGOMO
ABBAS AC PRÆSES
CONGREGATIONIS CASINENSIS.

CUm Opus inscriptum: *Supplementum ad Notitiam Sancti Martini de Scalis Panormi ab A.* 1630. *ad* 1730. *Supplementum ad Notitiam Sancti Placidi de Colonero Messanæ ab A.* 1630. *ad* 1730. *De Reliquis Abbatiis &c.* Auctore P. D. Vito a Catana Congregationis nostræ Decano, adjungendum *Siciliæ Sacræ Rocchi Pirri*; accurate legerint duo ex nostris Theologis, quibus id negotii antehac demandavimus, atque ad illustrandam Historiam Siciliæ Monasticam in vulgus edi posse, scripto probaverint; ut typis illud committatur, ad nos, quod attinet, litteris hisce concedimus.

Brixiæ ex Ædibus nostris Divæ Euphemiæ Nonis Aprilibus MDCCXXXI.

D. Bonaventura a Bergomo
Abbas, & Præses.

Reg. fol. 39.

D. Liborius a Berg. Prior Pro-Cancell.

ILLU:

ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. D. D.

NICOLAO MARIA TEDESCHI,

Benedictino Casinensi, Archiepiscopo Apameno, Sac. Rit. Congregationis

SECRETARIO.

D. I. R. A. C.



Uod unum in Ecclesiastica Siciliæ Historia ab eruditissimo Netino Abbate Roccho Pirro summa industria, ac labore dudum adornata omnium votis expectabatur, integer nempè, suisque numeris absolutus, Liber Quartus de Abbatiis, rem monasticam complectens, Tibi jure optimo sistitur, quem vel a teneris unguibus monastica institutio tenuit, Monachorum studiis addictum longa ætas suspexit, emensique in ordine gradus religiosæ perfectionis Exemplar, & Columen probavere. Singulas olim Episcoporum series singulis Episcopis, cuique suam Auctor nuncupavit; Nova hæc editio triginta, & amplius Monasticis

Notitiis aucta, cuinam alteri debebatur? Ille enim es, qui Siculos inter Monachos, qua dignitate, qua muniis, qua omnigenæ scientiæ peritia effulges primus, ut morum elegantiam, erga Institutum arctissimum amorem, alias denique, & maximas, non fucatas virtutes prætercam. Illud accedit, quod omnium primum prodit nusquam editum Chronicon insignis Asceterii S. Nicolai de Arena, ubi sæculo ejurans, & Sacræ Sancti Joannis Jerosolymitani Militiæ cingulum deponens, monasticen professus, egregii ingenii cultum capessisti, ubi gratulantibus universis ex ephebis vix egressus provinciam Philosophicam, necnon supra ordinem Sacrorum Canonum spartam exornasti, ac studiosæ juventuti maximo cum fructu tamdiu consuluisti, quousque Romam evocatus, Pœnitentiarii munus, & mox celeberrimi Collegii Sancti Anselmi moderamen susciperes. Eò autem meum probabis consilium, quò majoribus Tibi obstringi titulis laudati supplementi Auctorem animadvertes; eadem quippè illi est Patria, & Professio, ac tua, quin & Te quodammodo aliqua cognatione contingit. At quid Ego ab opere, ab Auctore caussas emendicaverim? Alias habui, & penè innumeras, vel in Te solum intendens, ut Quartum hunc Librum Tibi inscriberem; idque ne dum officii, aut observantiæ debitæ, sed & commodi inde percipiendi ratio suasit. Quandoquidem tres libri priores numquam satis laudati Pirri magnam apud Eruditos sibi nominis famam conciliarunt, an huic quarto, qui integer nunc prodit, fortuna arrideat, quis divinabit? Dabunt itaque Viri Docti Nomini tuo, ac si quæ in illo displicent, aut minùs congruunt, improbare audebit nemo. Norunt cuncti in Rempublicam litterariam tua merita, quibus apud Summos Ecclesiæ Pastores, Romanosque Patres, & Principes probatus, ipsis in deliciis fuisti, variis ideo honorum, ac dignitatum tesseris ornatus. Norunt Modestiam, Pietatem, Innocentiam, atque integerrimam, omnique fastu alienam vitæ rationem, qua sex, & ampliùs lustris in multa Urbis frequentia, cunctis tam amplè satisfecisti, nec desinis satisfacere, ut & si Claustris corpore abesse, animo tamen, ac moribus adesse videaris. Nec latent Orbem eximii generis præ ceteris Catanæ, immò & Siciliæ universæ, Infulis, Purpuris, Togis, Litteris, Armis spectatissimi decora; ac verebuntur injuriis, & obtrectationibus appetere, quæ tuis sub auspiciis Typis descripta, publici Juris fiunt. Excipe igitur benignè, ut assoles, officii mei exiguum canonem, atque obvinctissimæ gratitudinis pignus æqui bonique consule, & diu, multumque publico Ecclesiæ, & Religionis bono, litterarumque emolumento Vive.

Catanæ die 25. Octobris decurrente Anno post Christum natum 1731.

NOTITIA

NOTITIA QUARTA
S. NICOLAI DE ARENA,

Cum annexis S. Mariæ de Licodia, S. Mariæ Vallis Josaphat, & S. Leonis de Pannachio, & S. Mariæ Roboris Grossi, cui breves etiam Cœnobiorum ante Saracenos, quæ Catana, & Ætna finibus claudebantur, conjectura accesserunt.

CEleberrimum Ætnæ Montem, admirabile naturæ spectaculum, ut olim cæca Gentilium religio Deorum inanium cultui, maximè Vulcani, lucis undique consitis, aris, fanisque extructis [a] sacrum voluit; ita Fidelium pia sedulitas, penè ab ipsis susceptæ fidei incunabulis, Ecclesiis, Cœnobiisque vero Deo dicatis, Christiano ritu initiavit. Id enim apud Veteres, nostros præcipuè solemne fuit, ut abjecta quamprimum Idolorum superstitione, in locis illis ritibus profanis potissimum addictis expurgandis, [b] ac Uni Deo sacrandis toti incumberent.

S. Viti Monast.

Jam primum, de quo apud Scriptores fit mentio, S. Viti Monasterium incertæ fundationis, & instituti sese offert in Ætna Monte positum, in binis nempe S. Gregorii Epistolis ad Leonem Episcopum Catanensem, atque ad Adrianum Notarium. In prima præfati Cœnobii Monachos, Leonemque Episcopum, illos sibi etiam sociare mulieres, audentes, hunc hujusmodi excessus permittentem Sanctus Pontifex arguit: *Marcianus* inquiens, *Monachus Monasterii S. Viti, quod in Ætna monte est positum, consensu, ut ait, congregationis ejusdem Monasterii ad nos veniens, questus est, multas Monasterium ipsum à quibusdam molestias sustinere; inter quæ illud nos quoque vehementissima exacerbatione commovit, quod in tantum Monasterium ipsum innotuit calcari, ac despici, ut etiam Monachis ibidem degentibus, mulieribus se jungi sine metu, sit licitum &c.* [c] Idipsum in Epistola ad Adrianum innuit, nec aliud quicquam licuit de hoc Cœnobio deprehendere.

S. Juliani Monast.

Idem S. Gregorius alterius Monasterii in Epistola ad Julianum meminit his verbis: *Monasterio itaque vestro, quod à vobis in Catanensi Urbe constructum est, per Adrianum notarium, & Rectorem Patrimonii, emissa precepti pagina, decem annuos solidos dari deputavimus, quos petimus sine injuria suscipi; quia non hæc vobis oblatio nostra, sed Sancti Petri Apostolorum Principis Benedictio offertur.* [d] Hoc autem idipsum esse Monialium Cœnobium passim creditur, quod ab Urbe Catana ad duo circiter passuum millia Aquilonem versus in colle edito S. Sophiæ extructum, ac Beato Juliano Cenomanensi Episcopo dicatum, hodie etiamnum rudera servat; cui quidem traditioni ipsa S. Gregorii Epistola ad Julianum directa fidem adstruit; facile enim est credere, nobilem illum virum sancto Episcopo cognomini Cœnobium ab se constructum nuncupasse. Id pro certo habendum: post exactos Saracenos, eodem in loco instaurato Cœnobio, per annos plurimos A Moniales sanctissimè vixisse, quæ dehinc intra Urbis mœnia in regionem illam vulgo *la Civita* nuncupatam se receperunt, ubi usque ad nostra tempora perseverantes, anno 1709. in opportuniorem locum migrarunt. Extat apud Moniales memoria Jacobellæ, Elisabeth, ac Isabellæ Friderici Regis affinium, quas illæ veluti Cœnobii fundatrices, deducta ab antiquis traditione, reverentur. Crucem etiam crystallinam exhibent, ex dono earumdem, B magnitudine, & artificio spectabilem. De hoc Monasterio fusè Pirrus, & Grossi. [e]

S. Leonis Cœnobium.

S. Leonis Cœnobium, ubi S. Episcopus discipulos exemplo, & verbis instituens non longe à Catana, ut antiquis Ecclesiæ Dei Episcopis moris erat, vivebat; id quod necdum ex Breviario Gallicano, & ex ejusdem S. Leonis actis apud Cajetanum eruitur, verum ex continuata ab antiquis ad nostram usque ætatem traditione, didicimus: C Ecclesiam nempe, atque Eremum S. Leonis de Pannachio ab ejusdem sancti Episcopi incolatu nomen sortitam esse; ipse enim populorum se proripiens tumultibus, ut soli Deo vacaret, statutis temporibus longius ab Urbe in hanc Eremum commigrans, Cælestium contemplationi jugiter intentus, animum relaxabat. Hic porro Leo, qui cum Cœnobii, tum & Eremi Auctor creditur, ille est, qui D 13. à Beato Beryllo juxta Grossum, Catanensem rexit Ecclesiam, merito Thaumaturgus ob egregia facinora appellatus, circa annum 715. ex Cajetano [f]

Alia denique Catanæ, atque Ætnæ finibus complexa, Benedictina Cœnobia ante Saracenorum vastationem extitisse, citra veritatis dispendium non erit opinari, serventibus maximè per Insulam universam sub Placido, sanctissimo B. Patris Benedicti discipulo, vitæ E monasticæ studiis, ac perfectissimæ Regulæ undique per eumdem propagato instituto. Id quod non levi conjectura, tum ex Epistolis S. Gregorii ad Leonem Episcopum Catanensem, tum ex actis ipsius sancti Placidi licet arguere; ad hoc enim à S. Benedicto nostra hæc Provincia dilecto ceteroquin discipulo fuit demandata; ut possessiones, & bona, quæ Tertullus ejusdem Placidi Pater Casinensi Cœnobio largissimè in Sicilia donave- F rat, tueretur, ac sedula solicitudine administraret. Horum autem partem non minimam feracissimus Ætnæ, ac Catanæ ager claudebat, ut ex ipsius donationis diplomate, quod in Casinensi Tabulario asservatum noster Pirrus exscripsit: [g] *In Messana media terra triginta cum portu suo. In Actio media terra viginti millia. Juxta Civitatem Cata-*

a Ælianus lib. 11. cap. 3. Solinus cap. 11. Massa, Carrera de Ætna.

b Cajetanus in Isagog. cap. 31. Massa [illegible] cap. 34.

c Lib. 10. Epist. 22. & 23.

d Lib. 13. Epist. 19.

e Pir. lib. 4. not. 1. Gros. Decac. Cord. 2. mod. 15.

f Vit. SS. Sicul. tom. 1. Grossi Cata. sac. §. 11.

g Lib. 4. para. not. monast. Benedict. in Ital.

Catanensium media terra quinque millia centum quadraginta &c. Has omnes cum Ecclesiis, Villis, Sylvis, Aquis, Piscariis, aquarumque decursibus ad easdem curtes pertinentibus. Ex quibus conjectare licet, Messanæ nedum, sed & in aliis Insulæ Civitatibus, quarum finibus ea, quæ numeravimus, Casinensis Cœnobii bona claudebantur, plura Benedictini instituti effloruisse domicilia.

Huc referenda, quæ congerit Baronius ad annum 669.[a] ubi ex Chronico Casinensi, affert Monachorum Siculæ Provinciæ à Saracenis vastatæ, questus ad Vitalianum Pontificem, eorumque litteras *Sanctæ, ac Deo digne Congregationi Casinensi Lateranis degenti* directas, in quibus ajunt: *Nonaginta octo Civitates, & Villa vobis in Sicilia subdita subversa, incensæ, & desolata sunt*. Inter has autem Civitates, & Villas quis facilè non credet intra Catanæ, ac Ætnæ fines nonnullas fortè conclusas, quæ & Casinensibus subjectæ, & Monachorum Collegiis instructæ fuerint? non negaverim tamen hujusmodi Epistolas inter dubias à doctis computari.

[a] Tom. 8. a. 7. ad anni

His breviter de Monasteriis ante Saracenorum irruptionem, ex conjecturis, & traditionibus erutis, ad feliciora, & clariora Northmannorum tempora descendimus, atque, ut ad nostri instituti, à quo nonnihil deflleximus, partes quamcitius properemus, omissis, quæ de fundatione Catanensis Ecclesiæ, & Monasterii S. Agathæ noster Pirrus, & Grossi fusiori calamo sunt prosequuti, ea, quæ ad nos attinent, & S. Nicolai de Arena originem propriùs tangunt, promenda suscipimus.

De S. Leone de Pannachio, & S. Nicolao de Arena.

Monast. S. Leonis. Anno Christi 1136.

UNus ex præcipuis Monachis, quos Ansgerius I. à Rogerio Comite Catanæ constitutus Episcopus, & Abbas, è Monasterio S. Euphemiæ in Calabria secum assumpsit, *Joannes Amalphitanus* accensetur. Hic anno 12. Episcopatus Mauritii, qui Ansgerio successerat, Domini verò 1136. in Eremum quamdam ad radices Montis Ætnæ, in loco, qui dicebatur *Frestelle*, ad mille circiter passus prope Collem Grossum, & ad quincentos alios prope Collem Pannachii, cum aliquot sociis, hominum frequentiam declinandi animo, & Deo liberiùs inserviendi, concessit. Id cum Henrico Manfredi Marchionis filio, Policastri Comiti, & Paternionis Domino innotuisset, (duxerat is uxorem Rogerii Comitis filiam Flandrinam, oppidumque Paternionis dotis nomine acceperat) ut erat piissimus, S. Leonis Ecclesiam de Pannachio dictam, eisdem incolendam tradidit; Cœnobiumque prope eamdem larga munificentia extruens, terris circumquaque, quantum culturę Monachis satis esset, assignatis, aliisque bonis ditavit, ut in ipso donationis diplomate, quod ex integro subjicimus.[b]

[b] Tab. Mon. Reg. privil. fol. 1. Autogr. Arm 61.

A *In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.*

Anno Christi 1136.

Anno Dominicæ Incarnationis 1136. mense Aprilis, Indict. 15. Ego Henricus Dei gratia, & Regia Comes, & Marchio pro anima domini gloriosi Comitis Rogerii, & dominæ Adelasia Regina, mea sororis, & pro vita, & honore domini nostri Regis magnifici Rogerii, & pro anima mea, & mea uxoris Flandrina, & omnium Parentum meorum defunctorum, dono tibi Presbytero Joanni Malphitano Monacho, & omnibus, qui in Dei servitio tecum esse voluerint, Ecclesiam S. Leonis, qua sita est in B *Monte Gibello; Concedo, & dono vobis pro eadem Ecclesia tantum de terris circa ipsam, quantum laborare, & cultivare volueritis, ad seminandum, & ad vineas plantandum. Et in loco, qui dicitur Rechalena, dono similiter eidem Ecclesia cisternam, qua est prope Mandram de Roccis, & ipsam Mandram, & terram ad laborandum, qua iis finibus clauditur. Incipit à loco ubi via, qua venit à Messana in Adernionem, jungitur in cruce cum via, qua descendit à Monte Gibello in Paternionem,* C *& exinde ubi ipsa via in cruce junguntur, regirando per ipsam Mandram, & revertendo in eadem via &c. Et iterum offero eidem Ecclesia in Territorio Paternionis terram pro una Parichio, ubi dicitur Puteus Gervasii, qua limitibus suis clauditur; Insuper dono, & concedo, ut de propriis animalibus ejusdem Ecclesia sancti Leonis nullum Erbaticum, nec Glandaticum quolibet tempore requiratur. Hac omnia eidem Ecclesia concedo, & in perpetuum possidenda confirmo, absque omni exactione cujuslibet sacularis tributi; sed liberè pradicta* D *omnia possideatis tàm tu, pradictus Joannes Sacerdos, & Monachus, quàm omnes tui Posteri in eadem Ecclesia servientes, sine omni contrarietate mei, & meorum Haredum, seu cujuscumque mortalis. Et ut hoc firmum omni tempore permaneat, prasens scriptum meo sigillo cum plumbo sigillari feci, & idoneos Testes subscribi pracepi mense, & Indict. pralatis. Testis est Rogerius Capellanus, & Guglielmus Grammaticus. Guglielmus de Costa &c. Ego Joannes Grammaticus pracepto domini nostri Comitis Henrici Marchionis feci, & subscripsi* E *hanc cartam.*

Hactenus Henricus. Nomen autem S. Leonis non abs re Ecclesiæ inditum comperimus; eo quippe in loco ædem fuisse tradunt, ubi S. Leo Episcopus Catanensis longe ab Urbe excedens, sibi, ac soli Deo vacare consuevit, ut supra innuimus. Hoc autem sicut Scriptorum testimonio probare haud possumus, ita citra dubium affirmare non audemus.

Primus itaque S. Leonis de Pannachio Prior *Joannes* constituitur; cumque sanctitatis F fama undique innotesceret, multique ad eum Deo militaturi confugerent, adeo ut in dies magis, ac magis Fratrum numerus augeretur, Simon Henrici filius, ac pietatis hæres, illorum excitus exemplis, S. Nicolai de Nemore Ecclesiam, atque Hospitium, jam dudum ab arenæ copia S. Nicolai de Arena, non

1. Prior perpetuus.

1156.

Anno Christi. 1156

non ab incolatu Reginæ Eleonoræ, ut quidam suspicatur, [a] de Regina, vulgo de *Rina* nuncupatum, ut esset Monachis pro valetudinario, cum omnibus juribus, ac pertinentiis eorum Monasterio connexit, aliis insuper bonis liberalissimè donatis, Vineis, Pascuis, Terrisque attributis, ut in ejusdem elargitionis autographo. [b]

a Ferdinan. Paternò in Frid. II. MS.

b Reg. Priv. fog. 1. Autogr. Arca 11.

In Nomine SS. & Individuæ Trinitatis.

S. Nicolai de Arena Fundatio.

Ad salutis cumulum spectat, ut quisquis fidelium, dum in hac vita militat, summo, ac pervigili studio bona facere, meliora pro anima sua remedio meditari nullatenus desistat; ut in hoc sæculo ab adversis tueatur, in futurum centuplum accipiat, & vitam æternam possideat, si quis pro amore Dei aliquid alicui distribuerit. Quod ego Simon Dei gratia, & Regia Policastri Comes, Henrici Comitis filius diligenter perficere cupiens, divino amore, & pro remedio animæ gloriosissimi Comitis Rogerii bonæ memoriæ Avi mei, & sui filii Domini magnifici Regis Rogerii, & omnium parentum nostrorum animabus, quibus Dei clementia æternam gloriam præstet, & pro vita, & honore Excellentissimi, & Gloriosissimi Domini nostri Regis Guglielmi, cui Christi pietas semper prospera adaugeat, dono, concedo, & offero Ecclesiæ S. Leonis de Monte Gibello Hospitalem, & Ecclesiam S. Nicolai, quæ dicitur de Arena cum domibus, vineis, & terris, & omnibus sibi pertinentibus; Ita ut post mortem Lethi Custodis ejusdem Hospitalis stabilia, & mobilia, quæ in ipso Hospitali inventa fuerint, sint in potestate, & gubernatione Venerabilium Fratrum ejusdem Ecclesiæ S. Leonis omni futuro tempore. Et similiter offero eidem Ecclesiæ locum, qui dicitur de Terroneto de Cretaccio, quod est subtus Castellum Paternionis, in quo est Domus, & Ecclesia incæpta S. Leonardi. Insuper, & offero terram cum aqua, quam solita est habere, in qua fuit Vinea, quæ dicitur de Carruba, quæ fuerat Dominæ Flandrinæ Comitissa meæ Matris. Quin etiam dono eidem Ecclesiæ unum de meis molendinis, quod dicitur de Infirmis; In quo molino concedo, ut quando necesse fuerit etiam Aqua, quæ descendit à Vivario, conducatur. Item similiter offero eidem Ecclesiæ S. Leonis Terras ad laborandum in Territorio Paternionis, scilicet Clausuram, quæ dicitur de Olivastro &c. (hic describuntur ejusdem Clausuræ fines prolixo sermone.) *Insuper, & concedo, ut à Fratribus ejusdem Ecclesiæ S. Leonis nullum Erbaticum de eorum animalibus, nec etiam glandaticum de Porcis requiratur; Et vendere possint Fratres absque licentia, & habeant facultatem capiendi de Bosco ad domos construendas, & pro aliis regiminibus Domorum, & Vinearum, & parichiis eorum. Volo etiam, ut nullus meorum Hæredum huic meæ oblationi contrarius existat, & qui contrarius extiterit, iram Omnipotentis Dei incurrat, nisi ad satisfactionem convenerit, vel probaverit. Et ut hæc nostra oblatio firma omni tempore permaneat, præsens scriptum subscribi jussi per Lanfrancum nostrum notarium, & meo plumbeo sigillo sigillari feci in Regia Civitate Messanæ anno Salutiferæ Incarnationis Domini nostri Jesu Christi 1156. mense Aprilis, Indict. 4.*

Hanc Donationem, sicut & aliam Henrici Comitis ratam habuit Guillelmus II. Siciliæ Rex Panormi 1186. & Martinus I. Catanæ die 20. Maji 1392. ut ex Tabulis Monasterii. [c]

c Reg. Priv. Arca 4. Vide Pirrum in Chronol. Reg. Siciliæ.

Porro ex nostris Chronicis Simonem Comitis Rogerii ex Gaufrido filio nepotem hæc S. Nicolai Ecclesia cognoscit auctorem. At inter Gaufridi filios nullus est, qui hoc notetur nomine; ni forte Sylvestrum Marsici Comitem inter Gaufridi filios natu secundum, Simonis vocabulo velint exprimere. Denique noster Pirrus in sua Catan. Episcop. notitia S. Nicolai Ecclesiam Monachis S. Mariæ de Licodia à Simone Comite attributam putavit, quod nec allato diplomati, nec temporibus cohæret, ut inferiùs patebit.

Idipsum quoque largitatis exemplum piissimi quique Principes sequuti, ac viri nobiles, bonis aliis, atque eleemosynis S. Leonis Cœnobium auxerunt; quos inter præcipui enumerantur, Guillelmus I. Siciliæ Rex, qui tarenos ducentos pro vestimentis Fratrum quotannis eidem indulsit, Bernardus de Ocya Buteræ Comes, [d] aliique quamplures, quos longum esset referre.

d Reg. Priv. Arca 4.

Joannes postquam viginti duobus annis summa pietate, ac regularis observantiæ incremento præfuisset, mortalitatem exuit penè nonagenarius, ejusque vice

II. S. Leonis Prior.

2. *F. Michael* S. Agathæ Monachus II. Prior renunciatur, à cujus assumptione anno 2. Cœnobii S. Mariæ de Licodia consignantur initia.

S. Mariæ de Licodia Fundatio.

Degentibus enim laudabiliter Monachis, in S. Leonis Cœnobio, & fructum centuplum in agro domini afferentibus, eorum accensus exemplis Jeremias S. Agathæ Monachus cum aliis pluribus [e] ejusdem Monasterii, quos amor solitudinis incenderat, ad mox laudatum Simonem Paternionis, & Policastri Comitem se contulit, qui eum, ac socios benignè suscipiens, propriis sumptibus ædificatis Monasterio, & Ecclesia in honorem Beatissimæ Virginis in loco, qui dicebatur *Licodia*, Adranum inter, & Paternionem, ad quinque millia passus ab utroque dissito, terris circumquaque ex maxima benignitate, aliisque bonis, ac prædiis ditavit; adjunctis etiam Ecclesiis S. Philippi de Pantano in Oppido Paternionis, S. Salvatoris in Oppido Ceramis, & Ss. Hippolyti, & Nicolai prope Buteram, cum eorum Juribus, & pertinentiis. His facultatem adjecit construendi pagum, & congregandi homines, itaut habitantes in eo a nullo alio præterquam à Monachis, eorumque Priore in Judicium evocarentur, ut in ipso Donationis instrumento, quod græco idiomate conscriptum, latinè postea redditum Eleonora Regina confirmavit. En illud.

e Chron Monast. cap. 1.

✠ Si-

Anno Christi. 1160.

a Reg. Privil. Autogr. Arca 12.

* ✠ *Signum manus Comitis Simonis.* ✠ *Signum manus Thomasiæ Comitissæ.* ✠ *Signum manus Guglielmi filii Esimii. Sigillum factum a me Comite Simone, & datum tibi Monacho Hieremiæ mense Augusti Indict. 6. Illis, qui secundùm Deum conversantur, & die noctuque Deo propinqui sunt, tanquam mundanis præcellentibus dignum est consolationem facere, ut necessaria corporis habentes inseparabiliter Deo adhæreant, & ab eo nostram salutem implorent, qui recta via perambulant in puritate, & fide, in bonisque obsequiis, qui digni sunt Deo & acceptabiles, quos quidem non solum beneficiis debemus attollere, verum etiam illis decem millia bona tribuere; Propter quod dedimus tibi Monacho Hieremiæ, & omnibus, qui erunt, & dominabuntur post te in perpetuum, Monasterium scilicet Sanctæ Dei Genitricis Licodiæ, una cum Vineis, & terris, quæ dividuntur sic: A magna via, qua venitur à Paternione, & applicat ad Sajam veterem, & à prædicta Saja ascendit ad viam veterem, quæ ascendit ad Casale Saracenicum, & inde ascendit viam viam, & pervenit usque ad viridarium Bonifacii, quod existit ad Orientalem partem; & exinde vadit per murum dicti Viridarii, & pervenit ad viam, quæ venit à Casale Saracenico, & inde venit ad lapidem russum, & à lapide ascendit ad Sajam veterem superiorem, & inde vadit per Sajam ad lapidem perforatum, & inde vadit per Sajam, & venit usque ad viam, quæ vadit Randatium, & inde ascendit viam viam, & venit usque ad Collem, & inde ascendit per Collem, & venit ad magnum lapidem, qui consistit in via, quæ vadit Adernionem, & à lapide vadit Cristam Cristam, & venit ad montem parvum Bunabarii, qui est supra terras, quæ confiniunt cum terris Casalis Hiseri versus Occidentem, & inde venit ad Sajam veterem, & ferit ad viam Paternionis, unde principium fecimus. Damus tibi etiam, & potestatem congregandi, & faciendi ibidem Casale, & esse in eo homines, qui non constringantur ab aliquo, nisi tantùm ab Abbate Monasterii prædicti. Concedimus etiam prædicto Monasterio, & terris ejusdem Monasterii Aquam Patalmon liberam, & qui voluerit seminare prædictas terras, habeat ipsam Aquam liberam. Et concedimus, & damus prædicto Monasterio potestatem cædendi ligna, tam ipsum Monasterium, quàm homines casalis ipsius viridia, & sicca liberè. Damus etiam tibi, & Clausuram S. Coni, quæ existit subter S. Conum, & aquam liberam. Et damus prædicto Monasterio, ut habeat Erbaticum, & impinguaticum liberum per omnia in Tenimento Paternionis, & in Tenimento dominii mei. Et damus prædicto Monasterio Terras Pariclorum duorum in via, qua itur ad Randatium in loco, qui dicitur in cisternis, in nemore Ætnae. Et damus prædicto Monast. Terras Pariclorum quatuor ultra magnum flumen Lethimusæ in tenimento Paternionis, & Centorbii, quæ ex parte Orientis habent divisionem Roberti de Rana, & recipit versus meridiem siccum vallonem, donec veniat ad conjunctionem alterius vallonis Salsi, deinde descendit vallonem salsum, versus scilicet occidentem, donec perveniat ad viam, quæ vadit ad S. Nicolaum; & inde recipit Septemtrionalem partem usque ad descensum viæ, & incidit ad divisionem furisterii, & transit per divisionem Azii fabri, & applicat ad divisionem Roberti de Rana, unde initium fecimus. Et donamus tibi sarpam, quæ est subtus Mitienii, & donamus tibi S. Philippum de Pantano cum Cellis, & horto; similiter, & domum S. Salvatoris de Cirami cum vineis, & terris, & aliis pertinentiis ejus; similiter, & Sanctum Hippolitum de Butera, qui est inter terram, & S. Nicolaum de Canneto ipsius Terræ cum omnibus terris pertinentibus ad eam &c. Et damus tibi vineale, quod est prope michinam, & de michina ascendit, & ferit ad fontem, qui dicitur Salomonis &c. Et vineale, quod est juxta fontem Salomonis, & à Sellida descendit Siccum Vallonem, & vadit ad Zilpechamut. Sint omnia tam præsentibus, quàm futuris, quemadmodum prædiximus per concessum præsens Privilegium, à Deo electum hoc Monasterium, sic sine impedimento, & molestia ab omni consuetudine nostra, & dominio. Et oretur pro invictissimo Rogerio Comite, & Benedicta Regina Adelasia, & Sanctissimo Domino Rege, & S. Regina Alvidea, & beatorum filiorum suorum, & pro Excellenti Rogerio Duce, & eorum fratribus, & Beatissimo Comite Chenri, & domina Flandrina, & fratribus meis, & Comite Simone, & Comitissa Thomasia, & natis nostris, & omnibus fidelissimis Christianis. Si verò aliquis apparuerit heredum meorum, & Consanguineorum, seu alia aliqua persona, seu Monachus ejusdem Monasterii adversari audens, aut contradicere in parte aliqua, aut aliquis officialium nostrorum, seu aliqua alia persona impediat, aut molestet prædictum Monasterium, sit ei Anathema Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & omnium Sanctorum Patrum; sit privatus amore nostro, & indignationem nostram assequatur, & condemnetur per Fiscum in triginta libris auri, supradictis ratis, & firmis manentibus in perpetuum, roboratis meo sigillo plumbeo. Scriptum est autem, & roboratum præsens Privilegium coram nostris Nobilibus, & Præpositis, & Bajulis, & aliis personis.* ✠ *Robertus de Paternione testor.* ✠ *Guido de Trest testor.* ✠ *Constantius de Paternione testor; Robertus Catomen testor, Rogerius filius Comitis testor; Salomon notarius testor &c. Scriptum est præsens Privilegium per manus Petri humilis filii beatissimi Constantii Parasimbii anno secies Millesimo sexcentesimo quinquagesimo prima sexta Indict.*

I. Licodiæ Prior.

His ita liberalissimè à Simone Comite concessis, Primus Licodiæ Prior *Ieremias* assumitur, qui aliis non paucis undique collectis sociis, sedulum Deo famulatum per annos 45. exhibens, maximis virtutum incrementis emicuit, suosque Monachos ad perfectam sanctissimæ Regulæ observantiam instituit.

Interea Michael meritis, & virtutum laude conspicuus, magna prudentiæ, & sanctitatis opinio-

Anno Christi. 1182.

opinione in S. Leonis Monasterio Prioris munere fungebatur, quo per annos duos & viginti piè, ac laudabiliter gesto, morte sublatus est anno 1182. Huic non post multo

III. S. Leonis Prior. *F. Hervias*, seu *Erucus* Catanensis Ecclesiæ & ipse alumnus, Prior successit, sub cujus regimine Guido Claudus vitam monasticam professus, se suaque omnia Monasterio obtulit; Guillelmus verò II. Rex Siciliæ Henrici Comitis, & Simonis de Policastro donationes suæ confirmationis Privilegio roboravit, ac novam à vectigalibus exemptionem Monachis indulgens, Cœnobium, ejusque bona sub Regia protectione suscepit, datis Panormi litteris mense Maji 1186. per manus Gualterii Archiepiscopi Panormitani.[a]

1186.

[a] Ex Tabul. Mon. Reg. Priv. Arca 4.

Per id temporis S. Benincasa, celeberrimi Monasterii Cavensis Abbas in Siciliam ad suos Montisregalis Monachos primùm delatus, mox Maniacium, atque ad Licodiæ & S. Leonis Cœnobia digressus, exceptusque à nostris, cum illos ad majora fuisset cohortatus, magna de illorum vitæ sanctimonia concepta opinione, ad suos remeavit.[b] Decennio exacto Hervias moritur, cujus vices

[b] Ex Chron. Montisregalis Ms.

IV. S. Leonis Prior. 1191. *F. Petrus Cœlius*, vir omnium virtutum genere excultus, patria, & cucullo Catanensis opportunè subiit, statimque à Rogerio Episcopo confirmatur.

Hic ab eodem Rogerio ex Ordine nostro assumpto, Ecclesiam S. Georgii in Oppido Paternionis, cum prædiis, ac latifundiis ad eam pertinentibus exoravit, anno 1196. mense Augusti; ab Henrico autem Rom. Imperatore ac Siciliæ Rege pro tarenis ducentis à Guillelmo I. indultis facultatem instaurandi Molendinum de Ruveto in Territorio Paternionis obtinuit Messanæ 7. Februarii 1196.[c] Verum non multo post Bartholomæus de Luci ipsum Molendinum Monasterio Roccæamatoris ab se noviter constructo assignavit, ac aliud S. Leonis Cœnobio, Petro agente, molendinum novum appellatum, concessit[d] Anno 1200.

1196.

[c] Reg. Priv. Arca 4.

[d] Ex eodem Reg.

1200.

Cum autem Petrus in cunctis laudabiliter se gereret, morumque gravitate, atque integritate in primis commendaretur, a sui promotione anno XV. ab laudato Rogerio Episcopo Primus Abbas eligitur, & Monasterio S. Mariæ de Licodia (vita functo Jeremia Priore) in Abbatiam evecto, præficitur, facta ejusdem Cœnobii cum illo S. Leonis unione, mense Decembris 1205. nec his contentus Rogerius multis attributis privilegiis, & gratiis, pontificalia Mitræ, Baculi, & Anuli insignia Petro, ejusque Successoribus indulsit, atque auri Unciam, quam Ecclesiæ Cathedrali pro illa S. Philippi de Pantano Licodiense Cœnobium persolvere tenebatur, relaxavit. Diploma ad uberiorem notitiam exscribimus ex ipso Autographo.[e]

1205.

[e] Arca 81. ex Regest. Priv. Arca 4.

In Nomine Domini Dei Æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi Am. Rogerius Dei gratia Catanienfis Episcopus, & Domini Regis familiaris. Cum inter cætera curæ Pastoralis officia, quibus circa diversa secundùm Deum in-

Anno Christi. 1205.

A *tendere cogimur, Ecclesiarum nos provisio sedula crebrius urgeat, tanto semper ad earum levamen circumspectionis oculos tenemur infle-ctere, quanto in hujus præsentis tempestatis articulo per diffidentiæ filios, sic ipsa integritas solvitur, quod ad laicale abusum violentia, earum profectò dignitas devolvitur, subducitur, & incurvatur. Hinc est ergo, quod nos ad hujusmodi præcavenda periculorum genera tam solliciti ex instituto, quàm pervigiles redditi, attendentes in hac parte Conversationem vitæ laudabilem, præclaram quoque morum, & opinio-*
B *nis industriam, quibus te dilecte in Christo fili F. Petre Majoris nostræ Cataniensis Ecclesiæ Confrater à teneritatis tuæ primitiis redolere novimus, & gaudemus, in Abbatem Ecclesiæ nostræ S. Mariæ de Licodia te canonicè promovemus, concedentes, & confirmantes tibi nihilominus authoritate nostra Ecclesiam nostram S. Leonis prope villam Paternionis sitam, cujus te dudum Priorem instituerамus. Statuentes etiam, & ordinantes, ut Ecclesiam ipsam S. Leonis de cætero ad jurisdictionem præfatæ Ec-*
C *clesiæ S. Mariæ de Licodia redactam, utramque in una eademque Abbatia tu, tanquam Abbas a nobis constitutus, & cuncti successores tui ad honorem Dei, & jam dictæ Matris nostræ Cataniensis Ecclesiæ, possideatis, perpetuò teneatis. & procuretis cum omnibus justis tenimentis, & pertinentiis earum. Pro cujus utique Abbatiæ dignitate tam tibi, quàm & successoribus tuis benignè concessimus Mitram, Baculum, & Anullum, ut liceat tibi, & eis, quoties divina celebrabitis, ea omnia vobiscum in Ara Domini portare; Sic tamen ut nunquam liceat tibi, &*
D *eisdem successoribus tuis causam, vel subterfugium aliquod quomodolibet quærere, qualiterjus, aut Patrocinium, quod in ipsa Abbatia tua dicta Cataniensis Ecclesia mater nostra habet, amittere debeat, vel ab ea quocumque modo auferri valeat, vel alienari. Ter autem in annis singulis, nisi justa causa impediente, in festo scilicet Pentecostes, & in festo quoque Translationis Potentissimæ Patronæ Virginis, & Martyris nostræ Agathæ de mense Augusto, & in festo Passionis ejusdem de mense Februarii, memoratam Ecclesiam matricem nostram tam tu,*
E *quam successores tui visitabitis; & causa recognitionis uno quoque anno persolvetis eidem Ecclesiæ nostræ in præscripto festo Translationis de Cera Rotula duo, at in prænominato festo Passionis ejusdem virginis de Incenso rotula duo. Verum est itaque, quod Abbatia S. Mariæ de Licodia tenebatur pro Ecclesia S. Philippi de Pantanis jam dicta Ecclesia nostra Beata Agathæ unciam unam auri persolvere annuatim. Nos verò percipientes, Dei gratia aspirante paupertatem ipsius Ecclesiæ, eidem Ecclesiæ B. Mariæ*
F *de Licodia ipsam unciam in perpetuo relaxavimus. Volumus etiam, & annuimus, ut singulis annis tam tu, quam successores tui ab eadem matre nostra Ecclesia Sanctum Chrisma per Casale vestrum baptizandis pueris eidem Abbatiæ pertinentibus, recipere debeatis; nec unquam alicui vice-Archidiacono liceat nominatum Casale ipsius Abbatiæ intrare pro officio Archidia-*

Anno Christi. 1205. *conatus ibidem exercendo, absque supradictæ matris nostræ Cataniensis Ecclesiæ speciali mandato. Item concedimus ipsius Abbatiæ tuæ Confratribus, & plenam eis potestatem tribuimus, ut in Abbatis sui decessu liceat eis de ipsius Abbatiæ gremio personam eis sufficientem, & idoneam in Abbatem suum eligere. Quod si nulla ibidem tam conveniens, & probata persona fuerit, in quam ipsi unanimiter super hoc convenire valeant, de communi conventu Confratrum præfatæ scilicet matris nostræ Cataniensis Ecclesiæ, quam ipsi consultim, & discretius providerint, sibi aliquem eligere debeant in Abbatem. Hæc ergo omnia supradicta, ut prælegitur, tibi & successoribus tuis perpetuò concedimus, & confirmamus; Salva in omnibus, & per omnia eidem matri nostræ Cataniensi Ecclesiæ reverentia.*

Ad hujus autem rei memoriam, concessionis quoque, & confirmationis nostræ inviolabile firmamentum præsens privilegium per manus Joannis de Salerno notarii, & fidelis nostri scribi, bulla quoque plumbea ejusdem Ecclesiæ Nostræ imprimi, & subscriptione Fratrum nostrorum jussimus roborari anno Dom. Incarnationis 1205. Mense Decembris Indict. 9. Si quis autem hujus Concessionis, & Confirmationis nostræ præsentem paginam ausu temerario quomodolibet infringere, vel violare præsumpserit, ex parte Dei Omnipotentis & Gloriosæ Matris ejus B. Mariæ semper Virginis, & supradictæ Martyris, & Virginis Agathæ nostræ, & omnium Sanctorum, & nostram excommunicationem sentiat, & emeritam pœnam maledictionis incurrat.

Ego Frater Petrus tunc temporis Prior. Ego Fr. Joannes Subprior. Ego Fr. Joannes Manescalcus. Ego Fr. Filippus. Ego F. Rogerius. Ego Fr. Leo. Ego Fr. Gualterius, Ego F. Leonardus, Ego F. Rogerius de Bumbello, Ego F. Joann. de Castrojoann. Ego Fr. Robertus Brancardus, Ego Fr. Laurentius, Ego Fr. Rogerius Agrigentinus, Ego Fr. Rogerius de Platea tunc temporis magister, Ego Fr. Joannes de Medico, Ego Fr. Ricardus, Ego Fr. Nicolaus à S. Philippo, Ego Fr. Nicolaus de Centorbio, Ego Fr. Joannes de Giorgio, Ego Fr. Dominicus, Ego Fr. Petrus Prior Sancti Michaelis, Ego Fr. Joseph, Ego F. Nicolaus, Ego F. Thomas, Ego Fr. Joannes de Tribus fontibus, Ego Fr. Vincentius, Ego Fr. Georgius, Ego Fr. Benedictus, Ego Fr. Joannes de Calabria, Ego Fr. Joannes hoc concedo, Ego Fr. Alexander Secundus, Ego Fr. Pascalis sum testis, Ego Fr. Beniamin, Ego Fr. Alexander, Ego F. Robertus de latonia, Ego F. Martinus, Ego Fr. Michael Fater, Ego Fr. Jacobus, Ego Fr. Didacus, Ego Fr. Joannes puer, Ego Fr. Benedictus Puer, Ego Fr. Nicolaus Puer.

I. Abbas perpetuus. 1. *F. Petrus* itaque Primus S. Mariæ de Licodia, & S. Leonis de Pannachio Abbas perpetuus constitutus quadriennio postquam assumptus est, magna virtutis opinione decessit, in cujus locum

1209. II. Abbas perpetuus. *F. Rogerius de Bumbello* è Cœnobio S. Agathæ extractus, (quem supra in allato Rogerii diplomate subscriptum vidimus) omnium suffragio secundus Abbas subrogatur. Hic in regularis disciplinæ rigore servando Petro haud absimilis, vitæ candore, præclarisque virtutibus emicuit. Ab Honorio Rom. Pontif. hujus nominis III. 6. idus Julii Pont. anno 7. ut S. Leonis Cœnobium, ejusque bona sub Apostolica protectione susciperentur, impetravit, [a] atque ab Othone Catanensi Episcopo Ecclesiam S. Cataldi in Oppido Paternionis, facultatemque pro suis S. Leonis Monachis, ut in eam quamprimum commigrarent, exoravit Anagniæ 4. nonas Julii 1256. [b] Hæc porro translatio, qua ratione suum non fuerit sortita effectum, prorsus latet. His, aliisque pastoralis vigilantiæ, ac summæ dexteritatis editis exemplis, Abbas noster, postquam annis quadraginta septem Monasteria administrasset, in cœlum, ut creditur, evolavit. Sub eo quamplura bona Monasterio devenerunt. 1256.

[a] Autog. Arc. ib. & Reg. Privil.

[b] Autog. ibidem & Reg. Privil.

1257. III. Abbas perpetuus. III. *F. Petrus Russo* hujus nominis II. curam gessit Abbatialem, magna solertia, ac morum integritate, emensisque octo & triginta annis, optimis operibus, & virtutibus dives migravit è vita; statimque Monachi unanimiter

1295. IV. Abbas perpetuus. IV. *F. Bartholomæum de Musco* in Abbatiæ munere subrogarunt, quo gubernante, Gerardus S. R. E. Cardinalis Parmensis à Bonifacio VIII. Sum. Pont., ut quotquot Caroli Andegavensis partes sequi vellent, à diris, quibus Siculi annexi erant, absolveret, in Siciliam directus, unionem S. Mariæ de Licodia, & S. Leonis de Pannachio dudum à Rogerio Episcopo factam confirmavit, omnesque gratias, & Privilegia ab dicto Episcopo indulta, liberalissimè, tamquam Sedis Apostolicæ Legatus rata habuit, dato ad id diplomate Catanæ 8. Idus Januarii 1300. [c] Bartholomæus initæ dignitatis 12. anno optimis, clarisque operibus insignis decessit, atque à Monachis utriusque Cœnobii communi voto novus Abbas eligitur 1300.

[c] Autog. Arc. Reg. Privil. Arc. 4.

1306. V. Abbas perpetuus. V. *F. Petrus de Marca* III. hujus nominis, qui pro vitæ merito, ac in rebus gerendis peritia, statim à Leonardo de Flisco Catanensi Episcopo Januæ degente, Vicarius suæ Ecclesiæ designatus, multis nominibus se commendavit; [d] cumque per annos 15. Monasteria sibi commissa laudabiliter rexisset, plenus dierum, ac meritorum, felici fato cessit anno 1321. in suo Licodiæ Cœnobio sepultus.

[d] Grossi Cat. sac. 9. 31.

1321. VI. Abbas perpetuus. VI. *F. Nicolaus de Manna* Petri Successor statim à Monachis designatur. Septem annis regimen tenuit.

1328. VII. Abbas perpetuus. VII. *F. Bartholomæus de Scalceato* hujus nominis II. Patria Catanensis S. Leonis Alumnus anno 1328. post Nicolaum Abbatis vices subiit; statimque ejus precibus Fridericus II. Siciliæ Rex Valetudinarium S. Nicolai de Arena regia munificentia in Monasterium erexit, [e] ædificiis ampliavit, ac Privilegiis auxit; adeout Monachi exinde, cum in S. Leonis Cœnobio, tum in illo Licodiæ, tum denique in hoc S. Nicolai sub unius Abbatis regimine, atque obedientia sanctissimè degerent.

[e] Ex diplom. Martialis Epist. An. 1339.

1329. Sequenti anno Eleonora Regina ejusdem Friderici uxor, ipso annuente, jura omnia, quæ Regia Curia in terris Licodiano Monasterio à Simone

Anno Christi. 1329.

Simone Comite attributis habebat, liberalissimè indulsit, datis Catanæ literis die 23. Januarii. Eadem, *cum nimia egestate Monachos gravatos adverteret* (ut ipsa ait) aliis bonis Cœnobium ditavit, exemptionibus, ac privilegiis auxit, scripto etiam Catanę anno 1334. 15. Januarii novo diplomate, & Simonis donationem Licodiæ factam confirmavit. [a]

1334

a Autog. Ar. 82. Reg. Privil. Arc. 4.

Per hæc tempora mortuo Nicolao de Grellis, ex Ordine nostro assumpto, Catanensi Episcopo, Jacobus de Soris nostri Cęnobii Monachus, dehinc vero Abbas, Generalis Vicarii munus Sede vacante obivit, ut Grossi, & Pirrus censent; [b] verum ambo falluntur, Jacobum anno 1339. Abbatem S. Mariæ de Licodia evulgantes; vivebat enim Bartholomæus, qui nonnisi tertio post anno Jacobo locum cessit, ut videbimus. Anno 1341. Petrus II. qui Friderico successerat, Matris Eleonoræ elargitiones ex maxima benignitate confirmavit, ac novis exemptionibus, privilegiis, & gratiis Monasteria ditavit, datis ad id literis Messanæ die 10. Novembris. In his præcipit Rex singulis Ministris, ut à vectigalibus impositis, & in posterum imponendis res Monasterii omnino exemptas habeant: *Considerantes enim* (ait) *præmissa; necnon honestatem vitæ, Religionis observantiam, & puritatis virtutem, quibus eosdem Abbatem, & Fratres vigere laudabili testimonio, & operum experimentis agnovimus; utque pro nobis pias, atque continuas preces frequentius Creatori porrigant, dictas gratias, & immunitates eisdem providimus observari* [c]. Idipsum quoque novo elargito diplomate, sequenti anno ibidem die 10. Januarii confirmavit; atque omnino liberos pro tritico molendo nostros voluit Monachos, iisdemque laudum pręconiis illos commendat. Nec minori solertia Bartholomæus noster à piis quibusdam viris Henrico, & Mathilde de Fossano, ac Damigella Friderici Malecta uxore alia quoque bona, & latifundia, *Finochiaria* pręsertim terras obtinuit, [d] tandemque confectus senio, multiplici meritorum gloria decoratus, in Domino obdormiit, à cujus morte unanimi voluntate à Monachis

b Grossi. Cat. Sac. §. 15 Pir. lib. 3. not. 1.

1339

1341

c Autog. Ar. 51 Reg. Pri. Arc. 4.

1342

d Ex Regest. Donat. Arc. 8.

VIII. Abbas perpet.

VIII. *F. Jacobus de Soris* Catanensis, Abbas renunciatur. Vix autem Cęnobii regimen assumpserat, cum Emmanuel Spinola Montis regalis Archiepiscopus Catanam veniens, ad Monasterium S. Nicolai de Arena fama Monachorum inibi degentium illectus, iter arripuit; convenerant porro eo Monachi 70. cum ipso Jacobo Abbate, à quibus omnibus humanitatis officiis exceptus Emmanuel, cum ea, quę de illorum vitæ monasticæ perfectione, ac regularis observantiæ vigore audierat, experimento didicisset, ex iis aliquot postulavit, quorum opera Maniacense Cœnobium omni honestate destitutum, pristino decori restitueret. Annuit piis Archiepiscopi votis Jacobus, & Angelum Senisium Cœnobii Præpositum, Joannem ejus Fratrem, ac alios decem cum Emmanuele direxit, Angelo aliorum duce, ac Patre constituto. Quid illis in reformatione præfati Monasterii obvenerit, fusius Pirrus ex pio Anonymo de Reædificatione S. Martini de Scalis, expendit, [e] & nos inferius not. 14.

Anno Christi. 1343.

Insequens annus pretiosa morte Eleonoræ Reginæ, Friderici uxoris insignis memoratur. Hæc à morte viri sui anno 1336. in Pagum quemdam (*Le Guardie*) ad radices Ætnę Montis ęstatis tempore, quotannis digrediens, sępius ad Monasterium S. Nicolai, non longe à pago dissitum permeavit; ibi sacris Ecclesiæ epulis refecta, Monachorum turmis sociata, choro astitit, adeo eorum exemplis, & modestia in primis accensa, ut, non sine admiratione, Monachorum oculos nusquam vidisse, sit fassa; moriens denique in eodem Cœnobio, ac in eorum manus supremum commendans spiritum, insignes SS. Reliquias (quibus hodie nostrum ornatur sacrarium) eis legavit, argentea vasa, & candelabra, multa denique ex oloserico reliquit, quorum aliqua ad nostra usque tempora perseverant. Designatur hodie locus, & cella ab ejusdem incolatu, Cella Reginę appellata. Ejus corpus Catanam delatum, in Ecclesia S. Francisci Fratrum Minorum, quam propriis sumptibus erexerat, nobili inscriptione est conditum. [f] Jacobus interim noster confirmationem omnium exemptionum, & Privilegiorum, quæ à Regibus, & Principibus, nostris concessa, à quamplurimis despiciebantur, à Ludovico Rege exoraverat, speciali diplomate Catanæ die 9. Novembris: quod sequenti anno Joannes Infans Ludovici Patruus, Regnique Vicarius sua auctoritate ratum habuit, & firmavit. [g]

e Lib. 4. par. 2. not. 1.

f Ex Chron. Monast. Grossi Decac. Catan. Cord. 1. mod. 5.

g Reg. Priv. Ar. 7. Autog. Ar. 81.

Cum autem rerum agendarum prudentia, & virtutum splendore in dies commendaretur, à Theobaldo Archiepiscopo Panormitano Gerardi Oddonis Patriarchæ Antiocheni, & Catanensis Episcopi vices gerente, denuo ejusdem Ecclesiæ Vicarius, & administrator constituitur, ut ex ejusdem Theobaldi literis anno 1344. 1344. die 20. Novembris Panormi datis evincitur. [h] Hinc cum aeris intemperie Licodiensis Cęnobii Monachi nimium vexarentur, (locum quippe saluti obnoxium incolebant) auctoritate ejusdem Jacobi Abbatis, & Vicarii munus in Catanensi Ecclesia obeuntis, in locum eminentiorem, salubrioremque, propriis sumptibus extructo Monasterio, ac posito ab eodem Abbate primo ædificii lapide, anno à fundatione 180. commigrarunt. Distat porro locus iste noviter electus, alios supereminens circumquaque, ubi ad hæc usque tempora Monasterium perseverat, ad mille circiter passus à priori, ubi rudera veteris Cœnobii, & Ecclesiæ adhuc conspiciuntur, qui exinde Licodia vetus appellari cœpit; ad extrema verò collis, cui monasterium insidet, meridiem versus, ruinæ spectantur aquæductus, ac pervetusti fornices, memoranda antiquitatis vestigia, quibus Catanam usque magna aquarum copia, ad Naumachiæ ludos, Urbis venustatem, & commodum deducebatur; earumdem quoque aquarum receptaculum, extat, vulgo *Botte* nuncupatum, magna ex parte dirutum, sed nobile vetustatis monumentum, cui olim inscriptio nigro lapidi insculp-

h Reg. Privil. ibid.

Anno Christi. 1347.

inscripta, à fronte hærebat, hæc habens: A
CVRATORES
Q. MACVLNIVS
ETRAITIVODE
ATVRIVCAOCHAC.

Alia quoque inscriptio græcis characteribus exarata à Gualterio latinè reddita, quæ periit, eodem in loco extabat:

Psonophus Chresii F. vixit an. III.

Ex his prima in parte aliqua diminuta, inter ruinas inventa, ad Monasterium translata, ibi asservabatur; hodie verò Catanæ in Bibliotheca spectatur. B

Meminere ejusdem Tabulæ Grossi, Pirrus in not. Eccl. Catan. & Gualterius, qui eam notis illustravit.[a]

Sed, ut à diverticulo redeamus, eodem anno binis Clementis Papę VI. diplomatis sub die 11. Januarii, & 15. Martii exemptiones omnes,
1347 cum à Romanis Pontif., tum a Regibus, & Principibus concessas ratas, ac firmas, & Apostolicę Sedis immediatam tutelam pro suo Licodiano Cęnobio, ejusque bonis Jacobus noster obtinuit.[b] C Cum autem sævæ pestilentiæ lues, quę per universam pene Europam debacchata, Siciliam mox, dehinc Italiam invaserat, Monasteria etiam nostra, S. Nicolai in primis non minimum affecisset; adeout Monachi, quę cariora habebant, in scripturis, & sacris Vasis in tuto ponere compellerentur, Jacobus nullis parcens laboribus, in illis instaurandis totus fuit, & Matthæi de Sclafano Adrani Co-
1351 mitis munificentia terris, ac vineis donatus, census, ac redditus auxit.

Per id temporis Martialis Cœnobii S. Agathę Alumnus, & Episcopus Catanensis suorum D prædecessorum inhærens vestigiis Monasterio de Licodia Ecclesiam, & Prioratum S. Mariæ de Robore grosso in finibus Adrani, ab Adelasia Comitissa Rogerii nepte olim extructum una cum omnibus juribus, pertinentiis, ac
1358 bonis annexit anno 1358. Nec multo post Monachi S. Leonis Cęnobium incolentes, ob frigoris, & nivium rigorem, igniumque Ætneorum metu, quibus locus ille obnoxius videbatur, ut eventus postea demonstravit, cum ipsum per annos ferme viginti tres supra du- E centos tenuissent, in illud S. Nicolai de Arena salubrioris aeris, ac jucundioris situs se receperunt, duobus in S. Leone relictis Monachis. Obtenta igitur à Martiali Episcopo eò commigrandi facultate, ibi Monasterii sedem statuerunt; sed contendentibus Licodiani Monasterii Monachis de Primatu, ac titulo Abbatis, idem Martialis Episcopus Rogerii prędecessoris sui unionem confirmans, ex duobus unum esse voluit Monasterium; itaut Abbas S. Marię de Licodia titulo decoraretur, scripto ad id di-
1359 plomate Catanę die 25. Julii anno 1359. quod ex F integro refert Grossi in sua Cat. Eccl. notitia.[c]

Hęc ipsa Martialis constitutio hodie etiamnum in publicis Instrumentis, & scripturis Monasterii nostri servatur, & Abbas S. Marię de Licodia, & S. Nicolai de Arena nomine se subscribit; hinc vulgi fabulam esse dicimus conventionem illam inter utrosque Abbates;

a Gros. Cat. Decacor. 1. mod. 1. Pir. lib. 1. not. 1. Gual. num. 115. 116.
b Autog. Arch. Reg. Pri. Act. 6.
c Curia 2. mod. 5. ex Tab. Mon. Arc. 4. Reg. Priv.

Anno Christi. 1359.

nonnisi enim unicus ab initio utriusque Cœnobii Abbas fuit. Hac etiam tempestate Monachos Licodiæ, ob aeris intemperiem (cui locus ille noviter electus, ęstatis tempore subest) credit noster Chronicus[d] ad Monasterium S. Nicolai descendisse, itaut totius congregationis corpus, & Abbatis sedes, ut plurimum in S. Nicolao esset. Sed in illo Licodiæ, ne divinus collabesceret cultus, duodecim Monachi sub unius Decani, aut sub Prioris regimine, qui divinis officiis vacarent, relicti sunt. Id quod etiam nostris diebus cavetur, tribus, aut quatuor Monachis ibidem ad divina officia frequentanda assignatis. Verum longo post tempore hæc acta evincit diploma a Grosso allatum.

Rebus ita compositis, Jacobus noster bono Monasterii intendens, regularis disciplinę perfectione, ac bonorum operum fragrantia apud Fridericum III. Sicilię Regem, & Constantiam ejus conjugem, se suosque Monachos adeo commendavit, ut hęc ex maxima benignitate bona aliquot Monasterio, ac Jura omnia Regalis curiæ in ejusdem Cęnobii latifundiis concesserit, scriptis Catanæ literis anno 1361. 1361
Fridericus verò celebrem Rogerii Scolarii Militis Regii de feudo Granerii donationem paulo ante Monasterio factam, sua auctoritate convalidans, a militari servitio pro eodem feudo debito nostros exemerit, prędecessorum suorum immunitates, & privilegia confirmans, aliis eleemosynis, & bonis ipsos ditaverit datis literis die 6. Februarii 1362. & 16. Maji 1363.[e] 1362 1363

Alia quoque bona per hæc ipsa tempora à quadam religiosa femina æquè ac nobili Isolda Carobene, & Landolina in Insula Melitæ Monasterio legata devenerunt. Hęc enim prędia, & domos attribuens voluit, ut in eadem Insula constructo Cęnobio ordinis nostri, sex saltem Monachi de collegio S. Nicolai degerent, qui divinis officiis pro ejus anima celebrandis incumberent. Sed ab hoc onere Hilarius Milevitanus Episcopus nostros, rationabiles ob causas immunes voluit, mandans, ut in ipsa S. Nicolai Ecclesia pro Testatricis anima deinceps Monachi preces funderent. Id quod etiam, cum res in judicium evocaretur, Antonius Musso, & ipse Episcopus Melitensis, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ sede vacante confirmavit, ac demum, judicio in contradictorio, Sacra Congregatio 1709. & iterum anno 1723.[f]

Jacobus senio, & laboribus confectus, meritis, & virtutibus locuples anno a sui assumptione 21. Domini vero 1363. supremum diem absolvit.

Illum spiritualium virtutum operatione probatum Auctor Anonymus[g] appellavit, eruditione, prudentia ac morum gravitate conspicuum Grossi prodidit. Jacobo in honore Abbatiali 1364

IX. *F. Philippus Rizzari* nobilitate generis illustris, Catanensis patria, professione noster successit, cujus electionem Urbanus V. Pont. Max. datis Avenione literis 8. Kal. Novembris eodem anno ratam habuit, & firmavit. (Hanc primam Abbatum nostrorum Pontificiam confir- IX. Abbas perpetuus.

d Chr. Mon. cap. 1.
e Autog. Arc. 12. Reg. Priv. Arch. 4.
f Ex Tabul. Monast. Arch. 13.
g De Rom. &c. S. Martini.

Anno Christi. 1364.

confirmationem ex tabulario deprehendimus) A eidemque Benedictionis munus Caleyrandus S. R. E. Cardinalis Episcopus Albanensis die 19. ejusdem Mensis impertiit. [a]

a Autog. Arca 13.

Porro cum Ecclesiastico Interdicto ob Gallorum excidium tota Siciliç Insula subjaceret, idem Urbanus V. *Precibus Monachorum*, ut ipse ait, *inclinatus*, Abbati nostro perscribens 4. Idus Novembris 1364. indulsit, *ut non obstante Interdicti censura, diebus sollennioribus Epiphaniæ, B. Mariæ Virg. S. Nicolai, S. P. Benedicti, S. Agathæ &c. jannis clausis excommunicatis exceptis, familiaribus tantùm admissis, sacram Missam, & divina officia alta voce celebrare possent, & Sacramentum Extremæ Unctionis piè in ipsis Monasteriis decedentibus ministrare;* [b] quam etiam facultatem Angelo Senisio S. Martini Reædificatori pro suis fecit. B

b Autog. ibidem. Reg. Priv. Arca 4.

1367 Idem Urbanus anno 1367. Philippum nostrum per Apostolicas literas Cęnobii ejusdem S. Martini Judicem Conservatorem elegit, ad illius Jura, possessiones, & bona vendicanda. Nec post multum ad sacrum Casinense Cęnobium reparandum tum eidem Philippo, tum Angelo Senisio, *ut de singulis octo Monachis suis unum eligerent, electosque paratos haberent, cum eos duxerit requirendos*, suo diplomate mandavit. Ex quibus postea Pontifex duodecim ad se vocavit, atque ad opus, ad quod ipsos assumpserat, direxit. Id quod ab illis naviter impletum est, ut Capella in eodem sacro Archisterio ab ipsis Reformatoribus in honorem S. Agathæ constructa abunde (ait noster Chronista) testatur. [c] C

c Chr. Mon. cap. 11.

Per idem tempus complura munificentię dona ab Friderico III. nostris attributa leguntur,
1369 anno præsertim 1369. die 7. Junii & sequenti
1370 1370. die 21. Maji. Assumptio etiam *Philippi de Dulci* ad Abbatiam S. Placidi Urbano V. approbante, in hunc quoque annum incidit. S. Placidi Cęnobium tres Angeli Senisii socios, ac alios quatuor Messanenses Nobiles cognoscit Auctores, ac maximis sanè incrementis tunc temporis florebat. De hoc Philippo inferius. D

1371 Sequenti anno Gregorius XI. Rom. Pont. scriptis Aven. literis die 10. Decembris, Martiali Catanensi Episcopo & Archiepiscopo Panormitano pręcepit, ut Montisregalis Cœnobium Guillelmi Archiepis. desidia Monachis, ac disciplina regulari destitutum, pristino splendori, adhibitis 20. Monachis è S. Nicolao, & S. Martino, ac aliis Monasteriis assumptis, restituerent [d]. Idipsum pro reformando S. Pauli de Urbe Monasterio anno 1374. Archiepiscopo Panormitano, & Catanensis Ecclesiæ Vicario idem Gregorius, datis ad id Apostolicis literis Villanovę 16. Kal. Aprilis, mandavit, *ut S. Nicolai, & S. Martini Abbates triginta ex suis Monachis vita, & discretione laudabiles Romam transmittere curarent*, quorum unum, si forte Præpositus deficeret, ad regimen aliorum assumeret. [e] E

d Ex Tabul. Monast. S. Nicolai & S. Martini. Pirr. lib. 4. not. 8. p. 2.

1374

e Ex Tabul. ibidem, & Chron. cap. 11.

Paucis elapsis mensibus, cum Joannes Episcopus Arelatensis Sedis Apostolicę pro visitandis, & reformandis Monasteriis per Siciliam
1375 Legatus ad nostrum perlustrandum se contulisset, ipsum ad perfectam Regulæ observantiam, ac disciplinæ monasticæ institutionem, ut par erat, conformatum suspiciens, ac bona insuper communia inter Abbatem, & Monachos animadvertens, ne aliquis Abbatum pro libito voluntatis tam laudabiles consuetudines de cetero infringeret, easdem Monachorum precibus sua auctoritate firmavit, laudavitque dato ibidem diplomate. Philippus, cujus opera omnia diplomata, ac Privilegia Monasterio elargita ad illa usque tempora, in unum corpus congesta sunt, post innumeras egregiè patratas res morte sublatus est, in cujus locum F

Anno Christi. 1375.

X. Abbas perpetuus.

X. *F. Leonardus de Eustasio* à Monachis unanimi voto subrogatur. Hic unus ex illis quatuor nobilibus, priisque viris Messanensibus fuit, qui nostri Angeli Senisii sociis accensi, Monasterium S. Placidi de Colonero Messanæ fundarunt, ejusdemque enascentis Cœnobii Prior effectus, & à Vicario Generali Archiepiscopi Messanensis confirmatus, cum per tres annos optimè munus administrasset, sponte dignitate dimissa, Philippo de Dulci in Abbatem electo locum cessit; pro vitę autem merito à nostris Monachis Abbas renunciatus, mox à Summo Pontifice confirmatur. [f] Cumque à quibusdam Cameræ Apostolicæ Collectoribus pro Defuncti Abbatis spolio vexaretur, re ad Petrum Arelatensem Episcopum olim Nuntium delata, rescriptum impetravit, quo Cęnobium ab omni deinceps Abbatum spolio immune Petrus censuit Avenione die 11. Martii anno 1376. [g] Tertio denique post anno Leonardus sui desiderio relicto naturæ concessit. 1376

f Autog. Arca 13.

g Autog. ibidem Reg. Priv. Arca 4.

XI. Abbas perpetuus.

XI. *F. Nicolaus de Rocca* post Leonardum Abbas electus, & a Romano Pontifice confirmatus, statim cum Simone Catanensi Episcopo egit, *ut ab omni onere Quartæ*, ut dicunt, *de bonis Monasterio legatis, & à solutione decimæ Vini, Tritici, Hordei, Olei, ac leguminum* immune suum Cęnobium deinceps haberetur, speciali ad id Diplomate obtento Catanæ 7. Novembris 1379. Quas quidem gratias, & 1379
exemptiones Urbanus VI. Rom. Pontif. sequenti anno ejusdem Nicolai precibus inclinatus, ratas habens, & Apostolica firmitate convalidans, datis literis Romæ 8. Kal. Junii, Monachorum nostrorum hospitalitatem, eleemosynas, vitam, moresque laudabiles non parum commendat. Ad hæc omnia specialius firmanda, aliud quoque Diploma idem Summus Pontifex est elargitus, in quo motu proprio legata omnia *absque alicujus quartæ diminutione* confirmavit, anno, & die enunciatis. [h] 1380

h Autog. Arca 14. Reg. Priv. Arca 4.

Abusus dehinc quosdam in bonorum administrationem irreptos Simonis Episcopi ejusdem auctoritate Nicolaus noster è Monasterio 1381
sustulit, ac voluit, ut ter in anno Cellerarius computum coram Fratribus, & Abbate de expensis omnibus redderet, ut ministri ad Cœnobii munia destinati, exacto anno depositi, nonnisi totius Congregationis consensu confirmari possent; denique ut arcam duo ex senioribus custodirent, ubi pecuniæ a fidelibus sponte oblatæ inferrentur, in aliqua perur-

Anno Christi. 1381. perurgenti Monachorum necessitate, aut pro infirmis expendendæ, atque id genus alia decrevit, ut ex Diplomate ejusdem Simonis hæc omnia confirmantis anno 1381. die 18. Decembris Catanæ scripto eruitur.[a] Anno 1382.
a Autog. Ar. 81. Reg. Priv. Ar. 4.
1382 Nicolaus Abbas extremum clausit diem, vix in regimine biennio exacto, cui non post multo

XII Abbas perpetuus. XII. *F. Bartholomæum Rizzari* patria Catanensem Philippi nepotem Monachi subrogarunt Urbano V. Pontif. Max. ejus electionem confirmante, ac Petro Senogalliensi Episcopo Romæ in Basilica S. Petri die 23. Martii de Pontificis mandato Benedictionis munus eidem impertiente. Præfuit integro quinquennio, sub quo anno 1387. die 28. Junii Maria Siciliæ Regina Ecclesiam S. Georgii prope Catanam, contemplatione vitæ laudabilis Monachorum cum omnibus juribus, terris, & aquis Monasterio concessit, *dummodo*, ait, *in ea divini cultus frequentia nullatenus negligeretur*,[b] ut melius infra dicemus, ubi de Ecclesiis connexis. Bartholomæo mortuo
1387
b Reg. Priv. Arca 4. Autog. Arca 81.

XIII. Abbas perpet. XIII. *F. Placidus de Aquila* Abbas salutatur, cujus tempora nullis facinoribus notantur. Rexit laudabiliter annis quinque.

XIV. Abbas perpet. XIV. *F. Bartholomæus III. de Luna* generis nobilitate conspicuus, ex Hispania citeriore oriundus, professione, & cucullo noster a morte Placidi sufficitur, & à Pontifice Rom. confirmatur. Ejus diebus Martinus Junior Exerciæ Comes, ac jure Mariæ uxoris Siciliæ Rex Catanam veniens, ibi Regni sui sedem statuit.
1393 Ex ea mense Februarii 1393. cum uxore ad nostrum Cœnobium digressus, loci Religione captus, ac Monachorum vita laudabili excitus, maxima sanè munificentia, & pietate eos Sanctissimi Clavi Dominici pretioso munere donavit, quo sacro pignore idem Cœnobium spectabilius reddidit, & Crucis etiam frustulum aurea cruce, quam è collo pendentem gestabat, inclusum, adjecit.[c]
c Chron. Monast. cap. 9. Autog. donat. Ar. 71

His non contentus, exemptiones, & Privilegia innumera ab suis Prædecessoribus Monasterio indulta, voluit rata, ac nova insuper concessit; *à vectigalibus immunitatem*, jam dudum Principum liberalitate obtentam, nedum innovavit, firmavitque Panormi die 30. Maji anno 1392., & iterum Catanæ die 1. Novembris 1394.; verum & *quadringentas*, ut vocant, *trattas* liberaliter eidem quotannis indulsit die 2. Novembris 1396.[d] ut non immerito inter præcipuos, primosque Monasterii Benefactores à nostris non solùm, sed ab omnibus censeatur. Demum *ut bina, aut plura Feuda possent Monachi retinere absque ullo militaris servitii onere* indulsit, ac alia id genus ex munificentia pene incredibili variis temporibus attribuit. Jam anno 1401. Bartholomæus noster Abbatis munere piè, ac prudenter gesto, regulari observantia promota, re familiari aucta, felici decessit fato, universis tanti Patris amissionem lacrymantibus, cui per canonica suffragia capitulariter à Monachis
1394
1396
d Autog. Arca 81. Reg. Priv. Arca 4.
1401

XV. Abbas perpetuus. XV. *F. Henricus de Montana* successor designatur. Henrici Patria incerta, merita spectatissima. A Bonifacio IX. Rom. Pont. 10. Kal. Novembris 1402. confirmatus prædecessoribus suis in regularis observantiæ districtione servanda, Divino Cultu, ac omnium virtutum studiis promovendis non absimilem, sed & majorem sese exhibuit. Eo Abbate Martinus Rex mox laudatus ad Monasterium veniens, ibique per plures dies versatus, novis benevolentiæ signis apud nostros se commendavit; sed & Angelum S. Mariæ Roccæamatoris Abbatem, Regium Capellanum datis in eodem Cœnobio literis die 31. Julii Indict. 4. constituit,[e] ut in prima Cisterciensium Abbatiarum notitia dicemus.
Anno Christi. 1402
1404
e Ex Cancel. eodem anno.

Mortuo in Insula Sardiniæ Martino Rege, Blanca ejus uxor Regni Vicaria relicta, illius pietatem, ac in nostros liberalitatem imitata, *ut libera, atque omnino immunes ab omni onere, tum imposito, tum imponendo per universum Siciliæ Regnum Cœnobii nostri possessiones, haberentur*, indulsit, singulis mandans Ministris, *ut molestare de cætero ejusdem bona non audeant*.[f] Idipsum verò anno 1425. sub Henrici successore observari mandarunt Regni Consiliarii datis Catanæ literis die 26. Julii. Mox à Martino II. omnes libertates, & gratias Martini Primi, & aliorum Principum liberalitate Monasterio elargitas, firmas, ratasque obtinuit noster Abbas Barchinone die 17. Novemb. 1408. nec secus Joannes XIII. Pont. Max. ad preces Henrici S. Placidi Messanæ Abbati præcepit, *ut in omnes, singulosque occupantes, ac detinentes Possessiones, Legata, Jura, Decimas, Pascua, Instrumenta ad nostrum Cœnobium spectantia excommunicationis sententiam præscriptis terminis ab jure latis Apostolica authoritate proferret*. Idem Pontifex sequenti anno 1413. ex maxima benignitate, *ut possent nostri ab alia Ecclesia, aut loco pio bona stabilia sub censu annuo recipere, ac recepta retinere* Apostolico indulto concessit, datis motu proprio literis Romæ 2. nonas Julii Pontif. anno tertio.[g]
1409
f Autog. Arca 81. Reg. Priv. ibidem.
1413
g Autog. Arca 81. Reg. Priv. ibidem.

His aliisque summo Cœnobii incremento obtentis, tresdecim Regiminis annos emensus Henricus noster, anno 1414. mortem egit, post quem
1414

XVI. Abbas perpet. XVI. *F. Petrus Rizzari* hujus nominis IV., patria Catanensis, clarissimo sanguine ortus, sed magis virtutum laude, & rerum agendarum prudentia conspicuus, Abbas eligitur, moxque à Gregorio XII. confirmatur, qui datis Arimini literis ad Joannem Procopium S. Martini Abbatem, Juramenti fidelitatis debitæ formulam à Petro emittendam, gravissimis verbis perscripsit;[h] ea namque tempestate diœcesani Episcopi Pseudopontificis partes, Regibus annuentibus, jam sectati, schisma abjurare cœperant.[i] Sedi Apostolicæ obedientia sanctè jurata, statim Cœnobii bono intendens Petrus, adeo suis, & suorum sanctis, piisque operibus apud Blancam Reginam mox laudatam, quæ pro Ferdinando Siciliæ Regnum administrabat, promeruit, ut sæpius hæc è Castro Paternionis, ubi sedem sibi statuerat, ad Monasterium Licodiæ commeans, Monachorum turmis sociata, choro adesset, atque innumera beneficia, libertates, & gratias Monaste-
h Autog. Arca 84.
i Grof. Cat. sec. §. 43.

Anno Christi 1414.

nasterio liberalissimè elargiretur, cum in ipso A Licodiano Cœnobio die 9. Junii anno 1414. tum Mænis die 1. Augusti, tum denique Leontinis 18. Junii sequenti anno. [a] Ejusdem Blancæ auctoritate nonnullas Cœnobii possessiones ab injustis detentoribus vindicavit, & Thomæ de Asmari Catanensis Electi præscripto *de solutione communis servitii*, ut ajunt, *ab Apostolica Sede impositi* vi Privilegiorum, Monasterium immune servavit. Ejus denique precibus Alphonsus Siciliæ Rex *à collectis*, *vectigalibus*, *mutuis*, *donationibus* scripto Mes- B
1425 sanæ Diplomate die 24. Octobris 1425. nostros omnino liberos censuit. [b]

a Autog. Arca 81. Reg. Priv. ibidem.

b Ex Tabul. Monast. Autog. & Reg. Priv. ibidem.

Anno 1432. Joannem de Piscibus Catanensem Episcopum multa sanxisse, scribit Grossi: *quibus ad sacrarum legum custodiam*, ejus verba usurpamus, *& primævæ Religionis obser-*
1432 *vantia normam severius observandam obstrinxit Monasteria Licodia, & S. Nicolai de Arena; habes ea &c.* [c] Hæc ille; verum de hoc ipso mirum in nostris Chronicis, & Tabulis silentium; vixque credi potest sub Petro vigilantissimo Abbate ejus Monachos (quos in- C ter quamplures sanctitate conspicui efflorebant) Episcopi reformatione in sacrarum legum, & regularis observantiæ custodia indiguisse; sed rem meliori examini relinquimus.

c Cit. Sac. §. 45.

1443 Undecimo post hæc anno Eugenius IV. Rom. Pont. Benedictinæ familiæ addictissimus, quammaximis elargitionibus, & gratiis nostros etiam sibi devinxit Monachos, *ab singulis Cameræ Apostolicæ decimis*, *subsidiis*, *atque oneribus* eorum eximendo Cœnobium, ac aliis Privilegiis ad Animarum statum pertinentibus bo- D no eorumdem spirituali consulendo. [d] His non contentus, ut suis etiam Cœnobiis S. Mariæ Vallis Josaphat Paternionense Monasterium uniret, Petro mandavit; sed de hac ipsa unione fusiori calamo suo loco.

d Autog. Arca 81.

Non post multo, cum pro solutione *Collectæ generalis* Sedis Apostolicæ nomine Catanensis Ecclesiæ Clerus nostros conveniret, Petrus verò vigore Diplomatis Eugenii IV. se, suosque Monachos liberos ab omni onere contenderet, res in judicium coram Guillelmo E Bellomo Episcopo Catanensi evocatur, ac pro nostris decernitur. At Petrus à Nicolao V. Rom. Pontif. Guillelmi sententiam voluit communitam, & Eugenii constitutionem innova-
1452 tam obtinuit Romæ 4. nonas Julii 1452. [e]

e Reg. Priv. Arca & Autog. Arca 81.

Idem Guillelmus Episcopus Prioratui S. Gregorii de Platia, quem ejus Prædecessores occuparant injustè, hoc ipso anno renuncians, Petro, ejusque Monachis illius provisionem, collationemque competere, datis Catanæ literis declaravit. De eo nos infra. F

His denique diebus Ætnæ terribile incendium per montis declivia ad S. Nicolai tamquam alluvies perveniens, cujusdam senioris Monachi precibus ab exurendo, vastandoque Cœnobio cohibetur; signans quippe baculo terram vir ille sanctus, igni, ne ultra progrederetur, imperavit, qui ejus obtemperans vocibus, omnium stupore qui aderant in proximos refluxit agros. Miraculo (ait noster

Anno Christi 1452

Chronographus) [f] fidem adstruit magna lapidum congeries, olim ignis materia, prope ipsum S. Nicolai Cœnobium; sed nostra ætate immensa Arenæ copia obruta, ea vix apparet; anno enim 1669. tanta è Montis visceribus effluxit arenæ vis, ut omnia circumquaque oppleverit.

f Chron. Monast. cap. 11.

Petri solertiæ debentur quamplures bonorum elargitiones à piis viris nostris Cœnobiis factæ, eique adscribendæ pene innumeræ terrarum concessiones sub censu annuo Monasterio dependendo, ut illa ferebat ætas.

Post multa demum præclarè gesta desiit vivere anno regiminis Abbatialis 40, Domini verò 1454., & Joannes Baptista Platamonius ei non absimilis à majori Monachorum parte Abbas designatur; reliqua vero Nardum quemdam elegit. Utriusque electionem Nicolao V. Pontif. Max. Monachi solemniter insinuarunt; Pontifex verò illa Nardi, utpote minus canonica, infirmata, Joannem Baptistam die 1. Junii 1454. confirmavit. [g] 1454

g Ex ipsa Autog. Arca 81.

XVII. *F. Joannes Baptista* XVII. Abbas constitutus generis nobilitatem virtutibus exornans, statim sese aptum tanto muneri, tantæque dignitatis meritissimum, morum gravitate, ac prudentia præbuit, & Monasterii S. Mariæ Vallis Josaphat ob Lucæ ejusdem Prioris renunciationem assequutus possessionem, illud novis ædificiis auctum notabiliter ornavit, novo obtento pro hujusmodi firmanda unione à Callisto III. Pontif. Max. anno 1457. Diplomate. 1457

XVII. Abbas Perpet.

Siculam mox Congregationem ad normam illius, quæ per Italiam S. Justinæ de Padua nuncupata, magna nominis celebritate florebat, instituere cupiens, re cum Abbatibus S. Mariæ Novælucis Catanæ, S. Mariæ de Scalis Paternionis, & S. Placidi Messanæ collata, ab eodem Callisto III. unionis Diploma exoravit. Verum cum orta inter Monachos, & Abbates ipsos dissensione, penitus illa discinderetur, ab eodem Pontifice, ut ejus Cœnobia omnino libera, & ab hujusmodi unione soluta censerentur, novo Diplomate sub die 22. Februarii anno 1459. impetravit. [h] Denique annis quindecim Abbatiali honore perfunctus, post multa egregia facinora, post decentius ornatam S. Mariæ de Licodia Ecclesiam, ejusque Turrim extructam, diem clausit supremum, ejusq; loco 1459

h Reg. Priv. Arca 40.

XVIII. *F. Maurus de Truglio* Paternionensis patria successit, vir sanè omni exceptione major, vel ob id solùm commendandus, quod Siculæ Congregationis fuerit promotor, & auctor. Ejus electionem Paulus II. Rom. Pont. anno 1469. die 1. Septembris Romæ elargito diplomate laudavit. [i] Per idem tempus S. Martini de Scalis Panormi, & S. Placidi Messanæ Monachi, aliique de uniendis Siculis Cœnobiis Congregationi Sanctæ Justinæ cum Abbatibus ejusdem, ad id in Siciliam destinatis, enixius agebant, ac nostrum Maurum ad eadem procuranda literis, & nunciis sollicitabant; at ipse aliorum exitum præstolandum arbitratus, morandi causas cœpit innectere. Mauri cunctationes S. Placidi Monachos primùm à proposito

XVIII. Abbas perpet. 1469.

i Autog. Arca 81.

Anno Christi 1477.

proposito retraxerunt, mox, & aliorum unio A discissa est; quod ubi Mauro Abbati innotuit, summo conatu, & studio S. Placidi, & Monregalensis Cœnobii Monachos in suas adduxit partes, & Siculæ Congregationis, quam semper in votis habuerat, est aggressus initia. [a]

[a] Ch. S. Martini, & S. Nicolai.

Interea cum nimium, ut par esset, ab Episcopo diœcesano ejus Cœnobium vexaretur,

1481 literas a Systo IV. Rom. Pont. exoravit, quibus ab jurisdictione, correptione, atque potestate Ordinarii Cœnobium nostrum, ejusque bona, ac personas Pontifex exemit, atque sub B Apostolicæ Sedis tutela immediatè suscepit die 20. Septembris Pontificatus sui anno 11. Domini verò 1481. [b]

[b] Autog. Arca 81. Reg. Priv. Arca 4.

Collatis denique consiliis nostros inter, ac Messanenses, & Montisregalis Monachos pro

1483 Sicula Societate sub titulo S. Patris Benedicti instituenda, atque obtento ab eodem Syxto IV. unionis Diplomate, primus omnium Maurus noster Abbatiali regimine se abdicans, solo retento titulo, tam laudabili instituto summam imposuit manum, & cum duobus Mona- C chis, totidemque Commissis reliquum vitæ cursum in Monasterio Josaphat producturus, Paternionem secessit, [c] ubi sequenti anno viam universæ carnis ingressus, ad laborum suorum coronam, ut piè creditur, evolavit.

[c] Ex Chron. Monast. S. Martini, & S. Nic.

De Sicula Congregatione, ejusque Abbatibus ad tempus electis.

VIX ab Apostolica Sede Unionis rescripto impetrato, primùm Siculæ Congregatio- D nis generale Capitulum in Monasterio S. Placidi Messanæ die 1. Augusti anno 1483. Monachi in unum convenientes coegerunt. In eo Maurus noster, Leonardus Cachiola ejusdem S. Placidi Abbas, ac Prior Monregalensis solo contenti titulo ab regimine Cœnobiorum sunt absoluti, ac novis Rectoribus, qui ad tempus præessent in spiritualibus, & temporalibus onus juxta S. Justinæ Constitutiones est demandatum; hi autem, eousque Priores dicerentur, quo sublatis ex humanis Abbatibus E perpetuis, exinde Abbatiali dignitate donari possent. Primus itaque ab eadem Congregatione, quam meritò Arnaldus Wion in sua Arbore S. Nicolai de Arena appellavit, pro nostro Cœnobio *Cherubinus Andreotta* S. Placidi Alumnus Prior eligitur. Hunc Pirrus inter perpetuos ejusdem S. Placidi Abbates enumerat loco 7. sed immeritò; refragantur enim Acta Siculæ Congregationis. Præfuit ad annum, statimque Mauri de Truglio nostri perpetui Abbatis morte interveniente, per ge- F nerale Capitulum in S. Nicolao celebratum

I. *F. Eusebius Viperanus* Patria Catanensis, genere nobilis, professione noster primus totius Congregationis Abbas constituitur, ejus-

1484 demque Cœnobii regimine donatur ann. 1484. [d] Per id temporis Ferdinandus Catholicus exemptiones, libertates, & gratias ab suis Prædecessoribus attributas cum S. Nicolai, tum S. Martini Cœnobio, ratas voluit, & firmavit diè 17. Novembris 1484. [e]

[d] Ex Actis Siculæ Congregat.

[e] Reg. Priv. Arca 4. Autog. Arca 82.

Anno Christi 1485.

II. *F. Nicolaus de Sbarris* cucullo, & genere Catanensis in S. Mariæ de Licodia coactis comitiis Abbas renunciatur, quo etiam anno S. Martini de Scalis celebre Cœnobium in unam Congregationem cum aliis coaluit.

III. *F. Andreas Cimbalo* Randatiensis Patria, illustri sanguine ortus, S. Nicolai Mo- 1486 nachus anno 1486. à Generali Capitulo ejusdem Cœnobii Abbas eligitur, in quo etiam de uniendo S. Mariæ Fundronis Monasterio actum est; hinc malè Pirrus hanc unionem ann. 1500. consignat; [f] nam ex actis Siculæ Congregationis Gregorius Caracita noster Alumnus anno, quo dicebamus, ejusdem Prior renunciatur. Fallitur etiam, dum ait in 4. Congregatione statutum, ut Monachi relicto nomine *Fratris*, titulo *Don* deinceps donarentur. Contrarium enim ex iisdem Actis evincitur, in quibus hæc habentur: *Capitulum III. &c. Et fuit quoque infrascripta edita ordinatio: Statuimus, quod de cætero nostri Monachi non vocentur Domni, sed Fratres.* Id quod etiam firmatur, ne dum enim in veteri S. Martini Chronico, sed & in illo nostri Cœnobii usque ad ultimum Congregationis Siculæ Capitulum, cum Monachi, tum ipsi Abbates *Fratris* nomine appellantur.

[f] Lib. p. 2. not. ideal. ibi.

IV. *F. Petrus Salerno* S. Martini Monachus anno 1487. *Præsidens* etiam Congregationis 1487 rexit per integrum triennium.

V. *F. Hieronymus de Alibrando* patria Messanensis, S. Placidi Alumnus anno 1490. 1490

VI. *F. Andreas Cimbalo* rursus anno 1492. 1492 qui per summum nefas Congregationem conatus evertere, ab ea defecit: hinc sequentis Capituli decreto præceptum est, ut sicubi inveniretur, arctæ custodiæ pro delictis puniendus, manciparetur. Sed, quid de eo sit actum, ignoramus.

VII. *F. Hieronymus de Alibrando* altera vice celebratis in S. Mariæ de Licodia generalibus Comitiis Andreæ sufficitur ab anno 1494. ad 1497. 1494

VIII. *F. Petrus de Salerno* iterum usque ad 1498. non minori pietatis gloria, ac antea præfuit. 1498

IX. *F. Philippus Turchesius* à Paternione S. Nicolai Monachus ejusdemque Abbas ann. 1498 dehinc totius Congregationis *Præsidens*, quo in munere sese non minimum commendavit.

X. *F. Antonius Rizzari* parentibus genere clarissimis Catanæ ortus, cucullo, & professione noster anno 1501. 1501

XI. *Fr. Vitus Catanisius* Monachatu, & patria Catanensis anno 1502. Abbas renunciatur. 1502 Vir fuit spectatæ virtutis, & prudentiæ, paucisque comparandus, ut ait Grossi, [g] secundo, & tertio anno confirmatus, omnium in se amorem conciliavit, quare unanimi Patrum consensu in eodem S. Nicolai Cœnobio habitis Comitiis *Præsidens* deligitur. Per hæc ipsa tempora Joannes de la Nuca Siciliæ Prorex ab omni onere pro regiis donativis, ut ajunt, Siculæ Congregationis Cœnobia exemit, eorumque immunitates, & gratias confirmavit, datis Messanæ literis die 28. Januarii ann. 1502. [h]

[g] Decacor. Cat. Corda 2. mod. 5.

[h] Ex Tabul. Mon. Reg. Priv. Ar. 4.

XII. *Fr.*

Anno Christi. 1505. XII. *F. Angelus de Benjoanne* noster Monachus, ac ultimus à Sicula Congregatione electus Abbas anno 1505. vir omnium virtutum genere ornatissimus ob religionis zelum præcipuè commendandus. In hoc ultimo Congregationis generali Capitulo de nostra Sicula cum illa S. Justinæ conjungenda, seriò Patres egerunt; audientes enim Julium II. Pontif. Max. per Apostolicum Diploma sub die 4.
1506 Novembris 1504. eidem societati sacrum Casinense Archisterium aggregasse, ac insuper præcepisse, ut ex illius nomine, mutato titulo, Casinensis deinceps Congregatio diceretur, hoc exciti exemplo, unanimi consensu legatos ad generale Casinensium Capitulum, atque ad Summum Pontificem pro hujusmodi impetranda unione eumdem Vitum mox laudatum, Benedictum Rictium S. Placidi Abbatem, ac Philippum Arcara S. Martini Decanum direxerunt; qui statim Romam adeuntes ab eodem Julio II. literis Apostolicis ad Casinenses impetratis, ad illorum Comitia contenderunt, ibique legatione exposita, ad
1507 votum omnia sunt assequuti. Verùm priusquam unio firmaretur, duos ex Abbatibus Casinensibus, qui de situ, ac proventibus Monasteriorum sedulo investigarent, in Siciliam Patres direxere Bartholomæum Perusinum, & Marcum Cremonensem.

Hi omnibus humanitatis officiis excepti a nostris, perlustratis Cœnobiis, scriptisque ad suos literis, omnem eorum statum accuratè expenderunt. Concorditer itaque firmata unione, (ad quam validius roborandam, cum ipso Julius Rom. Pontif. suo in perpetuum valituro rescripto sub die 16. Julii ejusdem anni consuluit, tum Ferdinandi Siciliæ Regis voluntas accessit) Ignatius Squarcialupi Florentinus Abbas speciali Congregationis Decreto, pro adipiscenda Cœnobiorum Siculæ Provinciæ possessione, deligitur, ac primus omnium D. Thomas a Placentia noster Abbas designatur.

De Abbatibus Temporalibus à Casinensi Congregatione electis.

I. D. *Thomas à Placentia* anno 1507, præfuit mensibus sex.

II. *D. Innocentius à Leontino* S. Martini Alumnus anno eodem magna dexteritate, & prudentia per triennium curam gessit Abbatialem.

III. *D. Placidus Returbius* anno 1510. Regularis disciplinæ strenuus assertor.

1513 IV. *D. Petrus à Salerno* non ille quidem, quem supra Siculæ Congregationis Abbatem vidimus, S. Martini Monachum, ut scripsit Antonius Tornamira, [a] & Pirrus, sed alius omnino ab illo, ut nostrum advertit Chronicon. Rexit Petrus optimis moribus ab anno 1513, egregiisque virtutum exemplis excelluit.

1517 V. *D. Michael à Monte Caveoso* anno 1517.

1519 VI. *D. Hieronymus de Alibrando* ex Monachis Congregationis Siculæ optimè præfuit ab anno 1519. ad 1521. post quem

1521 VII. *D. Paulus à Novaria* ab zelo, & prudentia precipuè commendatus, toto triennio rexit.

[a] De Origi. Cong. Cas. lib. 2. Pir. lib. 4. p. 1. not. 1.

1524. VIII. *D. Andreas à Neapoli*, cujus regimen ab anno 1524. ad 1525.

IX. *D. Joannes Maria à Monferrato* rigoris monastici observantissimus, ac Divini cultus studiosissimus.

1527 X. *D. Eusebius ab Enna* primus, ut scire licuit, è nostris à Casinensi Congregatione anno 1527. Abbas designatus, onus sibi creditum magna gessit prudentia, atque in bonis Monasterii augendis nulli fuit secundus. Per idem tempus *D. Joannes Sassus* professione noster, Abbas Gangii veteris anno 1528. creatus, eo in honore laudabiliter vita functus est. 1528

1532 XI. *D. Hieronymus Gatta* patria, & cucullo Catanensis, aliis verò à Caeta, ab anno 1529. ad 1532. res Cœnobii summa dexteritate, vitæ, ac morum innocentia administravit.

XII. *D. Hieronymus Sardo*. Ejus diebus è Montis Ætnæ visceribus magno terræ hiatu igneus fluvius erumpens, nostris ingentia intulit damna Cœnobiis. Monasterium cumprimis S. Leonis, agrosque circumquaque, Henrici munificentia a prima fundatione donatos, adeo ignitis lapidibus obruit, ut nonnisi vicinorum collium indicio locus deinceps cognosci posset. Aliis dehinc frutetis, ac vineis undique vastatis, ad certam S. Nicolai perniciem cursum arripuit; cumque Monachi nimio timore perterriti, nocte sublatis omnibus ad tutiora loca confugerent, Hieronymus Abbas, magna cordis fiducia Sanctissimo Domini nostri Clavo assumpto, pio quodam seniori Monacho *Barnaba à Monpilerio* comitante, igni obvius factus, eum minaciter in virtute Dominicæ Passionis adjuravit. Mira res! conglobatis in montem ignitis lapidibus, aliò vorax amnis iter inflexit, Cœnobiumque omnino intactum, atque immune reliquit. [b] Meminit de hoc ipso Ætnæ incendio Philotheus testis oculatus, Caetanus, Carrera, Fazellus, & alii. Anno 1537. alibi jussus præesse Hieronymus discessit. 1537

XIII. *D. Stephanus à Novaria* anno uno optimè gubernavit.

1538. XIV. *D. Petrus à Placentia* ann. 1538. fuerat hic S. Martini Abbas, ibique, ut in nostri Cœnobii regimine integritate morum, religione, prudentia excelluit; è nostro denuò ad illud S. Martini translatus, successorem habuit

1541 XV. *D. Innocentium à Novaria* anno 1541. sub quo Monachi semel, & iterum suppliciter sacratissimum Domini Clavum deferentes, Catanam venerunt. [c] Cum enim anno 1542. universa pene Insula, & acrius Catanensium Civitas tærremotibus quateretur ingentibus, victus Magistratus, ac totius Populi precibus Innocentius, sacrum Pignus in Urbem detulit, quæ mox ab omni periculo, non sine prodigio liberatur. Sequenti etiam anno aquæ penuria laborantibus Civibus, atque ad opem implorandam, undique ad Monasterium confugientibus, ut piis eorum petitionibus faceret satis, rursus eodem ordine, cum suis Catanam venit, exceptusque prope mœnia à Clero, Senatu, & Populo, vix illato in Ecclesiam majorem Divino Clavo, optatam pluviæ largi- 1542 1543.

[b] Chro. Ms. cap. 20.

[c] Idem Chron. ibidem.

Anno Christi. 1543. largitatem impetravit, moxque inter plau-
dentium Populorum voces cum Sacro Instru-
mento ad Monasterium rediit. Rexit post hæc
Innocentius magna virtutis opinione mensibus
aliquot, absolutoque triennio discessit.

1544 XVI. *D. Basilius à Novaria*. Eo Abbate
Monachi Catanam migrarunt. Contigit enim,
ut prædones aliquot è Neti Valle, dissimulata
itineris causa, confictisque ad fraudem verbis,
ad Monasterium digressi uti hospites, ab Ab-
bate prorsus eorum conditionis inscio, exci-
perentur. Id cum Paternionis, atque Acis
Ducibus innotuisset, illico ad Monasterium
obsidendum conducta militum manu accur-
runt; post multos verò hinc inde conflictus,
evasere sociorum auxilio prædones, uno è suis
relicto, quem lethali vulnere obsidentes af-
1545 fecerant; quibus abeuntibus ingressi milites,
omniaque scrutantes, Monachos militari li-
centia injuriis, verbisque afficiunt, atque
inaudito scelere sacrilegas etiam manus in
Abbatem injicere impius eorum Dux non ve-
retur; sublato dehinc ab Ecclesia latrone sau-
cio discedunt. Tunc Abbas convocatis Mo-
nachis, quid facto agendum ex eis sciscitatur,
cui omnes unanimiter Catanam eundum esse,
deserendumque Cœnobium respondent. Ita-
que sublatis omnibus in Domum quamdam,
quæ prope Urbis mœnia pro *Grangia*, ut ajunt,
seu hospitio erat, sub *S. Salvatoris* titulo pri-
mo venerunt, ibique sex mensibus commora-
ti, cum loci angustia premerentur, Lico-
diam habitatum perrexerunt die 13. Februa-
a Ex Chron. Monast. cap. 17. rii anno 1546.[a] Post Basilium

XVII. *D. Angelus Castrosangrinus*, sive è
Castro sanguine, vir spectatæ virtutis, ac scien-
tiis excultus Patrum decreto eodem anno 1546.
Abbas noster denunciatur; qui statim Mona-
chos ad vetus S. Nicolai Cœnobium revoca-
vit, & collabentes parietes restituendo, ædi-
ficia reparando, illos invitos licet, omni co-
natu, & studio à proposito inde abeundi abdu-
cere curavit. Quarto denique expleto anno
ad propria migravit. Hunc meritis laudibus
b In Hist. S. Justinæ lib. 6. extollit Cavacius,[b] & eruditissimus Abbas
Armellini in sua Bibliotheca Casinensi.

1550 XVIII. *D. Paulus à Placentia* ab anno 1550.
ad 1552. post quem

XIX. *D. Simplicianus à Valltellina per
annum*.

1553 XX. *D. Laurentius à Venusia* anno 1553.,
totus etiam instaurando veteri Cœnobio in-
cubuit per triennium.

1556 XXI. *D. Michael à Monte Caveoso* anno
1556. Hic non secus, ac ejus Prædecessores,
Monachos ab incauto, Catanam commigrandi,
consilio magna dexteritate, & prudentia co-
1557 hibuit. Verum hi sequenti anno geminatis
precibus, ac novis supplicationum libellis ad
Patres in generali Capitulo Mantuæ congre-
c Chronic. Monast. cap. 19. gatos, voti tandem compotes sunt effecti;[c]
& obnitente licet, atque omnimodè adver-
sante *Angelo Sangrino* uno tunc ex Definito-
ribus, speciali ejusdem Capituli decreto no-
vum Catanæ moliendi Cœnobium, faculta-
tem impetrarunt. Igitur

XXII. *D. Joannes Maria Candora ab Agyrio* Anno Christi. 1558.
nostri Cœnobii Alumno anno 1558. ad ejus-
dem regimen assumpto, statim manus ad opus
admovent, & loco ad occidentalem Urbis pla-
gam delecto de licentia *Nicolai* Catanensis
Episcopi novæ constructionis, quæ Urbis di-
gnitati, & Congregationis magnificentiæ re-
sponderet, aggrediuntur initia. Die 28. No-
vembris ejusdem anni solemni pompa primus
ædificii lapis multis precationibus sacer à Joan-
ne Lacerda Siciliæ Prorege, magna Procerum
comitante frequentia, in fundamenta demis-
sus est, dehinc provecta constructio.

Anno 1560. è veteri Cœnobio Catanam ve- 1560
nientes Monachi in domum S. Salvatoris, quæ
prope mœnia, ut diximus pro *Grangia*, seu
hospitio inserviebat, se receperunt, ubi, ne
Divini Cultus obsequium in aliquo collabe-
sceret, Ecclesiasticis, monasticisque exerci-
tiis, pro ut loci patiebatur angustia, con-
tinuo intenti, usque ad annum 1578. persti-
tere; id quod advertit Grossi.[d] Joannes in- d Not. Eccl. Cat. Ord. 3. med. 5.
terim Abbas 3. regiminis anno immatura mor-
te sublatus est.

XXIII. *D. Gervasius à Bergomo* anno 1561. 1561
Hic novi Cœnobii ædificiis promovendis in-
tentus biennium exegit.

XXIV. *D. Damianus à Novaria* anno 1563. 1563
in divinarum rerum cultu, atque ædificiis,
bonisque Monasterii augendis solicitus. Per
hæc ipsa tempora Nicolaus Maria Caracciо-
lus Catanensis Episcopus Cathedralem Eccle-
siam à prima institutione Monachis concessam,
in sæcularem statum redigendam contendebat;
id quod ad votum impetrato à Pio IV. Pontif.
Max. Diplomate, pene obtinuerat Romæ 15.
Kalendas Januarii 1565. ejus tamen obnixus 1565
conatibus Philippus Siciliæ Rex, quod Testa-
toris, ac Fundatoris voluntas defraudaretur,
*ut Monachi ad regularem observantiam, & vi-
tæ monasticæ rigorem per Casinenses Patres ad
instar Cœnobii, & Ecclesiæ Montisregalensis
instituerentur*, datis Matriti literis die 1. Ju-
nii 1566. præcepit. Idipsum etiam Pius V. 1566
qui Pio IV. successerat, anno Pontificatus sui
primo Casinensibus in generali Capitulo coa-
ctis, rem solicitante eodem Philippo Rege im-
peravit: *quatenus Catanensis Ecclesiæ Mona-
chos per suos reformarent, ac visitarent, neque
deinceps iidem Monachi eorum Congregationi
subjecti sub ejus viverent constitutionibus*.[e] Hoc e Ex veteri S. Martini Chronico in Tabul. S. Nicolai.
Apostolicum Diploma sub die 13. Augusti
ejusdem anni in veteri S. Martini Chronico
simul cum literis Philippi Regis relatum vi-
dimus, quod tam noster Pirrus, tum etiam
Grossi dissimularunt; immo Catholici Regis
opera in hac Monachorum suppressione obti-
nenda usum fuisse Episcopum scripsere, qui
re infecta non multo post fato cessit.

XXV. *D. Angelus à Cajeta* anno 1567. Ab- 1567
bas renunciatur, qui novæ etiam structuræ
omnem adhibuit operam. Sequenti anno An-
tonius Faragonius, qui Nicolao Episcopo suc-
cesserat, novis Clericorum Sæcularium, bonis
Monachorum inhiantium, stimulis actus, in-
choatum à Nicolao opus, novo à Pio V. obtento
rescri-

Anno Christi. 1567.

rescripto 5. Idus Februarii, absolvit. Renuentibus enim Casinensis Congregationis Patribus Monachorum S. Agathæ reformationem aggredi, ne cum Episcopis quotidie certare compellerentur, præcepit Pontifex, ut loco illorum, qui jam defecerant, sæculares Presbyteri subrogarentur; reliqui verò in communi viventes ad mortem usque dignitate fruerentur.

XXVI. *D. Franciscus Florentius ab Adrano* S. Nicolai Monachus anno 1569. vitæ integritate, ac morum innocentia præcipuus, post non pauca regularis disciplinæ, rei familiaris, atque ædificiorum incrementa, cum ab ipso majora expectarentur, immaturè decessit an. 1572. 1572

1573 XXVII. *D. Chrysostomus à Gangio* è Cœnobio S. Martini ad nostrum translatus laudabiliter præfuit.

XXVIII. *D. Andreas à Panormo* S. Martini Alumnus impigre Monasterii constructionem prosequutus, magna Sanctitatis opinione, ac prudentia rem Monasticam administravit ab anno 1574. ad 1576. 1576

XXIX. *D. Michael à Brixia* eodem anno assumptus, in novo perficiendo Cœnobio quam maximè adlaboravit; adeout vigesimo à prima fundatione jam revoluto anno recipiendæ familiæ accommodum, aptumque haberetur. Verum ad generale Capitulum evocatus, rem *Placido à Brixia* Messanensi Abbati, ac nostro claustrali Præposito perficiendam reliquit, qui 1578 9. Februarii 1578. [a] solemni Magistratus, totius Populi, ac Cleri Regularis concursu, indicta supplicatione, Sanctissimum Domini Clavum in argentea custodia innumeris circumardentibus cereis delatum, sacrasque Reliquias in novam Ecclesiam magno plausu intulerunt.

a Chr. Mon. cap. 26.

1579 XXX. *D. Michael à Concordia* generalis Capituli decreto Abbas noster designatur, sub quo regularis observantia, rerumque sacrarum cultus non modicum suscepit incrementum.

XXXI. *D. Gervasius à Valletellina* anno 1580 1580. non minori studio absolvendis Cœnobii ædificiis, iisque expoliendis incubuit. Per idem tempus *Cyprianus à Leontino* cucullo noster S. Angeli de Caeta Abbas effloruit, qui mox Neapoli mortem egit. De eo infra.

XXXII. *D. Paulus Gravina* nobilibus, atque Regum propinquitate illustrissimis Parentibus Catanæ ortus, Professione S. Nicolai Alu-1581 mnus ann. 1581. ejusdem Cœnobii Abbas denunciatur. Hic primo S. Pauli de Urbe Prior adscitus, dehinc S. Benedicti Castrivillarum Abbas creatus, quum omni virtutum laude, prudentia, & scientia in primis commendaretur, ad reformandum S. Basilii ordinem per Calabriam, & Siciliam à Gregorio XIII. assumitur, ejusdem Congregationis *Præsidens* renunciatus. [b] Eo in munere gloriam sibi non modicam comparavit, ex quo ad suorum regimen translatus, integro quinquennio, sic disciplinæ monasticæ rigorem tutatus est, ut Monachorum etiam benevolentiam retinuerit. Cœnobii bono jugiter intentus, redditus adauxit, ædificia perfecit, virtutes promovit. Tandemque optima de se relicta opinione, piè decessit. De eo rursus dicemus.

b Chr. Mon. in addita.

A XXXIII. *D. Romanus à Politio* S. Martini monachus præfuit ab anno 1588. magna prudentiæ, ac virtutis laude usque ad 1590. Anno Christi. 1588.

XXXIV. *D. Theophilus à Mantua* eodem anno Cœnobii prædiis, ædificiis, saluti denique Subditorum mirè consuluit. 1591

XXXV. *D. Eusebius à Roccagloriosa* monasticæ integritatis custos, vigilantissimus per biennium.

XXXVI. *D. Hieronymus à Potentia* anno 1594 B 1594. vitæ integritate conspicuus.

XXXVII. *D. Romanus Jordano* cucullo, & Patria Catanensis anno 1597. præ suis Antecessoribus absolvendo Cœnobio totum adjecit animum. A Claustro exorsus magna pompa, ac Populorum frequentia primùm ejus lapidem auspicatissimè demisit; externum Cœnobii prospectum lapidibus ornavit, parietes, & fornices pro Bibliotheca ordinanda absolvit: C Denique prædiis, ac latifundiis comparatis, redditibus auctis, Monasterii incremento mire consuluit. Præfuit annis quinque. 1597

XXXVIII. *D. Paulus Gravina* à *Catana* hujus nominis II. S. Nicolai alumnus vix in regimine duobus exactis annis ultro se abdicans reliquum vitæ cursum sanctè, ac piè confecit ann. 1626. relictis aliquot ingenii monumentis. Hunc cum altero Paulo, de quo superius, confundit Grossi [c]. De eo nos infra. 1601

c Dec. Cat. Cons. mod. 3.

D XXXIX. *D. Paulus à Venetiis* anno 1603. optimè rexit per biennium. 1603

XL. *D. Euphemianus Casagrande* monachatu, & Natalibus Catanensis. Fuit Euphemianus vir in omnibus excultissimus, magnarumque rerum promotor; Claustrum, seu Peristylium, quod pilis ex albo Syracusarum lapide suffultum voluit Jordanus, augustius ex pario marmore, quinquaginta duabus, pilarum loco, subrogatis columnis, conficiendum E curavit, Orientis Dormitorium pene inconfectum absolvit, ætate denique gravis, meritis locuples die 23. Augusti anno 1607. diem clausit extremum. 1605 1607

XLI. *D. Romanus Jordano* iterum ad regimen assumptus anno 1608. seipsum longe superavit, Claustri ædificium perfecit, Cœnobii jura strenue defendit; mortuus denique est die 30. Januarii 1611. vix in regimine triennio exacto. 1611

F XLII. *D. Faustus ab Adrano* S. Nicolai monachus, ejusdemque Abbas 1611. sexto post mense die 4. Decembris immaturè decessit.

XLIII. *D. Gregorius Motta* à Catana anno 1612. Fuit Gregorius eximiæ solertiæ, & prudentiæ vir, eique adscribenda venit Xysti, seu porticus marmoreæ peristylio insidentis fundatio. Illum piorum operum promotorem Pirrus appellavit, [d] quo quidem titulo, ædificiorum ornatu, atque eleganti picturarum varietate concinnato Cœnobio, ejusque juribus acriter vindicatis, sese dignissimum ostendit.

d Lib. 4. p. 3. not. 1.

Per hæc ipsa tempora *Seraphinus Ferrerius* è nostris Militellum ad novum sub titulo S. Patris Benedicti fundandum Cœnobium ab Joanna Austriaca Francisci Branciforti uxore accersitur, cujus haud multo post Abbas

Anno Christi. 1616.

constituitur anno 1616. Dehinc vero Fundroni, & S. Flaviæ præfectus, Cœnobiis illis magna opinione integritatis administratis, Catanæ in Monasterio suæ professionis dies clausit, 1624. De eo inferius, ubi de Viris illustribus.

In Casinensi Bibliotheca nuper ab Eruditissimo Abbate D. Mariano Armellini edita legitur, ᵃ Franciscum Barrionovum sua de sacra Poesi opuscula anno 1616. *Angelo Grillo Januensi* per id temporis Abbati S. Nicolai de Arena Catanæ dicasse. Hinc diu hæsit animus, an post Gregorium num. 44. nostros inter Præsules esset Angelus locandus; eo vel maxime, quod Barrionovus in Sicilia scripsit. At in Chronico Monasterii laudatus Gregorius ab anno 1612. ad 1617. per quinquennium Abbas dicitur; Siculis aliunde, ut plurimum, Cœnobiorum Siciliæ regimen demandatum tunc temporis, evincunt Abbatum nomina in notitiis, quas dabimus. Cæterum ex Angeli Grilli viri eximii, paucisque comparandi Præfectura non modica inde gloria nostro accederet Monasterio; potuitque vice ejusdem Angeli eodem anno totius Congregationis Præsidis fungi Gregorius in S. Nicolai Catanæ sub Administratoris titulo, Abbatis munere. Seriem Chronici nihilominus sequentes

a Par. 3. fol. 174.

1617 XLIV. *D. Andream à Panormo* S. Martini Monachum anno 1617. Abbatem constituimus. Hic Porticum marmoream non minimum extulit, pietate, zelo, ac charitate maximè in pauperes se commendavit.

1622 XLV. *D. Theodosius de Mastitio* Patria, & Monachatu Catanensis ab an. 1622. ad annum 1627. laudabiliter rexit, ac pro sedandis nostros inter, & Paternionis magistratum jurgiis à Tribunali Regii Consistorii literas obtinuit 26. Martii, quibus sarta tecta jura Cœnobii servantur. ᵇ Ad S. Placidi regimen assumptus, cum ibi aliquandiu præfuisset, a quodam *Cosma la Fauci* propter justitiam jugulatus, interiit. Cosmas post abscissam sacrilegam manum suspendio necatus, dignas parricidii pœnas exolvit.

b Ex Tabul. Monast. Arch. 10.

1627 XLVI. *D. Gregorius Motta* rursus anno 1627. Xystum ab se fundatum infra coronidem absolvit. Sequenti anno cum *Innocentius Maximus* Catanensis Episcopus publicis supplicationibus pro Jubilæo indictis, nostros etiam Monachos ad illas celebrandas, compelleret, fortiter Gregorius restitit, ab eo onere Casinenses Eugenii IV. rescripto exemptos asserens,
1628 verum contendens Episcopus, Monasterii Ecclesiam sacris interdixit. Hinc res in judicium vocata Monasterio adjudicatur. ᶜ

c Ibidem Arch.

Compositis cum Episcopo dissidiis, Bibliothecam à Romano Jordano inceptam, compa-
1629 ratis undique libris, ac veteribus illatis, Gregorius absolvit, adeout nulli alteri secunda Catanæ haberetur. Eam libris innumeris, & pervetustis codicibus mss. refertam prodidere Pirrus, & Grossi. Horum tamen maximam sane partem inter terræmotus ruinas an. 1693. periisse dolemus. Post hæc Gregorius è vita
1630 migravit die 18. Junii 1630.

1631 XLVII. *D. Andreas à Messana* S. Placidi sodalis, eximia prudentia præfuit anno 1631.

1632 XLVIII. *D. Innocentius Russo* nobilissimis Parentibus Catanæ ortus S. Nicolai Alumnus. Hic ex Cancellario Congregationis, Militelli primum, Fundronis, & Gangii Abbas, hoc denique anno 1632. nostri Cœnobii præfectura donatus, pro tuenda Monasterii immunitate plurimum insudavit; variisque jurgiis vexatus, magna solertia, & dexteritate, summo rei monasticæ incremento, victor ex omnibus evasit, sexennio exacto ad Abbatiam S. Martini evectus, ibi non minori prudentia, quàm vitæ integritate se commendavit; tandem solo contentus titulo, regimen dimisit, sanctisque operibus intentus finem vitæ expectavit die 26. Julii 1647. merito à Pirro pauperum refugium appellatus.

XLIX. *D. Andreas à Messana* anno 1638. qui pro vitæ meritis secundo optimi regiminis anno Congregationis Præses salutatus, magnum de se reliquit desiderium.

L. *D. Franciscus Cajetano* illustrissima familia progenitus, monasticam vitam in S. Nicolai Cœnobio professus est. Per omnes Religionis gradus ad Cancellariæ munus evectus, & Militelli Abbas creatus, anno 1640. ad suorum regimen assumitur. Fuere inter ipsum, 1640
& *Octavium Branciforte* Catanensem Episcopum contentiones quammaximæ; exposito enim à nostris publicæ 40. horarum orationi Venerabili Eucharistiæ Sacramento die 7. Septembris 1641, vetuit eadem die *Octavius*, 1641
absque sua facultate deinceps id fieri. Episcopi jussionibus haud esse obtemperandum Franciscus Abbas censuit; interdicta ab Episcopo ea de causa Monasterii Ecclesia coram Legato lis examinanda proponitur, cujus sententia Interdicto amoto, exemptum omnino, ac liberum ab omni Episcopi Jurisdictione Cœnobium declaratur ᵈ die 25. Octobris ejusdem anni. Elapsis quatuor annis S. Flaviæ Cœnobio, postmodum Gangio Franciscus noster præfectus, tandem Abbatia sponte se abdicans, septuagenario major Catanæ piissime mortem egit anno 1651.

d Ex Tabul. Monast. Arch.

LI. *D. Maurus Caprara à Paternione* ex nostris etiam Alumnis è Cœnobio S. Placidi translatus anno 1644. Claustro summam impo- 1644
suit manum, ac porticum 12. elegantissimis statuis ex pario marmore affabre elaboratis ornavit, atque absolvit. Nactus dehinc Oeconomum *Stephanum Lazari à Catana*, plura publico ornamento & Monachorum commodo molitus est, Cœnobii dormitoria expolivit, Licodiæ Monasterium nimia vetustate obsoletum, novis ædificiis media Urbe dignissimis restituit, bona ac redditus auxit; *Finochiaria* agros olim Monasterio attributos, multa pecunia profusa, 1645
ab jure pascendi vindicavit, magnam aquarum copiam in agro quodam Cœnobii tribus ab Urbe milliaribus effossam, amplissimis aquæductibus opere arcuato institutis, monte etiam à recto itinere illos prohibente perforato, in Monasterii commodum, atque urbis utilitatem, Catanam usque deduxit. Ex his ad templum conversus ipsum varia, & eleganti pictura ornandum ac pulvere marmoreo dealbandum cura-

Anno Christi. 1649.

curavit, sacris vestibus, argenteis vasis, ac statuis sacrarium ditavit, præclaris denique solertiæ, & beneficentiæ monumentis ubique relictis, ad Gangii veteris Cœnobium translatus est anno 1649.

LII. *D. Epiphanius Bellacera à Panormo* S. Martini Monachus eodem anno suffectus, optime rexit per triennium, de quo præclara scribit Pirrus. [a]

1652 LIII. *D. Thomas à Monteregali* anno 1652. summæ vigilantiæ, atque pietatis exempla reliquit. Per hæc ipsa tempora *Julius Marchesana* nobilitate generis illustris, professione, & cucullo noster Gangii veteris creatus Abbas, summo zelo, & prudentia Monachis illis præfuit, Cœnobiumque prædonum incursionibus obnoxium, è nemore in urbem Castriboni, vulgo *Castelliboni*, transtulit. De eo infra.

1656 LIV. *D. Michael à Panormo* anno 1656. Hic ad generale Congregationis Capitulum profectus, cum ex illo in Siciliam rediret, Neapoli, ubi lues grassabatur, subsistere coactus est, ejusque vices *D. Franciscus Romeo* Abbas genere conspicuus, noster Monachus opportunè subiit, paucisque mensibus optimum se Pastorem exhibuit; mox adveniente Michaele, S. Placidi Abbas designatus, ibi prudentia, & virtutibus adeo se commendavit, ut pluries à Senatu Messanensi Legatus ad Siciliæ Proregem fuerit destinatus, quo in munere laudabiliter etiam se gessit, obiitque Messanæ 1664.

1659 LV. *D. Claudius Caponetto à Catana* vitæ innocentia, & morum integritate illustris, Patrio S. Nicolai Cœnobio Abbas præficitur anno 1659. quod ære alieno gravatum nedum sublevavit, sed & prædiis, ac censibus auxit. De *Ludovico Batteato*, qui sub hoc Abbate magna sanctitatis opinione floruit, inferius, cum de Viris illustribus, dicemus.

1664 LVI. *D. Epiphanius à Panormo* è suo S. Martini, quod Claudius regendum susceperit 2. ad nostrum assumitur anno 1664. qui sibi semper æqualis magna prudentiæ laude, rem monasticam per biennium gubernavit.

1666 LVII. *D. Vincentius à Messana* in regiminis solertia nulli secundus anno 1666.

LVIII. *D. Gratianus à Messana* S. Placidi Monachus per annum.

1667 LIX. *D. Cæsar Gotto Messanensis* ex præclarissimo genere anno 1668. ob cujus absentiam Alexander à Panormo Abbas Administrator anno sequenti deligitur. Cæsarem laudat Pirrus. [b]

1669 Annus hic inter teterrimos merito à nostris accensendus, memorabilis Ætneo incendio fuit. Quandoquidem die 11. Martii post ingentes terræmotus, horribilesque montis tumultus, quinque vasti gurgites, seu hiatus ignem, lapides, ac sabulum ad Cœlos usque evomentes, aperti sunt, quorum duo prope *Fusare* montem statim occlusi, reliqui verò duo prope eumdem à meridie, & quintus inter *Salazare*, & *Monpilerii* colles, tot, tantisque exundare flammis cœperunt, ut Catanam usque ad duodecim passuum millia stratis undique Pagis, absorptis terris, æquatis vallibus, fluvius igneus ceu liquefacti metalli, præcipitanter defluxerit; inde in Urbis mœnia die 16. Aprilis, qua occidentem ipsa respiciebant, irruens, prope Cœnobium ubique, quæ ad ornatum erant, viridaria, pleraque antiquitatis vestigia, Naumachiæ in primis, & Aquæductuum rudera penitus obruit.

Interim publicæ preces, supplicationes, ac liturgiæ ad divinam ultionem avertendam indictæ sunt, & sacer Domini Clavus à nostris ad truculentum vastatorem ejurandum exponitur. At nihilo pacatior implacabilis hostis mare ingressus, Urbem à meridie die 23. ejusdem mensis aggreditur, tanto Civium terrore, ut domestica supellectili, bonisque aliis sublatis, lugentes Catana excederent. Novis denique adauctus profluviis hora 15. trigesimo Aprilis mœnia ipsa collidens ictu oculi urbem pene obruendam ingreditur, Cœnobiique pomario incenso, ab occidente, à meridie, & septemtrione Cœnobium ipsum absque cunctatione vastandum obsidet; inde S. Mariæ Majoris, & S. Hieronymi Ecclesias invadens, occupatis semitis, vastatis domibus, per Cœnobii vicinia ubique grassatur. Monachi alio abscedere coacti, uno excepto *Ludovico Batteato*, cujus supra tetigimus merita, proximam spectatissimi ædificii lamentabantur ruinam, Cives quotquot erant reliqui huc, illuc aufugientes, Urbis certum opperiebantur exitium.

Demum 11. die Junii consilio, & opera nunquam satis laudati Ludovici Sanctæ Agathæ Reliquiis cum Sanctissimo Dominicæ Passionis Clavo è Cœnobio contra ignem expositis, imminentia incendii pericula Monasterium, atque Urbs omnis evasit. Cæterum ab 11. Martii ad 11. Junii, tot igneus torrens intulit damna, ut decem & octo pagos vel penitus, vel magna ex parte eruerit, agros vastissimos ab Occidentali plaga ad Meridiem maximo Incolarum dispendio vastaverit; denique quinque Urbis propugnacula ita nigris lapidibus vallavit, ut alia pene obruta videantur, reliqua, & Castrum ipsum, vix usui esse possint. Cœnobii nostri pomarium, stabulum, horrea aut solo æquavit, aut magna lapidum mole, quam lingua vernacula *Sciara* appellant, opplevit, dormitorium occidentale, & septemtrionale non minimum affecit, Ecclesiam denique adeo quassavit, ut catenas ferreas fornicibus hærentes inflexerit. Interim ineunte mense Majo Alexander discesserat, & generalis Capituli decreto

LX. *D. Claudius Caponetto* secundo ad Monasterii regimen assumptus, solemni pompa debitas divinæ largitati gratias pro servato Cœnobio persolvit; moxque ad reparanda Ecclesiæ ædificia totum adjecit animum ad an. 1672. quo ad S. Benedicti Militelli præfecturam translatus, cum illam aliquandiu ægra valetudine administrasset, Catanam reversus, inter suos piè, ut vixerat, obdormiit. Illum multis virtutibus clarum, àc vitæ perfectione insignem nostri seniores deprædicant; 1672

qua-

[a] Lib. 4. p. 2. Not. ...

[b] Not. 1. Ab. S. Ben. lib. 4. p. 2.

Anno Christi 1672. quater enim per hebdomadam flagris se cruentabat. Psalterium Marianum nudipes super acutas testulas incedens, recitabat, ut merito inter illustres pietate viros veniat accensendus.

1673 LXI. *D. Alexander à Panormo* rursus Abbas anno 1673.

LXII. *D. Honoratus Columna à Catana* dictus, sed Mænis oriundus, ex Monasterii alumnis anno eodem. Hic splendorem generis eximii summa prudentia, ac mira in rebus gerendis dexteritate, zelo denique, ac pietate exornans, natus ad res maximas agendas visus est. Magister Novitiorum, quot in spiritu, & monasticis institutis educavit filios, tot perfectissimos maximo Cœnobii bono protulit Monachos; Præposituram multis annis laudabiliter gessit; Montisregalis denique Cœnobii Abbas salutatus, summa vigilantia, ac monasticæ disciplinæ nitore omnibus præluxit, atque ad nostrum hoc anno assumptus, innumeris nominibus sese commendavit; Ætneorum enim lapidum congeriem, quæ ut innuimus, ædificiis hæserat, arcendam jussit, columnis, & arcubus testudines, & parietes ignis propinquitate affectos, fulcivit, ea denique, quæ Claudius Prædecessor inceperat, provexit non solùm, sed & fermè absolvit. Ex his ad sacra conversus, Ecclesiam S. Mariæ Vallis Josaphat Paternionis expolivit, sacris vestibus, argenteis vasis Sacrarium exornavit, adauxit. Studia Philosophiæ, Theologiæ, Juris Pontificii, & sacræ Scripturæ penè collabentia, doctissimis nostræ Congregationis viris ad easdem scientias suis explanandas accitis, strenuè promovit. His, aliisque intra quadriennium gestis, Platiæ primùm, dehinc Messanæ Abbas designatur.

LXIII. *D. Severinus ab Asculo* Cavensis

1676 Monachus anno 1676, qui eruditione, ac scientia præstantissimus, ut erat, Honorati inhærens vestigiis, ab eo instituta non modicum provexit, omniumque animos sibi mira facilitate, & prudentia devinxit. Huic post biennium successit

1678 LXIV. *D. Cæsareus Bellacera à Panormo*, qui etiam biennio exacto, magna opinione dexteritatis, atque in Monachos benevolentiæ fato concessit.

1680 LXV. *D. Stephanus Lazzari* Patria, & cucullo Catanensis anno 1680. Hic per omnes dignitatis gradus, in quibus egregiè se probavit, ad Præposituram evectus, eam per annos viginti, & amplius magna vigilantia, ac zelo Fundronis, Militelli, & Catanæ administravit. Sacris donatus infulis anno 1677. Montisregalis Cœnobio præfectus, eoque munere laudabiliter functus, ad nostrum hoc anno translatus est, statimque paucos post menses die 18. Octobris ætate grandævus inter mærentium discipulorum manus expiravit. Pietate in pauperes enituit Stephanus, ac maxima devotione erga Deiparam affectus, ab ea vicissim meruit aliquando ab imminenti periculo liberari; quadam enim die ante ejus altare in Monasterio Licodiæ orans, fulmine percussus non sine prodigio servatus est. Ejus loco

LXVI. *D. Honoratus Columna* Administrator eligitur anno 1681. dehinc sequenti 1682. Abbas secundo renunciatus, priori regimini non parum gloriæ adjecit. Præerat eo tempore Catanensi Ecclesiæ *Michael Angelus Bonadies*, qui de *exemptione à decimis* super bonis Monasterio legatis, aut sub annuo censu attributis, contendebat; sed res in judicium vocata, Honorati solertia post multos labores die 11. Junii 1682. nostris adjudicata est*. Rebus cum Episcopo compositis, ad levandum Monasterium ære alieno gravatum, Honoratus se dedit, ac vineis, frutetis, pomariis institutis, aquarum denique molis extructis, quammaximis incrementis redditus adauxit. S. Nicolai de Nemore Cœnobium, ejusque Templum pene collabentia, ad pristinum decorem revocavit, Ecclesiam S. Salvatoris in Oppido Ceramis restituit. His omnibus, pro concinnando Catanæ Sacrario, argentea vasa, lampades item argenteas, ac sacras vestes adjecit, ut vix credi possit tot, tantisque beneficiis quadriennium suffecisse. Usus est Honoratus *Romualdi Rizzari* generalis Oeconomi opera, de quo inferius.

Anno Christi 1681. 1682.

* Tab. Mo. Ar. 5. & 6.

Demum initi regiminis anno 4. novi, ac magnificentissimi Templi aggreditur structuram, atque accito ex Urbe Catanam multo stipendio Joanne Baptista Contini celebri sui ævi Architecto, curat ab eo Ecclesiæ Simulacrum condi, quod ad magnificentiam elaboratum, post maturam discussionem Monachis Capitulariter congregatis, ut omnium votis probaretur, proponit. Quinquennio exacto ad S. Martini assumptus, Visitator Siculæ Provinciæ secundò salutatur. 1686

LXVII. *D. Anselmus à Panormo* anno 1687. qui Congregationis *Præsidens* renunciatus Perusii subsistit, ejusque vice *D. Romualdus Rizzari* à Catana Patrum Decreto Cœnobii Prior adlectus, liberas nanciscitur habenas. Hic familiæ nobilitatem eruditione, prudentia, morum, & vitæ honestate provexit, ac in regiminis solertia, & re familiari gubernanda nulli fuit secundus; omnia Cœnobii munia adeo laudabiliter obivit, ut ex industria, cum cellæ præesset vinariæ, quatuor Aureorum millibus comparatis, ad novum extruendum dormitorium ultro se dederit, & maximo sanè ornamento orientalem Monasterii prospectum tertio ordine, ut vocant, seu contignatione ad elegantiam extulerit. Oeconomiam generalem adeptus, quæ jam supra enumeravimus sub Honorati regimine, duo, & viginti millibus aureis impensis, peritia non modica instituit; hoc denique anno dignitate auctus, seipsum superavit. Cum omnia præsto essent ad novi Templi constructionem die 3. Junii Honoratus noster Pontificalibus insulis, vestibusque amictus, primùm ædificii lapidem Ecclesiasticis cæremoniis sacrum magna Procerum, ac Populorum frequentia in fundamentum injecit. 1687

Post hæc Romualdus, ne momento quidem manus ab opere retraxit, quin ad Cœnobii ornatum simul conversus, novum dormitorium ab

Anno Christi 1689.

ab se fundatum perfectissime absolvit, marmoreum fontem in peristylii centro sculptura, & magnitudine spectandum, novis Aquæductibus exædificatis, maximo Monachorum commodo provexit, difficillima jurgia nostros inter, & Paternionis dominos oborta composuit; Conventione inita cum urbis Catanæ Magistratu, pro Monasterii immunitate servanda litem *de introitu tritici ab omni onere libero* multis annis exagitatam, maximo Cœnobii bono compescuit; * denique sacra supellectili, infulis phrygio opere elaboratis, ac gemmis ornatis, thecis argenteis, & crateribus pro Sanctorum Reliquiis decentius asservandis concinnato sacrario, 3. Regiminis anno ad Monasterium Fundronis translatus, Catanæ nihilominus fabricæ Præpositus remansit.

* Tab. Mo. Arca 6.

1690 LXVIII. *D. Ferdinandus Jennius* nobilissimis ortus parentibus Catanæ, emensis omnibus Religionis gradibus laudabiliter, primùm Militelli, dehinc Montisregalis Abbas designatus, hoc denique anno 1690. ad nostrum assumptus est; nactusque Priorem Innocentium Russo præclari generis, atque ineffabilis prudentiæ, & pietatis virum, facile Cœnobii onus sustinuit. Ad Templum novum statim conversus, ipsum non modicum provexit, mox ad generale Capitulum profectus, cum adhuc Messanæ esset, ob lacrymabile Monasterii excidium Catanam extemplo remeavit.

1693 Dies nona Januarii solito serenior illuxerat, solemque occiduum nonnullæ obduxerant nubes, cum hora noctis quinta terræmotus ingens universam penè Insulam, Catanam cum primis, ac Neti vallem horribili concussione affecit. Hominum nulla penè clades, ac strages; at domus adeo quassatæ sunt, ut dehiscentibus rimatim parietibus, certam exterritis minarentur ruinam. Perculit illico omnium animos terror nimius; quare sub tentoriis ad 24. horam habitantes, precibus interim, supplicationibus, ac lacrymis ad Deum emissis, divinam avertere indignationem, mortemque evadere satagebant. Illucescente die Dominica ejusdem mensis 11. sol pallido, ac sanguineo vultu, proximum veluti portendens excidium, oculos intuentium magno timore affecit; nec ideo à supplicationibus, aut precibus cessatum, usque ad primam supra vigesimam diei horam, qua divina exardescente vindicta, cunctis inopinato, horribiliori concussione tota Insula intremuit, & Catana in primis, aliæque proximæ Vallis Neti Urbes à fundamentis excussæ, solo æquatæ sunt, omnesque penè cives, paucis exceptis, misere ruinis oppressi mortem oppetiere. Lacrymabile spectaculum Cœnobium nostrum exhibuit; nobilis illa ædificiorum majestas, marmoreum Peristylium, omnia denique funditus sunt eversa, & magna Monachorum pars in occinendis vesperis occupata, (uno excepto Monacho, & tribus Commissis, qui forte choro aberant) ad illa verba, quibus requiem animabus defunctorum Ecclesia deprecatur, ruentibus chori fornicibus, ac parietibus, obruta, ad requiem transiit æternam. Ope divina factum creditur, ut aliquot Monachi Licodiæ in Monasterio causa animos recreandi, ut moris erat, per idem tempus degentes, ibi non sine miraculo incolumes servarentur; Qui ut dirutum Cœnobium Catanam redeuntes aspexerunt, flebiles ad Cælum levantes voces, oppressos ruina Monachos ad numerum 32. pio obsequio sepulturæ tradiderunt; inde divinissimæ Eucharistiæ Sacramentum, ac sanctum Domini Clavum conquirentes, cum aliis Sanctorum Reliquiis, veteribus codicibus, scripturis, ac diplomatibus in locum tutum asportate curarunt.

Anno Christi. 1693

His itaque auditis Ferdinandus noster, Catanam illico advolans, opere tumultuario ligneam domum, ubi Monachi degerent, compingere curavit, mox novi Capituli decreto alibi jussus præesse, Honorato Columnæ locum cessit.

LXIX. *D. Honoratus Columna* tertium assumptus anno 1693. Cœnobiolum ex lignis, cæmentisque compactum, statim excitavit, cumque in restituenda re familiari maximè adlaboraret, omnibus sui desiderio relicto, piè, ut vixerat, mortem egit. Monachi, ut loci, ac temporis ferebat angustia, de tam benemerito Abbate funus parentarunt; pauperes Patrem amisisse dolebant, angustia pressi solatium. Honorati in regimine prudentiam pari zelo conjunctam, eruditionem, ac in rebus gerendis dexteritatem, vel invidi mirati sunt. Sæpiùs Nuncii munus pro Catanensi Senatu apud Siciliæ Proregem obivit, ac majori gessit sedulitate; omnium denique linguis, ut Religionis speculum, Politiæ oraculum deprædicatus, omnium Prædecessorum opera superavit, æquavit gloriam. Obiit pene septuagenarius.

LXX. *D. Romualdus Rizzari*, de quo superius, Abbatialibus infulis decoratus, Cœnobii regimen secundò assequitur anno 1695. 1695 statimque in eminentiori urbis loco, à Monialium Cœnobio *Mons Virginum* appellato, novum moliri cœpit Monasterium, atque amplissimam domum, & Ecclesiam ex lignis, cæmentisque compactam extruxit. In eam & Monasterii corpus transtulit, & regulari observantia, ut par erat, reformata, Novitios etiam ad habitum suscepit anno 1697.

1697 Hoc ipso anno mense Novembris scelestissimus quidam è Monasterii famulis *Cajetanus lo Cigno* nuncupatus, clam inclinata jam die Ecclesiam ingressus, impulsa vi, è sacra Custodia Vas cum Divinissimo Altaris Sacramento substulit, & inde se proripiens, sacras particulas in loculo prope Ecclesiam servavit, Pixidem verò in frusta redactam secum longe ab urbe asportavit. Cognito primo mane à Monacho quodam execrabili furto, undique conquirendum raptorem improbum Romualdus præcepit, ac viduatam Sponso Ecclesiam luctuosis aulæis obductam voluit. Interim publicæ Populorum supplicationes magnis pœnitentiæ signis, ad Divinam vindictam pro tanto facinore avertendam, sunt institutæ. Nec post multum in Acis Civitate deprehensus Latro, atque indignum scelus ultro con-

Anno Christi. 1697.

confessus, loculum; ubi Eucharistiam occulerat, ostendit, quæ sublata, & magna veneratione in Pixide reposita, per universam urbem solemni pompa, magnaque lætitia circumfertur. Cajetanus verò Judicum sententia morti adjudicatus, furcis suspenditur, magna de se relicta conversionis, ac pœnitentiæ opinione. Mortuo manus sacrilegæ sunt abscissæ ad exemplum, & ad portam urbis Monasterio proximam suspensæ.

1698 His curis expeditus Romualdus, ad ornandam Ecclesiam, & Sacrarium conversus, Divinum cultum adauxit, nec minori vigilantia redditus novis censibus cumulavit; denique consummatus in brevi, anno regiminis quarto ipsa nocte Innocentium pene improvisa morte sublatus est; si mors improvisa dicenda, ad quam virtutibus eximiis, piisque operibus sese indesinenter præparaverat. Certè Romualdus Ludovici Batteato discipulus, ejus toto pectore hausit vitæ sanctimoniam, morumque innocentiam; quoties enim serò decumbebat, ac si mortis instaret hora, seipsum Deo commendare consuetis Ecclesiæ precibus solebat; paucis antequam expiraret *Gratiano Medici*, qui à sacris confessionibus illi erat, cum pene exhaustis viribus diutina infirmitate, qua laborabat, ageret animam, sese mori paratum, qua Deus hora vellet, esse dixit. Funus à Monachis splendidè, ut tantum decebat virum, paratum est. Sequenti anno paucis post mensibus *Ferdinandus Jojenius* Abbas & ipse, de quo superius, in hoc suo Monasterio defunctus est ætate grandævus.

1699

1700 LXXI. *D. Prudentius à Messana* S. Placidi Alumnus post Romualdum Abbas decernitur usque ad 1703. quo ad Montisrealis Cœnobium assumptus est, ubi naturæ concessit post biennium.

LXXII. *D. Camillus Mancini à Catana*, sed Leontinis oriundus, sanguine illustris, vitæ integritate, & morum innocentia illustrior

1703 Abbas anno 1703. cujus diebus *Franciscus* Cardinalis *de Judice* Siciliæ Prorex fortè Catanam ad Monasterium digressus, à Monachis rogatus, ut facultatem novi extruendi Cœnobii solidis, firmisque ædificiis in eodem Virginum monte elargiretur, re cum suis collata, annuit quidem, at ad hostium conatus, si ferret occasio, eludendos, ut hinc inde propugnaculis ædificium instrueretur, præcepit, quod omnino aversati nostri, ad vetus Cœnobium se recipere statuentes, novum exemplar, quo nil habet magnificentius Sicilia nostra, instituere curarunt; ad cujus normam nova Camillus noster fundamenta jecit, ac vestibulum anterius, clausuræ limites magna ex parte perfecit, quin & novæ Ecclesiæ prospectum evexit.

1705 *Bartholomæi de Alexandro*, quem sibi generalem Oeconomum adsciverat, dehinc adjutus solertia, Cœnobium redditibus, Sacrarium argenteis statuis, ac supellectili pretiosa, Bibliothecam denique innumeris cujusque scientiæ congestis codicibus adauxit; mox novum dormitorium in eodem Monte Virginum (cum nimis arctè Monachi degerent, & novi Cœnobii structura longius protraheretur) excitavit. *Andream Riggio* Catanensem Episcopum jurgium de decimæ solutione sæpius agitatum innovantem, ab inceptis desistere, cum imperturbata animi constantia, tum morum lenitate, & prudentia coegit. [a] Tandemque ad S. Martini translatus, dehinc verò Militelli præfectura functus, Catanæ anno 1709. supremos dies absolvit, non paucis relictis ingenii monumentis. De eo inferius.

Anno Christi. 1707.

[a] Ex Tabul. Monast. Arc. 5. 6.

LXXIII. *D. Benedictus Asmondo* Patria Catanensis, genere illustrissimus, rerum gerendarum peritia, zelo, comitate, prudentia, pietate denique in pauperes nulli secundus, omnibus emensis Religionis gradibus, primùm S. Placidi Abbas designatur, ubi plurimum rectis operibus sese commendavit. Militelli dehinc, tandem 1707. ad nostrum assumptus statim Sacrarium, & Chorum novis ædificiis ampliavit, atque novi Cœnobii constructionem promovit.

Inter hæc ardua lis a quibusdam Rev. Fabricæ S. Petri Procuratoribus in nostros intenta, Benedictum ab opere retraxit: Contendebant hi indebitè S. Nicolai Monachos bonis ac terris ab Isolda Carobene in Insula Melitæ legatis frui; hæc enim ea conditione legaverat, ut sex saltem Monachi in eadem Insula ad Divina officia pro Testatricis anima celebranda, degerent. Causa primùm Melitæ coram Joanne Napulone exagitatur, ubi pro Rev. Fabrica vix, aut ne vix auditis rationum ponderibus, est adjudicata; at cum à nostris ad S. Rotæ Rom. collegium esset appellatum, ibi expensis maturè utriusque partis rationibus, pro nostro Cœnobio est decretum [b]. 1708 1709 1710

[b] Ex Tabul. Monaster. Arca 15.

Exinde ab omni vexatione liber, novo extruendo Cœnobio Benedictus intendit, atque à peristylio exorsus, elatis è solo, ubi diù jacuerant, marmoreis columnis, arcubus, ac fornicibus exædificatis, ipsum in augustiorem formam redegit, multisque aliis maximo Cœnobii incremento institutis, anno 1712. diutina infirmitate, qua laborabat, 1712
excoctus, piissimè ut vixerat omnium mœrore sexagenario major in Domino obdormiit. Fuit Benedictus verè pauperum pater, pupillorum, ac viduarum solamen, quorum sublevandis miseriis non semel omnia, quæ habebat, erogavit; nec minori pietate erga Deum refulsit, cujus cultum non minimum promovit, cujus honori aureum lipsanarium gemmis circumornatum pretiosissimis in quo *SS. Domini Clavus* decentius custodiretur, proprio ære molitus est. Pontificalia, & Sacerdotalia indumenta opere phrygio ad elegantiam elaborata, ac alia ex tela aurea venustissimè concinnata, sacras infulas, baculum argenteum, Pixidem, Calicem insignis cælaturæ, & artificii pene admirabilis, omnia denique, quibus in sacris mysteriis peragendis Abbas, ejusque Ministri solemniter utuntur, absolutissimè confecit, ut merito inter Cœnobii præcipuos Benefactores veniat accensendus. Vacavit Abbatia mensibus undecim, quibus *Bar-*

Anno Christi 1712. *Bartholomæus de Alexandro* Prior Administra- A
tor felicissimè rexit.
LXXIV. *D. Lucius Bonanno* splendore ge-
1713 neris clarissimus, patria Syracusanus, Cucul-
lo noster anno 1713. Gesserat hic tempore *Ro-
mualdi Rizzari* Abbatis magna solertia, &
dexteritate generalem œconomiam, inde Præ-
posituram adeptus, à morte *Camilli Mancini*
Abbas Gangii, & mox Siculæ Provinciæ Visi-
tator fuit renunciatus; ad nostrum denique
assumptus, Præcessoris exemplo novis ædificiis
manum admovit; & Sacrarium elegantissimis B
muneribus ornavit. Verum variis adversanti-
bus curis, ac tempestatibus actus, ob infesta
jurgia, quæ hoc ipso anno & sequentibus in-
ter Episcopum Catanensem, & Regios admini-
stros pro jurisdictione Ecclesiastica obstrepere
cœperunt, cum per triennium magna dexte-
ritate, & prudentia creditum sibi Cœnobium
non tam rexisset, quam servasset, ærumnis
confectus, brevi ex hac vita decessit. A cujus
morte *Æmilianus Uqualdi* ex Senioribus Deca-
nis, ac S. Salvatoris Ceramis Prior regimen as-
sumpsit, qui his malis, ac calamitatibus be- C
ne usus, ad novum provehendum Monasterium
se totum dedit, & prospectum à meridie pe-
ne ad secundum ordinem, seu contignatio-
nem, ut dicunt, absolvit.
LXXV. *D. Seraphinus a Senis* Generalis
1716 Capituli decreto Abbas designatus ann. 1716.
in Italia substitit.
LXXVI. *D. Joannes Guido a Bergomo* anno
1717 1717. Hic etiam Cœnobium sibi concreditum
non invisit.
LXXVII. *D. Bartholomæus de Alexandro* a D
Paternione Abbas Administrator primum ele-
1718 ctus ann. 1718. mox sequenti in Comitiis con-
firmatus, statim instaurando Cœnobio totus
incubuit, ac in novis ædificiis provehendis
diligentiam quam maximam adhibuit; verum
paulo post dum hæc ageret, ac majora in dies
1719 expectarentur, communi mæstitia mense Octo-
bris immatura morte sublatus est. Eluxit in
Bartholomæo vel ab ipsa juventute morum in-
nocentia, disciplinæ monasticæ fervor nimius,
ac in rebus gerendis dexteritas, qua omnia E
Cœnobii munia laudabiliter obivit, & in sa-
cris, humanisque literis non vulgaris peritia.
Dum in minoribus esset, veteres Tabularii co-
dices notis utilissimis illustravit, & Monaste-
rii Chronicon eruditissimè ad sua tempora con-
tinuavit. Generalem œconomiam dum gere-
ret, Cœnobii bona novis censibus auxit, in-
numeris beneficiis cumulavit, supellectili do-
mum instruxit, libris innumeris cujuscumque
scientiæ Bibliothecam; sacris vestibus, atque
divinissimæ Eucharistiæ Ostensorio aureo gem- F
mis ornato, proprio ære instituto, Sacrarium
ditavit; denique his ultimis diebus quam-
maximis Sanctorum Reliquiis, ac celeberri-
mis, sacra in primis Christi Domini spina,
aliisque pretiosis muneribus ornavit.
1720 LXXVIII. *D. Anselmus Danieli* ex Marchio-
nibus Balneorum primaria nobilitate Syracu-
sis exortus S. Nicolai Monachus; In quo uno
omnium virtutum insignia adeo coaluere, ut

nescias an illi dignitas, an ipse contulerit di- Anno Christi. 1720.
gnitati decus. Post emensum in Collegio S. An-
selmi Romano studiorum curriculum, post Phi-
losophicas, Theologicasque Scientias, ac sacros
Canones magna nominis celebritate per plures
annos Catanæ interpretatos, Prior, mox Ab-
bas Patrum decreto anno 1716. creatus, Mon-
tisregalis præfecturam prudentia, lenitate, ac
maxima solertia per quadriennium gessit: De-
nique hoc anno 1720. nostra donatus, ac ma-
gna lætitia exceptus, illico in novis ædificiis
provehendis omnem navavit operam, ac dili-
gentiam adhibuit. Ornando sacrario intentus
lychnos argenteos proprio ære instituit, sa-
cram, ac domesticam supellectilem adauxit;
Vestes pro singulis ministris Abbati pontifica-
liter celebranti inservientibus, alias ex tela 1724
aurea decentissimè ornatas, alias ex olosérico
variis coloribus, ac auro intextas, alias de-
nique opere phrygio elaboratas voluit, aliisq;
innumeris ornamentis Ecclesiam concinnavit.
Monachorum regimini maxima vigilantia, ac
zelo incumbens, morum suavitate, summa in
rebus gerendis prudentia, ac erga subditos fa-
cilitate eximia, & benevolentia omnes sibi de-
vinxit, exterosque etiam in sui obsequium
pellexit; Regularis observantiæ strenuus as-
sertor, præcipua erga Deiparam, ac sacræ
Christi Domini Infantiæ mysterium devotio-
ne affectus, cælitum sibi amorem conciliavit.
Post sexennium S. Benedicti Militelli Cœnobio
præesse jussus, ibi non modicè se commenda-
vit, ut in ejusdem Monasterii notitia dicemus.
Decessit die 20. Augusti anno 1730. ætatis 60.
Extat de Anselmi præclaris facinoribus ora-
tio in ejus funere Catanæ habita ab eloquen-
tissimo *D. Innocentio Raphaele Savonarola* Cle-
rico Regulari Typis edita anno eodem. De
eo inferius.
LXXIX. *D. Ildephonsus Arezzi* à Ragusia
eximiæ nobilitatis, lenitatis quammaximæ, 1726
ac prudentiæ vir, sed & morum Innocentia
nulli secundus. Romæ diu versatus, ac ma-
xima Nicolao Tedeschi Archiepiscopo Apame-
no, olim Liparensi Episcopo familiaritate con-
junctus, ibi apud Curiam magna solertia, &
dexteritate Comprocuratoris totius Casinensis
Congregationis munere functus, mox Lerinen-
sis Prior, anno denique 1720. Abbas creatur.
Siculæ Provinciæ Visitator adlectus, S. P. Be-
nedicti Militelli primò Monasterium regen-
dum suscepit, ubi plurimum sese per quadrien-
nium probavit, atque Ecclesiam, fornicibus
tribunæ, ac absidis ædificatis, murisque ere-
ctis, ara maxima insuper juxta ritum solemni
pompa dedicata, perfectam voluit. Denique
anno 1726. ad nostrum translatus exstruendo
novo Monasterio serius intendit, accitoque
Messana non ignobili Architecto, quæ minus
in illo congruebant, emendari jussit, ac ma-
gna ex parte confecit. Præcessorum dehinc
inhærens vestigiis summo rei monasticæ incre-
mento, ac sui gloria non modica domum fa-
miliari supellectili, Ecclesiam variis, pretio-
sisque ornamentis concinnavit, zelo regularis
observantiæ, largitate in pauperes, animi

Anno Christi. 1730.

mansuetudine omnibus præluxit. Anno porro 1730. novi Templi structuram diu intermissam promovit, aureo calice pretiosis lapillis ornato Sacrarium donavit, & lipsanario item aureo Sanctissimi Clavi, pedem, ut ajunt, aureum adjecit.

Ab unione igitur cum Casinensi Congregatione 52. Monachorum Collegio nostrum S. Nicolai Cœnobium decoratur, quorum duo Abbatis dignitate, duo autem Prioris munere fungi debent. Abbas noster in generalibus Regni Comitiis 53. profert suffragium, ad quem etiam conferendi quamplura Beneficia Ecclesiastica simplicia jus spectat Patronatus ab immemorabili. Vigent in eodem Cœnobio Ecclesiæ cultus præcipuus, eximia pietatis opera in pauperes, quorum ingens numerus, & copia bis per hebdomadam pane reficitur, ac eleemosynis quotidie etiam sublevatur, denique scientiarum ad juventutem informandam assidua lectio. Bibliotheca, quam olim innumeris libris MM SS. Græcis, ac Latinis refertam testantur Pirrus, & Grossi, [a] inter terræmotus ruinas anno 1693. non modicum est imminuta, sed recentioribus cujusque scientiæ codicibus congestis, in pristinum splendorem restituta, 4000. & amplius voluminibus nobilitatur, novissimè ex Abbatis *D. Anselmi Daniele* legato sexcentis aliis, & præstantissimis libris aucta, ut facile non ultimum inter Siculas obtineat locum. Inter Msta omni exceptione dignus sacer Bibliorum codex in membranis mirabili artificio, & apicum pulchritudine calamo exaratus, censetur; Regula S. Patris Benedicti, cui Sicula lingua constitutiones peculiares discretione mirabiles ab antiquis Monachis sunt adjunctæ; Martyrologium Rom. Eccles. ab anno 1254. conscriptum; omnia denique ad sacros ritus spectantia, paris artificii, & elegantiæ asservantur. Extat de vita, & facinoribus Friderici Regis Liber Nicolao Speciali Auctore in membranis etiam, & Ugonis Falcandi Historia, S. Remigii Episcopi Explanatio in Psalmos, atque aliorum opera, quæ typis jam cusa omnium manibus teruntur. Inter papyraceos Urbis Catanæ Historia duobus tomis comprehensa ab Octavio de Archangelo Catanensi conscripta, atque à nostro D. Valeriano de Franchis (de quo infra) in meliorem ordinem digesta: Item Historiæ Michaelis de Platia, & Simonis de Leontino paucis obviæ enumerantur, atque aliorum opera de variis scientiis, ac artibus, ex quibus nonnulla, data occasione, inferius recensemus.

a In Notit. Cat. Eccl.

Tabularium denique Autographis Regum, Principum, ac Roman. Pontificum diplomatibus locuples, S. Mariæ Vallis Josaphat in Jerusalem, Roboris grossi, & S. Mariæ Novælucis Catanæ monumentis, aliisque publicis, ac privatis tabulis instruitur. Complures Sanctitate, meritis, ac scientia celebres idem Cœnobium fovit, genuitque Alumnos, Prioratus, & Ecclesias annexas habet, celeberrimis SS. Reliquiis decoratur, de quibus suo ordine agemus.

Anno Christi.

Insignes SS. Reliquiæ.

CElebrior Passionis Dominicæ memoria, quæ per Siciliam decenter colitur universam, sanè illa est, quam in SS. Domini *Clavo* Cœnobium nostrum veneratur, & servat. Hujus divini pignoris donatio Martino primo Siciliæ Regi refertur, qui sæpius Catana ad Monasterium digressus, ac loci religione captus, Monachos nostros larga munificentia præter innumeras libertates, & gratias, eo pretioso munere locupletavit. Ejus veritas, ac mira vis multis est argumentis comprobata; in liberandis enim Energumenis, vel ipsum gossipium ejus attactu sacrum mirabile semper fuit; Variis morborum generibus vexatos, aqua, qua ablutus, sericum, quo tegitur, non semel sublevavit. Aquæ penuria laborantibus civibus, igneis Ætnæ eructationibus, locustarum incursionibus, terræmotibus denique, aliisque malis appetitis prestò invocatus, vel de repente optatum attulit auxilium; Vetus Cœnobium S. Nicolai de Nemore igneis torrentibus pene obruendum, mirabiliter eripuit anno 1437. 3. Idus Maji, ut ad hunc annum innuimus; novum denique à peste anno 1576, quæ Monachum quemdam invaserat, atque ab igne denuò 1669. immune servavit. Illud mirandum, quod de Sacrista Monacho nostrum Chronicon, & ex eo Cajetanus, & Grossi referunt [b]. Anceps is, an Clavus esset Dominicus, clam in ignem injecit, cum ecce terræmotus ingens prope Ecclesiam factus, ut pene ruere à sedibus illa videretur; ad quam concito cursu venientes Monachi, Sacristam semimortuum humi jacentem invenerunt, SS. Clavum supra tabulatum sacrarum vestium extra custodiam repositum. Vivificatus Monachus rem ex ordine narravit, & incredulitatem suam fassus, hunc Domini Clavum esse cunctis coram asseruit. Præterea anno 1549. Mulier quædam maligno vexata spiritu, ad vetus Cœnobium veniens, ut passionis Christi merito, ope divinissimi Clavi liberaretur, in Ecclesiam deducta (cujus Cœmeterium ægrè, & reluctanter adiit; torquebatur enim malignus hostis, ut ejuratus postea dixit, ab illis, quorum sacra corpora ibi tumulata jacebant) atque ab Abbate, qui sacrum instrumentum manu sinistra, dextera verò Mulieris frontem tenebat, adjurata, ut veritatem ad sui confusionem & ignominiam ediceret: *Est Clavus Domini*, tenui voce respondit, & denuo coacta; *Est Clavus Domini*, magna voce exclamavit, mulieris linguam maligno spiritu movente. Tum Abbas: *Quam confixit Dominici corporis partem?* magno ejulatu, & lacrymis, *Ut quid me cogis*, respondit, *ut quid me crucias? dexteram confixit manum*. Rursumque ab Abbate ejuratus, liberam feminam reliquit, quæ mox devotè rependit grates. Hæc duo memoratu digna ex aliis innumeris excerpta, atque à Cajetano allata, ut fidem adstruant, referuntur.

b Caet. tom. 2. SS. Sic. Gros. Dec. Cor. 1. mod. 5.

Tam pretiosæ Reliquiæ festiva memoria die

Anno Christi.

die 14. Septembris magna pompa, & celebritate quotannis a nostris recolitur, ac per urbem magna populorum frequentia SS. Clavus circumfertur. Sexta item feria Passionis, & quoties gravis angustia urbem opprimit, publicè exponitur orationi.

Aliis etiam præstantioribus dominicæ Passionis decoratur memoriis nostri Cœnobii Sacrarium, *S. Cruce* in primis, cujus frustulum aurea cruce inclusum idem Martinus Rex Monachis dono dedit. Frustulo *vestis purpureæ* à Regina Eleonora inter alias SS. Reliquias nostris legato. Non minima parte *Vestis Albæ*, quam Herodis jussu Salvator induit, ex dono ejusdem Eleonoræ Reginæ; Frustulo *Columnæ Marmoreæ*, *Spina Sacrosancto Sanguine intincta*, quam magna solertia D. Bartholomæus de Alexandro Abbas diu conquisitam, Monasterio legavit. Aliis *Crucis* frustulis ab eodem de Alexandro donatis, *Capillis B. M. V.* in unum colligatis ex dono ejusdem Eleonoræ. *De Veste Beatissimæ Virginis*, *de Pannis Domini Salvatoris*, *de Veste S. Joseph*, *de Ligno Præsepis Domini*, ex dono ejusdem de Alexandro. *Ex Ossibus SS. Innocentium*, *ex Ossibus S. Petri*, *S. P. Benedicti*, *S. Mauri Abbatis*, *S. Viti Martyris*, *S. Gregorii PP. S. Flaviæ V. M. & Germanorum*, *S. Placidi M. SS. Apost. Jacobi*, *Bartholomæi*, *Philippi*, *Simonis*, *& S. Marci Evang. Ex Barba S. Zachariæ Præcursoris Domini Patris*, *Dente S. Joachimi*, *Dente S. Joannis Baptistæ*, *Dente S. Pauli Apost. Digito S. Thomæ Apost. Papilla S. Agathæ V. M. Catanensis* ex dono Monachorum S. Agathæ, *Sagitta S. Sebastiani M. Cranio S. Barbaræ V. M. Dente S. Laurentii*, *Pelle*, *Osse poplitis*, *& parte Costæ S. Nicolai Myrensis Cœnobii nostri Tutelaris*, *Capite integro unius ex Sociis S. Placidi plumbo oppleto*, *Osse Brachii S. Leonis Epis. Catan. parte Cranii S. Cæciliæ V. M. ex Lapide Sepulcri B. M. V.* Monachis S. Mariæ Vallis Josaphat Paternionis ab iis, qui in Monasterio Jerusalem degebant, attributo, *ex Ossibus SS. Cosmæ*, *& Damiani*, *Georgii*, *Christophori*, *& aliorum MM. ex Sanguine S. Nicolai Episcopi*, *ex femoralibus S. P. Benedicti*, *S. Ignatii Lojolæ*, *Osse S. Ignatii M. S. Annæ Matris B. M. V. ex Sanguine concreto S. Placidi M. & Sociorum*, *in ampullis vitreis*, *& testaceis*, *ex Ossibus SS. Augustini*, *Ambrosii*, *Joannis Chrysostomi*, *Francisci Salesii*, *Liborii*, *Paulini Episcoporum*, *S. Bernardi Abbatis*, *B. Guillelmi Abbatis*, *SS. Catharinæ*, *Apolloniæ*, *Scholasticæ*, *Gertrudis magnæ*, *Elisabeth Reginæ Ungharie*, *Catharinæ Senensis*, *Rosaliæ*, *Marthæ*, *& Teresiæ Virginum*, *ex Lorica S. Georgii M. ex Pane ordaceo à Domino in deserto multiplicato*, *Integro Corpore B. Pagani nostri Monasterii Monachi*. Aliæ pene innumeræ SS. Reliquiæ, quibus Sacrarium decoratur, thecis, ac lipsanariis argenteis Vasisque Crystallinis passim inclusæ asservantur, suisque authenticis, ut dicunt, muniuntur.

De Monasteriis, Prioratibus, atque Ecclesiis connexis.

I. MOnasterium *S. Mariæ Vallis Josaphat Paternionis*. Adelasiam Comitis Rogerii uxorem hanc in honorem B. M. V. anno circiter 1092. excitasse Ecclesiam invenio, ac multis bonis, ac latifundiis, dimidio etiam Oppido Paternionis ditatam, Ansgerio Catanensi Episcopo, ejusque Cœnobio obtulisse, ut ex ejus Autographo diplomate, quod à Laicis occupatum noster Chronographus dolet. Ansgerius autem Henrici Policastri Comitis sæpius laudati consensu à Dominio Catanensis Ecclesiæ illam eximens, 1092

I. F. *Ugoni Abbati* S. Mariæ Vallis Josaphat in Jerusalem, ejusque Successoribus concessit, & Cœmeterium, ac Baptisterium, ut ajunt, habere, indulsit speciali diplomate Catanæ 1112, & iterum sequenti anno 1114. die 30. septembris, quod ex integro damus. [a] *In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Amen. Anno Dominicæ Incarnationis 1114. ultimo die mensis Septembris 7. Indictionis. Sciant omnes Christi fideles, qui hoc scriptum quandocumque viderint; quod cum Nos Ansgerius Episcopus, & Abbas apud Paternionem essemus, & ibi esset una Ecclesia, quam Comes Rogerius Dominus Paternionis construxit, in honorem S. Mariæ Matris Domini nostri Jesu Christi, & post mortem ipsius Comitis Rogerii dominus Henricus Gener ejus fuisset dominus Paternionis, ipse dominus Henricus ad preces nostras pro Dei charitate, & amore, & pro animabus Parentum suorum, & salute sua istam Ecclesiam, quæ sita est in Paternione, concessit Domno Ugoni Abbati, & Conventui Monasterii S. Mariæ de Valle Josaphat, & Successoribus eorum, quam Ecclesiam postea de assensu Domini Papæ Paschalis secundi, & ad preces prædicti Comitis Henrici quondam Manfredi Marchionis filii, ob reverentiam Dei Genitricis Mariæ judicavimus, & constituimus esse perpetuo liberam, & absolutam ab omni potestate, & dominio, ac debito Cataniensi Ecclesiæ, & ita liberam adesse constituimus, ut nos, & nostri successores de illa Ecclesia aliquod servitium non debeamus habere, neque Monachos ibi moraturos judicare; Monachi vero hujus Ecclesiæ in potestate sui Abbatis, & Prioris, ac successorum eorum sint omnino. Solummodo Chrisma, Oleum Sanctum, ordinationes Monachorum, & Clericorum eorum, & benedictionem ornamentorum Ecclesiasticorum, & dedicationes Altarium, & Ecclesiarum perpetualiter, & charitative dari concedimus Monachis supradictis, hoc est sine pretio, & sine aliqua pecunia. Concedimus insuper, ut eadem Ecclesia habeat Cœmeterium, in quo liceat Monachis pro taxatis sepellire corpora omnium illorum, qui in ultima voluntate sua ibi se elegerint, sepelliri. Item concedimus eis Baptisterium, & decimationem, quam de Rusticis Saracenis, quos prædictus Comes Henricus prædicto Monasterio concessit, percipiunt annuatim. Præterea concedimus eis, & Monasterio prædicto omnes oblationes, & eleemosynas, quas*

1112

1114

[a] Autog. Arc. 33. Reg. Priv. A. 4.

Anno Christi. 1114

Christi fideles eis charitativè voluerint elargiri. Ergo quicumque hanc nostram concessionem dissipare, vel violare præsumpserit, sciat se vinculo Excommunicationis esse alligatum, nisi ad congruam debita satisfactione perveniat. Ad hujus itaque nostræ donationis, & concessionis memoriam, & perpetuam firmitatem præsens scriptum prædicto Ugoni Abbati, & successoribus, ac fratribus suis fieri fecimus de consensu fratrum nostrorum, bulla plumbea, & subscriptionibus Monachorum nostrorum nobiscum existentium, aliorumque proborum hominum roboratum. Ego Ruffus filius Rolandi Monachus Catan. Eccl. interfui, & concessi, Ego Ugo Normandus Monachus ejusdem Ecclesiæ concedo, Ego Nicolaus de Cusentia Monachus ejusdem Ecclesiæ concedo, Ego Henricus Manfredi Marchionis, qui supra testor, Ego Gualterius de Valle currente testor. Cœpit itaque nostra Ecclesia Monasterio Vallis Josaphat in Jerusalem suffragari, ejusque membrum dici, ac per Abbatem illius Ugonem, & successores gubernari, quo nomine ab Henrico mox laudato SS. Michaelis, Mariæ Magdalenæ, & Æliæ sacris ædibus, aliisque bonis, ac prædiis donata est mense septembris anno 1122. datis in eodem Paternionis Oppido literis[a]. Abbate S. Mariæ Vallis Josaphat, & Ugonis successore

a Autog. Arc. 15. Reg. ibid.

II. *F. Pagano*; quo quidem anno ejusdem Henrici Comitis, & Pagani Abbatis precibus Mauritius Catanensis Episcopus, & Abbas simul cum Ugone Syracusano Episcopo eamdem Ecclesiam sacro linivit oleo, atque Ansgerii donationem ratam habuit, laudavitque mense septembris Indict. 3. [b] Idem Henricus aliis quoque bonis illam ditavit sequenti anno 1123., ac libertatem Monachis Jerusalem concessit, *Ut absque ullo onere, quæ necessaria pro eorum Monasterio, ac aliis per Siciliam, & Italiam Cœnobiis sibi suffragantibus, essent, è ditione Paternionis asportarent*; datis ibidem literis de mense Octobris[c]. Jam Innocentius II. P. P. anno Pontificatus sui 10. Domini vero 1140. Monasterio Vallis Josaphat in Jerusalem jus in omnes Ecclesias, ac bona singula, terrasque à Principibus, piisque Viris illi concessas, atque unitas, ac præsertim Ecclesiam, & Monasterium S. Mariæ Paternionis cum Ecclesiis, bonisque ab Henrico Comite legatis, confirmat; singulis vero Episcopis, intra quorum fines prædictæ concluduntur Ecclesiæ, præcipit, ut inviolatas omnino habeant, ac ratas concessiones hujusmodi. Datæ sunt Innocentii literæ Viterbii per manus Limerici S. R. E. Cardinalis, & Cancell. 11. Kal. Junii Indict. 3.[d] quas brevitati consulentes hic non exscribimus; eadem quippe bona recensent, quæ in Guillelmi Regis diplomate à Pirro allato lib. 4. p. 2. enumerantur.

b Auto. Arc. 15. Reg. Arc. 4.

1123

c Aut. ibid.

1140

d Auto. Arc. 15. Reg. Priv. Arc. 4.

III. *F. Guido* Abbas S. Mariæ Vallis Josaphat in ejusdem Innocentii literis dicitur, quo agente, anno 1151. Eugenius III. PP. Monasterium, & Ecclesiam *Legionis*, idest *de Josaphat* Jerusalem sub Apostolica protectione suscipiens, & maximè S. Mariæ Paternionis Cœnobium eidem annexum, omnes libertates, & gratias illi confirmat, datis per manus Aosonis S. R. E. scriptoris Ferentini literis 2. Kalend. Augusti 15. Ind. Pont. sui anno 7. [e]

1151

Anno Christi. 1151.

e Auto. Arc. 15. Reg. ibidem.

His accesserunt subsequutis temporibus Guillelmi II. Siciliæ Regis immunitates, & gratiæ; ejusdem enim Guidonis Abbatis precibus inclinatus piissimus Princeps, omnia bona Monasterio Jerusalem elargita, atque Ecclesias cum in Sicilia, tum in Calabria attributas, in perpetuum eidem confirmavit Panormi die 14. Julii Ind. 5. 1172. [f] Cum vero ingenti terræmotu, quæ per Calabriam maximè erant Ecclesiæ, & Monasteria, non minimum fuerint affecta, ac inter ruinas quoddam Rogerii Regis Privilegium, concedentis omnimodam libertatem Monachis *extrahendi à Messanensi portu absque ullo onere, cum, quæ ad victum, tum, quæ ad vestes Monachis Jerusalem forent necessaria*, ac alia hujusmodi, fuerit deperditum, Guillelmus easdem exemptiones, atque indulta denuo illis attribuens, Rogerii privilegium innovavit, utque de cætero iisdem gauderent libertatibus Monachi, munificentissime indulsit Messanæ die 2. Aprilis 3. Indict. 1185. [g] demum, novo diplomate, quæ anno 1172. firmaverat, roboravit, atque *ut navis prædictæ Ecclesiæ Vallis Josaphat Messanam onerata veniens, aut inde exiens ab omni prorsus tributi exactione esset libera, & soluta*, præcepit ibidem mense Januarii Ind. 6. 1188.

1172 f ibidem.

1185 g Auto. Arc. 15. Reg. Arc. 4.

1188

IV. *F. Amatus* Guidoni Abbati successit. Hic ab Henrico Siciliæ Rege, & Rom. Imperatore Guillelmi elargitiones firmas, ac ratas obtinuit Panormi Idibus Decembris Indic. 13. anno 1195. Et mox à Constantia Henrici uxore ejusdem privilegii confirmationem impetravit mense Januarii Panormi 14. Indic. 1196; ubi sub regia protectione monasterium, ejusque bona, atque annexas Ecclesias Regina suscipit, *immunitatem à Vectigalibus, liberum animalium pascuum*, ac alia id generis privilegia, & libertates concedit. [h]

1195

1196

h Aut. ibidem

Eodem F. Amato Abbate, cum forte devotionis impulsu ad S. Domini sepulcrum *Abbas de Barreis* Petræpretiæ Dominus ex Siculis Proceribus contenderet, à piratis captus cum navi, & sociis, atque in servitutem adductus, ab ipsomet Amato *quatuor tarenorum millia* mutuo accepit pro sui redemptione, obligavitque in vadimonium Terras prope feudum *Albara* usque ad pecuniæ solutionem. Hinc mortuo non post multum Amato

1222

V. *F. Rodulphus* ejus loco in Abbatia suffectus, *à Matthæo de Barreis* Abbatis filio easdem terras obtinuit anno 1223. die 4 Januarii Indic. 12. ut ex ejusdem Matthæi literis datis Platiæ per manus Guillelmi Diaconi Platiensis publici Notarii [i].

1223

i Tab. Mon. Reg. Priv.

Anno 1231. per F. Henricum sui Cœnobii Monachum Privilegia omnia coram Friderico Siciliæ Rege præsentanda curavit Rodulphus Abbas, a quo rata, & firma eadem obtinuit Catanæ die ultimo Junii Indic. 9. ut ex transumpto ejusdem Friderici diplomatis de anno 1279. die 9. Julii ex Actis Matthæi de Singa Messanensis. [K]

1231

K Autog. Arc. 15. Reg. Priv. Arc. 4.

VI. *F.*

Anno Christi.

1279 VI. *F. Guidonem* Monasterii Vallis Josaphat
anno præfato 1279. invenio Abbatem, qui cum
Guillelmi diploma de anno 1188. tum Henrici
Imp. tum denique mox supra allatas Friderici
literas exscribi curavit die, & anno enunciatis.
VII. *F. Guillelmus* Guidoni forte successit in
1287 munere Abbatiali. Sub quo perpetuo Christianorum dedecore Jerosolyma capta, S. Mariæ
Vallis Josaphat Monachi diu per Syriam acti,
Messanam tandem appulsi, S. Mariæ Magdalenæ Monasterium caput aliarum Ecclesiarum
per Siciliam, & Calabriam constituerunt, ut
noster Pirrus refert, [a] nostrumque Paternionense huic Messanensi suffragari cœpit. Anno
(a Lib. 4. p. 2. not. 1.)
1295. vivebat Guillelmus; ejus enim nomine
1295 concessiones quasdam factas legimus in Territorio Paternionis. Idem interfuit Messanæ in Regio Palatio solemni Benedictioni, quam F. Michaeli S. Mariæ de Altofonte Abbati impertivit
1307 Archiepiscopus Montisregalis die 11. Junii 1307.
ut Lellus habet. [b]
(b Not. Eccl. Montisr. Reg. Priv. 3 p.)
VIII. *F. Nicolaus Russello* anno 1335. Abbas S.
1335 Mariæ de Fossis Cosentinæ Diœcesis Vallis Josaphat Abbatem se appellat, quo nomine quasdam constitutiones pro Cultu Divino augendo
in omnibus Vallis Josaphat Ecclesiis servandas,
edidit; idemque in quodam transumpto Privilegii Willelmi II. Regis de anno 1171. per acta
Nicolai de Comitis Messanensis die 8. Junii
1338. confecto, *Generalis Administrator in Temporalibus*, *& Spiritualibus* omnium Ecclesia-
1338 rum Vallis Josaphat nuncupatur. [c] Pirrus vero citato loco totius Religionis Caput præfatum de Fossis Monasterium constitutum refert
(c Tab. Mon. Arc. 3. 16.)
ab Ludovico, & Joanna Regibus Gallis Kal. Junii 1356. quod etiam ex Joannis Infantis diplomate evincere credit Grossi [d]; sed ambo fallun-
tur; ac post mortem Guillelmi Abbatis id honoris à Romano Pontifice impetrasse S Mariæ de
(d Dec. Cat. Cor. 2. mod. 5.)
Fossis Cœnobium, probabilius tenendum, &
si Siculas Ecclesias Vallis Josaphat, ut plurimum ab eodem Pontifice inconsulto Abbate de
Fossis, collatas legamus, ut mox patebit.
IX. *F. Franciscus Quaranta* de Neapoli anno
1381 1381. Abbatem agebat Vallis Josaphat, ac *F. Guillelmus de Amanthea* Prioris munere fungebatur, ut ex quibusdam terrarum concessionibus
eruimus, in Oppido Paternionis factis per acta
Farigni Cariosi publici Patern. [e]
(e Ex Tabul. Mon. Reg. Concess.)
Idem Franciscus Abbas *F. Angelum Bullara*
Rectorem S. Mariæ Magdalenæ, & S. Mariæ Josaphat Paternionis justis ex causis ab regimine
amovit, atque ad Claustra revocavit. Quare
Summus Pontifex *F. Andream Manueli* S. Agathæ Monachum, Catanensem patria ad easdem
Ecclesias regendas in Priorem assumpsit; hunc
postea pro vitæ meritis ad Abbatiam Noariæ Ci-
1427 stercienfem anno 1427. evexit, ut in ejusdem
Notitia dicemus, ejusque loco *F. Bonifacium de Bono* Priorem Josaphat cum Paternionis,
tum Messanæ constituit, quo ad Abbatiam S.
Spiritus Panormi assumpto, *F. Lucas de Sabasta*
Randatiensis Patria, professione noster, Prior
tunc temporis S. Mariæ de Nova Messilmerii à
Romano Pontifice nostrum exoravit Prioratum, qui ultimus eumdem tenuit. Perscripsit

A porro Martinus V. PP. Ubertino Archiepiscopo
Panormitano, ut dictum Lucam in possessionem
utriusque Cœnobii Messanensis, & Paternionensis immitteret anno 1431. Ubertus rem Ca- 1431
tanensi Episcopo commisit, qui datis Catanæ
literis die 8. Augusti Antonium de Gratiano
Archipresbyterum Paternionis subdelegavit,
à quo una cum Petro Rizzari S. Nicolai Abbate, & Antonio Gilio S. Nicolai de Lombardis
Priore Lucas Prioratus Paternionis possessionem
est assequutus. [f]
(f Ex Tabul. Mon. Reg. Priv. Arc. 4. & 5.)
Idem Lucas cum non post multo ex certis
B conditionibus S. Mariæ Vallis Josaphat Prioratum suo S. Nicolai de Arena Cœnobio, illumque S. Mariæ Magdalenæ S. Placidi de Messana
Abbati vellet renunciare, re cum Petro Rizzari Abbate collata, ab Eugenio IV. PP. pro hujusmodi renunciatione facultatem impetravit.
Præcepit autem Pontifex Romæ 19. Kal. Januarii 1443. Bartholomæo de Compagno S. Mariæ 1443
Roccæamatoris Abbati, ut rei veritate cognita ad unionem eorumdem Prioratuum de Sedis
Apostolicæ mandato deveniret. [g]
(g Tab. Mon. Arca 3.)
C Hic obiter Pirri errorem notabis asserentis,
Lucam de Randacio Priorem S. Mariæ Magdalenæ, Andream vero Lucæ Fratrem S. Mariæ Josaphat Paternionis Priorem egisse [h]; constat
(h Lib. 4. p. 2. not. 1.)
quippe eumdem Lucam utroque Prioratu potitum, illum quidem Monachis S. Placidi Messanæ, hunc vero nostris cessisse. Ast Lucas interim consilium mutaverat. Hinc Abbas Bartholomæus Apostolicus Delegatus plenè de omnibus instructus, citatis eodem Luca Priore, ac
duobus aliis Josaphat Monachis, decrevit auctoritate sibi à Pontifice collata, *ut a morte*
D *Lucæ Prioris Ecclesia, & Cœnobium S. Mariæ Vallis Josaphat Paternionis cum omnibus bonis, privilegiis, juribus, exemptionibus, & gratiis S. Mariæ de Licodia, & S. Nicolai de Arena Monasteriis connexum, ac cum ab illo Vallis Josaphat in Jerusalem, tum ab alio quolibet, ab illo maximè S. Mariæ de Fossis Diœcesis Cosentinæ disjunctum intelligeretur; dummodo observantia Regularis in Granciis fieri solita, & Animarum cura nullatenus à nostris negligerentur*, ut in
ipso Apostolico Eugenii rescripto cautum erat.
Datæ sunt Bartholomæi literæ Messanæ eodem
E anno die 20. Novembris. [i]
(i Tab. Mon. ibidem.)
Anno 1445. mense Januarii indict. 9. Alphon-
sus Rex nostrorum precibus motus, unionem 1445
hujusmodi probavit, ac Proregi, suisque
Administris perscripsit, ut contradictores, impedientesque pœnis coercerent datis literis in
Castris contra Castellum Cutronis. [K]
(K Tab. Mon. ibidem, & Cancell. hoc anno.)
Mortuo Petro Rizzari S. Nicolai Abbate Joannes Baptista eidem suffectus literas à Nicolao
V. PP. impetravit 5. Idus Julii 1452. quibus fir- 1452
mam, ac validam Abbatis de Roccamatore sententiam Pontifex jussit, & Jacobo Chrisafulli S.
F Mariæ de Scalis Abbati præcepit, ut si Lucas
liberè vellet Prioratui renunciare, ipsum auctoritate Apostolica S. Nicolao de Arena adnecteret. Itaque non post multo sincera voluntate resignante eodem Luca, tertia tantùm parte
bonorum Prioratus sibi retenta, quoad viveret, Abbas mox dictus virtute Apostolici
diplo-

Anno Christi

diplomatis cessionem acceptans, die 2. Julii 1457. unionem firmavit, moxque in Cœnobii Josaphat possessionem Joannem Baptistam Platamone S. Nicolai Abbatem immisit, ut stemma familiæ ejusdem Abbatis pro foribus Ecclesiæ adhuc testatur. [a]

[a] Reg. Priv. Arc. 5.

Idem Nicolaus V. PP. instante Abbate S. Mariæ de Fossis causam unionis hujusmodi commiserat Abbatibus Roccæamatoris, & Novælucis ab anno 1450. sub 12. Kal. Julii, sed pro nostro fuit decretum. Denique Pauli II. PP. etiam tempore ante Purpuratos Patres res iterum ad examen vocatur, sed pro S. Nicolao decernitur, & de Cardinalium eorumdem consilio Pauli ejusdem emanatæ sunt literæ anno 1469. [b]

[b] Tab. Mon. Arc. 1.

Degunt hodie in eo Prioratu duo Monachi, qui divinis officiis cum aliquot Presbyteris sæcularibus, missarum celebrationi, bonorum curæ intendunt. Horum primus Rectoris titulo insignitur, secundus Procuratorem agit. In ejusdem Sacrario Reliquiæ S. Barbaræ V.M. Oppidi Patronæ, quæ quotannis solemniter per urbem Populo, Clero, & Magistratu comitante circumferuntur, ac Monachis denuo per publicum Tabellionem restituuntur, ut olim per tribunal Apostolicæ Legatiæ fuit decretum ad jurgiorum semina nostros inter, & Paternionenses tollenda. Extat etiam ex Lapide Sepulcri B.M.V. in Valle Josaphat ab antiquis Monachis huc delato.

1156 2. MOnasterium S. Mariæ Roboris Grossi *in finibus Adrani*. Id ab Episcopo Catanensi Martiali S. Mariæ de Licodia Cœnobio annexum legimus; fuit autem à sui initio ab Adelasia Rogerii Comitis, ex Emma filia nepte, Rainaldi de Avenel uxore, Adrani, Calatanixectæ, & Colisani Domina fundatum; (Adelasiam hanc Mathildis filiam faciunt Pirrus, & Grossi) ac prædiis, exemptionibus, & privilegiis dotatum anno 1156.

I. *F. Joanni Alemanno* Sacerdoti, ut vitam ibi eremiticam cum suis ageret, concessum sub jure tamen Catanensis Ecclesiæ. [c]

[c] Tab. Mon. ibidem.

11.. II. *F. Albertus* Prior Joanni successit, qui anno 11.. ab Willelmo Rege Molendinum de Turrecta in territorio Paternionis exoravit.

1195 Anno 1195. Constantia Regina, Henrici Imp. Conjux, Guillelmi donationem ratam habuit, ac precibus Rogerii Catanensis Episcopi jura & privilegia ejusdem Monasterii firmavit, datis Panormi literis mense Novembris 14. Ind. 1195. [d] Idem Rogerius, ut id Monasterium, & Ecclesia suæ Catanensi Ecclesiæ uniretur à Friderico Rege obtinuit hoc diplomate. *In Nomine Dei Æterni Salvatoris nostri Jesu Christi. Amen. Fridericus Divina favente Clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ. Licet sua Regiæ serenitatis immensitas petitiones, & vota fidelium clementer admittere teneatur, eo tamen super his, quæ grata sunt Creatori favorem debet gratia principalis impendere, quò spiritualius est ei cœlitus regimen, & sceptrum Regiæ Majestatis indultum. Inde est quod nos intuitu Divinæ Misericordiæ, & consideratione puræ fidelitatis, & grati servitii, quod à te Rogeri Venerabilis Catanensis Episcope dilecte, familiaris, & fidelis noster suscipimus, de consueta majestatis nostræ liberalitate concedimus, & confirmamus Catanensi Ecclesiæ jura, & rationes integra Sanctæ Mariæ de Roboregrosso, quæ sunt in tenimento Adernionis, Ecclesiæ spectantes juxta privilegium donationis inde factum à Comitissa quondam Adelasia consanguinea nostra, quæ Comitatum Adernionis eo tempore de acquisitione paterna obtinebat, & possidebat. Concedimus etiam, & confirmamus ipsi Catanensi Ecclesiæ quoddam molendinum, quod dicitur de Turrecta situm in tenimento Paternionis juxta privilegium confirmationis a felicissimæ memoriæ Dominæ Constantiæ Romanorum Imperatricis, & Reginæ Siciliæ recolendæ memoriæ Matris nostræ, inde solemniter factum. Præterea concedimus, & confirmamus prænominatæ Ecclesiæ Catanensi domum, quæ est juxta Ecclesiam Sancti Cataldi cum terris laborativis, & virgultis, quæ sunt in tenimento Paternionis, cum omnibus in eis justitiis, & rationibus suis integris. Ad hujus autem concessionis, & confirmationis, futuram memoriam, & irrevocabile firmamentum præsens privilegium scribi, & majestatis nostræ sigillo jussimus communiri anno, mense, die & indictione subscriptis. Dat. in felici Urbe Panormi per manus Gualterii Regni Siciliæ Cancellarii anno Incarn. Domin. 1200. mense Novembris 4. Indict. Regni verò Domini nostri Friderici Dei gratia Illustriss. Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ* 3. Exscriptum habes hoc diploma in Capibrevio magno, ubi de Monast. S. Nicolai de Arena.

[d] Tab. Mon. ibidem.

Verum cum anno 1358. facultatibus collapsis, divino servitio, omnique gubernatione, & dignitate penitus destitutum id Cœnobium videretur, ita ut non esset, qui illud inhabitaret, Martialis Episcopus Catanensis, ut Dei cultus, ac famulatus in eo instauraretur, & ut de cætero ejusdem bona, ac jura pessum non irent, Monachis, & Monasterio S. Mariæ de Licodia, Abbate Jacobo de Soris ex benignitate ipsum concessit, *cum omnibus pertinentiis, bonis, latifundiis, juribus, privilegiis, diplomatibus quoque, & scripturis* de consensu & voluntate omnium fratrum, & Monachorum ejusdem Catanensis Ecclesiæ. *Sperantes in Domino* (ait) *quod sub vestro regimine eadem Ecclesia reparetur, & jura sua ultra non dispereant, sed potius augeantur, ac servitium in eadem Ecclesia laudabiliter præstetur, pensatis prædictis omnibus, ac prædictis vestris necessitatibus, piis supplicationibus vestris benignè annuentes, quoniam omnes ante Tribunal summi Judicis sumus pro meritis digna accepturi, ad salutem, & remedium animæ nostræ Ecclesiam S. Mariæ de Robore Grosso ad nos, & nostram Ecclesiam pleno jure spectantem, cum omnibus possessionibus, &c. concedimus &c.* [e] Nomine autem Monasterii nostri *F. Garsias* Monachus inductus fuit ab Episcopo in possessionem, statimque 1358

[e] Reg. Priv. Arc. 4.

reparata

Anno Christi. Anno Christi.

reparata Ecclesia collabente, Divinus cultus in ea instauratur, ac per annos plurimos laudabiliter possidetur. Hunc Prioratum anno
1452 1452. collatum legimus *Joanni Baptistæ Platamone* nostro Monacho, postea Abbati, tum *F. Antonio de Paternione* S. Agathæ Alumno.
1470 Circa annum verò 1470. Ætnæ ignium incursione perterriti Monachi, atque impiorum hominum injuriis non semel lacessiti, penitus Cœnobio, atque Ecclesia relictis, devotissimam B. V. Statuam ex robore confectam, unde loco nomen erat, impolito quidem opere, sed à fidelibus præcipua devotione cultam, in Monasterium transferre curarunt, ubi etiamnum hodie à confluentibus populis in magna habetur veneratione. Extant ad hæc nostra tempora ejusdem Cœnobii rudera, & ædificiorum vestigia prope nemus. Diploma Martialis Episcopi de concessione, & unione prædicta datum Catanæ die 5. Martii enunciato anno 1358. Groffi in sua Catanensis Ecclesiæ Notitia ex integro transcripsit. [a]

III. *Ecclesia, & Prioratus SS. Salvatoris* in Oppido Ceramis à prima sua fundatione Monasterio S. Mariæ de Licodia annexus ex diplomate Simonis Policastri Comitis, & Paternionis Domini, simul cum Ecclesiis, S. Philippi de Pantano in eodem Paternionis Oppido, & S. Hippolyti prope Buteram, ut supra
1160 innuimus ad annum 1160. Hujus Prioratus titulus ab immemorabili ante unionem cum Casinensibus, seniori Monacho per annuli, & bireti impositionem ab Abbate, & Fratribus capitulariter congregatis conferri consuevit. Porro, quia pro Ecclesia S. Philippi Monasterium auri unciam Catanensi Ecclesiæ, de cujus jure illa erat, persolvere tenebatur, Rogerii Episcopi rescripto de consensu omnium Monachorum ejusdem Cathedralis Ecclesiæ, ab onere hujusmodi exemptum declaratur, ut jam suo loco ad annum 1206. diximus. Ecclesia vero S. Hippolyti, cum temporis diuturnitate, & Monachorum incuria, fines terrarum ad eam pertinentium confusi viderentur, Principibus Buteræ Oppidi sub annuo censu aureorum triginta nostris Cœnobiis impendendo, cessit.

IV. *S. Marci Prioratus* in eodem Paternionis Oppido Monasterio S. Leonis (incertum quo anno, aut cujus liberalitate) annexus. Certè in veteribus diplomatibus, & Privilegiis Abbas noster S. Mariæ de Licodia, Sanctorumque Leonis, & Marci de Paternione titulo decoratur ab anno præsertim 1340. ut in Placito Petri II. Regis die 10. Novembris Messanæ
1297 elargito [b]. Anno 1297. Manfridus Malecta commutavit quædam bona, & Clausuram positam sub Monasterio S. Marci, ab oriente habentem terras Monasterii S. Mariæ Josaphat, ac ejusdem S. Marci, quæ satis indicant nostri Prioratus vetustatem; an vero eo tempore fuerit nostro annexus, prorsus latet. Extat nunc ad jactum balistæ, ab eodem Oppido vetus Ecclesia S. Marci nomine Deo dicata, de jure Cœnobii nostri, in qua ejusdem S. Evangelistæ die totius Cleri, & Capituli Collegialis Ecclesiæ solemni concursu, Litaniæ ac preces Ecclesiæ consuetæ decantantur, necnon solemni Missa à Rectore Monasterii S. Mariæ Vallis Josaphat eodem Clero, Canonicis, & Magistratu assistentibus, celebratur. Hujus etiam Præposituræ titulus alicui ex senioribus Monachis confertur.

V. *Ecclesia S. Georgii* in eodem Oppido cum juribus, & pertinentiis à sæpe jam laudato Episcopo Rogerio Monasterio S. Leonis attributa anno 1196., quam omni futuro tempore à Petro tunc S. Leonis Priore, ejusque successoribus absque sua, aut suorum contradictione possidendam statuit speciali diplomate Catanæ scripto mense Augusti. [c] 1196

VI. *S. Cataldi Ecclesia* in eodem quoque Oppido ad Oddone Catanensi Episcopo S. Leonis Cœnobio connexa legitur; cum enim vellent Monachi ob frigoris rigorem, ac aeris intemperiem è Monasterio S. Leonis in opportuniorem locum migrare, Oddo ex urbe Anagniæ 4. nonas Julii anno 1256. præfatam Ecclesiam eis tribuens, facultatem eo veniendi concessit; quod quanam ex causa Monachi distulerint, nescimus. 1256

VII. *Prioratus S. Gregorii Platiæ* in planitie *de Bilia* contra Aidonem *a F. Bartholomæo Farinato* Monacho de suis bonis & facultatibus sub institutione S. P. Benedicti fundatus, ac ejus libera voluntate cum omnibus pertinentiis, ordinationi Abbatis nostri subjectus anno 1363. cum ab Episcopis Catanensibus; de quorum licentia conditus fuerat, pro libera voluntate in grave nostri Cœnobii præjudicium Monachis Ecclesiæ Cathedralis passim traderetur; Guillelmus Bellomo, & ipse Catanensis Episcopus rei veritate cognita, attendensque, ut ipse ait in suo diplomate, *quod quis non debet cum aliena jactura locupletari*, omni meliori modo, ex certa scientia, & spontanea voluntate decrevit, ut ab Abbate tamquam vero ejus Domino, ac Patrono in posterum daretur; & jus quodlibet conferendi, aut de illo disponendi, si quod ipsi, aut successoribus competeret, resignavit. Præcepit insuper Joanni Baptistæ Platamone nostro Monacho, qui per ea tempora ejusdem Prioratus titulo, ac bonis fruebatur ex Concessione Ariæ de Avalos Catanensis Episcopi, ut illi quamprimum in manus Abbatis renunciaret. Cujus jussis obtemperans Joannes à Petro Rizzari nostro Abbate S. Mariæ Roborisgrossi Prioratu donatus est. Acta sunt hæc anno 1452. ut ipsum Guillelmi diploma clare eloquitur sub dat. Romæ die 3. Junii Indict. 15. [d]

Pirrus de hoc Prioratu loquens, illum Mensæ Episcopali Catanensi unitum ab initio dicit, & Priorum Catalogum ab Farinato fundatore à Simone Episcopo instituto, ad *F. Antonium de Paternione* exhibet. Hunc à Joanne Baptista Platamone S. Nicolai de Arena Abbate dignitate spoliatum dicit [e]; sed ea, mox relato diplomati adversantur. Invenio in scheda quadam, eumdem Antonium convenisse cum Petro Rizzari Abbate de commutatione Prioratus S. Gregorii de Platia cum illo S. Mariæ

Roboris

[a] Decret. Cor. 2. mod. 5. Ex Tabul. Monast. & Reg. Priv. Arca 4. 21.

[b] Tab. Mon. Ret. Conc. & Priv. Arc. 4. 15

[c] Ex Diplo. Roger. Reg. Priv. Arca 4.

[d] Reg. Priv. Arc. 4. Autog. Arc. 14.

[e] Lib. 4. n. 1.

Anno Christi.

Roboris Grossi per Acta Nicolai Francavilla A 19. Septembris 1450. sed error in annorum notas irrepsit, nec aliunde supra enarratis cohærent. Id certum ex eodem Pirro: anno scilicet 1467. Romanum Pontificem decrevisse suo speciali rescripto hunc Prioratum ad Catanensem Episcopum spectare; hinc ab eo tempore Canonicis fuit ille commendatus.

VIII. *Ecclesia S. Georgii* prope Catanam à Maria Siciliæ Regina Bartholomæo Rizzari Abbati S. Mariæ de Licodia, ejusque Monachis anno 1382. conceditur. De ea Pirrus B sub Prioratus nomine scribit, & si S. Gregorii ex errore appellet, ac inter annexos majori Catanensi Ecclesiæ Prioratus enumeret. [a] En illius verba: *Pri. S. Gregorii lego etiam regiæ fundationis fuisse Frid. III. dotatumque aliquiquibus bonis, terrarum tractu, & aquis. Beneficium seu Capellam regiam appellari video. Ab eo Rege confirmatione Regii sacellani majoris collatus est F. Buttaordorio-Catan: qui senectute confectus, eo se abdicavit; & Regina Maria ex litt.* 28. *Junii* (corrige Novembris) *X.* C *Indict.* 1387. *concessit F. Bartholomæo Rizzari &c. confirmante Rege Martino datis Pan. litt.* 13. *Maji XV. Indict.* 1392. *in lib. Cancell. anno* 1391. *fol.* 65. *onere tamen solvendi quoddam jus Ecclesiæ Cathedr. Catan.* ac divina officia, & sacrificia pro fundatoris anima in perpetuum celebrandi. Id templum hodie dirutum vix absidem servat, quæ in usus profanos cessit; nomen adhuc retinet in Regione *Bonmacaro* quæ 3. pass. mill. Catana distat, atque ex concessione Monachorum peculiares hodie D una cum adjacente viridario agnoscit Dominos; in proxima nihilominus Cœnobii possessione ruralis Ecclesia, ubi festis diebus pro Benefactoribus Missa celebratur.

[a] Ibidem.

IX. *Ecclesia S. Nicolai de Lombardis* in oppido, & colle edito Paternionis, & *S. Petri* in oppido Petraliæ inferioris nostris suffragantur; quæ olim juris Monasterii Cavensis ab Episcopis tamen occupatæ, demum Simonis de Puteo Catanensis Præsulis decreto antiquis possessoribus sunt restitutæ die 30. Junii 1388. E consequutis dehinc temporibus ejusdem Cavensis concessione nostris, ut diximus, cessere sub annuo censu pro Paternionensi 70. aureorum, pro Petraliensi vero 25. a quo etiam onere *Mauri Capraræ* nostri Abbatis solertia, bis mille aureis Monachis Cavensibus solutis, Monasterium eximitur.

X. *Prioratum S. Nicolai de Albara* in territorio Platiensi invenio. Est Albara feudum juris olim Monast. S. Mariæ Josaphat, quod una cum eodem Cœnobio nostris annexum pingues inde redditus ministrat; sed ibi hodie F nullum Ecclesiæ vestigium. Friderici literæ contra occupantes jura ejusdem Prioratus, *F. Bartholomæi Prioris* S. Nicolai de Albara meminere, anno 1309. die 21. Maji apud Castrum Joannis emanatæ. [b]

[b] Reg. Priv. Arca 4.

XI. *Monasterium S. Mariæ Novæ lucis* Catanæ, & *S. Mariæ de Scalis* Paternionis licet nostris minimè annexum, ipsum tamen aliquandiu S. Nicolai Monachi inhabitarunt; de eo integram dabimus notitiam.

Anno Christi.

XII. *Ecclesia, & Prioratus S. Annæ Galaath* nostris conjunctus creditur à Pirro [c]; sed illum ab Eleazaro Guillelmi de Mallaurer filio, jussu, & voluntate Adelasiæ Comitissæ ædificatum legimus. Voverat enim Adelasia, antequam mari se committeret, si quum prosperitate Jerosolymam remeasset, binas Ecclesias, unam in honorem S. Annæ, alteram in honorem B.M.V. quas bonis, & latifundiis ditatas Monasterio Vallis Josaphat in Jerusalem concessit. Illam S. Annæ Guillelmus Archiepiscopus Messanensis, una cum Episcopo Mazarensi in festo S. Andreæ consecravit anno 1124. ut ex diplomate Eleazari eruitur, ubi ita ille se subscribit: *Guillelmus Dei gratia Messanensis Episcopus, qui una cum Venerabili Episcopo Mazarenzi in festivitate S. Andreæ præfatam Ecclesiam in honorem Beatæ Annæ consecravimus, interfui, & testor.* Et si Pirrus [d] legat *in festivitate S. Annæ*. De ipsa fit mentio in diplomate Innocentii II. PP. enumerantis Ecclesias suffraganeas Monasterio Vallis Josaphat, & in diplomate Guillelmi II. Siciliæ Regis, ubi dicitur: *illi Goffredum Messanensem Episcopum Baptisterium, Cœmeterium, & Confessionem dedisse*, quamvis crederem hæc omnia potius à Guillelmo, quam à Goffredo Episcopo attributa; hic enim jam anno 1120. diem obierat. Guillelmi Regis, Innocentii, & Eleazari Fundatoris rescripta in Registro Privil. Monast. S. Nicolai nos ipsi vidimus, [e] ac eorundem transumpta in nostro Tabulario asservata inspeximus Arca 85.

[c] Lib. 3. not. Eccl. Cat.

[d] Lib. 1. not. Ecc. Mess.

[e] Arca ai Autog. Arca 85.

Viri Sanctitate, Dignitate, ac Scientia Illustres.

PLures ex his omni fermè tempore in nostris Cœnobiis effloruisse, diplomata testantur innumera, quibus piissimi quique Principes, ac Romani Pontifices eximiam Monachorum Sanctitatem, ac laudabilem bonorum operum fragrantiam commendantes, propriæ largitatis insimul, ac illorum virtutis posteris monumenta reliquerunt. Præter eos autem, quorum res gestas per Chronologicam seriem complexi sumus, quique vel Abbatis, vel Prioris munere summa vigilantia perfuncti, sibimetipsis, ac Monasterio immortale decus pepererunt, alii quamplures, quos ex nomine recensemus, cum pietate, tum scientia, ac meritis illustres prodiere.

Primus omnium seriem exornat *B. Angelus Senisius*, ejusque frater *Joannes de Senisio*, ac alii decem socii subsequuntur. Hi perfecti illi Monachi fuere, quos Emmanuel Spinola Montisregalis Antistes ad reformandum Maniacense Cœnobium è nostris assumptos, secum duxit anno 1342., ut ad hunc annum tetigimus. Porro Angelus cæteris, ut sanctitate, ita & honore præcellens, Catanæ piis parentibus ortus, ac in Cœnobio S. Leonis Deo consecratus, brevi ad eam sanctitatis, ac vitæ perfectionem devenit, ut Monasterii Præpositus fuerit renunciatus. Ad reformandum jam dictum Maniacense Cœnobium cum venisset, humiliter Bonamico Abbati se totum subdidit, multis

Ex Anonym. Lib. de Rew. diff. Martini.

Anno Christi.

multisque insidiis, & injuriis à Monachis, quos A è Maniacio Archiepiscopus deturbaverat, non semel appetitus, mirabiliter, Deo protegente, ex omnibus evasit. Ab Abbate nihilominus septimo post mense cum sociis ejectus, ad propria remeavit. Verum cum illum Jacobus noster Abbas, sine Archiepiscopi licentia nollet recipere, Montemregalem se contulit: unde pia fraude ad suos remissus, atque ut hospes receptus, Messanam perrexit. Ibi quatuor Juvenes nobilitate celebres obvios habuit, qui pro instauranda S. Placidi memoria, sese, ac sua B obtulerunt. Dum hæc agerentur, ab Uberto Spinola Archiepiscopi Fratre germano Angelus Montemregalem cum aliquot sociis revocatur; tres enim ex illis fortiter ibi Domino militantes, obdormierant, duos vero pro instituendis memoratis quatuor Juvenibus Angelus Messanæ reliquit. Fuere autem, quos secum adduxit, Joannes ejus frater Diaconus, Paulus de Bello Subdiaconus, Bartholomæus de Squillacio, Angelus de Failla, & Franciscus de Leontino Conversi. Hos Emmanuel in sua Cathedrali Ec- C clesia, ut in ea monasticæ disciplinæ cultum collabentem reformarent, collocavit. Verum cum illos hominum, & loci frequentiæ tæderet, ad reparandas S. Martini ruinas è populorum tumultu longe dissitas, ultro se dedere; manus igitur ad opus admoventes, constructis cellulis, inibi Deo sedulum famulatum exhibere cœperunt; & primo quidem Angelus in Priorem ab Archiepiscopo electus, dehinc à summo Pontifice Abbas creatus, ejus renascentis Monasterii regimen pluribus annis tenuit. D Quot miris virtutum exemplis ipse, ac socii ibi effulserint, fusè noster Pirrus in Notitia S. Martini [a] enarrat, ex Anonymo Auctore de Reædificatione. Joannes autem Angeli frater Cœnobio S. Benedicti de Burgetto præfectus, ibi etiam sese commendavit; Angelus uno, & quadraginta annis magna dexteritate, & vitæ sanctimonia Abbatis munere perfunctus, anno 1387. die 11. Novembris ad Cœlos evolavit; cujus corpus sub S. Gregorii Ara in eodem Cœnobio nobili epigraphe tumulatur, inde in sa- E crarium infertur. Meminit de eo Cajetanus, Borellus, Grossi, noster Chronographus, laudatus Pirrus ibidem, & Auctor Anonymus de Reædificatione S. Martini, è quo magnam eorum partem, quæ huc usque protulimus, sumus mutuati. Extat in Monasterio S. Martini pars superior Baculi Abbatialis à Summo Pontifice Angelo dono dati.

a Lib. 4. p. 2. Not. 6.

Cajet. in Mtr. Grosf. Cor. 2. mod. 5. Borrel. de præf. Reg. Cathol Cap. 9. Chronic. Mon. c. 13.

Joannes Abbas primus, & ultimus Burgetti sanctè obiit; duos ex sociis pestis ingens, quæ anno 1348. Siciliæ Regnum invaserat, transmi- F sit in pace; illi denique, quos Messanæ relictos diximus, ædificato sub nomine S. Placidi Monasterio, in eodem perseverantes naturæ tandem concesserunt.

II. *Beatus Paganus* ex Patre nobili Mediolanensi natus in S. Leonis Cœnobio vitam Monasticam professus est. Hic omnium virtutum genere excultissimus, jejuniis, orationi, ac humilitati præcipuè addictus, maximam vitæ partem in Pago Carbonis Messanensis Diœcesis solitarius sanctissimè transegit. Ad claustra reversus, in senectute bona, ubi spiritum gratiæ à Deo acceperat, vitæ spiritum reddidit die 10. Februarii; (incertum quo anno.) Ejus corpus multis, ac variis post mortem miraculis illustre in eodem Monasterio tumulatur; sed cum decursu temporis sepulchri locus esset ignotus, quibusdam Monachis per somnium Paganus ipse illum demonstravit; unde eductum in Monasterium S. Nicolai, ubi regularis vigebat observantia, delatum, & in arca reconditum, in Sacrario decentissimè servatur, ac nostris adhuc diebus perseverat. Agunt de eo Cajetanus, Pirrus, Grossi, & noster Chronographus. [b]

b Cajet. ibidem, & in Martyr. Chro. c. 11. Pirrus l. 3. Grosf. ibid.

III. *Beatus Guillelmus de Paulo*, S. Nicolai Alumnus, sanctitate, & sui despectione celebris ad reformandum Maniacense Cœnobium vocatus, ipsum sanctissimis institutis, ac præclaris vitæ exemplis ad pristinam disciplinam revocavit; ibidemque ad Cœlos evocatus, piè obiit die 30. Novembris (annus ignoratur). Ejus corpus multis post annis penitus incorruptum, cucullo etiam nulla in parte corroso, sub choro inventum, & in arca decenter reconditum, à vicinis populis precipuo honore colitur. Scribunt de Guillelmo laudati Cajetanus, Pirrus, & Grossi, ac nostrum Chronicon locis citatis; eumque anno 1315. reponit Cajetanus, atque Abbatem ejusdem Maniacensis Cœnobii credit; sed de hoc nos infra in Notitia 13.

IV. *D. Augustinus à Platia*. Hic legum Doctor compunctionis ardore sæculum reliquit, & Religionis habitum in nostro Cœnobio sub Casinensi Congregatione devotus suscepit. Jejuniis, vigiliis, orationibus, & scripturarum studio ita intentus, bonisque operibus adeo addictus fuit, ut illum non absimilem antiquis Patribus noster Chronographus dixerit. Cellulam perangustam non longe a Monasterio inter Ætneos lapides sibi construens, ibi interdiu vacans, Cœlestium contemplationi se totum dabat. (Hæc post non multum ab igne illæsa remansit, ut nostrum Chronicon advertit). Sanctioris vitæ desiderio de terra, & cognatione sua exiens, superiorum indultu, ad Monasterium S. Mariæ de la Croma Dalmatiæ Regionis nostræ Congregationi adnexum contendit. Ibi, cum undique gentibus ob præclara signa, & miracula, quæ per ipsum Deus operabatur, innotuisset, humanæ gloriæ impatiens ad sacrum Casinense Cœnobium propero cursu se contulit, ubi meritorum manipulis locuples, sancto fine quievit anno circiter 1519. [a]

a Ex Chron. Mon. c. 13.

Ex Mantiss. ad Chronic.

V. *D. Ludovicus Batteato* Catanensis non obscuris ortus natalibus anno 1655. in nostro S. Nicolai Cœnobio monasticen professus, primis adolescentiæ annis ludicris intentus, primos animi excessus non vitavit; verum de repente mutatus, brevi ad perfectionis apicem omnium virtutum adminiculo pervenit. Sacerdos ex obedientia factus, noctes pene insomnes ducendo, flagris in se durissimis desæviendo, ac super nudam terram, aut lignorum struem strato cilicio brevissimæ quieti indulgendo, Sanctorum mores imitatus, omnibus præluxit, ac veluti majoribus stimulis in dies accensus, maximis

Anno Christi.

virtutum incrementis profecit. Modestia, obedientia, simplicitate, charitate denique, ac scientia præcipuus, plures exemplo suo ad amorem Divinum accendit, multosque discipulos sanctè, ac piè instituit. In concionando mira dulcedine, ac efficaci virtute præditus, populum non semel in præsenti discrimine ita ad pœnitentiam incitavit, ut lacrymarum fluvios ab eorum oculis non semel eduxerit.

Cum anno 1669. ignei torrentis Ætnęi inundatione jam pene Catana urbs vastanda, ac Monasterium obruendum videretur, precibus, ac lacrymis Divinam ultionem, seipsum hostiam offerendo, mirabiliter, ut piè creditum, avertit; multis tandem bonis operibus, ac meritis ornatus, innumeris etiam signis refulgens, diutino morbo gravatus, ætatis suę anno trigesimo paulò postquam Ignis, Incendiumque cessaverat die 22. Junii in quodam vico prope urbem inter Monachorum manus ad præmia evolavit, cœlesti visione in mortis articulo à B. Virgine, quam speciali cultu venerabatur, recreatus, & modulatis avium concentibus per triduum à morte à Deo honoratus. Ejus corpus licet invitis Accolis, è vico in urbem delatum, inexplicabili hominum concursu venerationis ergo facto, in nostra Ecclesia per diem expositum, decenter tumulatur. Ejus vitam accuratius Bartholomæus de Alexandro in sua Mantissa ad Chronicon descripsit, è qua hæc pauca excepimus.

VI. *D. Fridericus Capritti* à Longio Siciliæ Oppido, omnium virtutum laude conspicuus, ac Sanctorum scientia apprimè instructus, qui titulo Prioris S. Angeli ornatus, meritis, atque ætate gravis, propriæ mortis conscius, è vivis excessit die 11. Januarii 1693. haud quidem aliqua ædificiorum ruina ex terræmotu illo horribili oppressus, sed brachiis in crucem conformatis, cum precaria corolla vulgo *Rosario* in proprio lectulo exanimis inventus. Illud notabile: ruentibus undique parietibus, ac ipso cellulæ fornice, ne lapis quidem devotissimum senem, immo nec lectulum tetigit; adeout accurrentibus admirationi esset. Eum seniores nostri à morum lenitate, vitæ innocentia, zelo monasticæ disciplinæ, ac præcipuo erga Virginem Matrem cultu, a qua lacrymarum donum impetrasse dicitur, quammaximè commendant.

Hi sanctitatis, aut pietatis opinione illustres Viri ex nomine posteris huc usque in nostris Chronicis commendati; sed longe plures, quorum ut merita, ita & numerus soli Deo notus, effloruisse, evidenter satis probant cum innumera Regum, Principum, Summorumque Pontificum diplomata, quibus nostrorum virtus, ac vitæ puritas eximiis laudibus extollitur, tum & bonorum opulentissimæ largitiones, legata satis pinguia, indulta privilegia, exemptiones, & gratiæ; tum denique sanctissimæ constitutiones Regulæ adjectæ, quas adhuc in membranis descriptas sermone vernaculo asservamus, quasque sanctè, ac religiosè cultas ab illis fuisse certius est, quam ut hic à nobis fistatur. Nec illud reticendum, quod Cœmeterii S. Nicolai de Nemore pulvis ab Ludovico Batteato, quem supra laudavimus, variis adhibitus morbis, illos prodigiosè depulerit, ejusque aditus dæmonibus sæpe fuerit formidabilis, omnibus denique illuc properantibus hodie etiamnum venerationem conciliet.

Jam ad Monachos dignitate, ac rerum gestarum gloria insignes; quos inter accensetur

I. *Pontius* sacri Casinensis Cœnobii Abbas. De eo sic Mar. Antonius Scipione. [a] *Pontius Catanensis Thoma subrogatus, à Bonifacio VIII, consecratus eodem anno scilicet 1296. mense Junio. Hic prædium apud Trojam Apuliæ, ex quo pingues reditus Monasterio proveniebant, Caroli II. Regis ope, & præsidio ab Trojanis Civibus recuperavit, defunctus eodem anno præfuit mensibus sex.* Hæc ille; meminit de eo Pirrus, quem Petrum appellat. [b]

II. *Philippus de Dulci* Agrigentinus Patria, professione noster, unus ex sociis B. Angeli Senisii, si Pirro credimus [c], primus S. Placidi Abbas è nostro Cœnobio, ubi præposituram gerebat, invitus assumitur anno 1367. Urbani V. PP. auctoritate coactus, a quo die 5. Julii 1369. confirmatur. Præfuit illi Cœnobio summa prudentiæ laude, ac sanctitatis opinione usque ad 1382. de eo Pirrus ibidem.

III. *Marinum de Guerreriis* Abbatem ejusdem S. Placidi Philippi successorem nostrum faciunt nonnulli [d]; sed nulla de eo in antiquis nostris tabulis memoria. Vide Pirrum loco cit.

IV. *Joannes Cajetanus* Stabiensis Episcopus inter nostros etiam accensetur à Grossi [e]: floruit anno 1366. meminit de eo Ughellus in sua Italia sacra, ac S. Agathæ Monachum facit. [f]

V. *Scipio*, ejusque socii ab Urbano V. PP. ad reformandum Casinense Cœnobium vocati, cum aliis S. Martini, & S. Mariæ de Nemore Monachis 2. nonas septembris 1369. mira dexteritate, & vitæ sanctimonia illud pristino splendori, ac dignitati revocarunt, ut Capella quædam S. Agathæ V. M. Catanen. dicata ab ipsis Reformatoribus ante Monasterii Januam abundè testatur, quod advertit noster Chronicus. [g]

VI. *Bonifacius*, & socii Gregorii XII. præscripto ad regularem disciplinam in Monasterio S. Pauli de Urbe restituendam cum aliis etiam S. Martini, & S. Mariæ de Nemore Monachis 12. Kal. Februarii anno 1376. Romam evocantur. Ibi Bonifacius aliis ab eodem Pontifice præfectus, strenue opus ad mentem Gregorii exequitur. Vide Pirrum. [h]

VII. *Joannes de Puglia* à Monachis S. Mariæ de Nemore Calatamauri Prior expostulatus, ibi se plurimum per annos multos commendavit, clarusque meritis decessit. De quo in Notitia ejusdem Monasterii hoc libro.

VIII. *Nicolaum de Tedeschi* Archiepiscopum Panormitanum, Abbatem Maniacensem, & S. R. E. Cardinalem satis ex nomine celebrem nostris adscribit Grossi [i]; sed ipsemet Nicolaus sese habitum in Ecclesia Cathedrali S. Agathæ assumpsisse testatur tom. 3. de Jud. cap. 9.

IX. *Joannes de Primis* Catanensis tertius S. Justinæ Patavinæ Abbas post Ludovicum Barbum

[a] Elog. Abb. Casinensium.

[b] Lib. 3. n. 1. Cat. Eccl.

[c] Lib. 4. p. 3. Not. 3.

[d] Mantiss. ad Chron. S. Nicolai.

[e] Cat. Deca. Cat. 3 mod. 4.

[f] De Episc. Stab. suff. Surren. num. 30.

[g] Cap. 13.

[h] Not. S. Mar. tini lib. 4. p. 4.

[i] Ibid. Cent. 4. mod. 7.

Anno Christi.

bum anno 1438. assumptus; mox sequenti, jussu Eugenii IV. Romam evocatus, regendam Abbatiam S. Pauli de Urbe suscepit, donec ab eodem Pontifice Cardinalis tit. S. Sabinæ pronunciatus est; Episcopus tandem Catanensis ut Grossi, & Pirrus habent [a] de sua Patria meritissimus, Academiam publicam ab eodem Eugenio, & Alphonso Rege Catanæ sistendam impetravit, ac post multa præclare gesta Neapoli defunctus anno 1449. in S. Severini æde sepelitur. Excelluit Joannes teste eruditissimo Cavacio [b] sanctitate & eruditione, & quod magis mirandum, negotiis Principum aptus, clarissimusque continentis vitæ, ac retentæ disciplinæ Monachalis exemplo. Meminit de eo Ciaconius in Vitis P. P. & Cardin. quem immerito Messanensem facit. Pirrus nostri Cœnobii alumnum fuisse censet; sed Grossi S. Justinæ de Patavio Monachum dicit, illud afferens, quod inter ejusdem Cœnobii Præpositos, ac Congregationis Præsides ab Uvione enumeretur, multò ante quam Sicula Cœnobia eidem Congregationi fuissent unita. Sed potuit in S. Nicolao professionem emittere, ut nostrum Regestum testatur, inde in Italiam profectus, S. Justinæ Monachis accensus, eo nomine Patavinus Abbas, & Præses eligi. Idipsum tamen meliori judicio relinquimus.

[a] Notitia Cat. Eccl.

[b] Lib. hist. S. Justinæ.

X. *Lucas de Sabasta* Randatiensis noster Monachus multis nominibus commendatus, à Martino V. è Prioratu S. Mariæ de Nova Terræ Manfredis translatus, Prior S. Mariæ Vallis Josaphat, & S. Mariæ Magdalenæ Messanæ deligitur ex literis datis Archiepiscopo Panormitano [c]; qui postquam per unum supra viginti annos illis præfuisset, eosdem resignavit, Prioratum scilicet Vallis Josaphat in favorem Abbatis S. Nicolai de Arena, illum vero S. Mariæ Magdalenæ in manus Abbatis S. Placidi. Hanc resignationem Eugenius IV. PP. probavit, firmavitque Nicolaus V. Obiit Lucas anno 1457. de eo nos supra.

[c] Ex Tabul. Monast. & Reg. Priv. Ar. n. 4.

XI. *Matthæus de Pompeo* Catanensis in S. Nicolao Professus, à Monachis Monasterii Novælucis Abbas eligitur, & à Pontifice confirmatur; qui statim summa dexteritate, & solertia, ut S. Mariæ de Scalis prope Paternionem illustre Cœnobium suo uniretur, à Romana Sede impetravit; atque Abbatiali munere per plures annos laudabiliter gesto, obiit anno 1478. De Matthæo nos inferius, ubi de Cœnobio Novælucis.

XII. *D. Cyprianus à Leontino* Abbas S. Angeli Cajetæ à PP. Casinensibus designatus, ibi maxima prudentia, ac zelo anno integro præfuit; quo exacto Neapoli immatura morte decessit, omnibus sui desiderio relicto, anno 1581.

XIII. *D. Paulus Gravina* à Catana nobilissimis ortus natalibus in nostro S. Nicolai anno 1533. die 8. septembris professus, per omnes dignitatum gradus ad S. Pauli Præposituram evectus anno 1575. Abbas demum eligitur, & Monasterio Castrivillarum præficitur. Ex eo Gregorii XIII. decreto ad reformandum S. Basilii ordinem per Calabriam assumptus, ejusdem Præses Generalis anno 1580. renunciatur.

Sequenti vero ad suum translatus Monasterium, illi per integros annos quinque summa vigilantia præfuit, ut superius jam diximus. De eo Grossi, [d] & eruditissimus Abbas Armellini in Biblioth. Casinensi, ubi ab alio Paulo Gravina, de quo infra, illum meritò distinguit, & Petri Ricordati testimonio, Theologica scientia clarum, Musicisque eruditum prodit.

[d] Cat. Decr. Cat. 2. mod. 3.

XIV. *D. Seraphinus Ferrerius* cucullo, & Patria Catanensis, Prior nostri Cœnobii primùm, dehinc primus Abbas S. Benedicti Militelli constitutus, nascentem illam domum vitæ meritis, & virtutibus illustravit, ac solertia evexit. Mox S. Flaviæ, tandemque Fundronis Præfectura functus, in omnibus sese non minimum commendavit. Obiit Catanæ anno 1615.

XV. *D. Laurentius Simonetti à Catana* Casinensis Congregationis Abbas Cancellarius electus die 9. Maji 1632. post biennium senex decessit die 29. Junii.

XVI. *D. Costantinus Cajetanus* à Syracusis Abbas S. Baronti, & Collegii Gregoriani Auctor, & Præses, de quo mox dicemus.

XVII. *D. Nicolaus Riccioli* Abbas, & Fundator Monasterii Castri Cassini in partibus Poloniæ, & Lithuaniæ, 18. D. Nicolaus Maria Tedeschi Archiepiscopus Apamenus, & S. Rit. Cong. Secretarius, de quibus etiam infra de Scriptoribus agendo; quorum agmen ducit

I. *Athanasius ab Aci*, de quo eruditissimus Mongitore. Claruit anno 1295. scripsitque Historiam de Adventu Jacobi Regis Catanam, ac gestis ejus, quæ inter Archivi schedas casu inventa anno 1640. in nostra Bibliotheca asservatur. Illam citant Carrera pluribi, Grossi, & Inveges.

II. *Bartholomæus Taberna* à Paternione; scientia, & morum præstantia celebris Monasterii Chronicon primus omnium maximo labore, & studio, comparatis ex veteribus tabulis notitiis, posteris vulgavit, in quo exactam Historiæ seriem, & auctoris pietatem quisque potest deprehendere. Præclarè etiam Tabulario consuluit, Expositionem in S. Joannis Apocalypsim Eruditis sane probatam edidit, quæ ms. in membranis hodie in nostra Bibliotheca asservatur, ac in S. Georgio majori signata 318. Poema heroicum de vita B. Agathæ V. M. Catan. italico exaratum carmine typis Joannis Camarini Veneti anno 1584. commisit, quod ms. etiam in nostra Bibliotheca reperitur. Plura denique beneficia, dum Generalem œconomiam gereret, Monasterio præstitit. Obiitque octuagenario major anno 1610. Prioris titulo decoratus. De eo agunt cum laude Wion in Arbore Monast. [e] Possevinus in Appar. Sac. tom. 1. Pucinellus in Apparatu Historico, ubi Virum vitæ Venerabilis eum appellat, in omnibus scientiis optimè versatum, Philosophiæ in Florentino Cœnobio Lectorem. Mongitore in sua Bibliotheca Sicula, & novissimè in sua eruditis. Casinensi Bibliotheca Abbas Armellini, qui Bartholomæo nostro etiam adscribit Vetus Chronicon Monasteriorum Siculæ Provinciæ; quamvis longe antiquiorem, & certè S. Martini de Scalis Alumnum Auctorem id Chronicum recognoscat in

[e] Lib. 1. Cap. 63.

Anno Christi.

in unum licet volumen, cum nostri Chronographi Opere compactum.

III. *Paulus Gravina* alterius, de quo supra, Nepos, in nostro Cœnobio monachum professus anno 1579. die 10. Februarii, ejusdemque pro vitæ meritis demum Abbas, ut suo loco innuimus, Summam Theologicam eximii Doct. S. Thomæ Aquinatis Hetrusco Carmine tertio Rhytmo, ut vocant, magno labore, ac studio cecinit, floribusque Poeticis sacram scientiam novo argumento, ac sanè inusitato ornatam voluit, atque Eminentissimo S.R.E. Cardinali Alexandrino anno 1595. nuncupavit, ut Epistola operi præfixa in S. Benedicti Mantuani Asceterio conscripta, edocet. Primam secundæ etiam ejusdem Angelici in summam redactam soluto carmine Italico, ac in septem Cantica distributam concinnavit. Denique tractatum *de Viro bono* latinè scripsit Casini, cum ibidem studiis vacaret anno 1589. Quæ omnia in S. Proculi Bononiæ Bibliotheca mss. asservantur. Agit de Paulo nostro Clariss. Abbas Armellini in sua Bibliotheca Benedictino-Casinensi, à quo primum didicimus, laudata opuscula Paulo Juniori debere attribui. Nulla quippe apud nostros Junioris notitia, nec in Abbatum Catalogo illius nomen, quod cum alterius Pauli à Venetiis per eadem tempora S. Nicolai Abbatis confusum diù latuit.

IV. *Valerianus de Franchis* Sacræ Theologiæ in Patrio Catanensi Lyceo, ac in Academia Parmensi Magister, Bartholomæo Taberna coævus, cui proin Bartholomæus suum Chronicon nuncupavit. Fuit in divinis, humanisque literis, sed matheseos in primis eruditus, ac vitæ puritate conspicuus, scripsitque librum cui titulus, *Corona Benedictina SS. Trinitatis, & B. Mariæ Virginis*, piis meditationibus, SS. Patrum, & Sacræ Scripturæ interpretationibus refertum, ac prelo jam paraverat, sed morte præventus non edidit. Historiam Catanæ Urbis ab Octavio de Archangelo Catanensi concinnatam in meliorem ordinem digessit, ac tomis duobus comprehensam ms. reliquit. Catanensium Episcoporum gesta hortatu Vincentii Cutelli Catanensis Episcopi literis consignanda assumpsit, ac tomo 2. Catanensis Historiæ inseruit. Denique Valeriani industriæ debemus Scenographiam antiqui Cœnobii ad Architectonicæ leges elaboratam, ad cujus exemplar opus illud insigne olim extructum, quod anno 1693. dirutum, hodie in pristinum splendorem restitutum, auctumque assurgit. Ejusdemque etiam liberalitati adscribunt marmoreum signum Catanensis Virginis, ac Martyris Agathæ, atque altare item marmoreum in Centro Carceris ejusdem Virginis, cui proin hæc a fronte adhæret inscriptio, *Fratres de Franchis obtulerunt ex voto*. 1600. Obiit senex S. Salvatoris Ceramis Prior anno 1635. de quo cum laude agunt Grossi, Mongitore, & novissimè Armellini. [a]

a Gros. Dec. Cat. Cor. 1. Mod. Mong. & Armell. in Bibliothec.

V. *D. Constantinus Cajetanus* a Syracusis, ex Principibus Cassari, & Sortini marchionibus genus deduxit suum, sed moribus, virtutibus, ac scientia in primis spectatior claruit. Regularem habitum in S. Nicolai die 28. Octobris 1586. indutus, in evolvendis Ecclesiasticis Historiis, veterumque scriptorum monumentis undique colligendis, Sanctorum PP. scriptis per omnes Italiæ Bibliothecas legendis, ac Tabulariis investigandis maximam vitæ partem insumpsit. A Clemente VIII. PP. Romam evocatus, ac Cæsari Baronio adjutor datus, ut ipsemet Baronius testatur [b], perpetuus Bibliothecæ Vaticanæ Custos deligitur, cui quidem muneri obeundo multis jam annis paratus accessit. Sub Gregorio XV. Collegium Gregorianum promovit, cujus Institutor, ac Præses perpetuus ejusdem Summi Pontif. diplomate declaratur, ut in Bullario Romano tom. 3. Ab Urbano VIII. Prior S. Nicolai de Latina, ac demum Abbas S. Baronti constituitur. Collegii de Propaganda fide primus Consultor, Sedis Apostolicæ à sacris, & secretis monumentis, omnibus sui ævi scriptoribus commendatissimus, ab eis certatim *Vindex Benedictinus, sacræ eruditionis, ac penitioris antiquitatis Indagator, & Illustrator, magnarum denique rerum Auctor, & promotor* appellatur. Plura scripsit, quibus Siciliam, & Ordinem illustravit, quorum alia typis edita, alia mss. in variis Italiæ Bibliothecis asservantur. Omnium Catalogum referre longum esset, habes illum, apud Allatium de Apibus Urbanis, apud Mongitorium, & Armellini in Bibliotheca. Mortuus est Romæ die 14. Augusti anno 1650. Innocentio X. Sum. Pont.

b Ann. 1065. num. 16. Ann. 1072. num. 16. Ann. 1062. num. 4. Ann. 1119. num. 1.

VI. *D. Gregorius Paternò* ex nobilissima progenie Catanæ ortus nostri Cœnobii Prior, à morum comitate, & a scientia commendatus, scripsit super Canticum Canticorum opusculum verè pium, ubi de Ecclesiæ Militantis, & Triumphantis honoribus differit, quod lectoris studium incendit, fovitque pietatem, nec non & auctoris prodit virtutem. Obiit Gregorius anno 1644.

VII. *D. Balthassar Morabito, & Abbate* clara familia Catanæ natus, ac in S. Nicolao vitam monasticam professus, insignem librum composuit, cui titulus, *Doctrina Politica Christiana*. In eo eximia methodo ad reformandos Catholicorum Principum mores documenta præbentur. Opus ex innumeris exemplis magno labore, & studio congestis elaboratum, omnibus denique utilissimum, cujus autographum in Monasterii Bibliotheca asservatur. Illum laudat Armellini in sua Casinensi Bibliotheca, atq; Abbatis insulis etiam ornatum dicit, sed perperam. Scribebat Balthassar anno 1664.

VIII. *D. Nicolaus Riccioli, & Asmondo* à Catana nulli nobilitate secundus, sed virtute, ac scientiarum peritia cum primis nobilior; vitam monasticam in S. Nicolai anno 1651. 1. Novembris amplexus, doctorali laurea in Catanensi Universitate donatus, sacræ Theologiæ publicus Interpres eligitur. E patria Casinum commigrans, ibi aliquandiu miris virtutum exemplis emicuit; inde propagandæ Religionis ardens desiderio in Poloniæ, & Lithuaniæ partes longius abscedens, disciplinam monasticam in easdem regiones invexit, tanto quidem fructu,

Anno Christi.

Anno Christi. fructu, ut multis reformatis Monasteriis, aliisque erectis, ea ad sacri cultus observantiam instituerit, quare Clementis X. PP. rescripto 36. ætatis suæ anno Abbas perpetuus, & Fundator Cœnobii Castri Casini renunciatus est. Innumeros homines ad S. Religionis portum, Hæreticos multos ad fidem Catholicam verbis, doctrina, exemplis reduxit, atque ad perfectionem contendere incitavit. Catanam filiali amore victus 43. ætatis anno veniens, paucis elapsis mensibus ad discipulos remeavit, in quorum manibus meritis locuples tandem decessit anno Christi 1694. Brevi methodo summam disciplinæ monasticæ ex Regula nostra composuit, quæ typis edita Monachorum manibus teritur. Insigne etiam volumen contra Hæreticos, eorumque fallacias ms. reliquit. De eo in Regesto Casinensis Congregationis sic legitur: *Abbas in Lithuania, ubi quatuor Monasteria ædificavit, & Castro Casini nomen imposuit*, ut eruditissimus Abbas Armellini adnotavit in sæpe laudata Bibliotheca.

IX. *D. Nicolaus Maria Tedeschi, & Abbate* his nostris diebus Romæ magna nominis celebritate florens, Catanæ nobilissimis ortus parentibus, anno 1686. iisdem invitis in nostro S. Nicolai Cœnobio vitæ monasticæ studiis sese addixit, cingulo militaris Religionis S. Joannis Hierosolymitani deposito. Statim porro ab ipsa juventute qualis esset futurus, demonstravit; emensis enim Philosophiæ, ac Theologiæ curriculis, ac Doctorali laurea in Catanensi Gymnasio insignitus, primus omnium Philosophicas Theses ad mentem S. Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi ex ejus operibus magno studio, & labore excerptas, publicè defendit, ac typis vulgatas Josepho Saens de Aguirre S. R. E. Cardinali amplissimo nuncupavit. Inde Romam advectus, Pœnitentiarii munus anno Jubilæi 1700. in S. Pauli de Urbe exercuit, & mox sacræ Theologiæ in Collegio S. Anselmi Romano Interpres designatus, multis annis magna nominis, & Doctrinæ opinione eam docuit. Ibi Prior à Casinensi Congregatione, SS. Officii Qualificator, sacrorum Rituum, Indicis, & Indulgentiarum Consultor, & Theologus, atque Episcoporum Examinator, à Clemente XI. demum Episcopus Liparitanus est renunciatus. Libertatis Ecclesiasticæ acerrimus Assertor, ob id eidem summo Pontifici in primis charus, Romam denuo reversus, S. Rituum Congregationis Secretarii munere decoratur, quo per hæc tempora laudabiliter fungitur. Denique anno 1722. Liparitano Episcopatui renuncians, ad Archiepiscopalem Apameæ Ecclesiam in partibus Infidelium Innocentio XIII. benigne annuente, transfertur. Circumferuntur ex ejus opusculis plura, in quibus eruditio, & non vulgaris scientia, atque omnigena in sacris dogmatis peritia elucet. De hoc nostro Cœnobio meritissimus, ipsum lychno argenteo mirabilis artificii, & magnitudinis ex summa liberalitate paucis abhinc annis donavit; sed & de Religione universa elapso etiam anno meruit. Monasterio quippe Sacri Specus, ubi SS. Patriarcha Benedictus vitæ perfectioris fundamenta jecit, præclarè consuluit, quatuordecim aureorum millibus oblatis, ex quorum fructibus quatuor alii Monachi alii possent, qui Divinis Officiis, ac Peregrinorum undique confluentium confessionibus excipiendis incumberent; ad quod firmandum à Clemente XII. PP. literas in forma exoravit Romæ 7. Februarii 1732. De Nicolao, cui majora apprecamur, scribunt cum laude Mongitore in sua Biblioth. Sic. Armellini in Casinensi, Ephemerides Ital. tom. 32. Graveson Hist. Ecc. tom. 1. colloq. 2. ubi eruditissimum ejusdem opus commendat.

X. *D. Camillus Mancini* Leontinis oriundus, sed Catanæ ortus, de quo superius in Abbatum serie, Cæremoniale Episcoporum accurata methodo sacros ritus expendens, ms. reliquit, alia etiam opuscula concinnavit. Silvam cum primis variam Asceticam PP. sententiis, factisq; sacræ scripturæ refertam. Ejus meminit Armellini.

XI. *D. Bartholomæus de Alexandro* Paternionensis, de quo etiam diximus; Chronicon alterius Bartholomæi Taberna ad annum 1690. accuratè continuavit, ubi quæ hic intacta reliquit, eleganti stylo descripsit. Vitam etiam S. Barbaræ V. M. Italico sermone composuit, ac alia mss. reliquit. De eo laudatus Armellini.

XII. *D. Anselmus Danieli* à Syracusis, quem supra, ubi de Abbatibus, merito commendavimus, Opus de Auctoritate Romani Pontificis prelo aptum, ac quatuor magnis voluminibus comprehensum paraverat, sed morte præventus non edidit; ubi quidquid umquam à Catholicis Auctoribus congestum, in Petri Cathedræ defensionem, summo labore, & studio, nec minori eruditione enucleavit. Cursum, ut vocant Philosophicum, ac Theologicum, insuper de Morali scientia tractatus, ac quinque Decretalium librorum explanationes mss. reliquit. Anselmum laudat Armellini sæpius citatus in Append. ad P. Partem Biblioth.

XIII. *D. Gregorius Nava* à Syracusis nobilissimæ familiæ decus, emenso studiorum curriculo in S. Anselmi Romano Collegio, pluribusque annis Philosophicas, ac Theologicas facultates in suo Monasterio interpretatus, in Quæsitorum Fidei Tribunali hujus Siciliæ Regni Consultor, Catanensis Episcopatus Examinator Synodalis Romani Pontifici jussu constitutus, doctrina omnigena, ac morum comitate, & innocentià claruit, ad quem, veluti Oraculum, resolvendis implicatissimis, ad moralem scientiam, sacrosque Canones, nec non ad Politiam spectantibus Quæstionibus, undique confluebant. Edidit adhuc juvenis Orbem Philosophicum ad mentem S. Anselmi, seu Theses prolixiores de Rationali, Naturali, ac Morali Philosophia, ac ingens volumen consultationum ms. ordinatè digestum germanus ejus Frater *D. Ludovicus Nava* edito Nucleo totius Philosophiæ, ac Theologiæ Synopsi & ipse insignis, Decanus, & in Quæsitorum Fidei Senatu Consultor oculatissimè asservat. Fuit Gregorius pro vitæ, ac doctrinæ meritis Prioratu insignitus; sed morte præventus, quam die 4. Aprilis 1730. piissimè, ut vixerat, communi urbis mæstitia oppetiit, ne quidem de assequuta dignitate nuncium expectavit.

NO-

NOTITIA QUINTA

MONASTERII S. MARIÆ NOVÆLUCIS CATANÆ,

Cum annexis S. Maria de Scala Paternionis, & Nemoris Clausi.

EXcedenti Catana in proximam Neti Val- A lem ingens statim campus occurrit longe, ac late diffundens oculos, qui in pascua, ac fruges distributus, amœnitate, atque ubertate reliquas Siciliæ nostræ facilè excellit plagas. At ubi, urbis mœniis conjungitur, aquis olim ad voluptatem, & commodum irriguus, in vites & hortos extendebatur; nunc verò arentibus, siccisque lapidibus (Ætnæorum ignium materia) ab anno *1669.* penè ad horrorem obductus, perpetua sterilitate damnatur. Huic, qua Africum respicis, ad mille B circiter passus ab urbe, collis imminet vinetis passim abundans, cujus verticem aliquot suspensa tumulis læta planities extendit, in qua Monasterii Novælucis rudera, & Templi celeberrimi spectantur reliquiæ. Horum notitiam aggredimur explicandam, quibusdam schedis in nostro S. Nicolai tabulario asservatis innixi.

Templi Novælucis fundatio, quæ ducentis circiter annis Monasterii constructionem præcessit, Catanensium pietati, ingenti prodigio, ac maximo Virginis Deiparæ beneficio excitæ, C communiter ab Historicis tribuitur. Utrumque beneficium scilicet, & miraculum sic apud nostros memoratur. Anno 1168. die 4. Februarii terræmotus ingens universam Siciliam adeo affecit, ut teste Ugone Falcando auctore Synchrono, etiam in Calabria circa Regium, oppidaque proxima sentiretur [a]. Catanam præ aliis à fundamentis excussit, ac in ipso Cathedrali Templo Episcopum, & quadraginta Monachos in pervigilio S. Agathæ Divinis Officiis incumbentes, innumerabilemque hominum multitu- D dinem fornix ruens oppressit. Per reliquam verò urbem adeo in Cives ruina desæviit, ut ne quidem una domo superstite, quindecim circiter millia omnis ætatis, omnisque sexus perierint. Memoriæ proditum est, maximam populi multitudinem, quæ ad mare proximum confugerat, irruentibus subito impetu aquis, miserrimè absorptam periisse.

a Falc. pilo. suæ Hist. & prope finem.

1168

His igitur, tantisque malis concussi, in proximos urbi agros Cives, quotquot erant residui, defluunt, quibus confugientibus, vox de E Cœlo illico facta est: *Salvum te fac in Montem*; ad hunc verò non longe ab urbe accurrentes, lucem clarissimam aspiciunt, sub qua devotissimam B. Virginis Imaginem humili loculo substructam inveniunt. Itaque salutis opinione concepta, læti primo gratias rependunt, cumque cessante Virginis Matris intercessione terræmotus periculo, rerum omnium facies subitò immutaretur, eidem SS. Matri, pro ut temporum patiebatur angustia, Templum sub invocatione F S. Mariæ Novælucis eodem in loco excitant. [b]

b Pir. not. 1. lib. 3. Grof. Cat. Decā Cur. 3. m. 6.

Perstitit ab his temporibus magna semper devotione, ac reverentia cultum id Deiparæ Templum ad 1367. quo anno Artalis de Alagona è Siculis Optimatibus, Mistrectæ Comes, Melitæ, & Gaudiusii Dominus, magnus Siciliæ totius magister Justitiarius, regii sanguinis propinquitate celebris, pietate demum, rebusque gestis celebrior, Templo instaurato, atque ædificato Cœnobio, Monachos Carthusienses è magno S. Stephani in Calabria Monasterio accersit, datis literis ad Guillelmum ejusdem S. Stephani Priorem, totiusque Ordinis Generalem [c], Guillelmus Joanni de Salerno S. Martini prope Neapolim, & Bartholomæo Manasi Januæ Paradisi Prioribus perscripsit, ut ad investigandum serio de situ, ædificiis, proventibusque Cœnobii, Catanam se conferrent; qui mox in Siciliam appulsi, cum Artali conventione inita, Monachos quatuordecim, Commissos sexdecim, famulos septem omnes ad num. 37. in Claustris constituere, ad regularia munia obeunda spopondere; Artalis verò vicissim, vel uncias ducentas auri quolibet anno, vel tot redditus, totque bona stabilia, quæ præfatis unciis 200. responderent, Monachis rependere promisit.

c Tab. Moni Novæluc. in Tab. S. Nicolai Arca 17.

Itaque haud multo post facultate ab Episcopo diœcesano obtenta

I. *F. Ambrosius de Fonte* primus ex ordine Carthusiano Prior Novælucis in Monasterii possessionem ab Artali ipso immissus, statim cum sociis magna populi ædificatione arctissimi Instituti inhærens studiis, sedulum Deo famulatum exhibere cœpit, ac primus sui ordinis Regulam in Siciliam induxit ann. 1368. Falluntur prohinc noster Pirrus & Grossi, hanc Carthusiensium fundationem anno 1363. assignantes [d]; ex tabulis enim Cœnobii, fundationis instrumento, ac ex diplomate Urbani V. P. P. Artalis donationem confirmantis anno Pontific. sui octavo, contrarium prorsus evincitur.

I. Prior Carthusiensis.

d Pir. not. 2 in lib. 1. Grof. ibid. mod. 6.

Artalis porro nedum bonis, & censibus Monasterium instruxit, libris, sacra, & domestica supellectili ornavit, ut vidimus, sed ab Friderico Rege, ut firma hujusmodi donatio auctoritate etiam Regia censeretur, obtinuit, utque Monasterium Novælucis iisdem frueretur privilegiis, exemptionibus, & gratiis, quibus Cœnobia S. Mariæ de Licodia, SS. Leonis, & Marci Paternionis gaudebant, speciali diplomate impetravit. En illud. [e]

e Reg. Priv. Mon. vol. 1. fol. 110.

1369

Fridericus Dei gratia Siciliæ Rex, Athenarum, & Neopatriæ Dux. Si Regiæ dignitati est congruum religiosas Ecclesias, Catholicosque conventus sub divino nomine, & Domini nostri Jesu Christi fide fundatos ampliare, multo magis est debitum, Monasteriis divino cultui dedicatis, quæ Dei inspiratione de nostrorum fidelium facultate de novo devotis operibus construuntur, Regii brachii porrigere dexteram adjutricem. Præsentis itaque privilegii serie universis volumus esse notum, quod nobilis Artalis de Alagona Comitatus Mistrectæ Dominus, Magister Justitiarius, Consanguineus,

Consi-

Anno Christi 1369.

Consiliarius, Familiaris, & fidelis noster, præsens nuper coram Majestatis nostræ conspectu tam pro se, quam pro parte Prioris, & Monachorum ordinis Carthusiensis, unius integri Conventus sub vocabulo S. Mariæ Novalucis in Territorio Civitatis Catanæ per dictum nobilem de novo fundati, humiliter supplicavit, ut eidem Monasterio notabili ordine de novo surgenti privilegia, immunitates, & gratias, quæ communiter per Illustres principes Prædecessores nostros bonæ memoriæ solent ut plurimum esse concessa, & clementer indulta, gratiosè offerre, & benigné indulgere nostra Serenitas dignaretur. Qua supplicatione ob reverentiam Divini Numinis exaudita, eidem Monasterio omnes exemptiones, immunitates, & gratias, ac etiam libertates, & privilegia, & cætera, quæ de communi consuetudine nostri Regni, ipsorumque, ut præmittitur, Prædecessorum Monasteriis, Domibus, seu Conventibus Monachorum concedi, & gratiosè conferri est, & extitit consuetum; maximè gratias, & Immunitates singulas Monasteriis S. Mariæ de Licodia, Sanctorumque Leonis, & Marci, hactenus ex nostra, & supradictorum Prædecessorum liberalitate donatas, de mera gratia, & munificentia regia, ex munere speciali eidem Monasterio Ordinis Carthusiensis, & gratiarum cumulum, & primum nostræ Majestatis insigne una simul, & pariter duximus concedendas. Volentes, & universis officialibus nostræ curiæ tam præsentibus quam futuris mandantes expressè, ut prædicta privilegia, & immunitates eidem Monasterio, ut exponitur, supra collata, in omnibus studeant observare; nullique licitum sit sub quovis prætextu, occasione vel causa contra præsentis concessionis nostræ continentiam aliquid attentare. In cujus rei fidem præsens privilegium exinde fieri fecimus, nostri pendentis sigilli munimine roboratum. Datum Messanæ Anno Incarnationis Domini 1369. 1. Septembris, Indic. 8. Reg. in Cancellar.

Has vero libertates, exemptiones, & gratias dehinc Fridericus ipse ejusdem Artalis precibus expressius declarans novo diplomate sub dat. Messanæ ait,

Fridericus &c. Nuper verò idem nobilis Artalis de Alagona verens, ne in dubium tractu E *temporis verteretur, quæ, & quales Immunitates & gratiæ eidem Monasterio ordinis Carthusiensis per excellentiam nostram forent hujusmodi generalitate extensæ, iteratis precibus supplicavit, ut prædictas libertates, & gratias declarare sub particularitate distincta benigniter dignaremur. Quibus supplicationibus exauditis, quia celsitudinis nostræ propositum est exemptiones, & beneficia, quæ per nostram Excellentiam conceduntur, & maximè Ecclesiasticis Ædificiis, & personis esse firmiter, & sine ambiguitate* F *mansura, præsentis privilegii serie expressius declaramus, eidem Monasterio subscriptas gratias de munifica liberalitate duximus in perpetuum concedendas; videlicet*

Quod in omnibus terris, & Territoriis nostri Dominatus tria millia pecudum, & trecenta Vaccæ dicti Monasterii pascua sumere valeant liberè, absque solutione cujuscumque drictus, & exempta ab omni onere cujuslibet servitutis. Item quod dictum Monasterium per se, & procuratores suos A *in omnibus Civitatibus, Terris, & locis nostri demanii possit vendere, & emere res eis necessarias liberè, absque omni jure dogana, & ajuribus cujuslibet diricttus. Item quod dictum Monasterium habere debeat annuatim de Biverio Leontini duo Cantaria Piscium, unum Tenclarum, & aliud Anquillarum recentium, vel salitarum juxta electionem eorum, & prout eorum erit arbitrium voluntatis. Item quod prædictum Monasterium per se, & Procuratores suos habeat, & habere debeat annuatim ex Tonnariis urbis* B *Panormi quatuor Butticellas Tonnenæ, de his videlicet annuis Butticellis, quæ prædictis Monasteriis S. Mariæ de Licodia ex dictis Tonnariis communiter exhibentur. Item volumus, & præsentis privilegii serie, & auctoritate jubemus, quod tam prædictum Monasterium, quam ejus Procuratores, & Factores sint in eorum rebus, & bonis immunes, liberi, & exempti a quibuslibet angariis, vectigalibus, muneribus, & exactionibus juxta qualitatem temporum forsitan imponendis, sub quovis prætextu, aut quavis occa-* C *sione, vel causa. Item quod prædictum Monasterium tam per se, quam per suos Procuratores, & factores aliquatenus non cogatur ad exactionem aliquam jurium debitorum pro exitu rerum, quæ eis sunt, ex eorum arbitrio, & laboribus proventura. Quinimmo eas possint ad libitum eorum extrahere liberè, & sine alicujus solutione drictus, aut jurium quorumcumque. In cujus rei testimonium præsens Privilegium exinde fieri fecimus, nostri sigilli munimine roboratum. Datum Messanæ anno 1370. die 9.* D *Januarii Indict. 8. Reg. In Cancellar.*

Anno Christi 1370.

Eodem anno Urbanus V. PP. Artalis donationem, ac Cœnobii fundationem auctoritate Apostolica probavit, laudavitque, omnesque immunitates, & gratias ab Episcopo Catanensi, & Rege Friderico eidem attributas confirmavit, datis Romæ literis 8. Kal. Februarii Pontificatus sui anno 8 [a]. Nec multo post Gregorius etiam PP. Urbani Successor de injunctis pœnitentiis remissionem universis Christifidelibus Ecclesiam Monasterii devotè visitantibus, solemnioribus anni festivitatibus indulsit, datis Avinione literis 4. Kal. Novembris anno 1373.[b] Non minori denique liberalitate, ac antea Fridericus Rex ejusdem Artalis enixis votis inclinatus, diplomata ab se concessa novis literis confirmavit, auxitque eleemosynas ex Thymnariis Panormi attributas; audiens enim, ut ipse ait, Monasteria S. Mariæ de Licodia 24. thymninæ butticellis Regum prædecessorum munificentia fuisse donata, ut totidem nostrum hoc Novælucis consequeretur, imperavit, Messanæ die 15. Maji 13. Indict. ann. 1375. ut ex ejusdem literis in Cancellaria exscriptis.[c]

1372

a Reg. Priv. Monast. vol. 1. f. 91.

1373

b Reg. Priv. vol. 1. f. 90.

c Reg. Priv. Ibid f. 116.

1378

Cum ob aeris intemperiem anno 1378. omnes fere Monachi in nostro Cœnobio infirma valetudine laborarent, ac multis immatura morte decederent, Artalis mox laudatus aliud Monasterium *S. Mariæ de Nemore Clauso* in ditione Paternionis ab Eleonora Friderici Regis Uxore constructum, ac Fratribus de Pœnitentia nuncupatis concessum, tunc verò temporis à quodam *Donato de Ursone* S. Agathæ Monacho admi-

Anno Christi 1378.

administratum, suis Carthusiensibus cum juribus, bonis, ac omnibus privilegiis attribuit, ut in ipsum autumnali tempore commigrarent; quam Artalis donationem sequenti anno Simon Catanensis Episcopus confirmavit, moxq; Bonifacius IX. PP. ratam habuit 7. Kal. Novembris Pontif. sui anno XI. Domini vero 1401. [a]

[a] Reg. Priv. vol. 1. fol. 113.

1379 Interim Guillelmus, de quo superius, magnę domus Carthusiæ Prior, & Generalis Pseudopontifici adhærens, plures è nostro Cœnobio Monachos ad suas partes adduxerat, atque ad se revocaverat, adeout tum aeris insalubritate, tum Guillelmi fraudibus, deficientibus quamplurimis, pauci in Monasterio degerent; de qua re conquestus Artalis apud Sum. Pontificem Urbanum VI. Hic Jannotto S. Bartholomæi de Risulto Priori, ac totius Ordinis Carthusiani ob Guillelmi exauthorationem Generali præcepit, ut ad Cœnobium Novælucis visitandum se conferret, vel alium pro se ad id munus idoneum mitteret. Jannottus Joanni S. Martini prope Neapolim Priori rem commisit, qui Catanam veniens, cum omnes pene reliquos Monachos infirmitate affectos, quosdam vero ad Guillelmum dilapsos invenisset, Cœnobium ejusque bona, ac jura omnia in manus Episcopi, & Artalis fundatoris, ac Patroni commendavit, omnibusque renuncians, secum in Italiam suos adduxit Monachos. [b]

[b] Ex Privil. Simon. Ep. & Artalis vol. 1. Priv.

1380 Simon igitur atque Artalis Monachos S. Agathæ, aliosque Regulam S. P. Benedicti profitentes ad num. 40. in Monasterium induxere, atque Ambrosium ejusdem S. Agathæ Monachum vitæ discretione præcipuum in Priorem ordinarunt. *Hunc Virum providum, & discretum, literarum scientia, moribus, & virtuosis actibus merito commendandum, in sacerdotio, & ætate legitima constitutum S. P. Benedicti Regulam expresse professum, in Spiritualibus denique, & temporalibus plurimum circumspectum, aliisque grandium virtutum meritis insignitum* appellat Episcopus in Institutione, die 5. Julii Catanæ anno 1381 [c]. Eamdem de Carthusiensi

1381 ad Benedictinum Institutum translationem Urbanus laudatus PP. suis literis confirmavit; utque deinceps, non nisi per Benedictinos Monachos Cœnobium administraretur, imperavit, & facultatem eligendi, & nominandi Abbatem Artali fundatori, & Patrono benigniter indulsit Romæ 3. Idus Maji Pontificatus sui anno V. Domini vero 1383. [d] Igitur

[c] Ibidem fol. 120.

[d] Ibidem fol. 119.

1383 II. *F. Ambrosius* Primus ex Benedictinis Novælucis Prior ab Artali nominatus, & à Simone Episcopo confirmatus, ut jam supra innuimus Cœnobii regimen suscepit; eoque mortuo post biennium, vel forte renunciante

I. Abbas proprietarius. I. *F. Joannes* ex Monachis S. Agathæ primus constituitur Abbas, & à Simone eodem ejus electio laudatur, qui etiam Artalis precibus benignè annuens, Monasterium ab omni Ordinarii Jurisdictione immune declaravit, atque liberum à solutione decimæ, & à quarta legatorum, ut ajunt, omnino voluit hoc speciali diplomate. [e]

[e] Reg. Priv. vol. 1. f. 13

Frater Simon Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Cataniensis Episcopus, nec non Prior Capituli, & totius Conventus ejusdem Cataniensis Ecclesiæ Venerabili in Christo Patri Fratri Joanni eadem gratia Abbati, & religiosis, & honestis Viris Fratribus, Priori, & Conventui Monasterii Novalucis Ordinis S. Benedicti regularis observantiæ Cataniensis diœcesis in omnium Salvatore salutem. Sanè petitio Magnifici, & Potentis Domini Artalis de Alagona Justitiarii, & Vicarii Generalis in persona eorumdem Abbatis, Prioris, & Conventus nostri nuper exhibita continebat, quod cum Monasteria dicti Ordinis fuerint, & sint exempta ab omni jurisdictione Episcoporum, tam in capite, quàm in membris, & dictum Monasterium Novalucis noviter fuerit constructum, & ædificatum, plantatum, & dotatum per dictum Magnificum, quod dictum Monasterium, cum omni dote sua, & possessionibus suis habitis, & habendis dignaremur de gratia speciali pleno jure, tam in spiritualibus, quam in temporalibus ab omni nostra jurisdictione eximere. Nos itaque super præmissis, & infrascriptis petitis nomine dictorum Abbatis, Prioris, & Conventus per dictum Magnificum una cum toto nostro Conventu, seu Capitulo simul in unum capitulariter, collegialiter, & conventualiter capitulum, collegium, & conventum legitimè celebrantes in capitulo nostræ Ecclesiæ more solito congregati ad sonum Cymbali nostræ Ecclesiæ, habitoque pluries solemni tractatu, & diligenti consilio super præmissis, & à nobis plena deliberatione prævisis; attendentes ad affectum, strenuitatem, virilitatem, bonitatem, justitiam, & devotionem dicti Magnifici constituentis, & dotantis Monasterium antedictum; considerantes etiam, quod dicta Religio sic præclarè suum attingit effectum, quod habeatur in conspectu Regis æterni placita, & in oculis hominum gratiosa, omne à se jugum abjiciens enormitatis, & maculam deformitatis excludens, propter hoc enim sanctæ operationis officium, numquam Ordo ipse officio alienæ visitationis, vel correctionis indiguit, sed de ipso aliquibus aliis Reformationis beneficium, ex providentia Sedis Apostolicæ, forma publica referente, provenit. Cum itaque nos, qui pro hujusmodi virtutis actibus in domino spiritu exultamus, claris quoque agnoscimus indiciis, dictum Ordinem esse speculum vitæ, & salutiferæ conversationis exemplum; eximimus pleno jure tam in spiritualibus, quam in temporalibus dictum Monasterium S. Mariæ de Novaluce, Abbatem, Priorem, & Fratres, seu Conventum dicti Monasterii præsentes, & futuros cum omnibus possessionibus suis habitis, & habendis ab omni jurisdictione, & potestate nostra. Volumus etiam, quod de terris, & vineis, quas propriis manibus, aut sumptibus colunt, seu colent, & aliis excolendas tradent, nec nobis, nec alicui alteri decimas persolvant, & ab omni præstatione seu solutione cujuscumque Quartæ mortuorum, quorumcumque collatorum legatorum, seu relictorum per quoscumque Christifideles tam factorum, quam in posterum faciendorum, nobis debita, vel debenda tenore præsentium dictum Monasterium perpetuo authoritate nostra eximimus penitus, & liberamus. Concedimus insuper dicto Abbati, & ejus Monasterio supradicto pro nutrimentis animalium suorum

Anno Christi 1384.

quod-

Anno Christi

quoddam spatium situm, & positum in territorio civitatis Catanæ in contrata Fontanæ russæ, conjunctum viridario Bombacarii usque ad dictum Monasterium cum finibus suis si qui sunt. Districtius etiam inhibentes nostris Rectoribus, & Collectoribus Quartæ mortuorum, & decimarum, & quibuscumque aliis Officialibus, seu cuicumque alteri personæ, qui erunt pro tempore, nec Abbatem, Priorem, nec Conventum, aut Monasterium supradictos contra exemptionem, liberationem, & gratiam nostram hujusmodi super omnibus, & singulis in præsenti Privilegio per nos expressis, & specificatis vexare, seu molestare quoquomodo præsumant. In quorum omnium fidem, testimonium, & certitudinem ejusdem Monasterii præsens Privilegium fieri mandavimus per Notarium nostrum Joannem Rios de Mogantia nostra propria manus subscriptione, & Pontificalis sigilli appensione, eorumdemque Fratrum subscriptionibus, & testimonio debite roboratum. 1384 *Datum Catanæ in nostro Episcopali Palatio anno Dom. Incarnationis 1384. die 20. Novembris Indict. 8. Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & Domini Urbani Divina providentia Papæ VI. anno 7.*

Nos Simon Cataniensis Episcopus suprad. prædicta manu propria confirmamus. Ego Andreas de Cutellis Prior &c.

Per idem tempus Artalis de Alagona sæpius laudatus, totius Siciliæ Regni à morte Friderici Regis cum aliis Optimatibus Præses, Mariæ Friderici unicæ filiæ tutelam gerebat, eamque ejusdem Siciliæ hæredem à Patre constitutam, Joanni Galeatio Mediolanensi Duci despondere contendebat; ejus tamen nisibus aliis ex primoribus mordicus obsistentibus, Raymundi de Montecateno industria, noctu è Castro Catanensi Ursino, ubi servabatur, Maria sublata est, ac triremi imposita, primò in Sardiniam, dehinc in Hispaniam Martino Exercitus Duci nuptura, deportatur. Celebratis aliquot post mensibus nuptiis, Martinus, & Maria illico ad Regni coronam assequendam advolant; pacatisque turbis ab Artali, aliisque Proceribus excitis, Artalem ipsum antea proscriptum, rebusque omnibus spoliatum in pristinam recipiunt gratiam. Verum paulo post eumdem ad nova molienda inclinatum, rebellionis nota inurunt, ejusque bona Regiæ Curiæ adjudicantur, ac Monasterium nostrum de jure patronatus ipsius Artalis, Martino Regi cessit, ut ex diplomate ejusdem Martini sub dat. Catanæ die 17. Augusti anno 1392. eruitur.

1392 Interea Joannes Abbas multis præclarè gestis, ac Cœnobii bonis adauctis diem obierat suum, ejusque loco

II. Abbas proprietarius. II. *F. Guilielmus* subrogatur (incertum quo anno). Hic statim à Martino Rege, ut fundationis Privilegium firmum, ac ratum haberetur, exoravit, atque Artalis, & Friderici Regis diplomata validius roboranda obtulit, quod & Rex benignè præstitit, datis Catanæ literis die 17. Augusti 1392. in quibus bona omnia Monasterio attributa, privilegia, libertates, & gratias enumerans, omnia rata, omnia firma voluit [a]. Nec his contentus Cœnobium ædificiis reparavit, sub Regia protectione suscepit, atque à Monachis sacro Bibliorum codice miræ epicum pulcritudinis, & non vulgaris artificii donatus, pro eodem uncias auri viginti quotannis ipsis indulsit die 10. Februarii anno 1393. 1393 Martini diplomata longiori stylo exarata hic longum esset referre.

Anno 1400. 1400 Magnella de Vinturella nobilis femina bona sua feudalia, & Salinas, ut vocant, in territorio Ennensi Monasterio legavit, ut ex ejusdem tabulis testamentariis per acta Vincentii de Noto Catanensis die nona Martii exaratis [b]. Eodem porro anno Guilielmus noster Romæ versabatur, interfuitque solemni benedictioni F. Benedicti Primi S. Mariæ de Nemore Calatamauri Abbatis, ut ex ejusdem Chronico inferius dicemus. Ibi etiam à Bonifacio IX. PP. confirmationem donationis, & unionis Monasterii Nemoris Claust, dudum ab Artali cum suo factæ, obtinuit 7. Kal Novembris anno 1401. 1401 [c] Ejus denique precibus Martinus Rex conventionem inter Artalem, & Judæorum universitatem Catanæ degentem initam, de unciis 60. Monasterio nostro quolibet anno dependendis, regia auctoritate convalidans, probavit Catanæ die 15. Martii 1403., 1403 & Magnellæ donationem mox enunciatam ratam habuit. [d]

III. Abbas Propriet. *F. Simon de Renda* [e] Calatahjeronensis. Hic anno 1414. 1414 Romæ Petri Rizzari S. Mariæ de Licodia Abbatis, cum F. Placido de Xacca, & F. Placido de Noto Procuratorem agebat apud Sum. Pontificem, ac Petri nomine Schismate Petri de Luna abjurato, Sedi Apostolicæ obedientiam sanctè juravit. [f] Eo agente Joannes Infans Regni Administrator Friderici Diploma firmum voluit, ac omnes libertates, & gratias ab illo nostris attributas, probavit Catanæ die 24. Januarii 1416. 1416 Utque etiam exsolverentur Monachis Unciæ 20. a Martino assignatæ super Gabella *Cascia* pro Bibliorum codice, singulis mandavit Officialibus Catanæ die 22. Februarii 1418 [g] 1418

Anno 1424. 1424 Martinus V. PP. ab omni onere *Quartæ legatorum* nostrum Cœnobium immune censuit, ac Simonis Episcopi literas confirmans, sub Apostolica protectione Monachos, eorumque bona suscepit; denique ab omni solutione *Primitiarum, & decimæ*, ut idem Simon statuerat, exemit. Errat hic Grossi [h] Martini diploma elargitum scribens anno 1449 Martinus enim anno 1417. sedit. In eo autem pluribus commendat Pontifex Monachorum hospitalitatem, ac cætera charitatis officia ab illis impensa pauperibus, *sanè*, inquiens, *pro parte dilectorum filiorum Simonis Abbatis, & Conventus Monasterii S. Mariæ Novælucis prope Catanam ordinis S. Benedicti nobis oblata petitio continebat, quod antedictum Monasterium, in quo de præsenti ejusdem Ordinis viget regularis observantia, & per illius Abbatem, & Conventum advenientibus ad illud, & exinde transeuntibus libera prabetur hospitalitas, pauperibusque, & aliis personis miserabilibus charitatis subsidia, & alia misericordiæ opera tam publicè, quàm privatim erogantur, &c. Datum Gallicani 7 Idus Julii Pont. anno 7.* [i]

Per hæc quoque tempora Alphonsus Rex munificentissimè à vectigalibus, & oneribus Mona-

a Reg. Priv. vol. 1. fol. 111.

b Ex Regest. vol. 2.

c Reg. Priv. vol. 1. fol. 135.

d Reg. Priv. vol. 1. fol. 150.

e Mostitta de Calatahjerone fol. 45.

f Ex Tabul. S. Nicolai Aren. 11.

g Ex Cancel. his annis.

h Dec. Cat. Cord. 2. mod. 6

i Reg. Priv. Vol. 2.

Anno Christi.

nachos, eorumque bona eximens, *tractas*, ut vocant, *frumenti centum* liberè concessit, datis ad id literis, quarum nec autographa, nec exemplaria videre licuit, nec anni notas invenire. In Regesto enim scripturarum, è quo hanc notitiam eruimus, vix adnotantur ex titulo. [a]

a In Actis Visitat. de Mon-tiques.

IV. Abbas Propriet.

IV. *F. Matthaus de Pompeo* Catanensis è Cœnobio S. Nicolai extractus, Abbas Novælucis Rege volente, ac Pontifice confirmante, constituitur. Qui ab Ariete de Avalos Catanensi Episcopo, de solutione *Quartæ Canonicæ, Decimæ, & Primitiarum* cum nostris contendente, literas exoravit, quibus Episcopus liti cedens, præfatum Martini V. diploma ratum habuit, & Monasterium, ac Monachos deinceps immunes ab hujusmodi onere, ut Rom. Pont. exemerat, declaravit in S. Philippo de Agyrio die 4. Novembris 1449. [b]

1449

b Ex Reg. Script. Vol. 2.

1458

Anno 1458. noster Matthæus cum Joanne Baptista Platamone S. Nicolai de Arena Abbate, Jacobo Crisafulli S. Mariæ de Scalis, aliisque Abbatibus de Siculis Cœnobiis in unum Congregationis corpus uniendis convenit, atque impetrato à Callisto III. Rom. Pont. diplomate, rem omnem pene ad votum confecit [c]; sed orta inter suos, & alios Monachos dissensione, unio prorsus evanuit; adeout ne quidem, cum haud multo post alia Sicula Cœnobia in unum coalescerent, Matthæus ejusque Monachi de suo uniendo cogitarent.

c Ex Chron. Monast. S. Nigri.

1464

Idem Abbas maxima sedulitate, & industria, ut S. Mariæ de Scalis nobile Cœnobium ad mille circiter passus à Paternione distans, olim ab Adelasia Rogerii Comitis ex Emma filia nepte exædificatum, ac nostris Benedictinis attributum, suo S. Mariæ Novælucis uniretur, impetravit. Quam unionem Paulus II. PP. 7. Idus Julii Pontificatus sui anno 4. confirmavit. De hoc Monasterio inferius.

1469

Denique Matthæo nostro, ut occupantes *bona, jura, feuda, vineas, terras*, &c. Monasterii S. Nicolai de Arena ad restitutionem compelleret, ac detrectantes censuris Ecclesiasticis compesceret, idem Paulus II. PP. perscripsit Romæ 8. Kal. Septembris Pontif. sui anno 5. Et haud post multo, ut Andream S. Agathę Monachum S. Gregorii de Platia Prioratum injuste occupantem cohiberet, injunxit scripto diplomate ibidem Kal. Julii Pontif. anno 7. Domini verò 1471. [d]

1471

d Ex Tabul. Monast. S. Nicolai Arca 83.

Per hæc ipsa tempora Joannem Burgium Calatahjeronis Civem, Artium, & Medicinæ celeberrimum doctorem, primo Manfredonensem, & Sipontinum Episcopum, dehinc Mazarensem, tandemque Panormitanum hanc Novælucis Abbatiam in commendam habuisse, scribit Pirrus [e], sed male; vivebat enim Matthæus Proprietarius Abbas, qui anno circiter 1474. meritis locuples, senio gravis, triginta, & amplius Abbatiæ annis emensis, mortem oppetiit. Eo deficiente

e Ex Tabul. Monast. & ex Cancel. hoc anno.

1474

V. Abbas Propriet.

V. *F. Matthaus de Marco Joanne*, Aragoniæ, & Siciliæ Rege volente Abbas designatur, cumque ei pecuniæ non essent, unde Apostolicas Bullas impetraret, ab Joanne Thoma Moncada tunc Siciliæ Prorege, ut quosdam terræ tractus de mensa Monasterii loco Pignoris daret, facultatem impetravit Catanæ die 7. Aprilis 1475.; eodemque anno, quo assumptus, obiit. In cujus locum

Anno Christi 1475

VI. Abbas Propriet.

VI. *F. Joannes de Paternione* nobilissimus inter Catanenses, ut qui à Roberto ex antiquis Ambruni Dominis, Comitisque Rogerii familiari genus deduxit suum, Cathedralis Ecclesiæ Monachus, assumitur. Fuerat jam antea Joannes ejusdem suæ Ecclesiæ Prior, atque Archidiaconus, dehinc verò anno 1473. S. Leonis Asori Prioratum etiam obtinuerat; anno demum 1475. Novælucis Abbas, mox Episcopus Melitensis, & Cameræ Apostolicæ Collector, retenta etiam Abbatia, ex Pontificio diplomate Xysti IV. Romæ 8. Idus Januarii, Pontificatus ejusdem ann. 5. creatus est [f]. A Monachis S. Agathæ etiam Catanensis Episcopus postulatus, die 27. Junii anno 1486. post mortem Bernardi Margariti [g] & si confirmationem non obtinuerit; commutata dehinc Melitensi Ecclesia cum Petro de Fox, fit Archiepiscopus Panormitanus anno 1489. ut Pirrus innuit lib. p. not. 1.

f Ex Tabul. Monast.

1486

g Ex Tabul. Eccl. Cat.

A Ferdinando Rege, qui suis Regnis Judæos omnes excedere præceperat, uncias auri sexaginta ex Secretia Panormi suo Novælucis Cœnobio dependendas, impetravit, pro annuis illis censibus, quos Judæorum Synagoga Catanæ degens, ex Artalis concessione eidem Monasterio exolvebat. Datæ sunt Ferdinandi literæ ex Villa Massoreti die 19. Aprilis 1494 [h]. Obtinuit etiam, ut ejusdem Cœnobii bona male a prædecessoribus alienata, eidem redderentur, aliasque libertates, exemptiones, & gratias ab eodem piissimo Rege exoravit.

h Ex Tabul. Monaster. vol. 2.

Obiit post multa præclarè gesta pene octuagenarius die 28. Januarii 1511. Panormi, in majori Ecclesia tumulatus. Illum a Romano Pontifice evocatum, ut ad Cardinalatus apicem eveheretur, refert Adria apud Pirrum ibidem, ac Regis vices bis, & iterum per universam Siciliam tenuisse nostri scribunt. Claruit denique noster Abbas eximia doctrina, ob quam doctoris fundamentalis apud Jurisperitos Siculos sibi nomen comparavit.

1511

Ab ejus morte Julius II. PP. Abbatiam Raymundo cuidam apud curiam degenti contulit 7. Idus Februarii 1512. [i]; at quia de jure Patronatus ea erat, Raymundi electio Regi displicuit; ideo in manus Pontificis ab eodem resignatur, qui ex Regis voluntate, & præsentatione illam Joanni Cabrera commendavit.

1512

i Ex Diplom. Julii II. loc. Joan. Cabrera.

De Abbatibus Commendatariis.

I. Abb. Comm.

VII. JOannes de Cabrera Cæsaraugustanus ex satis nota, ac illustri familia, primus Abbas Commendatarius S. Mariæ Novælucis ab Julio II. PP. institutus, electionis literas in Regno exequendas die 29. Junii 1512. obtulit [k]. Fuerat Joannes Abbas S. Mariæ de Marsala, seu de Crypta ab anno 1505, & Cantor Ecclesiæ Panormitanæ ex renunciatione Bernardini de Cabrera consanguinei; sed resignata ea dignitate in favorem Bernardini de Bononia Episcopi Milevitani, ut ex Bullis ejusdem Julii II. 6. Idus Aprilis 1510, eo mortuo, denuo Joannes ad

k Ex Tabul. Mon. vol. 2.

Anno Christi. 1514 ad eamdem Cantoriam pervenit, quam tandem Nicolao de Castellis cessit, ut ex Bulla Leonis PP. Romæ 6. Kal. Novembris 1514.[a] Ut autem Monasterii Novælucis possessionem est adeptus, suum constituit Vicarium in Spiritualibus, ac Monasterii Priorem F. Hieronymum Picadati Ordinis S. Benedicti S. Catharinæ de Linguagrossa Abbatem, ut ex tabulis Monasterii.

[a] Pir. lib. 1. not. 1. & Mongitore de Cantoria & dignit. Panorm.

Anno 1524. Joannis rogatu provisio Proregis emanavit singulis mandantis Officialibus, ut Monasterio Novælucis solverentur unciæ 20 à Martino Rege pro Bibliorum codice assignatæ, ex Cancellaria eo anno, & similis etiam
1528 provisio anno 1528. extat. De Joanne scribit Pirrus Notit. Ecclesiæ Panormitanæ lib. 1.

II. Abb. Comm. VIII. *Hieronymus Cabrera* Aragonensis ann. 1535. Abbatem agebat, ut ex lib. Protonot. eo anno. Cujus Procuratori litem intendit S. Nicolai de Arena Oeconomus, quod saumam tritici sub censu annuo eidem Cœnobio debitam, exsolvere respuebat; res tamen compro-
1538 missa est, & S. Nicolao adjudicata anno 1538.[b] Hieronymo instante Provisio Viceregia prodiit, ut Monasterium Novælucis consequatur uncias 12. eidem ab Alphonso Rege legatas an-
1549 no 1545. Et mox die 30. Junii de anno 1549. Conductores, & Famuli Monasterii ab omni onere solvendi *Datia, & Gabellas* in territorio Acis absolvuntur, ex literis Panormi datis die, & anno supradictis[c]. Eodem Abbate visitatur Abbatia ab Arnedo, ac multa pro bono ejus
1551 regimine statuuntur. Anno 1551. vacabat.

[b] Ex Tabul. Monast. S. Nicolai.

[c] Ex Cancel. dicto Ann.

III. Abbas Comm. IX. *Joannes Baptista Cicada* S.R.E. Cardina-
1555 lis Abbas an. 1555. designatur, moxque Petrum Ansalonium inter Catanenses nobilitate conspicuum, S. Mariæ Mandanichii Abbatem, suum generalem constituit Procuratorem, atque Abbatiæ Novælucis moderatorem. Petrus ejusdem Monachos ad præscriptum regularis disciplinæ juxta S. Legislatoris præcepta reformavit, & districtionis rigorem mira dexteritate, & lenitate temperavit, ut Monasterii docent Tabulæ.

1557 Anno 1557. denuo ab eodem Arnedo visitatur nomine Regio Abbatia, & omnia, tum quo ad Monachos, tum quo ad bonum Monasterii regimen ritè ordinantur[d]. Cum autem Secretiæ Ministri abnuerent exsolvere Monasterio pecunias à Martino Rege pro codice Bibliorum legatas, Proregis literæ emanarunt, mandantis singulis Officialibus, quibus id munus competeret, ut Monasterio debitas quotannis un-
1563 cias 20. dependerent. Datæ sunt literæ Panormi 1563, & iterum die 17. Februarii anno 1567.

[d] Ex Tab. Conser. Act. Visitat.

1567 Anno 1570. Joannes Baptista moritur, statimque à Monachis capitulariter congregatis
1570 de gremio Capituli Prior eligitur; sed & per Regium Patrimonii Tribunal datis Panormi li-
1572 teris die 18. Novembris 1572. Franciscus Florentius S. Nicolai de Arena Abbas, Monasterii Novælucis moderator constituitur. De Joanne Baptista Abbate Ciaconius in vita Julii III. PP.

IV. Abbas Comm. X. *Antonius Lombardus*, Siculus Lilybetanus, multis nominibus commendatus, à Rege eodem anno delectus est Abbas, & à Pontifice confirmatus. Fuerat hic ab anno 1563. Abbas S. Gregorii de Gypso, dehinc vero S. Andreæ de Palatia Prior, & *Jacobi Lomellini* Mazarensis Episcopi Vicarius. At cum Prorex Piscariæ Marchio Regi scripsisset, Abbatiæ proventus esse annua scutata quatuor millia; Rex verò pensionis nomine, quibusdam exsolvenda scutata duo millia ab Antonio decrevisset, noxiam potius, quam sibi utilem hanc à Prioratu ad Abbatiam translationem, arbitratus est ille; ideo simul redditus utriusque Beneficii retinere contendebat. Qua de re certior Rex factus, ut octingenta scutata de spoliis Præsulum annuatim Lombardus consequeretur, perscripsit ex urbe Aranquez 27. Aprilis 1573.[e] 1573

[e] Ex Pirro not. Mazar. lib. 1.

Interim promoto Lomellino ad Panormitanæ Urbis Archiepiscopatum, noster Antonius Mazarensi Ecclesiæ præficitur, & Novælucis Abbatiam resignavit. Fuit etiam Episcopus Agrigentinus, ac demum Archiepiscopus Messanensis, obiitque Messanæ 13. Septembris 1597. cujus loco

XI. *Alexander Casalius* Protonotarius Apostolicus, & S. Spiritus Calatanixettæ Abbas Rege volente, ac Sum. Pontif. approbante die 29. Novembris 1573 Abbas constituitur; & mox sequenti anno mense Januarii in possessionem inducitur. Anno vero 1577. suum generalem Procuratorem Aloysium de Torres Archiepiscopum Montisregalis designavit, qui optimè per suos administrato Cœnobio, ejusdem bonis præclarè consuluit. Mortuo Alexandro vacavit Abbatia, ad quam visitandam Petrus Butiron de Manriquez mittitur à Rege. Hic de singulis rebus diligenti peracta inquisitione, salutares sanctiones pro Divino cultu augendo, regulari observantia promovenda, ac Monachorum necessitatibus providendis reliquit servandas, quas in Tab. Monasterii Novælucis licet observare, & in Tabular. Conservatoris. Porrò cum tres tantùm Sacerdotes sub Regula S. Patris Benedicti militantes invenisset, duos verò Ordinis S. Augustini, his ultimis ejectis, ut deinceps Monasterium à Monachis tantùm Benedictinis administraretur, præcepit. Statuit quoque, ut sede vacante Prior à Monachis unanimiter, & ritè, ut consueverat, eligeretur; quod si intra aliquot dies ad electionem illi non venirent, Prioris electio ad Præpositum Insignis Collegiatæ Civitatis Catanæ devoluta intelligeretur.[f]

V. Abbas Comm. — 1577 — 1580

[f] Ex Actis Visit. in Tab. Mon.

XII. *Antonius Manelli* Mazarensis Ecclesiæ Cantor, & Sede vacante Vicarius, Regius Capellanus, S. Mariæ Transtiberim Canonicus, ac demum hoc anno Abbas Novælucis eligitur; sed morte præventus possessionem non est assequutus. De eo Pirrus lib. 3. not. 6. VI. Abbas Comm. 1581

XIII. *Nicolaus Stizia* Patricia gente Catanæ ortus, utriusque juris consultissimus, innumeris promeritis, ac scientia in primis illustrissimus, Regius Capellanus, & Abbas S. Philippi de Grandis Diœcesis Messanensis ex Regiis literis, & Apostolicis Gregorii XIII. Kal. Martii 1579. Anno denique 1582. Abbatia hac Novælucis insignitur. Plura Nicolaus Monachorum commodo, & regularis observantiæ incre- VII. Abbas Comm. 1582

Anno Christi. 1583.

incremento sanxit, conveniitque cum illis de mensæ separatione.ᵃ

ᵃ Ex Tabul. Monast. in actis Nicol silz. Abbat.

Sub ejus regimine Franciscus de Puteo Monasterium S. Mariæ de Scalis prope Paternionem nomine regio visitavit, multaque utilia servanda decrevit, quibus non minimum Cœnobio, & Monachis consuluit, ut ex Visitationis Actis eruimus. Anno 1584. ab eodem Gregorio XIII. PP. Indulgentiam, remissionemque plenariam, ut vocamus, fidelibus omnibus devotè 15. die Augusti Ecclesiam Novælucis Visitantibus Nicolaus noster obtinuit; ac multa bona Cœnobii malè à Procuratoribus Joannis de Cabrera Prædecessoris anno circiter 1516. alienata auctoritate Tribunalis S. R. C. seu Consistorii anno 1585. eidem restituenda curavit.ᵇ

1584

1585

ᵇ Ex Tabul. Monast. ibid.

Eodem Abbate, de uniendo hoc Novælucis Cœnobio Casinensi Congregationi serio actum; cui quidem operi Theophilus à Mantua S. Nicolai Abbas totus incubuit; adeout decreta etiam Congregationis, ejusque regiminis accederent; at irritos conatus omnes eventus demonstravit. Denique Nicolaus è nostro ad Archimandritatus Messanensis regimen evectus est anno 1591. inde ad Cephalædensem Ecclesiam anno 1594. translatus, ibidem sequenti anno obiit, nobili tumulo, & epitaphio decoratus. Vide Pirrum lib. 3. not. Eccl. Cephal. & lib. 4. p. 1. not. 1.

1591

VIII. Abbas Comm.

XIV. *Ascanius Columna* S. R. E. Cardinalis, Archipresbyter Lateranensis, magnus Prior Venetiarum, literis Regiis nominatus, à Pontifice confirmatur anno 1592. Qui Monasterii sui regimen S. Nicolai de Arena Abbati, tunc Eusebio à Roccagloriosa commendavit; ædificia collabentia reparanda curavit, unionemque cum Casinensibus totis viribus promovit, ea etiam conditione, ut Abbatis Electio penes Regem remaneret. An. 1605. Philippus Jordi Reg. Visitator ad nostrum veniens Cœnobium, Euphemianum Casagrande S. Nicolai Abbatem Gubernatorem, atque Abbatiæ moderatorem in spiritualibus, & temporalibus die 13. Septembris constituit: id quod mox suis literis sequenti anno Ascanius Abbas confirmavit.ᶜ Fuit etiam noster Ascanius Abbas Sublacensis, & S. Sophiæ Beneventi, ac demum Episcopus Prænestinus. Obiit Romæ 17. Maji ætatis suæ 49. Domini vero 1608. in Lateranensi Basilica sepultus. De eo scribit Ciaconius in Vit. Pont. & Card. quem magnis laudibus merito extollit.ᵈ

1592

1605

ᶜ In Vita Xysti V. & Card. Creat. 3.

1608

ᵈ Ex Tabul. Monast.

IX Abbas Comm.

XV. *Vincentius Branciforte* ex Principibus Militelli, Francisci Brancifortii S. Benedicti Militelli Fundatoris frater germanus, eximiis moribus præditus, ac virtutibus excultus, statim ac electus, confirmatusque Abbas, de suis Monachis solicitus, vices suas Innocentio Russo S. Nicolai Priori commisit, atque Abbati ejusdem S. Nicolai, ut Cœnobium Novælucis visitaret, & ad præscriptum Regulæ reformaret, perscripsit; id quod illico factum. Fuit Vincentius noster Abbas etiam S. Mariæ de Partu, & Regni Siciliæ deputatus, ac mirè nostro Cœnobio cum ædificia reparando, tum sacris Vasis, & Vestibus Sacrarium ornando, consuluit. Moriens denique sex candelabra ex argento, & Crucem illi legavit; sed Monachorum incuria ea Collegio Societatis Jesu Panormitano devenerunt. Obiit die 2. Decembris 1620. ejusque mortalis pars in tumulo Fratris in Monasterio S. Benedicti Militelli apponitur, quam pæne integram paucis ab hinc annis spectavimus. De eo Pirrus in not. Eccl. Syrac. Vacavit Abbatia an. duobus.

1620

X. Abbas Comm.

XVI. *Antonius Spinola* Januensis S. R. E. Cardinalis titulo Sanctorum Cosmæ, & Damiani à Rege eligitur, & à Pontifice confirmatur anno 1623. Hic cum Abbate S. Nicolai de Arena convenit, ut deficientibus jam Novælucis Monachis, Cœnobium illud suo uniret, & Monachos ibidem de S. Nicolai gremio assignaret, qui Divinis Officiis, Missarumque celebrationibus incumberent, & ipse vicissim Spinola de bonis Abbatiæ scutata quincenta quolibet anno pro Monachorum victu, fabricis, aliisque necessitatibus exsolvere promisit. Octo igitur Monachos, duosque Commissos in Novælucis Cœnobio, & duos itidem in Scalensi, totidemque commissos designavit Theodosius Mastius tunc S. Nicolai Abbas. Pro qua etiam firmanda unione, nedum Proregis accesserunt literæ, sed & Congregationis Casinensis decreta. Exinde singulis trienniis lectis in S. Nicolao Capituli Generalis Actis Monachi Novælucis, & Scalæ ab Abbate designabantur.ᵉ

1623

ᵉ Ex Tabul. S. Nicolai de Arena.

Sub eodem Abbate novis ædificiis utraque Cœnobia reparantur, ac muniuntur, deque eorum unione cum Casinensi Congregatione denuo est actum, rem promovente maximè ipso Antonio Abbate: & Capitula, conventionesque in perpetuum valituræ hinc inde sunt efformatæ; sed irrito conatu unio evanuit. Fuit Antonius, ut Pirrus refert lib. 4. p. 1. Abbas etiam S. Angeli de Brolo creatus anno 1630. sed a Pontifice S. Jacobi in Hispania Archiepiscopus electus, huic nostræ, & alteri Abbatiæ renunciavit, quas Summus Pontifex eodem die electionis Antonii, nempe 23. Septembris Cardinali Ludovisio contulit: sed cum essent de jure Patronatus Regii, Provisio Pontificis Regi non arrisit; quare Procuratori, atque Bonorum Abbatiæ Administratori Joan. Baptistæ Paternò præcepit Prorex, ut annuos proventus, iis exeptis, qui Monachis pro mensa, Ecclesiæ cultu, & Fabricis quotannis rependebantur, Regi adjudicatos, Regio Procuratori asservandos committeret. Vacavit igitur Abbatia annis tribus; possessionem enim Ludovisius non est assequutus; quo tempore denuo à Monachis nostris pro unione Monasterii cum Casinensi Congregatione fuit supplicatum.

1630

XI. Abbas Comm.

1633

XVII. *Ægidius Castillus Alburnotius* S. R. E. Cardinalis Tit. S. Mariæ in Via, Archiepiscopus Tarentinus, & S. Angeli de Brolo Abbas huic nostro præficitur, qui mox conventionem Spinolæ cum S. Nicolai Abbate Andrea à Messana ratam habuit, suumque Procuratorem in temporalibus Aloysium Hippolytum elegit. Hic scutata quincenta pro mensa Monachorum dependenda, exsolvere renuens, S. Nicolai Oeconomum cogebat, tot bona, ac Terræ

tractus

Anno Christi: 1643

tractus sibi de Abbatia vindicare, quot scutatis illis quingentis æquivalerent; Conditionem respuente Oeconomo, atque ad Abbatem Ægidium appellante, hic pro suo Procuratore decrevit; hinc S. Nicolai Abbas sæpius apud Proregem conquestus cum nihil efficeret, suos revocavit Monachos, statimque Aloysius Carmelitas Excalceatos, quos Teresianos appellant, in Monasterium Novælucis induxit, eisque bona mobilia, supellectilem familiarem, & sacram, quam olim Spinola Benedictinis dederat, assignavit anno 1643.

Hoc igitur anno deficiunt Benedictini, quorum loco PP. Teresiani subrogantur, ut ex actis concessionis, & assignationis apud Hieronymum Raymundo Catan. sub die 19. Novembris ejusdem anni.

XII. Abbas Comm. 1651

XVIII. *Petrus Ronchiglio, & Brisegna* Hispanus Ægidio successit, qui anno 1651. Teresianis Fratribus ob aeris inclementiam abeuntibus, S. Augustini Fratres discalceatos substituit ex Actis Francisci Vianisi Panor. die 8. Martii. Exinde ab eisdem usque ad nostra tempora Cœnobium administratur, qui in S. Mariæ de Scalis etiam duos Sacerdotes, ac totidem Conversos detinent, Divinis Officiis, & Missarum celebrationi intendentes.

XIII. Abbas Comm.

XIX. *Constantinus Gallerati* Mediolanensis S. Victorini Cortii Episcopatus Vercellarum Præpositus, post Petrum Abbas renunciatur ex Bullis Apostolicis 26. Septembris in Regno exscriptis die 20. Novembris 1670.

1670 1693

Hic pro instaurando Cœnobio, quod illo horribili Terræmotu de anno 1693. è fundamentis quassatum fuit, ac dirutum, Scutata 100. Monachis dependere quotannis promisit, prout literis Trib. Reg. Patrimonii fuerat perscriptum; sed cum aeris intemperie, præsertim autumnali tempore nihilominus locus subjectus videretur, Fratres de novo condendo prope urbis Catanæ mœnia ad orientem, serio cogitarunt. Veteris ergo Cœnobii reparatione intermissa, a Constantino Abbate facultate impetrata, atque à Tribunali Regii Patrimonii literis die 5. Martii 1703. Messanæ obtentis, in loco ab urbis Magistratu designato, pro ut in iisdem literis erat cautum,[a] angustiori forma novum moliri cœperunt Monasterium, atque paucis post annis Ecclesiam excitarunt; ubi magna Populi ædificatione, & Divini cultus incremento hodie degunt. Vixit Constantinus ad multam Senectutem, mortuus Mediolani anno 1721. Abbatia tribus annis vacavit.

1703

[a] Ex Tabul. Monast.

1721

XIV. Abbas Comm.

XX. *D. Josephus Rocca* nobilissimus Hispanus Valentiæ ortus, ejusdemque urbis Cathedralis Canonicus, Carolo VI. Rom. Imp. & Siciliæ Rege volente Abbas Novælucis renunciatur, & mox ab Innocentio XIII. PP. die 15. Januarii 1723. confirmatus, Abbatiæ possessionem die 6. Maji ejusdem anni adipiscitur. Hic moribus, virtute, ac scientiis, nedum Paterni generis præstantiam ob Regum specialia privilegia eximii, sed & Matris etiam spectatissimam familiam de *Barrio Nuebo* exornans, Catanam ad suum Cœnobium anno 1729. veniens, in vindicandis Abbatiæ juribus maxima solertia allaboravit, ac provehendis Cœnobii ædificiis addictus, ejusdem incremento jugiter intendit; elapsoque triennio in Patriam remeavit, ubi hodie ad majora vivit. Exsolvit noster Abbas pensionis nomine scutata 400. D. Joseph Mugnos Hispano ex literis Regiis Viennæ ann. 1724. in Regno exscriptis.[b]

1723 1729

Anno Christi. 1732

[b] Ex Cancel. hoc anno.

De Monasterio S. Mariæ de Scalis.

1140

I. IN edito colle ad Orientem contra Paternionis Oppidum celebre Monasterium S. Mariæ de Scalis ad mille circiter passus ab eodem dissitum insidet, cujus fundatio Adelasiæ Rogerii Comitis nepti, Emmæ seu Emonæ, & Radulphi Machabæi Montis Caveosi Comitis filiæ circa annum 1140. adscribitur. Hanc porro Adelasiam Adrani, & Calatanixettæ dominam, Mathildis filiam nostri faciunt, Mathildem ex Rogerio ortam, ac Radulpho Machabæo nuptam credunt,[c] sed falluntur sanè; Radulphus enim Emmam, seu Emonam mox dictam in uxorem duxit, ut testantur diplomata in sua Italia Sacra ab Ughello in Episc. Acheruntinis allata, quæ inferius referre juvat. Pirrus autem Emonam inter Rogerii filias nec enumerat, immo in notitia Monasterii Vallis Josaphat, ubi in diplomate Guillelmi II. anno 1188. de ipsa fit mentio, hæc verba habet: *Nota de hac Emma, quam filiam nostri Comitis Rogerii hic habemus, nulla est apud nos mentio; nisi forte esset illa Enena Soror Judith prima uxoris nostri Comitis, nupta cuidam Comiti Apuliæ, vel illa etiam dicta Mathildes, filia ejusdem, uxor Comitis Radulphi, sive Radulphi Maniacis, sive Machabai*.[d] Ad clariorem igitur lucem Chronologiæ Regum Siciliæ afferendam, utrumque diploma ex Ughellio mox laudato exscribimus in parte[e]

[c] Ex Pirro Chro. Reg. Siciliæ. Grossi not. Cat. Cor. 2. mod. 6.

[d] Lib. 4. N. 1. Not. 3.

[e] Italia sac. Tom. 7.

Ego Raul gratia Dei Omnipotentis inclitus senior Montis Scabeosi, & aliarum Urbium, dono Joanni venerabili Abbati S. Mariæ de Pasticio Ecclesiam S. Michaelis Archangeli juxta flumen Basentum in præsentia Aspoti Senioris de Castellazzo, & Domini Arnoldi Senioris de Guanano & Domini Arsinaldi Senioris de Giulano, & Domini Alaymi Stiatigo, & aliorum nostrorum militum, una cum Domina Emona inclita Comitissa, nostraque Conjuge, & Guglielmo, & Roberto meis fratribus &c. Dat. sub ann. Incarnat. Dom. 1100. mense septembris Indict. prima ✠ Signum manus Raul Domini Montis Scabeosi. ✠ Signum manus Dominæ Emonæ Comitissæ filiæ Rogerii Comitis Calabriæ, & Siciliæ &c. Aliud verò ex Tabulario S. Laurentii de Patula etiam ex Ughellio sic habet: *Ego Radulphus Mathabaus gratia Omnipotentis Dei inclitus senior Civitatis Severinæ, & aliarum urbium inspirante Divinâ Omnipotentia, quia vox Divina assidua nos admonet, Ecclesiis Dei toto mentis annisu fideliter servire, una cum Domina Emonæ inclita Comitissa, charissima Conjuge nostra pro animarum nostrarum remissione &c. Dat. per manus Moraldicii Prothonotarii nostri sub ann. Domini*

1105.

Anno Christi.

1105. ✠ *Signum manus Radulphi Machabai senioris Civitatis Severinæ*, ✠ *Signum Dominæ Emonæ Comitissæ filiæ Rogerii Comitis Calabriæ, & Siciliæ*. ✠ *Signum manus Rogerii Comitis Calabriæ*.

Quæ cum ita sint, nulli dubium esse potest, Adelasiam nostri Cœnobii fundatricem, hujus Emmæ, seu Emonæ filiam fuisse; ipsa enim in diplomate dotationis S. Mariæ de Robore Grosso *Radulphi Machabai Comitis Montis Caveosi* filiam se dicit [a]. Id igitur pro certo constituto, quibus Monachis S. Mariæ de Scalis Cœnobium fuerit primo attributum, nos latet. In quodam Regesto Scripturarum Monasterii Novælucis hæc legimus; *Translatio Monasterii de Scala de Ordine Græco in Latinum*, [b]. Quæ quidem verba satis innuunt, à prima sui fundatione Monachis Basiliensibus fuisse concessum, dehinc verò ad Latinos, scilicet Benedictinos translatum.

Jam Guillelmi II. Siciliæ Regis prima occurrit donatio facta Stephano Eremitæ de Ecclesia S. Mariæ de Scalis, & de Casale Bael in territorio Leontinensi; quæ quidem cum de fundatione intelligi nequeat, de translatione aliquid videtur innuere. Stephanus verò, ut traditio nos docuit, à secretis Siciliæ Regis fuit, apud quem accusatus crimine in officio, dextera manu truncata, è Curia expellitur. Hinc Deo militaturus, cum induisset Monachum, a Deipara precibus impetravit, ut ei manus integra redderetur. Obtento proin à Guillelmo Monasterio, sociis adlectis, illis aliquandiu præfuit Abbas, ac sanctè demum in Domino obdormiit, cujus corpus ibidem sepultum magna etiamnum devotione colitur. De eo Cajetanus in sua Idea, & Martyrologio Siculo, ubi illius festum magno Populorum, devotionis causa, undiq; confluentium, concursu, die 26. Decembr. celebrari ait.

Ejusdem Guillelmi munificentia bona quamplurima, ac terræ tractus in territorio Paternionis Monasterio devenerunt, ac liberum pascuum pro suis animalibus Monachi exoravere circa annum 1182 [c]. Nec multò post speciali Honorii III. PP. Privilegio idem Cœnobium, ejusque Monachi, Bona, Jura, Membra, & Ecclesiæ sub Apostolicæ protectionis clypeo assumuntur. Mox Friderici Regis Siciliæ, & Rom. Imp. Diplomate, Donationes, Exemptiones, atque Indulta ab Willelmo eidem concessa, ampliori confirmatione roborantur; & novæ insuper à Vectigalibus, & Juribus Curiæ libertates attribuuntur, ut ex citato Regesto eruimus.

In idem tempus elargitio Feudi, seu Casalis de Resinechi in agro Leontinensi à Comite Bucherii Monasterio facta incidit, cujus exemplum Paternionis Comites, variis, ac latis prædiis illis attributis, sunt sequuti. Bonifacius quoque VIII. Rom. Pont. Privilegia Monachis facta confirmavit, & Fridericus II. Siciliæ Rex omnia eorum bona omnino exempta, ac libertates ratas voluit [d]. Eleonora denique Regina circa annum 1343. novis ædificiis Cœnobium auxit atque ornavit.

1343

1368 Anno 1368. & sequenti Fridericus III. datis Catanæ literis non minori liberalitate censibus, & eleemosynis nostros ditavit, & molendini de Lumbardis donationem, dudum eis factam, firmam censuit. [e]

Ad hæc porro tempora nobis omnino ignota Abbatum nomina, ac gesta, omniumque primus in Regiis libris

I. *F. Joannes de Castellis* memoratur. Hic Catanensis Patria, genere nobilis, à Monachis electus in Abbatem, à Martino, & Maria Regibus confirmationem exoravit anno 1391. Indic. 15. in qua hæc specialiter mandant. [f] *Quod nemo alius admittatur ad Abbatiam cum Bullis obtentis ab Apostolica sede*. Forte enim aliquis eamdem dignitatem contra Monachorum voluntatem inhiabat, quem ideo in suo diplomate Martinus excludit. Idem 1391

II. *F. Nicolaum de Castrojoanne* S. Agathæ Monachum Abbatem, Administratorem, & Præceptorem Monasterii de Scalis constituit, ut ex literis Regiis emanatis anno 1393. in Capibrevio relatis à Barberio, edocemur [g]. Hunc subscriptum legimus in diplomate Martialis Episcopi concedentis Monasterio Licodiensi Ecclesiam, & Prioratum S. Mariæ Roboris Grossi an. 1358 1393

III. *F. Ricchardus Rizzari* præstantissima familia inter Catanenses exortus, & ipse S. Agathæ Monachus in Abbatem S. Mariæ de Scalis præficitur; Qui mox à Regina Blanca religiosissima femina anno 1418. die 23. Julii *duabus piscariæ partibus*, ut ajunt, *Fluminis Paternionis* pro suo Monasterio donatur; multisque præclarè gestis è vivis abiit die 11. Martii, ut Emortuale Catanensis Ecclesiæ habet. Hunc cum Petro Rizzari male confundit Grossi. [h] 1418

IV. *F. Jacobus Borellus* à Catana, quem falso Petrum Pirrus appellat, [i] & ipse ex Monachis S. Agathæ assumptus, optimi pastoris partes explevit, ac vitæ innocentia, sanctisque moribus claruit. De eo in Emortuali Catanensis Ecclesiæ sub die 25. Aprilis fit mentio cum laude, sepultusque creditur in eadem Catanensi Cathedrali Ecclesia; hunc suavem illum, quem efflat, odorem, antiquus Monachorum Sarcophagus, hodie sepeliendis Canonicis Secundariis deputatus, quoties contigit aperiri, ex hujus sancti viri cineribus profluere non immeritò pii viri complures autumant. Jacobo agente Rex Siciliæ Alphonsus sub die 16. Januarii 1434. a vectigalibus, atque oneribus Monasterium eximens, sub regia protectione suscepit, ejusque bona, ac privilegia firmavit [k]. Discessit è vita noster Abbas si Pirro credimus ibidem anno 1435. post quem 1434 1435

V. *Andrea Stitia* Catanensi nobilissimo ab Alphonso eodem Abbatia, ejusque regimen defertur anno 1436. his verbis [l]: *Alphonsus &c. Clerico Andreæ Stiziæ Oratori nostro salutem & dilectionem. Quia ad collationem nostram, & præsentationem factam per nos in personam vestram de Abbatia S. Mariæ de Scalis in Terra Paternionis, tanquam juris Patronatus nostri &c.* Andream Clericali habitu dimisso, monasticum assumpsisse, certo credimus. 1436

VI. *F. Jacobus Crisafulli* Abbas, cui Eugenius IV. PP. causam unionis S. Mariæ de Valle Josaphat Paternionis cum S. Mariæ de Licodia & S. Ni-

[a] Ex Tabul. S. Nicolai de Arena.
[b] In actis Visit. Marchionis.
[c] Ex eodem Regesto.
[d] Ex ch. Reg.
[e] Ex Tabul. Monast.
[f] Ex Cancel. hoc anno fol. 99.
[g] Regia Prov. lib. & Canc.
[h] Not. Eccl. Cat. 2. n. 6.
[i] Chr. Reg. Siciliæ.
[k] Tab. Mon.
[l] Ex Cancel. hoc anno fol. 130.

Anno Christi. 1344.

S.Nicolai de Arena Cœnobio commisit an.1444.[a]

a Ex Tabul. S. Nicolai de Arena.

1468

Præfuit multis annis magna prudentiæ laude, & vitæ puritate, à cujus morte anno 1468. S.Mariæ de Scalis Monasterium alteri S.Mariæ Novælucis Benedictini Instituti etiam perpetuò unitur, rem agente F.Matthæo de Pompeo ejusdem Cœnobii Novælucis Abbate, ac suis literis confirmante Paulo II. PP. Romæ 7. Idus Julii Pontificatus sui anno 4.[b]

b Ex Tabul. Monast.

Exinde igitur Abbas S.Mariæ Novælucis titulo etiam S.Mariæ de Scalis decoratur, ac bona, & jura omnia Cœnobii Paternionensis Catanensi cesserunt. Eidem S.Mariæ de Scalis Ecclesia SS. Salvatoris de Calanna ab initio unita fuit, quam unionem Catanensis Ecclesiæ Vicarius, & Rex Guillelmus suis literis confirmarunt, ut ex Regesto scripturarum eruimus.

Paucis ab hinc annis cum aeris intemperie locus laboraret, Fratres Augustiniani Excalceati, rem promovente Josepho Rocca Abbate, novum Cœnobium, in vicino Oppido Pulchripassus vulgo *Belpasso* moliri cœperunt, sed variæ, ne id perficeretur, intercessere impedimenta; Deo, ac Divis tutelaribus ut credere fas est, ita volentibus, ne celebris ille locus in mapalia Pastorum converteretur.

1340

2. MOnasterium S. Mariæ Nemoris Clausi in Territorio Paternionis, quod malè a Pirro cum illo S.Mariæ de Scalis confunditur in Not. Catanensi lib.3. ab Eleonora Siciliæ Regina Friderici II. uxore exædificatum anno circiter 1340. *Fratribus de Pœnitentia* dictis *ex Ordine Paupertatis*, qui & *Fraticelli* vulgò sunt appellati, incolendum conceditur, ut ex Artalis de Alagona diplomate inferius afferendo, atque ex hoc alio Joannis Infantis Placito.[c]

c Reg. Priv. vol. 1.

Joannes Infans Dei gratia Dux Ducatuum Athenarum, & Neopatriæ, Marchio Terræ Randatii, & totius Vallis Castileonis, & Francavillæ, Comes Comitatuum Minei, & Calatasimi, Dominus Terræ Trabinæ, Buteræ, & Montis Albani, & nobilis Civitatis Messanæ Gubernator, & Regni Siciliæ Vicarius Generalis. Ad pias causas, ubi maximè Sanctorum nos angit devotio, statusque in Christo beneviventium exemplaris, nos libenter trahit debita Charitas; Ut qui Ducalem dignitatem de manu suscepimus summi Regis, ejusdem gubernatione regamur. Per præsens itaque privilegium notum fieri volumus universis, quod ad supplicationem factam nuper culmini nostro per Fr. Guillelmum de Mangerio de ordine Paupertatis devotum nostrum ad laudem, & gloriam Dei, & gloriosissimæ Matris ejusdem, locum illum S.Mariæ de Nemore Incluso in tenimento Paternionis, quem hujusmodi fratres pauperes pro pœnitentia peragenda tenere consueverunt, eidem Fr. Guillelmo pro se & fratribus suis, tam præsentibus, quam futuris agentibus pœnitentiam in eodem loco Serenissima Domina Eleonora Illustr. Regina Siciliæ Rever. & Carissima Domina Genitrix nostra concesserit, & perpetuo donaverit, donationem, & concessionem eamdem de speciali gratia acceptamus, & confirmamus. Ad hujus autem nostræ confirmationis, & acceptationis robur perpetuò valiturum præsens privilegium exinde fieri fecimus, & sigillo nostræ Excellentiæ pendenti munimus. Datum Catanæ anno Dominicæ Incarnat. 1347. *die* 10. *Martii* 8. *Indict.*

Primus itaque Prior *F.Guillelmus de Mangerio* ex Ordine Paupertatis ab Eleonora Regina constitutus, ac per Joannem Infantem, ut mox vidimus, confirmatus, multis annis Cœnobium Nemoris Clausi administravit; cui proinde Elisabeth Regina, Petri II. Siciliæ Regis uxor Valetudinarii ab se Catanæ in Regione S. Mariæ de Rotunda constructi, curam commisit, ut ex ejusdem literis Messanæ die 12. Januarii 1345. Indict. 10.[d]

1345

d Tab. Mon. Reg. Priv. Vol. 1.

Porro neque Eleonora, aut Elisabeth, nec Joannes Infans hujusmodi Ordinem de Paupertate ab Apostolica Sede in Concilio Viennensi de anno 1311, proscriptum fuisse sciebant, ob impia dogmata, quæ per Orbem ex ejus Alumnis aliquot disseminabant; mox igitur, ut ad Successorum Principum notitiam pervenit, illico Fraticellis ejectis, Benedictinis S.Agathæ Monachis cum omnibus bonis, ab Eleonora, & aliis attributis collatum fuit Cœnobium.[e]

e Ex Diplo. Artalis infra.

II. *F.Donatus de Ursone* ex Monachis S.Agathæ à Vicario Generali Catanensis Episcopi Prior ex Benedictinis primus eligitur. Hic cum aliquot sociis perfectissimæ vitæ exemplis, ac bonorum operum fragrantia undique notissimus, Cœnobium non modicum provexit. Ab Friderico in primis Siciliæ Rege *ob multa sua, & suorum promerita*, ut ipse in diplomate loquitur, *Octo Tymminæ Butticellas sale, & fustibus præparatas* ex Tymnariis Solanti, & S.Georgii exoravit Messanæ die 4. Junii 1369[f]. Nec multo post uncias duodecim quotannis ex Secretia Adernionis ab eodem obtinuit die 6. Januarii 1373. Indict. 12. atque ab aliis Viris nobilibus, piisque fidelibus varios terræ tractus impetravit.[g]

1369

f Reg. Priv. Vol. 1 & ex Cancel.

1373

g Ex eodem, & ex Tab.

1378

Querebatur inter hæc *Artalis de Alagona* Mistrectæ Comes, ac Paternionis Dominus jam laudatus, suo Juri Patronatûs illatam fuisse injuriam in collatione Prioratûs Nemoris Clausi; quare Donatus cedendum ratus, Regimini Monasterii in manus Episcopi Simonis de Puteo renunciavit. Simon verò, atque Artalis Monachis Novælucis Carthusianis, eorumque Priori F.Ambrosio de Fonte ipsum contulerunt, ut illis esset pro valetudinario autumnalibus maximè diebus in Novælucis Monasterio aeris insalubritate laborantibus. Artalis literas damus ex integro.[h]

h Reg. Priv. Vol. 1. fol. 120.

Artalis de Alagona dominus Comitatus Mistrectæ, & Terræ Paternionis, & Vicarius Generalis Regni Siciliæ &c. Per præsens itaque Privilegium notum fieri volumus universis, quod bonæ memoriæ quondam Elionora Regina Siciliæ, & Domina Terræ Paternionis, in loco vocato de Nemore Incluso construxit, seu construi fecit quoddam Oratorium, seu Ecclesiam sub vocabulo S. Mariæ de Nemore Incluso, dictumque locum dicta Domina Regina, credens ultra 4. Ordines Mendicantium, videlicet Minorum, Heremitarum S. Augustini, Prædicatorum, & Carmelitarum, esse aliquem Ordinem Paupertatis,

cum

Anno Christi.

cum in rei veritate non fuerit, nec sit post Concilium Lugdunense editum per claræ Memoriæ SS. Gregorium PP. XI. cuidam de Mangerio nuncupato de Ordine Paupertatis, & Fratribus suis concessit, & donavit pro agenda Pœnitentia; Quæ alias tamquam fidelissima Regina, & Filia Ecclesiæ si fuisset certificata, quod acquisitio locorum esset talibus interdicta, & si acquirerent, quod non valeret ipso jure acquisitio, nullatenus donationem de dicto loco dictis Fratribus fecisset, dictisque F. Guillelmo, & Confratribus suis de Ordine reprobato nuncupatis, & de medio sublatis; cum donatio de jure non tenuerit, dictus locus fuit devolutus ad dictam Reginam, & successores suos, & ad nos tamquam Dominum, & Patronum dictæ Terræ Paternionis. Post hæc autem nuper quidam F. Donatus de Ursone Monachus Ordinis S. Benedicti, nobis inconsultò asserens, dictum locum, & Ecclesiam vacare cum de jure non vacasset, obtinuit dictum locum cum Ecclesia à Vicario Catanensis Episcopi. Qui F. Donatus cum remorsu conscientiæ prædictorum, vel alia causa, quia dicta Ecclesia erat sine dote ædificata, in Eremo posita, extra omnes Parochias, non habens populum, nec Parochiam, sponte, & libere renunciavit dicto loco, & Ecclesiæ in manibus Venerabilis F. Andreæ de Cutellis, Prioris, & Vicarii Domini Catanensis Episcopi. Nos vero considerantes, quod cum à modicis temporibus inspiratione divina ardenti animo construxerimus, ædificaverimus, & plantaverimus quoddam Monasterium situm, & positum in Territorio Civitatis Cataniæ sub vocabulo S. Mariæ de Novaluce Ordinis Carthusiensis; in quo loco propter intemperiem aeris tempore æstivo Monachi in eo habitantes, de facili infirmantur. Attendentes etiam &c..... dictum locum de Nemore Incluso cum dicto Oratorio, sive Ecclesia in eo existente de expresso consensu Rev. Patris Dom. Catan. Episcopi, & totius Venerabilis Conventus dictæ Catanensis Ecclesiæ Venerabilibus, & Religiosis Viris F. Ambrosio de Fonte Priori dicti Monast. S. Mariæ de Novaluce, & Fratribus ejusdem Monasterii tam præsentibus, quam futuris, & Monasterio S. Mariæ Novalucis conferimus, & donamus, & de ipsis loco, Oratorio, sive Ecclesia per Clavium traditionem dictum F. Ambrosium Priorem nomine, & pro parte dicti Monasterii investimus, In quorum omnium testimonium &c. Datum, & actum Cataniæ in Hospitio habitationis nostræ sub anno Incar. Dom. 1378. Mense Martii 2. die ejusdem Ind. 2. Ego F. Andreas de Cutellis Monachus, & Prior dictæ Catanensis Ecclesiæ, ac Vicarius dicti Dom. Catan. Episcopi testor. Ego Joannes de Scalciato Monachus majoris Ecclesiæ testor. Subscribunt quoque alii decem Monachi, inter quos Albertus de Rocca; qui fuit dehinc Abbas S. Mariæ de Maniacio, ut in ejusdem Monasterii notitia dicemus. Jam Simonis Episcopi diploma Artalis donationem confirmantis datum est Catanæ die 28. mensis ejusdem, & anni, inductusque Ambrosius in possessionem Cœnobii, & Ecclesiæ Nemoris Clausi ab Abbate S. Nicolai de Arena, de mandato præfati Simonis Episcopi [a]. Eidem unioni post annos aliquot suum quoque calculum adjecit Bonifacius IX. PP. speciali diplomate, quo defectus omnes, si qui forsitan in concessione, donatione, aut unione intercesserint, de plenitudine potestatis, Monachorum Benedictinorum, & Abbatis Novælucis precibus motus, supplevit Romæ apud S. Petrum 7. Kal. Septembris Pontif. sui anno 11. Domini vero 1405 [b]. 1405
Hodie hujus Ecclesiæ, & Monasterii locus vix designari potest; anno enim 1408. ex horribili Ætnæ incendio omnia circum penitus vastata sunt, & S. Mariæ de Nemore Clauso Cœnobium, ac Templum ignitis lapidibus obruta, ut ex Chronico S. Nicolai refert Silvagius cap. 43. & Carrera de Ætna. 1408

III. *Ecclesia, & Prioratus S. Andreæ de Aqua Mili* in Nemore Catanensi olim ab Joanne Infante fundatus, ut Fazellus est testis Dec. 2. lib. 9. cap. 14. ita dictus ab aquarum celebri fonte inde exiliente *de lo Milo* appellato, ab Episcopo Simone de Puteo Monachis Novælucis conceditur, & mox ab ipsis renunciatus, *Simoni de Nigroponte* Presbytero attribuitur; Simonis Episcopi Diploma à Grosso allatum Dec. Cat. Cord. 2. mod. 3. sua etiam confirmatione roboravit Manfredus de Alagona mox laudatus apud Castrum Platiæ eodem die, & anno. Eumdem denique Prioratum post mortem Simonis Nigroponte collatum legimus Monachis Ecclesiæ Catanensis, ut Grossi advertit ibidem.

IV. *Ecclesia S. Sepulchri Domini N. J. C.* in urbe Syracusarum Cœnobio Novælucis annexa, ut ex Actis Visit. Manriques Monast. nostri, Cujus Fundator, & elargitor nos latet.

V. *Ecclesia S. Pantaleonis* Catanæ. Hæc pro *Grangia*, seu Hospitio in occidentali urbis plaga monachis Novælucis attributa, ut ibi infirmi curarentur, una cum Beneficio eidem Ecclesiæ annexo, cujus juri *Martinus de Camulia*, uti Patronus in gratiam Abbatis renunciavit die 8. Martii 1459. Martini donationem Guillelmus Episcopus Catanensis eodem anno die 22. ejusdem mensis confirmavit, ac ratam habuit [c]. Extat hodie Catanæ Regio de S. Pantaleone nuncupata, ubi olim Ecclesia sita.

Inter Novælucis Monachos eluxit *F. Antonius de Moretta* Calatahjeronensis, si Petro Paulo Moretta credimus [d], qui à Xysto IV. Rom. Pontif. indultum exoravit die 12. Februarii 1476. indict. 10. ut mortuo Joanne de Leo Priore S. Mariæ de Terrana, id Monasterium in Abbatiam eveheretur, cujus ipse Abbas esset. De eo scribit Pirrus, & nos in notitia S. Mariæ de Terrana infra.

His diebus Cœnobii Novælucis, ac Templi celeberrimi vix spectantur reliquiæ. Anno siquidem 1693. die 11. Januarii terræmotu illo horribili utrumque dirutum, inde reparari cœptum à Fratribus S. Augustini excalceatis, ut innuimus, tandemque prorsus ob aeris intemperiem relictum est. Qui loco ad Orientalem urbis Catanæ plagam delecto, prope mœnia novum moliri cœperunt. Translatio, & novi Cœnobii in urbe Catana fundatio opera F. Benedicti à S. Agatha anno 1303. peracta, Templum hodie magnificè extructum, sed ulti-

a Reg. Priv. vol. 1. fol. 181.

b In eodem Reg. f. 111.

c Ex Tabul. Monast.

d Not. Cir. Cala. f. 11.

Anno Christi.

ultimam expectat manum. In eo devotissima B. Mariæ Virginis Icon è veteri Ecclesia translata, magna devotione colitur, multisque SS. Reliquiis ex dono ejusdem F. Benedicti à S. Agatha Sacrarium nobilitatur.

Olim in Monasterio hæ servabantur Reliquiæ, ut ex Actis Visitationis constat. *De Lacte B. Mariæ Virginis in vase argenteo. Frustulum Columnæ, ubi Dominus noster ligatus fuit, & flagellatus. Ex ligno S. Crucis. Spina Domini nostri. Ex Sepulchro ejusdem. Ex Sepulchro B.M.V. Os manus S. Luciæ V. M. Dens molaris S. Petri Apostoli. Ex Digito S. Pauli Apostoli. Ex Ossibus, & Sanguine S. Andreæ Apostoli, & S. Jacobi Apostoli. Ex Ossibus S. Petri mart. S. Sebastiani, S. Euplii Catanensis, SS. Cosmæ, Damiani, & S. Agathæ V. M. Catanensis.*

Has omnes una cum scripturis, & Tabulis è veteri Cœnobio Novælucis Monachos S. Nicolai inde abeuntes, in suum Monasterium transtulisse, asserit Pirrus Not. Eccl. Cat. lib. 3. sed perperam; vix enim schedas quasdam libris duobus comprehensas, ac Regestum Privilegiorum in Tabulario S.Nicolai asservamus, Autographum vero nullum. Reliquias porro, scripturas, sacram, ac domesticam supellectilem Teresianis Fratribus à nostris fuisse assignatas docent Acta Renunciationis per Joannem Baptistam Gramignano Catanensem die 10. Novembris 1643. regist.

Abbas in Regni Comitiis 45. obtinet locum, utitur Pontificalibus, dummodo fuerit benedictus, sed habitum non gestat, nec professionem emittit, olim ex utriusque Cœnobii proventibus consequebatur scutata 3000. hodie verò scut. 1786. Onera: Pro victu Monachorum scut. 400. pro fabricis scut. 100. Pro Monachis in Monas. de Scalis, ubi tres tantum degunt ad divina officia celebranda, scut. 100. Pro tandis scut. 184. remanent igitur pro Abbate scut. 1000. circiter.

Ante Terræmotus ruinas hæc olim marmori insculpta in superliminari Ecclesiæ sub imagine Salvatoris extabant Carmina.

Catanie nova lux oritur, Siculis nova surgit
Regula, per Eremo, prior aurea vita resurgit.
Cœpit opus, perfecit ovans, Patres alii huc
traxit ab oris
Strenuus Artalis, patriæ custodia gentis,
Illustris Præses, insignis imago Parentis.
Fluxerunt M simplex, X septem, C tria soli
Hujus post partum Virginis ore poli.

Quæ sane a prima Monasterii fundatione sub Carthusianis Monachis apposita fuisse constat. Stetit Monasterium sub iisdem Carthusianis ab anno 1369. ad 1381. sub Monachis Benedictinis ab anno 1381. ad 1643. per annos 262. sub Teresianis ab anno 1643. ad 1651. Hodie sub Augustinianis, quos inter vitæ meritis, ac profundissima scientia celebris elucet *F. Eutichius a S. Flavia* Catanensis Patria, qui pluries Provinciam est moderatus, atque in bonis, & juribus Abbatiæ vindicandis quotidie allaborat, ac vice Abbatis fungitur.

NOTITIA SEXTA

S. MARIÆ NOVÆ MONTISREGALIS.

GUillelmi II. Siciliæ Regis vix pro merito, numquam satis pro debito à Casinensibus laudabitur munificentia; hinc nemini mirum videatur, si quæ in notitia Ecclesiæ Montisregalis olim Lellus, & ex eo noster Pirrus fusius expendit, denuo repetimus; actum agimus, sed forte in Pirro desiderantur quampauca, quæ hic promenda suscipimus, & ille Archiepiscoporum, qui & Abbates erant, seriem exhibuit, hic Priorum Catalogum, & quæ propius Montisregalis Cœnobium, ac nostros tangunt, dabimus.

Guillelmus igitur II. Primi filius, ex mala arbore fructus bonus, ab anno 1166. sub Matris
1166 Margaritæ, religiosæ æquè, ac prudentissimæ feminæ tutela educatus, cum ætate, ac virtutibus non minus adolevisset, circa annum 1173. celeberrimi Monasterii, ac Templi in hono-
1173 rem Beatissimæ Virginis tota Europa spectatissimi fundamenta jecit. Utriusque extruendi occasio sic ex antiqua, ac pene communi traditione memoratur. Parcus erat non longe ab urbe regia Panormo, in declivi, atque amœnissimo colle ad occidentem, a Saracenorum ævo *Monnabal* appellatus, in quem Siciliæ Reges, curis levandis, crebro veniebant.

Huc venandi causa Guillelmus noster digressus, æstivo sole, ac labore fessus sub siliqua (aliis sub Populo) [a] quieti indulsit. Cum ecce Beatissima Virgo in somnis illi apparens, cumque ad vitæ instituta pro regio, ac Christiano more prosequenda adhortata, eodem in loco abditos Patris thesauros, in sui ac Dei honorem, atque sibi subditorum levamen expendendos ostendit. Evigilans plus Rex effodi jubet, ingentem pecuniæ vim detegit, jussisque supernis obtemperans, de ædificanda Ecclesia, ac Cœnobio deliberat. Accitis itaque, ac magnis etiam præmiis conductis peritissimis in arte musiva Magistris, (forte, ait Giudice [b] Buschetti Dulichii Græci celeberrimi Artificis, qui anno 1016. Pisis majorem Ecclesiam extruxit, discipulis) comparatis undique pretiosis lapidibus, eodem in loco, ubi somno oppressus, Virginem sibi apparentem viderat, Ara maxima fundata, eximiæ pulchritudinis, atque ad Architectonicæ leges affabrè accommodatam Basilicam erexit, ac Monasterium ædificiis spectabile, & Peristylium marmoreum biscentum columellis musivo etiam opere elaboratis suffultum adjecit. Quod Monachis Cavensibus incolendum tradere exoptans, duos ex ipsis ab Abbate Benincasa exoravit, qui aptandis juxta monasticam institutioné Cœnobii ædificiis intenderent.

[a] Tornam. Con. Cass. Tom. 2.
[b] Descript. Ecclesiæ Monrealis.

Anno Christi.

Porro Cavensis Monasterii tunc temporis celebre nomen erat. Id enim quinto fermè milliario a Salerni Civitate in abrupti montis, cui olim nomen *Jenastra*, Valle, *Cava* nuncupata ob adjacentem immanem cryptam intra sinum ejusdem Vallis, ac sub ipsa ferme Crypta circa annum Domini 1125. ab Alferio SS. Abbate conditum memoratur, locum cedente Guaimario Principe Salernitano ejus nominis III., qui Alferium olim sibi carissimum e Cluniacensi Monasterio evocatum in Patriam, ejusdem Civitatis Monasteriis præfecit. At vir sanctus externorum negotiorum præ internæ quietis amore impatiens, Civitate relicta, prius in excelsi montis latus, dehinc in *Metelliani* Cavam (sic illam appellant,) cum aliquot sociis se recepit, ubi ad annum 1050. quo sanctissimè è vivis excessit annorum 120. Abbatis munere functus, piis, sanctisque operibus, ac miraculorum gloria clarus perseveravit; de eo Mabillon, & Chronicon Cavense [a]. Ejusdem Cœnobii fundationem Cavenses ad annum 980. referunt, sed veritati historicæ id minime cohærere multis ostendit idem Mabillon cit. loco.

[a] Anno Bened. n. 15. Tom. 4. Chro. apud Ughell. to. 7. de Salernit. Archiepis.

Post Alferium, Leo Lucensis, Petrus Salernitanus, Constabilis Lucanus, Simon, Falco, & Marinus Abbates magna sanctitate celebres, atque ob id Ecclesiæ fastis adscripti, effloruere, sub quibus, & maxime sub Petro Salernitano Alferii Nepote, viro sanctissimo, atque antiquis Patribus non absimili Cavense Cœnobium adeo crevit, ut supra trecentum triginta tres eidem subjectæ numerarentur Ecclesiæ in Regno Neapolitano, in nostra Sicilia, atque in ipsa Urbe Roma positæ, ex quibus centum viginti conventuales erant, idest viginti novem sub Abbatiæ titulo, nonaginta una sub Prioris, seu Præpositi cura regebantur, reliquæ vero sub nomine Rectoriæ, aut custodiæ absque Monachorum collegio magno Cavensi Asceterio subdebantur, quod proinde caput, ejusque sacra Ecclesia Mater omnium dicebatur. Denique (mirum dictu!) ea erat ad sanctæ conversationis disciplinam confugientium multitudo, ut idem B. Petrus plusquam tribus millibus propriis manibus Religionis habitum imposuerit, atque è longinquis regionibus quamplurimi fidelium eorum corpora in Cavensi Ecclesia sepelienda mandaverint [b]. Prodiere ex eodem B. Victor III. & Urbanus II. Rom. PP. aliique innumeri rebus gestis, ac sanctitate celebres. Sed ut a diverticulo redeamus.

[b] Ex eodem Chronico Cavens. & Mabill. tom. 5.

Marino Abbati septimo Benincasa in Cavensis Cœnobii regimine successit anno 1171. qui apud Guillelmum Regem nedum vitæ, ac morum innocentia, sed impenso etiam beneficio promeruerat. Rem è veteri Monasterii Montisregalis Chronico sic paucis memorat noster Paulus Catania [c]. Cum magno calculi, & viscerum dolore Rex juvenis Salerni affectus, ac omni pene humana ope destitutus decumberet, F. Benincasam Cavensem Abbatem, sanctitate celebrem, ad se vocatum voluit, a quo salutaribus monitis, ac spiritualibus remediis confortatus, pristinæ saluti mox restituitur.

1171

[c] Ex Chron. Montisreg. ms. & Tom. 1o. cit.

Hinc beneficii non immemor, Cœnobium ab se constructum, atque Ecclesiam Cavensibus attribuens, ut centum ad se Monachos ex suis idem Benincasa, quos magno numero subditos habebat, transmitteret, & literis, & nunciis pius Rex postulavit. Ejus votis Sanctus Abbas, ut faceret satis, ex omnibus adlectos in Siciliam transmisit, Theobaldo omnium virtutum splendore conspicuo in Abbatem aliis præfecto, Guillelmo etiam moribus probato in Priorem, Umberto in Subpriorem, & Caro in Magistrum ordinatis. Hi Panormum appulsi, atque a Rege humanissimè excepti, statim novo Monasterio præficiuntur die 20. Maji 1176. ac monasticæ observantiæ juxta Cavensis Congregationis statuta, magna confluentium populorum ædificatione incumbunt [d]. 1176

[d] Ex eodem Chr. Pauli Cat.

Antequam vero hæc agerentur, ac Monachi è Calabria huc commigrarent, anno 1174. Nicolaus Archiepiscopus Messanensis precibus Margaritæ Reginæ, jus omne, quod ejus Ecclesia in Monasterio Maniacii ab eadem Regina paulo ante condito habebat, nostro Montisregalis Cœnobio extrui incepto cessit die 1. Martii. Mox Alexander III. PP. die 30. Decembris ejusdem anni Guillelmi Regis intuitu novum Monasterium ab omni Archiepiscopali, aut alterius jurisdictione eximens, ac sub Apostolica protectione suscipiens indulsit, ut Abbas instituendus omnimoda potestate ordinaria in Ecclesiis sibi subjectis frueretur, insigniis Pontificalibus, aliisque prærogativis, ordinariam jurisdictionem habentibus concedi solitis, gauderet, atque à quocumque Episcopo Benedictionis munus acciperet, ut ex ipso diplomate, quod integrum exscripsit Pirrus in Not. Eccl. Montisregalis statim in principio, & refertur in Collec. Priv. apud Lellum. [e]

[e] Num. 33. fol. 85.

Hinc ex hujusmodi Alexandri Pontificis concessione factum credimus, ut Theobaldus nedum Abbas Monasterii, sed & Episcopus dici cœperit, quamvis consecrationem Episcopalem haberet nullam. Neque id novum; Abbati enim Cavensi ab Urbano II. PP. sub dat. Saler. 18. Kal. Octobris, & 19. Kal. Februarii 1092. idipsum indultum legimus [f]. Casinensibus quoque Abbatibus eadem potestas, ac jurisdictio ordinaria in sibi subditos collata à Zaccharia I. PP. die 18. Februar. 741. & 21. Januarii. 742. à Callisto III. atque ab aliis confirmata. Denique Farfensi, S. Pauli de Urbe, Perusino, ac aliis per Italiam, & extra Abbatibus facultas quasi Episcopalis delegata ex variis in Bullario Casinensi relatis constitutionibus evincitur [g]; quare nedum Abbatis, sed & quandoque Episcopi titulo illi decorabantur; quod dici etiam posse de quocumque Abbate exempto, usum Pontificalium habente, probat Tamburinus Tom. 1. de Jure Abb. dis. 1. quæs. 5.

[f] Chron. Caven. apud Ughell. & Bull. Cas. tom. 1.

[g] Ex Bull. Casin. to. 1. & 2.

Verum, ut tantæ dignitati bonorum etiam affluentia responderet, Guillelmus Rex suo diplomate, ipso assumptæ Virginis festo in eodem Monasterio oblato, Theobaldo, ejusque successoribus, & Monachis contulit Oppidum *Giati*, cujus hodie sola Ecclesia Sanctis Cosmæ, & Damiano, vulgo *Santo Cosmano*, dicata, extat; Oppidum *Corilionis* bis mille laribus constans,

Anno Christi.

ftans, Oppidumque *Calatrasi*, Casale insuper *Bulchar* cum molendinis, Ecclesias *S. Ciriaca*, & *S. Silvestri* cum Casali, aquis, & terris adjacentibus; Panormi quoque *Silvestri Marsici Comitis* Domum, & Capellam, ubi hodie S. Cataldi Ecclesia, Vineam, Viridarium, Domumque *Martini Gaiti*, cum alio etiam Viridario prope *Kemoniam*, concessit; Messanæ Ecclesiam *S. Clementis*; In Calabria Ecclesiam *S. Mariæ de Macla*, & *S. Mauri* prope Rosanum; in Apulia urbem *Bitetta*; Tynnaiam in Siciliæ littore prope Insulam *Fimi*, hodie *Fimmini*; atque in portu Panormi, & mari Siculo Sagittias quinque, idest Naviculas piscationi aptas, ab omni onere exemptas, omnimodam denique libertatem, ac immunitatem à quocumque onere, gabella, servitio, ac datio; Jus pascui per Demanium, Jus lignandi, & temporalem in omnes sibi subditos jurisdictionem attribuit. Diploma exscriptum habes apud Pirrum loc. cit. & in Collec. Privil. Montisregalis in Lello. Oppidum porro *Giati*, illudque *Calatrasi* intra fines Mazariensis Diœcesis claudebantur, hinc precibus Guillelmi, ejusdem Ecclesiæ Episcopus Tristanus, de sui Capituli consensu, jus omne Episcopale, decimas, ac redditus, quos in iisdem municipiis consuevit habere, Theobaldo Abbati, ejusque successoribus concessit, mense

1176 Octobris ejusdem anni 1176. Nec minori liberalitate Gualterius Archiepiscopus Panormitanus sequenti anno, facultatem omnem suæ Ecclesiæ competentem in Terra Corilionis, Theobaldo eidem indulsit. Reliquas hic, cum piissimi Regis, tum aliorum Siciliæ, & Calabriæ Episcoporum donationes Theobaldo Abbati, ejusque successoribus factas, longum esset referre, cum apud Pirrum, & Lellium locis laudatis ex integro registrentur. Templi etiam vestigium, internum, externumque prospectum, ac minutissima quæque ejus ornamenta, Peristylium in quadro positum ulnis 25. ex unoquoque latere in longitudinem patens, Cœnobium ædificiis spectabile, ac celeberrimum dormitorium frequentibus opere Theutonico fenestris ornatum, ulnarum 39. in longitudine, in latitudine vero ferme 8. quod hodie vix integrum spectatur; turres denique duodecim Ecclesiam, & Monasterium ambientes, ex quibus septem penè integræ persevesant, adeo exacta descriptione, & tabulis expressit clarissimus Michael Giudice, ut nihil omnino addi à quoquam possit.

Jam sub Theobaldo vigilantissimo Abbate Prioris munere fungebatur

I. *F. Guillelmus*, ab ipso Benincasa Cavensi ordinatus, qui in binis ejusdem Theobaldi diplomatibus Prioris titulo subscribitur; Ambo vero reliquis nonaginta octo Monachis, exemplo vitæ, & sanctissimis moribus præeuntes, sedulum Deo famulatum, omnium admiratione, ipsiusque Regis lætitia quam maxima exhibebant. Contigit enim, ut quadam die Rex ipse Monachos post Completorium choro exeuntes, haberet obviam, atque ex ipsis, ubinam esset Abbas, sciscitaretur, qui sanctissimæ regulæ præcepti memores, ut scilicet Completorio finito, nemo loquatur, inde transeuntes, Rege humiliter salutato, cum silentio recesserunt. Offendit id non minimum Regis animum, sed dissimulata injuria ad Abbatem venit. Hic ejus indignationem ex ipsa vultus immutatione advertens, causam percontatus, mox, ut illam ab humanissimo Rege audivit, regulam de sub veste protulit, caputque 42. ubi de silentio post Completorium, Regi legendum obtulit. Exactam Monachorum disciplinam demiratus Guillelmus, in majorem deinceps Theobaldi ejusque Discipulorum æstimationem adductus, novis, ac novis beneficiis, & gratiis Monasterium cumulavit.[a]

Anno Christi 1176

Nec illud prætereundum, ex quo vel minimo regularis nostrorum districtio, ac perfectissima elucet institutio. Hunc scilicet ordinem Monachos servare solitos, in tritico molendo pro sacræ Synaxis usu. Ipsum primo, psalmos devotissimè recitantes, purgabant, tum humeris impositum, ad molendinum etiam psallendo deportantes, illic, usque dum moleretur, numquam psalmodia intermissa, perseverabant, tandemque propriis conficiebant manibus. At nimis longi essemus, si peculiares, & singulas Monasterii constitutiones à Cavensibus certè exceptas referre, induceremus in animum.

Per hæc ipsa tempora Alexandrum III. PP. Montisregalis Ecclesiam consecrasse, refert ex antiqua traditione Paulus Catania[b], sed de his mirum apud Historicos silentium; traditioni autem in hanc parte parum fidendum credimus. Anno 1178. die 14. Maji mortuo Theobaldo, Guillelmus Prior à Monachis unanimi voto eligitur Abbas, atque ab ipso Rege confirmatur. Guillelmi vero locum 1178

II. *F. Imbertus* forte occupavit. Gesserat is sub Theobaldo vices Prioris, quo titulo in uno ex laudatis Theobaldi diplomatibus ad Timotheum Maniacensem Abbatem, tertius subscriptus legitur. *Ego F. Imbertus indignus Monachus, & Subprior omnia concedo, & confirmo*[c]. Cum autem Guillelmi Regis opera Ecclesia Montisregalis in Archiepiscopalem Cathedram evecta, Guillelmus Abbas à Lucio III. PP., qui facultatem indulserat, Archiepiscopus fuisset consecratus anno 1183. S. Abbas Benincasa audita Guillelmi sui olim Discipuli assumptione, ac Monasterii Montisregalis quam maximis incrementis, eidem Archiepiscopo gratulaturus, è suo Cavensi Cœnobio in Siciliam transfretavit, exceptusque perhumaniter à Rege Panormi in suo Regio Palatio, ab eo omnia sui Cœnobii privilegia rata obtinuit, aliisque libertatibus, & gratiis impetratis, ad discipulos Montemregalem deductus est.

Excepere amantissimum Patrem manantibus præ gaudio lacrymis filii, omnibusque officiis per aliquot dies foverunt; Benincasa vero illos ad meliora semper meditanda adhortatus, visitato Maniacensi Cœnobio, ac illo S. Mariæ de Licodia, & S. Leonis de Pannachio in finibus Catanensium, ad propria lætus remeavit[d].

Mortuo Guillelmo Archiepiscopo, & Abbate post multa egregia gesta, Carus ex Monachis primis Cavensibus, qui dudum Magistri Mona-

a Ex Chron. Pauli Cat. Monast. Montisreg.

b In eodem Chronico.

c Ex Collec. Priv. apud Lellium.

d Chronicon Pauli Catanis

Anno Christi. 1198

chorum munere fungebatur, ad Archiepiscopalem sedem assumitur. Hunc Abbatem S. Mariæ de Parco Wion in sua Arbore monastica credit[a], sed immerito; nondum enim id Cœnobium extabat, quod anno 1306. a Friderico II. Siciliæ Rege est conditum. Sub Caro Archiepiscopo Monregalensis Ecclesiæ bona pessum ire cœperant, non pauca alienata, multaque Clericis, aut Laicis fuerant attributa, nonnullæ Ecclesiæ etiam suffraganeæ a Monachis regi solitæ, iisdem ablatæ; Variæ hinc inter Archiepiscopum, & Monachos scissuræ exortæ. Crevere cum annis jurgiorum semina, quare ad Pontificem Junocentium III. re delata, edidit hic constitutionem illam *in Cap. Possessionem de rebus Eccles. Alienandis vel non* relatam, atque à Pirro exscriptam anno 1198. die 21. Aprilis; eodemq; anno Capitulo Brundusinæ Ecclesiæ præcepit, ut causam inter Carum, ejusque Monachos, & Maximianum Notarium quædam bona Monasterii occupantem, cognosceret. Monachos vero haud multo post redarguit, quod Guillelmi Archiepiscopi aperto tumulo, pretiosam inde dalmaticam substulerint, & Marcoaldi uxori dono dederint. Verum auctoritate *Gerardi* Tit. S. Adriani S.R.E. Cardinalis, Lucensis Episcopi, ac Julii III. nepotis lites componuntur, ac Monachi, eorumque Monasterium sub Apostolica protectione excipiuntur.

a Lig. Vitæ p. 1. l. 71.

Pactiones inter Archiepiscopum, & Monachos nedum laudatus Gerardus, sed & Fridericus Rex confirmavit. En illorum literæ.

Fridericus divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ. Cum Regalis nostræ discretionis intentio sit omnino in divina dispositione fundata, & digno Dei examine felicis nostri regiminis moderatione dirigatur; propositi nostri est ad Ecclesiarum, & locorum venerabilium quietem, & commodum diligenter attendere, & eorum profectus pia mentis oculis intueri; licet utique generaliter teneamur omnium Ecclesiarum regni nostri indemnitatibus providere, illas tamen specialius, & diligentiori proponimus sollicitudine confovere, quas liberalitas regia studiosius fundavit, & coluit, ditavit affluentius, & dotavit; ut opus Regium regali tuitione servatum non pereat, sed de bono in melius augeatur. Hac igitur decreti consideratione laudabili, considerantes jacturam, & dispendium, quod Ecclesia Montisregalis, quam munificentia Regia præ cæteris Regni Ecclesiis decoravit, hactenus incurrerat, pro discordia, quæ inter Carum Vener. Montisregalis Archiepis. dilectum famulum, & fidelem nostrum, & fratres ejusdem processit; diligentius attendentes, quod si controversia ipsa longius differretur ipsius Ecclesiæ status, cui non modicum malitia guerrarum, & temporis dignoscitur nocuisse, posset facilius gravioris dispendii nocumenta sentire, de consueta benignitate regia ad sopiendam discordiam ipsam, nostra se clementius potestas erexit, & inspectis capitulis, quæ inter ipsum, Vener. Archiepiscopum & fratres dissensionis fomitem ministrabant, non sine studio dilecti in Christo Patris Dom. Gerardi S. Adriani vener. Cardinalis & Apostolicæ sedis Legati, de utriusque partis consensu, ad hanc eos fecimus concordiam devenire, videlicet; ut omnes redditus collecti, & in claustro congregati dividantur per medium, & expensæ fiant de communi. Ut Archiepiscopus ponat illum, qui ordinandus est super portione Conventus cum communi voluntate omnium Fratrum. Ut Capitulum regatur secundum charitatem, non odium, & tunc eligantur duo, qui dent secundum charitatem disciplinas judicatas. Ut possessiones Ecclesiæ tractentur secundum ordinem per manus Monachorum. Ut omnes possessiones indebite alienatæ revocentur. Ut habeat Camerarium Monachum, qui sciat facta cameræ propter humanum casum. Ut Archiepiscopus non alienet, vel distrahat de rebus Ecclesiæ sine communi voluntate Conventus. Ut quæsita certitudine ab Abbate Cavensis Monasterii, sicut ibi ordinatum est de Carceribus, sic fiat. Ut non recipiat Novitios, nisi ex consensu Fratrum, & receptos non ejiciat, sine judicio. Ut Monachi non judicentur per manus Laicorum, sed Monachorum. Ut deposita, quæ fiunt, duobus vel tribus fratribus revelentur, & si debent deponi, deponantur cum consensu Conventus, vel trium de Conventu. Ut si Excommunicatio fieri debet de Monachis, generalis fiat cum judicio, & consilio Conventus, & si singularis, prius fiat trina admonitio. Nos autem supradictam concordiam de benignitate regia confirmantes, eam in antea ex utraque parte firmiter observari mandamus. Volentes ut nullus eam confringere, vel disturbare præsumat. Ad cujus nostræ confirmationis memoriam, & durabile firmamentum præsens Privilegium per manus Andreæ Notarii, & fidelis nostri scribi, & majestatis nostræ sigillo præcipimus communiri anno, mense, & Indictione subscriptis. Dat. in urbe felici Panormi per manus Gualterii Panormitani Archiepiscopi Regni Siciliæ Cancellarii. Anno Dominicæ Incarnationis 1208. mense Julii 11. Ind. Regni vero Domini nostri Friderici divina gratia gloriosi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ an. 11. feliciter Amen.

Huc usque Fridericus Rex. Jam Gerardi literæ hæc habent.

Gerardus miseratione divina S. Adriani Diaconus Cardinalis Apostolicæ sedis Legatus, ac vice Domini Papæ Regni Siciliæ Bajulus vener. in Christo Fratri Caro Archiepiscopo, & Monachis Montisregalis tam præsentibus, quam futuris canonicè substituendis in perpetuum in vero salutari salutem. Obsequium Deo gratum, & acceptum impendimus, si ad pacem inter discordantes reformandam, operam efficacem, & diligentiam adhibemus; nam sicut parvæ res concordia crescunt, ita magnæ per discordiam facilè dilabuntur. Satis siquidem notum est, & manifestum nimiùm dissensionem, & discordiam, quæ inter vos, diabolo instigante, suborta est, & diutius agitata tam in spiritualibus, quam temporalibus jam dicta Ecclesia grave rerum incurrit dispendium, & jacturam; unde nos ad ipsius discordiæ reformationem vigili studio, & ferventi desiderio intendentes, super capitulis, quæ generare videbantur discordiam, & fovere, de convenientia, & beneplacito vestro talem moderationem, & moderamen providimus primo (Hic enumerat supra allata capitula). *Ut autem hæc concordia in posterum firma, immobilisque permaneat, & robur obtineat firmitatis, eam confirmamus, & illibatam semper*

Anno Christi.

semper manere censemus, in virtute obedientiæ præcipientes, & sub Excommunicatione prohibentes, auctoritate legationis, qua dante Domino fungimur, ne quis eamdem concordiam ausu temerario infringere audeat, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, a perceptione corporis, & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi alienus existat, & in extremo examine divinæ subjaceat ultioni, cunctis autem servantibus sit pax ejusdem Domini nostri Jesu Christi, & gaudium percipiat salutis æternæ.

Ego Gerardus divina miseratione S. Adriani Diaconus Cardin. Apostolicæ Sedis Legatus, & vice Dom. PP. Siciliæ Bajulus.

Ego Gerardus Messanensis Archiepiscopus, & Domini Regis familiaris, Ego Gualterius Dei & gratia Regiæ Catanensis electus, & Regni Siciliæ Cancellarius. Ego Matthæus Abbas S. Laurentii de Aversa Domini Regis Familiaris confirmo. Dat. Panormi 1. Julii 11. Indict. 1208.

Archiepiscopus nihilominus Legati, Regisque ordinationibus vix paruit, ut Paulus Catania in suo Chronico advertit, & refert Tornamira de Cas. Cong. P. 2.

1233 Anno 1233. Capitulum Monregalense, loco demortui Archiepiscopi elegisse quemdam è Casinensi Monasterio Monachum, docent Tabulæ ejusdem Ecclesiæ a Pirro, & Lello relatæ. At Sacrorum Canonum regulis eam electionem adversari perscripsit Gregorius IX. PP. die 2. Januarii 1234. Cœpit hinc ad Pontificem, & Regem electio Episcoporum devolvi, ac nullius momenti Monachorum nominatio est habita, contra ac Guillelmus Rex decreverat. Cuinam vero Gregorius Ecclesiam, & Archiepiscopatum commiserit, latet; obscura enim
1254 prorsus Historia usque ad annum 1254. quo eadem Ecclesia vacabat. [a]

a Ex Lello, & Pirro in Not. Montisr.

1266 Circa 1266. Carolus Rex die 14. Maji Pandolpho de Fausonella Barii Justitiario præcepit, ut Monachis Montisregalis Civitatem Bitectæ à Guillelmo olim attributam, atque a Manfredo Taranti Principe occupatam, restituendam curaret. Pandolphus rem Joanni de Giacomo Judici Bituntino commisit, à quo literæ Regiæ die 7. Junii executioni mandantur. Per hæc autem tempora forte

III. *F. Gualterius* ejusdem Montisregalis Cœnobii Priorem agebat; ejus enim nomine eidem Regi Carolo fuit supplicatum die 7. Julii, ut Territorium de Martina nuncupatum, de pertinentiis Civitatis Bitectæ Monasterio restitueretur, cujus causæ examen Rex eidem Pandolpho commisit; duas etiam *Piscarias* (ita dicuntur) in mari Tarentino ab Friderico, & ejus filiis dudum Cœnobio oblatas, atque a Rege Carolo tunc temporis possessas, auctoritate Radulphi S.R.E. Cardinalis Episcopi Albanensis, & Sedis Apostolicæ Legati, antiquis legitimis dominis reddendas, Gualterius exoravit die 11. Augusti ejusdem Anni 1266. [b]

b Reg. Priv. Montisreg. apud Lellum.

Idem Radulphus die 25. Aprilis 1267. feria
1267 2. post octavam Paschæ Ecclesiam Montisregalis magna pompa consecravit, & annum diesque 40. Indulgentiarum, ut ajunt, eamdem visitantibus indulsit, ut Lellus refert. Ex quo patet, Pauli Catania opinionem de consecrata Ecclesia per Pontificem Maximum Alexandrum III. vix posse subsistere, quæ enim necessitas, ut secundo à Radulpho Ecclesia consecraretur?

Cum Corilionis Cives Decimas Ecclesiæ, & Monasterio exolvere recusarent, & sacris, à nostris, ob eamdem rationem, fuissent interdicti; conventione tandem inita cum Gualterio Priore, & Monachis, Decimas omnes à morte Trasmundi Archiepiscopi illis rependere promiserunt, qua de re confectum est publicum Instrumentum per acta Dominici de Plurtinio publici Panormit. ab eodem Gualterio Monasterii nomine, pro parte autem terræ Corilionis ab Joanne Gazoto Syndico, & Procuratore ad hoc specialiter constituto stipulatum die 2. Julii ind. 1. 1273. eodem Carolo Andegavense Regnum moderante. [c] 1273

c Reg. Priv. apud Lellum.

Anno sequenti sub dat. Leonis die 24. Martii Gregorius X. PP. ejusdem Prioris, & Monachorum precibus, omnia Ecclesiæ Montisregalis Privilegia, Indulta, & Gratias à Regibus, & Romanis Pontificibus attributas, suæ auctoritatis robore confirmavit, & rata voluit. [d] 1275

d Ex Lello Reg. Priv.

Per hęc igitur tempora vacasse Sedem Monregalensem, atque Avveduti regimen, qui ex Abbate S. Joannis de Eremitis Panormi, Archiepiscopus electus, Trasmundo successerat, vix ultra biennium productum fuisse apparet; & si Pirrus & Lellus ad annum 1275. superstitem Avvedutum dixerint.

IV. *F. Riccardus* Prior Montisregalis anno 1305. dicitur, quo tempore vacante Archiepiscopatus sede, Syracusanæ Ecclesiæ Canonici in suum Episcopum F. Benincasam de Grammatico Ordinis Prædicatorum elegerunt, sed eo mox mortuo, Bartholomæum de Antiochia postularunt, qui electioni de se factę renunciavit; tandemque Philippo Sancio de Cisar vota conferentes die 20. Januarii Electionis instrumentum Riccardo Priori, ac Monachis Ecclesiæ Montisregalis obtulere, in quorum manibus noviter electus Episcopus fidelitatis debitæ juramentum præstitit die 4. Maji ejusdem anni. [e] 1305

e Ex eodem ibidem.

Per idem quoque tempus Prior, & Monachi bonorum omnium, atque Ecclesiarum, quæ ad jus Montisregalis Cœnobii pertinebant in urbe Bitectæ F. Guillelmum Nicosia, & F. Nicolaum de Randatio Procuratores die 16. Julii elegerunt. F. Parisius vero de Catania nostræ Ecclesiæ Procurator de mandato Friderici Regis in possessionem Casalium *Recaldeni*, & *Calatrasi* die 19. Octobris est inductus, denique die 27. Novembris ejusdem anni idem Fridericus Rex precibus ejusdem Parisii Procuratoris Bartholomæo de Insula M.R.C. Judici perscripsit, ut Ecclesiæ Montisregalis redderentur *Busacchini*, *Patallari*, *Misilcurti*, *Raya*, & *Tertusia* Casalia ab Obberto, & Joanne Cammarana olim occupata juxta initam inter eos conventionem. [f]

f Ex eodem ibidem.

Hunc porro F. Parisium (Franciscum appellat Pirrus) Priorem tum Lellus, tum ipse Pirrus dicunt; sed apud Lellum error irrepsit, quem non advertit Pirrus. Idem enim Parisius in Instrumento de die 25. Octobris dicitur Prior & in alio 27. Novembris ejusdem anni Monachus

Anno Christi

chus, & Procurator. Constat aliunde Riccardum hoc ipso anno Priorem egisse, & Parisius in sequentibus Procurator etiam nuncupatur anno 1306. die 30. Octobris.

1315 V. *F. N*... cum suis Monachis à morte Arnaldi ad Archiepiscopalem Montisregalis Sedem Damianum de Palizzi, à Secretis Regis Friderici II. ejusque Capellanum majorem postulavit; sed ob ætatis, ac sacrorum Ordinum defectum ejus postulatio rejecta est. Pontificia etiam reservatio Ecclesiarum dudum à Martino IV., & Benedicto XI. facta ob immania bella, quæ diù Siciliam vexaverant, eligendi Napolionem Fortibrachis de Ursinis Joanni XXII. PP. locum dedit. Napolion ex Regis voluntate in Regno non excipitur; quare Prior, & Monachi ad novam F. Pauli Abbatis S. Mariæ de Parco Cisterciensis Ordinis electionem anno 1328. devenerunt, qui à Pontifice minimè confirmatur;
1328
tandemque in possessionem rebus compositis
1331 Napolion immittitur circa annum 1331. [a]

Emmanuele Spinola de Luculo Januensi Montisregalis Ecclesiam moderante, Monastica disciplina in Monasterio non minimum erat remissa, quare zelantissimus Pastor F. Angelum de Senisio, ejusque Fratrem Joannem, ac quatuor socios S. Nicolai de Arena Alumnos per Obbertum Spinola Fratrem suum Messana Montemregalem deducendos ad eamdem disciplinam reparandam, curavit; ac forte mortuo Priore

[a] Pirrus, & Lelius notitiæ.

1342

VI. *F. Angelus de Senisio* ea dignitate donatur circa annum 1343. Fuerat Angelus, ejusque
1343 socii ab eodem Emmanuele è suo S. Nicolai claustro eductus, ad reformandum Maniacense Cœnobium, ut in Notitia ejusdem diximus; inde à Maniacio exturbatus, Messanam venit, unde ad Montisregalis Præposituram assumptus est. Verum loci frequentia ipse, ac socii pertæsi, ab eodem Archiepiscopo ruinas, ac rudera Monasterii S. Martini Gregoriani exorarunt, ubi novi, ac celeberrimi fundamenta posuere; propriis quippe manibus interdiu laborantes, sero inclinata jam die Montemregalem revertebantur, atque mane facto montem conscendentes, opus repetebant; quo tandem perfecto die 15. Januarii anno 1346 Ange-
1346 lus Prior novi Cœnobii ab Archiepiscopo est constitutus, qui mox feudum S. Martini die 28. Julii 1348. de jure suæ Ecclesiæ, consensu
1348 Monachorum, eidem donavit [b].

[b] Ex Libel. de Reædif. S. Martini.

Subscribit porro in diplomate primus post Archiepiscopum *F. Simon de Panormo*, qui forte post Angelum Prioris munus gessit, sed in Priorum Catalogo hic non reponitur, quia aliunde non constat.

Haud post multo grassante lue per Siciliam universam, Emmanuel eadem correptus decessit, ac Monachi nostri Cœnobii pene omnes eodem morbo perierunt. Post Emmanuelem Guillelmus Monstrius in Archiepiscopatu sufficitur
1362 anno 1362. sub quo nedum bona Ecclesiæ dissipata, sed & Cœnobium Monachis omnino destitutum, ac celebre dormitorium ruinæ patuit. Quod cum Gregorio XI. PP. innotuisset, perscripsit is Martiali Episcopo Catanensi, ut quoniam, ne unus quidem Monachus in Ecclesia,

A Montisregalis Guillelmi desidia superstes esset, qui divinis officiis celebrandis incumberet, ac bona, & possessiones Ecclesiæ pessum ierant, atque à Laicis detinebantur, curaret, auctoritate suffultus Apostolica, ut divinus cultus in Ecclesia denuò restitutus, per Monachos in pristinum splendorem refloresceret; atque è Monasteriis S. Nicolai de Arena, S. Martini de Scalis, S. Placidi de Colonero, & S. Mariæ de Calatamauro ordinis S. Benedicti tot Monachā in Montisregalis Cœnobii possessionem immit-
B terentur, quot possent ejusdem redditibus ali, quosque Archiepiscopus recipere, & tamquam suæ Ecclesiæ Monachos habere, teneretur. [c]

[c] Reg. Priv. apud Lelium.

An id Pontificium diploma sub die 10. Decembris 1374. fuerit a Martiali executioni 1374
mandatum, prorsus latet.

Id certum anno 1376. eumdem Gregorium da- 1376
tis Avinione novis literis die 21 Februarii Matthæo Archiepiscopo Panormitano, Episcopo Cephalædensi, ac Simoni de Puteo Ordinis Prædicatorum in Regno Siciliæ Inquisitori, præ-
C cepisse, ut simul, aut eorum duo, vel unus ad Ecclesiam, & Cœnobium Montisregalis visitandum se conferrent, ac in membris, & in capite reformarent, bona alienata revocando, & Monachos è præfatis Monasteriis, nec non è S. Mariæ de Gangio in Cœnobium inducerent, prædia, ac redditus pro mensa Monachorum eorumdem assignarent, omnia denique in pristinum, atque antiquum decus restituerent. [d]

[d] Ex Tab. & Reg. Priv. loci cit.

Die igitur 31. Augusti ejusdem anni, Matthæus Panormi Archiepiscopus, Apostolicus
D Delegatus ad Guillelmum, forte Panormi degentem, atque infirma valetudine laborantem, se contulit, eique Apostolicas Literas intimavit, indeque novem Monachos è S. Martino eductos, duos è S. Maria de Gangio, ac unum è Calatamauro S. Mariæ Cœnobio, in fratres suæ Ecclesiæ absque cunctatione recipiendos, de consilio etiam Joannis Episcopi Sarlatensis Pontificis Rom. in Sicilia legati ipsi præsentavit. Excepit Guillelmus perhumaniter Monachos, quos illico juxtà Rom. Pont. præscriptum, ad suam Montisregalis Ecclesiam destinavit; ubi illi
E Divino cultu adamussim reparato, magna omnium ædificatione Monasticis institutis ferventius inhærere cœperunt. [e]

[e] Ex Lelio Reg. Priv.

Reparato ædificiis, & Monachis Cœnobio, Prioris etiam dignitas diu deperdita instauratur, quam gessisse aliquem ex Monachis S. Martini de Scalis certo credimus, licet nomen nos lateat.

Anno 1396. cum turbæ essent in Ecclesia ob 1396
F diuturnum Petri de Luna Schisma, & Montisregalis Cathedra vacaret, Martinus Rex datis Catanæ literis die 29. Januarii, Philippo Musso Alcamensi, & F. Antonio de Gangi Montisregalis Monacho regimen, & gubernationem ejusdem Ecclesiæ, ac bonorum curam commisit. An vero Antonius hic Prioris munere fungeretur, sub dubito. Coactis vero Siculis Comitiis anno 1398. die 25. Februarii, Regni Proceres eidem 1398
Martino Regi supplicarunt, ut Monasterium Montisregalis, ac Templi ædificia pene collabentia repararet. De his Pirrus not. 3. lib. 1.

VII. *F.*

Anno Christi.

VII. *F. Franciscus de Caria* Prior, atque Ecclesiæ Vicarius, ob renunciationem Gerardi de Queralt, congregatis capitulariter Monachis, ac Missa de Spiritu Sancto celebrata per vota Canonica in Archiepiscopum Montisregalis cum suis elegit Joannem de Vigintimiliis. At quia vivebat *F. Paulus* legitimus Archiepiscopus, confirmationem à Pontifice Joannes obtinere non potuit. Quinquennio elapso iterum ad ejusdem Joannis postulationem Monachi devenere. Sed nihilominus intra præscripti temporis fines, Pontificis voluntatem Electus non retulit. Tertiò tandem Alphonso Rege volente in eumdem Monachorum suffragia conve-
1418 nerunt anno 1418. quo F. Paulus ad Thessalonicensem Ecclesiam translatus est, ac Martini V.
PP. confirmatio accessit [a]. Joannes autem pluribus beneficiis Ecclesiam suam affecit, ac de nostris benemeritus, Monasterium pene collapsum reparavit; utq; Prioratus S. Annæ de Scalis Ordinis etiam S. Benedicti Mensæ Episcopali
1424 uniretur, à Martino eodem anno 1424. die 29. Aprilis obtinuit, ut Pirrus, & Lelius habent.

a Ex eodem ibidem.

VIII. *F. Michael de Galati* Montisregalis Prior atque Archiepiscopi Joannis Procurator erat anno 1432. cujus opera die 29. Martii Joannes de Pontecorona, & Franciscus de Ursone Panormitanæ Ecclesiæ Canonici, ac Delegati Apostolici specialiter delecti, concessionem Feudi *Menchilebbi* dudum à Monialibus Monasterii S. Catharinæ Panormi nostræ Montisregalis Ecclesiæ factam, confirmarunt [b]. Decessit Joannes Archiepiscopus ex Apoplexia die 25. Janua-
1449 rii 1449. à cujus morte die 2. Monachi capitulariter congregati F. Thomam Cavesanum de gremio ipsorum Vicarium elegerunt, atque in Archiepiscopum Dominicum de Xarat Maniacii Abbatem Ordinis Cisterciensis, Regium Capellanum postularunt, duosque Monachos, ad electionem hujusmodi eidem insinuandam, destinarunt. Sed nihilominus Alphonsus Cuvarruvias Hispanus ab Nicolao V. PP. Archiepiscopus constituitur, qui post quinquennium Romæ decessit.

b Ex Lello, & Pirro ibidem.

IX. *F. Nicolaus de Balio* Prior, ac alii Monachi Martinum Sotomajorem Episcopum Christopolitanum, cui olim suæ Ecclesiæ curam demandaverat Alphonsus, Vicarium delegerunt
1454 die 13. Decembris 1454. Alphonso in Archiepiscopatu Joannes de Aragonia, huic vero anno 1458. Ausias Spuig de Podio Hispanus etiam subrogatur.

X. *F. Guillelmus de Guidone*. Hic olim Carmelitanæ Familiæ Alumnus, & Magister, nostro Ausiæ Archiepiscopo carissimus, ab eodem Fratribus Carmelitis commendatus, ut in Priorem Provincialem assumeretur, voti compos minime effectus, ad nostros ejusdem Ausiæ hortatu transiit. En diploma Apostolicum idipsum indulgens, die 6. Decemb. in Regno exscriptum.

Dilecto Filio Abbati Monasterii S. Martini
1474 *Panormitanensis Systus Papa IV. Dilecte fili salutem, & Apostolicam Benedictionem. Fecit nobis nuper humiliter supplicari dilectus filius Guillelmus de Guidonich Sacræ Theologiæ Professor, quod cum ipse zelo ferventioris pietatis ac-*
A *census, ex ordine Carmelitarum, quem professus est, ad ordinem S. Benedicti transire, & ad Conventum Ecclesiæ Beatæ Mariæ Montisregalis ejusdem ordinis S. Benedicti Altissimo deinceps famulari desideret, dignaremur paterna benignitate super hoc sibi licentiam impartiri; præsertim cum Domino authore confidat vita, & meritis multo magis in eisdem ordine, & Ecclesia posse proficere; quocirca nos, qui quantum cum Domino possumus, pia Religiosorum vota fovere intendimus, de tua prudentia, & probitate confisi,*
B *tibi per præsentes committimus, ut si habita diligenti informatione, ipsi Guillelmo, hoc ad animæ suæ salutem, & frugem melioris vitæ cognoveris expedire, ut liberè, & licitè id facere possit, nostra eidem authoritate concedas. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis dictorum Ordinum, Privilegiis, & Indultis, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Petrum sub*
C *annulo Piscatoris die 7. Octobris 1474. Pontificatus nostri anno 4.* [c]

c Ex Torna. de Congr. Cas. pa 2.

Mortuo dehinc Priore, Guillelmus, Ausia eodem agente, ea dignitate honestatur; at erga suam primævam Matrem amore nimio affectus, Carmelita Benedictinus dici voluit, & super Cellæ Januam Imagines S. Alberti, & in Templi trabe (tunc Archiepiscopi impensis tecto inserta) B. M. V. de Monte Carmelo, & S. Alberti ejusdem Icones depingendas curavit; quibus tesseris Pirrus noster, & alii decepti, in Monasterio Montisregalis sub Ausia Fratres Carmelitas incoluisse, tradiderunt, ut ipsemet
D Pirrus cognito errore fatetur. [d]

d Notit. 2. Martini lib. 2. p. 2. not. 1.

Cum autem Monachorum numerus in Cœnobio imminueretur in dies, Ausias Archiepiscopus ab eodem Xysto IV. Pont. Max. impetravit, ut è Siculis Monasteriis binos in suam Ecclesiam ex unoquoq; Monachos induceret. Pontificis diploma ex integro habetur apud Pirrum.

De Prioribus Temporalibus sub Sicula Congregatione.

E SUb ejusdem Ausiæ auspiciis Sicula Congregatio initium habuit. Convenerant enim S. Nicolai de Arena, & S. Placidi de Coloneró Abbates cum nostro Guillelmo Priore, de uniendis in unum Congregationis corpus Siculis Monasteriis, atque suos Procuratores, quatuor Monachos sub Ausiæ tutela ad Pontificem Maximum, pro impetrando Apostolico beneplacito, direxerant. Ausias ergo tam pio operi manus adjutrices admovens, apud Pontificem egit, ut omnia ad votum Procuratores impetrarent.
F Cum Apostolico itaque Xysti IV. diplomate sub dat. Romæ die 3. Julii 1483. in Siciliam Procuratores advenientes, statim primum Congre- 1483
gationis Siculæ Capitulum Messanæ in Cœnobio S. Placidi cogunt, in quo renunciato à Guillelmo Prioratus regimine, ac solo retento titulo, Montisregalis Ecclesiæ Prior designatur [e]

e Ex Actis Congr. Sicul. in Tab. S. Nicolai & S. Marti.

I. *F. Placidus Ferraro* Cucullo, & Patria Messanensis. Idem hoc ipso anno ob mortem Ausiæ Archiepiscopi, à Capitulo Monachorum Vicarius eligitur. Ad Archiepiscopalem vero Sedem ab

Anno Christi.

ab iisdem Monachis F. Bernardus Margariti S. Agathæ Monachus postulatur, cujus electio à Pontifice minime probatur [a].

[a] Ex Lello, & Pir. no. Eccl. Montisreg.

1484 II. *F. Ægidius Aurifice* Montisregalis Alumnus è S.Placidi regimine translatus, Prior à Congregatione renunciatur.

III. *F. Philippus de Asta*, quarti Capituli Generalis Decreto Prior assumitur, sub quo Anno 1485. F. Petrus la Calze, [b] Prior S. Annæ de Scalis, Archidiaconus Montisregalis, atque Archiepiscopi Joannis Borgiæ Vicarius die 18. Julii ab Innocentio VIII. PP. Episcopus Chalcedoniæ in Consistorio declaratur.

1485

[b] Lellus in vita Joannis Borgiæ Arch.

1488 Anno 1488. Siculæ Congregationis Capitulum in nostro Monasterio Montisregalis celebratur, cujus decreto Philippus de Asta Prior tertio confirmatur. [c]

[c] Ex actis Siculæ Congreg.

1489 IV. *F. Placidus Catalano Pinnarola*, qui per triennium laudabiliter se gessit, post quem decimi Capituli in Montisregalis Cœnobio celebrati decreto

1492 V. *F. Innocentius la Monacha* Prior eligitur, & 2. etiam anno confirmatur.

1494 VI. *F. Vincentius Saccano*. Fuerat hic Abbas S. Placidi, & Congregationis *Præsidens*, multisque nominibus se commendaverat. Hoc ipso anno duodecimi Generalis Capituli Decreto, Feria Sexta post Octavam Corporis Christi, celebrando anniversario Xysti IV. PP., & Ausiæ Cardinalis, Archiepiscopi Montisregalis, de Congregatione benemeritissimi, designatur [d].

[d] Ibidem.

Guillelmus de Guidone Prior Ecclesiæ Montisregalis, cum à renunciatione regiminis, Catanæ in suo S. Mariæ Annunciatæ Ordinis Carmelitarum Cœnobio diu vixisset, orationibus, & sanctis operibus intentus, pie in Domino obdormiit die 19. Decembris 13. Indict. anni ejusdem 1494. Sequenti anno Vincentius Saccano jam laudatus à regimine Montisregalis Cœnobii absolvitur, ac in ejus locum subrogatur

1495

1497 VII. *F. Manfredus Mellisio*, qui mox post paucos menses

VIII. *F. Cherubino Andreotta* S. Placidi Messanensis Monacho locum cessit. Fuerat noster Cherubinus anno 1494. Congregationis *Præsidens*, præfuitq; nostris per biennium magna prudentiæ laude. Anno 1498. celebratis Comitiis in S. Mariæ Montisregalis die 9. Maji

1498

IX. *F. Petrus Salerno* S. Martini Alumnus, Prior designatur. Gesserat Petrus varias præfecturas Catanæ, in eodem S. Martino, ac Præsidis etiam munus laudabiliter obiverat.

Per hæc tempora Alphonsus Rex Neapolis è suo Regno fugiens, ob Caroli Octavi Galliarum Regis exercitum, tandem in nostrum Monregalense Cœnobium se recepit, ubi sua deflens peccata, quamplurimis donariis nostros ditavit [e].

[e] Pirrus non. 3. b. 1.

F. Hieronymus Susino Montisregalis Monachus, sed extra Congregationis gremium Archidiaconatus dignitatem ab Joanne Archiepiscopo exoraverat ex literis ejusdem sub dat. Romæ 20. Augusti 1497. quarum vigore, in possessionem ejusdem dignitatis per stallum in choro post Sedem Pontificalem fuit inductus, inde factum est, [f] ut quamplurimi extra gremium ejusdem Congregationis à Pontifice Romano idipsum Officium impetrarent, contra formam Bullæ Xysti PP. IV. præcipientis, ut dignitates omnes, & officia Montisregalis Ecclesiæ sub dispositione Congregationis Siculæ essent, nullaque dignitas esset perpetua.

[f] Ex Chron. ms. Mont. apud Tornamir. Congreg. Cass. p. 2.

X. *F. Philippus Capello*, qui, & sequenti etiam anno confirmatur. 1499

XI. *F. Cherubinus Andreotta* 2. vice, præfuit, & ipse tribus annis. 1503

XII. *F. Petrus Salerno* etiam 2. anno 1504. 1504
Prior nostri Cœnobii constituitur ex Generalis Capituli decreto in ipsomet Montisregalis celebrati, rexitque usque ad unionem cum Casinensibus.

De Prioribus Abbatibus sub Congregatione Casinensi.

IN accurata illa descriptione Siciliensium Monasteriorum ab Abbatibus Casinensibus in Siciliam delegatis facta, hæc legimus de nostro Montisregalis Cœnobio, atque Ecclesia [g]. *Quamvis itineris præteriti* (ajunt) *labor otia peteret, ad singulare Clarissimum Monasterium Montisregalis gradatim per quatuor millia passuum ascendimus, quod quidem nomen non abs re inditum sibi arbitror; nam cum Panormus felicissima civitas monte circumdata, in Vallis medio locata sit, ut aliud nihil libere nisi maritimam oram prospiciat; Monasterium ipsum supra Montem elevatum tamquam Rex in supremo solio eo ordine jacet, ut mari, & toti urbi aspectu dominari videatur. Cujus equidem dignitas, quamvis Præsulem velit Archiepiscopum, Monachis tamen, atque ordini Monastico à fundamentis debetur; sed quid de tam celebri Monasterio balbus loquar? Muralia vestigia, quæ extant, de illo apertissimè indicant, quo sumptu, quantaque magnificentia cœptum fuerit; testatur hoc amplissimum Refectorium, quamquam à Posteris interjecto pariete dimidiatum sit, in cujus medio limpidissimus fons visu delectabilis, & suavissimus haustu sine intermissione scaturit; Quadrata Porticus amplissima, columnis suffulta marmoreis, variaque completa arbore fidem facit. Duo superbissimi parietes domus olim dormitorii hoc ipsum comprobant: Fastigiosum templum, quo excellentius aliud nescitur, mirari quisque non desinit, à medio parietum usque ad laquearia rutilante auro totum splendescit; lapilli illi inaurati in varias figuras distincti, mirifica arte Musacea compositi, intuentium oculos rapiunt: Pars autem inferior marmoris candidissimi crustis vestita, tota hilaris, auri fulgore oblectatos demulcet; Chori sedilia, sacrarium, Porphyriticum mausoleum, ac reliqua ejus singularis Basilica ornamenta particularius describere, nec etiam perquam brevissimum, nec ingenium patitur. Aer saluberrimus prædicatur; Viridaria pro loci dignitate, & amæna, & perpulchra non desunt, &c.*

[g] Ex Tabul. S. Nicolai & S. Mart.

Hæc Marcus Cremonensis Abbas Casinensis Joanni à Venetiis Congregationis ejusdem Generali Præsidi de nostro scribit. Firmata porro unione Siculæ Congregationis cum Casinensi, Monasterii Montisregalis possessionem Ignatius Squarcialupi Florentinus Abbas, Visitator, & Vice

Anno Christi. 1506

Vice Præses in Sicilia est assequutus die 28. Decembris 10. indict. anno 1506. ut in actu possessionis, quem integrum refert Pirrus. In eo id cautum est, *ut nullum Archiepiscopo prorsus præjudicium generetur, sed serventur præminentia Archiepiscopales illæsæ, jura, immunitates, privilegia, cæteraque, & singula ad dignitatem, & Archiepiscopalem mensam nunc pertinentia, & quæ inposterum, integra semper, & inviolata permaneant*[a]. Per hæc eadem tempora Archidiaconatum Ecclesiæ gerebat idem Hieronymus Susinno, qui ab unione cum Casinensibus dissentiit; ideoque è Monasterio egressus, secum dignitatem detulit. Hinc exortæ sunt maximę inter ipsum, ejusque successores, ac nostros dissensiones, quas tandem Paulus III. PP. anno 1549. composuit, ut dicemus.

[a] Pirr. not. Eccl. Montisregalis.

Primus itaque, cui Monasterium sub Titulo Prioris Ecclesiæ, atque Abbatis Conventualis à Congregatione Casinensi demandatur,

I. *P. D. Justinus ab Hispania* memoratur, S. Placidi Alumnus, qui, & sequenti anno Visitator Siculæ Provinciæ renunciatus, usque ad
1507 1508. rexit; post hunc

II. *D. Michael de Tarsia*, cujus regiminis tempora ignoramus; desunt enim acta in regest. Congregationis, usque ad annum 1518.

1506 III. *D. N.* post Michaelem.

IV. *D. N.* cujus tempore anno 1515. Petrus
1513 de Pugiades, Abbas S. Mariæ de Noaria, Regius Ecclesiarum Siciliæ Visitator ad nostrum Monasterium perlustrandum cum venisset, hæc inter alia præcepit die 2. Augusti 3. Indict. *Item cooperiatur dormitorium magnum antiquum toto orbe famosissimum cum fenestris, & solario, & expediatur integraliter*; sed ordinatio effectu vacua remansit. Idipsum postea in mandatis reliquit Jacobus de Arnedo Regius & ipse Visitator die 14. Martii 1552. sed irrito conatu[b].

[b] Ex Actis Visitat. in Tab. Conservat.

Interea nonnulli Monachi, iniquitatis filii è Monasterio Montisregalis, & S. Martini Casinenses deturbare cupientes, apud Proregem egerunt, ut hic Pragmaticam de ejiciendis Monachis de Italia ederet, quod ad votum obtinuere; eademque publicè in plano majoris Ecclesiæ Panormitanæ perlecta est; quare sæcularium auctoritate freti, Casinenses omnes expulerunt, ac Monasteria occuparunt. Perscripsit ideò Leo X. PP. Carolo de Urrias Decano Agrigentino, Joanni Petro Rictio Messanensi, & Thomæ de Bellorosso Panormitano Canonico, ut cum Monachos rebelles, tum laicos quoscumque sub censurarum interminatione compescendo, ob occupatis Monasteriis recedere compellerent, illaque Congregationi Casinensi libera dimittentes, Abbates, Priores, & Monachos Casinenses in pristinam eorumdem Monasteriorum possessionem immitterent, datis Ro-
1516 mæ literis die 9. Julii 1516.[c] Igitur

[c] Ex Bullar. Casin. to. 2. Const. 4c8. fol. 446.

V. *D. Julianus à Janua* Abbas, & Visitator ejusdem Congregationis in possessionem nostri Monasterii denuò inducitur die 7. Julii 1517.

1517 VI. *D. Hieronymus de Gerunda* post Julianum per biennium. Idem & Visitator fuit.

1520 VII. *D. Petrus de Saviliano* Prior Ecclesiæ, Abbas Casinensis anno 1520. Sub eo inita est conventio inter Archiepiscopi Henrici de Cardona Vicarium Gasparem Ferri, & Monachos nostros, ut deinceps ad numerum vigintiquinque Monachi in Cœnobio degerent, atque Ecclesiæ inservirent; Archiepiscopus verò uncias auri centum ipsis pro victu, & mensa quotannis persolveret. Hæc autem conventio à Pontifice confirmata, atque in Generali Capitulo proposita die 20. Septembris 1521. ab eodem Pe- 1521
tro, Hieronymo de Gavata S. Martini Priore, & Paulo de Novaria, S. Nicolai Abbate a Congregatione delegatis approbatur[d].

[d] Ex Collect. Priv. apud Lelium.

VIII. *D. Hilarion de Roturbio*, post Petrum anno integro. 1522

IX. *D. Hieronymus à Neapoli*, Abbas, & Visitator annis duobus.

X. *D. Hieronymus à Monterubeo*, & ipse Visitator Cœnobium administravit. Ejusdem Abbatis precibus Clemens VII. PP. Monasterium S. Joannis de Eremitis Panormi nostro Montisregalis univit, ut esset Monachis pro *Grangia*, die 4. Februarii 1524. De eo Pirrus[e]. Præfuit Hieronymus per quadriennium; peste enim grassante non sunt celebrata comitia. 1528

[e] Notit. pliis. 4. P. 3.

XI. *D. Joannes Evangelista ab Aversa* Prior Ecclesiæ, Abbas, & Visitator Casinensis.

XII. *D. Ambrosius à Florentia*, sub quo anno 1529. Archiepiscopus Henricus de Cardona 1529
S. R. E. Cardinalis, sex Capellanos ad SS. Eucharistiæ administrationem populis Montisregalis curandam, jam ab Joanne Borgia institutos, confirmavit, eisque Almutium dedit, atque Canonicos appellari voluit; *Ita quod vos*, (ait) *& successores vestri non habeatis locum in choro, aut processionibus, nec vocem in Capitulo, neque aliquam prabendam, nisi emolumentum, & obventiones, & bona dictarum Capellarum*. Diploma eorum Institutionis recitat Pirrus.[f] 1530

[f] Not. Eccl. Montisre.

Mortuo sequenti anno Henrico Capitulum Monachorum ritè congregatum, eumdem Ambrosium à Florentia Priorem Ecclesiæ, Abbatem Casinensem, in Vicarium elegit, die 22. Augusti, cujus electionis actum integrum exscripsit Tornamira de Casinensi Congregatione[g]. 1531
Fuit Ambrosius etiam Provinciæ Visitator.

[g] Lib. 2. de Monast. Montisre.

XIII. *D. Severinus à Bitunto* Abbas, & Visitator per integrum biennium. 1532

XIV. *D. Hieronymus à Mediolano* Visitator & ipse. 1533

XV. *D. Basilius à Florentia* annis duobus.

XVI. *D. Petrus de Placentia* Abbas, & Visitator Casinensis, Prior Ecclesiæ. 1535

XVII. *D. Hieronymus à Messana* S. Placidi 1537
alumnus, post præfecturam ejusdem Cœnobii, per quadriennium Montisregalis regimen te- 1541
nuit, de quo Pirrus.

XVIII. *D. Bartholomæus à Saviliano* quatuor annis; Idem Visitator Siculæ Provinciæ fuit anno 1542. 1542

XIX. *D. Angelus à Castrosanguine* Abbas, & Visitator; vir scientia, dexteritate, ac morum integritate præcipuus, atque regularis observantiæ acerrimus assertor, præfuit per annum. De eo nos supra in not. 4.

XX. *D. Sigismundus à Perusio*, qui sequenti anno Visitator eligitur. Per hæc tempora 1545

Anno Christi.

Pompejus Zambeccarius Apostolicus Protono- A
tarius, atque Alexandri Farnesii Archiepisco-
pi Vicarius, erecta in Collegiatam Ecclesia SS.
Salvatoris, sæculares Presbyteros à Monachis
1546 divisit, die 16. Martii 1546.[a]

[a] Pirr. ibid. not. Montisreg.

Idem, cum jurgia essent inter Hieronymum
La Manna Archidiaconum Ordinis S. Benedicti
extra Congregationis gremium degentem, &
Priorem Ecclesiæ, ac Monachos, decrevit: *Ar-
chidiaconatus officium de cætero non conferatur
alicui Monacho fugitivo, vel licentiato, sed post
mortem D. Hieronymi la Manna restituatur, &* B
*maneat annexum, pro ut semper fuit, Collegio
Monachorum, & si quid in dicto officio admini-
strandum esset tam in spiritualibus, quàm in tem-
poralibus actionibus, non divina concernentibus,
Vicario pro tempore existenti committatur, vel
alia, cui Illustriss. Archiepiscopo placuerit*; post
multa vero subjungit: *Monachi fugitivi, vel
licentiati non possunt celebrare, neque confessio-
nes audire, aut aliquid exercere in dicta Cathe-
drali Ecclesia, nisi de licentia R. Prioris*, die 12.
1546 Januarii 1546.[b] C

[b] Ex Tom. ibidem.

XXI. *D. Honoratus à Saluțiis* post Sigismun-
dum Abbas Casinensis, Prior Ecclesiæ renun-
ciatur, moxque sequenti anno Visitator consti-
tuitur. Jam Alexandro eodem Farnesio Archie-
piscopo apud Paulum III. cujus erat Nepos,
agente, lis diuturna inter nostros, & sæcula-
res Presbyteros Ecclesiæ inservientes, ejusdem
1548 Pontificis rescripto dirimitur, ac Monachis in
pacifica possessione jurium suorum servatis, sæ-
cularium audacia reprimitur. Habes Pauli di-
ploma ex integro apud Pirrum, & in collectione D
privil. Montisregalis, apud Lellum anno 1549.
1549 XXII. *D. Cæsarius de Grassa* per triennium
1550 benè rexit, successoremque habuit
XXIII. *D. Maurum de Sexto*, cui visitatio
1551 etiam Provinciæ committitur. An. 1553. mor-
1553 tuo Hieronymo la Manna Archidiacono, Ale-
xander Archiepiscopus Antonium Venetianum
Presbyterum sæcularem ad Archidiaconatus di-
gnitatem evexit, ex literis Romæ datis die 23.
Octobr. at Monachi eidem possessionem denega-
runt, ac *D. Diutium de Sant'Angelo* Placenti- E
num Monachum elegerunt. Diutius à Pontifi-
ce confirmatur die 13. Decembris 1553.
XXIV. *D. Hieronymus à Panormo* S. Martini
1557 Monachus Abbas per annum, quo elapso ad S.
Placidi regimen transiit, ejusque vices
XXV. *D. Benedictus à Florentia* subiit, qui
1558 etiam Visitatoris munere functus, Abbatiam
post biennium cum eodem Hieronymo commu-
tavit; itaque
XXVI. *D. Hieronymus à Panormo* 2. vice Ab-
1560 bas & Visitator, tribus annis. F
1563 XXVII. *D. Hieronymus de Terminis* annis
duobus.
XXVIII. *D. Chrysostomus de Gange* è suo S.
1564 Mariæ Gangii translatus, laudabiliter regi-
men tenuit, post quem
1567 XXIX. *D. Andreas à Saviliano* per annum.
1568 XXX. *D. Hieronymus à Panormo* tertia vi-
ce Abbas, integro triennio optimi Pastoris par-
te exequitur.
XXXI. *D. Joannes Evangelista à Florentia*
1572 Abbas, & Visitator.

XXXII. *D. Dionysius à Mantua* Abbas,
ac Visitator.
XXXIII. *D. Andreas à Panormo* S. Martini 1573
Alumnus è Monasterio Fundronis translatus,
Abbas, & Visitator anno uno.
XXXIV. *D. Teophilus à Rotundisco* per 1574
biennium.
XXXV. *D. Victorius à Panormo*, è regimi- 1576
ne Fundronis ad hanc assumptus Abbatiam.
XXXVI. *D. Cæsarius à Verona* duobus annis. 1579
XXXVII. *D. Basilius à Brixia* Abbas, &
Visitator per triennium. 1580
XXXVIII. *D. Fulgentius à Placentia* Ab- 1584
bas, & Visitator anno 1584.
Anno eodem ob mortem Ludovici de Torres,
Archiepiscopi, Monachi capitulariter congre-
gati Vicarium elegerunt Salustium Tarusi-
num, die 21. Januarii.
Quo ipso die eumdem Salustium in Vicarium
etiam nominarunt Presbyteri sæculares Capel-
lani Ecclesiæ, de quorum insolenti audacia
questi apud Proregem Monachi, datis hic Mes-
sanæ literis die 3. Martii 1585. electionem Mo-
nachorum firmam voluit, ac illam sæcularium 1585
rescindi jussit. Monachi postmodum Aloysium
de Amato Cantorem Panormitanum Vicarium
voluere.[c] Anno 1587.

[c] Ex Actis Octaviani Ponticorum Pirrus ibidem.

XXXIX. *D. Severinus à Montella* interim ad
Monasterii curam assumitur, S. Mariæ Fundro-
nis regimine absoluto, cui post biennium
XL. *D. Agapitus à Faventia* Abbas, & Vi- 1587
sitator successit.
Per hæc tempora Ludovicus de Torres Præde-
cessoris ex Fratre nepos, mox ut Ecclesiæ Mon- 1588
tisregalis regimen suscepit, Monachos fovere,
Cœnobium ædificiis reparare, omnibusque of-
ficiis illos demereri studuit, quos vicissim obse-
quentissimos habuit.
Verum non post multum sæcularium presby-
terorum Monachis invidentium delationibus
nimis credens, eorumdem Monachorum quieti
adeò infensus evasit, ut quoad vixit, decerta-
re cum illis numquam intermiserit.
Anno 1589. Desiderius à Monteregali Mona-
sterii Monachus Priorem Monasterii, Ecclesiæ 1589
Decanum egit.
XLI. *D. Martinus à Panormo* Abbas, & si- 1591
mul Visitator; fuit hic S. Martini Alumnus,
de quo Pirrus in notit. ejusdem S. Martini. Cre-
verunt per hæc tempora magis, ac magis inter
Archiepiscopum, & Monachos dissidia. Hos
penitus ab Ecclesiasticis functionibus, ac mi-
nisteriis secum peragendis, Ludovicus secretos
voluit, qui proin Choro interesse, ac reliquas
Ecclesiæ cæremonias separatim celebrare non
destiterunt. Lignea chori sedilia, ab Ausia de
Podio olim impensis quam maximis instituta,
igni tradidit, quæ dehinc Regis urgente jus-
sione proprio ære refici (haud quidem insigni,
ut antiqua, sed vulgari cælatura) curavit. Ca-
pellam S. Placidi extruxit, ubi Monachos ad Di-
vina officia celebranda coercere contendit: in
ea Capella Tabula, ubi S. Placidi ejusdem mar-
tyrium Paladinus celebris Pictor expressit, spe-
ctatur.[d]

[d] Ex Tabul. S. Nicolai de Arena.

Res porro adeò invaluerunt, ut Monachi,
nedum

Anno Christi 1591.

nedum apud Siciliæ Tribunalia, sed apud ipsum A Hispaniæ Regem causam detulerint, supplicibusque libellis pro remedio supplicaverint; ac vicissim ipse Archiepiscopus cum suas querimonias, tum rationes porrectis ad Regem literis expenderit [a]. Verum in Sacra Rota lis examinanda proponitur. Interim anno 1593. ad suum

a Ex suppl. in eodem Tabul.

1593 S.Martini transfertur noster Abbas, ejusque loco sufficitur

XLII. *D. Lucas à Bojano* Abbas, & Visitator, post quem anno 1595.

1595 XLIII. *D. Hilarius à Neapoli* Prior Ecclesiæ à B Casinensi Congregatione deligitur, ac Monasterii Abbas designatur, inter quem, & Ludovicum Archiepiscopum perpetua jurgiorum causa intercessit. Post hunc anno 1597.

1597 XLIV. *D Maurus à Parma*, cui mox successor

1598 XLV. *D. Alphonsus Villagut* à Neapoli, Prior, Abbas renunciatur, qui per annum præfuit.

1599 XLVI. *D. Ignatius à Turturicio* Siculus, fortè S.Mariæ Montisregalis Monachus, qui sequenti anno Visitatorem egit, ac integro quadriennio rexit magna prudentiæ fama. Interim C cum Archiepiscopo Monachi Romæ in S. Rotæ Tribunali decertabant.

1602 Anno 1602. Rex Philippus II. mandavit Duci de Sessa suo apud Sedem Apostolicam Nuncio, ut apud Summum Pontificem serius ageret, ne Ecclesia Montisregalis ad sæcularem statum (quod Archiepiscopus contendebat) redigeretur; sed omnino integra, & illibata Guillelmi II. Siciliæ Regis, Ecclesiæ, ac Monasterii fundatoris dispositio, & mens servaretur, adeoque nullimode Archiepiscopi votis acquiesce- D ret [b]. Eodem igitur anno Romæ perscriptum fuit, *ut Monachi molestentur*; sed Rotæ determinatio executioni minime demandatur; cumque Prior Ecclesiæ in Monasterio S.Martini, ad vitandas Vicarii Archiepiscopi insolentias degeret, ipsum Vicarius ad comparendum citavit; atque abnuentem, solemni ritu, fidelium communioni interdixit, quin, & quosdam Monachos per summum nefas publico carceri mancipavit. Re delata ad Summum Pontificem, declaravit hic Priorem ab omni excommunicationis censura li- E berum, atque Vicarii audaciam gravi reprehensione coercuit.

b Ex Epist. ejusd. Regis in Tabul. S. Nicolai.

1603 XLVII. *D. Euphemianus Casagrande à Catana* S. Nicolai Monachus, cui ad ejusdem S. Nicolai regimen abeunti

1605 XLVIII. *D. Fabianus à Matera* Abbas, & Visitator successit per biennium.

1607 XLIX. *D. Paulus à Catana* S. Nicolai Monachus, Abbas, & Visitator. Sub quo anno 1607. tandem Rota Romana Alexandro Justo Auditore ultimam definitivam sententiam protulit F his verbis: *Christi nomine invocato, pro Tribunali sedendo, & solum Deum præ oculis habendo, per hanc nostram definitivam sententiam, &c. Dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus in dicta Ecclesia Montisregalis, Divina officia, tam per Monachos, quam Clericos Sæculares juxta Statuta, confirmata per Bullam Pauli III. sub dat. Romæ apud S. Marcum, anno Incarnat. Domini 1509. 7. Kal. Augusti, seu alio veriori tempore in Ecclesia prædicta existentes,*

Anno Christi 1607.

celebranda esse, & celebrari debere more Monastico, secundum Regulam S. Benedicti, & dictos Clericos omnibus, & singulis Divinis officiis, una cum dictis Monachis interesse, & cum eisdem se conformare debere, & juxta formam dictæ Bullæ jam dictos Dominos Priorem, & Monachos in dicta Ecclesia choro, Processionibus, & omnibus actibus publicis præcedere debere dictos Clericos sæculares, & ipsis præferendos esse, & præferri debere; ipsosque Monachos solos deferre debere SS. Sacramentum juxta dictam Bullam. Item dictum Archiepiscopum non potuisse, illique non licuisse, nec licere, amovere, & chori statum in novam formam redigere, & dictos Clericos à Monachis separare, ipsisque clericis chorum separatum à choro Monachorum assignare, ipsumque Dominum Cardinalem teneri, & obligatum esse realiter, & cum effectu prædicta omnia in pristinum, & in eum, in quo erant, statum reponere, & reintegrare, & in choro tam de præsenti existente, quam noviter fabricando, Monachos in superioribus, Clericos verò in inferioribus stallis dextri, & sinistri chori cum superpelliceis subtus eosdem Dominos Abbatem, & Monachos sedere debere. Item non licuisse, nec licere dicto Illustrissimo Domino Archiepiscopo, minusque illum potuisse, construere novam sacristiam pro Presbyteris, & illius exercitium committere Clerico sæculari, absque tamen præjudicio Domini Archiepiscopi, quo minus habeat locum privatum pro paramentis, & rebus pretiosis. Item custodiam sacristiæ, necnon curam paramentorum, emolumentorum, & proventuum, omnium reliquiarum, scripturarumque, & aliorum bonorum, & pretiosorum spectasse, & pertinuisse, spectare, & pertinere ad unum ex dictis Monachis Monasterii ad nutum dicti Illustrissimi Archiepiscopi, seu ejus Vicarii amovibilem. Item dictum Dominum Archiepiscopum ex prætextu facultatis addendi, & minuendi sibi concessa in dicta Bulla non potuisse, nec posse in totum tollere, & alterare præcedentem statum dictæ Ecclesiæ, aut substantiam ejus, quod in dicta Bulla fuit ordinatum, sed tantum ea facere, quæ mutationem præcedentis status non important, juxta formam dictæ Bullæ, sed dictam Bullam ad unguem in omnibus, & per omnia, tam per ipsum Dom. Archiepis. vel Presbyteros, quam dictos Monachos observandam fore, & esse, & observari mandamus, servatis semper ipsi Domino Archiepis. facultatibus omnibus, quæ in dicta Bulla conceduntur. Molestias quoque, vexationes, perturbationes, & impedimenta quæcumque per eumdem Illustrissimum Dominum Archiepis. dictis Dominis Priori, & Monachis quomodolibet illatas, factas, & præstitas, illataque, facta, & præstita fuisse, & esse illicitas, indebitas, iniquas, & injustas, illicitaque, indebita, iniqua, & injusta, ac de facto præsumptas, & præsumpta, ac de, & super illis omnibus, & singulis præmissis dicto Reverendissimo Archiepiscopo perpetuum silentium imponendum, ipsumque Dominum Archiepiscopum in omnibus expensis in hac causa factis condemnandum fore, & esse, pro ut imponimus, & condemnamus respectivè, quarum expensarum taxationem nobis, vel cui de jure, in posterum reservamus, & præmissa omni alio meliori modo, &c. ita pro-

Anno Christi 1607.

pronunciavi Ego Alexander Justus Romæ Auditor. Lecta, & pronunciata Romæ apud S. Petrum in Palatio causarum Apost. sub ann. Domini 1607. *Indict.* 5. *die verò* 19. *Decembris, Pontificatus &c. præsentibus ibidem discretis viris Dom. Cripolito Abbatio, & Hieronymo Anatorio Rotæ Notariis, scribisque nostris testibus ad præmissa vocatis, atque rogatis. Ego Bernardinus Fuscus S. Palat. Apost. & dictar. caus. Notarius de præmissis rogatus præsentes subscripsi, & publicavi requisitus &c.* [a]

a Ex Tabul. Monaster. S. Nicolai de Arena, ubi asserv. Authentic. Copia.

1608 His, aliisque juris decisionibus tandem vix acquiescens Ludovicus, Romam jam Cardinalis a Paulo V. Rom. Pont. creatus, contendit, ubi post biennium decessit, ejusque mors Monachis tranquillitatem peperit anno 1609. Jam

L. *D. Romanus Jordanus à Catana* S. Nicolai etiam Professus Abbas renunciatur, qui laudabiliter per annum moderatus, ad suum assumitur.

Mortuo Archiepiscopo Capitulum Monachorum delegit Vincentium la Viola S. T. D. sed Presbyteri sæculares Christophorum de Flores
1609 voluerunt; verum in Tribun. Reg. Monarchiæ die 7. Septembris 1609. infirmata sæcularium electione, illa Monachorum confirmatur. [b]

b Ex Pirro, & Giudice not. Eccl. Montisreg.

LI. *D. Ignatius à Turturitio* 2. vice integro
1610 triennio, post quem

LII. *D. N.* cujus nomen desideratur; deficiunt enim Acta Congregationis Casinensis.

1613 Anno 1613. Archangelus Gualterius Archiepisc. qui Ludovico successerat, decreta Apostolica favore Monachorum in Rota emanata circa Divina officia celebranda, executioni mandavit, ac diù agitatam Ecclesiæ suæ navem optatum in portum pacis, & concordiæ deduxit, juxta literas Jacobi Cavallerii idipsum præcipientis anno 1613. Indict. 11. die 3. Maji, Pont. Pauli V. 8. in Regno exscriptas die 28. Octobris 12. Indict. [c]

c Ex Pirro, & Giudic. ibidem.

LIII. *D. David Sturniolo à Messana* S. Placi-
1617 di filius anno 1617. & mox sequenti Visitator designatur. Regimen tenuit duobus annis.

1619 LIV. *D. Cherubinus Alaymo* à Monteregali Monasterii hujus Alumnus, ejusdem gubernationi adhibetur. Hic tentavit vetus dormitorium à Rege Guillelmo olim exstructum instaurare, irrito tamen conatu. Anno 1620. Visi-
1620 tator Provinciæ electus est, præfuitque sequenti etiam anno. Illum doctissimum virum, ac vitæ candore notissimum appellat Pirrus [d], atque Ecclesiæ Montisregalis Vicarium etiam egisse narrat, ut infra dicemus.

d Notit. Monast. S. Placidi lib. 4. p. 1.

1621 LV. *D. Basilius à Parma* Abbas, & visitator per annum.

1622 LVI. *D. Andreas à Panormo* è S. Nicolao assumptus, huic regendo Monasterio, Dietæ decreto, Abbas eligitur; mox

1623 LVII. *D. Martinus à S. Philippo* Abbas, & Visitator, quem post annum

1624 LVIII. *D. Stephanus Amico* Patria, & Cucullo Panormitanus excepit, quo ad S. Martini regimen transeunte

1625 LIX. *D. Gregorius Motta* à Catana Abbas renunciatus, qui per biennium clavum tenuit. In ejus locum

Anno Christi 1627.

LX. *D. Theodosius Mastitio*, & ipse à Catana sufficitur per acta Dietæ, qui, & Visitator renunciatur. Eo Abbate Regni Deputati petierunt à Rege supplici libello, ut Monasterium Montisregalis in sæcularem statum redigi permitteret die 28. Junii 1627. sed illorum petitio rejecta est.

LXI. *D. Cherubinus à Monteregali* è Monasterio S. Flaviæ, quod per biennium admini- 1629
straverat, suo Cœnobio 2. præficitur, ac semel, & iterum sede vacante Vicarius à Monachis eligitur. Rexit usque ad annum 1632. 1632
quo & Visitatoris munus gessit.

LXII. *D. Stephanus à Panormo* 2. vice, qui à Monachis unanimiter Sede Vacante Vicarius 1632
constituitur. De eo Pirrus præclara enarrat [e].

e Notit. S. Martini lib. 4. p. 2.

LXIII. *D. David à Bergomo* Abbas, & Visitator per annum. 1634

LXIV. *D. Joannes Baptista à Messana* in Comitiis Dietalibus per annum. 1635

LXV. *D. Thomas à Panormo* ejusdem Montisregalis Monachus. 1636

LXVI. *D. Epiphanius Bellacera à Panormo* eximiæ virtutis Abbas anno integro administravit, inde ad S. Martini translatus. 1637

LXVII. *D. Flaminius à Ravenna* paucis 1638
mensibus: mox Capituli decreto

LXVIII. *D. Benedictus à Brixia* anno 1639. 1639
Huic

LXIX. *D. Antonius ab Urbe* successit, cujus vices D. Hilarius à Luca Prior Administrator subiit. Fuit autem Antonius sequenti anno Romanæ Provinciæ Visitator.

LXX. *D. Eusebius à Bononia*. Hic infirmo- 1640
rum triclinium eleganti pictura ornavit, ac nobilem Aromatariam domum Monasterio adjunxit, præfuitque biennio.

LXXI. *D. Epiphanius à Panormo* è sui S. Mar- 1641
tini ad nostrum assumptus 3. vice laudabiliter pro more se gessit.

LXXII. *D. Franciscus à Messana*, Montis- 1644
regalis Monachus, Abbas Generalis Capituli præscripto renunciatur, ac Prior Ecclesiæ.

LXXIII. *D. Flaminius Patè* Patria, & Cu- 1645
cullo Messanensis tribus annis optimè rexit. Sub eo lis inter Monachos, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Salvatoris Canonicos exorta est de præcedentia, ac primo pro nostris adjudicata; mox instantibus Canonicis, Via revisionis, Francisco Salerno Ecclesiæ Panormitanæ Generali Vicario committitur à Prorege; cujus calculo die 9. Augusti nostrorum etiam favore decernitur [f]. Interim

f Ex Tabul. Monast. S. Nicolai de Arena.

LXXIV. *D. Epiphanius à Panormo* 3. vice Abbas constituitur, qui ad reparanda colla- 1648
bentia Cœnobii ædificia serio animum adjunxit, & Occidentis dormitorio refecto, Cameras Abbatiales satis decentes, ac commodas instituit, novumque dormitorium à meridie est molitus.

LXXV. *D. Thomas à Monteregali* Abbas Vi- 1649
sitator successit, qui Epiphanii vestigia sectatus, ædificiis perficiendis intendit. Rexit per biennium.

LXXVI. *D. Zacharias Platamone* patria, & 1651
professione Panormitanus. Idem sequenti anno Provinciæ Siculæ Visitator.

LXXVII.

Anno Christi.

LXXVII. *D. Michael à Panormo* S. Martini & ipse Alumnus, Abbas simul, & Visitator.

1654 LXXVIII. *D. Thomas à Monteregali* 2. vice

1655 per integrum quadriennium sibi semper æqualis optimè administravit.

1660 LXXIX. *D. Epiphanius à Panormo* è S. Martini claustris quarto Abbas noster assumitur, post quem mox

1661 LXXX. *D. Pius Salerno*, & ipse à S. Martino translatus, sufficitur, præfuitque ad 1665. quo

1665 LXXXI. *D. Franciscus à Messana* 2. Abbas, & Visitator renunciatur,

1669 LXXXII. *D. Cæsarius Bellacera* Epiphanii nepos, Abbas etiam, & Visitator per triennium laudabiliter præfecturam gessit. Huic

1672 LXXXIII. *D. Honoratus Columna à Menis*, à Catana dictus, successor datur. Hujus promerita alibi in Not. S. Nicolai, cujus fuit Alumnus, tetigimus. Prudentia & solertia rexit admiranda per annum.

1673 LXXXIV. *D. Alexander Orioles* Patria, & Cucullo Panormitanus, è S. Nicolai ad nostrum transfertur anno 1673. ibique moritur, cujus loco

1674 LXXXV. *D. Petrus Maria Piaggia* à Panormo Ecclesiæ Montisregalis, (cujus jam fuerat Vicarius Sede Vacante) * Prior, ac Monasterii Abbas electus, per annum administravit.

* Giudice not. Eccl. Montine.

1675 LXXXVI. *D. Joannes Santonocito à Catana* Montisregalis Alumnus, Generalis Capituli decreto Abbas constitutus, biennio præfuit.

1677 LXXXVII. *D. Stephanus Lazari* à Catana, de quo in Notitia S. Nicolai, vitę integritate pręcipuus, per biennium rexit, eoque elapso, ad Catanense Cœnobium moderandum assumptus est.

1680 LXXXVIII. *D. Zacharias à Panormo*, qui à Generali Capitulo in Siciliam rediens, à Piratis captus, atque in Africam deportatus, ibidem ærumnis confectus, è vita piissimè migravit, ejusque loco

1681 LXXXIX. *D. Joannes à Catana* secunda vice Cœnobium administravit magna prudentiæ laude ad annum 1686.

1686 XC. *D. Severinus à Messana* vir omni exceptione major, quem in Notitia S. Placidi laudavimus, Abbas electus, Montisregalis Cœnobium ære alieno pressum advertens, apud Patres Casinenses in Comitiis congregatos egit,

1684 ut reliqua Siculæ Provinciæ Monasteria, mutuo pecunias eidem dando, in pristinum splendorem revocarent [b].

[b] Decr. Congreg. Cas. in Tabul. S. Nicolai.

XCI. *D. Ferdinandus Joenius* à Catana per

1689 annum bene rexit.

1690 XCII. *D. Flaminius Stagno* à Messana post quem

1691 XCIII. *D. Pius Costa* Patria, & Professione Panormitanus, qui mox ad S. Caroli regimen evocatur, ejusque vices

1693 XCIV. *D. Joannes à Catana* tertio subiit opportunè, atque ad 1696. perseveravit.

1696 XCV. *D. Antonius Ruffo* à Catana Montisregalis Alumnus. Hic morum integritate, ut genere, ac sanguine nulli certè secundus, Cœnobii bono maximè intendit, ipsumque censibus auxit, atque ab ære alieno levavit. Post sexennium abiens,

XCVI. *D. Prudentium* à Messana successorem accepit, qui mox morte sublatus funerea pompa in Cathedrali Ecclesia sepelitur. 1701.

XCVII. *D. Antonius Ruffo* ex Summi Pontificis decreto ad regimen rediit, atque ad annum 1710. administravit. 1703

XCVIII. *D. Michael Giudice*. De eo in notitia S. Martini. Hic suavitate morum omnium sibi benevolentiam, atque amorem conciliavit; 1710 rexit integro sexennio, magni ab Eminentissimo Cardinali Francisco Judice factus, cujus postea vices gessit.

XCIX. *D. Anselmus Danieli*, cujus adhuc resonat nomen, Cœnobium variis picturarum ornamentis decoravit, ejusque bonis, ac censibus 1716 præclarè consuluit. Quadriennio, quo præfuit, adeo omnium sibi corda devinxit, ut nulli umquam gravis, nemini non acceptus extiterit; prudentia, comitate, subditos moderatus, eos vicissim obsequentissimos habuit. De eo plura in notitiis S. Nicolai, & S. Benedicti Militelli.

C. *D. Antonius à Catana* tertio suis præfectus, octuagenario major à mortalibus discessit, ejusque funus splendide curatum est. 1720

CI. *D. Dominicus à Messana*, integro sexennio magna sui gloria, ac subditorum bono Cœnobium gubernavit. Dominici egregia facinora, virtutesque in not. S. Placidi, & S. Nicolai, vel leviter tetigimus. De hoc autem Montisregalis Monasterio promeritus Regularem in illo observantiam, Novitiis ad Professionem admissis, majori studio promovit, census adauxit, scientiarum Cathedras ad Juventutem erudiendam, omnia denique, quæ ad cultum Dei, ac Religionis augmentum spectant, instituit. 1725

CII. *D. Andreas Santocanale* Patria Panormitanus per omnes dignitatum gradus ad Abbatiam speciali Clementis XII. PP. rescripto evectus, titulo *S. Clementis* primo donatur, mox suo Montisregalis Cęnobio pręficitur. Commendatur à nimia morum facilitate, ingenii pręstantia, prudentia denique, atque in rebus gerendis peritia, quibus, omnibus gratus, suisque acceptus, cunctorum ore versatur, vivitque ad majora. 1733

Prior Ecclesiæ olim in Comitiis Generalibus loco 55. assidebat, sed paucis ab hinc annis, quamplurimi ex Abbatibus iis abstinuerunt. Eximitur nihilominus tum à Tandis, tum à quolibet donativo, ut anno 1671. die 20. Novembris per Tribunal R.P. fuit prolatum. Idque die 18. Martii 1693. confirmatur, ac denuò anno 1724.

Monachi viginti quatuor, qui & Canonici sunt Ecclesiæ; eisque Vicarii Generalis electio sede vacante committitur. Abbas Monasterii, vices Prioris in choro occupat, Prior verò Casinensis Decanus Capituli nuncupatur. Archidiaconatus penes Clericos Sæculares, reliquæ verò Dignitates, & munia à nostris administrantur, Cantoris scilicet nomine primus Decanus Monasterii appellatur, Thesaurarius ad Archiepiscopi nutum creatur.

De Ecclesiis, & Prioratibus Cœnobio, & Ecclesiæ S. Mariæ de Nova Montisregalis annexis.

I. PRioratus S. Annæ de Portella, seu de Scalis, hodie sub Abbatiæ titulo, in-

Anno Christi.

inter juga montium S. Martini propè Panormum, unde à partibus Mazariæ, & Drepani ad Regiam Panormi urbem transitus patet, ut hinc inde transeuntibus hospitium præberet, atque contra frequentes latronum incursiones pro asylo esset, ab Hugone de Talach nobili æquè, ac diviti fundatus, Fratribus Ordinis Continentium attribuitur: F. Sebastiano scilicet, F. Joanni, & F. Guillelmo de Mayali, Germanis Fratribus Panormitanis, ac F. Bernardo, ut ejusdem Instrumentum per acta Notarii Laurentii Manna Panormi die primo Januarii 8. Ind. anni 1294. celebratum testatur [a], quos quidem Fratres S. Benedicti Regulam professos, & forte Montisregalis Monachos censet Tornamira [b], quamvis id facile non credamus. Porrò hunc Hugonem inter Magnates Siculos, atque Constantiæ Reginæ, Petri Aragonii uxoris Familiares Fazellus enumerat, ejusdemque Constantiæ Reginæ, anno 1297. ad Jacobum Aragonium filium, una cum aliis Nuntium egisse scribit [c]. Eumdem quoque locum Cœnobio olim Monialium insignitum credit Invegges, illudque esse, de quo est mentio apud S. Gregorium, lib. 4. Epist. 4. illis verbis: *Marciam in Monasterium aliud injustè audio fuisse migratam* [d]. Sed hæc opinio Invegges non placet, ex eo vel maximè, quod in novæ fundationis instrumento, nulla de hoc veteri Monialium Monasterio fit mentio. Idem Tornamira ex Pirro tradit statim ab initio fundationis hunc Prioratum Archidiaconum Montisregalis Ecclesiæ obtinuisse; at Pirri verba hæc sunt: *Anno 1294. quo erectum est Templum S. Annæ, primam repetit originem dignitas Archidiaconatus.* Quæ quidem ex Lello exscripsit dicente: *Hoc ferme tempore antiquior memoria dignitatis Archidiaconalis Montisregalis Ecclesiæ invenitur.* An hæc possint ad sensum Tornamiræ inflecti, prudens Lector decernat.

[a] Ex Lello p. 3. n. 125. & Anton. Tornamir.
[b] De Orig. Cong. Casin. 4.
[c] Decad. fol. 475.
[d] Anno. Sac. Panormit. pag. ..., & Tornam. ...

Jam anno 1348. 28. Julii primæ Ind. Emmanuel Archiepiscopus Montisregalis in diplomate, quo Monasterio S. Martini feudum S. Martini nuncupatum attribuit, jura sibi reservat super Ecclesiam S. Annæ; *Reservatis similiter Ecclesia nostra Montisregalis prædicta omnibus juribus spiritualibus, quæ habet, & habere potest in Ecclesia prædicta S. Annæ, quæ est in Tenimento ipso S. Martini* [e].

[e] In diplom. apud notit. Montisre.

I. *F. Vincentius Vernagallo* Prior S. Mariæ de Baida de hoc Prioratu S. Annæ etiam providetur à Martino Rege, ut ex ejus literis Reg. in lib. Provis. anni 1363. [f]

[f] Reg. Canc. ... anno fol. ...

II. *F. Joannes Comacchi* supplicavit Regi Ferdinando, ut quoniam ipse Prioratum S. Annæ de Scalis obtinuerat ab ipso Rege, & confirmationem ejusdem impetraverat à Romano Pontifice, & nihilominus à Benedicto XII. (erat is Petrus de Luna Antipapa) quidam Matthæus de S. Martino per dolum eumdem Prioratum exoraverat, sibi de Justitia provideretur, ac Prioratus restitueretur; Rex igitur præcepit Archiepiscopo Panormitano, ut causam examinando, justum decerneret, à quo pro Joanne decretum est, ut in provisione Joannis Infantis, de anno 1415. [g]

[g] Reg. Canc. ... anno folio ...

Anno Christi.

A Anno 1424. die 29. Maji Martinus V. Romanus Pontifex voluit, ut Prioratus S. Annæ de Portellis ordinis S. Benedicti valoris florenorum centum mensæ Archiepiscopali Monregalensi uniretur [h]. Tunc forte

[h] Ex Lello Reg. Privil. num. 291.

III. *F. Michael de Galati* Archidiac. ejusdem Ecclesiæ hunc obtinuit Prioratum. Fuit dehinc *Michael* Prior Monasterii, ut ad annum 1432. diximus supra.

Anno 1435. Eugenius IV. Summus Pontifex præcepit Episcopo Mazarienzi, ut Prioratum ejusdem S. Annæ Ecclesiæ Montisregalis adnecteret, ac Priorem de hac unione adverteret;
B cum enim Ecclesia ejusdem Prioratus, omni observantia esset destituta, & Martinus V. prædecessor eamdem unionem suo diplomate decrevisset, voluit Pontifex, ut omnimode effectum suum assequeretur, ipsumq; Monasterium S. Annæ pro valetudinario Monachorum Montisregalis de cætero inserviret. Datæ sunt Eugenii litteræ die 4. Julii, rem agente Joanne de Vigintimiliis Archiepiscopo [i].

[i] Ex Lello Priv. Eccl. Montisreg.

V. *F. Benedictus de Septempanibus* Archidiaconus Montisregalis anno 1439. ac S. Annæ Prior.
C
VI. *Joannem Burgio* Sipontinum Episcopum, postea Manfredoniæ Archiepiscopum, Mazarensem, ac denique Panormitanum Antistitem S. Annæ Priorem egisse an. 1464. scribit Pirrus [k].

[k] Not. Eccl. Mazarensis lib. 3.

VII. *F. Paulus de Bisconte* Panormitanus Carmelita S.T.D. de quo Trithemius, Mongitore in Biblioth. Sic. Nicolai V. & Pauli II. Rom. Pontif. à confessionibus, Episcopus Mazarensis Prior S. Annæ etiam appellatur an. 1468. ab eodem Pirro.

VIII. *Joannes de Monteaperto* Pauli in Episcopatu successor, & S Annæ Prior anno 1470. de
D quo idem Pirrus, ibidem.

IX. *F. Petrus de Calceis* Montisregalis Monachus, Joannis Borgiæ Archiepiscopi Vicarius, Chalcedoniæ Episcopus, Archidiaconus Ecclesiæ, Prior S. Annæ, ac Beneficiarius S. Cataldi, anno 1485. Resignavit dehinc Archidiaconatum F. Marco de Cheli Ordinis S. Benedicti, sed denuò anno 1494. illum assumpsit; denique tum eidem dignitati, tum aliis beneficiis in manibus Archiepiscopi renunciavit, qui illa datis literis Romæ, die 20. Augusti 1497.

E X. *F. Hieronymo Susinno* Benedictino contulit. De Hieronymo, ejusque defectione à Casinensi Congregatione supra diximus; at non erit prætereundum id quod Pirrus enarrat. *Sedere voluit* (loquens de Hieronymo) *uti Archidiaconus* (*ea est Prima dignitas post Pontificalem*) *in prima sede post Archiepiscopalem, sed Prior Monasterii sibi deberi ejus sedis honorem contendebat, eoque caruit tunc F. Hieronymus, sed 25. Julii 1506. ab Archiepiscopo decretum est pro Hieronymo, & 23. Novembris 1507. data est ei prima illa sedes. Anno 1508. Petrus Aracali*
F *Episcopus Mazariensis, atque Archiepiscopi Alphonsi de Aragonia Vicarius declaravit, quæ essent Archidiaconi præheminentia &c.* At calamo Pirrum cespitasse hic in multis, non est dubium. Archidiaconatum, Primam dignitatem post Pontificalem asseruit; id veritati adversatur; in Ecclesia enim Montisregalis hæc dignitas longè post fundationem instituta est; atque à

princi-

Anno Christi.

principio post Pontificalem Prioris dignitas suc- A cessit; in Ecclesiis quippe Regularibus Prior immediatè Episcopo succedit, ut etiamnum hodie in Catanensi, Cephalæditana, ac Pattensi servatur, quæ olim Regulares erant. Jam si prima post Pontificalem erat Archidiaconi sedes in Ecclesia Monregalensi, cur tot, tantisque vicibus Priori licuit Capitulum post Archiepiscopi mortem congregare, tum ad Vicarii in sede Vacante, tum ad successoris Archiepiscopi electionem celebrandam? cur denique Prior primus in diplomatibus subscribit? Jam B sequitur. *Sed die 25. Julii 1506. ab Archiepiscopo decretum est pro Hieronymo &c.* Prima sedes post Pontificalem non illa est, quæ Hieronymo, & successoribus fuit die 25. Julii 1506. attributa, ac postea in diplomate Pauli III. confirmata, nisi locus materialis accipi velit; è conspectu enim Archiepiscopi sedet Prior, ac primam occupat sedem sinistri lateris Chori, post quem Primus Decanus. Archidiacono sedes fixa nulla est; adveniente enim Vicario, aut Suffraganeo, aut ambobus, sedet vel 3. vel C 2. post Archiepiscopum loco; id quod à principio servatum fuisse constat.

Sed ut ad nostrum propius redeamus; Questi fuerant Monachi, Hieronymum injustè beneficium S. Cataldi occupare; quare Archiepiscopus suo Vicario perscripsit Roma 20. Novembris 1497. ut jus Monachorum illæsum servaretur; ideo Hieronymus eo beneficio sese abdicavit. Fuit etiam Abbas S. Mariæ de Habita ordinis Sancti Benedicti diœcesis Mazarensis, Vide Pirrum [a]. D

[a] Not. Eccl. Mazarens. lib. 3.

XI. F. Antonius Androisius Archidiaconus, & S. Annæ Prior, Benedictini instituti.

XII. F. Hieronymus la Manna Benedictinus, sed Romæ dimisit habitum, & dignitatem retinuit. De eo superius ad ann. 1538. post cujus mortem

XIII. *Antonius Venetianus* Monregalensis Clericus Sæcularis ab Archiepiscopo Farnesio Archidiaconus, & S. Annæ Prior renunciatur. Sed Archidiaconatum, quia Monachis debebatur, non obtinuit, ejusque loco *D. Dintius de S. Angelo* Placentinus, professione noster, suffectus E est à Pontifice.

XIV. *Joannes Baptista Arrivabene* anno 1564. Archidiaconus, & Prior S. Annæ ab Archiepiscopi Vicario deligitur.

XV. XVI. ac reliqui usque ad præsentem, Archidiaconi Ecclesiæ, & Priores, seu Abbates S. Annæ sunt, quorum Catalogus habetur in notitia Archiepiscopatus, à Pirro conscripta.

2. *Ecclesia S. Ciriaca seu S. Dominica*, in qua Nicodemus, Græcus natione, Panormitanus F Antistes, quo tempore Robertus Dux, & Rogerius Comes Panormo potiti sunt, cultui Religionis Christianæ pro viribus intendebat, ut scribit Gaufridus Malaterra apud Pirrum [b] undè ab iisdem Roberto, & Rogerio revocatus, suæ Cathedræ est restitutus; & Ecclesia S. Silvestri, ubi olim Casale *Amba* propè Montemregalem, à Guillelmo II. Rege eidem Monasterio oblatæ die 15. Augusti 1176. hodie vix ruinas servant.

[b] Notit. 1. Eccl. Panorm. l. 1.

3. *Ecclesia S. Clementis* Messanæ una cum omnibus, & singulis ejus bonis, ac pertinentiis ab eodem Guillelmo nostris attributa eodem die, & anno. Hanc à Caro Archiepis. Gerardo Alemanno concessam, revocari ad Ecclesiam Montis regalis jussit Innocentius III. Rom. Pont. die 21. Aprilis 1198. [c]

[c] Ex Lello Reg. Priv.

Anno 1216. F. Gaspar ejusdem Ecclesiæ Priorem agebat, ut testis est Pirrus lib. 4. not. 1.

4. *Ecclesia & Monasterium S. Mariæ de Maccla* Calabriæ, in Diœcesi Bisignani, ac regione Aeri, Cœnobio Montisregalis ejusdem Regis munificentia unitur. Illam sub Stephano Abbate Guillelmus Rex Rogerii Ducis filius, & hæres privilegiis auxit, ac bonis locupletavit, eique omnia Indulta, & Concessiones aliorum Principum, & fidelium confirmavit mense Maji 1115. Integrum diploma exscripsit Pirrus [d]. Robertus quoque Guiscardus eamdem vineis, & terris ditaverat scripto diplomate anno Mundi 6600. mense Novembris, quam donationem iterum confirmavit. Gaufridus denique Maliardus sub Clemente Abbate Nicolai successore, Ecclesiæ S. Nicolai, quæ dicitur de Campo donationem, olim ab ejus Patre Stephano Abb: factam, ratam voluit. Hæc porro privilegia Rogerius Rex in suo Palatio Messanæ, Urso, & Joanne S. Mariæ de Maccla Procuratoribus instantibus confirmavit die 3. Novembris 1144. Indict. 8. [e]. Hoc ipsum Monasterium, atque Ecclesiam illi adnexam S. Nicolai de Campo, Raynaldus Episcopus Bisinianensis, de consensu sui Capituli, Monasterio Montisregalis confirmavit, omniaque jura, quæ in ipsis haberet, F. Guillelmo Abbati cessit, die ... Aprilis 1182. Hodie hæc Ecclesia sub Titulo Abbatiæ confertur, ut Beneficium simplex. Valet 200. scut. circiter.

[d] Not. Eccl. Montisr. lib. 4.

[e] Ex Lello & Pir. ibi.

5. *Ecclesia S. Mauri* in Calabria oblata ab eodem Guillelmo anno 1176. Monast. Montisregalis, Confirmatur ab Innocentio III. Rom. Pont. die 4. Julii 1198. cum omnibus juribus, bonis &c. Anno eodem pro decimis ipsius Ecclesiæ inter Carum Archiepis. Montisregalis & Episcopum Rossanensem lis est orta; ideoque causa committitur ab eodem Pontif. Archiepiscopis Panormitano, Capuano, & Regienti, sed cum illi sine tertio causam examinassent, Regiensis Pontifici Romano scripsit die 25 Augusti, cui etiam Carus, & Monachi suas supplices literas dederunt; ideo causa committitur ipsi Regiensi, & Episcopo Cephalædensi. Refertur hæc Innocentii Epistola in cap. cum causa de officio, & potest Judic. Deleg. [f]

[f] Lellus not. Eccl. Mont.

6. *Monasterium S. Salvatoris de Martello* Basiliani Ordinis in Calabria, in Diœcesi Regiensi, fundatum ab Joanne Calomeno Regis Camerario in Terris sui Patrimonii; & Monasterium Monialium prope Regium, F. Theobaldo Montisregalis Abbati à Cypriano Calomano Joannis Fratre, & S. Salvatoris Abbate offeruntur anno 1177. cum onere cēsus annui unciç unius auri, de qua oblatione integrum Instrumentum adduxit Pirrus [g].

[g] Not. Montisr. l. 4.

Eamdem donationem ratam voluit Thomas Archiepis. Regin. de consensu sui Capituli, ac omnia jura in ea sibi competentia cessit mense Novembris 1183. Anno 1319. Clemens V. PP. cau-

Anno Christi.

causam inter Archiepisc. Montisregalis, & Archimandritam Monasterii de Martello, qui debitam negabat Archiepiscopo obedientiam, ac visitari recusabat, commisit Guidotto Archiepiscopo Messanensi die 15. Maji, eodem anno [a].

7. *Ecclesia S. Spiritus in portu Brundusii* ab eodem Guillelmo Rege Montisregalis Monasterio concessa legitur mense Martii 1180. Petrus Archiepiscopus Brundusii jura omnia, quæ in eadem Ecclesia habebat, de consensu sui capituli Archiepisc. Guillelmo ejusque Monachis cessit mense Junii 1185 [b]. Innocentius denique III. PP. Capitulo Ecclesiæ Brundusinæ præcepit, ut causam inter Monachos Montisregalis, & Maximianum Notarium, qui Terras de jure Ecclesiæ S. Spiritus occupaverat, juxta legis statuta examinaret, datis Romæ literis die 21. Aprilis 1198. [c]

8. *Celebre Monasterium S. Eliæ de Carbona* ordinis S. Basilii Roboam Episcopus Anglonensis suo privilegio sub dat. mense Julio 1181. Monasterio Montisregalis subjecit. Situm erat id Cœnobium in Valle Sinisii, seu Marsici in Basilicata, Apuliæ, & Lucaniæ contermina, quod S. Abbas Lucas cognomento Carboni magni Sabæ discipulus, natione Siculus instauravit, ac sua sanctitate reddidit illustrius. De S. Luca Cajetanus in SS. Sicul. vitis fusè agit [d], de Carbonensi autem Cœnobio Paulus Æmilius Santorius latè scribit, ex quo plura excerpsit Ughellius in Italia Sacra, ubi de Episcopis Anglonensibus [e]. Anno 1218. pro eadem Ecclesia, ac Monasterio lis intenditur Archiepiscopo Montisregalis ab Anglonensi Episcopo, quæ examinanda committitur Episcopo S. Marci, & Abbati S. Mariæ Vallis Josaphat Cosentinæ diœcesis ab Honorio III. Rom. Pontifice, die 14. Februarii. Trasimundo Archiepiscopo, Paphnutius Archimandrita Monasterii ejusdem ordine vicesimus, juramentum debitæ fidelitatis præstitit Pollicari die 26. Februarii 1269. atque omnimodam obedientiam illi promisit. Eamdem obedientiam negabat Joanni Archiepiscopo anno 1279. Abbas Carbonensis [f], at visis Ecclesiæ Montisregalis privilegiis juramentum præstitit, atque subjectionem promisit in Oppido Macelæ die 6. Julii eo anno. Cum anno autem 1309. à Marco Episcopo Anglonensi Abbas, & Monachi Cœnobii Carbonis nimium vexarentur, hi ad Archiepiscopum Arnaldum pro remedio F. Joannem de Marachia direxerunt, sed sequenti anno inita conventio est inter Abbatem, & Episcopum in Ecclesia S. Michaelis de Tursio, die primo Maji, Ind. 3. ac controversiæ compositæ. Conventionis Instrumentum ex integro refert Ughellus, sed datum anno 1320. anno 2. Roberti Regis; Lellus vero ipsum anno 1310. consignat, quem secuti sumus.

Denique eodem anno Clemens V. PP. Guidotto Archiepiscopo Messanensi præcepit, ut causam inter Archiepiscopum Arnaldum, & Jacobum Archimandritam Carbonarii Cœnobii dirimeret die 15. Maji. Hodie in eodem Monasterio degunt Monachi S. Basilii; Abbatia verò Commendatario Abbati confertur.

9. *Ecclesia S. Martini*, quam cum Monasterio S. Martini de Scalis conatur confundere Lellus, à Petro Indolfo ædificata, (fuit Petrus Canonicus, & Thesaurarius Ecclesiæ S. Petri de Palatio) atque Montisregalis Cœnobio ab Guillelmo Rege attributa. Porro eamdem non esse, ac illam S. Martini de Scalis, Arnaldus Archiepiscopus in nota privilegii Concessionis hujus Ecclesiæ an. 1182. factæ, satis declaravit. *Sed adverte, quod hæc Ecclesia non est Monasterium S. Martini, ex quo Monasterium S. Martini non fuit fundatum à Petro Indulfo, sed à S. Gregorio.* Vide Antonium Tornamira in Casinens. Congreg. [g]

10. *Ecclesia S. Cataldi* intra mœnia urbis Panormi prope Ecclesiam & Monasterium Marturanæ. Hæc diebus nostris etiam subditur Montisregalis Archiepiscopo, unde pro foribus duo illa Carmina anno 1560. apposita.

Mœnibus ipsa licet fuerint fundata Panormi
Regalis Montis debita jura colo. A. D. MDLX.

Fuit Capella Silvestri Marsici Comitis, & una cum domo ejusdem Silvestri, Archiepisc. Guillelmo à Rege tradita. Ejus structura vetustatem redolet. Pavimentum musivo opere stratum habet, ac quatuor columnas, quibus testudines, & arcus insident. In fronte cujusdam vasis marmorei muro adhærentis hi versus leguntur.

Egregii Comitis Silvestri nata Matildis,
Nata die martis, martis adempta die,
Vivens ter ternos habuit menses, obiitque,
Dans Animam Cœlis, corpus inane solo.
Hac annis Domini centum undecies simul uno,
Et decies senis, hac requiescit humo.

Eamdem Ecclesiam olim Parœciam credit Lellus ex Honorii III. diplomate præcipientis Episcopo Cephalædensi, & Abbati S. Spiritus Panormi, ut cognoscant causam inter F. Petrum Capellanum Ecclesiæ S. Cataldi, & Capitulum Ecclesiæ Panormitanæ [h]. Fuit etiam Palatium hoc, atque Ecclesia Grangia Monachorum Montisregalis, ubi infirmi curabantur. Hodie habitatio est Episcoporum, quoties Panormum illos venire contingerit.

11. *Ecclesia S. Sepulchri Messanæ* à sæpiùs laudato Guillelmo Rege nostris attributa mense Junio 1182. à Caro Archiepiscopo Falconi Messanensi Canonico conceditur; at Innocentius III. eidem Caro præcepit die 21. Aprilis 1198, ut eam Concessionem revocaret; nihilominus Falco Monachum custodem ejusdem Ecclesiæ injuriis affectum ejecit; ideo Montisregalis Conventus apud eumdem Pontificem conquestus est, qui die 29. Octobris Archiepiscopo Regino, & Cephalædensi Episcopo perscripsit, quatenus Monachos in antiquam Ecclesiæ S. Sepulchri possessionem inducerent, Falcone amoto, atque ad satisfaciendum pro injuria illata compellerent.

Anno 1497. Nicolaus Trullensis ejusdem Ecclesiæ Prior ab Archiepiscopo constitutus, Canonicus Cæsaraugustanus Congregationi Disciplinantium illam concessit, salvis tamen pro se, & successoribus juribus censualibus, & utilibus, ac Prioratus dignitate, & titulo, cum onere exolvendi quolibet anno rotulum unum Ceræ elaboratæ, vel Priori, vel Ecclesiæ Montisregalis, adjecta conditione, ut de hujusmodi Con-

a Ex Lello Reg. Priv.
b Lell. Ibidem
c Lell. Ibidem
d Tom. 2.
e Tom. 7. Edit. Ven. ...
f Ex Lello Reg. Priv. Montis...
g Lib. 2.
h Ex Lello Reg. Priv. ann. 1220. 22. April.

Anno Christi.

Concessione per eosdem Fratres licentia, & facultas ab Archiepiscopo obtineretur, qua denegata, nulla esset facto ipso Concessio; ut in ipso Instrumento per acta Dominici de Leo Panormi die 17. Octob. Indict. prima, eodem anno, in cujus calce Petri de Calceis Episcopi Chalcedonensis Joannis Borgiæ Archiepiscopi Montisregalis Vicarii confirmatio, seu ut dicitur, ratificatio habetur, cum hoc, quod Prioratus collatio Archiepiscopo fit reservata.

Anno 1505. die 8. Junii Fratribus S. Francisci de Paula eadem Ecclesia à Disciplinantibus datur, de consensu Archiepiscopi Messanensis per acta Jacobi de Carissimo Messanensis. At anno 1507. die 18. Julii Joannes de Castello Franco Prior Minimorum eamdemConcessionem firmatam voluit à Michaele de Figuerola Episcopo Pactensi, Alphonsi de Aragonia Montisregalis Archiepiscopi Vicario, qui acta Messanensis Antistitis, utpote nulla, irritans, Ecclesiam prędictam Minimis attribuit. Denique anno 1523. exorarunt iidem Fratres à Clemente VII. PP. ut omnino titulus Prioratus ex collatione Archiepis. Montisregalis ab ea Ecclesia tolleretur; hinc spontanea voluntate in manibus ejusdem Pontificis renunciante Joanne de Loveza ultimo Priore, voluit Pontifex, ut deinceps sublata Prioris dignitate Ecclesia omnino libera Fratribus cederet. Datum est Diploma Clementis Romæ dicto anno, executum Panormi 5. Julii 1524. Hæc excepimus ex quibusdam schedis in Biblio. Collegii Panormitani asservatis, quas nobis amicè communicavit Joannes Amato Societatis Jesu, de Antiqua Siciliæ Historia benemeritissimus.

12. *Ecclesia, & Monasterium S. Maria Magdalenę Terra Corilionis*, cum ob bellorum jacturam destitutum Monialibus esset, conceditur à Guillelmo Montisregalis Cœnobio anno 1184.[a] & mox ea Concessio confirmatur ab Archiepiscopo Panormitano de consensu sui Capituli. Idem Cœnobium S. Mariæ Magdalenæ extructum olim putant à S. Gregorio Pont. In eo hodie degunt Moniales Benedictini instituti.

[a] Reg. Priv. Montisre. apud Lellum.

13. *Ecclesia S. Maria de Juvenatio*, in territorio ejusdem Oppidi, Monasterio Montisregalis assignatur à Peregrino Diacono, Palacioli de Juvenatio filio per manus Roberti de Martorano Prioris Bitecti pro eadem Montisregalis Ecclesia, anno 1296.[b] stipulantis.

[b] Reg. Priv. apud Lellum.

14. *Monasterium S. Maria Maniacii* Ordinis Benedictini, de quo integram damus notitiam, à Margarita Regina Guillelmi II. Matre una cum Monasterio Monialium S. Marci, ab se extructo, nostris offertur.

15. *Monasterium S. Joannis de Eremitis* Panormi, de quo fusè Pirrus. Denique suffragantur huic nostræ Ecclesiæ, & Monasterio, Ecclesiæ, & Monasteria Oppidi Corilionis, Ecclesiæ, & Monasteria Brontis, Busacchini, Planæ Græcorum, quarum singulæ censum, & tributum eidem quotannis persolvunt, de quibus Pirrus laudatus, & Michael Giudice[c].

[c] Not. Eccl. Montisre.

Suffragabantur etiam olim Ecclesiæ omnes oppidi Bitecti in Calabria; id enim oppidum de Jure erat Montisregalis Cœnobii, ideoque ab Archiepiscopo, ac Monachis Prior pro eisdem Ecclesiis Bitecti deputabatur, qui bonorum curæ & Ecclesiarum regimini intendebat.

Viri Sanctitate, & meritis Illustres.

INnumeros sanctitate celebres Monachos ab ipso fundationis initio in nostro hoc Cœnobio effloruisse, nullus inficias ibit; satis id edocent, quæ usque hodie servantur, constitutiones, & regulæ è Cavensi Cœnobio huc delatæ, discretione mirabiles, ac omnimoda sanctitate redundantes, quarum cultores proculdubio exactissimos, antiquos illos fuisse constat.

Posterioribus dehinc temporibus nonnullos etiam & literis, & morum sanctitate inclaruisse insignes, testantur Historiæ, inter quos

I. *F. Thomas de Butera* Archidiaconus, ac dehinc EpiscopusCephalędensis circa annum 1329. de quo Pirrus cum laude scribit,[d] eumque Canonicum Syracusanum etiam facit.

[d] Not. Eccl. Cephalæd.

II. *F. Petrus de Calceis*, & ipse Archidiaconus, Archiepiscopi Joannis de Borgia Vicarius, Prior S. Annæ, & demum opera ejusdem Joannis Episcopus Chalcedonensis. De eo superius.

III. *D. Antonius Catena* Panormitanus post varias præfecturas Abbas electus, primo Monasterium Gangi, mox illud S. Flaviæ Visitatoris munere decoratus administrandum suscepit anno 1732. Scientia præditus, Philosophicas, Theologicasque facultates dum esset in minoribus tradidit, atque à prudentia, comitate, morumque integritate hodie ab omnibus commendatur. De eo infra in Not. Gangii, & S. Flaviæ.

IV. *D. Maurus Marchesius*, Panormitanus, in nostro Cœnobio professus, gravioribus disciplinis excultus, nec minus amœnioribus literis imbutus, ac Siculis, Latinis, Etruscisque Musis carus effulsit. Hinc Principibus, ac S. R. E. Cardinalibus ob virtutem, ac eximiam etiam dexteritatem acceptus, Literatorum omnium venerationem promeruit, variisque per Italiam Academiis fuit accensus. Decessit Venetiis in S. Nicolai de Litore anno 1650. ætatis 42. dum in operum suorum editionem incumberet. Habes horum Catalogum apud Clariss. Mongitor. & Eruditiss. Abbatem Armellini in Bibliot. qui ejus cum laude meminere.

V. *D. Paulus Catania* Monasterii Montisregalis Alumnus, Prior Casinensis, atque ejusdem Ecclesiæ Decanus, demum Abbas S. Petri de Massa a Congregatione renunciatus, Chronicon Ecclesiæ ejusdem scripsit, quod MS. in Monasterii Tabulario asservatur.

VI. *F. Antonius à Monteregali* Commissus vitæ puritate, ac sanctimonia celebris, cujus vitam D. Alexander Orioles S. Martini Monachus descripsit. Eidem Alexandro Antonius Abbatialem dignitatem prædixit, & præmaturam mortem, id quod eventus probavit, nam 4. post mense ab inita Abbatia demortuus est in Monasterio SS. Aloysii & Benedicti Panormi.

De aliis jam per decursum Historiæ satis est dictum.

Anno Christi. | Anno Christi.

INSIGNES RELIQUIÆ

EX *Ligno S. Crucis*. *Ex Veste*, *Sandaliis*, *atque ex Fasciis Domini Nostri*, *ex Capillis Beatæ Mariæ Virginis*, *& ex Velo ejusdem*. *Spina ex Corona*, quam à Galliæ Rege dono acceperunt Monachi. *Ex ligno*, ubi fuit S. Paulo Apostolo caput abscissum; *ex Reliquiis S. Petri*, *& S. Joannis Baptistæ*. *Ex Cruce S. Andreæ Apostoli*, *ejusdemque Brachium*, *Brachium S. Jacobi Apostoli majoris*. *Ex Capite S. Jacobi minoris*, *& S. Philippi*, *ex Brachio S. Bartholomæi Apostoli*, *S. Matthæi*, *S. Thaddæi*, *& S. Barnabæ*. *Ex humero S. Thomæ Apost.* *Ex lapidibus* quibus S. Stephanus Protomartyr fuit lapidatus; *Os ex humero S. Sebastiani martyris*, *una cum sagitta ferro eidem infixo*; *Ex Osse gutturis S. Blasii*. *Ex Ossibus plurium SS. Martyrum*. *S. Georgii Brachium*, *S. Cataldi Brachium*, *S. Mercurii et Coxendinis*, *os S. Nicolai Myrensis Episcopi*, *Brachium S. Leonis Catanensis Episcopi*, *Pollex*, *Viscera*, *&* *duo ex digitis S. Ludovici IX Galliæ Regis*. *Ex ossibus S. Gregorii magni*, *S. Martini*, *S. Ambrosii*, *S. Basilii magni*, *S. Joannis Chrysostomi*. *Ex Vestibus S. Antonii Abbatis*, *& S. Hieronymi*. *Ex Capite S. Stephani Abbatis*, *& S. Sabæ*, *Zona S. Thomæ Aquinatis*, quæ fuit ab Angelis præcinctus. *Ex Capillis S. Mariæ Magdalenæ*. *Ex veste*, *& Ossibus S. Agathæ Virg. S. Luciæ*, *S. Cæciliæ & S. Catharinæ*, *S. Rosaliæ*, *Cranium S. Columbæ*. *Ex Ossibus plurium SS. Virginum*, *& Martyrum*, *Corpus integrum S. Castrensis*, de quo Giudice in sua notitia Ecclesiæ Montisregalis. Deniq; ex *Manna* in deserto Hebraico populo è Cœlo illapsa grana 15. &c.

NOTITIA SEPTIMA

S. MARIÆ DE FUNDRO'.

1392 OPpido Fundronis Regis Martini jussu anno 1392. everso, ob Claramontanorum defectionem, quorum juris erat, unica ruinis superstes Ecclesia Honufrio de Comito Monacho Benedictino conceditur à Thoma de Asmari Catanensis Ecclesiæ Sede vacante Vicario de totius Capituli consensu, adjecto tamen onere exolvendi quotannis jure recognitionis eidem Catanensi
1405 Ecclesiæ libram unam, & quadrantem elaboratæ Ceræ in Divæ Agathæ solemniis [a]. In ea devotissima Beatæ Virginis Mariæ Imago ex marmore colebatur, cumque vetustate penitus collapsa esset, illam Honufrius instauravit, ac Prioratum S. Spiritus ex concessione ejusdem Thomæ obtinuit. Deficiente Honufrio non post multo omnibus humanis subsidiis destituta, proximam minabatur ruinam; cum forte ad eam ex itinere divertit F. Guillelmus Crescimanni Platiensis, nobilitate generis, sed pietate
1420 in primis illustris, S. Martini de Scalis Alumnus, S. Mariæ de Bayda Abbas, & Monasteriorum per Siciliam ab Urbano V. PP. Visitator constitutus, qui loci religione captus, ex magna erga B. Virginem dilectione eidem Ecclesiæ reparandæ animum adjecit. Igitur Ennensium, intra quorum fines Ecclesia claudebatur, ac Platiensium Civium opera adjutus, de licentia Joannis de Podio Catanensis Episcopi, opus Guillelmus aggreditur [b], ac brevi tempore, conclavi, peristylio, ceterisque ad disciplinam Monasticam servandam opportunis cellulis extructis, sex socios Monachos aggregavit, ac Monasterio S. Mariæ de Fundrò initia posuit; quod suo S. Martini Cœnobio subjectum voluit. Ut autem validius hujusmodi erectio, ac Cœnobii fundatio firmaretur, ab eodem Martino V. PP. hoc diploma exoravit [c].

Martinus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Abbati S. Mariæ Novalucis Catanensis Diœcesis salutem, & Apostolicam benedictionem.

1421 *Apostolicæ servitutis officium nobis licet immeritis ex alto commissum, circa Ecclesiarum, & locorum Ecclesiasticorum recuperationem deposcentium; &c. Sanè petitio pro parte dilecti Filii Guillelmi de Criximanno olim Abbatis S. Mariæ de Bayda Panormitanæ Diœcesis, Monachi Monasterii S. Martini de Scalis Panormi, ordinis S. Benedicti ejusdem Diœcesis, nobis nuper exhibita continebat; quod olim ipse zelo devotionis accensus, in divini nominis honorem, & Sacræ Religionis propagationem, Ecclesiam ruralem sine cura S. Mariæ de Fundrò, sitam inter Castrijoannis, & Platiæ Terras Catanensis Diœcesis, quæ, ut asseritur, à longis retroactis temporibus Rectore caruit, & ruinæ subjacebat, suis industriis, & laboribus in ædificiis, Campanili, & Campana, nec non novo cum Cœmeterio, Claustro, Refectorio, & Dormitorio, aliisque, officinis pro usu Monachorum dicti Ordinis reparaverat, & construxerat, licentia Abbatis dicti Monasterii, & Ordinarii loci verbo dumtaxat obtenta, nec non Incolarum Terrarum prædictarum consensu in primis accedente. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, fructus, redditus, & proventus dictæ Ecclesiæ per industriam dicti Guillelmi, & Christi Fidelium earumdem partium largitionem, qui ad ipsos ordinem, & Ecclesiam singularem gerunt devotionem, augmentati existant, quod ex eis dictus Guillelmus cum sex Monachis dicti ordinis, de suorum Superiorum licentia inibi receptis, qui cum ipso Guillelmo sedulum in ipsa Ecclesia reddunt famulatum, competenter vivere, & incumbentia eis onera supportare possint; pro parte dicti Guillelmi nobis fuit humiliter supplicatum, ut reparationi, & constructioni hujusmodi pro eorum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, & nihilominus Ecclesia hujusmodi, quæ ut asseritur ab olim sæcularis fuit, nec alicujus annui redditus tunc existebat, in Prioratum conventualem dicti Ordinis erigere, ipsumque prædicto*

a Grof. Cat. Eccl. not.

b Pir. lib. 4. not. 4. p. 2.

c Ex Tabul. & Chron. Monast.

Anno Christi.

dicto Monasterio, cujus ipse Guillelmus ab olim Monachus expresse professus, & in Sacerdotio constitutus existit, perpetuis futuris temporibus subjicere, ac dictum Guillelmum illi in Priorem præficere, nec non ipsi Guillelmo, & Fratribus, qui etiam, ut asseritur, hospitalitatem, & alia Charitatis officia Peregrinis advenientibus pie tribuunt, quodammodo incessanter, & propriis, secundum dicti Ordinis statuta, laborant manibus, ad continuandum præmissa, de bonis oblatis, & relictis eis, seu dictæ Ecclesiæ quamcumque Canonicam portionem, seu alias, quibus de jure debentur, hujusmodi portiones, minime solvere teneantur; indulgeri, & alias eis in præmissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Divini cultus augmentum, & Religionis propagationem nostris temporibus augeri intensis desideriis affectamus, de præmissis autem notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita, & aliquod impedimentum Canonicum non obsistat, easdem reparationem, & constructionem, & omnia inde secuta auctoritate nostra approbes, pariter & confirmes; supplendo omnes defectus, si qui, ex licentia Abbatis, Ordinarii, vel alias forsan, & superiorum prædictorum cum forma debita non obtenta intervenerint in eisdem; & demum si dictam Ecclesiam ad hoc congruam inveneris, super quo tuam conscientiam oneramus, eamdem in Prioratum Conventualem dicti Ordinis erigere, & creare studeas, statuens, quod ex nunc in antea, in hujusmodi Prioratu Monachi pro redituum quantitate in numero congruo recipi, & in ipso ordine præfato profiteri valeant; ipseque Prioratus cum personis suis, & juribus suis præsentibus, & futuris Abbati, & Conventui S. Martini de Scalis prædictis pro tempore existentibus, perpetuo juxta statuta dictorum Ordinis, & Monasterii sit subjectus: ita quod de cætero idem Prioratus dumtaxat per Monachum dicti Monasterii regatur, & gubernetur; nec non ipsum Guillelmum illi in Priorem præficere auctoritate nostra procures, & etiam eidem Guillelmo, si ipsum eidem Prioratui duxeris præficiendum, ut præfertur, & ipse quandiu bene rexerit, & gubernaverit eumdem, nequeat ab eo à quoquam invitus amoveri, & insuper eidem Guillelmo, & Fratribus, ut de quibuscumque legatis, donatis, oblatis, & relictis dictæ Ecclesiæ suæ, Prioratui, & ipsis Fratribus communiter, vel divisim etiam ab aliis, suam inibi sepulturam eligentibus, aut sepeliendis, quamcumque canonicam portionem, seu alia tam Ordinariis, quàm Rectoribus Ecclesiarum, seu aliis, quibus debentur de jure minime solvere teneantur, nec à quoquam ad id valeant coarctari, & nihilominus Priori, & Monachis dicti Prioratus in eodem Prioratu pro tempore existentibus, ut privilegiis, indulgentiis, libertatibus, immunitatibus, & exemptionibus quibuslibet præfatis Abbati & Conventui, ac Monasterio per Sedem Apostolicam concessis, uti, & gaudere liberè, ac licitè valeant, non obstantibus constitutionibus Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus Ordinis, & Monasterii prædictorum, & aliis contrariis quibuscumque, auctoritate prædicta, concedas. Jure tamen Ordinarii loci, & Parochialis Ecclesiæ, ac cujuslibet alterius in omnibus præmissis semper salvo. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 12. Kal. Julii Pontif. nostri anno 6. 1421. 1421

Hac igitur facultate Pontificia impetrata, hisque privilegiis, ac libertatibus obtentis,

I. *F. Guillelmus Crescimanni* primus constituitur Prior, qui mox Pontificii diplomatis transumptum sibi expediri Ennæ curavit, ac denuo Panormi per acta Petri Ferlito Panormitani die 24. Maji 1424. Alphonsi Regis tempore, ubi id specialiter est cautum: *Omnia scilicet Privilegia, aut concessa, aut concedenda Monasterio S. Martini de Scalis nostro Fundronis attribui debere*; exscribuntur prohinc diplomata omnia, cum Regia, tum Pontificia Martinianis Monachis elargita, ac Guillelmo Priori assignantur, ut illis fruatur per acta ejusdem eodem anno [a]. Post non multo meritis, & virtutibus clarus Guillelmus vita excessit, cujus loco 1424

II. *F. Romanus de Alberto* è Monasterio S. Martini, consensu Abbatis ejusdem, Prior Fundronis renunciatur, qui pie, ac sancte ad annum 1431. regimine administrato, mortalitatem exuit. 1431

III. *F. Amicus de Guillelmo* tertius Prior; & ipse S. Martini alumnus, de sui Abbatis licentia Fundroni præficitur die 15. Septembris anno mox dicto. Hic non modico observantiæ regularis incremento, ac populorum ædificatione per duos annos supra viginti rem monasticam gubernavit, ac bonis etiam temporalibus ex piorum largitate Monasterium auxit.

IV. *F. Andreas Principato* S. Martini Monachus die 15. Januarii 1353. à Monachis eligitur, & ab Abbate Martiniano confirmatur, cujus opera Provisio Proregis Lopes de Urrea, in Castro Joannis die 15. Junii ejusdem anni emanavit, qua Fundronis Monasterium ab omni onere Collectæ immune declaratur [b]. Insequentibus annis Guillelmus Bellomo Catanensis Episcopus Collectoribus Cameræ Apostolicæ præcipit, ut omnino exemptum à solutione cujuscumque juris Fundronis Cœnobium, utpote de membris S. Martini de Scalis, habeant, ipsumque liberum ab omni Episcopali subjectione, ut jam die 20. Januarii ejusdem anni declaraverat, iterum decernit die 5. Aprilis Ind. 4. 1456. Guillelmi Episcopi diploma hæc habet [c]. 1453 1456

Nos Guillelmus miseratione Divina Episcopus Catanensis, universis, & singulis præsentes literas inspecturis, & præcipue Vicariis, & Viceprioribus, & aliis jurisdictionis nostræ, ad quos spectat, & præsentes pervenerint, & signanter Collectoribus Collectarum Apostolicarum, & Regiarum præsentibus, & futuris Salutem. Vidimus in Bullis Apostolicis Monasterium

a Ex Tabul. Monast. & Chronico.

b Ibidem.

c Ibidem.

Anno Christi. 1456.

S. Mariæ de Fundrone Territorii Castri Joannis fuisse, & esse subjectum, imò Granciam S. Martini de Panormo, & fuisse jurisdictioni, & prebendæ Abbatis dicti Monasterii S. Martini, qui pro tempore fuerit, tam in eligendo Priore, quam in omnibus penitus subditum, & subjectum, & à nostra jurisdictione totaliter separatum; & meminimus fecisse literas, quod nullo modo nos in aliquo impedire intendebamus. Nunc autem Collectores Collectarum tam Apostolicarum, quam Regiarum, & nostrarum, intendimus, quod quotidie Procuratori, & Priori dicti Monasterii pro juribus Collectarum molestiam inferunt, & molestari faciunt in grave damnum, & præjudicium eorum; cum in veritate non teneantur, quod clarissimè nobis constat dictum Monasterium S. Martini prædictam Granciam in omnibus Collectis, & debitis satisfieri, & exhiberi, & dictam Granciam Fundronis eidem Monasterio S. Martini pro suis paucis, imò minimis introitibus correspondere de juribus Collectarum; nec umquam, aut aliquo tempore in summa Collectarum Diœcesis nostræ contribui, & includi potest. Propterea vobis, & unicuique vestrum dicimus, & mandamus, & etiam in favorem dicti Monasterii sub pœna excommunicationis injungimus, quatenùs nullatenus de cætero idem Monasterium, seu Procuratorem, aut Priorem, aut bona ipsius Monasterii molestetis, nec molestari faciatis pro aliquo jure cujuscumque Collectæ, tam Apostolicæ, quam Regiæ, quam nostræ. Et advertatis, quod caveatis vos, ne incurratis in casu excommunicationis contravenientibus per dictas Bullas Apostolicas intento. Et si forte error aliquando reperiretur in taxa, visis præsentibus desinatis, & illorum particellam ab aliis exhiberi faciatis, taliter quod nullo modo Monasterium, & Grancia prædicta molestetur indebite, & minùs juste. Et volumus nunc pro tunc, & tunc pro nunc literas &c. Dat. in Clarissima Civitate Cataniæ in domo nostra residentiæ die 1. Mensis Aprilis 4. Indict. præmissis. Ego Episcopus Catanensis.

Mox ejusdem Andreæ precibus, nova Proregis provisione, immune, & exemptum Fundronis Monasterium à Regiis donativis, & Tandis, ut vocant, decernitur die 6. Decembris 6. Indict. 1457. quæ quidem Provisio in publicis Tabulis Bernardi de Aydone de mandato Judicis exscribitur [a]. Anno 1464. Confratres Ecclesiæ S. Joseph Castri Joannis, seu Ennæ nostro Cœnobio eamdem Ecclesiam concesserunt, cum domibus, aliisque ad ipsam pertinentibus, ut esset Monachis pro hospitio apud acta Not. Joannis Russo die 20. Novembris 13. Indict. [b]. His aliisque summo Monasterii incremento, ac Monachorum bono impetratis, multisque virtutum exemplis relictis Andreas mortem oppetiit, statimque

1457

[a] Ex Tabul. Monast. & Chronico.

1464

[b] Ibidem.

1467

V. *F. Petrus Genco* vir doctrina, ac prudentia spectabilis, è S. Martino assumptus, Prior omnium voluntate, ex Abbatis consensu eligitur; at Ennensibus lapidem omnem moventibus, Abbatis titulo donatur, ac Monasterium in Abbatiam evehitur, obtenta ab eodem Episcopo Catanensi Guillelmo Bellomo confirmatione, hoc speciali diplomate [c].

[c] Ibidem.

Anno Christi. 1467.

A *Guillelmus miseratione Divina, & Apostolicæ Sedis gratia Catanensis Episcopus &c. Cum Venerabile Monasterium S. Mariæ de Fundrò olim ab initio fundationis suæ usque ad præsens, ob exiguam redditnum suorum, & facultatis suæ substantiam non sub Reverendi Abbatis gubernatione, sed sub Venerab. Prioris ordinatione permanserit; in præsentiarum autem Divina gratia operante ad talem statum, & facultatis gradum ascendisse dignoscitur, quod meritò ad Abbatiæ titulum, & honorem mereatur assumi;* B *ac propterea Venerabiles Monachi ipsius Monasterii persuasionibus, & consilio, ac requisitione Nobilium Universitatis Terræ Castri Joannis ad augmentum honoris, & tituli ipsius Monasterii attendentes, ad sonum Campanulæ in loco, ad hujusmodi negotium deputato capitulariter, & seriò congregati pro eorum futuri Abbatis electione vota eorum diviserint erga plures, quorum eligentium major pars in scrutinii, & votorum explicatione reperta extitit, elegisse in Abbatem ipsius Rever. P. Petrum de Genco Monachum ejusdem Monasterii,* C *pro ut hæc omnia publica scripturarum documento didicimus. Qui quidem electus cum prædicta erectione Prioratus in Abbatiam prædictam, & cum scrutinio votorum prædictorum, & cum electione in Abbatiam eamdem de se facta per Monachos supradictos, seu per majorem partem eorum, & cum literis prædictæ Universitatis dictæ Terræ Castri Joannis, se nobis præsentaverit confirmandum, cum idem Monasterium nostræ ordinariæ jurisdictioni subjiciatur. Idcirco nos augmento honoris,* D *& status ipsius Monasterii favere cupientes, prædictam erectionem Prioratus in Abbatiam acceptantes, ac electionem ipsam ad Abbatiam eamdem de Fratre Petro prædicto per majorem partem ipsius Monasterii, juxta vires nostræ ordinariæ potestatis, quantum possumus, & valemus, præsentis Privilegii tenore admittimus, validamus, & roboramus, & confirmamus, dictumque Fratrem Petrum in Abbatem ipsius Monasterii virtute electionis prædictæ constituimus, & ordinamus, instituentes in dicta Abbatia eumdem Petrum Abbatem coram nobis genuflexum,* E *ut moris est per Bireti nostri in capite suo impositionem; mandantes ei (quem ipse Abbas ad hujusmodi elegerit) quatenus ipsum Abbatem Petrum in realem, & corporalem ipsius Abbatiæ, ac bonorum, & rerum ipsius Monasterii tam mobilium, quàm stabilium, & jurium ejus universorum possessionem inducat, manuteneat, & defendat. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, & alia juris remedia necessaria, & opportuna compescendo, amoto exinde quolibet alio illicito detentore.* F *Mandamus insuper omnibus, & singulis venerabilibus ejusdem Monasterii Monachis sub virtute Sanctæ obedientiæ, quatenus eumdem Fr. Petrum in eorum legitimum Abbatem, & superiorem admittant, eique reverenter pareant, & obediant; Hortantes demum eumdem Abbatem Petrum, quatenus Monachos ipsius Monasterii, ut Fratres & filios doceat, moneat, & paternali amore eos tractet, & curam, & gubernationem, & augmentum bonorum, rerum, & Divini cultus ipsius Monasterii ita vigilet, & ostendat, ut talentum sibi credi-*

Anno Christi 1467. *creditum valeat multiplicatum Domino præsentare. In quorum omnium robur &c. Datum in clarissima Civitate Catania apud nostrum Episcopale Palatium anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1467. mense Julii, die 18. ejusdem 15. Ind. Ego Episcopus Catanensis.*

Hac porro Episcopali institutione non contentus noster Abbas, Pontifici Romano Xysto tunc in Cathedra S. Petri sedenti supplicavit, ut electionem suam ratam haberet, & Monasterii in Abbatiam erectionem confirmaret, ac perpetuo sua auctoritate stabiliret. Annuit sum. Pontif., & Mauro de Truglio S. Nicolai
1473 de Arena tunc Abbati præcepit, ut Apostolica auctoritate Petrum in Abbatem electum statueret, ac omnia ad ipsius votum, nullo interveniente canonico impedimento, decerneret. En Pontificium diploma [a]

Xystus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Abbati S. Nicolai de Arena Catanensis Diœcesis salutem, & Apostolicam Benedictionem. Apostolicæ Sedis &c. Exhibita siquidem nobis pro parte dilecti Filii Petri de Genco Monachi Monasterii S. Mariæ de Fundrò, Ordinis S. Benedicti, Catanensis Diœcesis petitio continebat, quod dudum bonæ memoriæ Guglielmus Episcopus Catanensis Prioratum ejusdem loci B. Mariæ de Fundrò Ordinis, & Diœcesis prædictorum, qui Conventualis existebat, tunc certo modo vacantem ad supplicationem dilectorum filiorum conventus ipsius Prioratus, in Monasterium hujusmodi ordinaria auctoritate erexit, & deinde ipsi Monasterio ab ejus primæva erectione Abbatis regimine destituto, præfatus Conventus pro electione inibi futuri Abbatis vocatis omnibus, & singulis, qui electioni hujusmodi voluerunt, potuerint, & voluerint interesse, commoda die ad eligendum præfixa, ut moris est, convenientes in unum, præfatum Petrum Ordinem ipsum expressè professum in ætate legitima constitutum, in eorum, & prædicti Monasterii Abbatem concorditer elegerunt. Ipseque Petrus electioni hujusmodi, illius sibi præsentato decreto, consentiens, eam obtinuit ordinaria auctoritate confirmatus, ac electionis, & confirmationis earumdem vigore, possessionem, vel quasi, regiminis, & administrationis bonorum dicti Monasterii, vel majoris partis extitit assecutus; illique ex tunc per tres annos, vel circa præfuit, prout præest de præsenti, munere benedictionis per eum rite suscepto. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, de viribus dictæ erectionis ab aliquibus hæsitetur, ipseque Petrus dubitet electionem, & confirmationem prædictam ex certis causis, & juribus non subsistere, & sicut accepimus Monasterium prædictum, adhuc ut præfertur, Abbatis regimine destitutum existat, pro parte dicti Petri nobis fuit humiliter supplicatum, ut eidem erectioni, pro illius subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, aliaque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos cupientes Monasterium ne longæ vacationis exponatur incommodis, de persona secundum cor nostrum utili, & idonea, per quam circumspecte regi, & salubriter dirigi valeat, providere, ac de præmissis nec Anno Christi 1473. *non de meritis prædicti Petri apud nos, de Religionis zelo, vita munditia, ac honestate morum, spiritualium providentia, & temporalium circumspectione, aliisque virtutum donis multipliciter commendati, certam notitiam non habentes ipsum Petrum, à quibusvis Excommunicationis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa, latis, si quibus quomodolibet ligatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendarum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si, & postquam vocatis, quorum interest, tibi de dicta erectione legitima constiterit, illam auctoritate nostra approbes, confirmes, suppleas omnes, & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eadem, & nihilominus, si approbationem, & suppletionem dictas per te vigore præsentium fieri contingat, ut præfertur, de hujusmodi meritis, & idoneitate dicta auctoritate te diligenter informes, & si per eamdem informationem prædictum Petrum ad regimen, & administrationem dicti Monasterii utilem, & idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, de persona ejusdem Petri prædictum Monasterium, cujus fructus, redditus, & proventus vigintiquatuor florenorum auri de Camera secundùm communem æstimationem valorem annuum, ut ipse Petrus asserit, non excedunt, ut præmittitur, vacans, etiam si ejus provisio ex quavis causa ad sedem Apostolicam specialiter, vel generaliter pertineat, dummodo tempore dat. præsentium non sit eidem Abbatiæ canonicè provisum, prædicta auctoritate provideas, ipsiusque illum præficias in Abbatem, curam, regimen, & administrationem dicti Monasterii sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, & faciendo ei a prædicto Conventu obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam, ac à dilectis filiis Vassallis, & aliis subditis dicti Monasterii consueta servitia, & jura sibi ab eis debita, integra exhiberi, contradictores per censuras Ecclesiasticas compescendo. Non obstantibus constitutionibus Apostolicis &c. Datum Romæ apud S. Petrum ad Vincula. Anno Incarnationis Domini 1473. 6 Ind. 3. Idus Maji Pontificatus nostri anno secundo.*

Hoc autem rescriptum die 20. Junii ejusdem anni præsentatum fuit de mandato ejusdem Abbatis S. Nicolai de Arena per Notarium Antoninum Covello Catanensem ad hoc serio electum, atque executioni mandatum.

Præfuit post hæc *Petrus* maxima vigilantia, ac morum comitate usque ad annum 1486. 1486
Audiens autem Siculæ Congregationis progressus, & fructus uberes, quos in agro Domini in dies ejus Monachi edebant, accensus exemplo Alexandri Arbentonii S. Martini Abbatis, qui solo contentus titulo Abbatiæ renunciaverat, ac suum Cœnobium Congregationi addixerat anno 1485. & ipse Abbatia se abdicans, suum Fundronis Monasterium Patribus Messanæ in S. Placido pro quarto Capitulo celebrando congregatis, resignavit; ac voluit, ut dein-

[a] Ex Tabul. Monast. & Chron.

Anno Christi. deinceps in unum corpus cum aliis conflueret. A

De Sicula Congregatione.

Convocato igitur Capitulo Provinciali in eodem S. Mariæ de Fundrò die 11. Aprilis ob renunciationem Petri, novus Prior eligitur.

I. *F. Bernardinus de Andriella*, cui Monasterii cura demandatur nomine Congregationis ad tempus.[a]

[a] Ex Actis Sicul. Congreg. Tab. S. Martini.

1487 Petrus, ut per reliquum vitæ sibi soli vivendo, Deo liberius inserviret, ad Monasterium S. Martini se contulit, ibique sanctis operibus plenus mortem expectavit. B

1488 II. *F. Gregorius Caracita* S. Nicolai Alumnus 2. Prior temporaneus à Congregatione designatur anno 1488. die 7. Maji per Capitulum Generale in S. Martino coactum.

Sequenti anno evocatur ad Cœlum noster Abbas Petrus, magna sanctitatis opinione de se relicta; quare Generalis Capituli decreto in S. Maria de Monteregali celebrati primus temporaneus Abbas C

1489 III. *F. Philippus Corvo* renunciatur, qui anno integro laudabiliter præfuit, post quem

IV. *F. Eusebius Viperano* Cucullo, & Patria Catanensis die 11. Maji Abbas constitutus, annis tribus rexit regularis disciplinæ incremento non modico, ac Monasterii bono.

V. *F. Gregorius Caracita* 2. ad ejus regimen

1492 assumptus Abbatis dignitate auctus, optime gubernavit; post annum

VI. *F. Gregorius Drugo* 4 à Sicula Congrega-

1493 tione electus Abbas integro anno præfuit. D

VII. *F. Hilarius Bursa* ejusdem Cœnobii Alu-

1494 mnus, qui per biennium laudabiliter rexit.

VIII. *F. Michael de Militello*. Hic etiam

1495 duobus annis Abbatiam tenuit; post quem celebrato in eodem S. Mariæ de Fundrò decimoseptimo Siculæ Congregationis Capitulo, atque ad Præsidis dignitatem Hilario Bursa jam laudato ejusdem Cœnobii Monacho electo 7. Abbas

1499 IX. *F. Philippus Incaniglia* designatur, qui mox post annum

X. *F. Benedicto Incaniglia* locum cessit. Præfuit biennio. E

XI. *F. Maurus Gatto*. Hic 2. & altero anno Ab-

1502 batiam administravit magnæ prudentiæ laude.

XII. *F. Benedictus Incaniglia* 2. vice hujus

1505 Cœnobii regimen tenuit. Sub hoc Abbate de unienda Casinensi Congregationi hac nostra Sicula actum est, quare in supplici libello eidem directo noster Benedictus, ac septem ejus Monachi scribuntur cum aliis.

De Abbatibus Temporalibus à Casinensibus electis. F

1506 I. D. *Maximus à Patavio* Abbas S. Mariæ Fundrò a Congregatione Casinensi renunciatur, cui post annum subrogatur

1507 II. *D. Gregorius de Cava*, qui etiam sequenti anno rexit; post hunc

1509 III. *D. N.* cujus ignotum est nomen; deficiunt enim acta in regestis Casinensis Congregationis.

IV. *D. Petrus à Panormo* S. Martini Alumnus

1518 ab anno 1518. ad 1519. cui mox

V. *D. Cherubinus à Messana* in S Placido professus, Abbas successit, sed administratio D. Eusebio de Castro Joanne Priori committitur. Anno Christi. 1519

VI. *D. Eusebius à Castrojoanne* modo dictus Abbatiali dignitate insignitus, regimen assumpsit. Hic ejusdem Cœnobii Alumnus sequenti anno Visitator eligitur, primus ex Siculis Monachis eo munere auctus. Præfuit autem per quadriennium; post quem 1520

VII. *D. Simon à Janua* Abbas titularis Monasterio præficitur, sed ejus regimen penes D. Silvestrum à Randacio fuit, qui optime administravit usque ad 1528. Peste autem in Italia grassante Comitia siluerunt per triennium. 1524

VIII. *D. Hieronymus à Placentia* Abbas constituitur per annum; mox 1528

IX. *D. Eusebio à Castro Joanne* 2. Abbatia defertur, qui sibi semper similis, optimi Pastoris opinione Cœnobium est moderatus per triennium. 1530

X. *D. Petrus à Placentia* anno 1533. & sequenti Abbatiam Fundronis obtinuit, mox locum cessit 1533

XI. *D. Guillelmo à Panormo*, qui titulo Abbatis insignitus, regimen D. Joanni Evangelistæ à Saviliano Priori dimisit per biennium. 1535

XII. *D. Eusebius à Castro Joanne* tertio gubernationi hujus Monasterii admotus, sui desiderium Monachis reliquit, præfuitque ad annum 1542. quo 1539

XIII. *D. Matthæus de Pactis* Abbas titularis est renunciatus, ac D. Bernardo à Placentia Priori regimen committitur. Post Matthæum 1542

XIV. *D. Basilius de Ripatridenti* in munere, ac dignitate sufficitur, qui sex annis laudabiliter rexit; cui 1543

XV. *D. Angelus à Bergomo* ab anno 1549. ad 1550. successit. 1549

XVI. *D. Joannes Evangelista à Sacca*, qui per integrum sexennium optime moderatus, ad Gangii Abbatiam transiit; post hunc 1550

XVII. *D. Joanni Maria à S. Philippo*, Professione Catanensi, Abbatia defertur per annum, moxque 1556

XVIII. *D. Gregorius à Sublaco* Abbas constituitur integris tribus annis. 1557

XIX. *D. Urbanus à Bergomo* regimini admotus, sequenti etiam anno laudabiliter gubernavit. Eo Abbate atrox incendium pene Cœnobium consumpsit, adeo ut Monachi Platiam se recipere compellerentur, atque ab incolis humanissime excepti, eorum opera Monasterium instaurarunt[b]; jam elapso biennio. 1560

[b] Ex Tab. Monast. & Chronico.

XX. *D. Gregorius à Camerata* Magistratum iniit, quem per integros sex annos benè, ac laudabiliter tenuit; post eum 1562

XXI. *D. Franciscus ab Adernione* in S. Nicolao Professus, Abbas constituitur, cui ad Catanense regendum translato 1568

XXII. *D. Philippus à Lunato* Abbas, & Visitator successit; huic mox 1569

XXIII. *D. Ægidius à Matelica* subrogatur per annum; postquem 1570

XXIV. *D. Andreas ab Hostilia* Abbas, & Visitator munus assumpsit. 1571

XXV. *D. Andreas à Panormo* præfectus in Abba- 1571

Anno Christi. Abbatem biennio expleto ad Monteregalense transiit cum gloria, post quem proinde

XXVI. *D. Cyprianus* Patria, & Cucullo Catanensis sufficitur. Hic mox ad Gangium assumitur; quare

XXVII. *D. Victorinus a Panormo* S. Martini
1575 Alumnus Abbas, & Visitator constituitur, quem post biennium ad Montisregalis Cœnobium translatum,

1577 XXVIII. *D. Cesarius a Verona* Abbas & ipse, ac Visitator excepit, qui biennio rexit, atque ad Monregalense profectus est, ejusq; loco

1579 XXIX. *D. Bartholomaeus à Mediolano* Abbatia decoratur, cui etiam Visitatoris munus committitur. Huic post biennium

XXX. *D. Isidorus* Patria, & professione Pa-
1581 normitanus successit Abbas, & Visitator, præfuitque annis duobus atq; successorem accepit

1582 XXXI. *D. Tiburtium a Brixia* Abbatem, & Visitatorem etiam.

1584 XXXII. *D. Severinus a Montella* Abbas, & Visitator anno 1584. cui

XXXIII. *D. Andreas a Suessa* subrogatur, qui ex tabul. Monasterii per acta Hippolyti Pappalardo uncias 64. mutuò datas ab anno 1582. recepit, & pro supplendis Cœnobii necessitatibus eas reservavit[a]; post annum,

XXXIV. *D. Prudentius a Cherio* sufficitur
1586 in Abbatia, sed Prioris munus, ac regimen D. Romanus à Catana gessit, qui bono Monasterii intendens uncias 64. nuper dictas mutuò dedit suo S. Nicolai Cœnobio sub annuo onere unciarum sex[b]; jam post Prudentium

1587 XXXV. *D. Joannes Evangelista a Neapoli* curam tenuit Abbatialem, qui etiam Visitatorem egit per annum.

XXXVI. *D. Benedictus a Gangio* Abbas
1588 etiam, & Visitator nostrum Cœnobium administrandum suscepit per triennium; post quem

1592 XXXVII. *D. Romanus a Catana* Abbatia decoratur, simulque Visitatoris munere insignitur, de quo in notitia S. Nicolai.

XXXVIII. *D. Hilarius a Neapoli* Abbas, &
1593 Visitator anno 1593. & sequenti.

XXXIX. *D. Hieronymus ab Aversa* Abbas, &
1595 Visitator anno uno.

1596 XL. *D. Gregorius a Ghidizzolo* per annum quoque rexit, eique

1597 XLI. *D. Flaminius a Bononia* successit; & mox post eum

1598 XLII. *D. Prosper ab Aversa* Abbas, & Visitator, qui per triennium præfuit. Huic autem ex Patrum decreto

1601 XLIII. *D. Laurentius ab Aversa* subrogatur, moxq; ad Gangium transfertur, ejusq; loco

XLIV. *D. Euphemianus a Catana* S. Nicolai
1602 alumnus Magistratum iniit, è quo post annum ad Montemregalem assumitur.

XLV. *D. Romanus a Catana* 2. vice Abbas
1603 Fundronis constituitur, & Siculæ etiam Provinciæ Visitator adligitur, exactoque magna cum laude triennio, ad suum S. Nicolai translatus est, successore accepto

XLVI. *D. Hieronymo a Panormo*, qui etiam
1607 Visitator renunciatur.

XLVII. *D. Ignatius a Turturicio* è Monasterio Gangii ad nostrum assumptus; ac Visitator electus per annum rexit. Anno Christi. 1609

XLVIII. *D. Victorinus a Neapoli* Abbas, & Visitator anno 1609.

XLIX. *D. Germanus a Capua* Abbas, & Visitator anno 1612. sub quo de translatione Monasterii in Urbem Ennę actum fuit. Hinc quorumdam Civium ope, Ecclesia S. Sophiæ Monachis assignata, pro extruendo Cœnobio atque ab Episcopo Catanensi sub die 8. Novembris facultas concessa fuit. Verum non multo post, quæ felici omine inceperant, irrito conatu evanuere. 1610

Ab anno eodem ad 1617. desunt acta Congregationis: atque nostri Cœnobii Abbatum nomina exciderunt.

L. *D. N.* Eo Abbate de Monasterii in urbem proximiorem translatione cum ageretur, Ennenses ne in aliam, quam in eorum ea fieret, contendentes, apud Tribunal Apostolicæ Legatiæ Monachos convenerunt, cujus decreto, ac sententia illis inhibitum fuit sub die 23. Februarii Ind. 13. 1615. juxta Ennensium vota, ne alio, quam in Ennense oppidum migrare, ac novum Cęnobium exædificare possent. Jam anno 1617.[c] 1615

LI. *D. Seraphinus* origine, ac professione Catanensis, è Monasterio Militelli translatus, nostram obtinuit Abbatiam, quam anno etiam sequenti Visitatoris dignitate auctus rexit; mox post eum 1617

LII. *D. Cherubino* à Monteregali Fundronis regimen defertur per menses, statimque ad Montisregalis Cęnobium assumptus, locum

LIII. *D. Venantio* ab Urbe cessit. Sub eo Prioris munus laudabiliter gessit D. Seraphinus à Messana. Post Venantium Abbas renunciatur 1619

LIV. *D. Angelus a Fundis*. Hic conventionem cum Platientibus Proceribus iniit de transferendo Fundronis Cęnobio in eorum Patriam, his adjectis conditionibus, ut Abbas facultatem à Congregatione exoraret, Jurati Patres; Platiæ Ecclesiam S. Rocci, ac ædes contiguas Monachis pro Monasterio extruendo elargirentur. Id cum innotuisset Ennensibus supplices literas Congregationi direxerunt, quibus, ne id fieri in grave eorum præjudicium, permitterent, Patres rogabant[d]. Res ideo ab eadem Congregatione Josepho à Sarno, & Anselmo Balistreri Visitatoribus Siciliæ committitur. Sed interim 1620

LV. *D. Victorinus ab Imola* regimen assumpsit, post quem 1621

LVI. *D. Anselmus* modo dictus S. Martini Alumnus, Abbas Fundronis designatur, qui una cum Josepho à Sarno perpensis omnibus circa Monasterii translationem, an ea scilicet Platiam, an verò Ennam fieri deberet, pro Platiensibus decreverunt; ac ea de causa, Parmæ 21. Decembris à Congregatione Casinensi decretum emanavit, quo facultas concedebatur Monachis Fundronis, Platiam commigrandi anno 1621. Mox verò Proregis accessit Provisio, eamdem Translationem approbantis Panormi 2. Februar. 5. Ind. 1622. ac insuper Joannis de Torres Catanensis Episcopi licentia pro novo ędificādo 1622

Pla-

a Ex Chron. & Tabul. Monast.

b Ibidem.

c Ex Chron. & Tabul. Monast.

d Ibidem.

Anno Christi. 1622 Platiæ Monasterio sub die 6. Aprilis 1622.[a]

His obtentis, Platienses, ut promissis facerent satis, Ecclesiam S. Rocci, ædesque vicinas nostris publico donationis instrumento attribuunt die 15. Aprilis ejusdem anni per acta Not. Joannis de Gangio Publ. Platiensis. Die verò 18. ejusdem Mensis solemnis translatio miraculosæ Imaginis Beatæ Mariæ ex marmore, facta est hoc ordine.

Instructo curru, veneranda statua è Monasterio ad planum usque Biliæ extra Urbem, Monachis tantum, atque Abbate comitantibus, transfertur, ibique interdiu collocatur, mox octoginta Milites armis instructi, ac Jurati Patres, nobilesque viri equis vecti obviam venientes, eamdem excipiunt. Quibus permixti Abbas, & Monachi Urbi appropinquant. Ubi ab Ecclesiam S. Petri ventum est, magnus Populorum concursus, etiam è vicinis oppidis fit, ac præcedentibus Sodalitiis Laicorum, Clero Regulari, & Sæculari, Canonicisque majoris Ecclesiæ, inter quos Anselmus Abbas Pontificiis amictus indumentis, Sacra Imago in Urbem per Portam S. Joannis infertur; viæ undique ornatæ, ac sericis aulæis domorum prospectus instructi cernebantur, Nobiles, ac Magistratus cereis accensis currum ambientes, atque innumera multitudo hominum, comitabantur, usque dum in Ecclesiam S. Rocci illata statua, ibidem pro gratiarum actione Hymnus (*Te Deum Laudamus*) organis pulsantibus, musicisque instrumentis resonantibus decantatur.

Enituit porrò, ne dum cujusque civis erga Beatissimam Virginem fervor ingens, sed & nobilium munificentia, ac maximè D. Hieronymi Calaxibetta majoris Ecclesiæ Canonici, & D. Octavii Trigona Baronis S. Coni liberalitas, quorum opera, & industria solemnis pompa instructa, omni magnificentia completa est. Nec piissima Mater, ac potentissima Domina suorum obsequiis vinci passa est; quin gratiis innumeris, ac sanitatibus cujusq; morborum generis elargitis ex maxima benignitate, cives omnes sibi arctius devinxit. Ne autem tantæ celebritatis, temporum decursu, memoria excideret, ultima Dominica ejusdem Aprilis solemnis quolibet anno à Platiensibus decernitur.

Ennenses interim apud præcipua Regni Tribunalia Panormi lapidem omnem moventes, Monachos revocare ad antiquum Cœnobium, ac statuam Beatæ Virginis Ennensi urbi restituendam contendebant, adeo ut per annum, & menses sex compellerentur nostri propriam caussam totis viribus defendere; sed tandem ista coram Præsidibus, & Consultore examinata, pro Monasterio est decretum, ac per hoc, quod in basi simulacri insculptæ essent Imagines S. Benedicti, & S. Placidi, Ennensium petitione rejecta, liti perpetuum silentium imponitur.

1623 Judicum sententiam Philibertus Emmanuel de Sabaudia Prorex probavit, atque omnino servandam præcepit[b].

Novo dehinc Cœnobio construendo manus à Monachis admoventur, & primo quidem ædibus pro temporis angustia accommodis excepti, regularem observantiam pro viribus instaurant, multisque bonis, ac elargitionibus donantur, adeo ut non modica fieret censibus Monasterii accessio. Anselmo Abbate abeunte 1623

LVII. *D. Stephanus à Panormo* Abbas designatur, qui paucis elapsis mensibus ad Montisregalis Cœnobium assumitur. 1624

LVIII. *D. Stephanus à Mediolano* prioris loco successit, sed D. Seraphinus à Messana 2, vice Præpositus Monasterii cum omnimoda potestate constituitur. Post annum 1625

LIX. *D. Philippus à Venafro* Abbas, & Visitator factus, regimen D. Gratiano à Panormo Priori dimisit, moxque post menses 1626

LX. *D. Victorinus à Neapoli* 2. Fundronis Abbas dicitur; post hunc

LXI. *D. Seraphinus à Spoleto* præficitur, sub quo D. Joannes Baptista à Messana Prior administrationem gessit. Inde 1627

LXII. *D. Innocentius à Catana* Magistratum tenuit per annum, atque ad Gangium translatus, successorem accepit 1628

LXIII. *D. Angelum ab Altomonte* Abbatem simul, ac Visitatorem. 1629

LXIV. *D. Ambrosius à Cremona* anno eodem 1629. post quem

LXV. *D. Andreas à Messana* Abbas, & Visitator per annum assumitur. 1630

LXVI. *D. Jo. Placidus à Neapoli* suas vices legavit D. Gratiano à Panormo Priori. Per hæc tempora Cyprianus Spinello, & Villanova Monachus nostri Cœnobii effectus, sua bona eidem legavit anno scilicet 1631. quibus res familiaris adaucta est, ac census amplificati[c]. 1631

LXVII. *D. Desiderius à Fractis*; mox verò post annum 1632

LXVIII. *D. Andreas à Parma* Abbas renunciatur, sed regiminis pondus D. Joanni Baptistæ à Messana Priori imponitur. Post paucos menses Generalis Capituli decreto 1633

LXIX. *D. Basilius à Bononia* Abbas, & D. Alexander à Panormo Prior Administrator constituitur. 1634

LXX. *D. Julius à Mediolano* Abbas, quem statim

LXXI. *D. Flaminius à Messana* in regimine est subsequutus, ac Visitatoris etiam munere decoratus, quo ad Gangium promoto,

LXXII. *D. Antonius a Vincentia* Abbatiam obtinuit; administratio verò, ac regimen D. Gregorio Paterno à Catana committitur. 1635

LXXIII. *D. Raphael a Bononia* Abbas per menses. 1637

LXXIV. *D. Jo: Baptista a Montepoli* per decretum Capituli.

LXXV. *D. Aloysius a Venetiis* anno 1638. paucis mensibus. 1638

LXXVI. *D. Bartholomeus* à Papia Abbas.

LXXVII. *D. Andreas a Mantua* Abbas anno 1639.

LXXVIII. *D. Benedictus a Parma* Abbas. 1639

LXXIX *D. Hortensius a Papia* Abbas anno 1640. sub quibus omnibus cum laude Administratorem egit laudatus Gregorius. 1640

Verum anno 1641. regimen D. David à Messana Priori demandatur, qui sub eodem Hor- 1641

[a] Ibidem.

[b] Ex Chron. & Tabul. Monast.

[c] Ex Chron. & Tabul. Monast.

Anno Christi Hortensio per annum, & amplius præfuit.

XXC. *D. Ignatius a Massa* sub quo idem D. David Prior rexit.

1644 XXCI. *D. Zacharias a Panormo* S. Martini Monachus Abbas assumitur, Administrator verò per Capitulum constituitur D. Angelus à Janua Prior; mox per Dietam D. Hilarius à Luca, & ipse Prior. Inde

XXCII. *D. Angelus a Janua* hac Abbatia de-
1645 coratur anno 1645. Administratio autem penes D. Julium à Catana Priorem stetit. B

1646 XXCIII. *D. Clemens a Neapoli* per menses.

XXCIV. *D. Honorius ab Urbe* Abbas renun-
1647 ciatus; mox locum cessit

1648 XXCV. *D. Cæsari a Mutina* Abbati, & Visitatori; sub quo regimen tenuit D. Paulus à Monteregali S. Benedicti Militelli Alumnus, uti Prior.

XXCVI. *D. Clemens a Neapoli* 2. vice per menses.

1649 XXCVII. *D. Daniel a Mutina* anno integro Magistratum iniit; sed statim Abbatia defertur C

1650 XXCVIII. *D. Octavio a Cherio*, quam per triennium administravit. Post ipsum

1651 XXCIX. *D. Alexander a Neapoli* per menses electus est, cui

XC. *D. Hieronymus a Placentia* Abbas, & Visitator subrogatur.

1653 XCI. *D. Claudius* professione, & Patria Catan. anno 1653. Abbatis munus assumpsit, inde ad S. Flaviæ Cœnobium translatus; post quem

1654 XCII. *D. Joannes Evangelista a Mantua* Abbas per menses. D

1655 XCIII. *D. Laurentius a Senis* per Dietæ decretum Abbas.

1656 XCIV. *D. Joan. Baptista a Patavio* Abbas anno 1656. & sequenti etiam; post eum

1658 XCV. *D. Flavius a Patavio* per annum, quo elapso

1659 XCVI. *D. Joannes à Mutina* Abbas, & Visitator præficitur, sub quibus ab anno 1654. D. Angelus à Messana Prior curam Cœnobii gessit, sed anno 1659. D. Stephanus à Catana administrationem habuit, quam etiam sub successoribus per triennium tenuit. Interim E

1660 XCVII. *D. Maurus a Nola* Abbas per annum.

1661 XCVIII. *D. Severinus à Vigiliis* Abbas & simul Visitator.

1662 XCIX. *D. Stephanus ab Urbe*, cujus vices D. Andreas à Monteregali Prior subiit.

1663 C. *D. Joannes Evangelista a Mantua* 2. Abbas renunciatus, successorem post menses accepit

CI. *D. Josephum a Ravenna*, post quem mox

1664 CII. *D. Faustus à Parma* constituitur Abbas anno 1664. quo etiam ex Dietæ præscripto vice Prior, atque Cœnobii Administrator eligitur D. Archangelus à Messana. F

1665 CIII. *D. Basilius a Florentia* Abbas per annum, sub quo regimen assumpsit D. Carolus à Panormo Decanus, & Administrator.

1666 CIV. *D. Ludovicus ab Ubraida* Abbas anno 1666. sed ejus vice *D. Claudius* à Catana è Militello translatus, Monasterium regendum suscepit.

1667 CV. *D. Cyrinus a Senis* Abbas per biennium,

D. Stephanus à Catana Prior Administrator usque ad annum 1674. Interim Anno Christi

CVI. *D. Isidorus a Forolivio*, cui mox successit 1670

CVII. *D. Cyrinus a Senis* 2. vice; Inde se- 1671
quenti anno sufficitur

CVIII. *D. Protasius ab Aretio* Abbas, post 1672
quem 1673

CIX. *D. Oddo a Bononia* Abbatiam obtinuit, regimen verò D. Paulo à Messana Priori demandatur per Dietam. 1674

CX. *D. Adeodatus a Regio* Abbas, Prior Administrator D. Placidus à Panormo, per annum.

CXI. *D. Michaelangelus a Neapoli* Abbas in- 1675
tegro anno.

CXII. *D. Honoratus Columna* S. Nicolai Mo- 1676
nachus, qui sequenti anno ad Militelli regi- 1677
men amandatur.

CXIII. *D. Petrus Maria a Panormo* benè re- 1679
xit, per annum 1679. & sequentem.

CXIV. *D. Maurus a Nola*, sub quo Prioris 1681
munus cum administratione D. Jacobus a Panormo gessit, inde ad Montemregalem translatus est.

CXV. *D. Angelus a Bergomo* Abbas; cujus 1682
loco D. Paulus à Platia Prior, ejusdem Cœnobii Fundronis Monachus præfuit. Fuit Paulus virtute prudentiæ, ac morum integritate insigniter ornatus, multaque pro suo Cœnobio utilia molitus est. Eo agente sodalitas SS. Sacramenti sub Vexillo S. Patris Benedicti in Ecclesia Monasterii fuit instituta, Cœnobium Fabricis instructum, Ecclesia ornamentis concinnata, prædia, ac census aucti. Sed jam 1684

CXVI. *D. Alphonsus a Nola* Abbas designatur, mox vero ad S. Flaviæ assumitur, cujus loco 1685

CXVII. *D. Cherubinus ab Aversa* ex eodem S. Flaviæ Cœnobio translatus, nostrum Fundronis obtinuit.

CXVIII. *D. Angelus a Neapoli* Abbas, ac 1687
Visitator anno uno

CXIX. *D. Augustinus a Neapoli* per biennium. Sub his Paulus nuper laudatus rexit 1688
cum laude.

CXX. *D. Fortunatus à Mutina* duobus etiam 1690
annis Abbas, post quem

CXXI. *D. Flavius a Dertona* præficitur in 1692
Abbatem, Prior verò cum libera administratione D. Romualdus Rizzari a Catana asciscitur, de quo nos in notitia S. Nicolai de Arena.

CXXII. *D. Andreas a Parma* per annum. 1695

CXXIII. *D. Anselmus à Castiglione* sexennio
integro, sub quo D. Prudentius a Messana Prior 1696
regimen tenuit; & mox D. Aloysius à Panormo, & ipse Prior.

CXXIV. *D. Joannes a Venetiis* Abbas anno 1702
1702. cujus vices per biennium laudatus Aloy- 1704
sius gessit, ab anno verò 1704. D. Augustinus à Panormo Prior renunciatur, qui etiam sub successore administravit.

CXXV. *D. Gregorio a Mutina* Abbatia de- 1705
fertur anno 1705. post quem

CXXVI. *D. Melchior a Panormo* Abbas con- 1708
stitutus, rexit annis duobus.

CXXVII. *D. Joannes Guido a Bergomo* electus 1710
Abbas, 1710. Priorem habuit D. Maurum à Messana, cui regimen commissum.

Anno Christi

1711 CXXVIII. *D. Aurelius a Parma* Abbas per triennium.

1714 CXXIX. *D. Seraphinus a Senis*, qui ad S. Nicolai Catanæ præfecturam post biennium transfertur. Sub eo D. Antonius a Panormo Prior Administrator,

1716 CXXX. *D. Dominicus a Panormo* anno 1716. Magistratum iniit usque ad 1719. quo

1719 CXXXI. *D. Michael a Panormo* nostra Abbatia insignitur; cujus loco D. Sebastianus à Messana Prior rexit; post Michaelem

1722 CXXXII. *D. Dominicus à Panormo* 2. Abbatis munus assumpsit, quod per integrum sexennium laudabiliter gessit.

1728 CXXXIII. *D. Joannes Baptista à Neapoli*, cujus virtutes, & merita alibi describimus in Notitia S. Flaviæ.

1731 CXXXIV. *D. Anselmus Valdibella* à Messana Abbas, & Visitator, S. Placidi Alumnus, vir omni exceptione major, qui pluribus annis lectoris munere gesto, ac generali sui Cœnobii Oeconomia administrata, Prior constituitur; inde Romam evocatus, ac Pœnitentiarii munere anno Jubilæi decoratus, plurimum se probavit; Abbatia tandem insignitus, ac Fundronis Monasterio præfectus, illud cum gloria, atque bonorum incremento administravit.

Nostrum ergo S. Mariæ Fundronis Monasterium inter Sicula non ignobile, satis decenti ædificiorum mole exurgit in medio Foro Platiæ urbis, Ecclesiamque sub titulo S. Rocci adnexam habet, ubi statua devotissima S. Mariæ de Fundrò quotidie à confluenti populo colitur. Abbas inter reliquos locum 64. tenet in comitiis Regni, votumque profert. Sacrarium Reliquias servat Sanctorum quamplurimas, ac varia supellectili sacra decoratur.

Ad sex mille passus ab Urbe vetus Cœnobium jacet, sed quædam nihilominus integra servat adhuc vestigia Ecclesiæ, ac fornices mirabili artificio constructos.

Priozatus S. Spiritus Ordinis S. Benedicti in Casali de Bidunecto versus Heraclæam positus, de quo est mentio in Capibrevio, ille creditur, qui ab initio, tempore Thomæ de Asmari Catanensis Vicarii, nostræ Ecclesiæ fuit adnexus. Hodie prorsus jacet. Inter viros illustres

I. *D. Hilarius Bursa* Abbas & Præses Siculæ Congregationis memoratur. De eo anno 1499.

II. *D. Eusebius a Castro Joanne*, de quo superius ad annum 1520. Abbas, & Visitator Casinensis Congregationis.

III. *D. Cyprianus a Platia*, qui fuit à Confessionibus Mariæ Aragoniæ Montisalti Ducissæ. Ejus opera S Flaviæ Monasterium ab eadem Maria fundatum, ut in notitia ejusdem S. Flaviæ dicemus. Mortuus est Panormi, in Ecclesia Spiritus Sancti sepultus, Prioris dignitate, atque Abbatis Casinensis titulo insignitus anno 1625. ut Pirrus meminit lib. 4. p. 2. not. 1. qui Cyprianum Clementi VIII. & Cardinalibus, præsertim Borgiæ carissimum, denique Sanctitatis fama celebrem deprædicat.

NOTITIA OCTAVA

S. MARIÆ GANGII VETERIS.

1363 Eodem ferme tempore, quo Leonardum de Austasio, ac Socios, Monasticæ vitæ desiderium Messanæ incessit, Gangii, quod est diœcesis Messanensis non ignobile oppidum, Joannes Parrinello, Paulus Giardino Sacerdotes, Thomas Persino, Pinus Riggio, Thomas Lombardus, & Rogerius Galluzzo Clerici de religioso capessendo instituto cogitarunt; collatisque consiliis, unanimi consensu sub Regula SS. Patriarchæ Benedicti militare deinceps decreverunt. Id ut assequerentur, Ecclesiam S. Mariæ de Annunciatione dicatam Gangii veteris olim Parœciam (Hæc sola ruinis ejusdem oppidi à Friderico II. Siciliæ Rege, ob Francisci Vigintimilii ejus Domini defectionem 1299.[a] diruti supererat) bis mille passibus ab recenti Gangio dissitam, à Dionysio Archiepiscopo Messanensi Gangitani Cleri consensu anno 1363. impetrarunt. Conditisque exiguis cellulis, atque angusto Cœnobio, magno rigore vitam aggressi sunt Monasticam. At brevi, Monachorum numero, eorumque virtutum fama increscente, fabricis, atque prædiis Monasterium instruitur, ut ex ejusdem Dionysii literis in oppido Feriæ die 8. Februarii 1364. datis clarissimè apparet, quas præ manibus habere non licuit.[b]

[a] Fazellus dec. 1. lib. 10. fol. 241.

[b] Ex Tabul. Monaster.

1366 Hinc de licentia ejusdem Dionysii communi voto in Priorem Monachi elegerunt Joannem Parrinello, jam laudatum, qui mutato nomine, Benedictus vocari voluit. Igitur

I. *F. Benedictus* Prior die 21. Januarii 1366. electus, & mox ab Ordinario confirmatus, Oratorium Divi Petri in oppido Gangii, ut esset suis pro valetudinario, atque Grangia, una cum domo adjacente, ab se constructa, suo Monasterio univit, ac disciplinam Monasticam ita promovit, ut populis omnibus, ac piis viris, Principibusque magna præluxerit ædificatione. Hinc ab omnibus certatim non paucis eleemosynis, & elargitionibus Monasterium, ejusque Monachi ditantur.

1376 Anno 1376 duo ex ejusdem Benedicti Monachis ad reformandum Montisregalis Cœnobium, una cum aliis ab Archiepiscopo Panormitano Matthæo assumpti sunt.[c]

[c] Ex Lello not. Eccl. Montisr.

Vixit Benedictus ad multam senectutem, præfuitque triginta, & amplius annis summa cum laude, rei Monasticæ incremento, ac morum puritate, & innocentia. Post eum

1398 II. *F. Martinus Bonafide* die 23. Novembris 1398. Prior à Monachis designatur. Hic prædecessoris sui premens vestigia, maximis etiam virtutibus inclaruit, quibus permotus Martinus

Rex

Anno Christi

Rex illum, ejusque Monachos, ac Monaste-
rium sub Regalis Clypei tutela suscepit, im-
munitatem, atque omnimodam libertatem à
datiis, collectis, gabellis, nec non oneribus
quibusque, ex Regia liberalitate attribuit,
datis Catanæ literis per manus Nobilis Bartho-
1401 lomæi de Joenio Cancellarii die 16. Febr. 10. In-
dic. 1401. Regni sui 10.[a] nec satis contentus,
has gratias novis beneficiis cumulavit, voluit-
que, ut ex Tymnariis Sancti Georgii Panormi
sex *butticellas*, ut vocant, Carnium Tymni,
sale, & fustibus præparatas quotannis Mona-
chi consequerentur, datis ad id literis Leonti-
nis per manus ejusdem Bartholomæi de Joenio,
1403 die 13. Decembris, 6. Indic. 1403. anno Regni
Aragon. 7. Siciliæ verò undecimo[b]. Nec mino-
ri munificentia Blanca Regina Regni Vicaria
Conjugis pietatem imitata, ei, quæ idem
Martinus jam concesserat, nova confirmatione
roboravit, atque exemptionem, maxime à Ga-
bellis, & Datiis, ratam voluit, Catanæ die
1405 16. Junii 1405.[c]

Paucis elapsis annis Monachorum numerus
magno Monasticæ observantiæ emolumento
adeo increvit, ut de erigendo in Abbatiam Cœ-
nobio serius ageretur; ad ipsum autem, cum
fortè Messanensis Archiepiscopus Thomas Chri-
safi diverteret, fama sanctitatis inibi degen-
tium illectus, de ipsius consensu, Monachi in
unum convenientes, Martinum Priorem in pri-
mum Abbatem elegerunt, ipsomet Archiepi-
1413 scopo electionem suis literis die 16. Julii 1413.
probante, atque benedictionis munus novo Ab-
bati impartiente[d]. Thomæ Archiepiscopi li-
teras institutionis diu quæsitas obtinere, ut
hic exscriberentur, nobis non fuit datum.

Eodem Abbate agente Alphonsus Rex Mona-
sterio Gangii veteris *intuitu Divinæ retributio-
nis, ac laudabilis vitæ Monachorum* largissime
concessit, ut absque datii alicujus solutione
posset casei *cantaria* ducenta (ut ajunt) extra-
here, Catanæ exscriptis literis die decimo De-
1426 cembris 1426. cumque egestate Monachos gra-
vatos audiret, eisdem indulsit, ut uncias auri
1428 tres quolibet anno à Regia Curia consequeren-
tur, ex literis etiam Catanę dat. 27. Junii 1428.[e]

1444 Anno 1444. Alphonsus laudatus deficienti-
bus Monachis Basiliensibus in Monasterio S. Ma-
riæ de Jummariis præcepit, ut à morte Angeli
Abbatis ejusdem Cœnobii, ipsum nostro Gan-
gii uniretur, cum omnibus juribus, & perti-
nentiis, datis literis Neapoli 20. Decembris
7. Ind.[f] Id quod suo etiam speciali diplomate
confirmavit Eugenius IV. PP. ubi perscripsit,
ut Monasterii S. Mariæ de Jummariis propè
Mazaram possessio, post mortem Angeli dare-
tur Oeconomo S. Mariæ Gangii veteris Romæ
1445 anno 1445. Mortuo non multo post Angelo *F.
Joannes de Adamo* Mazarensis, Ordinis S. Basi-
lii Abbatiam de Jummariis ab eodem Alphonso
Rege impetravit ex literis ad Episcopum Ma-
zarensem anno 1445. sed stante prædicta unio-
ne possessionem non est adeptus[g]. Adeoque
exinde ex duobus uno constituto Monasterio,
utriusque regimen noster Abbas diu tenuit.

1455 Jam Callixtus III. PP. suo amplissimo Privile-
gio Monasterium nostrum ab omni ônere pro
novi Abbatis confirmatione eximens, juxta
aliud Nicolai V. prædecessoris rescriptum, præ-
cepit, ut non nisi omnium, aut majoris partis
Monachorum voto electus aliquis in Abbatem
assumeretur; tum ab Abbate S. Martini de Sca-
lis Panormi confirmationem exoraret, atque à
quocumque Catholico Episcopo benedictionis
munus acciperet; denique ab omnimoda Ordi-
narii jurisdictione liberum, atque immune de-
claravit Romæ 11. Septembris, Pontificatus 1455
sui anno primo, Domini vero 1455.[h]

III. *F. Thomas Insalanga* Abbas à Monachis
unanimiter renunciatus, & ab Abbate S. Mar-
tini confirmatus, mox contra Franciscum de
Magistro Ordinis Prędicatorum, & Episcopum
Hipponensem, electum in Abbatem S. Mariæ
de Jummariis litem intendit, atque à Xysto IV,
Rom. Pont. literas exoravit ad Episcopum Ma-
zarensem his verbis[i]: *Conquesti sunt nobis Ab-
bas, & Conventus S. Mariæ de Gangio ordinis
Sancti Benedicti Messanensis diœcesis, quod
Franciscus de Magistro ordinis Prædicatorum
professus, ipsos Abbatem & Conventum regimi-
ne, & administratione Monasterii Sanctæ Ma-
riæ de Jummariis tuæ diœcesis ordinis Sancti Ba-
silii, quod eidem Monasterio de Gangio auctori-
tate Apostolica unitum per viginti annos, & ul-
tra tenuerunt, & possederunt, tunc tenebant, &
possidebant pacifice, & quiete, contra justitiam
spoliavit, ipsumque detinet indebite occupatum.
Cum autem spoliatis injuste sit restitutionis bene-
ficio succurrendum fraternitati tuæ committimus
&c. Dat. Romæ anno* 1476. exscrip. in Prothon.
29. August. anno 1477. fol. 78. Sed nihilominus
novo ejusdem Pontificis rescripto dat. Romæ 6.
Kal. Aprilis 1480. Pontificatus sui anno 9. divi- 1480
ditur id Monasterium à nostro, cui unciæ auri
decem quotannis assignatur. Et Franciscus in
Abbatiam de Jummariis immissus est, tum ejus-
dem Pontificis, tum Regis Alphonsi literis[k].
Eadem separatio unius ab alio Cœnobio non
multo post ab Innocentio VIII. Rom. Pont. con- 1487
ditione adjecta de solvendis aureis 25. Monaste-
rio Gangii confirmatur Romæ Kalend. Aprilis
1486. in Proth. 11. Junii, 6. indic. 1487.[l]

Anno interea 1484. Sicula Cœnobia in unum
convenerant; at noster Thomas diu hæsit, at- 1484
que in annum 1490. unionem sui Monasterii dis- 1490
tulit; quo Messanam ad Siculæ Congregatio-
nis Capitulum progressus, Monasterii regimi-
ne se abdicans, solo deinceps contentus titu-
lo, quoad viveret, plenæ patrum dispositioni
illud commisit.

De Sicula Congregatione.

Itaque in Monasterio S. Martini coacto novo
Capitulo[m].

I. *F. Julianus* de Rogola Gangii Prior re-
nunciatur, anno 1491. die 24. Aprilis indic. 1491
9. mox sequenti anno

II. *F. Eusebius Viperano* Prior & ipse Gan- 1492
gii electus est. Post quem

III. *F. Marcus Gatto* ejusdem Cœnobii Alu-
mnus celebratis comitiis Generalibus in ipso

[a] Ex Reg. Cancell. hoc anno.
[b] Ex Cancell. & Monast. Tabul.
[c] Ex Reg. Cancell. hoc anno.
[d] Chronicon apud Jean.
[e] Ex Reg. Cancell. hoc anno.
[f] Ibidem.
[g] Ibidem, & lib. Prælat. Sicil.
[h] Tornamir. Cong. Cas. lib.
[i] Ex lib. Prælat. & Capibr. Lucæ Barberii.
[k] Ex lib. Prel. Lucæ Bar.
[l] Ex Reg. Cancell. hoc anno.
[m] Ex Actis Congr. Siculæ.

Anno Christi 1493 S. Mariæ Gangii veteris die 29. Aprilis anno 1493. Prior efficitur, ac biennio sequenti confirmatur.

1496 IV. *F. Petrus Salerno* sub titulo Prioris ad regimen assumitur, capituli decimi quarti Siculæ Congregationis decreto, quod in eodem Gangii Monasterio celebratur, eoque transfertur è S. Martini, ob luem, quæ Panormi grassabatur. Fuerat Petrus aliorum Cœnobiorum Abbas, ac totius Congregationis *Præsidens* anno 1491. rexitque hoc nostrum magna prudentiæ laude per annum.

1497 V. *F. Gregorius Caracita* ultimus Congregationis Siculæ Prior. Ex humanis enim sublato Thoma Infalanga perpetuo Abbate die secunda
1498 Januarii 1498. Patres in eodem S.Mariæ de Gangio congregati eumdem Gregorium in Abbatem elegerunt, qui ad diem 9. Maji ejusdem anni præfuit.

1499 VI. *F. Hilarius Bursa* Abbas secundus renunciatus, anno integro rexit, & mox sequenti electus Præses locum cessit

1500 VII. *F. Cherubino Andreotta* S. Placidi Monacho, qui 2. etiam anno confirmatur; inde ad S. Mariæ Montisregalis translatus. Sequenti anno in nostro Monasterio Comitia generalia coguntur, quorum decreto

1501 VIII. *F. Valentinus Spallitta* ejusdem Cœnobii Alumnus factus Abbas, per triennium regimine administrato, non minimum se commendavit.

1505 IX. *F. Gregorius Ferraro*. Hic sequenti anno regimen cessit

X. *F. Cherubino Andreotta*, qui 2. ad nostrum assumptus, usque ad unionem cum Casinensibus laudabiliter præfuit.

De Casinensi Congregatione.

1506 Siculis Cœnobiis cum Casinensibus in unam, eamdemque Congregationem convenientibus, nostrum etiam cum aliis eidem unitum,

I. *D. Hieronymo à Messana*, S. Placidi Alumno Abbati regendum traditur, qui per quadriennium magno regularis observantiæ, ac rei familiaris incremento laudabiliter præfuit. Post hunc

1507 II. *D. N.* à Casinensi Congregatione designatur, cujus nomen ob actorum deficientiam nos latet.

1516 Anno 1516. ejecti Casinenses Monachi è S. Martini, & Montisregalis Monasteriis, à quibusdam falsis Fratribus, in hoc S. Mariæ de Gangio confugientes, auxilium, favoremque omnem ibidem sunt experti, donec Romani Pontificis Decreto, in pristinum gradum restituti, Cœnobiis illis potirentur [a].

[a] Ex Bull. Casin. Tom.

1518 III. *D. Benedictus à Castro Joanne* Abbas, & Visitator anno 1518. renunciatus, benè, ac integrè rexit.

1519 IV. *D. Petrus à Panormo* in S. Martino Professus, post quem

1520 V. *D. Gabriel à Saviliano*, qui sequenti anno Visitator etiam electus, Cœnobium administravit.

1522 VI. *D. Hilarion de Roturbio* Abbas, mox Visitator annis duobus.

VII. *D. Eusebius à Castro Joanne* Abbas, per triennium regimen cum laude tenuit, eique subrogatur Anno Christi 1524

VIII. *D. Joannes Sassus* patria, & Cucullo Catanensis. Hic non multo post ibidem vitam cum morte commutavit; statimque renunciatur Abbas 1527

IX. *D. Hieronymus Alibrando* Messanensis in S. Placido Professus, cui 1528

X. *D. Hieronymus Sardus* per annum successit, sed mox 1529

XI. *D. Hieronymus à Messana* 2. vice hac Abbatia insignitur, quam per biennium illustravit. 1530

XII. *D. Matthæus de Pactis* ejusdem S. Placidi Monachus, qui 2. anno Visitator, & quarto etiam adlectus, optime regimen tenuit. 1532

XIII. *D. Ignatius à Neapoli* Abbas, mox Visitator per biennium. Huic sufficitur 1536

XIV. *D. Innocentius à Novaria*, cui Siculæ Provinciæ visitatio etiam committitur, atque ad S.Nicolai Catanę regimen assumitur an.1540. 1538

XV. *D. Germanus à Monilia* per annum. 1540

XVI. *D. Bernardus à Placentia* Abbas, & Visitator duobus annis. 1541

XVII. *D. Angelus de Castro Sanguine* Monasticæ observantiæ cultor rigidissimus, scientia, ac virtute præcipuus, rexit laudabiliter per biennium. 1543

XVIII. *D. Joannes Evangelista à Saviliano* Abbas, dehinc Visitator, integris quatuor annis benè gubernavit. 1545

XIX. *D. Placidus à Bergomo* Abbas, & Visitator per annos duos. 1550

XX. *D. Laurentius à Venusio* elapso anno successorem accepit 1552

XXI. D. *Laurentinus à Florentia*, qui ultra annum regimen non tenuit. 1553

XXII. D. *Thomas à Cremona*, qui & ipse per annum etiam rexit; mox 1554

XXIII. D. *Hieronymus à Panormo* in S. Martino Professus Abbas constituitur, eique post biennium successit in Abbatia, ac regimine 1555

XXIV. D. *Joannes Evangelista à Sacca*, qui 5. anno Visitator renunciatus, & mox S. Placidi Monasterio præfectus, locum cessit 1557

XXV. D. *Chrysostomo à Gangio* ejusdem Monasterii Alumno, cui etiam Sicula Provincia committitur sequenti anno. Hic eximiis moribus, ac virtute præditus, de suo Cœnobio optime meruit, unde ad S. Martini regimen est assumptus, ubi gloriam non minimam sibi comparavit. De eo Pirrus in notitia S. Martini; & nos in notitia S. Nicolai, & Montisregalis. 1560

XXVI. D. *Michael à Monte Caveoso* anno uno. Dehinc ad S. Nicolai Catanæ Cœnobium regendum amandatur. 1565

XXVII. D. *Hieronymus à Panormo* iterum Abbas per biennium. 1566

XXVIII. D. *Gregorius à Camarata* ejusdem Gangii Professus laudabiliter rexit integris duobus annis. 1568

XXIX. D. *Chrysostomus à Gangio* 2. vice anno 1570. Inde denuo ad S. Martini translatus Abbatiam; ubi haud minori, quam antea pietate per biennium præfuit. Interim post ipsum 1570

XXX. D. *Hieronymus à Panormo* 3. Abbas nostri 1571

Anno Christi 1575 nostri Cœnobii renunciatus est, qui integro quadriennio Monachis, virtute prudentiæ præivit.

XXXI. D. *Cyprianus à Catana* S. Nicolai Monachus, Abbas, & mox Visitator. Hic Leontinensis Patria, à Leontino etiam est dictus; præfuit autem quatuor annis, atque ad Monasterium Cajetæ assumptus, ibidem decessit.

1580 XXXII. D. *Victorinus à Panormo* per annum, quem S. Martini credimus Alumnum. De eo in notitia S. Mariæ Fundronis, & Montisregalis.

1581 XXXIII. D. *Joannes Baptista à Florentia*, sub quo D. Martinus à Panormo Prior. Idem Visitator constituitur.

1583 XXXIV. D. *Fulgentius à Placentia*, cui anno elapso, in dignitate, & munere subrogatur à Congregationis Capitulo

1584 XXXV. D. *Prosper à Janua*. Hic sequenti anno Visitatoris subiit onus, quo peracto Magistratu abiit, ejusque loco

1586 XXXVI. D. *Silvester a Florentia* Abbas simul, & Visitator assumitur; huic post triennium in honore Abbatiali successit

1589 XXXVII. D. *Honorius a Brixia*, post quem anno elapso

1590 XXXVIII. D. *Gregorio a Ghidiziolo* Abbatia defertur, qui fuit etiam Visitator, rexitque per biennium.

1592 XXXIX. D. *Benedictus a Gangio* Professione noster Magistratum iniit anno 1592. Gesserat hic Prioris munus sub Prospero à Janua; inde verò dignitate auctus, virtutum radiis, ac vitæ innocentia illam illustravit. Rexit per annos tres, egitque Visitatorem.

1595 XL. D. *Columbanus a Bobio* Abbas, ac post biennium etiam Visitator annis tribus administravit.

1598 XLI. D. *Laurentius ab Aversa* è S. Placido translatus, Abbas, & Visitator per annum, quo abeunte,

1599 XLII. D. *Alphonsus a Neapoli* regimen tenuit, post quem mox

1600 XLIII. D. *Gratianus a Carpendulo* Abbatia decoratur; eique Siculæ Provinciæ cura demandatur.

1601 XLIV. D. *Honoratus a Panormo* in S. Martino Professus etiam per annum.

1602 XLV. D. *Laurentius ab Aversa* 2. dictus, anno integro.

1603 XLVI. D. *Laurentius ab Aversa* Primus appellatus, 2. vice.

XLVII. D. *Ignatius a Turturitio* forte ejusdem Monasterii Monachus, Abbas, & Visitator, qui per triennium summa prudentiæ laude regimen tenuit; Huic in honore

1605 XLVIII. D. *David a Messana* subrogatur per annum; Post hunc

1606 XLIX. D. *Severino a Cilento* regimen defertur, quem mox sequenti anno

1608 L. D. *Vitalis a Castroplebis* Abbas est subsequutus.

Desunt acta usque ad 1617. in regest. Casinensis Congregationis.

1617 LI. D. *Ludovicus a Ferraria* Abbas, & Visitator per biennium, post quem

1619 LII. D. *Cornelius a Venetiis* Magistratum

A iniit, & Visitatoris etiam munere est cohonestatus anno 1619 quem in Comitiis dietalibus Anno Christi

LIII. D. *Joseph a Sarno* excepit. Hic Visitator adlectus, Cœnobium per annos fermè tres optime rexit. Sub eo D. Martinus à S. Philippo Prioratum tenuit. At per Dietam 1620

LIV. D. *Cherubinus a Monteregali* Siculus, S. Mariæ de Nova Monachus, Abbas per annum constituitur. De eo in not. Monast. Montisregalis. 1622

LV. D. *Maurus ab Altamura*, qui etiam 1623
B tertio anno Visitatorem egit, sed ex Dietæ præscripto

LVI. D. *Martinus a S. Philippo* in dignitate, & munere sufficitur, (cujus locum professionis ignoramus) ac per quadriennium regimen tenuit. 1627

LVII. D. *Innocentius a Catana* Abbas ab anno 1629. ad 1632. De eo in notitia S. Nicolai de Arena. Huic ad suum translato in dignitate, & munere successit 1629

LVIII. D. *Basilius a Bononia* ex Capituli 1632
C Generalis decreto, post quem mox

LIX. D. *Stephanus a Panormo* in S. Martino Professus, è Monasterio S. Flaviæ translatus, optimi Pastoris partes per annum exequitur.

LX. D. *Prosper a Panormo* Abbas, & Visitator, qui ad suum S. Martini promotus, ibidem post paucos menses decessit. Interim 1633

LXI. D. *Joanni Baptista a Messana* Abbatia Gangii defertur; cui post annum ad Montisregalis regimen transeunti 1634

LXII. D. *Flaminius a Messana* Abbas, & 1635
D Visitator subrogatur. Hic optimè per biennium rexit, post quem

LXIII. D. *Clemens a Gravina*, & ipse Visitator Magistratum iniit per menses, eique 1637

LXIV. D. *Joannes Baptista a Tortona* successit, qui anno sequenti Visitator renunciatus, locum cessit, ac dignitatem 1638

LXV. D. *Thoma a Panormo* Montisregalis Alumno, cui Visitatoris munus etiam demandatur. Eo autem abeunte, 1639

LXVI. D. *Flaminius a Messana* 2. ad Abba- 1642
E tiam hanc assumitur, quam per triennium Visitatoris quoque munere decoratus gubernavit optimi Pastoris opinione. Hinc post illum

LXVII. D. *Desiderio a Mediolano* Abbati & Visitatori Cœnobii regimen committitur per annum, quo elapso 1644

LXVIII. D. *Euticius a Parma* Abbas simul, & Visitator constitutus, præfuit ad annum 1647. Huic in dignitate, ac munere 1645

LXIX. D. *Franciscus Cajetano* à Catana subrogatur, qui sequenti anno Visitatoris mu- 1647
F nere gesto, locum cessit

LXX. D. *Mauro Caprara* à Paternione Abbati etiam, & Visitatori. Sequenti anno curam Monasterii D. Gratianus Romeo à Catana Prior assumpsit, sed 1648 1649

LXXI. D. *Basilio a Florentia* Abbatia defertur, ac anno elapso 1650

LXXII. D. *Rupertus a Senis* Abbas, & Visitator adligitur, sed ejus vices D. Paulus à Regali Prior tenuit. 1651

LXXIII. D. *Julius Marchesana* Cucullo, & Patria 1652

Anno Christi

Patria Catanensis anno 1652. regimen assumpsit; quod quadriennio integro summo Monasterii bono administravit. Sub eo in oppidum Castelli boni Monachi commigrantes, novum
1652 Cœnobium moliri cœperunt, ac vetus Gangii Prædonibus passim, incursionibusque iniquorum hominum obnoxium reliquerunt. Huic translationi Hieracii Marchio manus adjutrices extendit, bonisque, ac censibus rem familiarem adauxit *.

* Ex Chron. Monast. & Tabul.

1656 LXXIV. *D. Claudius Capunetto* à Catana Abbas, ac Visitator è S. Flaviæ Monasterio assumptus, nostrum per annum tenuit.

1657 LXXV. *D. Antonius à Panormo* per biennium cum laude se gessit.

1659 LXXVI. *D. Michael a Panormo* S. Martini Alumnus, S. Nicolai Magistratu dimisso, usque ad annum 1662. Cœnobii, Ædificiorum, ac regularis observantiæ incremento præfuit; post quem

1662 LXXVII. *D. Gratianus a Messana*, è S. Flavia translatus, sufficitur, & sequenti anno Visitator renunciatur.

1663 LXXVIII. *D. Carolus a Braida* paucis mensibus; Capituli enim decreto constituitur Abbas

1664 LXXIX. *D. Vincentius à Messana* per annum, moxque ad S. Nicolai Cœnobium transfertur.

1665 LXXX. *D. Cæsarius* Cucullo, & Patria Panormitanus ab anno 1666. Regimini admotus,
1666 sequenti etiam magna cum laude administravit.

LXXXI. *D. Severinus a Vigiliis* per Diætam electus, statim post annum

1668 LXXXII. *D. Francisco à Messana* locum cessit. Gesserat hic in Monasterio Montisregalis Præfecturam, atque ad nostrum promotus, eidem laudabiliter per triennium præfuit, accepto successore

1669 LXXXIII. *D. Petro Maria à Panormo*, qui completo anno regimen dimisit

1673 LXXXIV. *D. Zacharia a Panormo* S. Martini Monacho. Hic etiam per annum rexit; a prudentia, & morum lenitate maximè commendatus, de quo in notitiis S. Martini, & Montisregalis.

LXXXV. *D. Cæsar Gotto* à Messana, cui paucis elapsis mensibus, frater Germanus
1674

LXXXVI. *D. Alphonsus Gotto* Messanensis subrogatur, sed belli causa, cum ad suum regendum Cœnobium non posset remeare, suas vices D. Zachariæ à Panormo S. Placidi electo Abbati dimisit, qui Alphonso S. Placidi ejusdem regimen commendavit. Elapso anno

1675 LXXXVII. *D. Petrus Maria a Panormo* 2. ad nostrum assumitur per annum, post quem

1676 LXXXVIII. *D. Joannes a Catana* Montisregalis Monachus renunciatur, à quo per integros tres annos regimen cum laude administratus Post illum

LXXXIX. *D. Placidus a Panormo* Abba-
1677 tia cohonestatur, quam per triennium magna virtutis opinione tenuit.

1681 XC. *D. Stephanus* Patria, & Professione Messanensis non minori solertia ab anno 1684. præfecturam gessit, sed cum majora de illo expectarentur, morte sublatus, sui desiderium reliquit die 24. Augusti eodem anno.

XCI. *D. N.* cujus nomen excidit ob actorum deficientiam. Anno Christi

XCII. D. *Joannes a Catana* 2. vice regimi- 1684
ne hujus Cœnobii donatur, ac Visitator etiam adligitur Præfuit per triennium; post eum

XCIII. *D. Honoratus Columna*. Hic bono 1687
Cœnobii jugiter intentus optimi Pastoris partes exequitur, usque ad 1693. quo anno ad suum S. Nicolai assumitur, ubi paulo post mortem oppetiit.

XCIV. *D. Severinus à Messana* è suo S. Pla- 1693
cidi translatus, ad nostrum administrandum, non vulgari virtutis fama, ac prudentiæ laude Regulari observantiæ intendit usque ad 1698.

XCV. *D. Ferdinandus Joenius* à Catana cum infirma valetudine, ac senio affectus, Catanæ in suo S. Nicolai Monasterio, è Messana redux substitisset, ibidem paucis post mensibus occubuit.

XCVI. *D. Paulus à Monteregali* Monasterii 1698
S. Benedicti Militelli Alumnus, cum optimè per triennium rexisset, morte præventus vitam hanc commutavit anno 1702. de quo in notitia S. Benedicti Militelli.

XCVII. *D. Antonius Ruffo* à Catana Montis- 1699
regalis Alumnus, è suo S. Mariæ translatus, ad nostrum assumptus, mox suo denuo restitutus, magistratu abiit, ejusque vices

XCVIII. *D. Aloysius à Panormo*, Abbas sub- 1701
iit per integros annos tres, quos cum laude, ac Monachorum sibi subditorum bono transegit: inde post ipsum

XCIX. *D. Bernardus Maria de Comitibus* 1704
Romanus, Abbatia hac nostra decoratur, qui dehinc Episcopus Terracinæ, ac demum S. R. E. Cardinalis à Fratre germano Innocentio XIII. renunciatus, & Sacræ Romanæ Pœnitentiariæ præfectus, anno 1730. mense Maji in Co- 1707
mitiis pro Clementis XII. electione coactis, Romæ obiit. Bernardi Vices D. Melchior Mira Panormitanus Prior gessit.

C. *D. Hieronymus Pilo* à Panormo nostri hujus 1708
Cœnobii Alumnus, biennio integro administravit, mox alibi præesse jussus, regimen dimisit

CI. *D. Lucio Bonanno* Syracusano S. Nicolai 1710
Alumno, qui non vulgariter bono sui Cœnobii jugiter intentus se gessit. Eum mox excepit

CII. *D. Placidus ab Urbe*, è S. Mariæ Fun- 1713
dronis Platiæ Cœnobio translatus; sed ejus vices D. Ignatius à Catana Prior administrator subiit, qui etiam rexit sub successore

CIII. *D. Francisco Bellacera* à Panormo. De 1714
eo nos in notit. S. Martini, cujus est Alumnus.

CIV. *D. Honorius ab Urbe*. Hic in Italia 1717
substitit, ejusque loco D. Flaminius à Messana Abbas Thesaurarius Congregationis Monasterii regimen tenuit.

CV. *D. Flaminius* mox dictus Abbas regimi- 1720
nis renunciatus, optimè præfuit pluribus annis, ex dispensatione SS. etiam confirmatus, fuit quoque Visitator, atque ad suum S. Placidi translatus, locum cessit

CVI. *D. Antonio Catena* à Panormo, Montis- 1722
regalis Monacho, qui magna dexteritate, & prudentia præfuit. De eo in notitia Montisregalis.

Vetus S. Mariæ Gangii Monasterium Monachis destitutum antiquitatem redolet, ac peristylio,

Anno Christi.

stylio, aliisque officinis juxta præscriptum regulare instruitur; in Ecclesia Imago Beatissimę Virginis devotissimè colitur, ac diebus festis in ea Missa celebratur; chorus omni exceptione dignus extat, insignis sculpturæ, atque artificio penè mirabili elaboratus.

Novum in Castelli boni oppido decenti structura exurgit, atque Ecclesiam eleganter ornatam habet, suisque reliquiis sacrarium munitur, *dente molari in primis S. Annæ Matris SS. Virginis*. Abbas in solemnibus Regni Comitiis 56. locum occupat, atque ab initio Regularis ad hanc nostram ætatem sub Casinensi Congregatione militat, &c.

NOTITIA NONA

S. FLAVIÆ CALATANIXECTÆ.

IN édito colle, cui Calatanixecta frequens Oppidum, civiumque multitudine, ac opulentia celebre subjacet, Cœnobium Benedictini Ordinis sub Casinensi Congregatione, S.Flaviæ Romanę Anicię sacrum, ab anno 1592. opera, & opibus *D. Mariæ de Aragonia, & de la Cerda*, Francisci Moncata Calatanixectæ, atque Adrani Comitis, Paternionis Principis conjugis constructum, exurgit. (1592) Hæc ne dum Regii sanguinis, quem ex Ferdinando primo Aragonio duxit, sed & virtutum omnium splendore conspicua, Antonii de Aragonia IV. Ducis Montis Alti, Collisani Comitis, ac Petraliæ Domini, rebus in bello strenuè gestis illustrissimi unica filia, & hæres, pro remedio animæ suæ, ut ipsa ait, intuitu retributionis Divinæ, ac Divini honoris desiderio, utque piis amantissimi conjugis olim sui desideriis faceret satis, Monasterium ordinis S. Patris Benedicti à fundamentis excitare cupiens, aureos quincentos annuos dotis nomine Monachis, ut possent in Divinis Deo deservire, atque in vinea Ecclesiæ operari, super omnia sua allodialia, ac feudalia bona, & maximè super Ducatum Montis alti, in Regno Neapolis, & super Comitatum Collisani, ac Petraliæ utriusque in Siciliæ Regno, pacto de reinvestiendo casu reluitionis, assignavit. Et locum etiam, ubi pro Ducali palatio fundamenta jecerat Franciscus, & S.Veneræ Ecclesia substructa erat, in colle jam dicto attribuit. Voluitque, ut D. Cyprianus à Platia S.Mariæ Fundronis Monachus, qui ipsi erat à Confessionibus, novæ constructioni intenderet, qua perfecta, Cœnobium Congregationi Casinensi unitum, ac satis decenti Monachorum Collegio instructum, omnibus prærogativis, ac privilegiis, & dignitate Abbatiali frueretur. Id quod per acta Joannis Baptistæ Calà publici Siciliæ, & Calatanixectæ Notarii firmatum est die 21. Octob. dicto anno 1592. stipulantibus (1592) pro parte, & nomine Congregationis D. Scipione à Neapoli, & D.Romano à Catana Siculæ provinciæ Visitatoribus, & de ratificatione promittentibus; quam postea unanimi consensu Patres omnes Cesenæ in Capitulo generali congregati die 4. Januarii præsidente D.Hieronymo à Perusio anno 1593. subscripserunt[a]. (1593)

Fundationem hujusmodi D. Hieronymus Zanghi Regius Capellanus, Agrigentinæ Ecclesiæ sede vacante Vicarius, ac Decanus, petitione mox laudati Cypriani à Platia, firmavit die 29. Martii 1594. ac pro stabili firmitate Clementis VIII. PP. diploma accessit; ubi omnimodam potestatem erigendi Monasterium Ordinis Benedictini Casinensis Congregationis, sub cura ejusdem D.Cypriani à Platia attribuit, ac pro dote cognoscenda, & aliis in fundatione præstandis, Agrigentino, & Catanensi Episcopis facultatem delegavit apud S. Marcum 6. Kal. Septembris, Pont. sui 3. Domini verò anno 1594. En ipsum[b]. (1594)

Clemens Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Superna dispositione, cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa, ad Apostolicæ dignitatis apicem meritis licet imparibus sublimati &c. Sanè pro parte moderni Præsidentis Congregationis Casinensis, alias Sanctæ Justinæ de Padua ordinis Sancti Benedicti, & dilectæ in Christo filiæ nobilis mulieris Mariæ de Aragona, & Lacerda, Principissæ Paternionis, ac Ducissæ Montisalti Regni Neapolitani quondam Francisci de Moncata, dum viveret, Principis Paternionis relictæ, nobis nuper exhibita petitio continebat; Quemadmodum dicta Maria Principissa, & Ducissa cupiens de bonis sibi à Deo collatis partem aliquam in pios, & Christo Deo gratos usus hic in terris erogare; quatenus deinde in Cœlis perpetuam felicitatem possidere possit; ad ejusdem S. Benedicti, atque adeo Christianæ Religionis propagationem, & Dei Omnipotentis gloriam, suamque, & dicti Francisci Principis, dum viveret, ejus Mariti, & aliorum suorum Antecessorum salutem, pia devotione ducta, pro executione, & adimplemento voluntatis dicti Francisci Principis, qui dum in humanis ageret, hoc ipsum opus facere cum eadem Maria Principissa, & Ducissa deliberaverat, redditum, seù censum annualem per se ipsam, & hæredes, & successores suos annuatim in perpetuum infrascripto Monasterio erigendo solvendum ducentarum unciarum monetæ illarum partium, quæ summam trecentorum duc: auri de Camera, vel circa constituunt, super omnibus bonis suis immobilibus, & stabilibus, allodialibus, & feudalibus, ac præsertim Ducatu Montisalti hujusmodi, nec non Baronia de Petra, & Paula, ac Casalis in Regno Neapolitano, & Comitatu Collesani, & Baronia Terrarum Petraliarum Superioris, & Inferioris, ac Baronia de Billici in Regno Siciliæ existentibus, creandum, & constituendum ad rationem octo pro quolibet centenario annuatim, juxta formam literarum Apostolica-

[a] Ex Chron. Monast. & Tabul.

[b] Ex Autogr. Monast. & Tabul.

Anno Christi.

ſtolicarum dudum in illis partibus ſuper hoc emanatarum, eidem Congregationi, ſeu illius Præſidenti, vel pro eis, dilectis filiis Euſebio Neapolitano, & Romano Cataniensi dictæ Congregationis Viſitatoribus, titulo, & cauſa donationis irrevocabiliter inter vivos pro fundatione, & dotatione hujuſmodi Monaſterii ſub invocatione S. Flaviæ in Terra Calatanixectæ, & loco jam ad hoc inibi deſignato, Agrigentinæ Diœceſis, conſtruendi, & ædificandi, & cum auctoritate, & conſenſu dilecti filii Hieronymi Sabrino V. J. D. Conſultoris ſui, & Curatoris ad hoc electi, perpetuò donaverit, aſſignaverit, ſub his conditionibus, & clauſulis: Videlicet, quod prædictum Monaſterium in loco S. Veneris nuncupato ad hoc opportuno, & ſalubri fabricetur, & ipſa fabrica, cui dilectus filius Cyprianus Platienſis Monachus Ordinis S. Benedicti, & Congregationis prædictæ, ac ejuſdem Mariæ Principiſſæ, & Duciſſæ Confeſſor, cui ipſa pluri- mum confidit, arbitrio ſuorum Superiorum dictæ Congregationis aſſiſtat, ex redditu, ſeu cenſu prædicto inchoetur, & continuetur, donec congruus numerus Monachorum ibidem habitare poſſit, promittens etiam victum, & veſtitum eidem Cypriano hoc medio tempore de ſuo ſubminiſtrare; Dicta autem fabrica finita, futuri Abbas, & Conventus Monaſterii erigendi quolibet die, non tamen feriato, unam recitatam, & ſecunda, & ſexta feriis cujuſque Hebdomadis alias duas de Requiem nuncupatas ſolemnes, ultra reliquas ibidem celebrandas Miſſas pro Mariæ Principiſſæ, & Duciſſæ, & Franciſci Ducis prædictorum Animabus, in perpetuum celebrare, ac etiam tamquam Monaſterii erigendi prædicti fundatorum in ſuis precibus, & orationibus meminiſſe debeant, & ſi quandocumque contingat dictum cenſum, ſeu redditum ex quavis cauſa redimi, tunc pecunia inde provenientes in Tabula Panormitana ponantur in emptionem bonorum ſtabilium pro dicto Monaſterio erigendo, cum interventu ejuſdem Mariæ Principiſſæ, & Duciſſæ, ſeu ejus ſucceſſorum, & hæredum convertenda; Et ſi etiam numerus Monachorum Ordinis, & Congregationis hujuſmodi in illis partibus contagione, aut alia de cauſa minuatur, ita ut etiam Monaſteria Ordinis, & Congregationis illarum partium deſerantur, nihilominus dictum Monaſterium erigendum manuteneri ſemper debeat, ejuſque Abbas, & Conventus, ſive alii ſuperiores non poſſint, neque debeant illud umquam deſerere, nec redditus illius, ut præfertur, donati ad aliud Monaſterium, vel locum, ex quavis occaſione, ſeu cauſa transferri poterunt, ut in inſtrumento publico deſuper confecto, dicitur contineri. Sic igitur in prædicto loco Sanctæ Veneris unum Monaſterium ſub invocatione Sanctæ Flaviæ Ordinis, & Congregationis prædictorum pro uno Abbate, & ad minus novem Monachis, & duobus Commiſſis, qui inibi divinis laudibus, & obſequiis juxta Regularia Ordinis, & Congregationis hujuſmodi inſtituta inſiſterent, ex nunc, pro ut in poſterum conſtructum, & ædificatum fuerit, ut præfertur, perpetuo erigeretur, & inſtitueretur, illique ſic erecto, & inſtituto pro ejus

A dote, & eleemoſyna redditus, ſeu cenſus prædictus, ac alia bona ex nunc, & pro tempore eroganda applicarentur, & appropriarentur, ita tamen, quod, ſi quid ad neceſſarios futurorum Abbatis, & Monachorum ipſius Monaſterii erigendi uſus defuerit, dicta Congregatio id ſupplere teneretur, & hoc profecto propagationi Ordinis, Congregationis hujuſmodi, divinique cultus augmento conſuleretur, dictaque Terra, eo amplius decoraretur, ac illius Incolæ, & habitatores continuè conſolationem ſpiritualem re- B ciperent. Quare pro parte Præſidentis, & Mariæ Principiſſæ, & Duciſſæ prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus illis in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Religionis propagationem, & Divini Cultus augmentum ſinceris exoptamus affectibus, ipſius Mariæ Principiſſæ, & Duciſſæ pietatem commendantes, illiuſque deſiderio, & ſimul dictæ Terræ decori, & Chriſtifidelium Animarum ſaluti per amplius conſulere volentes; Præſidentem, C & Mariam Principiſſam, & Duciſſam prædictos, eorumque quemlibet à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendarum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, nec non præfatam donationem, & aſſignationem, ac pro ut eas concernunt, omnia alia in dicto inſtrumento contenta, perpetuo appro- D bantes, & confirmantes, omneſque, & ſingulos defectus, ſi qui in præmiſſis intervenerint, ſupplentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, in prædicto loco S. Veneris Monaſterium ſub invocatione S. Flaviæ Ordinis, & Congregationis prædictorum, quod eidem Congreg. perpetuò unitum, & incorporatum ſit, & eſſe cenſeatur cum ſuis Eccleſia, Campanili, Campanis & Conventu, Clauſtro, Dormitorio, hortis, hortalitiis, cæteriſque omnibus membris, & officinis neceſſariis, & commoditatibus opportunis pro uſu, & E habitatione unius Abbatis, ac unius Prioris, Decani, Cellerarii, & aliorum Monachorum, uſque ad numerum decem, ad minus, & duorum Converſorum, qui conventum ibi conſtituant, & habitum per Monachos aliorum Monaſt. dictæ Congregationis geſtari ſolitum ſuſcipere, & ad profeſſionem, emitti per eoſdem Monachos conſuetam, admittere Regularem, omneſque in ſimul in Eccleſia ejuſdem Monaſterii Divinis laudibus, & obſequiis inſiſtere, ac ritus, mores, conſuetudines, & regularia inſtituta F dictæ Congregationis obſervare, juxtà illa vivere, ac omnia ab ipſa Maria Principiſſa, & Duciſſa ordinata adimplere teneantur; ac etiam ad inſtar aliorum Monaſteriorum Ordinis, & Congregationis hujuſmodi ex nunc, pro ut ex tunc, poſt quam conſtructum, & ædificatum fuerit, ut præfertur, de tamen Ordinarii licentia, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuò erigimus, inſtituimus, illique ſic erecto, & inſtituto pro ſua dote, & eleemoſyna, futurique illius Abbatis, & Conventus Monachorum

Anno Christi.

ſub

Anno Christi

substentatione, ac omnium ejus onerum pro tempore incumbentium supportatione, redditum, seu censum prædictum, qui tamen in dictam fabricam, usque ad illius perfectionem juxtà Mariæ Principissæ, & Ducissæ dispositionem, converti, & applicari debeat, aliaque bona eidem Monasterio, ejus Abbatis, ac Monachorum suorum, seu cujusvis eorum intuitu, per quoscumque nunc, & pro tempore quomodolibet relicta, donata, & erogata ejusdem auctoritate, & tenore similiter perpetuò applicamus; ita quod liceat futuris Abbati, & Conventui prædictis illa omnia habere, & retinere, locare, dislocare, & arrendare, fructus quoque, redditus, proventus eorum, ac jura, obventiones, & emolumenta quæcumque ex eis provenientia percipere, exigere, locare, & recuperare, ac in suas, & dicti Monasterii usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minimè requisita, ita tamen, quod si quid ad necessarios usus defuerit, ut præfertur, tunc Congregatio ipsa ex suis redditibus, & bonis supplere debeat, nec non Monasterio erigendo, & illius pro tempore existentibus Abbati, & Conventui prædictis ejusque agentibus, & personis, rebus, & bonis universis, ac omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, prærogativis, antelationibus, præheminentiis, insignibus, concessionibus, facultatibus, favoribus, indultis, & gratiis, spiritualibus, & temporalibus, quibus cætera Ordinis, & Congreg. prædictorum Monasteria, eorumque Abbates, Conventus, agentes, & personæ aliæ, nec non res, bona, de jure, usu, consuetudine, aut privilegio quomodolibet utuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & æque principaliter, absque ulla prorsus differentia, uti, frui, potiri, & gaudere, ipsisque Abbas, & Conventus erigendi Monasterii, & per se ipsos, aut cum aliis superioribus dictæ Congregationis pro ejusdem Monasterii erigendi facili gubernio, & prospera directione, quoscumque ordines, & statuta, licita, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, nec non Ordinis, & Congreg. hujusmodi regularibus institutis minimè contraria, à Generali tamen Abbate, & Definitoribus, & aliis superioribus dictæ Congregationis Capitulo Generali approbanda, condere, & toties quoties expediens pro rerum, & temporum diversitate videbitur, illa etiam in toto, vel parte mutare, corrigere, reformare, & de novo facere liberè, & licitè valeant, ejusdem auctoritate, & tenore de speciali gratia indulgemus; decernentes præsentes literas nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis vigore, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, seu retractari nullatenus posse, sed semper validas, & efficaces existere, suosque effectus sortiri, obtinere, & ab omnibus inviolabiliter observari, & adimpleri, sicque per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & defin.ri debere, nec non irritum, & inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus &c. Si quis autem &c. Dat. Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1594. sexto Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno 3.

Anno Christi

Huc usque Clementis diploma, quod sub eodem die executioni mandandum Episcopo Agrigentino, & Catanensi, atque Abbatibus quibuscumque, eorumque uni, aut alteri committitur, ac Panormi sub die 2. Decembris sequentis anni in publicis Regni Tabulis exscribitur. Porrò à Casinensibus primus S. Flaviæ Calatanixectæ Abbas

I. *D. Julius à Cremona* Parmensis Monachus — De Julio agit Pirrus not. Eccl. Agrigenti. — 1594
constituitur. Qui tertio in Curia Romana Generalem Procuratorem totius Congregationis magna cum laude egerat, sed ejus loco Cyprianus à Platia sæpius dictus novi Cœnobii curam, ut fundatrix caverat, assumpsit, ac dignitate Prioris pro meritis auctus, enascentis domus ædificia magnificentissimè exorsus est.

Anno 1596. novam facultatem pro eadem Cœnobii fundatione ab Joanne de Orosco, & Cuvarruvias Episcopo Agrigentino exoravit Cyprianus die 14. Octobris 10. Indict. atque donationem Thomæ de Chiza jam factam S. Flaviæ Ecclesiæ, ab ejusdem hæredibus firmam obtinuit, per acta Nicolai de Letho Panorm. die 18. Febr. anno eodem. Tum a Catharina Cardona vineam pro aureis 3000. & amplius emit, ea pecunia sibi exoluta ab eadem fundatrice Maria Aragonia; ac quosdam terræ tractus Monasterio attributos à piis fidelibus, ad Emphyteusim, ut ajunt, concessit [a]. Interim post Julium Abbatem Congregatio Casinensis in Capitulo generali — 1596

[a] Ex Tabul. Monaster. & Chron.

II. *D. Julium à Brixia* renunciaverat, post quem suffectus est — 1598

III. *D. Prosper à Placentia* per annum; eo exacto — 1599

IV. *D. Arsenius à Castro Juffredo* Abbas assumitur, qui mox locum cessit, ac dignitatem — 1600

V. *D. Gregorio à Ghidizzolo*. Hic paucis ante annis Fundronis Cœnobium administraverat. Mox post illum jam elapso sexennio eligitur Abbas — 1606

VI. *D. Hieronymus à Valletellina*, qui etiam in Italia substitit, ac dignitatem per integrum biennium tenuit. — 1607

Cum ab anno 1592. Antoninus Moncata in suo, sub quo decessit, Testamento sanxisset, ut condito S. Flaviæ Monasterio, ejus corpus in ejusdem Ecclesia sepeliretur, una cum corpore Mariæ uxoris; hoc anno, pia Thomæ Moncatę Antonini filii solicitudine, amborum cadavera in S. Flaviæ Ecclesiam illata sunt, atque ex eo tempore scutata 100. annua pro unius Missæ celebratione Monasterio ab ipsomet Antonino legata cesserunt. Quin, & idem Thomas laudatus in Patris, & Matris sepulcro condi exoptans, suo etiam Testamento die 26. Aprilis 1609. per acta Antonini Calà Calatanixectæ, voluit, ut amplum ex marmore monumentum in eadem Ecclesia extrueretur, aureis triginta quotannis pro eodem concinnando, — 1609

Anno Christi

eoque absoluto, pro anniversario celebrando, assignatis [a]. A

[a] ibidem.

Extat hodie id sepulcrum ex vario marmore ad elegantiam elaboratum cum hac inscriptione.

D.O.M. Antonino, & Mariæ Moncata Conjugibus, & Thomæ eorum filio Aug. prosapia germinibus inclitis in his Diva Flavia Roman. Eroina, ab Excellentissimo Antonino D. III arcellis ab ipsis, ac dotatis ædibus consulto quidem contumulatis, ne mors disjunxisse gaudeat. Benefactoribus optimis grati animi Monumentum Casinenses Monachi pientissimi posuere anno Domini 1651. &c. B

Dicuntur porrò in hac Epigraphe ab Antonino hujus nominis III. Montis Alti Duce Francisci, & Mariæ Fundatorum filio, S. Flaviæ ædes constructæ, & quidem non abs re; ejusdem enim munificentia nedum Matris elargitio firmata, sed & redditus aucti, ac Monasterii, & Ecclesiæ fabrica non minimum est provecta, ut inferius dicemus.

VII. D. *Chrysostomus à Brixia*, cujus vices D. Joannes Philippus à Gangio Prior post Cyprianum sæpius laudatum electus subiit. C

1610 VIII. *D. Hieronymus a Monteregali* duobus annis Abbatiam obtinuit, quibus elapsis præficitur in Abbatem

IX. *D. N.* cujus nomen ob actorum deficientiam ignoramus.

X. *D. Joannes Evangelista a Mutina* anno

1617 1617. constituitur Abbas, sed Monasterii regimen penes Stephanum à Panormo Priorem stetit, qui magna cura, & solertia adlaboravit, ut Cœnobii ædificia proveherentur, domestica supellex augeretur, ac regularis observantia, ut par erat, promoveretur. D

Hoc ipso anno 1617. D. Antonius Moncata, & Aragona inter Calatanixectæ Comites hujus nominis III. Matris Mariæ Aragoniæ donationem confirmans, prædia, ac terrarum tractus amplissimos pro dote, loco [b] aureorum 500. quos Maria attribuit, assignavit die 7. Octobris 1. Indict. ex actis Gabrielis Imperiale Publici Calatanixectæ, ut paulo ante innuimus. E

[b] Ex Tabul. Monaster. & Chron.

XI. *D. Modestus à Patavio* ad Abbatiam an-

1618 1618. assumitur, sed ejus loco D. Victorinus à Messana Prior administrationem suscepit, qui mox ex decreto Patrum D. Stephano à Panormo, superius laudato, illam dimisit. Post Modestum

1620 XII. *D. Theodosius a Catana* S. Nicolai Alumnus Abbas, & Visitator constituitur, cui post annum

1621 XIII. *D. Victorius ab Imola* successit, sed ejus vices D. Prosper à Panormo Prior tenuit.

XIV. *D. Andreas a Panormo* S. Martini Mo- F

1622 nachus anno 1622. Abbatiali dignitate insignitus, quosdam terræ tractus à nonnullis, qui jura debita census persolvere respuebant, revocavit; statimque ad Montisregalis Cœnobium translatus, successorem accepit

XV. *D. Isidorum a Parma*, qui per biennium Abbatia potitur.

1624 XVI. *D. Anselmus a Panormo* anno 1624. magistratum iniit, quem optimi Pastoris opinione per triennium gessit, ejusque loco

XVII. *D. Cherubinus a Monteregali* præfectus est in Abbatem, qui & sequenti anno Visitator constitutus, ad suum Montisregalis regendum assumptus est. 1627

XVIII. *D. Stephanus a Panormo*, quod Prioris munere bis cum gloria administraverat, Abbatis dignitate auctus Cœnobium obtinuit. Sub eo Placidus Calà, Juris utriusque peritus Monasterio nostro montis proximi partem, ad clausuram longe, ac latè extendendam pro animæ suæ remedio concessit, ex actis Archangeli la Mammana Calatanix. die 25. Novembris 1630. [c]. Reliquam verò montis partem Stephanus noster (quæ juris alterius erat) congrua pecunia exoluta, comparavit, ut ex ejusdem actis sequenti anno. Rexit post hæc Stephanus usque ad 1632. ac Visitator renunciatus, multam suam operam in regendo S. Flaviæ Cœnobio probavit, indeque ad Gangium transiens, habuit successorem 1628 1630

[c] ibidem.

1631 1632

XIX. *D. Basilium a Mantua*, qui & ipse Visitator adlectus, per annum præfuit; post quem 1633

XX. *D. Aloysius à Neapoli* dignitatem assecutus, D. Gregorio à Regio Priori regimen dimisit. Elapso anno 1634

XXI. *D. Victorinus a Salerno* sufficitur; sed penes D. Franciscum Cajetano Priorem administratio stetit. 1635

XXII. *D. Silvester a Neapoli* Abbas per annum, quem mox 1636

XXIII. *D. Honoratus a Voloterra* excepit; Huic verò 1637

XXIV. *D. Innocentius a Catana* è Monast. S. Nicolai assumptus, subrogatur; qui tribus annis laudabiliter se gessit. 1638

Anno 1638. Generalis Capituli decreto D. Chrysostomus a Neapoli Prior Administrator constituitur, sed mox in Dieta

XXV. *D. Bertarius a Sarmoneta* Abbas, D. Paulus à Regali Prior Administrator renunciantur, paucisque elapsis mensibus 1641

XXVI. *D. Julianus a Patavio* Abbas, & Visitator Magistratum iniit, ac Prior D. David à Messana assumitur, mox post menses 1642

XXVII. D. *Hieronymus a Patavio* anno 1643. præfectus in Abbatem, anno expleto ad Militelli Cœnobium transfertur, ejusque loco 1643

XXVIII. D. *Franciscus Cajetano* Patria, & Cucullo Catanensis Abbatis munus suscepit, anno 1644. in quem annum donatio incidit à Raphaele Gambacorta nostro Cœnobio facta de omnibus suis bonis, ex tabulis Bartholomæi Ristuccia Calatanixec [d]. Sed & non multo post Raphael se ipsum consecrans, deinceps inter Monachos vivere statuit, atque ad mortem usque in Monasterio perseveravit [e]. Porrò Franciscus Abbas sequenti anno Visitator renunciatur, ac mox ad Cœnobium Gangii administrandum assumitur, tertio regiminis anno expleto. 1644

[d] Ex Tabul. Monaster. & Chron.

1645

[e] ibidem.

XXIX. *D. Dominicus a Neapoli* Abbas, & Visitator per menses, post quem 1646

XXX. D. *Bertarius a Sarmoneta* secundo hac Abbatia cohonestatur, sed mox renunciatus Visitator, D. Stephanum a Panormo Priorem Administratorem voluit, cessitque dignitatem 1647

XXXI. *D. Thoma a Regali*, qui elapso anno 1648

ad

Anno Christi

ad suum Montisregalis Monasterium assumitur; A interim verò D. Paulo a Regali Priori regimen committitur usq; ad novi Abbatis adventum.

1649 XXXII. *D. Rupertus à Florentia* Abbatis munus assumpsit per menses, post quem

1650 XXXIII. *D. Basilius à Florentia* dignitatem obtinuit, idemq; Paulus à Monteregali regimen Cœnobii tenuit; Basilio ad Militellum translato,

1651 XXXIV. *D. Gregorius à Patavio* Abbas constituitur, sed administratio D. Gratiano Romeo à Randatio S. Nicolai Alumno Priori defertur. Idem mox Visitator renunciatus, locum cessit B

1653 XXXV. *D. Paulo à Monteregali* jam dignitate Abbatiali insignito, qui per annum cum laude præfuit; de quo superius.

XXXVI. *D. Benedictus à Janua* per menses, post quem

1654 XXXVII. *D. Hortensius à Papia* hac Abbatia est decoratus; Hunc mox

1655 XXXVIII. *D. Claudius à Catana* S. Nicolai Monachus excepit, qui per annum benè administravit. Post Claudium

1656 XXXIX. *D. Jovita ab Urbe* sufficitur, sed Prioris munus D. Angelus à Messana gessit. C

1657 XL. *D. David à Messana* variis præfecturis, ac vitæ, & morum integritate insignis, anno eodem adeptus est hanc Abbatiam, ac Visitator mox renunciatus, sequenti anno ad Monasterium Militelli administrandum assumitur, ejusque loco ex decreto Patrum

1658 XLI. *D. Flavius à Randatio* Abbas, & mox Visitator constituitur, qui biennio confecto laudabiliter, locum cessit

1661 XLII. D. *Gratiano à Messana*, Hic per annum optime rexit; sed ad Gangii regimen translatus, successorem accepit D

1665 XLIII. *D. Franciscum à Messana*, qui ad annum 1665. curam gessit Abbatialem, magno Monasterii incremento, ac Regularis observantiæ nitore.

XLIV. *D. Pius à Panormo* præfectus in Abbatem, per annum optimè se probavit; sed mox

1666 XLV. *D. Bernardus à Vareo* Abbas renunciatur, sub quo D. Honoratus Columna à Menis professione Catanensis Prior regimen habuit. Idem Bernardus Visitator electus, sequenti anno E

XLVI. *D. Alexandro à Panormo* Abbatiam di-
1668 misit, qui mox illam cum Abbatia SS. Benedicti, & Aloysii Panormi commutavit. Quare

XLVII. *D. Dominicus à Montopoli* Magistra-
1669 tum iniit usque ad 1674. per sexennium, ejusque vices D. Paulus à Messana Prior gessit.

XLVIII. *D. Petrus Maria à Panormo* S. Martini Monachus è Monasterio Montisregalis
1675 translatus, noster Abbas anno 1675. constituitur, sed mox ad Gangium assumptus, locum, ac dignitatem F

1676 XLIX. *D. Francisco Maria à Perusio* dimisit; post quem

1677 L. *D. Michaelangelus à Neapoli* dignitate Abbatiali insignitur.

LI. *D. Placidus à Panormo* anno 1679. Abbas electus, per biennium Cœnobium administra-
1679 vit; inde ad illud Gangii assumptus est.

LII. *D. Joannes à Catana* Montisregalis Alu-
1681 mnus, qui ob mortem Zachariæ apud Piratas Turcas ad suum administrandum evocatur. Hinc

Anno Christi

LIII. *D. Alexandro à Neapoli* Abbatia defertur, sed regimine D. Severinus à Messana donatur, quod multis annis laudabiliter gessit. 1682

LIV. *D. Cherubinus ab Aversa* per menses, sed mox ad Fundronis Cœnobium translatus,

LV. D. *Alphonso à Nola* locum cessit, qui 1684
& ipse Fundronis Abbatiam per menses administraverat. Post Alphonsum

LVI. D. *Fortunatus à Mutina* Monasterium 1685
regendum assumpsit, cui post annum

LVII. D. *Terentianus à Parma* subrogatur; 1688
Hunc mox est subsecutus

LVIII. D. *Vitalis à Parma*, qui ambo in Ita-
lia substiterant, eorumq; vices D. Antonius Russo à Catana Montisregalis Alumnus implevit. 1692

LIX. D. *Ferdinandus Joenius* à Catana boni 1693
Pastoris partes gessit, sed post biennium ad S. Placidi assumitur.

LX. D. *Antonius à Catana* jam laudatus per 1695
annum, inde ad suum Montisregalis administrandum transfertur, e quo

LXI. D. *Joannes à Catana* ad nostrum regen- 1696
dum advenit, quod biennio integro magna bonitatis, ac prudentiæ laude tenuit.

LXII. D. *Prudentius à Messana* anno 1698. 1698
Abbatiam hanc obtinuit per annum; Mox post illum

LXIII. D. *Joannes Baptista a Montopoli* Ab- 1699
bas constituitur, cujus loco D. Melchior Mira à Panormo Prior Administrator regimen suscepit.

LXIV. D. *Hieronymus Pilo* Patria Panormi- 1704
tanus, vita, morum innocentia, ac lenitate præcipuus, ab anno 1704. ad 1708. optimè Magistratum gessit, moxque sufficitur

LXV. D. *Bernardus Maria de Comitibus* Roma- 1708
nus è Gangio translatus, ejusque vices D. Lucius à Syracusis Prior subiit per biennium, quo exacto

LXVI. D. *Romualdus Ferrarotto* patria, & 1710
professione Messanensis Abbas renunciatur, indeque ad S. Placidum transfertur, e quo

LXVII. D. *Severinus à Messana* ad nostrum 1711
assumitur, qui cum regulari observantiæ, ac Monasterii incremento totus incumberet, morte præventus, terram cum Cœlo commutavit anno 1713. De eo nos in notitia S. Placidi. 1713

LXVIII. D. *Maurus à Forolivio*, cujus loco
D. Dominicus à Panormo Prior administravit 1714
per annos duos, & sub sequente etiam

LXIX. D. *Michaele à Panormo*, de quo præ-
clara dicebamus in notitia S. Martini, cujus 1716
fuit Alumnus.

LXX. D. *Antonius à Catana* 2. vice, sed ob 1717
senectutem Panormi consedit. Post hunc Abbatiam consequitur

LXXI. D. *Dominicus Bononia* à Panormo ejus- 1719
dem Monasterii Alumnus, quam per triennium prudentia, optimisque moribus gessit, inde ad S. Mariæ Fundronis translatus.

LXXII. D. *Andreas a Neapoli* Abbas; sed 1722
ipsius vice regimen subiit D. Ignatius Notarbartolo, Cucullo, & Patria Catanensis, qui bonorum curæ jugiter intentus, Monasterium censibus auxit, agrosque innumeris beneficiis am-

Anno Christi

amplavit; cumque ex Pontificia dispensatione sexennio elapso, denuo administratione ejusdem donatus, majora moliretur, morte immatura sublatus est die 19. Julii 1730. Interim

1723 LXXIII. D. *Clemens a Surrento* Abbas constituitur; postquem

1725 LXXIV. D. *Joannes Baptista Miro a Neapoli* ab scientia, ac dignitatibus in Casinensi Congregatione obtentis, muneribusque cum gloria gestis satis notissimus sufficitur. Huic post annum

1726 LXXV. D. *Hippolytus a Neapoli* successit per annum etiam; indè

1728 LXXVI. D. *Dominicus Bononia a Panormo* 2.è Monasterio Fundronis assumptus, hac Abbatia insignitus, in ea administranda se plurimum probavit. Demum regimine abdicato, solo contentus titulo, sibi & Deo deinceps vivere statuit. Effulget morum præstantia, vitæ innocentia, atque in humanis literis eximia peritia.

Cœnobium S. Flaviæ magnifica structura decoratur, ac Oppido Calatanixectæ, ut diximus, insidens, ipsi in Aquilæ formam extructo, veluti corona superimminet. Ecclesia decenter ornata ad latus occidentale Monasterii exurgit, sed ultimam expectat manum. A septemtrione, ac oriente amplissima Clausura, ut ajunt, Cœnobium ambit, quæ vinetis, ac variis arboribus consita, jucundum præbet spectantibus oblectamentum.

Illustres viros habuit, quos inter Stephanum de Amore Patria Platiensem celebrem Oratorem, ac peritissimum Poetam, de quo noster Abbas Armellini in sua Bibliotheca Casinensi,

NOTITIA DECIMA

MONASTERII S. BENEDICTI MILITELLI VALLIS NETI.

Joanna Austriaca Caroli V. Imper. ex Joanne filio, (cui egregia in bellis facinora invictissimi nomen indidere) neptis, Francisco Brancifortio ex Magnatibus Hispaniarum, Petræpretiæ Principi, Militelli Marchioni, Fabritii Buteræ Principis primogenito nupta, hæreditaria pietate illustris, S. Benedicti Cœnobium sub ejusdem Beatissimi Patriarchæ Regula, & Casinensi Congregatione, munificentia verè regia, à fundamentis extruxit, ac primo 600. aureis, dehinc 1500. dotavit. Suffectum credit hoc Monasterium Pirrus alteri antiquissimo, sub titulo S. Mariæ, ejusdem Ordinis, quod condidit anno 1154. Manfredus Simonis Comitis filius Oppidi Dominus, ad 1500. passus in dissito loco nuncupato *il Pirato* [a]. At certè calamo cespitavit; idem enim ipse id Cœnobium in Oppido Mazareni extructum, paulò ante scripserat, atque fundationis diploma ex integro attulerat. Id etiam ex ipso loci nomine, quod in Oppido Mazareni ad nostra usque tempora perseverat, evincitur; cum aliundè nullus sit Militelli locus ad 1500. passus ab Oppido, qui Piratus denominetur.

[a] Not. Eccl. Syracus. lib. 3.

1614 Paulo V. igitur Rom. Pont. Philippo III. Hispaniarum, ac Siciliæ Rege, anno 1614. Franciscus mox laudatus, & Joanna, Gregorio Motta S. Nicolai de Arena Abbati, ac Seraphino Ferrerio Priori Catana Militellum evocatis, consilium de ædificando Benedictino Cœnobio communicarunt; qui eorum pia desideria probantes, ac suam operam ad rem perficiendam offerentes, Innocentium Ruffo Decanum, prudentia, ac in rebus gerendis dexteritate præditum, Romam pro Apostolica impetranda Bulla, ac Congregationis Casinensis consensu cum literis ejusdem Joannæ ad Cardinalem Farnesium direxerunt. Innocentius, cum omnia ad votum Romæ obtinuisset, Perusium contendit ad Casinenses Patres pro Dieta congregatos, cui Honoratus Scalisi S. Martini Alumnus præsidebat, atque ab iisdem facultate facilè, pro novo Cœnobio uniendo, exorata, Catanam rediit. Porro piissimi Principes extruendis commodis ædificiis pro Monachorum habitatione, pecunias, ac uncias 250. quotannis illis exolvere spoponderunt, locumque pro Ecclesia, Monasterio, & clausura liberè concessere. Vicissim verò, ut Monachos tresdecim tempore fabricæ teneretur Congregatio in Monasterio assignare, postularunt; omnesque gratias, libertates & privilegia Casinensis ejusdem Congregationis Militelli Cœnobio communicare; denique, ut facultas fundatoribus erigendi capellas pro sepultura suorum, tribueretur; ac missas pro eorum anima singuli Monachorum offerrent. Quæ omnia rogata sunt per acta Antonini Balbo publici Militelli die 12. Martii 1614. promittente de rato nomine Congregationis Seraphino Ferrerio jam dicto S. Nicolai Priore, & in Publico etiam Tabulario Universitatis Militelli exscripta, ac insinuata die decima tertia Martii ejusdem anni, juxta Regni sanctiones [b]. Jam Pontificis diploma hæc habet.

[b] Ex Tabul. Monaster. & Chron.

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Vicario Vener. Fratris nostri Episcopi Syracusani in spiritualibus Generali salutem, & Apostolicam Benedictionem. Ex debito Ministerii Pastoralis, &c. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii, Nobilis viri Francisci de Brancifortibus, Barresi, Speciali, & Santapao, Principis Petrapertia, & Marchionis Terra Militelli Vallis Nothi, Syracusanensis Diœcesis, & nobilis Mulieris Joanna de Austria conjugum, Definitorum Congregationis Casinensis Ordinis Sancti Benedicti petitio continebat, quod ipsi Franciscus, & Joanna propaganda religionis zelo ducti, & ob eum, quem erga Sanctum Benedictum, illiusque Ordinis Monachos gerunt, devotionis affectum, in dicta terra, qua in illis partibus satis insignis, ingentique Populi multitudine referta est, ac aeris salubritate, & agri

agri amœnitate fruitur, unum ordinis ejusdem Sancti Benedicti Congregationis Casinensis Monasterium, quod inibi plurimum desiderari videtur, pro unius Abbatis, & competentis Monachorum ipsius Ordinis numeri, perpetuis usu, & habitatione, ut infra, construi, ac erigi, & institui exoptarent, firma spe freti, quod Religiosi in eo introducendi eorum exemplari vita, & sana doctrina, ejusdem terræ incolas, & habitatores, aliosque Christi fideles, ad devotionem, pietatem, & religionem excitarent, salubriterque dirigerent. His igitur, & aliis rationabilibus causis adducti, cupientes terrena, & caduca in cœlestia & æterna bona felici commercio commutare, ad constructionem Monasterii hujusmodi sub Capitulis, pactis, & conditionibus, infrascriptis inter eos & dilectum filium Seraphinum Ferrari Priorem Monasterii S. Nicolai de la Rena nuncupati, Cathaniensis, ejusdem Ordinis, & Congregationis ad præmissa nomine totius Ordinis, & Congregationis cum auctoritate, & mandato dilecti Filii Gregorii la Mota Abbatis ejusdem Monasterii Sancti Nicolai interveniente, reservato nostro, & sedis Apostolicæ beneplacito, initis; quod scilicet ipsi Franciscus Marchio, & Joanna Ordini, & Congregationi præfatis, situm, seu solum, la Chiusa di Giovanni Antino, alias di Geronimo Tutino nuncupatum in dicta terra, juxtà suos notissimos confines situm, ad constructionem Monasterii prædicti peropportunum, atque capacem dare, & concedere, ac præterea pro Monasterii erigendi hujusmodi fundatione, annuum, & perpetuum redditum ducentarum, & quinquaginta unciarum monetæ illarum partium, summam quadringentorum ducatorum auri de Camera, vel circiter constituentium, quandocumque pro solutione tantæ pecuniarum quantitatis in bonis stabilibus, seu censibus annuis investienda, ex quorum fructibus, & redditibus annuis similis redditus quotannis percipi possit, & quæ in eventum redemptionis, annui, & perpetui redditus hujusmodi, apud mensam nummulariam publicam communitatis, seu civitatis Panormitanæ ad effectum illius conversionis in emptionem tot proprietatum, & bonorum, quorum annui proventus ad prædictum redditum annuum, & perpetuum ascendant, deponi debeant; nec inde ad alium effectum, quam conversionis hujusmodi, quæ non nisi cum interventu ipsorum Francisci Marchionis, & Joannæ, aut hæredum, & successorum suorum fieri queat, ex quavis urgenti, & urgentissima causa per Abbatem, & Conventum Monasterii, ut præfertur, construendi, pro tempore existentes, etiam in vim cujusvis privilegii, ac literarum Apostolicarum in contrarium forsan concessarum, extrahi possit, super omnibus, & singulis eorum bonis mobilibus, stabilibus, allodialibus, feudalibus, & præsertim dictæ Joannæ dotalibus, eique in dotem per carissimum in Christo filium nostrum Philippum Hispaniarum Regem Catholicum ejus consanguineum assignatis, eidemque Francisco Marchioni ejus viro, ex contractu Matrimoniali traditis, & consignatis, assignare, & præterea tàm ipsi, quam eorum hæredes, & successores præfati in casu redemptionis præfatæ, id per sex menses antea Abbati, & Conventui Monasterii, ut præfertur construendi, pro tempore existentibus, saltem oretenus significare, ipsaque Joanna pro præmissorum cautela, & securitate, hujusmodi assignatione, seu dispositione, quibuscumque aliis dispositionibus, quæ per eam, tam in vita, quam in articulo mortis fieri contigerit, jure prioritatis, & potioritatis præferre, & præponere, & insuper ipsi Franciscus Marchio, & Joanna ultra redditum, & alia præmissa, statim post acceptationem conditionum hujusmodi à Præsidentibus, & regimento ipsius Congregationis, vineam viginti mille vitibus pro eodem Monasterio sic erigendo plantare, eamque eo ipso, quo fructus producere cœperit Monasterio construendo hujusmodi pro Abbatis, & Conventus in eo pro tempore commorantium subventione assignata sit, & esse censeatur, per sex annos continuos diligenter coli facere teneantur, pacto subjuncto, quod ipsius Monasterii construendi hujusmodi Abbas, & Conventus, redditu præfato, ut præfertur, assignato a die acceptationis capitulorum, & conventionum hujusmodi, modo, quo supra, facta, seu facienda, quo ad summam centum unciarum, & quo ad reliquum ejusdem reditus a die capitulorum, & conventionum hujusmodi confirmationis gaudere incipiant, & continuare debeant, annuusque redditus hujusmodi, tam quo ad summam centum unciarum præfatarum, pro prioribus sex annis, quam sexennio elapso, quo ad integram illius summam, in fabricam ipsius Monasterii erigendi, juxtà ipsum, & formam descriptas, ac in situ, seu solo ad id assignato, donec illa absoluta fuerit converti, & erogari debeat, ipsaque Congregatio expensas quascumque pro licentia Ordinarii loci desuper obtinenda, & aliis in præmissis necessariis, absque eo, quod ab eis quibuscumque propterea ab annuo redditu hujusmodi, qui integrè in fabricam præfatam erogari debeat, ut præfertur, detrahi possit, in ipso quoque Monasterio construendo statim, postquam illius fabrica incepta, & ad id capax fuerit, duo Ordinis, & Congregationis hujusmodi Monachi Sacerdotes cum suis servientibus, quibus interim præfati Franciscus Marchio, & Joanna, eorumque hæredes, & successores alimenta, nempe victum, & amictum, donec fabrica præfata absoluta fuerit, subministrare teneantur, moram trahere; fabrica verò hujusmodi absoluta, tresdecim eorumdem Ordinis, & Congregationis Religiosi, comprehensis Abbate, cæterisque officialibus, in eo continuo commorari debeant, & ubi hujusmodi numerus completus non fuerit, ipsi Franciscus Marchio, & Joanna, eorumque hæredes, & successores possint absque alicujus Judicis, aut Curiæ Ecclesiasticæ mandato, ex redditu, ut præfertur, assignato, seu illius loco subrogando deficientium, ratam toties, quoties id successerit, detrahere, illamque tanquam propriam in usus sibi benevisos convertere, & casu, quo ipsi Franciscus Marchio, & Joanna, aut alii ex eorum familia descendentes, dotem hujusmodi Monasterii sic erigendi, aut illius redditus auxerint, Abbas, & Conventus ipsius Monasterii erigendi pro tempore existentes, Religiosorum numerum proportionabiliter, nempe ad ratio-

rationem viginti quinque unciarum pro quolibet Religioso similiter augere teneantur, fabrica verò Monasterii construendi hujusmodi absoluta, atque introductis in eo Religiosis & Monachis, omnia divina officia, ac sacrificia ad salutem animarum, & corporum dicti Francisci Marchionis, & Joannæ, quamdiu ipsi superstites fuerint, illisque defunctis in peccatorum suorum remissionem, & expiationem celebrari debeant; ulterius teneantur Abbas, & Conventus ipsius Monasterii construendi singulis diebus, ad id juxta Rubricas Missalis non prohibitis, perpetuis futuris temporibus, duas decantatas Defunctorum Missas, ultrà solitam Missam Conventualem, ibidem pro animabus ipsorum Francisci Marchionis, & Joannæ, eorumque hæredum salute, & refrigerio, ac peccatorum suorum remissione celebrare, ita quod si occurrentibus aliquando in hebdomada aliquibus Festivitatibus, Missæ pro Defunctis hujusmodi celebrari non possent, eo casu Abbas, & Conventus Monasterii erigendi alias Missas, & sacrificia in Ecclesia ipsius erigendi Monasterii celebranda ad salutem dictorum Francisci Marchionis, & Joannæ adscribere teneantur, Missaque hujusmodi, si aliquando aliquod ex Altaribus ipsius Ecclesiæ ex Sedis Apostolicæ indulto privilegiatum fuerit, ad illud celebrari debeant. Præterea, Abbas, & Conventus Monasterii erigendi hujusmodi in Missarum, aliorumque divinorum officiorum hujusmodi celebratione juxtà consuetum, particularem memoriam ipsorum Francisci Marchionis, & Joannæ in eorum orationibus facere, & pro eorum salute juxta regulare eorum institutum, & ut pro similibus fundatoribus, tam in vita, quam in morte fieri consueverit, orare teneãtur; quo circa Francisco Marchione, & Joanna, eorumque hæredibus, & successoribus præfatis in Ecclesia Monasterii construendi hujusmodi, quam præfati Franciscus Marchio, & Joanna pro eorum Ecclesia, & Capella elegerunt, quascumque Capellas, & Tumulos, seu Sepulturas sibi benevisas construere, & erigere, & ad eas suorum Antecessorum cadavera, seu corpora ubilibet sepulta, quandocumque transferri facere liceat. Abbas quoque & Conventus Monasterii construendi hujusmodi, illudque numquam deserere, nec illius redditus hujusmodi perpetuos pro ipsius Monasterii dote, & Abbatis, & Monachorum in eo pro tempore degentium substentatione, & manutentione remaneant, & si aliquando Abbas, atque Conventus præfati illud deserere, & alio se transferre, aut redditus hujusmodi alii Monasterio applicare tentaverint, eo casu ipsi Franciscus Marchio, & Joanna, eorumque hæredes, & successores propria auctoritate, Monasterium construendum hujusmodi, illius bona, & redditus, alicui alteri Religioni eis benevisæ de licentia Sedis Apostolicæ concedere, & assignare possint, & debeant; ipsisque infra tempus eis ab Ordinario præfigendum id facere negligentibus, idem Ordinarius alios Religiosos in Monasterium noviter construendum hujusmodi ad sui libitum introducere possit, & valeat: postremò ipsi Franciscus Marchio, & Joanna redditus præfatos statim post acceptationem hujusmodi capitulorum, & conventionum per Præsidentes Or-

A *dinis, & Congregationis hujusmodi faciendam, assignare, et si ex aliqua mortalitatis, aut alia causa numerus Religiosorum Ordinis, & Congregationis præfatorum in Regno Siciliæ ita minui contigerit, ut ex Religiosorum defectu aliqua Ordinis, & Congregationis hujusmodi Monasteria Regni præfati deserenda venirent, eo casu Monasterium, ut præfertur, construendum hujusmodi numquam deseri, sed perpetuo, & omni futuro tempore manuteneri teneantur; demum dictum Monasterium, ut præfertur, erigendum,*
B *omnibus, & singulis dignitatibus, præeminentiis, honoribus, privilegiis, & aliis gratiis à quibusvis Romanis Pontificibus, successoribus nostris, Regibus quoque, atque Principibus temporalibus, & Ecclesiasticis, quibuscumque aliis eorumdem Ordini, & Congregationi concessis, decorari, atque illustrari, in eo particulariter unus Abbas, unus Prior, unus Decanus, unusque Cellerarius, aliique Officiales, & Dignitates, qui in singulis aliis Ordinis, & Congregationis hujusmodi Monasteriis manutenere consueverunt, manuteneri debeant, devenire decreverunt; cum*
C *autem sicut eadem petitio subjungebat, præmissa in Divini Cultus augmentum, & Religionis propagationem, tendere dignoscuntur, & præterea tam Franciscus Marchio, & Joanna, quam Definitores præfati cupiunt illa omnia, & singula per nos approbari, & confirmari, sibique licentiam Monasterium hujusmodi, ut præfertur, construendi concedi, & post quam illud constructum, atque ad debitam clausuram redactum fuerit, in Monasterium Ordinis, & Congregationis præfatorum, ut præfertur, erigi, &*
D *institui, illique sic erecto, & instituto, annuum & perpetuum redditum præfatum pro illius dote, ac Abbatis, & Monachorum in eo pro tempore commorantium substentatione, onerumque illis incumbentium supportatione, perpetuo applicari, & appropriari, pro parte Francisci Marchionis, & Joannæ, ac Definitorum præfatorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui votis Christifidelium quorumlibet, Monachorum, ac Altissimo*
E *sub suavi Religionis jugo famulantium præsertim, libenter annuimus, quique inter cætera nostra desideria, ut hæc Religio palmites suos ubique, lateque diffundat, nostris potissimum temporibus sinceris exoptamus affectibus, præfatum Franciscum Marchionem, & Joannam, ac Definitores præfatos, ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel cau-*
F *sa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, nec non capitulorum, & conventionum præfatorum, ac scripturarum desuper confectarum tenores etiam veriores, ac datas, nec non situs, seu soli, & aliorum bonorum præfatorum situationes, confines, vocabula, denominationes, qualitates, nuncupationes, invocationes, ordines, fructus, & alia hic de necessitate exprimenda, præsentibus, pro expressis habentes, ac certam*

de præ-

de præmissis notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si ita est, capitula, & conventiones hujusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta, licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, & Concilio Tridentino minimè contraria, auctoritate nostra approbes, & confirmes, eisque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicias, omnesque, & singulos tam juris, quam facti, ac solemnitatum, & alios quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quemlibet intervenerint, eadem auctoritate suppleas, necnon eisdem Francisco Marchioni, & Joannæ Monasterium hujusmodi, ut præfertur, construendi licentiam, & facultatem concedas, & impartiaris, ipsumque Monasterium ex nunc postquam, ut præfertur, constructum, & ad debitam Clausuram redactum fuerit, in Monasterium Ordinis, & Congregationis præfatorum sub invocatione ejusdem Sancti Benedicti, atque in eo unam Abbatialem dignitatem Conventualem, nec non administrationes, & officia Claustralia solita pro unius Abbat. de triennio in triennium in Capitulo Generali ipsius Congregationis, vel alias, juxta illius ritus, mores, & laudabiles consuetudines eligendi, per quem Monasterium ipsum, ut præfertur, construendum ad instar aliorum Monasteriorum Ordinis & Congregationis hujusmodi, regi, & gubernari debeat, & Conventus ad minus tresdecim Monachorum Ordinis, & Congregationis præfatorum, comprehensis Abbate, & his qui pro tempore administrationes, & officia claustralia hujusmodi obtinuerint, seu exercuerint, qui ibidem in humilitatis spiritu, & pia vita studiis perpetuò, Altissimo famulatum impendere, nec non Conventuales, & alias Missas præfatas, horasque canonicas, tam diurnas, quam nocturnas, cæteraque Divina officia singulis diebus celebrare, & recitare, ac alias Ecclesiæ Monasterii hujusmodi, ut præfertur, erigendi in divinis laudibus deservire, nec non quæcumque præfata, & alia illi incumbentia onera supportare, & adimplere debeant perpetuis usu, & habitatione, cum mensa communi, claustro, refectorio, dormitorio, cœmiterio, campanili, campanis, hortis, hortalitiis, cæterisque officinis necessariis perpetuò sine alicujus præjudicio, & dummodò servetur forma decreti felicis recordationis Clementis Papæ Octavi Prædecessoris Nostri, super erectione novorum Monasteriorum editi, dicta auctoritate erigas, & instituas, illudque sic erectum, & institutum eidem Congregationi, illiusque pro tempore existentis Vicarii Generalis visitationi, & correctioni perpetuò subjicias, ac illi sic erecto, & instituto, & communi illius mensæ, pro illorum dote, ac Abbatis, & Conventus ejusdem Monasterii erigendi pro tempore existentium substentatione, onerumque præfatorum supportatione, annuum, & perpetuum redditum, ducentarum, & quinquaginta unciarum, per Franciscum Marchionem, & Joannam præfatis assignatum, seu assignandum, perpetuò applices, & appropries, ita quod liceat Abbati, & Conventui Monasterii noviter erigendi præfati, pro tempore existentibus, redditibus hujusmodi, & illius proprietatum, rerum,

A *& bonorum, veram, realem, actualem, & corporalem possessionem pro se, vel alium, seu alios Monasterii noviter erigendi, & Conventus, mensæ hujusmodi nominibus apprehendere, & apprehensum retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus quoscumque percipere, exigere, levare, locare, dislocare, & arrendare, ac in suos, nec non Monasterii noviter erigendi, & Conventus mensæ communis præfatorum usus, utilitatem, & necessitates convertere, Diœcesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minimè requisita, ac insuper Monasterio sic erecto, & institu-*
B *to, illiusque Abbati, & Conventui, ac personis in eo pro tempore existentibus, & degentibus, omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibusque, prærogativis, favoribus, concessionibus, indulgentiis, cæterisque gratiis, tàm spiritualibus quàm temporalibus, aliis Ordinis, & Congregationis præfatorum Monasteriis, atque Regularibus locis, illorumque Abbatibus, & Conventibus, ac personis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores*
C *nostros, ac Nos, & sedem eamdem, aut illius Legatos, seu Nuntios, aut alios quomodolibet concessis, & concedendis, ac quibus illa, eorumque Abbates, aliique Superiores, & Conventus utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodò sint in usu, nec sacris Canonibus, aut dicti Concilii decretis contraria, similiter, & pariformiter, & absque ulla prorsùs differentia uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licitè valeant, eadem*
D *auctoritate indulgeas; decernendo præsentes literas nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quovis alio defectu, etiam ex eo, quod causæ, propter quas emanarunt, coram dicto loci Ordinario verificatæ, approbatæ non fuerint, vel alias ex quavis causa notari, impugnari, invalidari, aut in jus, vel controversiam vocari, vel ad terminos juris reduci, seu adversus eas, quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, aut etiam motu proprio concedi posse,*
E *neque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & quoscumque Romanos Pontifices successores nostros, etiam in crastinum assumptionis eorumdem successorum ad Throni Apostolatus apicem, vel alias etiam motu simili, & consistorialiter, ac de S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, pro tempore existentium consilio, sub quibuscumque tenoribus, verborum formis, & quibusvis causis pro*
F *tempore faciendis, etiam si de illis, & eisdem præsentibus, eorumque toto tenore, ac data, specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, nisi Congregationis, & illius Definitorum, ac aliorum superiorum ad id expressus accesserit assensus, nullus comprehendi, sed tamquam in Divini cultus Religionis, & bonorum operum augmentum tendentes, semper, & omnino ab illis exceptus, & quoties illa emanabunt toties in pristinum, & validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum resti-*

tuas,

Anno Christi

tuas, rependi, & plenariè reintegres, ac de no- A
vo etiam sub quacumque posteriori data, quando-
cumque eligenda, concessas esse, ac fore, ac suos
plenarios, & integros effectus sortiri, & obtine-
re, ac omnibus ad quos spectat, & pro tempore
spectabit firmiter, & adimpleri debere, sicque,
& non aliàs per quoscumque judices, & Com-
missarios quavis auctoritate fungentes, etiam
Causarum Palatii Apostolici auditores, ac ejus-
dem S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de
latere Legatos, ac dictæ Sedis Nuntios sublata
eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, in- B
terpretandi facultate, & auctoritate, ubique ju-
dicari, & definiri debere, irritum quoque, &
inane, si secus super his a quocumque quavis au-
ctoritate scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari. Non obstantibus &c. Dat. Romæ apud S.
Mariam Majorem; anno Incarnationis Domini-
cæ 1614. quarto decimo Kal. Febr. Pontificatus
nostri anno Decimo &c.

Huc usque Pontificium Diploma.

1614 Capitula interim fundationis probata à
Congregatione Casinensi Perusii per acta Bal- C
thassaris Salvii publici Not. Perus. die 27. Apri-
lis, eodem anno sub certa conditione, Princi-
pibus Francisco, & Joannæ minimè arriserunt,
quare nova eorumdem ratificatio juxta men-
tem fundatorum Bononiæ in Generali Capitu-
lo per acta Herculis de Castellanis, Pontifi-
cia, & Imperiali auctoritate publici Notarii
die 20. Januarii 1615. accessit.

1615 I. Abbas D. *Seraphinus Ferrerius* Cucullo,
& Patria Catanensis designatur, Innocentius
verò Russo, & ipse Catanensis Alumnus fit D
Prior, & Valeriano de Franchis Matheseos pro-
fessori cura delineandi Cœnobium demanda-
tur. Mox Bullis Apostolicis in Regno exscri-
ptis, pro illis Regiæ Exequutoriæ expediun-
tur die 24. Octobris 1615. atque ab Generali
Vicario Syracusani Episcopi, Apostolico De-
legato in causa executioni mandantur. Mona-
sterii dehinc constructioni juxta Valeriani ar-
chetypum manus admoventur, bis mille au-
reis pro fundamentis ex ejusdem Joannæ libe-
1616 ralitate expensis, die 8. Septembris anno 1616. E
Primus ædificii lapis multis cæremoniis sacer
solemni pompa ab Abbate S. Nicolai Gregorio
Motta, pro Ecclesiæ structura ponitur, ipso
Francisco, & Joanna fundatoribus, ac vigin-
ti Monachis comitantibus, in qua quidem ce-
lebritate, ejusdem Joannæ, & Francisci fervor
ingens, ac munificentia enituit.

II. *D. Mauritius a Mantua* secundus Abbas
post Seraphinum à Congregatione eligitur,
1618 post quem anno 1618.

III. *D. Alexius a Guidizzolo*, cui etiam F
post paucos menses

1619 IV. *D. Desiderius a Mediolano* sufficitur.
Hi omnes in Italia substiterunt. Interim Cœ-
nobii, atque Ecclesiæ structura in dies creve-
rat, adeò ut anno 1619. die 5. Octobris

V. *D. Theodosio Mastitio* à Catana S. Nicolai
Alumno Abbate, SS. Eucharistiæ Sacramentum
in Ecclesiam primo illatum, magno Populo-
lorum, undique confluentium concursu, pu-
blico cultui exponitur. Idem mox Abbas ex
actis Antonini Balbo Not. Militelli sub die 15.
Febr. Judicem Conservatorem Monasterii D.
Antoninum Salerno, majoris Ecclesiæ S. Ni-
colai Beneficialem elegit.

VI. *D. Venantius ab Urbe* anno 1620. post 1620
hunc

VII. *D. Basilius a Parma* per menses.

VIII. *D. Constantinus a Nola* anno eodem.

IX. *D. Victorinus ab Imola*, cujus vices lau-
datus Innocentius Russo Congregationis Can- 1621
cellarius ex decreto Patrum subiit, ac Mona-
sterii ædificia impigre est prosecutus, usque
ad annum 1626. Interim

X. *D. Theophilus a Placentia* Abbas desi-
gnatur anno 1622. 1622

XI. *D. Michael à Messana* sequenti anno,
qui etiam in suo S. Placidi Cœnobio remansit. 1623

XII. *D. Philippus à Venafro* per menses.

XIII. *D. Chrysostomus à Florentia* anno
1623. qui in Italia substitit; ejusque loco D. 1624
Martinus à Panormo Prior, Monasterii curam
egit per biennium.

XIV. *D. Chrysostomus a Mutina* per men-
ses aliquot, post quem

XV. *D. Paulus Camillus a Placentia* anno
1625. Prior verò, & Administrator Monaste- 1625
rii idem D. Martinus, quo agente Serenissi-
ma Joanna ab Austria dotem, jam à prima fun-
datione collatam, octincentis sexaginta au-
reis auxit, atque Iziræ amplum terrarum te-
nimentum adjecit, voluitque, ut deinceps
20. Monachorum Collegio Monasterium in-
strueretur. His non contenta celeberrimam
tota Sicilia Bibliothecam 1500. voluminibus
cujusque scientiæ refertam, ac dotem pro ea-
dem bis mille aureorum, quolibet anno, le-
gavit; quam publico etiam Oppidanorum com-
modo expositam voluit, ut ex ipsius elargitio-
nis Instrumento die 22. Decembris 10. Indict.
1626. in actis Massimi Passaro Neapolitani ex- 1626
scripto, ac registrato*. Hæc autem licet no- * Ex Tabul. Monast.
stris irrevocabiliter concessa, a morte ejusdem
Joannæ, Margaritæ Austriacæ filiæ Friderico
Columnæ Principi Paliani nuptæ cessit, a qua
Clericis Regularibus Theatinis Urbis Neapo-
lis legatur.

XVI. *D. Innocentius Russo* à Catana 2. vi-
ce anno 1627. Cœnobium regendum suscepit, 1627
qui ab eadem Serenissima Joanna variis SS. re-
liquiis pro Monasterii concinnando sacrario
donatur, quas inferius recensemus. Præfuit
per annum.

XVII. *D. Leo a Tudera* anno integro Ab- 1628
batiam tenuit, cura verò, & regimen penes
Joannem Baptistam à Messana Priorem stetit,
qui etiam novis SS. Reliquiis ex dono ejusdem
fundatricis Ecclesiam ditavit, tenuitque ad-
ministrationem etiam sub successore

XVIII. *D. Candido a Senis*, cui in Abba- 1630
tia anno 1630.

XIX. *D. Joannes Baptista a Montopoli* subro-
gatur; Administratorem verò Patres in Capi-
tulo Thomam à Panormo Priorem elegerunt.

Hoc ipso anno die 8. Febr. Neapoli Joanna
ab Austria penè sexagenaria, febre sublata, in
Ecclesia Clericorum Regularium Theatinorum
in

Anno Christi in suburbio Plaggæ vulgo *Chiaja* ab ipsamet A
magnificentissimè ædificata sepelitur; ejusque
funus splendidè, ut decebat, Militelli in S.
a Ex Mon. Chron. Benedicti Templo à nostris etiam curatur[a].
Post biennium
1632 XX. *D. Isidorus a Florentia*, & mox in
Capitulo
XXI. *D. Flavius a Patavio* Abbas desi-
gnatur; Huic verò uno, & altero anno exa-
cto 1634.
1634 XXII. *D. Placidus a Maugnano* successit;
sub quo D. Paulus à Monteregali cum omni- B
moda potestate Priorem egit.
1635 XXIII. *D. Odoardus a Parma*, cui post
annum
1636 XXIV. *D. Joseph a Neapoli*, qui & ipse
Cœnobium non invisit, ejusque vice D. Fran.
ciscus Caetano à Catana Prior, S. Nicolai Mo-
nachus liberas nanciscitur habenas integris
duobus annis; iisque elapsis
1638 XXV. *D. Joannes Baptista a Neapoli* Abbas
electus, Aurelio à Nicosia Priori Administra.
tori regimen dimisit. C
1639 XXVI. *D. Franciscus a Catana* jam lauda-
tus Abbatiali dignitate exornatus 2. Cœnobii
hujus gubernationi admovetur an. 1639. post
quem
1640 XXVII. *D. Aloysius a Neapoli* ex Capitu.
li decreto, & mox sequenti anno
1641 XXVIII. *D. Flavius a Patavio*, & ipse 2.
vice hac donatur Abbatia, cujus loco D. Mau.
rus ab Hibla Prior res Monasterii administra-
vit, usque ad annum 1646. Interim vero
XXIX. *D. Hieronymus a Patavio* Abbas D
fuit designatus, & post hunc
1645 XXX. *D. Arnaldus a Patavio* sub quo an-
1646 no 1646. D. Marcus à Panormo Prior Admini-
strator fuit.
1647 XXXI. *D. Angelus à Mantua* Abbas, Prior
vero D. Julius Marchesana à Catana S. Nico-
lai Alumnus.
1648 XXXII. *D. Angelus à Cesena*, cui subro-
gatur sequenti anno
1649 XXXIII. *D. Joannes Baptista a Brixia*,
& mox per Dietæ decretum E
1650 XXXIV. D. *Robertus a Senis* per menses.
1651 XXXV. D. *Basilius a Florentia* per annum.
1652 XXXVI. *D. Stephanus a Mediolano*, quo
Abbate D. David à Messana Prior cum admi-
nistratione eligitur. Hic quosdam terræ tra-
ctus de Saracino appellatos, a Paschale Civa-
glia aureis 1200. exolutis, emit, ac Mona-
sterii censum non minimum auxit anno 1653.
1653 Sed interim per Dietam
1654 XXXVII. *D. Hieronymus a Ravenna* Ab-
bas designatur, qui biennio post factus Visi- F
tator, alibi præfuit.
1655 XXXVIII. *D. Pius a Panormo*, de quo in
notitia S. Martini, optimè rexit. Hic cum
Excellentissima Margarita ab Austria conve-
nit, ut pro majori Cœnobii bono, ac Divini
cultus augmento liceret Abbatibus pro libito
Militellum petere, ibique cum suis Monachis
commorari; id quod vetitum fuerat, ac in
ipsa fundatione cautum, quo usque ædificiis
b Ex Mon. Tabul. & S. Nicolai de Arena. Monasterium instrueretur[b]; sed jam

XXXIX. D. *Carolus a Neapoli* Abbas de- Anno Christi
signatur; cui statim post menses subrogatur
XL. *D. Petrus ab Urbe* Abbas, & Visitator. 1656
Huic post annum successit
XLI. *D. Gratianus Romeo* à Randatio S. 1657
Nicolai Monachus ex Generalis Capituli de-
creto, qui cum Catanæ administrando suo
professionis Cœnobio perstitisset, apud Mo-
nasterii Patronos delatus, cum iisdem diù con-
tendit, ac minimè[c] ad residendum teneri, c Ibidem.
tandem illis persuasit.
XLII. *D. Felix a Papia* integro anno Ab- 1658
batiam tenuit.
XLIII. *D. Hieronymus a Mediolano*, ob cu- 1659
jus absentiam D. David à Messana, & ipse Ab-
bas ad Cœnobii regimen assumitur.
XLIV. *D. Angelicus a Ferrara* Abbas anno
1660. 1660
XLV. *D. Honoratus a Placentia*, sub quo 1661
D. Angelus à Messana Prior Administrator eli-
gitur.
XLVI. *D. Basilius a Mediolano*, cui D.Ho- 1663
noratus à Menis, alias à Catana, Prior datur; 1666
post triennium
XLVII. *D. Claudius a Catana* S.[t] Nicolai 1669
Alumnus, Abbas renunciatur.
XLVIII. *D. Cæsar Gotto a Messana* laudabi-
liter præfuit per annum
IL. *D. Gratianus a Messana*, qui & se- 1670
quenti anno Visitatorem egit in Provincia Si-
cula, eique post biennium
L. *D. Andreas a Ferraria* subrogatur, sed 1671
administratio Monasterii D. Honorato a Cata.
na conceditur, qui solertia quam maxima ter-
ritorium, cui nomen *Gurferi*, unciis 4650.
Principi D. Joseph Branciforti, Buteræ, ac
Militelli Domino exolutis, obtinuit, per acta
Francisci Landolina Mazarin: die 7. Martii
1671.[d] d Ex Tabulis Monasterii.
LI. *D. Stephanus a Messana* bene rexit per 1672
annum.
LII. *D. Odoardus a Parma*. Sub eo admi-
nistravit Cœnobium D. Jacobus a Panormo 1673.
Prior. Hic opera Honorati a Catana Montis-
regalis Abbatis usus, ab ill. Dominico Colu-
mna, prædium, ac Territorium, de Ambe-
lia nuncupatum, exoravit sub onere aureo-
rum mille, unicà tantum vice ill. Mariæ Cus-
man, & Columnæ exolvendorum; quo Mo-
nasterii bona, ac redditus evexit[e]. e Ibidem.
LIII. *D. Joannes a Mutina*, cui post aliquot
menses 1674
LIV. *D. Adeodatus a Regio* Abbas suffici- 1675
tur; regimini verò Stephanus Lazari a Cata-
na Prior Administrator admovetur.
LV. *D. Franciscus a Gravina* per annum,
sub quo idem Stephanus rexit.
LVI. *D. Petrus a Parma*, & ipse integro
anno, post quem eligitur 1676
LVII. *D. Petrus Maria a Panormo*. Sub
eo crevit Monasterium, cum Censibus, tum 1677
ædificiis, sed post biennium illi subrogatur
LVIII. *D. Honoratus Columna* a Catana, 1779
qui ab se antea instituta, cum adhuc Prior
esset, perfecit, ac summo Cœnobii bono inte.
gris duobus annis rexit.

Anno Christi

LIX. *D. Stephanus a Messana* 2. vice per triennium optimè præfuit.

1681 LX. *D. Ferdinandus Joenius* à Catana; quo 1684 agente quibusdam terræ tractibus, aureis mille emptis, prædium Ambeliæ crevit. Præfuit laudabiliter pene quatuor annis; indè ad suum S. Nicolai translatus.

1688 LXI. *D. Benedictus à Mutina* Abbas. Prior verò Administrator D. Paulus à Monteregali, hujus Monasterii Alumnus, qui in ædificiis provehendis, ac Monasterio instruendo maximè adlaboravit.

1690 LXII. *D. Joannes à Catana*, Montisregalis Monachus, Æs Campanum sacravit, cui post biennium

1692 LXIII. *D. Archangelus à Messana* successit, Huic etiam elapso anno

1693 LXIV. *D. Gratianus à Bononia* subrogatur, sed Cœnobii administratio penes Antonium Russo à Catana Priorem stetit annis tribus. Per hæc tempora terræmotus ingens Monasterium concussit, ac non modicum ruinis affecit, Templo scilicet quassato, atque orientis dormitorio paulò ante expleto, pene diruto.

1696 LXV. *D. Clemens ab Urbe*. Eo Abbate D. Placidus Costa à Messana, vir utique eximius, Prior Monasterii regimen tenuit, ac ædificia collapsa reparavit, cumque alia moliretur, morte ibidem sublatus est.

1698 LXVI. *D. Gregorius a Mutina* Abbas. Prior Administrator D. Claudius Mollica a Messana, qui prædecessoris Placidi inhærens vestigiis, in Cœnobio instaurando, viam quoque universæ carnis Militelli ingreditur.

1699 LXVII. *D. Camillus Mancini* a Catana, à prudentia, & dexteritate, ac morum præcipua lenitate commendatus, magno Monasterii incremento præfuit.

1702 LXVIII. *D. Flavius à Terrana*, cujus vices D. Lucius Bonanno à Syracusis Prior gessit, & per triennium extruendo orientali, & septentrionali dormitorio, semper intentus, Ecclesiæ etiam titulum magnificis ædificiis à fundamentis erexit, quod imperfectum reliquit. De Lucio in not. S. Nicolai, cujus fuit Alumnus.

LXIX. *D. Benedictus Asmundo* à Catana Abbas, & Visitator, è Monasterio S. Placidi translatus. Hic prospectum Monasterii à meridie ornavit, ut nil possit augustius intueri; Ambeliæ territorium Aquæductibus ædificatis nobilitavit, Cœnobium supellectili, Sacrarium sacris vestibus instruxit. Ad S. Nicolai regimen assumpto

1703 LXX. *D. Camillus à Catana* successit 2. vice, qui commodas pro Abbate ædes instituit, sed infirma valetudine Catanam digressus, ibidem piissime, ut vixerat, decessit. De eo, in Mon. S. Nicolai

1708 LXXI. *D. Archangelus Carbone* à Panormo, scientia, integritate, ac prudentia nulli secundus, præclare Monasterio, ac Monachis consuluit, Terris propè Cœnobium, ad construendas Domos, Civibus concessis; rexit per triennium, cumque majora expectarentur, morbo correptus, mortalitatem exuit.

1709 LXXII. *D. Benedictus Conte* à Messana, ejusdem Monasterii Alumnus, cum Gangii Prior esset, Abbas renunciatus, in itinere, senectute, ac laboribus confectus, apud Mylas decessit, ac in Ecclesia fratrum de Monte Carmelo sepultus, sui desiderium reliquit.

LXXIII. *D. Placidus ab Urbe*, ejusque loco 1711 Prior Administrator D. Antonius Catena à Panormo. Hic Orientis prospectum evexit, ac dormitorio ultimam imposuit manum

LXXIV. *D. Dominicus Branchati* a Messana omni scientiarum genere excultissimus, ac vitæ integritate præcipuus, Monasterii regimen 1712 assecutus, Monasticam disciplinam, cultumque Ecclesiæ auxit, Prospectum à meridie, atque Abbatis ædes ornavit, prædia beneficiis auxit, sacrarium variis muneribus, argentea statua, ac vestibus concinnavit, magnamque sibi gloriam, ac amorem apud incolas conciliavit. Eo Abbate solemnis commemoratio die 25. cujuslibet mensis, ad recolendum SS. Infantiæ Domini nostri Mysterium est instituta, atque Ara Divino Infanti magnificentia, & sumptibus quammaximis extructa. Die porro, quo primum populis veneranda Imago, illam referens, quæ diù lacrymas fudit Messanæ, exposita, maximo facto concursu, magna, ac stupenda miracula patrata sunt, quæ rite ab Illust. Syracusano Antistite Asdrubale Termini examinata, veluti supernaturalia Divinæ Omnipo- 1715 tentiæ signa omnibus credenda proponuntur Syracusis, diebus &c. an. 1717. inter quæ præci- 1717 pua enumerantur: Erniæ intestinalis miraculosa liberatio die 3. Augusti approbata Theologorum consilio, & relationibus; ingentis locustarum copiæ expulsio; frumenti ex aridis spicis, ac penitus demortuis fertilitas sub die 21. Junii; olei multiplicatio sub die 24. Junii; ab acri paralysi cum manuum, brachiorum, femorum, & pedum attractione liberatio sub die 9. Junii; paraliticæ manus, & brachii solutio sub die 3. Junii; brachii debilis, & ad motum impotentis etiam solutio sub eadem die, à podagra in utroque pede liberatio, sub die nono Junii; visus miraculosè restitutus sub die tertio Julii; Ossis in genu in locum naturalem collocati curatio sub die nono Julii; Pedis à nativitate monstruosi ad formam naturalem restitutio, sub die vigesimo primo Junii; ab semiparalysi, ab Ernia, ab Artesi vehementi liberatio sub diebus &c. frumenti, & panis multiplicatio sub die 9. Julii, ac vini etiam sub 24. Julii &c.[a] Quinquennio exacto noster Abbas ad S. Placidi regimen admovetur, ejusque loco sufficitur

[a] Ex Libello 1719 edit. Messanæ an. 1718.

1719 LXXV. *D. Antonius Russo* a Catana, Montisregalis Monachus, qui nimia senectute detentus, Panormi substitit, ejusque vices D. Ignatius Notarbartolo a Catana Prior implevit, cujus solertia Cœnobii census adaucti, Ambeliæ Territorium arboribus olivarum undique consitis, ac plantatis, excultum; parietes tituli Ecclesiæ labefactati, denuò restituti, innumeris denique beneficiis Cœnobium, Sacrarium, prædia sunt affecta.

1721 LXXVI. *D. Andreas a Neapoli*, sub quo idem Ignatius regimen tenuit.

LXXVII.

Anno Christi 1722

LXXVII. *D. Ildephonsus Arezzi* à Ragusia à morum lenitate, prudentia, vitæ integritate laudandus, mox ut Cœnobii habenas est nactus, Regularem observantiam adamussim servavit, atque ad Ecclesiam conversus, magno sumptu, bis mille aureis expensis, titulum, ejusque absidem perfecit, ac majori Ara solemniter consecrata, opus ab Prædecessoribus sæpius inceptum, atque intermissum, magna sui gloria complevit die 21. Martii anni 1724. Quadriennio expleto ad S. Nicolai assumptus

1724

1726

LXXVIII. *D. Anselmum a Syracusis* successorem habuit. Hic vir vere maximus, morum innocentia eximia, in suos facilitate, in rebus agendis prudentia, in sacra, & profana literatura non vulgari peritia præditus, è suo S. Nicolai ad hujus regimen admotus, sibi omnium amorem, benevolentiam, ac reverentiam conciliavit. Argentea umbella instituta proprio ære, vestibus, ac donis Sacrarium ornavit. Majus Altare ex pario marmore, variisque lapillis concinnatum voluit,

1717

ac denuo solemni ritu sacravit, chorum ex nuce varia sculptura affabre ad pulchritudinem elaboratum instituit, septentrionis dormitorium complevit, picturis, supellectili Monasterium instruxit; denique cum majora de illo expectarentur, immatura morte sublatus, ad cœlos suorum meritorum aureolas percepturus, ut piè creditur, ascendit; cujus funus splendidè, cum Militelli, tum Catanæ curatum est. Anselmi pietas, doctrina, comitas, prudentia, nedum Monachorum, sed & Civium cujusque gradus undique oris deprædicatur, Patrem in illo Pauperes amisisse lamentantur, Cœnobii columen Monachi, Urbis ornamentum, optimi quique cives. Bibliothecæ instructissimæ Catanense S. Nicolai Cœnobium proprietarium declaravit, atque operis de suprema Romani Pontificis Auctoritate, quod prælo jam paraverat, quatuor Tomis distributi, hæredem dixit. Natus est ex nobilissima Danielis familia Syracusis die 24. Junii 1670. denatus die 21. Augusti 1730. sexagesimo ætatis jam completo. De eo nos in notitia S. Nicolai.

Sub eodem Abbate Prioris munus gessit D. Gratianus Medici a Catana S. Nicolai Alumnus, qui morum lenitate præcipuus, ac vitæ innocentia clarus, pluribus annis in suo Monasterio magistri Novitiorum munere, nec minori laude Præpositura cum Catanæ, tum Militelli functus, ætate grandævus, mortem piissimè oppetiit eodem anno. Porrò à morte Anselmi Daniele alter *Anselmus Valdibella* Abbas Administrator decernitur.

Monasterium S. Benedicti, Militelli, duodecim instruitur Monachis, at ædificiis expletis, 20. Alumnos alere tenetur. In ejus Ecclesia sepulcrum pro Excellent. Buteræ Principibus Militelli Dominis, ubi Francisci Brancifortii Cœnobii fundatoris, ejusque Nepotis ex filia, tenella adhuc ætate demortui, ac fratris etiam Vincentii S. Mariæ Novæluceis, & Sanctæ Mariæ de Partu Abbatis corpora requiescunt. Respondet id sepulcrum Capellæ SS. Domini Infantis Jesu, ubi nobilis legitur epigraphes anno 1717. apposita.

Reliquias quamplurimas, & quidem celeberrimas Sacrarium habet, quas Monasterio Joanna Austriaca legavit die 20. Januarii 1627. per acta Massimini Fallaci Neapolitani; nimirum *Corpus Sancti Vitalis Martyris, Cranium Sancti Severini, partem dorsi Sanctæ Margaritæ Virginis, & Martyris, ex tibia Sancti Genesii Martyris, Dentes S. Valerii martyris, ex dorso Sancti Alexandri martyris, & tibia ejusdem;* has quidem omnes eidem Joannæ à Marchione Villenę donatas Romę per acta notarii Antonii Constantii. Asservatur etiam decentissimè *Os brachii Sanctæ Rosaliæ Virginis Panormitanæ* ab Archiepiscopo Panormitano Card. Doria anno 1627. Joannæ dono datum per acta Pauli Mucchio Panormitani sub die duodecimo Martii Indictionis 10. Legavit quoque eadem Joanna Monachis per acta Cæsaris Luparelli sub die duodecimo Julii 1629. *Corpus S. Benedictæ martyris* arca inclusum, atque *ex Ossibus Sanctorum Alexandri, Paschalis, Candidi, Valerii, Vitalis, Placidi, & Sociorum, Massimi, Dominici, Saturnini, Felicissimi Martyrum, ex Ossibus Sanctarum Victoriæ, Margaritæ, Rosanæ, Anastasiæ Virginum & Martyrum;* quas quidem Reliquias ab Gregorio XIII. Romæ accepit.

Denique ex dono ejusdem Joannæ, & Friderici Columnæ Paliani Principis habet nostra Ecclesia *ex Ligno S. Crucis, ex Lacte Beatæ Mariæ Virginis, de Columna, in qua Dominus fuit flagellatus, ex ossibus Sanctorum Augustini, Gregorii, Francisci de Paula, Catharinæ, Caroli Borromæi, ac aliorum Sanctorum Martyrum.*

Devotissima Infantis Jesu Imago magna devotione colitur, cujus solemnis Festivitas spectabili pompa die 25. Maji celebratur, confluentibus undique vicinarum Urbium Populis, qui Sacra Imagine adorata, spe de proxima anni ubertate concepta, læti ad propria revertuntur.

Illustres viros habuit Monasterium S. Benedicti, 1. *D. Paulum a Regali*, qui multis annis Prioris munere laudabiliter gesto, ad Abbatiæ honorem assumptus anno 1701. Gangii decessit. 2. *D. Benedictum Conti a Messana* Abbatem, de quo superius anno 1710. Et 3. *D. Franciscum Mauro à Militello* vitæ sanctitate celebrem; qui majoris perfectionis studio Casinum contendens, ibi virtutibus omnibus emicuit, ac sanctissimo fine quievit die 8. Junii 1711. Cujus corpus reverentiæ ergo, loco ab aliis secreto sepelitur.

NOTITIA UNDECIMA

SANCTÆ LUCIÆ DE MONTANEIS, SEU NETO.

INter innumera, quæ multis in locis, liberalitate quammaxima, ac munificentia pene incredibili, piissimus Comes Rogerius templa fundavit, dotavitque, extat in Netino agro ad Silvam, quercetumque, cui nomen est *Bauli*, nobilissima ædes S. Luciæ Viduæ Romanæ sacra, quam Cœnobitis sub Beati Benedicti regula militantibus assignaverat anno 1100. quamque morte præventus imperfectam reliquit; Tancredus verò Guillelmi Ferrabach filius, Rogerii ejusdem nepos, Syracusarum Comes tertio post anno, illi summam manum imposuit, & à Guillelmo Episcopo Syracusano dedicari voluit [a], eamque una cum bonis à se, & aliis ipsi attributis, Monasterio de Balnearia, & Gaufredo Pictaviensi ejus Priori, ac successoribus in perpetuum concessit, hoc diplomate:

[a] Ex Pirro Not. Ecc. Syrac. de Reb. Netinis, ubi habes vitam S. Luciæ pseudo.

In Nomine Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi, anno ab Incarnatione ejusdem 1103. Indict. 11. Notum sit omnibus Christi fidelibus tàm futuris quàm præsentibus, quod ego Tancredus Syracusanus, Comitis Willelmi Filius, Domino Rogerio Syracusanæ Ecclesiæ venerabili Episcopo, & Willelmo Decano, & omnibus ejusdem Ecclesiæ Canonicis collaudantibus dono, & firmiter concedo Ecclesiæ de Balnearia in honorem Sanctæ Mariæ, & duodecim Apostolorum constitutæ, & Gaufredo Pictaviensi ejusdem Ecclesiæ Priori, & majoribus ejusdem successoribus terram, quam ei circa Ecclesiam Sanctæ Luciæ de Montaneis per Stigotum meum, & Barones meos divisi; per hos videlicet terminos; Ab Orientali parte usque ad Montem, qui dicitur Argalicusa; & ab eo descendit in dexteram partem usque in caveam, ubi sunt arbusta, & vineæ & horti; & per ipsam caveam versus Meridiem, usque quo cavea divertit versus viam, quæ tendit Netum, & ab eo loco per supercilium Montis per veterem videlicet Ecclesiam usque ad magnam caveam, quæ est versus Ragusam, in occidentali scilicet parte, & ab eo loco per supercilium ipsius caveæ usque ad locum Giranlous, & ab eo loco versus septentrionalem plagam per Ecclesiam, ubi est Fons in Crypta, & sic tenditur per Caveolam quamdam per mediam silvam usque ad prædictum locum, qui dicitur Argalajusa, & decem villanos; & duos, quos Dominus Attardus Caput Asini jam dictæ Ecclesiæ, & nominato Priori pro anima sua, & parentum suorum dedit, & unum, quem Gaufridus Bonellus eidem similiter dedit, & communitatem totius Terræ meæ qualem habet Syracusanus Episcopus, & ejus Canonici, & omnes Barones mei, & insuper, quod naves prædictæ Ecclesiæ, & jam dicti Prioris, & ejus successorum veniant ad portus meos securè, & quietè, & deferant, & referant, & vendant, & emant quidquid voluerint sinè omni exactione pecuniæ, & sine omni banno, & interdictione. Quodam autem temporis intervallo Domino Rogerio Syracusano

A *Episcopo defuncto & prædicto Willelmo Decano, in Episcopatu succedente, quando ipse Ecclesiam Sanctæ Luciæ precibus meis, Baronum meorum dedicavit, dedi, & concessi eidem Ecclesiæ assensu, & consilio uxoris meæ Muriellis, & omnium Baronum meorum in augmentum, & detem sex Villanos, & Dominus Manfredus de Scilla mea Concessione unum, de illis videlicèt qui sunt de feudo meo, & Dominus Willelmus Tancus Frater ejus unum; & non multo post arbustum, quod est in prædicta cavea præter di-*
B *visiones supradictas à parte orientis, & quoddam casale, quod est præter easdem divisiones à parte meridiei, quod Saracenicè vocatur Habalbaranis; & quoddam molendinum super fluvium descendentem ab eadem prædicta cavea, cum terra ex utraque parte terminata, tribus modiis videlicèt frumenti seminandi sufficienti, cum ipsis cryptis eidem terræ adjacentibus, quæ Saracenicè dicuntur de Herbenaleph. Hæc omnia quæ dicta sunt, & quæcumque imposterum, Ego, & quilibet alius Ecclesiæ supradictæ, & Priori*
C *prædicto, & ejus Successoribus daturi sumus, concedo liberè, & quietè, sine omni mei, vel hæredum meorum calumnia, pro anima videlicet Comitis Rogerii Avunculi, & Patris mei Willelmi, & omnium parentum ejus, & pro anima mea, & uxoris meæ Muriellis, & filiorum meorum, & maximè pro anima Ruberti Filii mei, qui in Cœmeterio Sanctæ Luciæ, (cui videlicet hæc omnia secundario collata sunt, quam etiam Dominus Rogerius Episcopus Syracusanus totius Capituli sui assensu Ecclesiæ de Balnearia,*
D *& ejus Priori, & omnibus suis successoribus concessit) requiescit, & pro Animabus omnium parentum nostrorum; quicumque autem hanc donationem, & donationis confirmationem infringere, & violare, seù retractare voluerit, nisi resipuerit, & ad satisfactionem venerit, ab auctore nostro videlicet Christo Jesu, & ab ejus universali Ecclesia excommunicatus, & anathematizatus, & cum Juda proditore Domini æterna gehennæ incendiis crucietur. Fiat, fiat, Amen. Factum est autem hoc privilegium in urbe Syra-*
E *cusana octavo Idus Augusti, corroboratum testimonio subscriptorum virorum. ✠ Dominus Rogerius Episcopus. ✠ Villelmus Decanus. ✠ Villelmus Archidiaconus. ✠ Hebertus Canonicus. ✠ Dominus Magister. ✠ Dominus Serlo de Avesio. ✠ Dominus Attardus. ✠ Dominus Arabitus. ✠ Dominus Joannes Stratigotus. ✠ Bono de Bedia. ✠ Philippus Vicecomes de Lentina. ✠ Villelmus de Balsal. ✠ Giraldus Frater Episcopi. ✠ Robertus Osio. ✠ Alberendus Osio. ✠ Gualterius Lenomannensis. ✠ Ego*
F *Tancredus subscripsi. ✠ Ego Muriellis subscripsi, ✠ Ego Ricardus filius Tancredi subscripsi. ✠ Villelmus ejusdem filius. ✠ Ivo de Anosio. ✠ Robertus de Estarco. ✠ Basilius Notus. ✠ Rancelphus Banenir. ✠ Dominus Radolphus Banzir. ✠ Dominus Radulphus de Mancelli. ✠ Domi-*

Anno Christi

Dominus Buncardus. ✠ *loco sigilli*[a].

[a] Ex Tabul S. Petri de Balnearia Panormi apud Mongitore.

Hæc Tancredus, quem in notitia Ecclesiæ Syracusanæ Guillelmi S. Euphemiæ Comitis filium fecit Pirrus, & si in Chronologia Regni Siciliæ ex Guillelmo Ferrabach Rogerii Comitis, & Roberti Guiscardi fratre, progenitum dicat. Id autem in hoc diplomate negotium facessit, quod scilicet Rogerius Episcopus Syracusanus, cujus consensu Tancredus S. Luciæ Ecclesiam concedit Monasterio Balneariæ, quique subscribitur primus omnium in calce diplomatis, in ipso eodem diplomate mortuus B dicitur; ejusque locum Guillelmum occupasse, qui in fine etiam Decanum Ecclesiæ se appellat. Guillelmus hic aliundè nonnisi anno 1105. ad Præsulatum est assumptus. Diploma autem ann. 1103. elargitum notæ convincunt, ac Rogerii Episcopi subscriptio suadet. Crederem ergo, forte notam aliquam ab ipsomet Comite adjectam, ex margine in transumptum irrepsisse, atque errori occasionem dedisse, sed id meliori judicio relinquo. Transumptum porro ex Tabulario S. Petri de Balnearia Pa- C normi exscriptum nobis amicè communicavit eruditissimus Antoninus Mongitore Orbi literario non ignotus, à quo & alia de hac Ecclesia diplomata excepimus.

I. *F. Gaufredus Pictaviensis* Monasterii Balneariæ Prior, nostri etiam Cœnobii S. Luciæ Rector est accensendus. Balnearia verò nunc oppidum in Calabria propè oram maritimam contra Messanam situm, ditionis familiæ Illustrissimæ Russorum, titulo Ducatus auctum, olim fuit Monasterium à Rogerio Roberti Gui- D scardi Ducis Calabriæ filio extructum, cui, cum idem Dux Rogerius multa bona, ac redditus cum in Calabria, tùm in Sicilia, ac vassalos, & famulos dedisset, eorumdem multiplicatis familiis, crevit in oppidum, ut auctor est inter alios P. Flore [b].

[b] Descr. Calabriæ tom. 1. l. 1. c. 2.

II. *F. Guglielmus* Balneariæ & Sanctæ Luciæ de Montaneis Prior; hic à Rogerio II. Siciliæ,

1116.

& Calabriæ Comite, dehinc Rege, Tancredi Syracusani Comitis diploma, & privilegia suo Monasterio concessa rata obtinuit hoc diplo- E mate. *In nomine Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi, anno ab Incarnatione ejus* 112..

112.

Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ, & Calabriæ Comes. Pia desiderium voluntatis, & laudandæ devotionis .... studiis adjuvandum, curamque solicitudini Ecclesiarum adhibendam esse considerans, ea, quæ legaliter conceduntur, ac tradenda sunt Ecclesiæ de Balnearia, & ad æquitatis formam conveniunt, pro salute animæ meæ, Patris mei R. gloriosi Comitis, & Matris meæ Adilasiæ, nec non & aliorum Parentum F *meorum, præsentis privilegii auctoritate roboranda institui, ne aliqua valeant imposterum refragatione perturbari. Notum sit ergo omnibus Christifidelibus, tàm futuris, quàm præsentibus, quod ego R. Comes magni Comitis R. filius assistentibus, & collaudantibus idoneis testibus corroboratus, firmiter concedo Ecclesiæ de Balnearia in honorem S. Mariæ, & duodecim Apostolorum institutæ, & Guillelmo ejusdem Ecclesiæ Priori, & omnibus ejus successoribus omnia* A *illa, quæ privilegii sui pagina super his a Tancredo compositi, quæ sive ipse T. vel alii Barones concesserunt, continentur, videlicet terram, quæ est circa Ecclesiam Sanctæ Luciæ de Montaneis, per hos terminos divisam: ab Orientali parte usque ad locum, qui dicitur Ergelacese, & ab eo descendit usque ad viam, quæ tendit ad molendinum ipsius Ecclesiæ, & descendit per eamdem viam, & sic transit aquam, & ascendit per caveolam usque ad locum, qui dicitur Cavone, & inde ascendit ad caveam bonæ vitæ, ubi est paries vetus, & inde ascendit ad arcem magnæ balatæ, & ascendit per extremitatem nemoris, & vadit usque ad veterem Ecclesiam, & vadit etiam usque ad magnam caveam, quæ est versus Ragusam; in occidentali verò parte, & ab eo loco versus septentrionalem plagam, ubi est fons in crypta, & sic descendit per castellum quoddam per mediam sylvam, usque ad prædictum locum, qui dicitur Argabusa, & quoddam molendinum super fluvium descendentem à magna cava prædictæ Ecclesiæ cum terra ex utraque parte terminata tribus modiis frumenti seminandi sufficienti, cum ipsis cryptis eidem terræ adjacentibus, quæ Saracenice dicuntur de Banoleph, & duodecim villanos, quos ipse Attardus Caput asini, & unum quem Gaufridus Bonellus, & unum, quem Manfredus de Scala eidem Ecclesiæ pro salute animarum suarum dederunt, & communitati Monachorum ejusdem Ecclesiæ ibi degentium, & quod naves prædictæ Ecclesiæ, & jam dicti Prioris, & ejus successorum veniant ad portus meos securè, & quiete, & deferant, & referant, & vendant, & emant quidquid voluerint sine omni exactione pecuniæ, & sine omni banno & contradictione, & .... quæ ad necessitates Ecclesiæ supplendas .... Quicumque autem hanc donationem, & donationis confirmationem infringere, violare, aut retractare voluerit, nisi resipuerit, & ad satisfactionem venerit, ab Auctore Domino nostro Jesu Christo, & ab ejus universali Ecclesia excommunicatus, & anathematizatus cum Juda proditore æterna gehenna incendiis crucietur. Fiat Fiat Amen. Hujus verò donationis, atque concessionis sunt Testes.* ✠ *Ego VV. Messan. Episcopus sum Testis.* ✠ *Ego D. Militensis Episcopus sum Testis.* ✠ *Ego Robertus Avenel sum Testis.* ✠ *Ego Joannes Senescalcus sum Testis.* ✠ *Ego Guglielmus Domini Comitis Capellanus subscripsi.* (Hic erant in originali sex versus Græcè scripti). ✠ *Ego Guannus Domini Comitis Capellanus subscripsi*[c].

[c] Ex Tabul. S. Petri de Balnearia Panormi apud Mongitore.

Anno 1131. in quodam diplomate Hugonis Messanensis Archiepiscopi Joanni Abbati Liparensi facto, inter alios *G. Prior Balneariæ* subscribitur testis. Fortè erat idem Guillelmus, quamvis ut plurimum per ea tempora Guillelmi nomen per W. expressum videamus, & in ipsomet instrumento Guillelmus Regiensis Archiepis. Ego VV. Rheg. Arch. se subscribat[d].

[d] Ex Pirro not. Eccl. Messanen.

Cælestinus III. Romanus Pontifex Monasterio de Balnearia univit illud S. Mariæ de Gloria in Provincia Calabriæ in Diœcesi Militensi, quod à Comite Rogerio in peregrinorum domum, & hospitium erectum fuerat [e]. Idemque S. Luciæ de Neto, ac Mon. de Balnearia Abbati usum

[e] Ex Pirro & Litara loco citato.

Anno Christi

usum Pontificalium, Mitræ, Baculi, ac vestes violaceas more Prælatorum indulsit, atque ab omni alia jurisdictione ordinaria eximens uni Rom. Pontifici subditum declaravit. Cœlestini diploma vidit Joannes Garsias Curiæ Causar. Apost. Notarius, qui publicum Instrumensum confecit.

In Nomine Dom. Amen. Præsenti publico instrumento cunctis ubique terrarum pateat evidenter, & sit notum, quod anno à Nativitate ejusdem Domini Nostri Jesu Christi 1644. indic. 12. die verò 23. Mensis Julii, Pontificatus autem SS. in Christo Patris, & Domini Nostri Urbani Div. Prov. Papæ VIII. anno ejus 21. Fidem facio Ego Joannes Garsias Valentinus Publicus Notar. infrascriptus in ista Alma Urbe, qualiter supradicta die accessi ad sacrosanctam Basilicam S. Joannis Lateranensis de Urbe, & in Archivio ejusdem ad requisitionem, & instantiam per illust. & Rev. Domini Canonici, & Abbatis D. Joseph Planzono S. T. D. extraxi ex originali, quo Cælestinus III. PP. concedit innumerabilia privilegia Ecclesiæ S. Mariæ, & duodecim Apostolorum de Balnearia, & Sanctæ Luciæ de Neto & inter cætera declaravit Abbatem esse Prælatum, quod possit uti semper vestibus Pontificalibus, Mitra, Baculo, vestibus violaceis, & aliis insignibus Prælatiæ; exemit eos ab omni alio judicio, nisi à Roman. Pontifice, & sua jura &c. Anno 1193. Ego Joannes Garsias Valentinus Curiæ Causar. Emin. & Rev. Dom. Cardin. Vicarii Notarius de prædictis rogatus &c. [a]

[a] Ex Tabul. S. Petri de Balnearia Panormi apud Mongitore.

1395 III. *F. Philippus de Boath* Prior Monasterii S. Luciæ de Montaneis ab Joanne Balneariæ Abbate Ordinis Florensis eligitur, & mox à Rege confirmatur, Catanæ die 5. Augusti 1395. 4. Indict. [b]

[b] Ex Cancell. hoc anno.

1396 IV. *F. Raynaldus de Lectione* circa annum 1396. Priorem Sanctæ Luciæ de Montaneis agebat, ut ex quadam Regia provisione ad ejus instantiam emanata Catanæ 28. Decembris, eruimus [c]. Fuit dehinc Raynaldus Abbas S. Mariæ de Altofonte, de quo in ea notitia Mongitore.

[c] Ex Tabul. Prothono hoc anno ll ... Mo... ... [illegible]

V. *F. Michael de Mari* à Rege Martino, cum Ecclesia Sanctæ Luciæ vacaret, Prior nominatur, ut ex ejus literis anno 1398. [d]

1398

[d] Ex Reg. Cancell hoc anno.

1402 VI. *F. Franciscus de Neapoli* Prior S. Luciæ Neti ex Bullis Apostolicis. Præcipit Rex, ut manuteneatur in possessione, & fructuum perceptione, datis literis in Castro Leontinorum die 28. Januarii 1402. 1. indict. Idem fuit Cantor Regiæ Capellæ, & Prior S. Mariæ de Balnearia in Territorio Castri novi, & Commensalis Regis. De eo Pirrus in not. Reg. Capellæ S. Petri de Palatio [e].

[e] Ibid. anno 1402.

1421 VII. *F. Ludovicus Spinar.* Hic ex literis Episcopi Catanensis Joannis de Podio, qui una cum Arnaldo Rogerio de Pallas, & Nicolao Castagna Proregis munere fungebatur, liber ab omni ordinaria jurisdictione cum suis Monachis, atque Ecclesiæ bonis declaratur anno 1421. En illas [f]. *Alphonsus &c. Vicerex &c.*

[f] Ex Tabul. S. Petri de Balnearia Panormi.

Universis, & singulis Nobilibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, & Militibus, nec non Capitaneis, Judicibus, & Juratis, atque personis aliis civitatum, terrarum, & locorum dicti Regni Siciliæ, & præsertim terrarum Nothi, & Palatioli Consiliariis, familiaribus, & fidelibus Regni salutem: Cum P. Ludovicus Spinar Prior Ecclesiæ, sive Monasterii S. Luciæ de Monte territorii de Terra Nothi, ejus Confratres, & Procuratores Conventus, seu Monasterii ipsius sint exempti à judicio superiori in dicto Regno Siciliæ, & per SS. Dominum Nostrum Summum Pontificem fuerit facta commissio nobis Episcopo Catanensi, quod de exemptis in toto Regno Siciliæ sumus Judex ordinarius, & causas quascumque contra exemptos eosdem, quomodolibet movendas, possimus audire, decidere, & terminare, & debitæ executioni mandare, ea propter vobis, & unicuique vestrum dicimus, & mandamus de certa scientia, & expresse, quatenus si quis contra Priorem Monasterii, Fratres, aut bona ipsius Ecclesiæ S. Luciæ, & Procuratores ejusdem, nomine Ecclesiæ, aliquod tentare voluerint, comparere debeant coram Nobis Episcopo supradicto, justitiam unicuique daturo. Caventes vos, & quemlibet vestrum contra Priorem, Ecclesiam, Fratres, Procuratores, & bona ipsius Ecclesiæ aliquid attentare, & præsumere sub Regia ira, & indignationis incursum; hoc quod non mutetis quavis ratione. Datum Catanæ die 30. Martii 1421. (Post datam) *Mandamus vobis, quatenus dictum Priorem Confratres, & bona Monasterii favorabiliter pertractetis, & tractari ab omnibus faciatis. Nicolaus Castagna &c.* Ex Reg. Cancellar. anno 1421. 12. indict. fol. 210. [g]

[g] Apud Mongitor.

VIII. *F. Jacobus de Tudisco* hoc Prioratu cohonestatur circa annum 1443. dehinc Abbas fit S. Mariæ de Parco Cisterciensis ordinis. Hic Catanensis Patria, nobilissima familia ortus, celebris illius Nicolai de Tudisco consanguineus, ejusdemque in Panormitana Ecclesia Vicarius, demum ad Archiepiscopatum Messanensem evectus, in ea dignitate se plurimum commendavit, ut multis refert noster Pirrus [h]; ætate gravis demortuus, in Ecclesia sua Cathedrali sepultus est anno 1473.

[h] Ibid. ma. not.

IX. *F. Jacobus de Constantio* Netinus ex Pirro, forte post renunciationem Jacobi Tudisco ad Abbatiam Altifontis promoti, Prior eligitur, qui anno 1444. cum Abbate Balneariæ convenit; cognoscens enim, quod Ecclesia S. Luciæ de jure esset Monasterii Balneariæ, voluit, ut à sua morte, Prioratus eidem Abbati cederet. Idem anno 1445. curavit, ut Tancredi Comitis diploma in publicis tabulis exscriberetur. Anno 1446. è vivis sublato Jacobo 1444

1446

X. *F. Petrus de Angularia* Abbas Balneariæ possessionem Monasterii Sanctæ Luciæ est assecutus, ut ex Regia provisione Panormi die 22. Martii [i] apud Pirrum.

[i] Not. Eccl. Messanen. lib. 1.

XI. *F. Thomas de Bonifacio* Monachus Ecclesiæ Catanensis, familiaris, & Capellanus Regius Abbas Balneariæ, & S. Luciæ Rector, de quo in privilegio Regis Alphonsi hæc habentur. *Quia nostra incommutabilis intentionis est, & volumus quidem, quod dilectus familiaris, & Capellanus noster F. Thomas de Bonificio ordinis S. Benedicti possessionem Abbatiæ S. Luciæ*

Anno Christi

Lucia de Monte sita in Territorio terra Palatioli dicti Siciliæ Regni vacantis per renuntiationem inde ritè factam de eadem, cum Gangiis Leontini, S.Maria de Castro novo, & S.Matthei de Messana, & aliis juribus, & pertinentiis, redditibusque, & emolumentis ejusdem, absque obstaculo, & contradictione quacumque consequatur, & habeat, &c.[a] die 9. Novemb. 1446. Execut. 5. Dec.

Ex quibus verbis conjectare licet, ad hæc ferme tempora S.Luciæ Ecclesiam suo legitimo Abbati minime paruisse, sed à Regibus collatam pro libito fuisse, maximè post divisionem Regni Neapolitani à Siculo, quod nonnisi sub Alphonso Rege denuò in unum caput coaluit, ut Siculæ docent Historiæ. Idem de Bonifacio Abbas privilegia à Tancredo, & Rogerio II.suæ Ecclesiæ facta de donatione Ecclesiæ S. Luciæ, rata ab ipso Rege Alphonso obtinuit anno 1452. 8.Maji Ind.15.per literas scriptas Puteolis, in quibus hæc inter alia Rex eloquitur. *Didicimus noviter ex quodam transumpto gratiæ, concessionis, & donationis factæ S.Luciæ de Montaneis Terræ Nothi per recolendæ memoriæ Prædecessorem nostrum Rogerium Siciliæ, & Calabriæ Comitem, nobis devote præsentato per venerab. Thomasium de Bonifaciis Rectorem ejusdem Ecclesiæ, Abbatem Monasterii S. Mariæ de Balnearia, ipsum Rogerium dedisse, & concessisse eidem Ecclesiæ S. Luciæ de Montaneis, cum juribus, & pertinentiis suis universis, & singulis, &c.* de quo Alphonsi diplomate Viceregiæ emanarunt provisiones. Dat. Messanæ die 6.Octobris eodem anno per Joannem de Medico Mag. Notarium [b] ut in Capibrevio. Obiit die 6. Aprilis anno 1461.[c]

1452

1461

XII. *F.Bernardus de Lancea* Prior dicitur S. Luciæ Neti in quadam provisione in lib. Monarchiæ relata ex Tabul. Proton. ubi anni notas integras deprehendere non licuit.

Post hæc tempora Monasterium de Balnearia cum omnibus bonis, atque Ecclesiis annexis datum est Canonicis Basilicæ S. Joannis Lateranensis de Urbe[d] ex diplomate Xisti IV. sub datum Romæ Kal. Januarii 1477.

Exinde Prioris electio penes Capitulum ejusdem Ecclesiæ stetit.

1579 Anno 1579. Canonici Lateranenses omnia bona in Balnearia ad Abbatiam spectantia, atque jura quæque Ecclesiarum annexarum de Pontificis facultate concesserunt Jacobo Ruffo Balneariæ Domino, ut ex instrumento concessionis Kal. Augusti dict. anno celebrato, reservantes sibi jus eligendi Rectores, seu Priores earumdem Ecclesiarum [e].

De Abbatibus Commendatariis.

1597 I. PAulus Callaris Siculus Palatiolensis anno 1597. Prior à Capitulo Lateranensi designatur, sed cum Abbatis titulo. Hunc utriusque juris scientia, & virtutum sinceritate præditum prodit Littara [f]; qui Ecclesiam S.Luciæ delapsa testudinis parte, in dies ruinam minantem instauravit. Post Paulum

1633 II. *Vincentius Cambisi* Siculus etiam Rahyalbutensis hanc Abbatiam exoravit, ab iisdem Canonicis; [g] sed ab ipsius morte Simon Fimia Regi supplicavit, ut eamdem Abbatiam sibi conferret, eo quod de jure Patronatus Regis esset; cognita rei veritate annuit Rex; quare

1648 III. *Simon Fimia* ex nobili familia oriundus, Abbatia decoratur anno 1648. datis Matriti literis die 25. Septembris, exscriptis in Regno eodem anno [h]. Fuit Simon Archiepiscopi Panormitani Generalis Vicarius circa annum 1663. obiitque 1673. Eodem anno præcipit Prorex Secreto Leontinensi, ut exigat scutata 125. super feudo Sanctæ Luciæ [i].

1663

1673

IV. *Dominicus Ferrari* ex literis Matriti 18. Septembris 1673. in Regno exscriptis die 6.Junii 1674.[k] Abbas S. Luciæ renunciatur, qui beneficium S. Matthæi de Gloria etiam, ut Abbatiæ uniretur, postulavit, sed non obtinuit. Eo decedente

V. *Franciscus Ferreri* à Rege Abbas nominatur. Hic ab Yhomiso, nobilissimæ familiæ Nasellis Comitatu, oriundus, literis excultus, ac rerum agendarum prudentia pollens, Romam adiit, ubi brevi inter Prælatorum numerum cooptatur, variis muniis in Romana Curia adhibitus, dexteritatem quammaximam ostendit; cumque Legati vicem magna sui gloria Bononiæ gessisset, sede vacante, ibidem etiam legatum egit. Episcopus Syracusanus ab Augustissimo Carolo III.Siciliæ Rege nominatus, variis intercedentibus causis consecrationis munus non obtinuit. De illo nihilominus majora expectamus.

In hoc antiquo Cœnobio sepulcrum extat marmoreum Roberti filii Tancredi Syracusarum Comitis, atque Ecclesiæ fundatoris; è Palatioli Oppido per duo milliaria distat, à Neto autem quatuor fermè milliaribus. Feudum, cui ab Ecclesia S. Luciæ nomen, ejus juris olim erat, sed anno 1598. Carolus Ruffo Balneariæ Dominus ipsum concessit Josepho de Martino, onere tamen solvendi Tandas (ut vocant) Regias, jura debita Rectori, seu Abbati, ac pro fabricis, & rebus Ecclesiæ necessariis [l]. Inter latos agros, & alia huic Ecclesiæ in dotem olim attributa, datus est viculus Saracenico nomine *Rahalberaris*, ut vidimus in diplomate Tancredi, quem Medulæ Oppidum olim, putant esse Pirrus, & Littara, quibus consentit Fazellus, qui scribit *Mendola Oppidum jacet, ubi & templum est Divæ Luciæ, & paulo infra Piramis, & Urbis prostratæ antiqua ruinæ* [m].

Prope Ecclesiam, dirutum etiam templum, ac vix stantem absidem, quam *Tribunam* vocant, more Græcorum erectam, cernimus, illudque fuisse creditur, quod mulier nobilis Maxima, in honorem S. Luciæ Viduæ Romanæ ibidem sepultæ cum Geminiano Martyre, olim condidit. De quo in vita ejusdem S.Luciæ apud Pirrum, & Littaram, Fons quoque extat multis gradibus subterraneus, de quo in eadem vita [n] ac in diplomate Tancredi

Abbas in Regni Comitiis 43. obtinet locum, & ab Rege nominatur.

Proventus ex Feudo S.Luciæ ad Emphyteusim concesso scutata 125. onera scutata 30. remanent pro Abbate scutata 95.[o]

Sicu-

[a] Ex Tabul. Monarch.
[b] Ex Cancel. apud Capibrevium.
[c] Ex Emortuali Eccl. Catanensis.
[d] Ex Pirro not. Eccl. Syracusan.
[e] Pir. ibid.
[f] De rebus Netinis.
[g] Pir. ibid.
[h] Reg. Proton. eod. anno.
[i] Ex Canc. Reg. hoc anno.
[k] Ex Tabul. Protonot. hoc anno.
[l] Ex Pirro Not. Eccl. Syracus.
[m] Fez. lib. 1. dec. apud Littaram de Rebus Netinis.
[n] Pirro, & Litt. ibid.
[o] Ex Reg. Proton.

Anno Christi

Sicula Ecclesiæ suffraganea Monasterio S. Mariæ de Balneariis.

1 S. *Petri de Balnearia* Panormi; de ea Mongitore Lib. de Ecclesiis Panormitanis ms.

2. *S. Matthæi de Balnearia, seu Gloria*, vulgo *S. Macai*, de qua Pirrus lib. 1. not. 2. Legimus autem in Reg. Cancell. anno 1422. Indic. 1. fol. 150. quod, cum Ecclesiam hanc *Thomas Romanus* injusto possideret titulo, Prorex ex regia voluntate datis literis, de ea providit 1. *F. Franciscum de Rubeo* Regium Eleemosynarium, *tum quia*, ait Prorex in literis, *Gangia est dicta Abbatia de Balnearia, tum quia non est Beneficium laicorum, & Thomas laicus est*.

Anno 1446. *Thomas de Bonifacio* Abbas Balneariæ, & S. Luciæ de Montaneis electus literas à Prorege obtinuit, ut dicunt, *manutentionis Prioratus S. Matthæi de Gloria Messana*, die 18. Aprilis 1447. Unita porro Abbatia de Balnearia Capitulo Sacræ Basilicæ Lateranensis Anno 1477. ut vidimus, nostra Ecclesia eidem suffragari cœpit, ac Beneficialis, qui olim ex Pirro 45. ferebat suffragium in Comitiis, electio penes Capitulum stetit; sed quo signanter anno fuerit in Parochiam evecta ignoramus. Anno sane 1535. Urbe Messanensi ad Aquilonem producta, potuit S. Matthæi Ecclesia Parochialis fieri pro curandis populis in ea regione.

2. *Guillelmus de Rosis* à Canonicis Lateranensibus S. Matthæi de Gloria Beneficialis electus anno 1530. ad 1538. obtinuit, quo 3. *Antonius Liparotus* renunciatur, & post quadriennium 4. *Antonius Zangaloso* ad eodem Sacro Capitulo instituitur. Anno 1572. 5. *Antonius de Parisio*, ob cujus mortem 6. *Jacobus Brancati* etiam à Capitulo Lateranensi uti Parochus fuit provisus. Post hunc 7. *Theodorus Costa* anno 1589. cum onere exolvendi *libram unam Ceræ albæ elaboratæ* eidem sacræ Basilicæ, designatur. Sub eo crescente Populo ad eam Urbis plagam, Archiepiscopus Franciscus Velardez magnum Suburbium tunc efformatum, sub nomine S. Leonis segregavit, eique Ecclesiam propriam Parochialem constituit S. Mariæ de Arcu, ut notat Samperi [a] ad annum 1600. Theodoro renunciante post an. Idem Archiepiscopus de Parochia providit 8. *Gabrielem de Cara*; mox vero 9. *Vincenzio Marchesano* Catanensi eadem defertur anno 1610. quem 10. *Franciscus Colossus* à Capitulo electus excepit anno 1638. sed orta dissensione, cum ad se Archiepiscopus electionem spectare contenderet, Colossus abdicata Lateranensium nominatione Bullas Apostolicas impetravit, in quibus ait Pontifex: *Provisionem, et omnimodam dispositionem Ecclesiæ S. Matthæi ad Capitulum, et Canonicos Lateranenses spectare* 4 Kal. April. 1639.

Anno 1648. 25. Septembris Simon Fimia à Rege Abbatiam S. Luciæ una cum ejus pertinentiis, atque Ecclesiis annexis impetravit, ideoque in possessionem nostræ etiam Ecclesiæ fuit per acta Ignatii Majorana Mess. 9. Octobris 1650. inductus, ac literas insuper *manutentionis*, ut ajunt, à Tribunali Apost. Legatiæ 10. Februarii 1651, obtinuit. Denique vacante nostra Ecclesia anno 1660. die 30. Augusti in Tabul. Viti Savona Panorm. in Priorem, & Beneficialem ejusdem S. Matthæi. 11. *V. I. D. Petrum Paulum Colossi* Canonicum Coadjutorem præsentavit. Sed 12. *Vincentius Abbatissa* anno 1662. à Pontifice renunciatur, ac quadriennio elapso 13. *Placidus Morsilius*; ob cujus mortem Capitulum anno 1686. 14. *Joannem Baptistam de Pasquali* nominavit. Huic se opposuit *Dominicus de Luca* uti Provisus Apostolicus per Archiepiscopum præsentatus, sed tandem in Rota Rom. coram Caprara pro Pasquali fuit decretum 1686. 15 *Abbas de Roscia* 16. *Scipio Timpanella* post cujus obitum 17. *Franciscus Galapai* anno 1729. à Canonicis Lateranensibus obtinuit. Sed orta inter Canonicos, & Archipresbyterum circa electionis jus dissensione, Bullas Apostolicas Franciscus sibi expediri curavit. Hic Ecclesiam collabentem reparare, ac satis amplam reddere voluit.

3. *Ecclesia S. Basilii* Terræ Nasi est de membris Cœnobii Balneariæ. Eam ob mortem Joannis Mellis ultimi ejus Possessoris, Martinus Rex contulit Francisco Fullada anno 1404.[b] Hæc etiam dicitur, juris Monast. Militensis fuisse; quod verius putamus.

4. *Ecclesia S. Mariæ* de Castro novo, de qua in Capibrevio. Suos habuit Priores, quos inter F. Franciscus de Neapoli enumeratur. De eo supra

5. *S. Mariæ* de Alicata. 6. *S. Petri* de Sclafano. 7. *S. Georgii* Leontinorum, hodie Parœcia.

[a] Lib. 4. c. 3. fol. 111.

[b] Ex Capibrevio Lucæ Barberi.

NOTITIA DUODECIMA

SANCTI PHILIPPI DE AGYRIO

Cum annexis S. Philippi, & Laurentii Xiclis, & S. Nicolai Saccæ.

CElebris illa controversia inter Siculos Scriptores de Agyrensis Philippi ætate nos hic morari non debet; satis ad eruditionem de ea noster Pirrus *in Notitia Eccl. Panorm.* Caetanus, seu Animadversor ad Cajetani vitas, & novissimè *in Annalibus sacro-Siculis* P. Thomas de Angelo Ordinis Prædicatorum. Novæ Ecclesiæ, eidem S. Philippo Agyræ dicatæ, ac Monasterii exædificatio, anno circiter 440. Imperatoribus Theodosio, & Valentiniano sub Regula S. Basilii, ut Pirrus est auctor [a], propius rem nostram tangeret; sed adeo Monastica Historia ante Sarracenorum expulsionem tenebris obducitur, ut vix pauca, eaque,

[a] Lib. 1. Not. Eccl. Cata.

Anno Christi

eaque, ut plurimum ambagimus implexa, tenui luce affulgeant.

De Eusebio Monacho, qui socius Beati Philippi à plerisque dicitur, ejusque vitam scripsit, Agyrensis Cœnobii Basiliani Alumno agit Pirrus [a]; de aliis verò, quorum vix tangit gesta, paulo fusius agendum.

I. *S. Lucas Casalius* in oppido Nicosiæ, nobilibus ortus parentibus Leone, & Theotista, Vandalis Siciliam vastantibus circa annum
860 860. ex Pirro ibidem floruit; & si Cajetanus, seù Animadversor, mordicus asserat [b], *Lucam post conditam Rogerio Comite Nicosiam vixisse, ac proinde cum Monasterium S. Philippi de Urbe Agyrio à Monachis habebatur de familia Magni Patriarchæ Benedicti, quod ejusdem Comitis Rogerii temporibus factum crediderim.* Id autem non levi conjectura confirmat; Nicosia enim a Rogerio Comite suam repetit, ut ipse tradit, originem. Hinc Lucæ Patria Nicosiensis, in Rogerii ejusdem tempora ætas est rejicienda. Sed cum Siculæ historiæ apud Fazellum [c] doceant, Nicosiam longè ante ex Herbitæ ruinis ædificatam, Rogerii ævo celebrem effloruisse, atque ab eodem strenuè expugnatam Gallorum, ac Langobardorum coloniæ locum dedisse, potuit longè ante noster Lucas Comitis ætatem præcedere, atque in Basiliensi Cœnobio Monachum induere, & Abbatis munere fungi. Jam de Luca enarrant [d] *quod adolescens à prima ætate literis operam dedit; institutus apud venerabilem virum Monasterio S. Philippi Agyræorum præfectum, qui tunc temporis in Nicosino suburbio, cui S. Michaelis nomen, morabatur. Decimum annum agens ab eodem Magistro ad Monasterium S. Philippi Agyrium perductus est; ubi Deo se mancipare percupiens, Monasticum habitum sumpsit. Inter Presbyteros adscriptus est; in sacerdote ii mores, & animi pietas explenduerunt, ut ad eum proinde universi, atque ad Patrem accurrerent. Defuncto Abbate, Monachorum suffragiis, studiisque flagrantibus, qui succederet in locum ejus, Lucas delectus est. Ipse unus præ sua modestia reluctari, & reclamare: Dignum eo honore non esse se; igitur demandatam dignitatem pertinaciter abnuente, cœtus ille Monachorum rem ad Summum Pontificem detulit, cujus voluntati Lucas obtemperans, Monasterii Præfecturam vel invitus suscepit. Eam dum administrat magna cum laude, ex suffusione luminibus orbatus est, ut S. Abbatis virtutes malo cæcitatis à Deo probarentur .... Migravit ad Dominum Lucas 6. nonas Martii,* Theodoro in Abbatem, qui sibi succederet, ordinato, ut Pirrus ex Breviario Gallicano colligit [e]. Quæ quidem omnia vix cohærent cum nostri Cœnobii historia, si aut
990 synchronus, aut Rogerio Comiti posterior Lucas ponatur.

II. *S. Leo Lucas* Corilione in Sicilia ortus (fortè Casalis discipulus [f] ait Pirrus) sed ex Cajetano, [g] ad S. Philippi Monasterium Agyræ
990 tamquam ad portum, quo tempore à Saracenis Sicilia vastabatur, confugit. Hic à Sene piissimo edoctus de proximo totius insulæ excidio, in Calabriam contendit ad Monasterium Montis mulæ, ubi ab Abbate exceptus, Monasticum induit habitum, ac Monachorum coloniis deductis, novoque extructo Mercuriense Cœnobio, eidem præfuit aliquandiu, atque ætatis 100. professionis 80. inter Discipulorum manus spiritum Cœlo transmisit, anno Domini juxta Cajetanum 915. sed ad Pirri calculum 950.

3. *S. Vitalis* genere illustri in Castronovo Siciliæ Oppido natus, Patria, ac Parentibus dimissis, Agyrium ad S. Philippi Cœnobium se contulit, habitumque Monasticum obtinuit. Ibi per aliquot versatus annos, Romam ex voto contendit; inde in Siciliam reversus, in Ætna Monte contra S. Philippi Monasterium, aliquandiu vitæ solitariæ intentus, habitavit. Demum in Calabriam delatus, ac Monasterii Ropollæ Abbas constitutus, post multa sanctè, ac praeclare gesta, ordinato sui successore, piissimè decessit anno 990. ex eodem Cajetano, qui Vitalis vitam admirabilem scripsit [h].

4. *S. Lucas de Damana* Siculus ad Monasterium S. Philippi veniens ab ejus Abbate humanissimè exceptus, ac exemplis præceptisque confirmatus, & instructus, ad Eliam celebrem Abbatem in Calabriam secessit. Instauratoque ibi Agrumenti nobili Cœnobio, ac Monachis undique collectis, illis aliquandiu præfuit, 993
tandemque anno 993. mortuus, magnis claruit miraculis. Idem Cajetanus.

5. *S. Sabas* Monasterii Agyrensis Abbas, Lucæ mox laudati magister, plenus dierum, ac virtutum manipulis locuples, postquam eidem Lucæ morienti adfuisset, eique justa persolvisset, sancto fine quievit an. 995. ex eodem 995
Cajetano [i]. Nec mirum per hæc tempora, quando, Sarracenis Siciliam vastantibus, omnia penè sacra confundebantur, S. Philippi Agyrensis Cœnobium effloruisse, totque præclaros viros dedisse; quandoquidem, ait idem Cajetanus, *S. Philippi Dæmonum expulsoris acerrimè merito datum credimus, ut Monasterium ejus inter Sarracenorum vastationes, direptiones superstes fuerit, aut direptum, & denuo restauratum; ibique Sarracenis tyrannidem exercentibus disciplina Monastica conservaretur.*

Ea porrò paululum intermissà, Sarracenis, Deo adjuvante, exactis, (verba Pirri usurpamus,) *Comes Rogerius, jam erumpente ex illis S. Philippi Templi, ac Cœnobii dirutis, ac convulsis parietibus fama Sanctitatis, illa readificavit, multisque prædiis locupletavit, ac muneribus exornavit, & Monachis Benedictinis concessit.*

Annum hujus instaurationis per Rogerium factæ ignoramus. Pirrus autem ejusdem Comitis diploma datum credit anno 1095. Jam quæ 1095
in actis S. Laurentii Monachi de Farzanone ad nostrum S. Philippi Cœnobium spectant, hic non erunt prætereunda. Sic enim habent: *Ea tempestate in Siciliam venerunt gravitate, & sanctimonia vitæ illustres admodum viri Abbates duo, quorum alter in S. Philippi Agyræorum Monasterio Præsul Erasmus, alter nomine Gualterius. Uterque cognitum Laurentium exorarunt, ut secum una conviveret; itaque quinquennium in S. Philippi Monasterio peregerunt, quo* in loco

[a] Ibidem. [b] In Animadv. ad vitam ejusdem S. Lucæ tom. 2. [c] Dec. 1. lib. 7. [d] Apud Cajetanum t. 2. [e] Lib. 1. not. p. [f] Vit. SS. Sicul. tom. 2. [g] Ibidem. [h] Ibidem. [i] Ibidem.

Anno Christi

in loco ædem construendam Laurentius, Luciaque Martyri dedicandam curavit. Post id temporis, cum magna sua probitatis testimonia universis Monachis reliquisset, facultate ab Abbatibus abeundi impetrata, primo ad radices montis Ætnæ perrexit, inde denuò ad S. Philippi reversus; quò cum accederet, auditus est ejus Cœnobii fratribus repentinus quidam rumor domi, cum Campanarum permixto sonitu. Novitate rei perculsi illi, prodeunt extra januam, circumque spectantes advertunt Laurentium, demisse, ac graviter ad se venientem. Exceptus est incredibili gaudio, atque amantissimis amplexibus omnium, grates Deo innumerabiles de tanti viri reditu agentes. Ipse vero aspectu sanctissimo suo lætitiam in eorum pectoribus maximam ingerebat .... Ab eo Cœnobio ad religiosissimum aliud S. Philippi Fragalatis sese contulit, extructum jam à fundamentis, multisque locupletatum annuis redditibus, ornatum insuper pluribus SS. virorum Reliquiis ab celeberrima memoria Illust. Comitis Rogerii &c. Huc usque laudata acta; quorum exemplar in arca asservatur, ubi reliquiæ ejusdem S. Laurentii in Oppido Farzanone conduntur; quæ è Græco in Italum sermonem cum fide transtulit Joannes Inqueniz Græcè doctus, jussu Joannis Archiepiscopi Messanensis anno 1573. In his autem, & si plura sint, quæ veritati historicæ minus cohærent, ut illud de Nicephoro Episcopo Troinensi, qui Laurentio Monasticum tradidit habitum. (Quis enim Nicephorus hic Troinæ Episcopus, ut Cajetanus advertit?)[a] certè autem non omnia improbanda, & Scriptoris negligentiæ fortè error, qui in Episcopi Troinensis nomen irrepsit, est ascribendus.

[a] In Animad. ad Vitam S. Laurentii tom. 2.

Cæterum de Erasmo, qui ex iisdem actis Præfectus, & Abbas nostri Agyrensis Cœnobii dicitur, nulla alia, vel tenuis illuxit notitia. Hinc ab aliis Abbatibus, quorum dabimus catalogum, secretum voluimus, ne cum certis incerta confunderemus.

1095 Anno circiter 1095. Ansgerius Episcopus Catanensis ipsam S. Philippi Ecclesiam liberam ob omni onere declaravit, atque ut in ea Baptisterium, & Cœmeterium haberetur, & decimas illi persolverent Oppidi incolæ, indulsit; quod ex diplomate infra exscribendo eruimus; quidquid obtendat Grossi, id non ab Ansgerio, sed à Roberto Episcopo de Monachorum consensu, Agyrensibus concessum asserens; cum ab utroque aliunde idipsum fuerit attributum.

Jam prosequitur noster Pirrus, *cum Principes Northmanni in Civitate Jerosolymitana Templum, & Cœnobium Benedictinorum nobilissima S. Maria de Latina, ea enim fuit prima latinorum Sacra ædes, dicaverunt, magnificentia Regia ditaverunt, eis Comes Rogerius subjecit hoc S. Philippi, & aliud Messanæ S. Mariæ de Latina Monasteria, unde Sancta Maria de Latina nomen diu retinuerunt*[b]. Monasterii autem de Latina Jerusalem notitiam luculenter pro suo more Pirrus expendit, ubi de Cœnobio S. Placidi Messanæ, nec aliud addendum superest, quam id, quod in Tabulis S. Philippi offendimus, de donatione scilicet quorumdam bonorum ipsi Jerosolymitano Cœnobio facta per Raymundum Tolosæ Comitem anno 1113. Quam suo etiam calculo Pontius Raymundi filius Tripolis Comes anno 1115. confirmavit; ac de Paschalis II. Rom. Pont. privilegio confirmantis Monasterio de Latina, & nostro S. Philippi privilegia omnia, atque indulta cum à Regibus, tum à Summis Pontificibus, ac aliis attributa anno 1112. Quæ verò fuerint hæc Regum, ac Pontificum privilegia, atque indulta, a Paschali cofirmata, nos latet.

[b] Not. Eccl. Cat. lib. 1.

Anno Christi 1113

1115

1124 Anno 1124. nostro S. Philippi Monasterio facta est concessio Ecclesiæ S. Salvatoris in Oppido Nicosiæ, cujus nulla alibi est memoria. Nicosienses in Ecclesia S. Benedicti Monachos olim fuisse, tradunt, unde in S. Mariæ de Succursu Prioratum migrarunt, forte S. Salvatoris Ecclesia eadem, ac illa S. Benedicti, quæ in tanta temporum distantia titulum mutare potuit; at id certe affirmare non audemus

De Regis Rogerii Comitis filii diplomate meminit Pirrus[c] & Regestum etiam Tabularii nostri Cœnobii S. Philippi. Sed apud Pirrum anno Mundi 6641. scriptum illud dicitur, nempe Incarnationis Dominicæ 1133. in Reg. vero Tabularii anno Mundi 6661. scilicet 1153. In eo Rex Patris elargitiones confirmans, descriptis finibus bonorum Monasterii, eidem specialius consuluit; quod quidem diploma Constantinus Lascari anno 1484. latinitati donavit, hac adjecta notula: *Græcum est divi Rogerii Regis Siciliæ, concessum olim Domino Petro Abbati S. Mariæ Virginis Latinæ Jerusalem, continens omnes limites, & terminos, & divisiones Monasterii S. Philippi de Agera, & omnium locorum suorum, & Gangiarum existentium in Sicilia. Et quoniam prædicti Monasterii Privilegia fuerunt igne consumpta, fuit factum hoc, jussu Regis à suis Judicibus cum maxima diligentia, coram Siculis Senibus, & Sarracenis in divisione limitum. Est autem annorum 330. usque ad præsens millesimum latinorum 1448.*[d] seu de anno 1153. circiter, ut supputanti patet; respondet proinde notis Tabularii, minime vero ad notas Pirri. 1153

[c] Notit. S. Placidi lib. 6. not. 1.

[d] Apud Capib. Lucæ Barberii.

Aliud quoque ejusdem Rogerii diploma, quo omnia Monasterii bona Rex confirmat sub dat. indict. 4. anno 1139. seu mundi 6641. ut idem Pirrus credit, mense Julii in Capibrevio exscriptum hæc habet.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi, Anno ab Incarnatione ejus 11... indict. 4 Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ Rex, & Calabriæ Comes, Christianæ Religionis, auctore Deo, Defensor, & Clypeus, Rogerii Magni Comitis Heres, & filius. Ad hoc disponente Domino naturali gladio dominari conspicimus, ut ejus Ecclesiis, & servis auxilium, & tuitionem postulantibus subvenire nostra protectione efficaciter debeamus. Cum igitur universis Deo famulantibus patrocinii meritò debitores existamus, tibi Rev. Priori S. Philippi propensiori studio tam pro Religionis, quam & liberalitatis nostræ gratia assistere volumus. Ea propter petitioni tuæ clementer annuentes, pro anima Patris mei Rogerii, celebris memoriæ, magni Comitis, & Matris meæ,

Anno Christi

nea; pia memoriæ, pro nostra etiam, & filiorum nostrorum salute concedimus, & præsenti privilegio confirmamus Ecclesiæ transmarinæ S. Mariæ, quæ dicitur de Latina in Jerusalem S. Philippi, cui Deo auctore Prior præsides, cum omnibus illis decimationibus, quas donatione Ansgeri, venerabilis memoriæ, Cataniensis Episcopi hodie canonicè possides, in ea libertate, quæ à præfato Episcopo constat fuisse concessum; nostra etiam auctoritate statuimus, ut quid quid Pater meus, sive Barones Siciliæ, vel quilibet alii fideles in Casalibus, Villanis, Vineis, Sylvis, Terris cultis, & incultis, Fontibus, Hortis, Molendinis, vel quibuslibet rebus aliis, de suis facultatibus præfatæ Ecclesiæ vestræ contulerunt, vel quacumque imposterum nostra concessione poterit adipisci, salvo per omnia nostræ dignitatis vigore, firma, & inconcussa sine alicujus personæ contrarietate permaneant. Si quis verò, quod absit, sciens hujus nostræ concessionis decretum temere violare, aut perturbare tentaverit, non solum divina sententia se puniendum inveniat, sed etiam judicio nostræ curiæ tamquam reus subjaceat. Porro ad indicium, & corroborationem hujus nostræ confirmationis, præsentis privilegii paginam per manum Gualterii nostri Capellani scribere, & sigillo nostro mense Julii præcepimus communiri. Ego Petrus Panorm. Archiepiscopus hujus rei testis sum. Ego Robertus Avello subscribo. Ego Matthæus de Creona subscribo. Ego Joannes Domini Comitis Dapiser subscribo[a]. Prioris, de quo in diplomate est mentio, nomen excidit; alium quippe à Petro Abbate S.Mariæ de Latina, & S.Philippi de Agyrio, cujus meminit Lascari, credimus; nihilominus hunc catalogo accensemus.

[a] Ex Cupib. Eccl. Lupillarbeii.

I. *F. Petrus* Abbas S.Mariæ de Latina, & S. Phil.Agyrii, de quo superius. Anno 1151. Silvester Marsici Comes, Ragusiæ Dominus, Rogerii Comitis ex Godefrido filio nepos, in Dei Ecclesias liberalissimus, Cœnobio de Latina, ac nostro S.Philippi nonnulla assignavit bona, scripto ad id privilegio, de quo in Reg. Tabularii S.Philippi[b]. Idem Adriani IV.PP. privilegium refert, quo omnia indulta, libertates, & gratias cum nostro S. Philippi, tum illi de Latina, ex Regum, ac Principum, suorumque prædecessorum libertates concessas, Apostolicæ firmitatis robore firmavit anno sui Pontificatus tertio, Domini 1158. cujus autographum in Tabulario Monasterii asservatur; quod inspicere adhuc non fuit datum.

[b] Habemus hanc notam in Visitat. Abb. per D. Honoratum Calamam de quo suo loco.

1158

Guillelmus II. Rex, ejusque nomine Margarita Regni Vicaria ob filii ætatem minorem, Bajulis, ac Portulanis Messanæ præcepit, ut è Messanensi portu quædam pro victu, & vestitu Monachorum in Jerusalem necessaria, absque datii alicujus solutione, ac fructus bonorum Monasterii de Latina ab omni onere immunes, egredi permittant, dato ad id diplomate anno 1166. quo aliis etiam privilegiis, & libertatibus Monachos donavit; quæ postea anno 1172. 8.Idus maji suo Apostolico rescripto sub datum Signiæ explicat, & confirmat Alexander III. Romanus Pontifex[c]. Idem piissimus Princeps post quadriennium bono Monasterii consulens, fines, ac terminos Casalis, seu Feudi de Masale describendos suo speciali mandato per judices, & ministros curavit.

1166

[c] Ex Pirro Notit. 3. lib. 4. & Tab. Mona. Ser.

1170

Quo etiam anno Robertus Catanensis Episcopus statim post initam dignitatem, de consensu Monachorum suorum, jura omnia, quæ ad spirituale, sive Ecclesiasticum spectant munus, Baptisterium scilicet, Cœmeterium, decimas, & proventus, ac potestatem in omnes Oppidi Ecclesias, cum medietate Ecclesiæ SS. Salvatoris, exceptis Ecclesiis S. Mariæ de Alto, & S. Gregorii, ac reservato jure Archidiaconatus, Canonicatus, fidelitatis Clericorum, ac Synodi, S. Philippi Monachis concessit, scripto diplomate mense Februario 13. indict. in quo omnia ab Ansgerio Episcopo indulta, rata voluit, & firmavit[d].

[d] Gratt. Catan. Sac. f. 151.

Has omnes gratias denique Guillelmus Rex laudatus sua celebri elargitione de Ecclesia, & Casali S. Crucis, forte apud Ragusam, Monasterio nostro de Latina facta, cumulavit anno 1173.[e] quæ dehinc anno 1185. ab eodem fuit confirmata.

1173

[e] Ex Tabul. Monast. S. Philippi.

II. *F. Facundus* sive *Facundinus* Abbas S.Mariæ de Latina in Jerusalem, ac S. Philippi de Agyrio Prior, qui in Ecclesia S Mariæ de Latina Messanæ celebrem fundavit Confraternitatem, ut refert Pirrus, diploma fundationis integrum exscribens[f]. Eo Abbate anno 1187. pro decimarum consecutione, ac aliis juribus, cum Dominis Oppidi S. Philippi à Monachis diu est litigatum, tandemque inita conventione, jurgia composita, ac Cœnobii jura sarta tecta servata sunt. Tabulæ hujusmodi conventionis in Archivo Agyrensi habentur, ut ex ejusdem Reg. colligimus.

[f] Lib. [illegible] & lib. 4. p. [illegible]

1187

Sub idem tempus quamplures Monachi ab Jerosolymitano Cœnobio in suas suffraganeas Siciliæ atque Calabriæ Ecclesias commigrarunt; Subacta enim Urbe Jerosolymæ à Saladino impio Rege, postquam annis octoginta circiter sub Francorum Principum Imperio stetisset, pretiosa quæque ejusdem direpta sunt, ac Monasteria, fugatis Monachis, pene consumpta. Abbas ipse Facundus post multos per Syriam errores, tandem in Siciliam venit, omnibusque humanitatis officiis exceptus, ab Henrico VI. Rom.Imp., ac Siciliæ Rege Privilegium exoravit, quo bona omnia singulis Ecclesiis suo Monasterio unitis concessa confirmans Rex, facultatem reficiendi Casalia bellorum injuria devastata, concessit, ac Guillelmi Regis donationem de anno 1166. ratam habens, ut singulis annis *frumenti salmas ducentas* liberè possent Monachi extrahere, indulsit Panormi 8.Kal. Januarii 1195. Henrici diploma habes apud laudatum Pirrum[g]. Constantia quoque Imperatrix, & Regina Henrici Uxor Facundi precibus mota, cum filio suo Friderico tum Guillelmi, tum ejusdem Henrici diplomata firma voluit, hoc privilegio.

1195

[g] Lib. 4. Pirro Not. [illegible]

1199

In nomine Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, Amen. Constantia Dei gratia Romanorum, & Siciliæ Regina una cum charissimo Filio suo eadem gratia Rege Siciliæ, Principatus Apuliæ, & Ducatus Capuæ. Sicut sceptrum nostri regiminis

Anno Christi

à divina protectione clementia credimus feliciter protegi, speramus perpetuo, & confirmari; sic illius intuitu, per quem Reges regnant, dominantur & Principes, nostra debet clementia jura, & tenimenta omnia locis Religiosis indulta, de nostra munificentia gratia confirmare, & sub nostri tenere culminis protectione secura. Hinc est, quod ad nostram Curiam veniens F. Robertus Monachus S. Mariæ de Latina, quæ est in Jerusalem pro parte Facundini venerabilis Abbatis, ac totius Conventus Monasterii de Latina, supplicavit attentius celsitudini nostræ, ut confirmaremus ipsi Monasterio privilegium Domini Imperatoris, quondam charissimi viri nostri sibi indultum; cujus tenore inspecto cognoscimus, quod jam dictus Dominus Imperator præfato Abbati, & fratribus ejusdem Monasterii S. Mariæ de Latina singulis annis ducentas salmas frumenti à quocumque Portu Siciliæ Syracusiæ, vel Catanæ, vel Messanæ concesserit liberè, & sine aliquo portatico, vel plateatico extrahendas, & mittendas ultra mare pro eorum substentamento, & quod omnes obedientiæ homines, possessiones, Casalia, & tenimenta ipsius Monasterii semper sint in manibus nostris, sicut consueverunt temporibus prædecessorum nostrorum, felicissimorum Regum, bonæ memoriæ, nec aliud unquam dominium habeant nisi nostrum, & hæredum nostrorum; & quod liceat eis sine alicujus contradictione readificare, & construere Casalia sua, quæ occasione guerræ post obitum Regis Guillelmi fuerunt destructa, & ut homines, qui casalia ipsa inhabitant, & in futuro inhabitaturi sunt, easdem libertates, consuetudines, bonosque usus habeant, in lignis, pascuis, aquis, & cunctis aliis, quos scilicet usus temporibus prædecessorum nostrorum felicissimorum Regum bonæ memoriæ soliti sunt habere: insuper etiam confirmavit eidem Monasterio jam dictus Imperator omnia privilegia sibi à Domino Patre nostro Illustrissimo Rege Rogerio bonæ memoriæ à Rege Guillelmo primo, & II. felicis recordationis indulto, super universis terris, casalibus, hominibus, & cunctis possessionibus, quas idem Monasterium tenet in Sicilia, Calabria, & Apulia: In Sicilia nominatim apud Messanam Ecclesiam S. Mariæ de Latina cum omnibus pertinentiis suis; apud S. Philippum Casale Corneti, Scarpelli, & Castelli lucis; apud Ragusiam Casale S. Crucis de Rasacambra; apud Siclim Ecclesiam S. Laurentii; apud Capicium Ecclesiam S. Philippi, Casale S. Petri de Vaccaria, Ecclesiam S. Mariæ de Politio, Ecclesiam S. Nicolai de Sacca, Ecclesiam S. Petri de Tocci, cum omnibus tenimentis, molendinis, & justis possessionibus, & pertinentiis earum. In Calabria Ecclesiam S. Petri de Cachena, Ecclesiam S. Nicolai de Lampada, & Ecclesiam S. Eliæ cum omnibus earum obedientiis, & justis pertinentiis. In Apulia Ecclesiam S. Laurentii, & Casale Vernulæ cum omnibus justis pertinentiis suis. Nos autem in his, & similibus pia progenitorum nostrorum vestigia imitantes, omnia privilegia ipsi Monasterio S. Mariæ à prænominatis felicissimis Regibus prædecessoribus nostris, bonæ memoriæ, & à jam dicto Domino Imperatore charissimo viro nostro, bonæ memoriæ, indulta, & omnes obedientias, homines, casalia, molendina, cum omnibus possessionibus, & tenimentis, quæ prænominatum Monasterium S. Mariæ de Latina in Regno nostro justè tenet, & de cætero justo titulo poterit adipisci, præsenti nostræ auctoritatis pagina confirmamus. His igitur omnibus, sicut prædictum est, eidem Monasterio à nostra celsitudine confirmatis, omnes prædictas obedientias, Casalia, & tenimenta cum hominibus, & rebus eorum sub nostri protectione culminis assumentes, universis nostris fidelibus præsentem paginam inspecturis præcipimus, & sub obtentu nostræ gratiæ prohibemus, ut nullus de cætero prædictas obedientias, vel prænominatum Abbatem jam dicti Monasterii, vel Priorem, seu Priores, seu homines eorum de tenimentis, possessionibus, & rebus a nostra celsitudine confirmatis, præsumat aliquatenus molestare, vel indebitam sibi vexationem inferre. Si quis autem ausu temerario venire tentaverit contra hoc nostræ Serenitatis edictum, indignationem se nostram noverit incursurum. Ad hujus autem nostræ confirmationis memoriam hoc præsens privilegium eidem Monasterio fieri fecimus, & sigillo nostro cereo jussimus communiri. Datum in felici urbe Panormi Anno Incarnationis Domin. 1199. mense Octobris 2. indict.[a]

Huc usque Constantia Regina. Sequenti anno Gualterius de Parisio Comes vineas nostro 1200
Agyrensi Cœnobio concessit; nec multo post cum Monachorum numerus augeretur, (quamplurimis nempe è Syria in nostras has partes à Turcis exactis) Principum, ac fidelium liberalitate alia bona Monasterio devenerunt, ac nova jura antiquis accessere ann. 1205. ut ex 1205
variis diplomatum elargitionibus in Reg. Tabularii eruimus.

III. *F. Paganus de Parisio* Gualterii Comitis, de quo jam diximus, forte consanguineus, post Facundum in Abbatiæ munere successit, qui Abbas etiam, & Prior S. Philippi dicebatur, atque Agyræ morabatur. Huic Fridericus Rom. Imperator, ac Siciliæ Rex privilegium indulsit, quo omnia cum Rogerii, tum Henrici, Guillelmi, & Constantiæ diplomata rata voluit, Panormi mense Decembris anno 1225. Imperii 5. Regni vero Siciliæ 17. ut ex 1225
Reg. Tabul. de eo Pirrus[b].

IV. *F. Petrus* Prior S. Mariæ de Latina dicitur anno 1245. An vero simul nostri Agyrensis 1245
Monasterii curam gesserit, incertum; legimus autem cum apud Pirrum, tum in Reg. privilegiorum, Petri opera omnia Regum, Pontificum, ac Principum diplomata in publicas Messanæ tabulas fuisse redacta, anno enunciato die 7. Augusti, & sequentibus indict. 3.

V. *F. Henricus* aliquando Abbas S. Mariæ de Latina, aliquando Prior dicitur, ut Pirrus est auctor[c]; cui facta creditur donatio Terræ Galeani anno 1252.[d] Post hunc 1252

F. Guillelmum Priorem Latinæ, dehinc ad Maniacensem Abbatiam assumptum, & *F. Nicolaum de Cantone* anno 1279. subscribentem in transumpto privilegii Guillelmi II., & Constantiæ Imperatricis favore Monasterii Vallis Josa-

a Ex Capit. Eccl. Barb.

b Ex lib. Monast. apud Pirrum lib. 4. not. 1.

c Ibidem.

d Ex Reg. Tabul. superius citato.

Anno Christi

Josaphat, invenimus; verum aliis S. Philippi A Præpositis accensere, cum nulla id conjectura suadeat, non audemus.

Caroli Andegavensis Comitis, ac Siciliæ Re-
1275 gis anno 1275. literæ occurrunt, quibus decimas Oppidi Agyræ nostris sua auctoritate confirmavit; idque denuo precibus Monachorum
1280 anno 1280. ratum habuit [a].

[a] Ex Reg. Tabul. Agyrens. Monast.

Per hæc tempora Sarracenorum incursionibus Syria penitus devastata, ac Christianis, omnibus fermè locis ereptis, Monachi S. Mariæ de Latina, & Vallis Josaphat, quotquot resi- B dui erant, in Siciliam duabus vecti navibus appulerunt. *Tunc*, ait Pirrus, *nostrum S. Philippi Cœnobium caput, & Princeps omnium Ecclesiarum subjectarum tum in Sicilia, tum in Calabria sufficitur; imo ei suffragari cœperunt Cœnobia. S. Maria Magdalena extra mœnia Messanæ, S. Maria Vallis Josaphat Paternionis, & S. Maria de fossis Ducatus Calabriæ; ut literæ Infantis Joannis declarant*. At certè in hoc fallitur; etsi enim Ecclesiæ S. Mariæ de Latina Agyrensi Cœnobio suffragari ex eo tempore cœ- C perint, quæ ad Vallis Josaphat Monasterium spectabant, uni S. Mariæ de Fossis in Calabria Cosentinæ Diœcesis subjiciuntur, ut in notitia S. Nicolai de Arena advertimus; nec ulla aliunde in Tabulis S. Mariæ Vallis Josaphat Paternionis, quas pene integras asservamus in S. Nicolao, memoria de hac cum Agyrensi Cœnobio unione, aut subjectione. Literæ denique Infantis Joannis nobiscum sentiunt potius, nec Pirro favent. Hic per aliquot annos Abbatum nomina nos deserunt; sed ex Reg. Tabularii S. D Philippi didicimus, quod

1304 Anno 1304. Benedictus XI. Romanus Pontifex omnia *privilegia, libertates, & gratias* nostris Cœnobiis de Latina, eorumque *Grangiis* a Regibus, aliisque concessas, Apostolicæ firmitatis robore communivit, dato ad id speciali diplomate; aliisque literis Indulgentiam, ut dicunt, visitantibus Ecclesiam S. Philippi de Agyra quotannis in die ejus festo concessit. An-
1307 no 1307. inter Monachos nostri Cœnobii, & Universitatem Calathajeronensem de finibus E Fendi de Scopello, pro quibus assignandis varia intercesserant jurgia, conventum est, ut ex Tabulis compromissi.

1329 VI. *F. Eustachius*, quo Abbate anno 1329. dum vellent Monachi collabentem nimia vetustate Ecclesiam in augustiorem formam erigere, ac tanto operi explendo vires non essent, Joanni XXII. supplicarunt, qui adjuvantibus in ædificatione ejusdem Indulgentias, ut vocant, largissimas concessit. Piorum itaque eleemosynis, ac Monasterii impensis brevi magni- F ficentissimum Templum in honorem S. Philippi Abbatiæ Patroni Patres extruxere, atque Abbas deinceps S. Mariæ de Latina in eo sedem perpetuò locavit, ut ex electione Prioris S. Ma-
1333 riæ de Latina Messanæ anno 1333. etiam eruimus. Idem Abbas confirmavit commutationem cujusdam territorii ad nostrum Cœnobium spectantis in finibus Politii, cum tenimento domorum Catanæ in Regione S. Demetrii Juris Elisabeth Reginæ Siciliæ, per acta Petri de Carruba Agyrensis die 20. Martii 1334. Commutatio porro fuerat Catanæ stipulata in Tabul. Constantii de Augusta Catan. die 9. Martii ejusdem anni, a F. Nicolao de Salvia S. Crucis de Rachamo Priore nomine Abbatis, & à Bartholomæo Cutelli Elisabeth Procuratore.

Anno 1341. Abbatem Agyrensem elegisse Re- 1341
ctores Ecclesiarum de jure Monasterii de Latina habemus ex Reg. Tab. sæpius laudato [b]. Quo etiam anno favore nostri Abbatis fuit dictum, ut permaneat in possessione Ecclesiarum earumdem, atque in Ecclesia habeat Baptisterium, & Cœmeterium, gaudeatque privilegiis ab Ansgerio, & Roberto Episcopis concessis. Hujus autem sententiæ transumptum non multo post anno 1347. confectum est [c]. Idipsum denique Simon Episcopus Catanensis suo novo privilegio confirmavit anno 1380. ut Pirrus, & Grossi 1380
[d] habent ex Tabulis Ecclesiæ Catanensis. In Reg. Tabularii Monasterii S. Philippi Simonis literæ sub dat. an. 1370. consignantur; at error irrepsit; Simon quippe de Puteo anno 1379. dignitatem est assecutus.

[b] Ex Reg. Tabul. Mon. S. Philippi.

[c] Ex eodem Reg.

[d] Pirr. lib. 3. Not. 2. Eccl. Cat. Grossi Cat. sacra.

Per hæc ipsa tempora Abbatem Sanctæ Mariæ de Latina, & Agyrii gessisse scribit Pirrus [e].

[e] Not. 3. Libri par. 2.

VII. *F. Philippum de Castronovo*, qui anno
1381 1381. Sacras vestes, quibus in celebrioribus anni solemnitatibus utebatur, suæ S. Philippi Ecclesiæ dono dedit [f], atque inita cum Clero ejusdem Oppidi conventione jurgia diu exagitata compescuit anno 1384. Post Philippi 1384
obitum ad utramque Præfecturam eligitur ex Pirro ibidem

[f] Ex Reg. Tabul. sæpius citato.

VIII. *F. Raynaldus Draponi*, & confirmatur à Rege Martino, ut idem colligit ex Cancell. ann. 1393. & 1395. sed in eadem Cancellaria

IX. *F. Franciscum de Tartaro* Messanensem ab eodem Martino legimus Philippo subrogatum ex literis Catanæ die 12. Augusti 1395. [g]. 1395
At fortè Raynaldus S. Mariæ de Latina Messanæ Prior, Franciscus vero S. Philippi de Agyrio Abbas fuit renunciatus.

[g] Reg. Cancell. hoc an.

Interim vero Bonifacius IX. Rom. Pontif. de eadem Abbatia providit Presbyterum quem- 1401
dam sæcularem Neapolitanum, declarans ad Romanam curiam Abbatiæ collationem spectare, sed Martinus, ne suo juri patronatus injuria inferretur, eidem Pontifici rescripsit, dicens: *De Regni Prælatiis se velle, & posse disponere, ac Siculos, aliosque ejus Regios fideles canonicè electos de illis providere*. Suis verò officialibus, ac Ministris præcepit, ut Franciscum ab se nominatum in Abbatiæ possessionem inducerent, fructusque, & proventus illi attribuerent, Apostolicis denique Bullis in præjudicium Regii Jurispatronatus executionem denegarent, datis Catanæ literis die 2. Junii 10. Ind. 1402. [h]

[h] Reg. Cancell. hoc anno fol. 3... & Prot. fol. 391.

X. *F. Placidus de Sergio* post Franciscum ad hanc Abbatiam evectus ex Bullis Apostolicis, de Martini Regis consensu, qui in suis literis, illius approbans institutionem, ait: *Quia, ut percepimus, Religiosus vir F. Placidus de Sergio Ordinis S. Benedicti in Abbatem S. Mariæ de Latina in Jerusalem, alias S. Philippi de Agyrione Ordinis prædicti per Dominum*

Sum.

Anno Christi

Sum. Pontificem factus, & creatus est, ideo &c.
Datę sunt autem Literę hujusmodi anno 1405.[a]
1405 Eodem Abbate agente, die 18. Maji 1411.[b]
Rex Secreto, & Capitaneo Saccæ præcipit, ut
Monasterio S. Philippi Agyrensi restituantur
1411 Ecclesiæ S. Calogeri, & S. Nicolai ejusdem ur-
bis, tamquam de membris, & Grangiis ejus-
dem Monasterii, olim S. Mariæ de Latina in
1416 Jerusalem subjectis. Anno dehinc 1416. Cata-
næ 11. Aprilis ab Joanne Infante Siciliæ Pro-
rege provisio emanavit, ut membra omnia, &
Grangiæ olim S. Mariæ de Latina per Siciliam
subjectæ, Monasterio S. Philippi de cætero in-
telligantur unitæ[c]. A morte Placidi

XI. *F. Antonius Paternò* nobilissimis paren-
tibus Catanæ ortus, ac in patrio S. Agathæ
Cœnobio vitam Regularem professus, hac Ab-
batia ob promerita suorum, ac propriæ virtu-
1427 tis intuitu insignitur, quam ad annum 1427.
tenuit,[d] ut Pirrus, & Grossi scribunt; de
Antonio cum laude agunt eruditissimi Scipio,
& Joseph Paternò in accuratis opusculis eorum
familiæ mss. ubi illum Theologum eximium,
ac Concionatorem egregium deprędicant. Post
Antonium

XII. *F. Bernardus*, seu *Bernardinus Pater-
nò* ejus frater Agyrio præficitur ex Regis vo-
luntate. Fuit Bernardus S. Agathæ Monachus
& ipse; Cum autem F. Thomas Tancredi Mes-
sanensis Prioratum S. Mariæ de Latina Messa-
næ ab Eugenio IV. PP. exorasset, idque con-
tra sui Agyrensis Cœnobii jura fieri, conque-
reretur noster Abbas, Alphonsus Rex suis li-
teris datis in Castro S. Marci, Regiis Admi-
nistris injunxit, ut bullis Apostolicis favore
Tancredi emanatis executionem in Regno ne-
1433 garent, ut ex Tabul. Prot. eruit Pirrus an-
no 1433.[e] Eidem Abbati Rex delegavit suam
potestatem, ut causam Guillelmi à Santogallo
Roccadiæ Abbatis recognosceret, ac judicaret
1436 mense Julii anno 1436.[f]

Ex hac Abbatia ad Ecclesiam Milevitanam
Bernardus translatus, cum illi aliquandiu prę...
fuisset, anno 1447. decessit Catanæ, in suo S.
Agathæ Monasterio honorificè sepultus.[g] Scri-
bunt etiam de Bernardo Scipio, & Joseph lau-
dati. Quem excepit

XIII. *F. Jacobus* seu *Jaymus Paternò* Albari,
qui Romanus Senator fuit electus, eoque mu-
nere Romæ functus, ut scribit Pirrus, & Joan-
nis Regii Camerarii Frater. Hic cum ætatis
perfectæ non esset, Rege volente ob suorum
promerita, inductus est in possessionem Abba-
tiæ. Ait porro Rex in suis literis. *Licet su-
per regimine, & Gubernatione dicta Abbatia ad
SS. Dominum nostrorum Papam pertineat ætatis
veniam concedere, atque dare; Verum quia di-
cta Abbatia de Jure Patronatus nostra est, & nos
eamdem dederimus vobis, & induxerimus in pos-
sessionem &c.* Ex quibus verbis Lucas Barberius
contendit, posse Regi competere, in ætatis de-
fectu dispensare, in provisione Beneficii de Ju-
re Patronatus; sed quam ineptè hoc asserat,
nemo non videt; Rex enim Alphonsus, ad
quem sola nominatio ad Abbatiam spectabat,
regimen tantum temporale Jacobo pòtuit elar-
giri; ætatis vero dispensatio, quo ad munia
spiritualia, Pontifici de Jure reservabatur.
1446 Alphonsi literæ datæ sunt anno 1446.[h]

Sequenti anno eumdem Jacobum Milevitanum
Episcopum, & mox defunctum scribit Pirrus,
& ex eo Grossi, & Abela. At certè falluntur;
quis enim Episcopum illum hoc anno electum
credet, cui in defectu ætatis pro Abbatia fuit
indultum? Minus autem mortem per hæc tem-
pora oppetiisse, cujus acta ad annum 1474. 1447
perducuntur.

Idem Pirrus[i] Jacobi Epistolam refert ad Pro-
regem ex tabul. Proton. fol. 160. anno 1462. 1462
ubi querebatur, quod, cum Jaymus Paternò
Episcopus Melitensis, & Agyrii Abbas Franci-
sco Rozza quemdam librum commodasset, ubi
S. Philippi Agyrensis ad Senecam Epistolæ, &
alia id genus continebantur; is tamen liber si-
bi, suoque Cœnobio non reddebatur. Quis er-
go Jacobus hic? An alius, ut Pirro deferentes
Scipio, & Joseph Paternò, quos laudavimus,
credunt, duos ideo ejusdem nominis Agyrii
Abbates adstruentes? At primus, qui Bernar-
do in Abbatia successit, Episcopus esse haud po-
tuit, ut dicebamus; minus alter, de quo lo-
quitur Epistola. Error igitur in libros Proton.
irrepsit ex amanuensium incuria; & Abbas, qui
librum mutuo dedit, quique Episcopus Meli-
tensis dicitur, Bernardus Jacobi prædecessor
fuit. Quod alius porro fuerit Jacobus electus
Melitensis, sed minimè Agyrii Abbas, quem
Nicolai Paternò, Regis Martini familiaris fi-
lium dicunt Scipio, & Joseph Paternò, non in-
ficiar, sed ex antiquis probare tabulis vix
possunt.

Jam anno eodem 1462. noster Abbas Aposto- 1462
licus delegatus constituitur à Pio IV. PP. pro
unione Prioratus S. Agathæ Veteris cum Deca-
natu majoris Ecclesiæ Catanensis, quo Anto-
nius Paternò fungebatur, ut ex Tabul. Ec-
clesiæ Cat.

Litem quoque intendit Jacobus Raymundo
de Moncada S. Nicolai Saccæ Priori ab Rege
electo. Hic de jure Patronatus Regis Priora-
tum esse contendebat; contra Abbas fuisse de
membris S. Mariæ de Latina, ac suo S. Philip-
pi Monasterio annexum affirmabat. Prorex id-
circo Regem consuluit, ut providere dignare-
tur anno 1469. circiter, etsi ex errore Barbe-
rius in Capibrevio factum asserat anno 1479.

Mortuo haud multo post Guillelmo Bellomo 1473
Catanensi Episcopo, Capitulum ejusdem Ec-
clesiæ Jacobum nostrum in Episcopum elegit,
pro qua electione probanda Senatus Catanen-
sis supplices ad Rom. Pont. Xystum IV. dedit
literas, ac Joannem Paternò, Jacobi Fratrem,
de quo supra, Legatum suum ad eumdem Pon-
tificem destinavit; Sed cum Catanensi Eccle-
siæ Julianum de Rovere Pręsulem dedisset Pon-
tifex 15. Kal. Februarii, Canonicorum, ac Se-
natus petitio rejecta est. Voluit nihilominus
Xystus, ut Jaymus ejusdem Juliani Vicarium
gereret, *cum jurisdictionis arbitrio, facultati-
bus, &c. quibus alii Ecclesiarum Vicarii à Se-
de Apostolica constituti tàm de jure, quàm de
facto uti possent*, ut Grossi advertit[k]

Julia-

[a] Ex Reg. Cancell. in Capibr.
[b] Ex Reg. Prot. eo anno.
[c] Lib. Monach. in Tab. Prot.
[d] Ex Prot. f. 28. Pirr. l. 3. not. 7. Grof. Decaco. cap. 9.
[e] Lib. 4. not. 3. Pat. 2.
[f] Ex lib. Monast. in Tab. Prot.
[g] Pirr. not. 5. lib. 3. Abela not. Epis. Mi- lev. Grossi ibid.
[h] Ex Reg. Cancel. apud Lucam Bar. Capi.
[i] Lib. 4. not. 11.
[k] Cat. sac. 5. 1b.

Anno Christi 1474

Juliano in Regno non recepto ex Regis præscripto, qui Jacobo favebat, Vicarius nihilominus hic, atque Ecclesiæ Catanensis Oeconomus delectus est, cui ideo proventuum curam, ac bonorum Episcopatus conservationem, usque ad novam electionem, commisit Prorex 23. Martii 1474. [a], quo quidem anno aut sequenti Jacobus occubuit. De eo etiam Silvagius Colloq. Trium Peregr. fol.165.sed in morte consignanda aberrat. Jacobum Cisterciensis Ordinis Monachum nonnulli credunt.

a Grossi ibidem.

De Abbatibus Commendatariis.

1475

I. Ægidius Romanus nobilis Catinensis Primus Abbas Commendatarius anno circiter 1475. post Jacobum renunciatur. [b] De quo idem Pirrus, & Grossi. Regimen tenuit ad annum 1485. defunctusque est Agyrii. A cujus morte Francisco de Dato S. Philippi Secreto Prorex præcipit, ut spolium demortui Abbatis curet, tamquam de rebus ad Regiam curiam spectantibus [c].

b Ex lib. Secret. de anno 1476.

1485

c Ex Reg. Cancel. anno 1485.

II. *Franciscus Ajutami Cristo* præclarissima familia exortus à Ferdinando Rege ex literis 7. Augusti 1485. Cordubæ scriptis Abbas Agyrii nominatur, atque ab Elisabeth Regina confirmatur; S.Philippi Oppidum enim de Camera Reginali jam ante effectum, Reginæ imperio parebat [d]. Hic Prioratum S. Mariæ de Latina Messanæ de jure suæ Abbatiæ, ad se revocare contendens, F. Philippo Grippari, ab Julio II. Rom. Pontifice per rescriptum Apostolicum electo, litem intendit. At Grippari prudentius agens, Pontificiæ collationi renuncians, Prioratum ex novis literis Ferdinandi Regis sub dat. in Castronovo Neapol. 27. Decembris indic. 10. 1506. obtinuit. Contendens nihilominus Abbas, & Agyrii Conventus, ut sibi Prioratus restitueretur, tandem Rex per literas Neapol. die 27. Maji 1507. Proregi perscripsit, *quia Prioratus de jure Regio erat, provisio in Priorem de Latina Messana Philippi Grippari suum sortiatur effectum* [e], ut in libro Monarch.

d Reg. Canc. hoc ann. fol. 18.

1506

e Ex Capib. Barber. & Pirro lib. 4. not. 3. par. 2.

Haud multo post delatus noster Abbas apud eumdem Romanum Antistitem Julium à Ludovico Cardinali de Aragona, quod irregularitatem incurrisset, Abbatiali dignitate privatus fuit, quam Pontifex eidem Ludovico, inscio Rege, contulit. At Rex pro tuitione Juris Patronatus Regii perscripsit; quod, *ex quo per Proregem Siciliæ super illata culpa certo non fuerat provisum, & Franciscus in possessione Abbatiæ permanserat, utique Abbas non molestetur; immo manuteneatur; Apostolicis verò Bullis ad instantiam Cardinalis emanatis negetur executio*. In Villa Monyon datis literis die 11. Junii 1510. ut ex Regest. Cancellariæ [f] fol. 730.

1510

f Ex Capibrev Barberii

1512

Anno 1512. noster Abbas Prioratum S. Laurentii, & S. Philippi de Xicli, uti de jure suæ Abbatiæ, Bartholomæo Milazzotto contulit, id quod à Prorege firmatum fuit, ac laudatum die 28. Octobris eodem anno [g].

g Ex Reg. Canc.

III. *Michael Ajutami Cristo* Francisci Nepos ex ejusdem resignatione fit Abbas Agyrensis anno

Anno Christi 1525

1525. cum literis Apostolicis Romæ 9 Julii Panormi exscriptis die 27. Julii ejusdem anni [h]. Eo Abbate Franciscus Ventus Regius Visitator Ecclesiarum Juris Patronatus Priorem S.Mariæ de Latina Messanæ F. Thomam Bonafide invenit, adnotavitque, eam Ecclesiam fuisse, & esse de suffraganeis Monasterii S. Philippi Agyrensis, & ab ejus Abbate Prioratum conferri, ut Pirrus scribit [i]. Decessit Michael Abbas die 15. Aprilis Panormi 1545. ejusque loco,

h Ex Regest. Cancel. hoc anno.

i not. 3. lib. 4. par. 1.

1545

IV. *Joannes Saganta* Hispanus Aragonensis Cæsaraugustæ ortus ex nobilissima prosapia, ac solis minoribus ordinibus initiatus Abbas Agyrii sufficitur, qui Joanni Mansoni suas vices statim delegavit.

1552

Anno 1552. Abbatia ab Jacobo de Arnedo Regio Visitatore perlustratur; mox orta lite inter nostrum Abbatem, & Nicolaum Caraccioli Episcopum Catanensem pro jurisdictione in Clericos Oppidi S. Philippi, literæ Regiæ emanarunt ad instantiam Secretarii sub die 29. Januarii, quibus Proregi causa Abbatis commendatur [k].

k Ex Reg. Canc. eo anno 1552.

Ad visitandum Regis nomine nostrum Cœnobium Petrus Butiron, & Manriquez Roccadiæ Abbas, ex Regiis literis Visitator Ecclesiarum Juris Patronatus electus, anno 1578. venit; ipsumque omni prorsus observantia regulari destitutum, & a quibusdam Sacerdotibus penè sæcularibus, qui ad institutum regulæ vivere nolebant, nec integrum S. P. Benedicti habitum gestabant, inhabitatum advertens, eosdem officiis omnibus demereri studuit, utque ad Monasticæ vitæ regulam vivere deinceps vellent, illis suadere curavit; Renuentes verò datis legitimis terminis die 12. Junii 1578. indic. 5. è Monasterio ejecit; ac Casinensis Congregationis Definitoribus, & Præsidi scripsit, ut pro divini cultus honore, ac Religionis gloria, sex saltem Monachos Agyrium ad Monasterium mitterent, pristino decori restituendum. Annuere Patres, sexque Monachos omni virtute præditos, ac morum innocentia spectatissimos, protinus è Siculis Cœnobiis adlectos delegarunt, P.D. Paulum de Blandino, D. Theophilum à Florentia, D. Damianum à Catana &c. qui mox Monastica observantia, ut par erat, reparata, Novitios sex ad habitum receperunt, quos adamussim SS. Regulæ institutis informarunt. De his loquens Petrus Manriquez in sua visitatione ait. *Quod bona illorum indoles optimam spem indicaret* [l].

1578

l Tab. Cass. Act. visit. Manriq.

Reclamarunt nihilominus Presbyteri illi Seculares è Cœnobio deturbati apud Sum. Pontificem, ut in pristinum locum redirent; sed Regii Visitatoris ordinatio à Sacra Cardinalium Congregatione fuit confirmata, ac de unione ejusdem Monasterii cum Casinensibus serio est actum, quamvis irrito conatu [m].

m Ex Chro. S. Mart. de Scalis.

Jam anno 1588. Joannes Saganta Abbas reservata sibi pensione aureor. 500. ex Pontificia, & Regia permissione, dignitate sponte se abdicavit; statimque ejus loco

1588

V. *Joannes de la Penna* Burgensis Hispanus Abbas à Rege nominatur, & Systi V. Rom. Pon-

Anno Christi 1588

Pontificis literis apud S. Marcum Kal. Octobris, Panorm. in Cancellaria exscriptis confirmatur eodem anno [a]; cui nova imposita est pensio aureor. 100. Philippo Dabiul Hispano exolvenda de ejusdem Regis consensu, & Pontificio indulto. Joannes dignitatem paucis mensibus tenuit; quippe

a Ex Reg. Can. co 10.

VI. *Joseph Saladinus* Siculus Panormitanus Francisci in supremo Italiæ Senatu Regentis filius, Alphonsi Raxhali, & Valguarneræ Domini frater, ex Abbatia Terranæ Cisterciensis Ordinis ad hanc pinguiorem transfertur ex B Bullis Apostolicis nonis Decembris 1588. Panormi exscriptis die 20. Maji 1589. & ab Enriquez Gusman Hispaniarum Regis apud Pontificem Legato speciali Epistola sub die 2. Januarii ejusdem anni Comiti de Alva Siciliæ Proregi commendatur. [b]

1589

b Ex Regiend. Canc.

1596

Anno 1596. vel ut Cajetano placuit 1599. ad 12. Kal. Februarii, dum fundamenta ad extruendam aram, noster Joseph alte molitur, S. Philippi corpus defodit; quo facinore Jurati Patres, populusque Agyrensis commoti, rem ad C Bernardinum Cardenam Maquedæ Ducem, ac Siciliæ Proregem detulere, conquesti, insciis ipsis S. Philippi corpus effossum. Missus prohinc Joannes Osorius Apostolicæ Legatiæ tunc Judex turbas composuit, & sacra ossa eodem in loco condidit ritu solemni. Locus porro hic, ut vetus fert notitia, *Chachena* nomen habebat, ubi olim S. Philippi Corpus integrum repertum, mox in idem sepulcrum illatum est saxo superposito cum sancti effigie [c]. Post hæc sui Cœnobii bono intendens noster Abbas, D literas à Prorege exoravit anno 1599. ut occupantes suæ Abbatiæ jura ad restitutionem compellerentur; sequenti verò anno Albertum Saladino affinem suum, Priorem S. Mariæ de Latina Messanæ constituit ex Pirro [d].

c Caetanus in Anim. ad vitam S. Philipp. & Pirrus n. 6. 9. lib. 3.

1600

d Lib. 4. not. 3. par. 2.

Deficientibus passim in Monasterio Monachis illis à Blandino institutis, dubitarunt, qui reliqui erant: An verè essent Monachi, quamvis Regulæ Benedictinæ professionem coram Priore Monacho emisissent, ac sacram Congregationem consuluerunt, quæ ex Voto Emmanuelis Episcopi Cephalædensis esse verè Mona- E chos, & ad vitam Regularem teneri, atque obligari, respondit sub die 26. Martii 1602. [e]. Per idem tempus Abbates Siculi Casinenses supplicarunt, ut S. Philippi Cœnobium in unum Congregationis S. Justinæ corpus coalesceret, ac Petrum à S. Philippo Monachum ad Sum. Pontificem pro re tractanda direxerunt. Hic pene ad votum Romæ omnia obtinuit, ac mox Clementis VIII. diploma emanavit, quo mensæ Monachorum separatio ab illa Abbatis de- F cernebatur, atque unionem Agyrensis Monasterii cum Casinensibus Pontifex firmabat. Regis autem beneplacito minime obtento, tractatus evanuit [f].

e Ex Tabul. Monast. & Tabul. S. Nicolai Catanæ.

f Tabul. S. Nicolai Catanæ.

1604

Interim Joseph ad Ecclesiam Syracusanam promotus anno 1604. ibidem magna sanctitatis opinione obiit, de quo nos in not. S. Mariæ de Terrana. Fuit noster Abbas, vel ab ipsa pueritia integritate vitæ nulli secundus, pietate in Deum eximius, atque in pauperes liberalissimus. Dignitatibus auctus, illas moribus, ac virtutibus illustravit, earumque proventus in domesticas curas expendi, propria excepta substentatione, minimè est passus. Episcopalibus infulis ornatus, crevit sanctitate, ita ut in omnium ore esset. Illius eximias virtutes à Conrado quodam Presbytero Netino, qui illi erat à confessionibus, & quo Episcopus familiariter utebatur, descriptas in S. Nicolai Catanæ Tabulario asservatas sæpius observavimus. Eum Prophetiæ dono, quo futura, & longe dissita cognovit, præditum, multis ostendit Conradus, in pauperum necessitatibus occulte sublevandis quotidie intentum, in oratione assiduum, in castigando corpusculo omnibus cujusque generis cruciatibus addictum, prodidit; propriæ denique mortis præscium, quin & miraculis illustrem deprædicat. Vixit annos 54. usque ad 1615.

Anno Christi 1604.

VII. *Alexander Centurion* à Rege præsentatus, & à Pontifice confirmatus post Joseph Abbatiam tenuit anno 1604. sub cujus regimine Philippus Giordi Ecclesiarum Regii Juris Patronatus Visitator ad nostrum perlustrandum Cœnobium deputatus, Corpus S. Philippi integrum subnigri coloris, vestibusque Sacerdotalibus indutum, è loco, ubi ab antiquo conditum jacuerat, & quo ab Osorio denuo fuerat depositum, ne ob nimiam humiditatem corrumperetur, in commodius, & ornatius sacellum solemni pompa, ac ritu eodem anno transtulit 8. kal. Augusti; de qua translatione scripsit Franciscus Mellauro in vita ejusdem S. Philippi cap. 12. 1604

VIII. *Scipio Cardinalis Burghesius* Romanus hac Abbatia donatus ex literis Regis, & Pontificiis, mox à *dandis* ut vocant, eximitur novis literis in Castello del Pardo die 16. Novembris 1613. Panormi exscriptis die 25. Februarii 1614. Sub hoc Abbate denuo Regi fuit supplicatum à Tribunali R. P. & ab ipso Siciliæ Prorege, ut Cœnobium Congregationi Casinensi uniretur, sed variis intercedentibus impedimentis, tractatus omni effectu caruit, hinc deficientibus omnino Monachis Benedictinis, eorum loco Presbyteri sæculares dignitate etiam Canonicali decorati subrogantur. Hi divinis officiis ad hanc usque diem intendunt sub Priore, qui ab Abbate eligitur, penes quem etiam & Canonicorum electio. 1613 1617

IX. *Antonius Bosco* Panormitanus præclarissimæ familiæ, ex Principibus Catholicæ ductæ, germen, literis Regiis Matriti die secunda Martii 1638. in Regno exscriptis hujus Abbatiæ titulo insignitur. Fuit S. Jacobi de Spada Miles, à Regiis Cortinis, aliisque titulis pro vitæ meritis, ac morum integritate decoratus. 1638

1666

X. *Ægidius Columna*, Carolus in sæculo vocatus, Marsorum dux, Philippi magni Comestabuli filius, Hieronymi Cardinalis, & Friderici Paliani Ducis, Militelli Domini Frater, à primis annis sæculari militiæ adscriptus Mediolani, ac in Belgio in Catholici Regis exercitu variis præfecturis perfunctus est; Romam reversus, cum ibi aliquandiu degisset, Deo militaturus, Monachis Casinensibus accenseri voluit.

voluit. Mox ab Urbano VIII. Pontif. Max. A claustro ereptus, Archiepiscopus Amaseæ destinatur, tandemque Rege volente Abbas Agyrii etiam renunciatur 1666. Ad perlustrandam suam Abbatiam sub die 24. Maji 1673.
1673 suum constituit Procuratorem D. Honoratum Columna Siculum S. Nicolai de Arena Catanæ Abbatem, Romæ per acta Romuli Sarraceni publ. Not. Honoratus statim Agyrium se contulit, atque a Priore, & Canonicis honorifice exceptus, omnia, ut par erat composuit, ac tabulario in primis prospexit, quod in meliorem formam concinnatum voluit. Idipsum post decennium 1683. præstitit, ac alia
1683 statuit cultum Ecclesiæ, ac Canonicorum decorem spectantia. Ægidius de sua meritus Abbatia illius sacrarium argenteis vasis, & lychnis elegantissimis decoravit. Decessit è vita an. 1688.

XI. *Carolus Columna* ex Bullis Pontificis 10.
1688 Septembris, in Regno exscriptis die 9. Januarii 1689. cum adhuc esset in ephebis, Abbas renunciatur. Mox variis in Romana Curia muniis perfunctus, tandem a Clemente XI. Pontifice Maximo inter S. R. E. Cardinales cooptatus titulo S. Angeli in Piscina decoratur anno 1706,
1706 die 17. Maji variis Congregationibus accensetur. Vivit hodie ad majora.

Ecclesiæ igitur S. Philippi sub titulo Regiæ Abbatiæ collegium Canonicorum inservit; ac inter alias ejusdem Oppidi principem locum habet. In ea Altare majus, ubi divinissima Eucharistia asservatur, Aræ autem minores SS. Crucifixo, ac S. Philippo Patrono dicatæ circa majorem absidem assurgunt. Aliæ insuper S. Agathæ, S. Mariæ de Rosario, S. Mariæ de Monte Serrato, & S. Mariæ de Novaluce, ac S. Annæ sacræ videntur. *Cachena* denique, seu locus, ubi diu jacuit Corpus S. Philippi subter Ecclesiam, in quem per gradus descensus patet. Fontem habet insuper Baptismalem, ac Cœmeterium, veluti una ex principalibus Parœciis.

Coluntur ibidem *S. Philippi Corpus integrum* arca argentea ab anno 1617. inclusum, *Corpus S. Lucæ Casalis*, de quo diximus, *Corpus B. Eusebii Monachi*, qui S. Philippi vitam literis consignavit, ejusque socius dicitur; *lac B. Mariæ Virginis*, *frustum SS. Crucis*, *ex ossibus S. Coni Confessoris*, *ac aliorum SS. Martyrum*, *Virginum &c.*

Ecclesia Suffraganea.

1. S. *S. Laurentii*, *& Philippi de Xicli* Prioratus, cujus electio ad Abbatem spectat, de quo Pirrus not. 2. lib. 3. Franciscus Salernus Panormitanæ Ecclesiæ Canonicus, celebris juris Consultus, hunc Prioratum obtinuit, de quo in Canonicis Abbatibus S. Joannis de Eremitis eruditiss. Mongitore. Decessit dum Vicarii munus pro Archiepiscopo Panormitano subibat 1654. Hodie Priorem agit N. N.

2. *Prioratus S. Nicolai de Latina* Saccæ, de B quo fusè noster Pirrus in not. Agrigentina lib. 3.

3. *S. Maria de Eremitis* seu *de Latina* Politii, de qua Ecclesia idem Pirrus not. Eccl. Cephalædensis lib. 3. Meminit alterius etiam Ecclesiæ de Jure nostræ Abbatiæ Agyrensis sub titulo *S. Mariæ de Gadera* seu *Eliader* inter Politium, & Petraliam sitæ in ms. not. eruditissimus Abbas Franciscus Caruso Politiensis.

4. *S. Maria de Latina* Messanæ, de qua ait C Cajetanus, quod vetus opinio Messanæ invaluit, Philippum Agyrensem ea loca incoluisse, ubi ædes est S. Mariæ de Latina. Illius notitiam fusè dedit Pirrus laudatus lib. 4. par. 2.

5. Prioratus *S. Petri in Nimphis* in Provincia Calabriæ, ac Diœcesi S. Severini, olim nostro Agyrensi Cœnobio unitus, ejusque collatio de jure Abbatis S. Philippi fuit. Anno enim 1520. legimus Abbatem nostrum, Prioratum D hunc contulisse*. Rursus anno 1600. per acta Nicolai Bastoni Panormitani Joseph Saladino eumdem contulit Horatio Formicæ.

* Ex Notit. Tabular. S. Philippi.

Inter illustres viros, ultra jam supra relatos, enumerat nostrum S. Philippi Cœnobium F. Isaac Agyrensem Patria, Barlaami discipulum, Astronomicis, ac mathematicis disciplinis, necnon Poesi, sacrisque literis apprime instructum; de eo cum laude scribunt Clavius, E Vossius, Ricciolus, Vvion, Systus Senensis, Scaliger, qui in annum 1372. illum rejicit, ac novissime Cla. Mongitore in sua Bibliotheca Sicula, ubi alios, qui de eo meminerunt, ac Isaaci opera penè innumera, cum typis edita, tum mss. in variis Bibliothecis asservata, recensèt.

Festum S. Philippi magno populorum concursu è vicinis, ac remotissimis Siciliæ Oppidis die 12. Maji celebratur, ac nundinæ toto Regno notissimæ habentur. Insigni vero specta- F culo magnus energumenorum numerus concurrit, quibus adhuc Philippi nomen formidabile, ac tremendum.

Abbas in Regni Comitiis locum 20. occupat, usum habet Pontificalium ex antiquo jure, ac Mozetta, & Mantelecto nigri coloris utitur. Proventus sunt scut. 1869. Onera scut. 527. remanent pro Abbate scut. 1350.

NOTITIA DECIMATERTIA

S. MARIÆ DE MANIACIO

Cum Ecclesiis annexis.

Maniacium à Georgio Maniace Protospatario, & Magistro Palatii Michaelis Imperatoris Constant., ac Siciliæ Præfecto anno circiter 932. ob partam eo in loco contra Sarracenos insignem A victoriam, & conditum, & denominatum oppidum, ad radices Montis Ætnæ circa Occidentis plagam olim positum, nunc dirutum, celebri Monasterio S. Mariæ de Maniacio nomen dedit, quod ad mille circiter passus ab Oppido extra-

extructum; Maniacii titulum hodie sibi vindicat; Oppidi vero rudera vulgo *Casalini* vocantur. Rogerii Siciliæ, & Calabriæ Comitis tempore, id Oppidum fermè à Christianis incolebatur, qui statim Comiti se dedere, eique operam suam probarunt. Guillelmi primi ætate etiam stetit, sed à quo dirutum, aut quo anno, incertum.[a] Ex ejus ruinis Brontes, ad octo mille passus distans, surrexit, incolarum copia hodie cæteris Siciliæ Oppidis comparandus. Nomen illi a Bronte uno ex Cyclopibus Vulcani, ut cæca somniavit antiquitas, de quibus Æneidos 8. *Brontesque, Steropesque, & nudus membra Piracmon*. Et Statius lib. 2. Sylv. 1.

Non tam grande sonat, motis incudibus, Ætna,
Cum Brontes, Steropesque ferit.

a Fazellus Hist. Sic. dec. 1.

Ibi hodie degunt Maniacii Monachi sub Regula S.Basilii; vetus autem Cœnobium undique ruinis patens, vix Ecclesiæ antiquæ partem integram servat, ubi diebus festis missæ sacrificium celebratur, ac Corpus B. Guillelmi requiescit.

Monasterii fundatio Margaritę Reginę Guillelmi primi Siciliæ Regis Conjugis, ac in minori ætate Guillelmi II. Regni Gubernatrici
1175 merito adscribitur circa annum 1173.non verò, ut Fazello placuit anno 1182. Quæ ut suæ erga Deum pietati faceret satis, Majorum exemplo, propriis sumptibus ędificato Monasterio atque Ecclesia, novi Cœnobii regimen Guillelmo Benedictino, Gallo, Petri Blesensis Fratri, qui à sigillis fuerat Guillelmi Regis, commisit.

I. *F. Guillelmus* igitur, qui forte una cum Stephano Perticensis Comitis filio, Reginæ consanguineo, ac totius Regni Cancellario, in Siciliam venerat, moribus gravis, ac sacra, & humana doctrina excultus, primo Episcopus Catanensis designatur; sed ab Joanne Agello ejusdem honoris cupido interceptus, dignitatem non est assecutus; quod totum ex Petri Blesensis Epistola satis liquet[b]. *Veridica* (ait ille) *commeantium relatione cognovi, quod in ultionem Domini Stephani* (Perticensis scilicet, qui Regno excedere conjuratorum vi adactus, in Syriam secesserat, ut apud Falcandum habetur) *Catanensis Civitas terramotu concussa est*, (anno 1169.) *in qua filius ille superbia Frater Notarii Matthai* (Joannes Agello) *qui vobis Episcopatum supplantaverat &c. Qua quidem si advertissent Pirrus, & Grossi* (verba eruditissimi Michaelis de Judice usurpamus)[c] *inter electos pro Catanensi Ecclesia Guillelmum Blesensem enumerassent, & Joanni Agello forte tot annos Episcopatus non dedissent; dum minime certius comperto anno obitus Bernardi Episcopi Antecessoris ejus, illi anno 1156. Episcopatum assignant, cujus confirmationem, & pallium non nisi 1168. obtinuit ab Alexandro III. ut apparet ex Bulla, quam integram habemus apud eumdem Pirrum not. Cat. Eccl. lib. 3. indeque inferri potest, quod interlabente hoc tempore 12. annorum Guillelmus Blesensis ob eximiam pietatem, & doctrinam anno 1167. aut antea fuerit postulatus Episcopus Catanensis à Monachis, illius Cathedralis Canonicis, irritamque factam postulationem ob ambitum Joannis Agelli, captantis sibi Episcopatus dignitatem, favore regalis Curia malis artibus extortam; tandemque anno 1168. die 26. Julii confirmatam,* 1173 *quam non nisi annum supra quinque menses tenuit usque ad diem 4. Februarii 1169. incipiendo tamen annum à Martio, ut tunc moris erat apud Siculos.* Hæc Judice. Porro ut Venerabilis viri meritis, cui Episcopatus sublatus fuerat, faceret satis Margarita Regina, pro eodem Monasterio Maniacensi ab Nicolao Archiepiscopo Messanensi exemptionem, ab omni jurisdictione ordinaria obtinuit, & ab Alexandro III. PP. impetravit pro electo Abbate Guillelmo confirmationem concessæ libertatis, atque honorem insignium Pontificalium, Mitræ scilicet, Baculi, Annuli, & Sandalium, de qua Pontificia elargitione loquitur Blesensis eadem Epist. 90. anno 1175. scripta. Diploma verò Nicolai Messanensis Archiepiscopi hæc habet. *In nomine Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Amen. Anno Incarnationis ejusdem 1174.* 1174
Kal. Martii indic. 7. Regnante Dom. nostro gloriosissimo Rege Willelmo, Regni ejus anno 8. feliciter Amen; Pontificatus autem Dom. Nicolai Primi Dei gratia Messanensis Ecclesia venerab. Archiepiscopi anno 8. Domina Margarita gloriosa Regina Matris Domini Willelmi Dei gratia Magnif. Regis Sicilia, Ducatus Apulia, Principatus Capua, & Monasterio, quod largiente Domino vos Domina Reg. statuistis adificare ad honorem Dei & Beatissima, ac Gloriosissima V. M. in loco, qui dicitur Maniacium, Nicolaus Dei gratia primus Messanensis Archiepiscopus cum universo Capitulo ejusdem Messanensis Ecclesia in perpetuum. Petitiones sacras, Misericordia votum, charitatis affectum, digno favore prosequi vigor equitatis expostulat, & ordo rationis invitat, quatenus affectu desiderii gaudeant auctores eorum, & ad studia bonorum operum provocentur vota cunctorum. Hinc est, quod considerantes pium desiderium, & sanctam devotionem excellentia vestra Domina Margarita Gloriosa Regina, quam geritis, Domino cooperante, ad perficiendum Monasterium Monachorum ad honorem Beatissima, & Gloriosissima semperque Virginis Maria in Diœcesi nostra, in loco, qui dicitur Maniacium, & annuentes dignis, ac sacris petitionibus vestris, placuit nobis Monasterium ipsum ab omni conditione Messanensis Ecclesia liberum dimittere, & quietum; statuentes ut amodo in antea, omni futuro tempore pralibatum Monasterium cum omnibus pertinentiis, & possessionibus suis, quas in futurum in Diœcesi nostra, vel Parochia Deo propitio poterit adipisci, ab omni debito Messanensis Ecclesia liberum penitus, & absolutum permaneat, & quietum; nec liceat nobis, vel successoribus nostris, aut Messanensi Ecclesia aliquo titulo, exigere, vel capere de rebus ipsius Monasterii, vel hominum, aut tenimentorum ejus qua in Parochia vel Diœcesi nostra tenuerit.

Et si forte per idem Monasterium, vel loca, & adiacentias ejus nos, vel successores nostros aliquando transitum habere contingerit, non liceat nobis, aut successoribus nostris ab ipso Monasterio, vel obedientiis, vel hominibus, & tenimentis suis victum, vel qualibet stipendia per

b Epist. 90.

c In Bibliot. Sic. Hist. Cassi Tom. 1.

Anno Christi

per nos, vel auctoritate nostra, aut ex debito aliquo quærere, vel aliquatenus capere nisi Abbas, vel Conventus ipsius loci de voluntate propria, & libertate aliquid nobis voluerit exhibere; & quoniam placuit vobis Gloriosissima Regina Monasterium ipsum offerre Sacratissimo Monasterio, quod Dominus noster Willelmus Sanctissimus Rex, & gloriosissimus filius vester statuit ædificare ad honorem Beatissimæ & Gloriosissimæ semperque Virginis Mariæ prope felicem urbem Panormi, de bona, sincera, & pura voluntate nostra damus, & concedimus eidem præfato Monasterio Domini nostri Gloriosi Regis omne Jus Episcopale, quod Ecclesia Messanensis deberet habere, vel posset in prædicto Monasterio nostro, vel hominibus, aut tenimentis ejus, quod in Parochia vel Diœcesi nostra habuerit, si Dominus Papa illud ratum habuerit, & concesserit. Ad hujus autem nostræ concessionis memoriam, & irrefragabile firmamentum præsens privilegium nostrum per manus Achillis Canonici Petraliæ, & Notarii nostri scribi, & Bulla plumbea Typario Messanensis Ecclesiæ impressa fecimus insigniri, quod & subscriptione manus nostræ, & omnium Canonicorum Messanensis Ecclesiæ confirmando roboravimus anno, mense, & indic. prædictis. ✠ Ego Nicolaus prædictus primus Messanæ Archiepiscopus suprascripta omnia concedo, & confirmo. ✠ Ego Almarius Præcentor Messanæ Ecclesiæ testor. ✠ Ego Mag. Petrus de Catania Messanæ Eccl. Canonicus, ✠ Ego Julianus Mess. Eccl. Canon. ✠ Ego Guillelmus Cantor Regius Mess. Eccles. testor. ✠ Ego Godefridus Mess. Eccl. Canon. testor. ✠ Ego Michael Mess. Canon. concedo suprascripta. ✠ Ego Petrus ejusdem Eccl. Canon. testis sum. ✠ Ego Guillelmus de S. Juliano Mess. Can. hujus prædictæ rei testis sum. ✠ Ego Guillelmus Cantor Squillaci, & Canon. Mess. subscripsi[a]. Jam cum Petrus Blesensis Guillelmum nostrum Abbatem redarguisset de nova concessione a Romano Pont. atque Episcopo Messan. obtenta, & quasi grande piaculum exprobrasset, si elargita libertate vellent gaudere, commotus adeo asperrimis comminationibus bonus Abbas, ut rigido fratri morem gereret, & insignibus Pontificalibus, & libertati, & ipsi etiam Abbatiæ renunciavit; quo audito Petrus anno 1176. secundam, & congratulatoriam fratri misit Epistolam[b], ubi ejus magnanimitatem in resignanda Abbatia extollens, ipsum hortatur, ut reliquum vitæ in Patria Gallia longè à Siculis turbinibus agat. Quorsum verò, & quo anno Guillelmus è Sicilia discesserit, latet. Fuit in humanis, divinisque literis instructissimus, ut ipse Petrus testatur[c], cujus *Tragœdiam de Flaura, & Marco, versus de Pulice, & musca, Comœdiam de Alde*, sermones denique, & cætera facultatis Theologicæ opera, quæ desiderat publicari celerius, idem Petrus laudat.

a Ex Tabul. Valer. Magni Panor. & reges priv. Eccl. Montisreg. apud Lelium.

1175

1176

b Epist. 46. ad Guillelmum Fratrem.

c Epist. 90. ad eundem.

II. *F. Timotheus* anno 1177. Abbas Guillelmi loco constitutus. Huic Theobaldus Monasterii Montisregalis Episcopus, & Abbas quasdam immunitates, & libertates concessit sub onere binæ libræ Ceræ, & Incensi, quolibet anno, ipsi Montisregalis Ecclesiæ in signum dominii exsolvendæ. Theobaldi literas Timotheo factas Pirrus ex integro exscripsit; hic illas damus, quas sub iisdem ferme verborum formulis Margaritæ Reginæ idem Episcopus, & Abbas fecit[d].

In nomine Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi Amen. Domina Margarita Illustri, & gloriosæ Reginæ Matri Dom. nostri glorioss. Regis Guillelmi Secundi, & Monasterio, quod largiente Domino vos gloriosa Regina statuistis ædificare ad honorem Dei, & Glorioss. & Beatiss. Virginis Mariæ in loco, qui dicitur Maniacium, Theobaldus indignus Regalis Monasterii S. Mariæ Novæ Abbas, & Episcopus in perpetuum. Pia Christi fidelium vota eo propensius sunt in omnibus adjuvanda, quo in sanctis operibus majori devotione cognoscuntur esse solicita; & eorum justæ petitiones tanto magis sunt efficaciter adjuvandæ, quanto magis Omnipotenti Deo esse comprobantur accepta. Inde est, quod & meritorum vestrorum prærogativa non modicum excitati, & reverentia magnificentiæ vestræ Gloriosa Regina Margarita inducti, petitionibus vestris effectum eò libentius, & efficacius cupimus impertiri, quo magis voluntatis, & propositi vestri semper extitisse didicimus, Ecclesias Dei reverenter colere, & justas Christi fidelium preces misericorditer exaudire; licet enim vobis nihilominus deferre velimus, tamquam Reginæ, tamquam gloriosæ Matri magnifici, & Excellentissimi Domini Regis, hoc tamen est, quod ad sinceriori vos charitate specialiter amplexandam cogit nos, admonet, & invitat, quod cultui Justitiæ, & operibus pietatis intenditis, quod locis venerabilibus misericordiæ convertitis oculos, & pia solicitudine providetis; unde cum in honorem Beatæ Mariæ Dei Genitricis, & Virginis prædictum Monasterium vestris construere cœperitis operibus, ut ibi conventum institui debeat Monachorum, & Monasterium ipsum nobis, & nostræ Ecclesiæ, cui nos licet indigni, disponente Domino, præsidemus, pia vestri devotio liberaliter obtulisset; nos pium votum vestrum, & laudabile propositum attendentes, & in hac parte celsitudinis vestræ desideriis satisfacere cupientes, Monasterium ipsum præsenti privilegio communimus, fratrum nostrorum consilio statuentes, ut liceat Fratribus ejusdem Monasterii electiones Abbatum de fratribus ipsius Monasterii canonicè celebrare. Si verò aliqua dissensio, quod Deus avertat, orta fuerit inter eos, & in electione de Fratribus ipsius Monasterii celebranda unanimiter non convenerint, liceat eis undecumque voluerint, alium sibi eligere in Abbatem, dummodo sit ordinis nostri. Volumus autem, & firmiter sancimus, ut Abbas, & Conventus ejusdem Monasterii, Clericos, qui in eodem Monasterio fuerint ordinandi, à quocumque Episcopo voluerint, faciant ordinari, & fas sit eis à quocumque Episcopo voluerint, chrisma, & oleum sanctum recipere. Ad hæc præsenti scripto statuimus, ut præfatum Monasterium, Cœmeterium, & Baptisterium habeat; in eodem autem Monasterio nobis, & Ecclesiæ nostræ reservavimus, ut Abbas, & fratres ipsius Monasterii

d Ex Regest. priv. Eccl. Montisreg. num. 31.

Anno Christi 1177.

sterii duas libras ceræ, & duas incensi nobis, & successoribus nostris annuatim persolvant, & ut dent nobis, & successoribus nostris, cum per Maniacium transierint, semel in anno victui necessaria pro triginta hominibus, & hordeum pro triginta equitaturis. Volumus etiam, ut Abbas ipsius Monasterii intersit festo Consecrationis Ecclesiæ nostræ, nisi forte, cum vel infirmitate, vel alia justa, & manifesta necessitate præpeditum venire non posse contingerit: quod si acciderit, in alio quolibet festo ad Monasterium nostrum veniat, à nobis, vel successoribus nostris vocatus, præter in festo Consecrationis ipsius Ecclesiæ, & in festo Nativitatis, & Resurrectionis Domini, & in festo Pentecostes, & in omnibus solemnitatibus Beatæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ. In his enim omnibus festivitatibus præscriptam Ecclesiam S. Mariæ nolumus esse Abbatis sui præsentia desolatam. Præterea si Abbas ejusdem Monasterii de aliquo fuerit accusatus, vel impetitus, causa ejus coram nobis, vel successoribus nostris juxta sacrorum Can. scita tractetur, discutiatur, & terminetur. Si vero, quod Deus avertat, deviaverit ab ordine suo, a nobis, & successoribus nostris corrigatur, & emendetur. Ad hæc volumus, ut Abbas sæpe dicti Monasterii à nobis, vel à quocumque Catholico Episcopo nobis, vel successoribus nostris cum benedici placuerit, munus benedictionis accipiat. Ad hæc volumus, ut Abbas ipsius Monasterii nobis, & successoribus nostris juramentum obedientiæ faciat, & ad Synodum vocatus accedat. Statuimus ergo, ut nobis, aut alicui successorum nostrorum non liceat præscriptum Monasterium temere perturbare, aut ab eo, vel tenimentis ejus aliquod aliud, quam præfatum est, exigere, vel quomodolibet extorquere, vel ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere: si quis autem successorum nostrorum hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire præsumpserit, reum se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, pax sit Domini nostri Jesu Christi, quatenus hic bonis operibus insistentes, æternæ pacis præmia mereatur in posterum adipisci. Ad confirmationem verò omnium prædictorum præsens privilegium per manus Simeonis de Maura nostri Notarii scribi præcepimus, & Bulla plumbea nostro Typario impressa jussimus roborari. Anno Domini. Incarn. 1177. mense Martii 10. Indict. &c. ✠ Ego Theobaldus Regalis Monasterii S. Mariæ Novæ indignus Abbas, & Episcopus manu propria roboravi. ✠ Ego F. Guillelmus indignus Monachus, & Prior præscripta omnia concedo, & confirmo. ✠ Ego F. Umbertus indignus Monachus, & Subprior omnia concedo, & confirmo. Subscribunt alii 24. Monachi; quorum nomina habes apud Pirrum [a]. Id autem tum ex hoc allato diplomate, tum ex illo, quod Pirrus exscripsit, est advertendum: Primo enim Theobaldus se dicit Monasterii S. Mariæ Novæ Episcopum, & Abbatem, forte (ait Michael Giudice) [b], quia ab omni Ordinarii jurisdictione liber, ordinariam & ipse jurisdictionem habebat. 2. Munus benedictionis ipse Theobaldus Timotheo est impertitus; ut in

a Not. Eccl. Montisreg. lib. 1. no. 3.

b Tom. 2. Bibl. hist. Sicul. in monument.

Anno Christi 1178.

A alio diplom. à Pirro allato dicit: *Ut sicut tu munus benedictionis à nobis accepisti, ita successores tui &c.* Denique Maniacensis Cœnobii Ecclesiam consecratam hoc ferme tempore innuit, aut certe præcedenti anno die 5. Aprilis, quandoquidem de die dubium nullum est, ut traditio in eadem Ecclesia docet; etsi de anno simus incerti. His non contenta Margarita Regina ab sæpius laudato Nicolao Epis. Messanensi novas literas exoravit, quibus Ecclesias omnes, subjectas Monasterio, in Diœcesi Messanensi positas, ab omni jure Episco-
B palì exemit, ac liberas perpetuo, & absolutas ab omni jurisdictione Ordinarii Nicolaus voluit, hoc tantum onere imposito, ut scilicet transeunte Archiepiscopo per maritimam Caroniæ, *duos panes, ac vini justas duas* à Monachis consequatur; totidemque cum per Montanam, & Maniacium semel in anno transire contigerit, recipiat; has autem Ecclesias enumerans ait in suo diplomate Archiepiscopus [c]. *Cupientes itaque vestris satisfacere desi-*
C *deriis, Domina Margarita Gloriosa Regina, cum vestra postularet clementia, ut de his, quæ in Diœcesi nostra consistunt, aliquas Eccles. Timotheo Ven. Abbati Monasterii vestri S. Mariæ de Maniacio, & successoribus ejus concederemus, & ut liceret celsitudini vestræ, & prædicto Abbati, & successoribus ejus, pro velle, & beneplacito eorum, in tota Diœcesi nostra Ecclesias liberè fabricare, quæ obedientiales essent ejusdem Monasterii, petitionem, quam parvitati nostræ porrigere voluistis, devotè suscipimus;*
D *& eam benigno sumus favore prosecuti, præsenti privilegio ingerentes, & partim nominatim subtitulantes Ecclesias, quæ ipsi Abbati, & successoribus ejus de munificentia Sanctæ Messanensis Ecclesiæ largiuntur, scilicet in Maniacio Ecclesiam S. Pauli de Hospitali de Xara, Ecclesiam S. Petri in loco, qui dicitur Messuriachia, Eccles. S. Leonis, & omnes Ecclesias, quæ sunt in eodem Burgo. Ecclesiam S. Parasceven, & tam omnes Ecclesias, quæ in eodem Casali constructæ permanent, quam omnes Ecclesias Casalis*
E *de Corvo, nostro Dominio pertinentes, & Ecclesias Rotuli sicut ad præsens constructæ permanent, & de cætero poterunt in prædictis auxiliante domino construi, & fundari. Concedimus etiam Ecclesiam Sancti Juliani in Rochella, S. Mariæ, quæ est in vineis, Ecclesiam S. Joannis in Biverio, Ecclesiam S. Leonis, Eccles. S. Michaelis. Concedimus etiam Eccles. S. Nicolai de Aslasico; in Turturitio Ecclesiam S. Catherinæ, Eccl. S. Nicolai de Castenea, In Sancto Marco Eccl. novam S. Mariæ, Eccles. S. Parasce-*
F *ven; In Militello Eccles. S. Constantini, Eccles. S. Joannis, Eccles. S. Nicolai, Eccles. S. Mariæ, cui totam decimam ipsius Militelli in perpetuum concedimus. In S. Philadelpho Eccles. S. Bartholomæi, Eccles. S. Theodori, Eccl. S. Jacobi in Hospitali juxta mare; in Caronia Eccles. S. Nicolai, Eccles. S. Mariæ; in Messana Eccles. S. Agathæ de Foro liberam, vel cum Messana fuerimus meliorem ea, si potuerimus dare concedimus, quod si, vel in Urbe Messana, vel in tenimento ejus memorato Abbati, vel suc-*
cesso-

c Ex Lello Reg. priv. Montisreg.

Anno Christi *cessoribus ejus placuerit Ecclesiam fabricare, li-* A
bere illam construere concedimus, & aliam si
militer apud Thauromenum, vel tenimentum ejus.
Has itaque Ecclesias ipsi Abbati, & successori.
bus ejus liberas, & absolutas in perpetuum con-
1178 *cedimus, statuentes &c. Anno* 1178. *mense Maji*
Indict. 11. *per manus Achillis Canonici Petra-*
lia &c. Hoc ipsum diploma vidimus exscri-
ptum in Tabulario magni Valetudinarii S.
Spiritus Panormi, cui Maniacii Monasterium
fuit annexum, ut videbimus.

Eodem Timotheo Abbate Lucius III. PP. præ- B
1183 dicti Nicolai literas de anno 1174. eximentis
Monasterium Maniacii à potestate ordinaria,
ratas voluit, suo speciali diplomate, Guillel-
mo Archiepiscopo, qui Theobaldo successerat,
atque ad Archiepiscopatus honorem ex Abba-
a Lell. Not. Eccl. Montisr. p. 1. te fuerat elatus, directo sub dat. indict. 2. [a].
Id quod etiam novis Romæ in Laterano con-
cessis literis, 5. Kal. Novembris 1188. Pont. sui
anno primo Clemens III. PP. & ipse confirma-
vit, ac perpetuæ firmitatis robore auctorita-
b ibidem. te Apostolica munivit [b]. C

Hoc ipso anno 1188. ait Pirrus, S. Philippi
1188 de Fragalà Basiliense Cœnobium huic nostro S.
Mariæ de Maniacio Benedictino, rem volente
Regina Siciliæ Margarita, ac confirmante Cle-
mente III. unitum est. At cum Margarita jam
anno 1183. ex hac vita excesserit, ut sepul-
cralis inscriptio docet, & Pirrus ipse fate-
c Lib. 4. no. Bibl. Monast. Chro. Reg. Sicil. fol. 11. tur [c], id factum potius crederem Regis Guil
lelmi II. precibus. Hac tamen non obstante
unione, suos Abbates habuit S. Philippi de Fra-
galà Monasterium, ut apud eumdem Pirrum, D
& Monachi in eo degentes S. Basilii Regulam
sunt professi, ut his etiam diebus profitentur.
In eo etiam Monasterio tempore Octavii Caje-
tano pretiosa supellex diversorum Codicum
Græcorum asservabatur, è quibus non paucas
SS. Siculorum vitas Cajetanus ipse transcripsit.
d In Animadvers. ad Vitas SS. Sicul. [d] SS. Alphii, Cirini, & Philadelphi corpora
ibidem quoque condebantur, quæ noctu à Le-
ontinensibus rapta, Leontinos, ubi hodie co.
luntur, sunt asportata circa annum 1517. ut
Cajetanus laudatus habet; & in Tabulario ma. E
gni Valetudinarii Panorm. nos ipsi legimus,
Monachos Fragalatis conquestos fuisse apud
Summum Pontificem, quod Leontinenses ar-
mata manu, noctu in Monasterium irrupe-
rint, ipsos Monachos verberibus affecerint, ac
inde sacra corpora substulerint.

Per hæc quoque tempora B. Benincasa Ca-
vensis Abbas VIII. qui ab anno 1171. Cavensi
Cœnobio præerat, ad Guillelmum Regem in
Siciliam delatus, ut fructum centuplum à suis
discipulis in agro Domini reportatum gratu- F
laretur, ad Monasterium Montisregalis diver-
tit, ubi à suis olim Monachis ingenti gaudio
exceptus, inde ad nostrum Maniacii conten-
dit, atque ex eo ad S. Mariæ de Licodia, & S.
Leonis venit; ubi ad perfectam instituti nor-
mam omnia conformata advertens, lætus ad
e Chron. Montisr. Pauli Catanæ. propria remeavit [e], de sui Cavensis Cœnobii
privilegiis ab eodem Guillelmo Rege nova ob-
tenta confirmatione; id quod in notitia S. Ma-
riæ Novæ Montisregalis etiam tetigimus. An-
no 1198. Innocentius III. PP. privilegia, & con- Anno Christi
cessiones Ecclesiæ Montisregalis ab suis Præde-
cessoribus, aliisque principibus, & Episcopis
factas approbavit, firmavitque, ac Monaste- 1198
rii Maniacensis libertatem à Nicolao Messa-
nensi Archiepiscopo indultam, ratam voluit,
Romæ apud S. Petrum anno Pontificatus sui
primo, Indict. 1. [f] Id autem Diploma ex errore f Reg. priv. Montisr.
apud Lellum datum invenies anno 1188.

III. *F. Scotus* 3. Maniaciensis Abbas, à Lel-
lo, quem Guillelmus Blesensis latuit, loco 2.
positus [g]; quo autem anno fuerit institutus, g Par. 1. num. 16.
incertum.

IV. *F. Jacobus* Monasterii S. Agathæ Catanen-
sis Monachus à Maniacensibus postulatus, va-
cante Montisregalis Sede ab Episcopo Syracu-
sano Raynaldo de Lusio Benedictionis munus
accepit. Quam consecrationem deinde confir-
mavit Innocentius IV. PP. dato Neapol. diplo-
mate die 24. Novembris 1254. Ubi defectus 1254
omnes, si qui intervenerint, in electione,
postulatione, aut benedictione, de potestatis
plenitudine supplevit [h]. h Ex Lello ibidem.

V. *F. Guillelmus* à Monachis Maniacii una-
nimi voto Abbas electus, statim ab Archiepi-
scopo Montisregalis Trasmundo confirmatur.
Scripsit autem Trasmundus F. Marino S. Cru-
cis Messanæ Priori Ordinis S. Augustini, ut
personaliter in possessionem Abbatiæ de Mania-
cio F. Guillelmum S. Mariæ de Latina Messanæ
Priorem, ab illo Conventu electum, & ab se
confirmatum immitteret, datis literis die 15.
Junii 1269. Paruit jussis Marinus, & die 8. Julii 1269
ejusdem anni ad Monasterium se contulit, ubi
instrumento publico initæ possessionis confecto,
ac suo sigillo munito, illud dehinc Messanę ex-
scribendum in forma publica, ac solemni cura-
vit, ac Trasmundo Archiepiscopo trasmisit [i]. i Ibidem nu. 116 par. 2.
Anno 1276. Guillelmus noster subscribit in
privilegio donationis Ecclesiæ S. Annæ de Ga- 1276
laath per acta notarii publici transumpto; &
anno 1279. eumdem subscriptum legimus in
transumpto privilegii Constantiæ Imperat. fa- 1279
vore Monasterii de Josaphat [k].

Porro de hoc Guillelmo Abbate plura cir- k Ex Tabul. S. Nicolai Catanæ.
cumferuntur apud Auctores Siculæ Historiæ.
Pirrus illum doctrina, ac vitæ sanctitate exi-
mium virum appellat, ac una cum Abbate S.
Mariæ de Valle Josaphat, & suis profugis Mo-
nachis e Tripoli, & Ptolemaida venisse credit [l]. l Lib. 4 par. 2. not. S. Mariæ de Latina.
Nonnulli putant, hunc S. Nicolai de Arena
Alumnum ad reformandum Maniacense Cœ-
nobium assumptum, cujus corpus ad hanc us-
que diem penè integrum ab Incolis colitur,
quibus facile non assentimur; vix enim eo
tempore Maniacenses reformatione indiguis-
se credimus; Guillelmus porro noster forte
exul decessit, ut dicemus. Thomas Fazellus 1282
hæc habet: *Eadem ferme tempestate Martinus*
Roman. Pontif. Fr. Pirronem de Aydono Sicu-
lum, & Fr. Antonium de Monte Apulum Domi-
nicanos in Siciliam misit, qui Siculos hortaren-
tur, ut à Petro Aragonio ad Romanam Eccle-
siam deficerent. Hi Messanam ad S. Mariam de
Scalis advecti, Guillelmum Maniacii Abbatem,
ut à Romano Pontifi. in mandatis accepere. con-
veniunt

Anno Christi

veniunt, illiusque opera utuntur. Porro re de tecta Jacobus Infans Dominicanos capit, muneribus allicit, & ut pacem cum Pontifice tractent, Romam remittit [a]. *Guillelmus Abbas Melitam relegatur, nepotibus ejus, ac plerisque aliis Messana furca multatis.* Huc usque Fazellus. Maurolicus denique rem sic exponit [b]. *Perhibent per idem tempus duos quosdam Dominicanos Monachos Pyrronem Siculum ex Aydone, & Antonium Apulum de Monte Gargano in Siciliam cum Pontificis literis profectos, qui Siculos ad Pontificis obsequium revocare conarentur. Hi cum Randacium pervenissent, literas Martini Pontificis dant Guillelmo Abbati Maniacensis Cœnobii; per has venia concedebatur his, qui ad Pontificis obedientiam redirent. Receperunt nonnulli Pontificis conditiones, ex quibus fuere Bonifacius Eques ex Randacio, Joannes Keremita Troinensis, & alii. Item Franciscus, & Joannes Messanenses Abbatis Nepotes. Post hac memorati Monachi, feruntur Messana latuisse in Cœnobio S. Maria de Scalis; mandato autem Jacobi quasiti per Matthaum de Thermis indicio Symonis Racusani, & Raymundi Catalani Franciscanorum fratrum in domo cujusdam paupercula reperti, ac capti sunt. Deinde cum Principi rem omnem ordine retulissent, non solum sospites dimissi sunt, sed etiam viatico, vestibus, expensis, & Navigio, quo Neapolim veherentur, donati sunt, polliciti tamen prius, ut Aragoniis partibus adhærerent. Guillelmus his cognitis fugiens, Panormi captus, Melitam relegatur; ejus nepotes Messana decollati, Joannes Keremita suspendio necatus. Guillelmus revocatus in Arce Mamertina custoditur, & inde Romam dimittitur.* Hæc ille. Acta sunt autem ista circa annum 1282. ut ex eodem Fazello, & Maurolico colligitur.

[a] Decad. 2. lib. 9. fol. 453.

[b] Lib. 1. 2. Rer. Sicil. fol. 114.

Interim Monasterii Maniacensis regimen Jacobus demandaverat *Tancredo* Episcopo Nicastrensi. Hic unus ex illis Episcopis, & Prælatis fuit, qui die 2. Februarii anni 1286. solemni
1286 inaugurationi Jacobi ejusdem Siciliæ Regis, Petri Aragonii filii interfuerunt; quare Pontificis indignationem incurrit, & dignitate Episcopali fuit privatus. Regis nihilominus fretus auxilio, Episcopus dicebatur, atque Abbatem agebat. Mortuo proin Guillelmo Abbate Bonifacius VII. PP. Abbati, & Conventui Marmossolii Diœcesis Velletris Ordinis Cisterciensis perscripsit, ut ad Maniacense Monasterium reformandum Tancredi incuria, cum in spiritualibus, tum in temporalibus collapsum, se conferret Abbas, atque exinde eidem Marmossolii Cœnobio Maniacense unitum, sub eodem capite regeretur. Datæ sunt hujusmodi
1296 literæ die 16. Decembris 1296. [c]. Id autem, ut executioni mandaretur, idem Pontifex novas dedit literas Abbati Fossænovæ Terracinæ Diœceseos, Archimandritæ Messanensi, & Rogerio de Domnusco à Salerno Archidiacono Ecclesiæ Constantiensis eodem die, & anno, quos proinde Apostolicos delegatos constituit. Abbas porro Fossænovæ rem commisit F. Petro à Monte S. Joannis Resesii, F. Gregorio de Ferentino, & F. Bartholomæo de Alberto suis Monachis in Sicilia degentibus die 22. Februarii 1297. Archimandrita suas vices 1297
legavit Abbati S. Mariæ de Noaria; Rogerius denique Joanni de Demania Cantori, & Canonico, ac Magist. Stephano Clerico Panorm., a quibus utriusque Cœnobii unio decreta est, ac firmata [d].

[c] Lasso ibid.

[d] Ibidem.

VI. *F. Antonius* igitur Marmossolii Abbas, & Maniacii F. Rainerium suum constituit Procuratorem pro Maniacensi adeunda possessione die 13. Septembris 1302. Verum dum hæc age- 1302
rentur, Tancredus Nicastrensis Episcopus

VII. *F. Franciscum* in Abbatem Maniacii Monachis eligentibus, ac postulantibus suo loco ordinatum voluit, qui re in judicium evocata, falsam Tancredi in Abbatem institutionem Pontifici relatam ostendit, seque legitimum Abbatem Monasterii electum, Randatii una cum sex Monachis ad bellica incommoda declinanda, divinis officiis intendendo vixisse, monstravit, die 20. Martii 1303. [e]. Nihilomi- 1303
nus Marmossolii Abbas in possessione remansit.

[e] Ex Lasso num. 115.

VIII. *F. Loffredus de Baucco* Marmossolii, & Maniacii Abbas. Hic advertens, quod injustè occuparet Monasterium Maniacense, coram Randatii Judicibus in manus Juntefalchi, Archiepiscopi Montisregalis Procuratoris illi renuncians, nullum sibi, aut suo Marmossolii Cœnobio jus in Maniacenses competere fassus est, etsi aliquod haberet, sponte Montisregalis Archiepiscopi favore, eidem cedere de sui consensu conventus testatur [f]; Claves proin januæ Ecclesiæ, ac Monasterii in suæ dimissionis signum Juntefalcho Procuratori tradens, de ea re publicum instrumentum confici curat die 22. Februarii 1306. 1306

[f] Ibidem num. 141.

IX. *F. Joannes de Anagni* præstito sui, ac totius Monasterii nomine obedientiæ, ac fidelitatis Sacramento Montisregalis Ecclesiæ, ab Archiepiscopo Arnaldo benedictionis munus 1307
accepit [g]. Porro cum Monachi Marmossolii contra renunciationem, dudum ab eorum Abbate Loffredo de Maniacii Monasterio factam, apud sedem Apostolicam appellassent, & res diu Romæ exagitata fuisset, tandem inter Joannem de Anagni nostrum Abbatem, & Cœnobii Marmossolii Procuratores conventum est, ut 1317
Maniacenses omni libertate fruerentur, mille florenis aureis Marmossoliensibus pro expensis exsolutis infra triennium; quam conventionem Arnaldus Archiepiscopus probavit, ac ratam habuit die 28. Martii 1318. [h]

[g] Ibid. num. 158.

[h] Ibid. num. 161.

X. *F. Bonamicus de Martino* anno 1342. 1342
Abbatem agebat Monasterii Maniacensis, ad quod visitandum Emmanuel Spinola de Luculo Archiepiscopus Montisregalis digressus, cum ipsum omni honestate, ac regulari observantia destitutum invenisset, è Cœnobio S. Nicolai de Arena tum maxime efflorenti Angelum Senisium Priorem, ejusque Fratrem Joannem, ac decem alios Monachos pro Maniacensi reformando secum adduxit, quos Bonamico Abbati commendavit. Angelus reformationis opus aggressus, ac Bonamici mores humilitate, omnibusque subjectionis obsequiis demereri satagens, cum à Monachis, quos Archiepiscopus è Man-

Anno Christi

è Maniacio deturbaverat, premeretur, ad Joannem Infantem, Regni pro Ludovico nepote Vicarium, Randatii ducem se contulit, Inquorum audacia repressa, qui & Angelo insidias in itinere moliri, irrito tamen conatu, tentarunt, ad Monasterium regressus 7. tandem mense ab Abbate ponderis Monastici impatiente, una cum sociis ejicitur; mox vero, & ipse Abbas ab Archiepiscopo evocatus, ac de delictis jure delatus, dignitate, ac regimine privatur [a]. Anno 1344. ad Rolandum Aragonium Friderici

a Ex Lib. Reædificat. S. Martini de Scalis.

1344 Regis ex pellice filium, Panormi Gubernatorem se conferens, ejus auxilio Angelo Senesso, qui S. Martini reædificationem aggressus jam fuerat, insidias parat, sed hic divino nutu ab itinere digressus ab omni periculo ereptus ad suos revertitur. Post Bonamicum exauctoratum sufficitur jussu Archiepiscopi

XI. *F. Garcias*. Hic fortè Guillelmi de Paulo Monachi S. Nicolai de Arena opera, Cœnobium ad frugem meliorem reduxit: etsi enim Guillelmum hunc Maniacii Abbatem, nedum Reformatorem egisse traditio nos doceat, vix tamen illi locum assignare inter Abbates possumus. Sub Garcia igitur Abbate congruentius credimus Reformatorem, ac Monasterii Priorem egisse. Quod si Abbatem velit aliquis, ante Bonamicum ponendus, quod Historicæ veritati vix cohæret. Garcias paucis annis dignitatem tenuit; ob ejus enim mortem

XII. *F. Salvus*, Ecclesiæ, & Monasterii Pactensis Prior à Clemente VI. PP. Abbas Maniacii constituitur, ut ex Bulla ejusdem Clementis laudato Emmanueli Archiepiscopo directa

1346 evincitur, sub dat. Avion. die 27. Januarii 1346. In ea Salvum Archiepiscopo commendat Pontifex, quem à Bernardo Episcopo Portuensi benedictum de suo speciali mandato asserit [b], ut Lellus affert; sed in annorum notis [c] aberrat.

b Lellus ibid. num. 170.
c Ex Reg. Cancel. hoc an. f. 108.

Porro Salvus ab Joanne eodem infante Regni Vicario Randatii Duce literas exoravit, quibus ille Officialibus Randatii præcepit, ut omnino immune Monasterium, ejusque Monachos, ac famulos ab omni onere haberent, & Salvum Abbatem in possessione bonorum Juris Monasterii nullimodè molestarent, Catanæ Ind. dic. 1. die 10. Decemb. 1346. [d]

d Ex Lello loco citato num. 171.

Idipsum dehinc precibus ejusdem Salvi confirmavit Fridericus III. adhuc infans auctoritate, & consensu Euphemiæ sororis suæ Regni

1356 Vicariæ, datis Catanæ literis die 8. Apr. 1356. & iterum die 20. Augusti ejusdem anni, ut ex Cancellaria eruimus.

XIII. *F. Albertus de Rocca* S. Agathæ Monachus, qui & Albericus etiam est dictus an.

1367 1367. Martialis Episcopi Catanensis vices gerebat, cui proinde perscripsit Guillelmus Archiepiscopus Montisregalis die 3. Februarii, ut literas Urbani V. PP. datas Romæ die 2. Octobris 1366. pro exactione decimæ triennalis ab Ecclesiasticis personis Siciliæ dependendæ, executioni mandaret [e]. Cumque vitæ meritis, ac prudentia commendaretur, à Monachis Maniacensibus expetitus, post Salvum Abbas renunciatus, eo nomine Friderico III. Siciliæ Regi acceptus, ab eo privilegium Joannis Infantis Salvo factum, atque denuo firmatum ex literis per nobilem Henricum Rubeum de Messana Comitem Aydonis Regni Cancellarium datis, novo robore ratum obtinuit, die 24. Martii 1374. [f] Fuit etiam Martino carus; ejus enim motus precibus Rex, Infantis Joannis, Friderici, & Euphemiæ literas confirmans, Monasterium sub Regia protectione suscepit Catanæ die 12. Septembris 1392. ut ex Cancellariæ libris apparet [g].

e Ex Cancell. hoc anno.

Anno Christi 1374

f Ibidem hoc anno.

g Ibidem folio.

Anno 1393. moritur Albertus Abbas die 20. Julii, quamvis Emortuale Ecclesiæ Catanensis die 14. Augusti consignet; ideo Martinus Rex præcipit, ut Monachi duos eligant ex eorum Conventu, quibus cura temporalium committatur, ut bona administrent, ac custodiãt pro futuro Abbate datis Catanæ literis die 21. Julii, in quibus *externa die* obiisse Albertum asserit [h]. 1393

h Ibidem.

XIV. *F. Nicolaus de Magdalena* Rege Martino volente ex Priore Vallis Josaphat Messanæ ad hanc Abbatiam assumitur, quam paucis annis tenuit; morte elatus successorem habuit

XV. *F. Nicolaum de Apra*, seu *Chipiro* Messanensem à Pseudo Pontifice Benedicto XIII. qui pro vero à Siculis habebatur, institutum de consensu Joannis Infantis Regni Vicarii, cujus jussu Nicolaus in possessionem immittitur, ut ex literis ejusdem Joannis Panormi die 26. Maji 1415. ad Messanæ urbis officiales, ubi ejusdem Abbatiæ sublitis, ac Monachis præcipit, ut omnimodam Nicolao Abbati obedientiam, atque subjectionem exhibeant [i]; post quem 1415

i Ibidem.

XVI. *F. Gondisalvus Rodericus* ex literis Regis Alphonsi Panormi die 16. Januarii 1419. Abbatiali gradu insignitur [k]. Hic laudabiliter per sexennium rexit. 1419

k Ibidem.

XVII. *F. Nicolaus Tudisco* nobilitate generis, sed scientiarum peritia in primis illustrissimus, S. Agathæ Monachus, ut ipsemet testatur. Hic Bononiæ in celebri illa Universitate juris Canonici lauream assecutus, Senis publice Sacros Canones magno Scholasticorum plausu est interpretatus, a Martino V. PP. nostri Cœnobii Abbas mox renunciatus die 10. Januarii 1425. de qua assumptione sic ipsemet loquitur. [l] *In hoc loco reassumpsi ad scribendum, postquam Papa Martinus V. in Papatu ad hac usque tempora felicissimus, mihi licet indigno de notabili Abbatia Maniacensi Diæcesis Messanensis providit, & me pronunciavit in publico Consistorio die 20. Januarii 1425. Deum piissimis precibus oro, ut hoc non tam ad excellentiam Corporis, quam Animæ salutem tendat*. Parmæ dehinc, tandemque Bononiæ easdem Pontificum sanctiones 800. aureorum ex ære publico honorario illi designato, pleno semper auditorio legit, eoque munere expleto, ab eodem Martino V. Apostolicæ Cameræ Generalis Auditor creatur. Tum ab Alphonso Rege in suum Consiliarium adsciscitur, & ab Eugenio IV. qui Martino successerat, Apostolicus etiam Referendarius effectus, tandem eodem Rege instante, Archiepiscopali Panormi Infula donatur anno 1434. Porro, cum magis in dies commendaretur, Regius Orator ad Patres in Concilio Basileæ congregatos semel, & iterum mittitur, ubi à Felice V. Pseudo- 1425 1434

l In cap. cum olim de dolo, & contum.

Anno Christi

Pseudo Pontifice inter S.R.E.Cardinales virtutis merito accensetur. Tandem post multa præclarè gesta, post editos doctissimos libros die 24. Februarii, xi. Episcopatus anno Panormi sexagenarius è vita decessit, in principe Templo nobili tumulo conditus, ac sepulcrali inscriptione honoratus.

De Patria Nicolai varia inter Historicos opinio. Ipsemet se Catanensem dicit, id quod etiam multis probant Petrus Carrera, & Grossi [a], quamvis alii Panormitanum volunt, ex eo maxime, quod nomine Abbatis Panormitani vulgò venit.

[a] Carrer. de Telefchiorum Fam. Grossi Abbas vindicatus.

De eo eruditiss. Antonius Mongitore in sua Bibl.Sicula, Bellarminus, Trithemius de Script. Ecclesiast., Ciaconius, Silvius, & alii innumeri apud laudatum Mongitore, & Grossi; Pirrus etiam in notit. Panorm. Eccles. [b]

[b] Mongitor tom. 2. Biblio. Sicul. & alii apud Pirrum lib. 1. n. 5.

Nicolaus in Archiepiscopum electus forte Abbatiæ renunciavit; Legimus enim apud Pirrum sententiam ab eo latam anno 1435. his verbis: *Providendus est processus in causa Appellationis coram nobis Nicolao de Tudischis, olim Abbate Maniacensi* [c].

[c] Pir. ibidem.

XVIII. *N.* Episcopum Concordiensem, Aquilejæ Patriarcham, post Nicolaum, Abbatem invenimus, ex literis Regis Alphonsi die 12. Aprilis datis Puteolis an. 1440. & ex aliis die 13.
1441 Martii anno 1441. quibus Rex præcipit, ut Abbatiæ proventus integri eidem exsolvantur; Episcopus enim quemdam Stephanum Perrino suum Procuratorem constituerat, pro Abbatię possessione adeunda, hic vero, cum ejus jura sibi vindicaret, novum ideo Abbas Procuratorem Petrum presbyterum elegit, cui Rex voluit, ut Regni Administri de cætero manus præberent adjutrices [d], ut apud Cancellariæ libros nos ipsi vidimus. Apud Ughellium verò per hæc tempora nullus Concordiæ Episcopus Aquilejæ Patriarcha, sed eam Ecclesiam *Danielem Scotum* Eugenii IV. Nepotem Romanæ Ecclesiæ Thesaurarium ab anno 1433. ad annum 1443. rexisse scribit [e]. Forte in libris Cancellariæ ex errore titulus Patriarchatus nostro Episcopo Abbati appingitur. Series aliunde Abbatum optime cum annis *Danielis Scoti* respondet.

[d] Ex Reg. Cancell. an. citato.

[e] Ital. Sacr. de Episco. Concor. & Aquil. Patriarchis.

1444 XIX. *F. Placidus Campulus* Messanensis S. Placidi de Colonerò Abbas ab Eugenio IV.PP. nostra etiam Abbatia cohonestatur. Fuerat Placidus apud eumdem Pontificem delatus, atque Abbatiali S.Placidi dignitate privatus; sed mox de ejus virtute, ac inimicorum calumnia certior factus Pontifex, utriusque Cœnobii S. Placidi scilicet, & Maniacii facta unione, futurum Abbatem declaravit [f]. Interim vero Alphonsus Rex *F. Dominicum de Xarat* Ordinis Cisterciensis Abbatem Maniacii designaverat datis literis in Castris Cotroni 11. Decembris
1444 1444. exoravitque Pontificem, ut hanc de Xarat electionem sua probaret auctoritate. Renuit Eugenius; quare ob reverentiam Sedis Apostolicæ, & Placidi à Pontifice electi promerita, quamvis illatum esset suo Juri Patronatus præjudicium, acquievit Alphonsus; voluitque, ut mortuo Placido daretur Abbatia Dominico Xarat ab se nominato [g]. Habes hæc omnia in Regest.Cancellarię in literis Alphonsi ad eumdem Dominicum Xarat.

[f] Pirrus lib. 4. p. 3. n. 1.

[g] Ex Cancel. ann. 1444.

Vixit Placidus ad multam senectutem, Regi, ac Pontifici semper acceptus, laboribusque tandem exhaustus, dum suum Maniacense Cœnobium perlustraret, magno sanguinis fluxu affectus, suos inter fratres anno 1455. magna sanctitatis opinione è vivis decessit; cujus corpus in S. Mariæ Sacello Monastico conditum, magna Populi Randatiensis religione colitur. De eo noster Pirrus ibidem.

XX. *F. Dominicus Xarat* Ordinis Cisterciensis Regius major Capellanus Abbatem Maniacii se appellabat anno 1449. quo ad Archie- 1449
piscopalis Montisregalis Cathedram fuit a Monachis illius Monasterii postulatus, ut testis est Pirrus [h]. Ea dignitate minime obtenta Episcopus Pactensis renunciatus, fit tandem Agrigentinus cum facultate retinendi alia beneficia. Nostram igitur adhuc Episcopus rexit Abbatiam ad ann. 1471. de quo pręclara Pirrus [i].

[h] Not. Eccl. Montisreg. lib. 1.

[i] Not. Pact. lib. 1. & Agrig. ibi.

XXI. *F. Gregorius de Pretemarco*, cum Abbatia Maniacii vacaret, à Prorege ejusdem Administrator constituitur, datis literis anno
1471. *donec de eadem Abbatia cum voluntate S. R. M. Domini Regis provisum fuerit* [k]. 1471

[k] Ex Reg. Cancell. eo anno.

XXII. *Rodericus Cardin. de Borgia*, post ea Rom. Pontif. Alexander VI. anno 1456. à Callisto III. sacra purpura decoratus, anno
1485. hac nostra Abbatia Regis jussu donatus, 1485
sexto post anno favore Valetudinarii magni Panormi sub titulo Sancti Spiritus in ædibus Mathæi Sclafani extructi, illi renunciavit, Rege volente, ac Pontifice Innocentio Romæ die
8. Julii 1491. probante, [l] qui cum Maniacii, 1491
tum S. Philippi de Fragala unita Monasteria eidem Valetudinario perpetuo aggregavit, dummodo in quolibet illorum sex, aut quatuor saltem Monachi probatæ vitæ Divino cultui intenderent, de proventibus utriusque Abbatiæ alendi.

[l] Ex Tabul. Magni Valetud. Pan.

Reservavit sibi Rodericus super bonis Monasterii pensionem 700. aureorum quolibet anno, quam dehinc, aureis bis mille à Rectoribus ejusdem Valetudinarii unica, ut ajunt,
massa acceptis sub die 30. Aug. 1497. dimisit [m]. Rectores exinde Valetudinarii S.Spiritus Monasterii curam assecuti, Priores pro suo libito, & Monachos assignarunt. At cum in dies regularis observantia collabesceret, anno circi- 1497
ter 1578. ipsum Cœnobium omni quasi Divino cultu, ac Monastica S.Benedicti observantia destitutum percipientes, suppliciter ab Andrea à Panormo S. Martini de Scalis Abbate exorarunt, ut ad illius Monasterii renovandam disciplinam D. Cyprianum à Panormo destinaret [n]. 1578

[m] Ibidem.

[n] Caroni S. Martini de Scalis.

Cyprianus hic omni prudentia, ac gravitate morum plenus, ejusdem S. Martini Alumnus, atque olim Prior à Pirro dicitur, qui ut orationi, ac vitæ solitariæ studiis magis intenderet, dignitate se abdicaverat. Hunc ergo præ humilitate reluctantem, ab Andrea Abbate concessum, Rectores Priorem, ac Maniacii Administratorem constituerunt, ac Patribus Congregationis Casinensis supplices literas dire-

Anno Christi

direxerunt, ut Monasterium Maniacense deinceps sub eadem Congregatione militaret; quibus etiam ea de re scripserunt Petrus Manriquez Regius Visitator, ac Ipse Prorex. Porro Cyprianus *ita religioso nomine obscurum, ac ruinam undique minans invenit Cœnobium, ut nisi sua probata vita radiis illustraret* (verba Pirri usurpamus [a]) *atque novis fœtibus defæcata sua sanctitatis lacte enutritis fulciret, in latronum utique transiret speluncam, ultimumque discrimen*. Manus itaque ad opus admovens, accitis aliquot sociis, ædificia reparavit, cultumque magno populorum plausu, ac ædificatione, ut par erat, reformavit, sexque Juvenes Regularem habitum induit, ut idem Pirrus enarrat.

a Notit. 8. Mart. l. 4. pag. 2. not. 1.

Rectores interim uncias trecentas dependere Monachis quotannis spoponderunt; sed dum de uniendo cum Casinensi Congregatione Cœnobio serius ageretur, Cyprianus ad suorum meritorum coronam accersitur, *atque exiccato suffragiorum decursu nova plantationes* (ait Pirrus) *manu Cypriani exculta, arescere cœperunt, ac suum optatum non dederunt fructum*.
1584 Anno dehinc 1584. de eadem unione actum est Rectoribus Hospitalariis Petro Orioles, Gerardo Alliata, Angelo Sitajolo, & Carolo Platamone, sed novis succedentibus tractatus evanuit [b].
16.. Anno demum 16... Basilienses Monachos in Monasterio substituere curarunt Rectores, quibus quotannis exolvere scutata 300. promiserunt. Hi ad annum usque 1693. perstitere; 1693
sed ob aeris intemperiem in proximum Brontis Oppidum Cœnobium transtulerunt; ubi Ecclesia satis decenti, ac Monasterio constructo, sub Abbate Regulari divinis officiis, ac vitæ monasticæ institutis incumbunt.

b Chron. 2. Martini.

Monasterium Maniacii anno dicto 1693. horribili tærremotu, qui totam pene Siciliam affecit, solo æquatur, perennemque memoriam celeberrimi tota Insula Cœnobii exigua Ecclesia, pars scilicet antiquæ jam dirutæ, ubi diebus festis missa celebratur, vix exhibet, in qua etiam, ut diximus, corpus B. Guillelmi pene integrum, brachiis exceptis, Benedictino habitu indutum asservatur, quod a Populis adhuc, religionis causa, eò convenientibus, colitur.

Ecclesiæ nostro Monasterio suffraganeæ anno 1472. & 1492. quæ sequuntur ex libris Cancellariæ recensentur; scilicet: Ecclesia *S. Catherinæ de Xara* cum beneficiis annexis, Ecclesia *S. Bartholomæi* Oppidi S. Philadelphi, vulgo *Sanfratello*. Ecclesia, & beneficium *S. Catherinæ* Turtureti Messan. Diœcesis [c].

Abbas olim, hodie verò Rectores Hospitalarii in Regni Comitiis locum 15. atque inter Benedictinos nigros primum occupant.

c Ex Provis. Proregis per Stephanum Macri an. 1472. in Cancell.

NOTITIA DECIMAQUARTA

SS. TRINITATIS MILETI IN PROVINCIA CALABRIÆ

Et S. Anastasia Castelliboni cum annexis.

Miletum Calabriæ Oppidum antiquissimum, clarum nuptiis, & incolatu Rogerii Siciliæ, & Calabriæ Comitis, nobili Monasterio Benedictino sub SS. Trinitatis, & S. Michaelis Archangeli titulo clarius effulsit. Hujus auctor idem Rogerius Comes ante annum conditi orbis 6595. In aureo enim Sigillo (sic vocant Rogerii diploma) Episcopo Militensi facto, inter alia bona Militensi Ecclesiæ concessa assignat: *Culturam unamvocatam Pioca ante urbem Miletum sitam prope culturam, quam Mon. SS. Trinitatis Militensi dedit* [a]; multis autem Ecclesiis, terris, ac latifundiis, juribusque attributis pro Monasterii dote tum in Calabria, tum in Sicilia, dimidio etiam ejusdem Oppidi cum jure temporali, & spirituali donavit.

a Apud Ughellium Ital. Sac. to. 9.

I. *F. Robertum* primum Cœnobii Abbatem, consanguineum suum, cui proinde amplum assignavit privilegium, paucis antequam moreretur anno 1101. die 10. Junii Indict. 9. quod exscriptum vidimus in Tabul. Proton. [b], ac integrum refert Didacus Calcagni in Synodo Militensi. Nec his contentus piissimus Comes, apud Urbanum II. PP. egit, ut Monasterium, ejusque bona, & jura sub S. Rom. Ecclesiæ, & B. Petri tutela, & protectione susciperentur circa annum 1092. E vivis denique excedens 10. kal. Julii ætatis 70. salutis vero 1101. in eodem Oppido, ac in Ecclesia ejusdem Cœnobii sibi sepulcrum elegit, cui proinde hęc fuit adjecta inscriptio [c].

b Lib. Monarch. antiquis. f. 60.

Linquens terrenas migravit Dux ad amœnas
Rogerius sedes; nam Cœli detinet Ædes.

c Pir. Chron. Reg. Sicil.

1122 Eodem forte Abbate agente, Callixtus II. PP. Miletum sua præsentia nobilitavit circa annum 1122. & Monasterii Templum, dudum à Rogerio magnifice extructum, suis manibus, Gaufrido Episcopo assistente, consecravit [d].

d Mem. Ughel. ... de Episco. Militen.

II. *F. David* 2. Abbas post Robertum, cujus precibus Innocentius II. PP. Monasterium Mileti sub Apostolica protectione suscipiens, illi confirmat bona, jura, & Ecclesias ab Rogerio Comite attributas, ac privilegia insuper omnia ab Urbano II. & Paschali II. Monachis concessa [e].

e Ex Ughel. ibid. tom. 9.

Idem David commutavit Ecclesiam Sanctorum Cosmæ, & Damiani de Cephaludo, & S. Joannis juxta Mare Roccellæ cum Episcopo Cephalædensi Jocelmo, qui vineas, & agros juris ejusdem Cephalæd. Ecclesiæ in Calabria Monasterio nostro assignavit, ut Pirrus habet ex Tabulis Eccles. Cephalæd.[f] Anno 1135. 1135

f L. 3. no. 9.

1150 III. *F. Robertus*, cui Eugenius III. PP. prædecessorum inhærens vestigiis hoc indulsit privilegium [g]: *Eugenius Episc. Servus servorum Dei Dilecto Filio Roberto Abbati Militensis Monast. quod in honorem SS. Trinitatis, & B. Michaelis Archangeli ædificatum est, ejusque fra-*

g Apud Ughellium tom. 9. Ital. Sac.

tribus, tàm præsentibus quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Cum omnibus Ecclesiasticis personis &c. Ea propter dilecte in Domino fili rationabilibus tuis petitionibus benignum impertientes assensum, Monast. quod ab ill. memoria Rogerio Comite à fundamentis est extructum & per manus fel. recor. D. Urbani prædecessoris nostri Papæ II. B. Petro, ejusque S. R. Ecclesiæ in jus perpetuum, & tutelam oblatum esse dignoscitur, ad exemplum prædecessorum nostrorum S. M. Paschalis, & Innocentii Rom. Pont. sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum justè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis motivis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc duximus propriis exprimenda vocabulis. In Territorio Militensi Villam S. Gregorii, & ibidem Eccl. S. Nicolai. Eccles. S. Georgii de Briatico, S. Joannis de Rajacbio, S. Mariæ de Medina, S. Mariæ, & S. Clementis de Arena, S. Mariæ de Stylo, SS. Joannis, & Nicolai de Gerentia. In Civitate Giratio tres Ecclesias, & Monasterium Sancti Nicodemi de Patera, Ecclesiam S. Nicolai de Falla cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Mariæ de Demontorium cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Petri juxta Bibonam, quam tenuit Romanus. Apud Castellum vetus Ecclesiam S. Nicolai de Cotonis, Eccles. S. Joannis, & S. Mariæ de Milacano; in Civitate Squillacio Ecclesiam S. Martini, S. Nicolai de Prato; in pertinentia Agnelli Ecclesiam S. Philippi, S. Mariæ de Ponticella, S. Laurentii, & Sancti Hippolyti. In Territorio Anulantia Ecclesiam S. Angeli de Siricto, S. Barbaræ, & S. Petri. In Territorio fluminis frigidi Ecclesiam S. Nicolai de Turriano, & Ecclesiam Sancti Philippi. Apud Montem altum Eccles. S. Cassiani, & Sancti Nicolai de Mave de Trabea; juxta Marcum Gurtium Ecclesiam S. Georgii, & S. Nicolai de Regina. In Sicilia Ecclesiam S. Joannis, S. Georgii de Mobac, S. Joannis de Calatanisseth, S. Barbaræ de Calatabutar, S. Nicolai de Caca, S. Joannis de Reccamaris, SS. Cosmæ & Damiani de Cephaludio cum pertinentiis suis, S. Anastasiæ de Gratteriis, SS. Innocentum de Mistretto, S. Stephani, & S. Basilii de Naso, S. Nicolai de Butera, S. Angeli, S. Georgii, S. Mariæ de Murra.... S. Petri de Milatio & partem Oppidi, quod Mestianum dicitur. Quæ à supradicto Comite prædicto Monasterio SS. Trinitatis, & S. Michaelis oblata dignoscuntur, cujus anima Rogerii in pace requiescat. Porro sepulturam, ejusdem loci omnino liberam esse sancimus, ut qui se illic deliberaverint sepeliri, devotioni, & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati, & interdicti sint, nullus obsistat. Missas autem, seu stationes publicas in eodem loco præter Abbatis, & Fratrum voluntatem fieri prohibemus, ne in servorum Dei secessibus occasio præbeatur popularibus ulla conventibus. Sanè laborum vestrorum, quos propriis manibus, vel sumptibus.... nullus; Oleum Sanctum, Consecrationes Altarium, seu Basilicarum, Ordinationes Monachorum, vel Clericorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, à quocumque volueritis Catholico recipietis Episcopo. Adjicimus etiam ut nulli Episcoporum facultas sit, absque Rom. Pontificis licentia, locum vestrum, vel Monachos, seu Clericos inibi commorantes, interdictioni, vel excommunicationi subjicere, aut aliquam potestatem, & molestiam exercere: obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia proponat, nisi quem fratres cum omnium consensu, vel Fratrum pars consilii senioris secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam elegerint ab Apostolicæ Sedis Pontifice consecrandum. Hoc quoque præsenti capitulo subjungimus, ut idem Monast., ejusque possessiones, & Monachi ab omni secularis servitii sint infestatione securi, omnique gravamine mundanæ oppressionis remoti, in S. Religionis observantia seduli maneant, & quieti; nec ulli alii, nisi Romanæ, & Apostolicæ Sedi, cujus juris sunt, aliqua teneantur occasione subjecti. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, sive aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Ad indicium vero perceptæ hujus libertatis à Romana Ecclesia, unam auri unciam nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostram constitutionis paginam lædens, contra venire attentaverit, secundo, tertiove commonita nisi præsumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo judicio districtæ ultioni subjaceat; cunctis vero eidem Ecclesiæ jura servantibus sit pax D. N. J. C. quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. ✠ Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi. ✠ Nicolaus Albanus Episcopus subscripsi &c. Datum Ferrentini per manus Bosonis S. R. E. Scriptoris 6. Kal. Martii Indic. 15. Incarnat. Domin. anno 1150. Pontificatus autem Eugenii Papæ III. anno 6.

Huc usque Eugenius in suo privilegio, quod integrum exscripsit Ughellus Italiæ Sacræ Tom. primo de Episcopis Militensibus.

IV. *F. Jambertus* Abbas Militensis Monasterii dicitur in diplomate Alexandri III. Pontif. 1178
de anno 1178. quo idem PP. rata habuit, & firmavit ea omnia, quæ Prædecessores sui, Paschalis, Innocentius, & Eugenius, Monachis eorumque Cœnobio donaverant, sub dat. Laterani per manus Alberti S. R. E. Cardinalis Cancellarii 14. Kal. Aprilis Ind. 12. Pontif. anno 20. [a]. Obiit eodem anno.

a Ex Tab. Georgii de Mobac.

Anno Christi

V. *F. Joannes*. Hic in quodam publico Instrumento fundationis Confratern. S. Mariæ de Latina Messanæ 4. loco ita subscribit: *Ego Joannes divina miseratione Abbas Ecclesiæ Militensis, & filius Ecclesiæ S. Mariæ de Latina confrater vester*. Instrumentum porro affertur [a] à Pirro.

119..
VI. *F. N...* à Cælestino III. Sum. Pont. electus in Abbatem, quem manu mutilatum de Abbatiali gradu depositum voluit Innocentius

120.. etiam III. PP. datis ad Episcopum Militensem Petrum literis in codice vaticano relatis [b].

VII. *F. Joannes*. Hic ab Honorio III. primo sui Pontificatus anno privilegium exoravit, in quo firma, & illibata bona omnia Militensi Cœnobio ab summis Pontificibus, Regibus, ac Principibus, piisque viris attributa decernit, ac juxta Prædecessorum morem Abbatem, Monachos, ipsumque Monasterium sub Apostolica protectione suscipit, Laterani 3. nonas

1217 Martias Ind. 6. anno 1217. quodque exscribit Lucas Barberius [c].

Eidem Joanni Abbati præcepit Honorius laudatus ex alio diplomate dat. Lateran. 13.

1220 kal. Aprilis, anno Pontificatus sui 3. ut in Magistrum domus Hospitalis Leprosorum de Cathuna, respuentem pactiones servare inter ipsum, & Archimandritam Messanensem, dudum auctoritate Pontificis firmatas, pœnas Ecclesiasticas indiceret, nisi resipiscat, ut tradit Pirrus [d].

1304 VIII. *F. Nicolaus* anno 1304. Abbatem Sanctissimæ Trinitatis Mileti agebat, qui cum Episcopo Andrea de Bibonensi Jurisdictione convenit, ut scribit Ughell. [e]. Interfuit porro Nicolaus noster solemni benedictioni, quam F. Michaeli Abbati S. Mariæ de Altofonte Cisterciensis Ordinis, Messanæ in Regia Capella, Arnaldus Archiepiscopus Montisregalis impertiit, atque in publico Instrumento de ea re confecto subscribit: *Nos F. Nicolaus Abbas Monasterii Militensis testamur*. Anno 1307. [f].

1307
IX. *F. Durando* seu *Dinerio Marumellis* Neapolitano Monasterium Sanctissimæ Trinitatis Mileti cum annexis Prioratibus in Sicilia

1393 concessum, ex literis Regis Martini ann. 1392. scribit Pirrus ex Proton. fol. 38. [g].

X. *F. Joannes Meli* natione Catalaunus, ex ejusdem Martini Regis voluntate, Monasteriis SS. Trinitatis Mileti, & S. Stephani de Bosco cum conjunctis Ecclesiis in Sicilia donatur, Catanæ die 19. Junii 1397 [h]. In Regiis autem li-

1397 teris fit mentio inter alia bona, & jura de feudo S. Anastasiæ in terra Castelliboni, ac de ejus Abbatia in terra Geracii, atque alterius Prioratus S. Stephani de Mistrecta, ut idem Pirrus advertit.

Fuit noster Joannes Squillacensis demum Episcopus, Cardinalis Petri Serræ Familiaris, atque Ecclesiæ Montisregalis Administrator, ut Auctor est Lellus [i]. Joannis loco

XI. *F. Robertus* obtinuit, qui Prioratum S. Stephani de Mistrecta suo Cœnobio unitum, Ordinis Benedictini, F. Thomæ de Mileto con-

1405 cessit anno 1405 [k]. Sed Rex Martinus eumdem Prioratum Francisco de Folgseda Regiæ Capellæ Scolari contulerat, ut Pirrus advertit. Post Robertum

a Lib. 1. Not. 3.
b Ex Ughellio ibidem nu. 12.
c In Capit. Eccles. ex Cancell. eo an. fol. 191.
d Lib. 4. not. 4. Archi. Messan.
e Ibidem Ital. sac. tom. 1. nu. 19.
f Ex Collec. priv. eccl. Montisreg. apud eu.
g Lib. 3. not. 3.
h Cancel. hoc an. fol. 9. & Prot. an. 1400.
i Hist. Montisreg. Lec. par. 1. fol. 60.
k Reg. Cancel. eo ann. fol. 117. & Prot. fol. 161. apud Pirrum.

XII. *Ignisio de Gravara* Cordubensis Ecclesiæ Canonico, & Decano Abbatia, ejusque membra commendantur; qui Nicolai V. PP. auctoritate fretus per Bullas Romæ die 5. Aprilis Ind. 2. Pontif. anno 8. Domini 1454. Panormi exscriptas die 2. Julii ejusdem anni *in Feudum, seu ad emphyteusim concessit, & dedit Religioso viro F. Francisco de Anixio Priori S. Anastasiæ Messanensis Diœcesis præsenti, & stipulanti pro se, & suis in dicto Monasterio Prioribus, & successoribus, videlicet omnes, singulos fructus, & redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque Beneficiorum S. Stephani de Mistrecta, & S. Vincentii de Mistrecta, S. Georgii de Thusa, & S. Basilii de Naso Messan. Diœces. nec non & S. Joannis de Calatanixecta Agrigentinæ Diœcesis, &c. adjecto onere solvendi anno quolibet unciam unam &c.* [l] 1454

Exinde igitur Abbati, aut Priori S. Anastasiæ Prioratus, & Ecclesiæ in Sicilia de jure Monasterii Militensis, suffragari cœperunt, cui etiam bona omnia, possessiones, feuda, tum ejusdem Cœnobii, tum Ecclesiarum illi annexarum cesserunt; Inter quæ feudum in Territorio Milatii, & ejus planitie recensetur; ubi forsan Ecclesia S. Petri de Milatio, cujus in diplomate Rogerii Comitis, & in allato Eugenii Pont. fit mentio, sub nomine Oppidi Mestiani. Quamvis in provisione Regis Alphonsi de anno 1425. & in alia per M.R. Curiam anno 1433. lata, feudum de Trixini vocetur, atque à Rogerio Comite Ecclesiæ Sanctissimæ Trinitatis de Mileto attributum referatur.

Porro Abbatum, seu Priorum S. Anastasiæ prima mentio F. Francisci de Anixio, de quo jam supra, extat in Libris Cancellariæ.

l Ex Pirro lib. 1.

Abbates, & Priores S. Anastasiæ Castelliboni.

FRanciscus de Anixio Prior forte ab Abbate Militensi institutus.

II. *Marcus Capianus* Januensis S. Anastasiæ Abbas dicitur circa annum Domini 1500. à cujus morte 1500

III. *Laurentius de Laurentio* anno 1512. ex Ordine Prædicatorum assumptus per literas Burgi datas die 16. Junii, Panormi exscriptas die 27. Septembris 1517. Abbas renunciatur, cujus instantia anno 1522. provisio Proregis emanavit pro bonis Ecclesiæ, & Abbatiæ recuperandis &c. [m] 1512 1517

IV. *Antonius Fasus* Siculus Caccabensis ab Rege Carolo Romanorum Imperatore ad hanc Abbatiam nominatus, atque ex Bullis Apostolicis die 20. Octobris 1546. Panormi exscriptis 19. Maji sequenti anno confirmatus. Antonius honestis parentibus Caccabi natus, ac in Academia Salernitana scientiis imbutus, cum non minus eruditione, quam moribus egregiis commendaretur, Canonicus Centenarius (ut vocant) Panormitanæ Ecclesiæ à Petro Tagliavia, & Aragona Archiepiscopo creatus, dehinc agente Siciliæ Prorege, Ferrante Gonzaga Molfecti Principe, nostra Abbatia donatur. Romam, Medfolanum, in Belgium denique, ejusdem Principis aulam sequutus, ubique doctri- 1546 1554

m Reges Cancell. ann. 1517. & ann. 1522.

Anno Christi

næ laudibus, & radiis effulsit, ac orbi Literario editis libris innotuit. In Patriam reversus, ejusdemque Archiepiscopi Vicarius Generalis renunciatus, onus respuit, solitudinis, & quietis amore, quo etiam studio ad Tridentinum Concilium ab Hercule Gonzaga Ferrantis filio, ejusque olim discipulo, S.Rom.Eccl.Cardinali evocatus, ire respuit, provectam jam causatus ætatem; atque Agrigentinum, Mazarensem, denique Cephalæditanum Episcopatum etiam oblatum recusavit.
1561
Ad conservanda suæ Abbatiæ jura litem intendit noster Antonius adversus Juratos Mistrectæ, revocavitque ab iisdem Territorium de Cuncunello ex sententia lata die 21.Junii 1572.[a]; quo quidem anno meritis locuples, ac sanctitate vitæ illustris Caccabi die 28 Octobris ætatis suæ 63. feliciter obiit, in majori Ecclesia sepultus. Post annos circiter 50. ejus corpus pene incorruptum inventum, ac si eodem anno, ac die oppetiisset, decentiori loco asservatur hac insculta Epigraphe in Marmore superposito. *Hic jacet D. Antonius Faso Abbas S. Anastasiæ. Obiit*
1572
die 28. Octobris anno Domini 1572.[b]. Agit de Antonio in sua Biblioth. Sicula eruditissimus Mongitore, ubi libros ab eo conscriptos, ac typis editos commendat [c].

a Pirrus lib. 3. Not. 3.

b Ex vita Ms apud Antonium Mongitore.

c Bib. tom. 1.

1573
V. *Artalis Scalco*, Clericus hac nostra Abbatia decoratur post Antonium, ex Reg. literis, & Apostol.Bullis. Fuit etiam Artalis Regius Capellanus, atque Ecclesiæ Panormitanæ Canonicus sextus ex illis S. Joannis de Eremitis, de quo etiam Pirrus [d].

d Lib. 4. Not. 2. par. 2.

VI. *Cosmas de Marchisio* Presbyter Syracusanus ad eam dignitatem evehitur ex Apostolico rescripto Romæ apud S. Marcum pridie nonas
1588
Novembris 1588. Panormi exscripto die 12. Decembris [e]. Commendavit porro Xistus V. PP. nostrum Cosmam, Regi Philippo, ac subditis omnibus Abbatiæ, & Siciliæ Regni Administris, datis literis eodem die Panormi ex-
1589
scriptis die 7. Maji 1589.

e Ex Canc. hoc anno.

VII. *Hieronymus Strance* Rege volente Ma-
1610
triti 5. Februarii 1610. Abbas eligitur [f]; post quem

f Tab. Protonot. hoc an. fol. 158.

VIII. *Sebastianus Ugolinus* Ragusanus, Academiæ Complutensis Alumnus, S.T. Doctor, Regius Sacellanus, S. Mariæ de Burgitabus Prior, Capellæ Regię S.Joannis Messanę Benefi-ciatus & Rector, noster denique Abbas; vir
1615
omnigena doctrina refertus. Simonis Tallaviç
1621
S. R. E. Cardin. Theologus Romæ obiit die 21. Aprilis, 1621. de quo Pirrus, Mongitore & alii [g]. Plura edidit, quæ iidem Pirrus, & Mongitore enumerant.

g Pirr. Not. Eccl. Cephalæd. & Not. Eccl. Syracus. Mongitore Bibl. Sic. t. 2.

IX. *Marianus Valguarnera* Panormitanus generis præclarissimi, datis in S. Laurentio E-
1624
scurialis die 3. Novembris literis anno 1624. ob vitæ, ad doctrinæ promerita Abbas renunciatur. Mariani multijugem eruditionem meritis laudibus commendant quamplures ejus ęvi scriptores, & novissimè vir summus Antoninus Mongitore in sua sæpe laudata Bibliotheca. In aula Catholici Regis diu noster Abbas versatus, ac Regii Capellani honore insignitus, de Patria sua optimè meruit. Romæ ejusdem

h Reg. Prot. eo anno.

Anno Christi

A Panormi causam egregiè defendit, cum de Patria S. Agathæ coram Purpuratis PP. lis esset exorta. Ab Urbano VIII.& Clemente VII. maximi factus, ab iisque Episcopus designatus, dignitates invicta animi demissione respuit. In patriam reversus summo apud omnes honore habitus, Oeconomus Regius electus, tandem Patriæ, & bonarum artium jactura die 28. Augusti 1634. piissimè obiit, in S Dominico magnifica funeris pompa elatus. 1634 Linguas quamplurimas perfectè calluit, & Græcam maximè novit, Poeta insignis, Historicus, Orator, multa typis edidit, quæ laudatus Mongitore recenset [i]. Post illum an. 1634.

i Bibl. Sic. tom. 2. fol. 43.

X. *F. Alphonsum Velasquez* de Miranda Hispanum Abbatem invenio; de quo in Biblioth. Hispana [k] meminit Nicolaus Antonius. Fuit Alphonsus ex Ordine S. Mariæ de Merce-de Redemp. Cap. Patria Zamorensis, primarius in Complutensi Academia Sacræ Theologiæ Professor, rerum agendarum dexteritate, literis, & eruditione, evulgatisque operibus insignis. Regi à Concionibus, atque à Consiliis cum esset, nostram obtinuit Abbatiam. Decessit è vivis septuagenarius Matriti mense Februarii 1661.

k Tom. 1. fol. 41.

XI. *Joseph Jenardo* ex literis Regis Matriti 1661 die 23. Julii ejusdem anni, cui

XII. *Jacobus Sforza* Januensis Rege volente successit. De eo Bernardinus Masbel in descrip. 1684 Regni Siciliæ meminit [l].

l De Abbat. cap. 10.

XIII. *Andreas Filingeri* ex Comitibus S. Marci, Principibus Mirti, Panormitanus S. Anastasiæ Abbas efficitur ex Bullis Apostol. die 10. Junii 1689. mox ad pinguiorem S. Mariæ 1689 Roccadiæ Cisterciensem transit; eique

XIV. *Antonius Iniquez* de Abarca Hispanus subrogatus per Apostol. Bullas die 6. Novembris 1694. in Regno exscriptas die 1. Februarii 1695. 1694 Abbatiæ possessionem die 15. Aprilis iniit. Verum cum Caroli III. Austriaci partes sequutus, Hispania excessisset, proventibus privatus, quos denuo, advenientibus felici auspicio in Siciliam Augustiss. Regis armis, est assecutus, una cum annua pensione 200. aureor. super Abbatia Roccadiæ ex Reg. literis [m] Viennæ die 6. Decembris 1721. Panormi exscriptis 10. Januarii 1722. 1721 Vivit. Hujus ergo Abbatiæ proventus sunt scut. 375. onera scut. 115. remanent pro Abbate scut. 260. in Regni Comitiis 62. locum occupat, ac sibi suffraganeas habet Ecclesias

m Ex Reg. Cancell. hoc anno.

1. *S. Stephani de Mistretta*, quam Roger. Comes Monast. SS. Trinit. attribuit in suo diplomate a Pirro relato [n]. Anno 1392. eadem Ecclesia titulo Prioratus F. Thomæ de Menga legitur concessa. Tum Durando Marumellis, Joanni Melli, Thomæ de Mileto, & Francisco de Golgfedà, ut apud Pirrum habes.

n Lib. 4. Not. 5.

2. *S. Vincentii de Mistretta*, de qua in Visit. de Puteo fit mentio, ac inter suffraganeas S. Anastasiæ Castelliboni enumeratur [o].

o Ibidem.

3. *S. Georgii de Thusa*, cujus meminit Pirrus [p].

p Ibidem.

4. *SS. Cosmæ, & Damiani* de Cephalædio sub titulo Prioratus, hodie Seminario Clericorum unita [q].

q Ibidem.

5. *S. Joannis Catalani* de Calatanixecta, cele-

Anno Christi

celebris jam Prioratus ad secundum lapidem ab Oppido, olim SS. Trinitati Mileti, hodie S. Anastasiæ suffraganeus Anno 1422. erat illius Prior F. Andreas de Turio Bened. ab Abbate Militensi constitutus, de quo Pirrus [a]. 6. *S. Basilii de Naso* Grangia S. Anastasiæ in Regia Visit. dicitur. Ejus meminit Pirrus [b].

a Reg. Cancell. eo an. fol. 408. apud Pirr.
b Ibidem.

NOTITIA DECIMAQUINTA

S. MARIÆ DE PARTU CASTELLIBONI.

1288 Castellumbonum recens Oppidum, Jacobo Siciliæ Rege, anno 1288. ab Aldonio Vigintimillio, Henrici, qui primus ex hac inclita familia Hieracii Comitatum tenuit, filio, conditum [a], in Diœcesi Messanensi prope Nebrodes Montes, hodie de Madonia, ad septemtrionem, colli insidet, qui eorundem montium pars est. In eo celebre Monasterium S. Mariæ de Partu à Beato Guillelmo Politiensi constructum spectatur, quod hodie Monachis destitutum, de jure Patronatus Hieracensium Marchionum, Ecclesiam, atque Abbatiæ titulum servat. De Guillelmo hæc habet Cajetanus.

a Cajet. in Animadv. ad Vitas SS. Sicul. Pir. & alii.

Guillelmus in Oppido Politio honestis parentibus familia Gnofforum natus est. Ingressus adolescentiam, pietatis studio incensus, in solitudinem quamdam se contulit, ubi postquam quadriennium egit D. Virginis Æde reparata, in Gonati eremum ab eadem Virgine secedere admonetur. Eo in loco socios sibi aliquot adiunxit, seque in virtute exercens, variarum tentationum victor fuit.

Post aliqua. *Dum autem in Gonato moratur Guillelmus, apparuit oranti mulier habitu regali, quæ illi: perge (inquit) ad scaturiginem fontis sub radicibus montis Nebrodis; ibi sicut tibi monstrabitur, ædem extrue. Parere cupidus, ad locum properat, præstolatur indicium. Huc, illuc non cogitatione solum sed oculis obeunti visum ibidem est, ubi nunc Ædicula Virginis sita, Palatium, & Pueri de Ortu solis ad se maximo numero accedentes, stolis induti niveis, vario decore & gemmis ornati. Cœpit Guillelmus Virginem alacer salutare, recitantemque (Salve Regina) pueri illi paulisper in palatio commorati, in Cœlum abeuntes deseruere. Ergo ad locum accessit gaudio cumulatus incredibili Vir Dei, quo in loco Palatium, cæteraque præviderat. Et ecce, secum ipse, inquit, locus, ubi Virgini ædificetur Ecclesia; cumque tam de visis, quam de commonstrata area grates Deo redderet, sublatis in altum oculis vidit Dominum majestate mirabili, Mulierem vero, quæ ante sibi apparuerat eodem regio ornatu, & Senem canitie venerabilem, qui magno Antonio*
1289 *similis videbatur, Domini latera protegentes. Vox vero ad eum missa est: (Hic, inquiens, manebis) ac si diceret: hæc est toties tibi nuntiata sedes, in qua, quoad vives, in Dei obsequio, famulatuque perseverabis. Sed cum fundandæ, struendæque fabricæ, nequaquam suppeterent opes; adfuit liberalitas Aldoini Vigintimillii Comitis Hieracii, cujus eleemosynis adjutus, ædem perficit, & in honorem Beatæ Virginis à Partu dicat.*

Hæc ante annum 1289. accidisse oportet. Hic enim Aldonius natu major inter Henrici filios, sine prole, anno enunciato, in amissione Triremium Regis Jacobi juxta Palinurum periit [b].

b Pirrus in Chro. Reg.

Pergit dehinc Cajetanus enarrare nostri Guillelmi gesta, ac miracula, & sex ab eodem in honorem B. Mariæ Virginis, aliorumque Sanctorum sacras ædes recenset fundatas [c]. 1. *S. Maria de Gonato in eodem agro, quæ hoc ævo diruta tribus pass. millibus à Monasterio S. Mariæ de Partu distat. 2. S. Mariæ à Partu mille passibus à Castellobono, de qua loquimur. 3. S. Felicis in Territorio Caccabi tribus milliar. à Ciminna Oppido dissita, triginta à Castellobono. 4. S. Maria a Misericordia in Monte Monacho, quam Joannes Hieracii Comes, & Primus Castelliboni Princeps in Prioratum erexit; duobus milliar. longe est à Castellobono, in quam Ecclesiam Guillelmus ad Sacrum Quadragesimæ Jejunium celebrandum, longe à populorum tumultu quotannis commigrabat. 5. S. Calogeri ad quincentos passus prope Castellum bonum. 6. Denique S. Calogeri etiam quæ tribus pass. millibus ab Hieracio refugit.* Obiit SS. Christi Confessor die Sabbati, 16. Aprilis anno 1321. ac miraculis etiam post mortem coruscavit. 1321 Ejus Corpus in eodem Monasterio, ac in ipsa cellula, ubi admirabili se pœnitentia maceravit, arca decenti inclusum colitur. Spectantur Capilli adhuc adhærescentes capiti coloris flavi, affixumque carni cilicium; ex sacro Corpore suavissimus odor etiam efflat, ejusdemque natalis dies in Castellobono, & finitimis ex antiqua consuetudine publico cultu, solemni supplicatione 16. Kal. Maji celebratur. Ecclesiam ejus invisentibus festo die enunciato expiata rite conscientia, & Sacro Christi Corpore refectis plenariam peccatorum indulgentiam Gregorius Papa XIII. in decennium concessit anno 1582. 17. Kal. Octobris, quam Xystus V. primo, dehinc Clemens Pont. VIII. confirmarunt. Hæc ex Cajetano in animadv. ad vitas SS. Siculorum excerpta sunt [d].

c Cajetan. Vitæ SS. Sic. in Animad. fol. 82.
d Tom. 2.

Circa mortis annum variat Abbas Maurolycus lib. primo Sican. rerum, scribitque, Guillelmum anno 1317. obiisse; meminit autem de ipso idem Maurolycus in suo Martyrol., è quo in suum transtulit Galesinius, Joan. Molanus, Constantinus Felix. Arnoldus Wion in Benedictino Martyrolog. inter SS. Monachos Ordinis S. Benedicti Guillelmum Politiensem recenset, quem ideo erroris arguit Cajetanus ibidem, Anachoretam Guillelmum fuisse probans; sed & nonnullos S. Benedicti Regulam professos Eremitas appellari, nemo negabit.

Wion. Arbor vitæ Monast. & Martyr. Bened. ad 16 Kal. Maji.

Jam à morte B. Guillelmi, qui primus merito Abbas

Anno Christi 1366

Abbas S. Mariæ de Partu dicitur, Franciscus Vigintimillius hujus nominis II. Junior dictus, Francisci primi filius, ac memorati Aldoini nepos, Eremum S. Mariæ de Partu in Monasterium Ordinis S. Benedicti erexit, dotavit feudo S. Gregorii in Agro Petraliæ, Jure Patronatus sibi suisque successoribus reservato eligendi, & præsentandi Abbatem Apostolicæ Sedi, aut Archiepiscopo Messanensi, in cujus diœcesi Monasterium erat, condito super ea fundatione 13. Kal. Septembris anno *1366*. Instrumento [a], quod sane jus eidem Francisco, ejusque successoribus Dionysius Archiepiscopus Messanensis confirmavit.

1393 Anno 1393. 5. Idus Januarii Henricus Comes Hieracii, Francisci mox laudati filius Monasterio nostro Gonati feudum attribuit, ut idem testatur Cajetanus ibidem.

Abbatum nomina, & seriem per hæc tempora deprehendere non licuit, etsi forte ex Tabulario Marchionum Hieracensium facile ea erui possent, quod tamen evolvere, & si sæpius rogaverimus, minime fuit datum.

II. *F. Barnabam de Hieracio* S. Martini de Scalis Monachum Abbatem invenimus, sed quo floruerit anno prorsus latet. De eo Pirrus Lib. 4. par. 2. not. 1.

III. *F. Antonius de Pesaro*, Abbas S. Mariæ de Partu Castelliboni Benedictinus. Hunc Monachi Monasterii S. Martini de Scalis legatum ad Casinenses Patres miserunt, pro obtinenda cum eorum Congregatione tum S. Martini, tum Cœnobii de Partu unione anno 1475. ut ex Epistola ad eosdem à Monachis illis directa eruitur [b].

1475 Neapolim appulsus Antonius, indeque cum Epistolis commendatitiis Abbatis S. Severini ad Generale Casinensium Capitulum digressus, omnia pene ad votum obtinuit, ac una secum tres Casinenses Abbates in Siciliam detulit, quibus fuit perlustrandi Sicula Cœnobia cura demandata. His Panormi agentibus anno 1477. Antonius Castellumbonum ad

1477 Marchionem Antonium perrexit, à quo epistolam omni officio plenam pro Casinensibus Abbatibus obtinuit. In ea Marchio unionem Monasterii S. Mariæ de Partu promovebat, atque Abbates exorabat, ut omnimodam fidem S. Martini, & S. Placidi Messanæ Abbatibus præstarent circa ea, quæ Castelliboni respicerent Cœnobium. Cum autem varia intercessissent impedimenta, quo minus unio firmaretur, idem Antonius Abbas ad Regem Joannem in Hispanias profectus, literas ad Sum. Pont. Xystum regio nomine detulit pro unione eadem. At irrito nihilominus conatu hæc tandem evanuit. Post hæc Benedictini Monachi in Cœnobio defecerunt, atque Abbatibus Commendatariis Monasterium cessit, ut videbimus.

Idem in vivis agebat anno 1482. ut ex executione Bullæ Xysti IV. favore Monasterii S. Nicolai de Arena, ipsi Paternionis præsentatæ die 7. Novembris, eruimus.

1519 Anno 1519. Apostolicum Leonis X. emanavit Rescriptum sub dat. Romæ 3. Kalend. Martii, Pontif. anno 7. quo Rom. Pontifex confirmavit Jus Patronatus Simoni primo, Marchioni Hieracii de Monasterio, & Abbatia S. Mariæ de Partu, quam ab omni Archiepiscopi Jurisdictione excmit, atque immediate Apostolicæ Sedi subjecit, de qua Bulla executoriæ emanarunt Panormi die 24. Julii 9. Indict. anno 1521. per Julianum Castellano Regium Secretarium [c]. 1521

a Idem Cajetanus f. 32. & Pir. o. lib. 1.

b Apud Tornamir de Casinensi Cong. lib. 2.

c Capi. Lucæ Barber. Cancel.

IV. *Franciscus Maurolycus* nobilis Messanensis Doctrinæ præstantia, ac mathesis peritia nulli secundus, vitæ etiam integritate, ac moribus eximiis illustris, nimia demum amicitiæ necessitudine Joanni Marchioni Hieracii conjunctus, à quo Abbatia nostra S. Mariæ de Partu donatus est ante annum 1562. Francisci Abbatis vitam pro suo more eruditissimè prosequitur Antoninus Mongitore in Sicula Bibliot. in qua sepulcrale elogium marmori insculptum etiam affert. Ipsum exhibemus, ut viri imaginem vel rudem hic effingamus.

D. O. M. D. Francisco Maurolyco Messanensi Patritio, ex Clarissima Maurolum familia, Abbati Divæ Mariæ à Partu, viro Christianæ pietatis zelo, & rerum occultarum scientia veteribus Patribus, & Philosophis comparando, Mathematicorum, omnium Doctorum consensu, facile Principi, qui ea studia pene extincta in lucem revocavit, scriptorum suorum multitudine illustravit, auxit, propagavit, vitaque innocentia exornavit; adeo ut ejus tamquam oraculi visendi, consulendique studio, undique etiam à remotissimis Regionibus conflueretur. D. Franciscus, Foresta, & S. Georgii Baro, & D. Silvester Doct. Theol. Rocceamatoris Abbas Mauroly Fratres Patruo benemeritissimo sepulcrum pro tempore angustum PP. donec aliud augustius dignum virtute, & meritis ejus erigatur. Vixit annos LXXX. menses X. dies V. obiit 11. Kal. Augusti MDLXXV. 1575

Te quoque Zancla tulit Maurolyce, ne sit in uno
Clara Syracosio Sicelis ora sene.

Idem Mongitore Catalogum Auctorum, qui de Francisco cum laude meminerunt, contexit, ejusque Operum tum typis editorum, tum mss. indicem appingit, ut nihil addi possit.

V. *Vincentius Branciforte* Francisci Militelli, ac Petræpretiæ Principis Frater, Abbas S. Mariæ de Partu, & S. Mariæ Novælucis Catanæ, vir moribus innocentissimis, ac prudentia, & comitate ornatissimus. De eo nos fusius in notitia Abbatiæ Novælucis. Obiit anno 1620. sepultus in Ecclesia S. Benedicti Militelli Ordinis Casinensis à fratre ejus Francisco fundata. Post Vincentium 1620

VI. *Joannes Graffeus* nobilissima gente exortus, Abbatia decoratur; de quo extat in Ecclesia S. Ignatii Mart. Congregationis Oratorii Panormi, vulgo *Olivella*, inscriptio sepulcralis, hæc habens.

D. Joannes Graffeo Abbas S. Mariæ de Partu, morum gravitate, prudentia, ac liberalitate in pauperes insignis, XIII. attingens lustrum obdormivit in Domino 28. Octob. anno salutis MDCXXII. 1622

VII. *Carolus Vigintimillius*, ex Marchionum Hieracensium præclarissimo genere, hanc Abbatiam pluribus annis tenuit; post multa eximiè gesta, Panormi occubuit die 18. Aprilis 1687. quem excepit 1687

VIII.

Anno Christi

VIII. *Joseph Caetano* Panormitanus, ex Marchionis nominatione Abbas institutus; cum aliquandiu ea dignitate cohonestatus vixisset, locum cessit.

170.

IX. *Josepho de Silvestro* à S. Mauro, S. Theologiæ, ac V. J. Doctori, doctrina, & vitæ integritate notissimo. Rexit hic pluribus annis Clericorum Seminarium Panormi magna cum laude; mox Panormitanæ Ecclesiæ Canonicus pro meritis renunciatus, sub Archiepiscopo Messanensi Josepho de Migliatio Vicarii Generalis munere functus est. Vivit hodie. Abbas non interest A Regni Comitiis, ejusque electio, seu præsentatio ad Marchiones Hieracenses spectat, penes quos etiam Prioris Ecclesiæ nominatio. Ecclesia satis decenti structura exurgit, ac cellulæ Monachorum adhuc extant. In ea diebus tantum festis Capellani inserviunt, quibus ab Abbate congrua exolvitur. Redditus Abbatiæ scutata mille circiter non excedunt; sed & Prior suos habet etiam proventus à mensa Abbatiali distinctos. Insignes Reliquiæ: *Corpus S. Guillelmi* Cœnobii fundatoris, de quo suo loco diximus.

Anno Christi

NOTITIA DECIMASEXTA

S. CATHARINÆ DE LINGUAGROSSA.

Pauca de hac Abbatia scire licuit, & si omni diligentia, apud olim Oppidi Dominos adlaboraverimus, ut vel levis nobis, de ejus antiqua fundatione, conjectura innotesceret. Scripsit de illa noster Pirrus historiam, ut Joseph Scomma testatur[a]. Antoninus etiam Mongitore sæpius laudatus ejusdem Abbatiæ notitiam concinnavit, ex qua pene omnia, quæ hic dabimus, excepimus.

a In allegat. pro Lites de Grado.

B Linguagrossa Oppidum ad Ætnæ Montis radices à septemtrione, Diœc. Messanensis, Incolarum frequentia celebre, juris olim erat nobilissimæ domus Bonanno; non paucis autem ab hinc annis, exoluto dominis ab ipsismet civibus pretio, Regii Demanii, ut vocant, effectum est. In eo S. Catharinæ Monasterium ab antiquis temporibus, titulo Abbatiæ sub Regula S. Benedicti legitur constitutum; C Quamvis Joan. Lucas Barberius in Capibrevio Eccles. Ordinis S. Basilii, de Suffraganeis Ecclesiæ Messanensis illud dicat. A Pirro autem Benedictinis Abbatiis accensetur. De Abbatibus hæc prima occurrit Notitia.

I. *F. Thomas de Guerreriis* S. Agathæ Monachus anno 1523. Prior S. Veneræ Mascalarum, & simul noster Abbas, ut ex lib. Prot. fol. 228. & Monar. fol. 991. colligit Pirrus[b], qui proin subdubitat, duas hasce dignitates fuisse conjunctas, quod tamen facile non credimus. D Fuit noster Thomas alterius Thomæ de Guerrerio Scriptoris Apostolici nepos, ex cujus renunciatione S. Veneræ Prioratum obtinuit à Clemente VII. ut idem Pirrus est auctor ibidem.

1523

b Li. 3. n. 2.

II. *F. Hieronymus Picadati* Ordinis S. Benedicti Abbas S. Catharinæ de Linguagrossa dicitur anno 1512. E Hic ab Joanne de Cabrera S. Mariæ Novælucis Abbate Vicarius in Spiritualibus ac Prior Monachorum ejusdem Novælucis Cœnobii constituitur[c], ut in notitia ejusdem scripsimus. Patet hinc, per hæc tempora defecisse Monachos in S. Catherinæ.

1512

c Ex Tab. Mon. Novælucis nos not. 5.

III. *F. Petrus Quartarano* Abbas Linguægrossæ, cujus precibus sub die 12. Februarii 1569. provisio emanavit Panormi, officialibus Linguægrossæ directa, pro tuendis Abbatiæ bonis[d].

1569

d Ex Tabul. Prot. hoc ann.

IV. *Bernardinus Picta* ab Horatio Bonanno F Oppidi Domino electus per acta Francisci Cajetani die 13. Octobris 1606. atque ab Archiepiscopo Messanense institutus die 15. Decembris, dignitatem ad 1614. tenuit[e], ob cujus obitum ab eodem Horatio Principe

1606

e Mongitore in Not. M.SS.

V. *D. Angelus de Balsamo* Ordinis S. Benedicti nominatur ad Abbatiam ex Tabul. Francisci Papè Messanensis die 16. Julii 1614. At rejectus ab Ordinario fuit, quia, utpote Monachus, incapax Beneficii jam sæcularibus addicti, erat; ideo successorem accepit.

1614

VI. *Joannem de Valdivexo Ruiz* V. J. licentiatum, Hispanum, Petri de Valdivexo Archiepiscopi Messanensis fratrem, qui possessionem mox est adsecutus. Hunc ab eodem Petro anno 1623. Abbatem S. Mariæ de Castania, & S. Catharinæ de Linguagrossa simul electum putavit Pirrus[f]; at ab Horatio præsentatum fuisse constat, ut advertit Mongitore. Fuit idem Judex Apostolicæ Legatiæ in Sicilia, & S. Mariæ de Terrana etiam Abbas; at in Hispanias triremibus vectus, cum navigaret juxtà Januam an. 1624. decessit è vita, teste eodem Pirro in Catalogo Jud. Reg. Monarch.[g]

1615

f Lib. 4. not. 25. pag. 2.

1624

g Lib. 2.

VII. *Martinus la Farina* ex Marchionibus Maduniæ nobilis Panormitanus, vir (ait Mongitore[h]) omnigena eruditione refertissimus, hanc obtinuit Abbatiam, electus ab eodem Horatio Principe ex Tab. Joannis Francisci Sclafano die . . . ., 1624. At contra ipsum *Benedictus Nocets* tamquam Provisus Apostolicus litem intendit; asserebat enim jus electionis ad sedem Romanam fuisse devolutum, ob Patroni negligentiam. Exagitata tamen causa, Martinus institutionem die 29 Octobris, & possessionem est assecutus. De eo nos in notitia S. Luciæ de Milatio, cujus etiam fuit Abbas, & Mongitore laudatus in Sicula Bibliotheca tom. 2. fol. 53. ubi eumdem magnis laudibus exornat.

h Mongitore ibidem.

Interim Oppidum in Regium transiit demanium, soluto, ut diximus, ab ipsis incolis ejusdem pretio, hinc jus eligendi Abbatem fuit Regi acquisitum; id autem anno 1635. evenisse ait Scomma[i], sed in annum 1633. rectius rejicit Mongitore. Mox igitur Martinus noster literas à Rege exoravit sub dat. die 9. Maji 1633. in regno exscriptas die 5. Octobris ejusdem anni, quibus

i In Alleg. pro Grado fol. 4.

1633

Anno Christi 1648 quibus in Abbatiæ possessionem denuo est inductus, ac confirmatus [a]. Anno demum 1648. major Capellanus, & Abbas S. Luciæ fuit. Adi Mongitorem in Bibliot. loco citato.

a Reg. Cancel. hoc fol. 109.

VIII. *Bernardinus Noceti* Civis, & Archidiaconus Messanensis ex Collatione Pontificis Abbas; putabat enim ad Sedem Apostolicam jus eligendi spectare, sed ex Regiis literis

1662 IX. *Laurentius de Grado* Hispanus die prima Augusti 1662. Abbatiam exoravit, ac novis
1665 etiam literis die 20. Novembris 1665. est confirmatus, conditione adjecta, ut litem scilicet electo Pontificio intentandam propriis sumptibus ageret. Causa igitur instituta contra Nocetum in Curia Archiepiscopali Messanensi, cum in dies protraheretur, anno 1669.
1669 petitione ejusdem Laurentii ad Regiæ Monarchiæ Tribunal evocatur; in quo sententiam sibi faventem Grado obtinuit die 1. Julii ejusdem anni: *Jesus. Provisum est per nos V. J. D. Emmanuelem Monge Amaurita de Consilio S.C.M. Abbatem S. Mariæ de Terrana, & Judicem Ordinarium Tribunalis Regiæ Monarchiæ pro S.C.M. in hoc Siciliæ Regno quod utique iste de Grado instituatur in Abbatia nuncupata S. Catharinæ de Linguagrossa, super qua fiant literæ opportunæ in forma.* Ut latius in Allegat. citat. Joseph Scomma.

Institutus itaque Laurentius ab Archiepiscopo, in possessionem fuit immissus die 27. Julii anno 1669. Eo mortuo

X. *Antonius Scomma*, Joseph mox laudati S.R.C. Præsidis Frater Siculus Calatabiloctensis Abbas renunciatur ex Regiis literis Matriti die 23. Martii anno 1682 [b]. Exinde Canonicus Metropolitanæ Ecclesiæ Panormi anno 1696. Judex, & Examinator Synodalis, ac Sede Vacante Assessor, decessit è vivis Panormi 2. Januarii 1732. 1682 1696 1732

b Reg. Prot. hoc anno fol. ...

Abbas ergo Regiæ Præsentationis in Regni Comitiis sedet loco 42. Proventus scutata 40. circiter, onera scutata 8. remanent pro Abbate scutata 32. Ecclesia à sæcularibus Presbyteris administratur, festisque diebus præcipuis Missa in ea celebratur.

NOTITIA DECIMASEPTIMA

S. MARIÆ DE PLANO CAPIZII, & S. BENEDICTI EJUSDEM OPPIDI.

Prioratus sunt Ordinis S. Benedicti, inquit Lucas Barberius in magno Capibrevio Ecclesiastico *de suffraganeis Ecclesiæ Messanensis:* Capizium enim Ptolemæo, & Ciceroni satis notum, ad Æreorum montium latus, quà ipsi meridiem spectant, situm, intra Messanensis diœceseos fines clauditur. Illorum fundatio, progressus, atque historia prorsus latent. Pirrus hæc tantum habet. *Anno*
1426 1426. *Joanni Sancio de Heredia Equiti Aragonensi, quem vocant Regii demanii Castrorum Provisorem, fecit Thomas Archiepiscopus facultatem, ut Monasterium S. Mariæ de Plano Capizii intra Messanensem Diœcesim vetustate dilapsum repararet, bonis augeret, atque ad ipsum cum jure Patronatus pertineret*. Ex tabul. Ecclesiæ Capizii [a] Sancius Cœnobii instaurator Catanæ diem obiit.

a Lib. tabul. fol. 117.

Idem in Vita Francisci Velardes de la Cuenqua, Archiepiscopi Messanensis refert, eumdem Franciscum sex Canonicis Messanensibus noviter ab se institutis attribuisse, inter alia beneficia, Prioratus S. Mariæ de Maschali, S. Mariæ de Porticellis prope Oppidum Massæ, S. Mariæ, & S. Benedicti de Capizio, & S. Mariæ de Nicosia anno 1604. In Tabul. Eccles. Mes-
1602 sanensis die 9. Maji 1602. hæc institutio consignatur, & S. Mariæ de Plano Capizii Beneficium simplex, sub titulo Abbatiæ absque Conventu, & cura dicitur. Sed à Sacra Concilii Tridentini Interpretum Congregatione eadem Archiepiscopi dispositio infirmata, effectu caruit. Jam verò S. Mariæ & S. Benedicti de Capizio Abbates, seu Priores memorantur,

I. *Antonius Maccagnone* Canonicus Mazarensis V.J.D. ab eodem Pirro lib. 3. commendatus qui anno 1597. obiit.

II. *Hieronymus Domingo*, ob cujus mortem mense Januarii 1614. 1614

III. *Jacobus Brancetti* Archiepiscopi Messanensis Petri Ruiz de Valdivexo à Secretis, ab Juratis Patribus Capizii nominatus, ab eodem Petro Archiepiscopo Abbas instituitur die 29. Januarii ejusdem anni 1614. his verbis: *Cum itaque simplex Beneficium, & Ecclesia S. Mariæ de plano Capizii, Abbatia nuncupata, de Jure Patronatus ejusdem Universitatis Capizii, fundata in Territorio, & extra Mænia dictæ Civitatis, per obitum quondam D. Hieronymi Domingo illius ultimi Abbatis, & Possessoris, qui de mense Januarii proximi præteriti diem clausit extremum, vacaverit, & vacat ad præsens; cupiasque modo tu, qui à mag. Juratis dictæ Civitatis Capizii, ad quos dicti Beneficii electio, & præsentatio spectat legitimè, & pertinet, vigore dictæ electionis, & præsentationis Actus stipulati in Actis Notarii Marcelli Gallegra ejusdem Civitatis die 29. Januarii 12. Indic. 1614.*

VI. *Joseph Ganguzza* Mistrectensis moribus, ac scientia spectabilis ab eruditiss. Mongitore in sua Biblioth. Sicula laudatus, qui anno 1660. è vivis excessit ex eodem. [b] 1660

b Tom. ...

NO-

NOTITIA DECIMAOCTAVA

SS. TRINITATIS CASTRILEONIS.

AD radices montis Ætnæ è Boreali regione, Castrumleonis Oppidum, titulo Principatus juris Illustriss. Familiæ Columnensium, in Messanensi Diœcesi assurgit, civium opulentia atque amplitudine insigne; ac juxta illud SS. Trinitatis Cœnobium sub titulo Prioratus olim, hodie sub Abbatiæ nomine, à Luca Barberio memoratum[a], quod Monachis destitutum à Presbyteris sæcularibus incolitur.

[a] In Capib. Ecli.

Porro vetus traditio apud incolas refert, quod forte transeuntibus per Oppidum quibusdam Monachis Benedictini Instituti, adeo illorum innocentissimæ vitæ exemplum civium animos allexit, ut minimè fuerint passi, eos loco excedere, quin terris, ac situ opportuno assignatis, ut intra eorum fines Cœnobium exædificarent, sociosque adsciscerent, enixis precibus impetrarunt. Igitur prope flumen, cui nomen *Cantara*, delecto loco, mille passibus ab Oppido dissito, Monasterium brevi excitavere Monachi, atque Ecclesiam, quæ hodie sub titulo Sancti Nicolai antiqua servat vestigia picturarum, piorum adjuti eleemosynis, construxerunt.

A

Cum autem aeris insalubritate locus laboraret, eo relicto, civium eorumdem opera, novum ad balistæ jactum ab Oppido Cœnobium, sub titulo SS. Trinitatis condidere, ubi quampluribus annis, Regularis observantiæ studiis intenti, magna populorum ædificatione Monasticum institutum propagarunt.

B

Extat hodie Ecclesia, quæ Oppidi major Parochialis est, cujus fundatio Monachis etiam SS. Trinitatis adscribitur, ut illis esset pro Grangia, & Valetudinario; sed forte ea longe Monachos præcessit; lapidi enim nigro, parieti Ecclesiæ à fronte adhærenti, notæ annorum sequentes insculptæ leguntur M. C. V. quæ extructam illam per ea tempora docent, quando vix Monachos primum excitasse Cœnobium, est credibile. Sed & in superliminari ejusdem Ecclesiæ hæc lapideæ tabulæ cernuntur inscripta.

MPO D. M+ CCC CC CC. + LXXXVIII

MAGIR. S MOPOK+ D HTRC

[b] Ex MM.SS. Relat. à Joseph Abb. Castrileon. nobis communicatis.

C

Quæ quidem, quamvis injuria temporum adeo sint erosa, ut sensum aliquem vix dare possint, innuunt, ni fallimur, annum 1338. qui fortè Benedictinæ fundationi respondet. Jam conjecturis sepositis, hæc de Abbatibus penè certa habemus.

1468 I. F. *Bartholomæus de Buxo* SS. Trinitatis Castrileonis Abbas dicitur anno 1468. cui Antonius Columba S. Mariæ de Arcu Neti Abbas suas delegavit vices, ut bona Monasterii ejusdem de Arcu administraret[c].

[c] Ex Tabul. Mon. S. Mariæ de Arcu.

II. *F. Guillelmus Ansalonius* Catanensis, Monachus S. Agathæ, nobilissimi generis, ac virtutis eximiæ. Hunc Abbatem SS. Trinitatis circa annum 1547, facit Grossi[d], sed apud Castrileonenses ejus memoria ann. 1591. habetur. Denique in Emortuali Catanensis Ecclesiæ Guillelmus Prior Monasterii S. Agathæ, S. Gregorii de Platia, & S. Mariæ de Gratia Adernionis appellatur, ejusque mors die 2. Julii 1582. consignatur, quæ tenebras potius historiæ offundunt; nec certi aliquid decernendum relinquunt.

1547

[d] Decac. Catan.

D

III. *Hieronymus Satollo* Presbyter sæcularis anno 1593. hanc nostram Abbatiam obtinuit. Forte per hæc tempora Monachi defecerunt. 1593

IV *Vincentius Sitajolo* anno 1622. Abbas, Presbyter etiam sæcularis, patria Panormitanus, genere illustris, ac virtute non minus insignis[e]. 1622

[e] Mongitore in mss. not.

V. *Marcus de Georgio* circa annum 1666. quo è vivis decedente 1666

VI. *Ferdinandus Columna* notissimę prosapię, ex Principis institutione an. 1680. post quem 1680

VII. *Carolus Columna* S. R. E. Cardinalis, de quo alibi in notitia S. Mariæ de Noara. Hic vices suas Carolo Calcagni Messanensi delegavit, qui & Priorem, atque Capellanos pro Ecclesiæ servitio elegit. Hi Tribunali Apostolicæ Siculæ Legatiæ subduntur, atque ab ordinaria potestate sunt exempti. Abbas in Regni Comitiis locum 59. occupat.

E

Quolibet anno, Dominica SS. Trinitatis, ejusdem festum magna, ac solemni pompa celebratur. Jus Patronatus Abbatiæ magno Comestabulo Columnæ competere dicitur; cujus potestati Oppidum subest.

NOTITIA DECIMANONA

S. ANNÆ DE PORTELLIS.

DE hac uberrime in Not. S. Mariæ de Nova Montisregalis, cujus Ecclesiæ Archidiacono unita est Abbatia. Meminit ejusdem etiam Pirrus lib. 1. Not. 3.

A

Anno Christi

NOTITIA VIGESIMA

Anno Christi

SS. TRINITATIS DELIÆ.

CElebris SS. Trinitatis Prioratus prope A Castrum Veteranum in Feudo Deliæ, cujus historiam Pirrus eruditissimè suo more lib. 3. not. 6. adornavit, sub Institutione Benedictina fundatus à Luca Barberio dicitur, etsi Fazellus dec. 2. lib. 10. sub S. Basilii Regula ibi Monachos militasse, asserat, id quod Pirrus ipse improbat. Ejus fundatio incerta, auctorque prorsus ignoratur; ante annum vero 1393. Clericis sæcularibus commendatus, quandoque Monasterio S. Joannis de Eremitis Panormi unitus, per aliquod tem- B pus sub Priore Monacho, per Cœnobiarchas Benedictinos denuo inhabitatus, cultusque fuit, ut mox dicemus, qui tamen anno circiter 1543. prorsus defecere.

Priorum Catalogum congessit idem Chronographus; illos hic tantùm, ex nomine recensemus, quibusdam adjectis, quæ in eodem Pirro desiderantur.

1393 I. *Bernardus Figuera* à Martino Rege præsentatus, Episcopo Mazarensi commendatur ex literis Panormi 17. Junii 1393. C

1410 II. *Joannes de Magistro vita de Benforte* Anno 1410. qui ob rebellionis notam à Blancha Regina exauctoratus, ex liter. Catanæ 21. Novembris 1412. denuo in Prioratus posses-
1412 sionem immittitur.

III. *Joannes Chimachi* Panormitanæ Eccle-
1413 siæ Cantor, anno 1413. Priorem agebat. Hunc loco excedere jussit Episcopus Mazarensis, contendens ad se Prioratus collationem spectare; sed à Martino Rege

IV. *Simoni de Rubeo* Regio Capellano con- D fertur eodem anno, Fuit etiam noster Simon Collector Apostolicus, Panormitanæ Ecclesiæ Canonicus, & Thesaurarius, in qua & Vicarii Generalis munus Sede vacante magna cum laude obivit, ut laudatus Pirrus & Mongitore[a].

Per hæc ipsa tempora *Joannem de Ponte Corona* Canonicum, & Cantorem Panormitanum, Deliæ Beneficiatum facit idem Pirrus notit. Eccl. Panor. sed ob Simonis obitum, ex Pontificis Romani indulto, ab ipsomet Pirro

14.. V. *Joannes Camea de Primera* Panormitanus E Canonicus, Prior renunciatus dicitur. Joannem, Pontifice etiam indulgente, excepit alter

VI. *Ioannes de Fixano*, cui Michael Garige ab Episcopo Mazarensi electus, litem inten-
1433 dit, & causa à Rege anno 1433. Jacobo de Serviente decidenda demandatur; nec multo post Benedictus de Palao, uti Prior S. Mariæ, Prioratum nostrum Guillelmo Blanch Magistro Capellano Regiæ Capellæ Palatii contulit, asserens id Monasterium Ordinis Cisterciensis, & S. Spiritus de Sennono fuisse Hospitium. Sed F Palai collatio anno 1435. nulla decernitur,
1435 atque ex præsentatione Infantis Petri, Siciliæ Vicarii

VII. *Matthæo de Scalea* Reg. Capellano, & Panormitanæ Ecclesiæ Canonico datur cum literis Catanæ 6. Maji Indict. 13. ut ex Cancell. fol. 192. eruit Pirrus.

VIII. *Filionus Valcar*, seu *de Balisto*, quem Sacelli Regii S. Petri de Palatio Cantorem dicit Pirrus in hac notitia, quamvis in illa ejus- 1442
dem S. Petri nullam de eo mentionem faciat, atque anno 1442. alium inter Cantores enumeret; tenuit autem Prioratum ad 1468. quo 1468

IX. *Nicolaus de Ursinis* S. R. E. Cardinalis tit. S. Cæciliæ, *de Theano* appellatus, Prior noster deligitur. Is Abbas etiam Commendatarius S. Joannis de Eremitis Panormi, Cœnobium hoc per Monachos Sancti Martini de Scalis in pristinum splendorem revocavit; crescente autem in eo Monachorum numero, aliquot ex his in nostro Deliæ Prioratu sub Priore etiam Monacho constituit, ut idem Pirrus in notitia S. Joannis[b] est auctor, & ex Chronico S. Martini ejusdem eruitur. Hinc ex eo tempore, ab eodem Cœnobio S. Joannis de Eremitis dependens, illique unitum nostrum dicitur; sed ob mortem nihilominus Nicolai Cardinalis, de quo Ciaconium consule[c],

X. *Ioanni.....* Archiepiscopo Tarraconensi à Xysto IV. Romæ pridie Kalendas Februarii 1474. confertur, confirmaturque ab Joanne Rege ex literis Panormi 1. Septembris 7. Indict. 1474. ut Pirrus ibidem. 1474

XI. *Antonius Stayti* Messanensis ex Bullis ejusdem Xysti 9. Kalen. Junii anno 1477. in 1477
quibus Prioratus unio cum Abbatia S. Joannis dissoluta dicitur, Prior renunciatur, confirmante Ferdinando II. per literas 3. Julii Indic. 14 An. 1481. Sed mox 1481

XII. *Philippus de Aragonia* Panormitanus Archiepiscopus, S. Joannis Abbas constitutus, hunc nostrum Prioratum, ratione antiquæ unionis, ad se spectare contendens, in ejusdem possessionem inductus est, ex literis Proregis, ab ipsomet Ferdinando die 25. Octobris ejusdem anni firmatis.[d]

XIII. *Joannes Gonzales* Hispanus, facta divisione ab Abbatia S. Joannis, Prioratum obtinuit ex Regia Provisione, & Apostolico Indulto anno 1486. sub quo Monachi recesserunt. 1486

XIV. *Hieronymus Guandusalvi* Barchinonen- 1506
sis de Villa Semplix ex præsentatione ejusdem Ferdinandi ac Bullis Julii II. anno 1506. ob cujus resignationem anno 1526. 1526

XV. *Salvator Platamone*, ne dum familiæ splendore, sed & virtute insignis, Prior decernitur; sed quia in Bullis nulla facta fuit mentio de Jure Patronatus Reg., dignitati nuncium remittere compellitur. Fuit Salvator Magister primum Capellanus, dehinc Panormitanæ Ecclesiæ Canonicus, tum Mazarensis Episcopi Vicarius, ac Sede vacante in Metropolitana quoque Panormi Vices Episcopi gessit, quo etiam munere sub Archiepiscopo Joanne Carandolet cohonestatus, tandem Bullæ Cruciatæ Commissarius fuit factus. Ibidem vitam cum morte

a Pir. not. Eccl. Pan. lib. 2. not. Eccl. Cat. lib. 1 Mongit. de Can. & dign. Pan.

b Lib. 4. pag. 1086.

c In Vi. PP. & Cardin.

d Ph. in not. Monaster. hujus.

Anno Christi

morte commutavit die 31. Januarii ann. 1534.[a] A

a Mongitore de Can. & Dig. Pan.

1527 XVI. *Lopes de Soria* ex Regis præscripto, de
quo in notitia prima Monast. Cistercien. par. 3.
sub eo loco Monachorum, duo sæculares Presbyteri in Monasterium sunt inducti. Claruit
Abbas S. Mariæ Roccamotoris, & S. Philippi
de Grandis.

1545 XVII. *Joannes de Bononia* Panormitanus,
qui præclari sanguinis excellentiam doctrina,
& moribus cumulavit. Fuit Canonicus Panor- B
mitanus, Archidiaconus, Cantor, Magister
Capellanus, denique Petri Tagliavia Archiepiscopi Vicarius. Plura scripsit, ac publici juris fecit nonnulla, quæ in sua Bibliot. Sicula
Clariss. Mongitore commendat. Abbas S. Angeli de Brolo, Prioratum resignavit anno 1456.
1556 Mortem egit die 20. Junii 1564. ut idem Mongitore ex Tabul. Defunct. Pan. Eccl. & ex Joannis Testamento colligit.[b] C

b Not. Can. & Dignit. Pan. & in Biblioth.

XVIII. *Michael Taarengi* ex Actis Visit. Jacobi de Arnedo Prior Deliæ dicitur, de quo nulla
apud Pirrum est mentio. Visitavit Arnedus juris
Patronatus Reg. Ecclesias ab anno 1552. quo Joannem de Bononia Priorem egisse scribit Pirrus.

XIX. *Fabricius Corneus* S. R. E. Presb. Cardinalis, de Perusia tit. S. Bartholomæi, ex Regis Præsentatione 23. Martii 1556. & Bullis Pau- D
li II. PP. 7. Idus Maji. Hic Ecclesiam pulcherrima SS. Trinitatis Imagine decoravit.

XX. *Octavius Praconius* Messanensis V. J.
1563 D. de quo etiam nos in not. S. Andreæ de Platia,
cujus fuit Prior. Abbas S. Michaelis de Troina,
& mox Episcopus Cephalædensis factus

XXI. *Fabium de Cornia* Romanum anno
1572. successorem accepit, sub eo a Francisco E
1572 de Puteo Regis nomine Prioratus visitatur,
cujus Ecclesiæ servitio Monachus Benedictinus
deputatur.[c]

c Ex Tabul. Conserv. act. Visit.

XXII *Hieroymus Tanchi* S. T. D. Panormitanus Patria, Decanus Agrigentinus ex Reg.
literis anno 1597. sed à Pontifice non confirma-
1597 tur; hinc ante possessionem demortuus, successorem accepit

XXIII. *Franciscum Bisso* S. T. D. Panormitanum anno 1599. de quo Pirrus, ubi de Cantori- 1599
bus Panorm.[d], & Mongitore in sua Bibliotheca,
ubi illum à singulari dicendi vi, & eloquentiæ
suavitate commendat.

d Lib. 1. n. 1.

XXIV. *Octavius Ridolpho* S. R. E. Card. Flo- 1623
rentinus, Agrigenti Episcopus, à Rege electus
anno 1623. ante possessionem obiit. Hinc

XXV. *Ludovico Ridolpho* ejus fratri germano
conceditur Prioratus ex literis Reg. 3. Novemb.
1624. & Urbani VIII. rescripto 20. Aprilis 1625.
Hic, una cum Nicolao Ordinis Prædic. Magistro Generali altero fratre, nobile sepulcrum Agrigenti Cardinali Episcopo instituere
curavit anno 1624. ut testis est Pirrus[e]. Anno 1624
1649 ad Ecclesiam Pactensem Ludovicus evectus, locum cessit in Prioratu

e Not. Agrigen. lib. 3. not. 3.

XXVI. *Josepho Salmone*, qui ex Regis jus- 1649
su, & literis datis Matriti die 3. Martii ejusdem anni possessionem iniit[f].

f Ex Tabul. Protonot. hoc anno.

XXVII. *Vincentius Maria Spinola* Januensis
ex satis illustri familia Prior Deliæ erat anno
1667. ex Mongitore in ms. Relatione Abb. de 1667
la Farina, cujus renunciatione

XXVIII. *Leonardus Xaverius Dominicus Spinola*, & ipse Januensis, Prioratum obtinuit,
ex Bullis Pontificis 6. Februarii Anno 1678. 1678
Panormi exscriptis die 7. Julii 1679.[g]. Idem
lucis usuram faciebat jam Senex Januæ anno
1720. Verum Masbel[h] *Josephum Faxardo, & Toledo* Hispanum hanc tenuisse dignitatem anno 1694 scribit, quod forte ex errore irrepsit;
Vivebat enim Leonardus, a cujus morte

g ibid. fol. 160.

h In Descript. Regni Sic.

XXIX. *Dominicus Cumbo* Mylensis Prior
renunciatur ex Cæsaris rescripto, & mox à
Pontifice confirmatur Romæ 3. Idus Julii 1725. 1725
In possessionem vero inducitur die 19. Februarii
1726.[i] Vivit hodie Panormi.

i Reg. Canc. hoc anno fol. 910.

Sedet Prior in Comitiis loco 63. Proventus
anno 1730. scutata 1895. Onera scut. 625. re- 1730
manent pro Priore scut. 1270. Reliqua habes
apud Pirrum not. 6. In Auctario Diœcef. Mazar. de Castroveterano.

NOTITIA VIGESIMAPRIMA

S. MARIÆ DE PEDALY PROPE COLLISANUM.

ADelasiæ Comitissæ Adrani, Calatanixectæ, & Collisani Dominæ, Rogerii Comitis ex Emma filia nepti, hoc S. Mariæ de Pedaly Monasterium Benedictini Instituti adscribit Pirrus, in ea, quam de eo lib. 3.
fuse tradit, notitia, cui proinde supplementum ab anno 1635. circiter, ubi Pirrus desiit,
ad præsentem 1732. hic adjicimus.

I. *F. N.* Abbas à Friderico Rege quasdam
1347 Carnium Tymni Butticellas ex Tynnariis Curiæ quotannis pro suo Monasterio exoravit.
Pirrus loc. cit.

II. *F. Petrus*, cui Franciscus de Vigintimilliis
feudum in Territorio Collisani prope Cœnobium
dedit, ut ex ipsius donationis instrumento, quod
1386 integrum exscripsit idem Pirrus ad ann. 1386.

III. *F. Anellus de Caprea* anno 1398. ad pre- 1398
ces Antonii Vigintimillia Collisani Comitis à
Martino Rege Abbas constitutus.

IV. *F. Guillelmus Mazarello* S. Martini de
Scalis Alumnus, ut ex ejusdem Chronico eruimus anno 1418. efflorebat, atque Abbatia 1418
Collisani[a] fruebatur, de quo nulla est mentio
apud Pirrum.

a Ex Tabul. apud Joseph Giocchi Abbat. Pedaly.

V. *F. Philippus de Bonifacio* Presbyter, sub
quo Monachos Benedictinos in Monasterio defecisse credit noster Auctor, sed fallitur; perseverarunt enim usque ad 1580. & ultra, ut
dicemus. Philippus noster à Vicario Catanensis
Ecclesiæ institutus dicitur; sed causam se nescire profitetur Pirrus; Abbatia enim intra Diœcesis Cephalædensis fines claudebatur. An

Anno Christi

forte ex errore Amanuensis apud Lib. Monarchiæ ita fuit appositum? Liber enim hic, quem Pirrus citat ex Autographis exscripta diplomata exhibet, facile autem loco *Cephaladensis Ecclesiæ* apponi potuit *Catanensis*.

15.. VI. *F. Michael Algazerius* circa 15.. post quem Abbatia donatur anno 1536.

1536 VII. *F. Aurelius Notarbartulo*; sub eo Monachi abeuntes Monasterium reliquerunt [a]. Aurelius Benedictinæ familiæ Alumnus dicitur, vixitque ad annum 1583, ac ultimus ex Benedictinis dignitatem tenuit. De eo multa Pirrus. Sed vacante Monasterio, bona ejusdem ab Joanne Paolo Scorso Collisani Secreto administrantur.

[a] Ibidem.

1550

1583

VIII. *Octavius Paravicinus* (Joannem Baptistam appellat Pirrus) loco Aurelii anno 1584. Abbas renunciatur, ex nominatione Comitis Collisani. Hic à primæva ætate S. Philippo Nerio adhæsit per annos ferme 20. Cum verò 32. attigisset, Episcopus Alexandrinus Provinciæ Mediolanensis à Gregorio XIII. PP. creatus, à Xysto V. Gregorii successore ad Helvetios Catholicos cum potestate Legati mittitur. Anno 1591. à Gregorio XIV. inter S. R. E. Cardinales adscriptus, uti Abbas S. Mariæ de Pedaly Laurentium Scarlati suum in Siciliam Procuratorem delegat. A solutione Tandarum, ut vocant, Rege volente sub die 6. Novembris ejusdem anni 1591. etiam eximitur, ac tandem Abbatia ultra se abdicans favore successoris, pensionem aureor. 300. retinuit. De eo Ciaconius, & Victorellus [b]

1584

1591

[b] Tom. 3. Vit. Pon. ad ann. 1591.

1617 IX. *Michael de Syracosa Heredia* anno 1617. ex Bullis Pontif. Romæ apud S. Marcum 7. Idus Maji Panormi exscriptis die 11. Octobris ejusdem anni, Abbatiæ possessionem adiit per acta Nicolai Collisani not. Collis., sed ad Episcopatum Theanensem assumptus, anno 1619. successorem habuit [c]

1619

[c] Ex Tabulario apud Joseph Gioeni Abbat.

X. *Gasparem Romanum* Siculum Calaxibeтensem, virtute, ac doctrina præstantem, qui ex actis Joseph Gallo Collis. die 16. Septembris in Abbatiæ possessionem est immissus. Ejus opera anno 1625. testes recipiuntur Collisani die 13. Martii in Curia spirituali, quod S. Mariæ de Pedaly Abbates Mitra, & Baculo, ac Pontificalibus insigniis ab immemorabili in Missa utebantur [d].

1625

[d] Ibidem.

XI. *Joannes Baptista Comaccio*, ob Gasparis Romani ad S. Spiritus Abbatiam translationem, hac dignitate cohonestatur anno 1634. Possessionem vero est assecutus die 10. Martii 1636. post quem

1634

XII. *Petro Carilio, & Mendoza* Hispano à Secretis Aloysii Moncada S. R. E. Card. ex Comitis præsentatione confertur cum Bullis Apostol. Romæ apud S. Mariam Majorem die 16. Januarii 1646. Pontificatus Innocentii X. anno 3. Panormi exscriptis die 22. Aprilis 1647. Possessionem iniit per acta Petri Tortoreti die 20. Julii ejusdem anni [e]. De eo Mongitore in monum. histor. Sacr. Mansionis Panor. cap. 12. pag. 181 Obiit Panormi 1674. in Sacello S. Mariæ Pietatis ejusdem Mansionis, ubi quatuor quotidie Missas celebrandas instituit, sepultus cum epigraphe.

1646

[e] Ibidem.

XIII. *Alvarus Moncada* ex nobilissima Ducum Montisalti, & S. Joannis familia Abbas eligitur à Comite, & à Pontifice confirmatur Romæ die 30. Augusti 1675. Possessionem habuit ex actis Leonardi de Laurentio Collis. die 14. Februarii 1676. decessit è vivis Panormi 13. Januarii 1701. Fuit etiam Abbas S. Spiritus. 1675

XIV. *Petrus Riggio, & Branciforte* ex Principibus Campifloridi Stephani filius, ob Patris promerita a Duce Montisalti, Collisani Comite Abbas nominatur; mox à Pontifice confirmatur, & in possessionem immittitur die 20. Julii 1702. Hic Patria Panormitanus ab ingenio, & moribus eximiis commendatus, Romæ à Clemente XI. inter domesticos Prælatos adscribitur, ac multis legationibus adhibetur, in quibus prudentia, dexteritate, operam suam Romanæ Ecclesiæ probavit. Ab eodem Pontifice sacro corpore S. Candidi Martyris donatur, illud fratri Campifloridi Principi in Siciliam transmisit; à quo in sacra æde majori Acis Catenæ Oppidi suæ ditionis, decenter collocatur. At dum de illo majora expectarentur, immatura morte sublatus Romæ an. 1709. ibidem tumulatur. Fuit etiam Petrus Abbas S. Petri, & Pauli de Agro ab anno 1697. 1701

Post Petrum Franciscus Aquaviva S. R. E. Cardinalis Neapolitanus Tit. S. Cæciliæ Abbas eligitur; sed statim ante Bullarum expeditionem electioni renunciavit; ideo

XV. *Joseph Gioeni* ex Ducibus Andegavensibus à Comite, Montisalti Duce præsentatus, mox à Pontifice ex Bullis Romæ 7. Idus Augusti 1713. Panormi exscriptis die 18. Septembris confirmatur. In his Pontifex ex gratia speciali ob electi promerita, ita ut non transeat in exemplum, indulsit, ut Patroni Comitis præsentationis mentio fieret. Vacante quippe in Curia Beneficio, ut sua jura Romana Ecclesia tueretur de beneficiis, in Curia vacantibus, præsentationem prædictam nullimode attendens, Josephum in Abbatem ob Aquavivæ renunciationem promoverat; at obstitit Joseph, ne Ducis Montisalti juri præjudicium inferretur, ideo Apostolicæ literæ clausula illa munitæ prodiere. 1713

Eidem Abbati debemus, quæ hucusque de hac Abbatia protulimus; ea enim, ex summa, qua pollet, benignitate, amice nobis communicavit. Elucet in eo, ut cunctis est palam, eximia morum facilitas, ac in scientiis, & bonis artibus peritia non modica, cui majora apprecamur. 1730

In Comitiis Regni loco 57. interest. Reliqua de hac Abbatia vide apud Pirrum lib. 3. cit. Not. 5.

NOTI-

NOTITIA VIGESIMASECUNDA

S. CRUCIS DE POLITIO.

DE hac Abbatia pauca habet Pirrus lib.
3. not. 5., quam initio à Regina Blanca
(Hæc Urbem Politii diuturno incola-
1412 tu nobilitavit) fundatam anno circiter 1412.
scribit. Idque ex ejusdem Reginæ imagine in
pervetusto Cœnobii templo coloribus efficta
adhuc superstite evinci credit. Distat ab Urbe
mille circiter passus in agro arboribus consito,
aquisque irriguo, atque ideo saluti obnoxio,
sita Ecclesia, In qua perstitisse Benedictinos
1478 Monachos ad ann. 1478. putat, nec immerito,
laudatus Pirrus, ac recessisse, cùm ob loci infe-
stum aerem, tum ob rei familiaris inopiam.
De Abbatibus Benedictinis nulla est memo-
ria, pauca de Commendatariis supersunt, in-
ter quos enumeratur ab eodem Chronographo
I. *Franciscus Guastalaccqua* Politiensis Pre-
sbyter, ac forte Monachus; eumdem enim Pal.
merius Adrana S. Martini de Scalis Abbas Pro-
curatorem constituit ad vindicanda sui Mona-
sterii bona in territorio Politii, atque ad mis-
sas celebrandas in Ecclesiis eidem S. Martino
subjectis, quas inter S. Crucis etiam Cœno-
bium enumerat Pirrus [a]. Franciscus igitur à
a Lib. 4. p. 2. not. 5. Rege Ferdinando II. primus Abbas deligitur
Commendatarius. Huic F. Antonius de Negla
Augustin. Canonicus Cephalædensis anno 1487.
litem intendit, à Francisco Vitali Episcopo
electus, qui pro Ecclesia Cephalædensi Jus ele-
ctionis ad Abbatiam, stare contendebat. Sed hic
à Politiensibus nihilominus non admissus, ab
Juliano Centelles Siciliæ Prorege ex literis Pa-
1487 normi 4. Februarii 1487. dignitate excedere
cogitur.
II. *Antonius de Miroldo* nomine regio ab
eodem Centelles an. 1488. electus, sed ab Epi.
scopo, ne Cephalædensi Ecclesiæ injuria infer-
retur, minime institutus, de jure eligendi
diu litigavit, tandemque pro Regio jure pro-
lata sententia, obtinuit 1488. ut idem Pirrus
1488 est Auctor. Ab ejus morte
III. *Philippus Jamberius de Signorino* à Ca-
rolo V. Rom. Imp. nominatur anno 1522. quo
1522 è vita decedente
IV. *Firibentio Signorino* datur. Hic anno
1558. mortuus successorem accepit
V. *Marianum Pactisi* ex lit. Proregis Mes-
1558 sanæ 22. Aprilis 1558. ejusdem anni, qui ob
obsequia præstita Regio Visitatori Arnedo hac
Abbatia cohonestatur. Verum cum illam Rex
contulisset
VI. *Stephano Mistretta* Politiensi ex literis
die 10. Decembris signatis, in Regno exscri-
ptis 23. Aprilis 1560. Marianus repellitur. 1560
VII. *Philippus Mistretta* Stephani affinis post
eum suffectus, tenuit ad annum 1573. quo æta- 1573
te gravis, ac virtutibus clarus occubuit, de
eo Pirrus.
VIII. *Vincentius Calatafati* Syracusanus ex
Regia præsentatione 24. Maji 1574. post hunc 1574
IX. *Michael Guarnutus* Politiensis à Rege
oblatus die 16. Iulii 1580, atque ab Episcopo 1580
20. Octobris institutus, obtinuit Abbatiam;
ob ejus resignationem
X. *Petrus Guarnutus* V. J. D. apud Regiam
Curiam agens, uti Italorum Hospitalarius,
Abbas renunciatur die 11. Martii 1607. Fuit 1607
etiam Petrus Abbas S. Mariæ Mandanichii Or-
dinis S. Basilii, ac Cœnobii nostri tenues cen-
sus adauxit, obiitque Panormi anno 1633. de 1633
eo Pirrus. [b]
XI. *Franciscus Trullo* Panormitanus eodem b Lib. 4. par. 2. not. 15.
anno die 6. Octobris Rege volente Matriti,
ubi ille degebat, fit Abbas; anno 1637. ex In- 1637
dulto Proregis Parlamento interfuit per suum
Procuratorem; id autem deinceps fieri prohi-
buit Rex. Post eum
XII. *Iosephus Squillo* Dignitas defertur, ex
Regiis literis die 19. Octobris Matriti signatis,
Panormi exscriptis anno 1680. [c], qui integro 1680
decennio eam tenuit. Huic c Ex Tabul. Prot. hoc anno.
XIII. *Michelangelus Gabella* ex præsenta-
tione Regia die 12. Octobris 1690. subrogatur, 1690
qui literas Panormi exhibuit exscribendas die
19. Julii 1691. [d], possessionemque iniit. Eo è vi- d Ex Tabul. Prot. & Cancell.
vis decedente
XIV. *Ioseph Passaporta* è Catalaunia oriun- 170..
dus, Cathedralis Ecclesiæ Panormitanæ Cano-
nicus, à Rege oblatus, Abbas constituitur,
quamvis literas Apostolicas non impetrave-
rit. Obiit Panormi 17. Jan. 1731. ex Mongito- 1731
re de Canonicis, & Dignitat. Panormit. Ec-
clesiæ. Abbatia valet hodie Uncias 11. Onera,
Unciæ 2. pro festo S. Crucis celebrando, re-
manent pro Abbate Unciæ 9. Parlamento non
interest, nec spolio, nec tandis regiis subjicitur.

NOTITIA VIGESIMATERTIA

S. MARIÆ DE ANGELIS MONTIS MAJORIS.

ANno circiter 1417. hoc S. Mariæ de Angelis Cœnobium à Guarnerio Vigintimillio Montis Majoris tunc Domino, in eodem Oppido Cephalæditanæ Diœcesis fundatum creditur, quod editi collis juga occupans, latissimè circumquaque dominatur regioni illi, qua è Thermis Calatabuturum recta via itur. De eo Cœnobio egit Pirrus not. 5. lib. 3. cujus primus Abbas

I. *F. Salvus* cum ordinario Episcopo contendit. Episcopus Canonicam portionem, seu quartam, ut vocant, de bonis omnibus per Guar-

Anno Christi

Guarnerium mox laudatum Cœnobii Fundatorem sibi ab Abbate exolvendam esse, asserebat; at id negante Abbate Salvo, ad Summum Pontificem Eugenium IV. res defertur; qui Francisco de Ursone Panormitanæ Ecclesiæ Vicario causam commisit. Hic pro Episcopo sententiam tulit, de qua, cum Abbas appellasset, denuo lis examinanda Nicolao de Tudisco, tunc Maniacensi Abbati, Regio Consiliario, celebri SS. Canonum Doctori demandatur, qui etiam
1429 favore Episcopi adjudicavit anno 1429. Nicolai sententiam habes apud Pirrum lib. 1. not. 1. & lib. 3. not. 5.

Eumdem Nicolaum Judicem ab Alphonso Rege constitutum, sententiam edidisse, refert idem Chronographus lib. 1. not. 1. qua Abbatem S. Mariæ Majoris ab ordinaria potestate exemptum, ac Legato Apostolico immediate sub-
1442 ditum declaravit anno 1442.[a]

a Ex lib. Monar. Pirr. f. 169.

II. *F. Manfredus*, cujus purum nomen extat; ab ejus morte

III. *Nicolaus de Castellis* Netinus ab Raynaldo Episcopo Diœcesano Abbas constituitur, & à Pontifice Alexandro VI. confirmatur ex Bullis
1499 Romæ 5. Idus Julii 1499. Panormi exscriptis an. 1500. die 6. Julii[b], quarum etiam meminit Pirrus. Fuit idem Nicolaus Canonicus, Cantor, & Thesaurarius Ecclesiæ Panormitanæ, Archidiaconus Cephalædensis, Prior S. Mariæ de Burgitatibus, Regius Capellanus, ac denique Parochialis Ecclesiæ Panorm. S. Nicolai
1530 de Calza Rector, vixitque ad annum 1530.[c]

b Cancell. Reg. fol. 208. Indict. 3.

1551 IV. *Antonium Jambruno* anno 1551. Abbatem S. Mariæ Montis Majoris invenio, in lib. Monarchiæ in Tabul. proton. Cujus extat Panormi in S. Dominici Cœnobio Icon, habitu Ordinis Prædicatorum, Mitra, & Baculo Abbatiali insignita, cum hac Epigraphe.

c Pirr. eo lib. & not. 1.

P. Antonius Iambruno F. S. D. de Panormo Abbas S. Mariæ Montis Majoris, multigena eruditione præditus, in rebus Theologicis, ac in Canonico Iure mirus Indagator, inter Concionatores suo tempore optimos non secus ac sol inter stellas fulsit, ac veluti altisona Tuba talem clangorem emisit, ut ex infernalibus faucibus plurimam eripuerit turbam, ac Domino feliciter adduxit. Florebat 1561.

Hic in annorum notas irrepsit error, ut ex superioribus patet. Aliunde anno 1552. vaca- 1552
bat Abbatia; quandoquidem Petrus de Augustino à Regiis rationibus, generis sui Mariani Migliatii nomine, S. Mariæ Montis Majoris Cœnobium Monachis S. Martini de Scalis, atque Abbati D. David à Mediolano, una cum juribus, ac bonis obtulit, ut in eo duo Monachi, unusq; Conversus incolerent; at unionis hujusmodi tabulæ in generalibus Congregationis Casinensis Comitiis, ut in illis cautum erat, oblatæ patribus, sunt rejectæ; ideo unio evanuit. De his agit Pirrus, & Chronicon S. Martini[d].

d Pir. lib. 4. not. 1 p. 2. Tornam. in Chron. S. Mart. MS.

V. *Leonardus Moli* Presbyter Panormitanus, qui pro more prædecessorum, Regulæ S. Patris Benedicti professione emissa, à morte, quam anno 1604 die 7. Septembris subiit, in Ecclesia Spiritus Sancti Panormi, S. Martini suffra- 1604
ganea, sepeliri voluit, & obtinuit.[e]

e Mongit. Noti Mon. M S.

VI. *Gerardus Trabona* Panormitanus à Marchione Ignatio Migliatio præsentatus cum Episcopi Diœcesani Institutione, Pirri ævo vivebat, anno scilicet 1636., & ipse Regulam 1636
S. Benedicti est professus.

VII. *Petrus Mazzara* Panormitanus anno 1637. Abbatem agebat, post quem

VIII. *Philippus Flavetta* S. T. D. Cephalædensis Episcopi Vicarius, doctrina, & pietate celebris, qui anno 1708. mortalis esse desiit.

IX. *Philippus Scolaro*, Panormitanæ Ecclesiæ Beneficiarius ab Ignatio Migliatio Baucinæ Principe, Montis Majoris Marchione; præsentatus Panormi per acta Joachini Miraglia die 13. Novembris 2. Indict. eodem anno 1708. ab Episcopo instituitur. Quo decedente 1708
è vivis Panormi 9. Novembris 1721.

X. Antonius Ribella ab eodem Ignatio electus per acta ejusdem Notar. die 10. Novembris 1721. 1721
ab Episcopo institutionem obtinuit.

Abbates Regulam profiteri tenentur Benedictinam, ejusque Habitum gestare. Valet Abbatia quolibet anno scutata 75., ut Pirrus est Auctor.[f] Comitiis non intersunt.

f Lib. 1. n. 7.

NOTITIA VIGESIMAQUARTA

S. MARIÆ DE SPARTO.

MEminit hujus Abbatiæ, prope Mottam Affermi Diœcesis Cephalædensis Oppidum sitæ, noster Pirrus lib. 3. not. 5. atque incertæ fundationis illam dicit. Lucas Barberius inter Ecclesias Cephalædensis Episcopatus suffraganeas enumerat, & Regii olim juris Patronatus. Anno enim 1470. *F. Iacobus de Mazzotta* à prorege Abbas eligitur, quo mortuo Gaspar de Spes, & ipse Prorex de ea dignitate *Desciumo Ottavianum* Generalem Vicarium Ecclesiæ Cephalœdensis providit, Panormi datis literis die 31. Octobris Indict. 6. 1487.[a] Temporum decursu Abbatis electio penes Oppidi Dominos stetit; hinc anno circiter 1638. *Paulus Dainus* Episcopi Cephalædensis Generalis etiam Vicarius, à Gregorio de Castelli electus, Abbatiam tenuit; post quem *Hyacinthus Adamo* ex præsentatione ejusdem Comitis, tandemque *Ioseph Thomas Castelli* ex Principibus Castriferrati, Parochus, & Beneficialis Ecclesiæ S. Nicolai de Albergaria Panormi. Abbas juxta prædecessorum morem, & sententiam desuper latam, solemnia Religionis Benedictinæ emittere debet vota, & Habitum, seu patientiam, ut vocant, Benedictinam deferre, ac Pontificalia ex consuetudine exercere, & sibi subditis minores ordines conferre potest.

a Cancel. eo an. f. 1. apud Pirr. & Lucam Barb. Capibr. Eccl.

Valet hodie scutata 220. Spolio, & Tandis non

Anno Christi non subest, neque in Comitiis locum habet. In Ecclesia Abbatiæ, prope quam domus satis commodæ pro Abbate assurgunt, B. Mariæ Virginis devotissima statua ex marmore colitur sub titulo SS. Annunciationis, quæ diversis miraculis clarissima, à Populo illo magna in veneratione habetur; tres quoque in ea processiones, seu supplicationes celebrantur; in die scilicet Annunciationis, tertia Die Paschatis, in festo S. Cataldi die 10. Maji. Pirrus loco citato. Anno Christi

NOTITIA VIGESIMAQUINTA

S. MARIÆ DE GIBILMANNA.

PRioratus S. Mariæ de Gibilmanna de suffraganeis Ecclesiæ Cephalæditanæ à nostro Pirro, nunc inter eos Benedictini Instituti enumeratur, nunc sub disciplina, & Regula S. Augustini constituitur [a]. Recedit ab Oppido quinque pass. millibus, atque ab Harduino II. Episcopo Cephalædensi anno 1228. creditur extructus; ejus collatio hodie ad Romanum Pontificem, atque ad Episcopum per tempora spectat. A Pontifice obtinuit *Paulus de Angelis* Narensis, qui deinde ejusdem Pontificis auctoritate suffultus, illum cessit *Luca Chochille* Archidiacono Messanensi, Abbati S. Michaelis de Fulgerino, & S. Marinæ de Castania, ac demum Sede Vacante Ecclesiæ Messanensis tertium Generali Vicario, ut Pirrus est auctor. [b]

[a] Lib. 3. Notit. in Catalog. Abb. Ordinis S. Bened.

[b] Lib. 3 n. 1 & lib. 4 p. 1 not. 25 & 26.

Anno 1670. circiter Priorem agebat *Vincentius Greco*, quo demortuo 1672. Episcopo instante, redditus uniuntur Capitulo Cephalædensis Ecclesiæ, atque ut plurimum Prioratus Decano, qui est secunda Dignitas, confertur; An. 1730. ex Pontificio rescripto Benedicti XIII. *Ioseph Pitarra* eam Dignitatem simul cum Decania obtinuit, quamvis in Regno Apostolicæ Bullæ minimè fuerint receptæ; proin possessione tum Prioratus nostri, tum Decaniæ Joseph privatus extitit.

Hodie Ecclesiam incolunt Fratres Capuccini, ubi devotissima, ac multis prodigiis clara Virginis Matris Imago à confluentibus undique populis colitur. Apud eosdem Fratres traditio viget olim Ecclesiam, atque Prioratum Monachos Cistercienses tenuisse.

NOTITIA VIGESIMASEXTA

S. MARIÆ DE NOVA TERRÆ MOSMELLIS.

HUjus Cœnobii notitiam ex quadam Laurentii Agrigentini Episcopi epistola in Tabulario S. Nicolai de Arena asservata eruimus, quam integram inferius dabimus. Ex ea igitur constat, Philippo de Ferrario Ordinis Carmelitarum Agrigentinæ Ecclesiæ clavum tenente, Ecclesiam S. Mariæ Annunciatæ sitam prope Terram Manfredi, vulgo Mussumeli, Monachis Benedictini Instituti, forte ex Monasterio S. Nicolai de Arena eductis, fuisse attributam, ut esset Prioratus ejusdem; ac primum in ea Priorem

1400 I. *Benedictum à Syracusia* ab eodem Episcopo assumptum. Porro Philippus Episcopus dignitatem iniit anno 1398. atque ad 1421. tenuit; Cœnobii itaque fundatio circa decimiquarti sæculi initia incidit. Suadent autem è S. Nicolao eductam coloniam pro eo Cœnobio, Monachorum nomina, quæ in Laurentii laudata Epistola observare licet.

II. *F. Lucas de Sabasta* Randatiensis Patria, S. Nicolai ejusdem Alumnus, post Benedictum vita functum, Prior à nostris Monachis renunciatur, atque ab Episcopo eodem confirmatur, his literis.

1422 *Nos Laurentius Dei, & Apostolica Sedis gratia Episcopus Agrigentinus. Cum olim per Rever. Fratrem Philippum Ordinis Carmelitarum Episcopum Agrigentinum prædecessorem nostrum fuerit ordinatum, quod quadam Ecclesia sub vocabulo S. Maria Nuntiata de Nova, qua sita est prope terram Manfredi, qua vulgariter dicitur Mussumeli ...... ut in eadem statuerentur fratres sub observantia gloriosi Patris S. Benedicti, & esset Prioratus. Et quia Grex malè regitur sine Pastore, F. Romanus de Paternione, F. Ioannes Porensis, F. Onuphrius de Syracusia, F. Martinus de Vicino, F. Gerardus de Paternione Monachi ejusdem Prioratus cum voluntate Magnifici Domini Ioannis de Castellar Patroni dicta Terra Manfreda, qui habet dictam Ecclesiam in Ius Patronatus, audita Missa Spiritus Sancti in loco Capituli, de communi voto elegerunt Vener. F. Lucam Sebasta à Randatio Monachum Monasterii S. Nicolai de Arena, constito nobis desuper morte F. Benedicti de Syracusia Prioris, & de electione Fratrum, de voluntate Magnifici Domini Ioannis, & de idoneitate dicti F. Luca &c. dat. in Palatio S. Ioannis de Guida Panormi penultimo Januarii 1. Indict.* 1422. Porro Lucas cùm annis aliquot præfuisset, à Martino V. 1422
Romano Pontifice ad Prioratum S. Mariæ Vallis Josaphat Paternionis, & S. Mariæ Magdalenæ de Messana translatus est anno 1430. ut ex literis ejusdem Pontif.

Ex eodem Monasterio S. Mariæ Novæ F. Bonifacius de Bono primo ad Prioratum S. Mariæ Josaphat, & S. Mariæ Magdalenæ assumptus est; inde ad Abbatiam S. Spiritus Panormi Cisterciensis Ordinis ab Eugenio Pontifice fuit translatus an. 1443 [a]

[a] Ex Tabulario S. Nicolai de Arena.

Per

Anno Christi

Per hæc tempora Monachos in eo Monasterio defecisse credimus; nam A

III. *Augustino* Cler. Sæcul. collatum Prioratum ejus legimus, quo mortuo

IV. *Philippus Cappa* Panormitanus à Paulo II. Pontif. Maximo Prior instituitur ex literis die 12. Augusti 1466. Pontific. anno 2. [a] ut Pirrus scribit. Qui etiam subjungit, Monialibus, suo ævo, Ordinis S. Benedicti cessisse; atque Hospitium Monachos sub titulo S. Benedicti ad pass. sex mille ab Oppido *Rabyalmuto* habuisse, juris ejusdem Monasterii Mussumelis. De aliis ad Cœnobium hoc spectantibus nulla apud nos notitia.

a Lib. Secr. de Marti die 4. Feb. 1469. Ind. 15. apud Pirr. Not. Agrig.

NOTITIA VIGESIMASEPTIMA

S. LUCÆ DE PITHINÆO.

1514 FCharithæus de Crione primus Abbas, & fundator Monasterii S. Lucæ memoratur. Hic S. Martini de Scalis Panormi Alumnus, superiorum facultate obtenta, de bonis sibi ex paterna hæreditate in terra Pithinæi obventis, Cœnobium sub Regula S. P. Benedicti, atque Abbatiam constituere statuens, ab Joanne Requesenz Episcopo Cephalædensi Ecclesiam sub vocabulo S. Lucæ exoravit liberam, atque ab omni onere vacuam, salvo jure Diœcesano; ubi, & Monachos congregavit, ac socios ex eodem S. Martini Cœnobio sibi adscivit. Joannis Episcopi privilegium ex integro exscripsit Pirrus lib. 3. not. 5. in quo id potissimum ex ipsius Charithæi petitione cautum est, ut ipse scilicet constitueretur primus Abbas perpetuus cum omnibus illis juribus, præeminentiis, atque insigniis dignitatem Abbatialem spectantibus, quod pro se, suisque consanguineis in genere proximioribus esset dictæ Ecclesiæ, & Cœnobii jus Patronatus. Datum est porro Episcopi diploma die 31. Decembris Indict. 11. ann. 1514. quo etiam anno Charithæus constitutus est Abbas, & ab eodem Episcopo confirmatus. Sed eo mortuo, bonisque dissipatis, Monachi passim defecere, atque ad S. Martini claustra, unde exierant, rediere [a].

a Pirr. Lib. 4. n. 1. S. Martini.

1509 II. *Silvius Ruffinus* à Patronis præsentatus Abbas renunciatur. Fuit etiam Prior, & Generalis Vicarius Ecclesiæ Cephalædensis, ac Fabii Ruffini S. Mariæ de Arcu Neti Abbatis frater, cujus Procuratorem egit. Denique summæ bonitatis fama, ac virtutis non vulgari opinione è vita decessit die 30 Januarii anno

1580 1580. sepultus in Ecclesia S. Marci Pithinæi. Meminit de eo Pirrus loco citato, Baronius in Amphith. fol. 2. & Passafiume fol. 48.

III. *Joannes Antonius Geloso* S. T. & U. J. Doctor, Civis, Canonicus, & Decanus Panormitanus, Abbas S. Lucæ eligitur; cui litem 1625 intendit *Stephanus de Muniera* Diœcesanus Episcopus in Tribun. Reg. Monarch. anno 1625. Tenuit Joannes dignitatem ad an. 1649. quo 1649 electus Panormitanæ Ecclesiæ Cantor, ac S. Nicolai lo Reale Abbatia, dignitati Cantoris adnexa, cohonestatus, nostræ S. Lucæ nuntium remisit. Fuit Vicarius Generalis Panormi, ac denique Episcopus Pactensis, ut in notitia hujus Episcopatus Mongitore [b].

b Suppl. ad not. Pir. Ep. Pact.

IV. *Paulus Arceri* Mistrectensis à Confessionibus Ludovici De los Cameros Archiepiscopi Montisregalis, postmodum Valentini, sub quo Paulus Valentinæ Diœcesis Visitatorem agit. Anno demum 1672. Canonicus Panormitanus. 1670 Mortalis esse desiit Panormi 3. Septembris 1676. Verum Paulo possessio Abbatiæ exturbata fuerat à

V. *Vincentio Durante* Clerico Panormitano, ab Innocentio X. ex Bullis 7. Idus Septembris 1649. electo; cumque executioni rescripti Apostolici obstitisset Paulus, causa discussa, die 28. Septembris 1652. favore Vincentii fuit prolatum: Concedantur Executoriæ [c].

c Mongit. not. M. S. Abbat.

VI. *Vincentius Guffrida* anno 1706. Abbatia 1700 potiebatur, qui Synodo Cephalædensi, uti Abbas interfuit.

Abbas in Regni Comitiis locum non habet, ejusque electio, & præsentatio ad Ill. Comitum de Prades familiam, cujus juris hodie est Oppidum, spectat.

NOTITIA VIGESIMAOCTAVA

S. SPIRITUS BUSSEMÆ.

CŒnobium prope Bussemæ Oppidum Spiritui Sancto sacrum, sub Prioratus titulo, & Ordine S. Benedicti Serenissi-
1192 mis Regibus Tancredo, & Rogerio III. ejus filio Siciliam moderantibus, à Guillelmo, & Alphana (Stephana à Pirro dicitur) Marsici Comitibus Ragusiæ dominis, de facultate Laurentii Syracusani Episcopi, pro salute ejusdem Tancredi Regis, ejusque filii, & hæredum, ac pro anima ipsius Guillelmi, & Alphanæ fundatorum, pro Regni denique pace, & prosperitate, in ejusdem terræ Bussemæ tenimento, quod de Alphanæ Comitissæ dotario erat, à fundamentis extruitur; amplissimisque villarum, molendinorum, terrarumque muneribus ditatum, quamplurimis gratiis, & libertatibus donatur, ea conditione, *quod si quis instinctu diabolico infringere, perturbare, aut pervertere ea omnia præsumat, ab eodem Episcopo, & Monachis, & ab omni Ecclesia Dei excom-*

Anno Christi 1192

Excommunicetur, & cum Juda Proditore aeternis poenis, & cruciatibus damnetur, nisi resipuerit, & dignè satisfecerit; ut in ejusdem Comitis privilegio sub dat. mense Novembris 2. Indict. an. 1192. à Luca Barberio citato [a].

[a] In Capibr. Eccles.

Laurentii porro Diœcesani Episcopi facultas hoc diplomate à Pirro allato clauditur [b].

[b] Pirr. lib. 3. not. 2.

In nomine Dei aeterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Incarnationis ejusdem 1192. mense Novembris Indict. 2. Regni vero gloriosissimi Regis Tancredi anno 4. Notum sit omnibus tam praesentibus, quam futuris, quod Dominus Willelmus Dei, & Regia gratia Comes Marsicanus, & Dominus Ragusia, & Domina Alphana illustris Comitissa ejusdem, à Nobis Laurentio Dei gratia Syracusano Episcopo, consentiente Capitulo nostro impetrarunt, ut eisdem concederemus aedificare Monasterium in honorem S. Spiritus apud Bussemem, in loco, ubi fuit vinea Domini Comitis, in quo Monachi cum Priore suo juxta Regulam B. Benedicti viventes, Deo servire volebant. Quod quia sanctum, & laudabile propositum erat, nos una cum fratribus nostris benignè concessimus sub hujus distinctionis tenore: Omnis Prior, qui in praefato Monasterio fuerit, in praesentia Episcopi, & Capituli Canonicam obedientiam se observaturum mihi, & Matri Ecclesiae super Altare, & Evangelium promittat &c. Prioris hujus primo instituti nomen omnino latet. Monachi verò forte ex illis fuere, qui Monasteria Sancti Nicolai, Sancti Petri de Trimilio, & S. Luciae prope Syracusas incolebant, de quibus mentio est in diplomate Tancredi Comitis Syracusani, Rogerio Episcopo elargito, ubi subjectioni ejusdem Episcopi committuntur Monachi S. Nicolai &c. anno 1104. [c]. De Guillelmo Comite nostri Cœnobii fundatore vide Pirrum in Chronolog. Reg. Siciliae ad annum 1096. quem Silvestri Marsicani filium facit, Rogerii Comitis ex Gaufrido, filio nepotis.

[c] Capibr. Luc. Barb. de Epil. Syracusan.

1200 Jam anno 1200. mense Martii, Friderico Imperatore hujus nominis II. & Siciliae Rege, Comes Silvester Guillelmi laudati ex Gaufrido fratre nepos, qui patruo in Comitatu Ragusiae successit, magnus Siciliae Comestabulus, suo privilegio Guillelmi ejusdem elargitiones Monasterio S. Spiritus Bussemae factas, confirmavit, ac novis etiam libertatibus, & beneficiis Monachos, ac Priorem ditavit, & auxit; qui pluribus annis Cœnobio administrato, tandem defecerunt, ac Prioratus saecularibus fuit concessus. Annus defectionis Monachorum, atque veterum Priorum nomina excidere: pauca haec restant.

Processu temporis Bussemae Oppidum titulo Comitatus Principibus Cosyrae, vulgo Pantellariae nobilissimae domus Requesens cessit, de quorum jure Patronatus Prioratus efficitur, atque ut plurimum Clericis de familia confertur.

I. *Cosmas Adamo* Mazarensis Patria Prior S. Spiritus Bussemae memoratur à Pirro lib. 3. not. 6. adscriptus inter Card. S. Severinae familiares anno 1594. obiit Romae.

II. *Didacus Requesens, & Marchese* Antonii Principis filius, Regius Sacellianus, S. Petri, & Pauli de Itala Abbas, ac postmodum Archimandrita Messanensis [a], Prioratu etiam S. Spiritus Bussemae insignitur. Dehinc ab Urbano VIII. Pontif. Max. ad Archiepiscopalem Carthaginensem Ecclesiam in partibus infidelium assumptus, à Rege mox Mazarae Episcopus nominatur. Decessit è vivis an. 1650. sed ante mortem Prioratui renunciavit; ideo ad eumdem 1630

[a] Pir. lib. 4. not. 1. & n. 14. p. 80

III. *Caesar Requesens, & Gaetano* V. J. Doctor anno 1645. assumitur ex praesentatione Principis Pantellariae, Bussemae Comitis, ejus fratris, qui per quadriennium ea dignitate potitus est. 1645

IV. *Aloysius de Requesens, & Gaetano* Caesaris frater ob ejus mortem prioratu cohonestatus anno 1649. pluribus annis vixit, ac demortuus anno 1685. 1649 1685

V. *Didacum de Requesens, & Gravina* successorem accepit. Huic denique

VI. *Bernardus de Requesens, & Carretto* successit, qui hodie Panormi vivit. S. Spiritus Bussemae Cœnobium in catalogo Ecclesiarum S. Spiritus Romae invenitur, ut Pirrus scribit [a]. 1711

[a] Lib. 3. n. 6

NOTITIA VIGESIMANONA

S. MARIÆ DE SUCCURSU JUXTA NICOSIAM,

Cum adnexis S. Jacobi de Roccafredda juxta Randatium &c.

Nicosia Octavio Caetano [a] recens Oppidum, ab Rogerio Comite fundatum, quod Langobardi, & Galli, cum eodem Comite in Siciliam socii advecti, promiscuè inhabitarunt; Sed rectius juxta alios, antiquae fundationis; Messanensis est Diœ. atque quamplurimis, & illustrissimis primariae Siculae nobilitatis familiis decoratur. In cujus Flumaria (sic vocant alveum, ubi hiberno tempore torrentes interfluunt) ad tria milliaria ab Urbe Prioratus, & Monasterium S. Mariae, & S. Benedicti de Succursu situm est, de quo mentio habetur in Capibrevio Ecclesiastico Lucae Barberii.

[a] Tom. 2. ss. Sicula animad.

Tradunt porrò Incolae jam ab ann. 1300. intra Oppidum Benedictini Ordinis Cœnobium, eo in loco, ubi hodie Ecclesia Sancto Benedicto dicata exurgit, fuisse, de quo inferius; atque anno 1378. cum ejusdem Ecclesiae regimen titulo Prioris, F. Thomas Massellino teneret, cupiens hic juxta instituti morem extra urbem cum suis vivere, ac Monasticae vitae studiis serius vacare, locum, ac dotem pro novo fundando Cœnobio à Raynaldo Salo- 1378

Anno Christi

Salomone obtinuisse; at quidquid de antiquo Monasterio, ac Prioratu dicant, id pro certo tenendum,

Eumdem Raynaldum Salomone nobilem Nicosiensem Prioratus S. Mariæ de Succursu fuisse Auctorem enunciato anno 1378. qui pro Deo, & animæ suæ remedio, ac parentum suorum, una cum Beatrice uxore, irrevocabiliter inter vivos, quosdam terrarum tractus, de Farinato vocatos, tribus milliaribus ab Oppido à parte meridiei dissitos, F. Thomæ Massellino mox laudato assignavit, pro Monasterio sub Regula S.Patris Benedicti, ac titulo S. Mariæ de Succursu fundando, ea conditione, ut omnibus futuris temporibus Ecclesiæ cultus, Cœnobii status, ac bona per eumdem Thomam, ejusque successores augeatur, id quod totum in authentica donatione irrevocabili sub die 24. Decembris, Indict.2. ejusdem anni in actis Visitationis de
1479 ann.1479.[a] registrata, evidentius patet. Itaque

[a] Act. Visit. Danii fol. 70. Reg. Tab. Conf.

I. *F. Thomas Massellinus* Cœnobii Prior satis decenti Ecclesia ædificata, ac Monasterio constructo, nonnullis congregatis Monachis, sacrum Monasticæ vitæ institutum aggressus, eximiis virtutum exemplis, apud omnes se commendavit; qui aliquandiu suis præsidens, optimi Pastoris opinione vita decessit, quem alii ejusdem Instituti excepere, quamvis nomina temporum injuria exciderint.

II. *F. Petrus Soler* nostri Cœnobii Prior
1490 circa annum 1490. qui & ipse viam universæ carnis ingressus, successorem accepit

III. *Jacobum de Aversa* Siculum Mistrectensem. Hic à Ferdinando II. Siciliæ Rege, cujus erat Sacellanus, sub die 8. Februarii 1509. (13. Novembris alibi legimus)[b] Prior nominatus, atque in possessionem immissus, cum de Pontificia collatione esse Prioratum, re bene discussa, innotuisset, dignitate excedere coactus est, cujus vice Beneficium S. Pancratii die 13. Novembris obtinuit. Fuit etiam Jacobus Prior S. Joannis Baptistæ in Capite S. Viti, Abbas S. Gregorii de Gyspo, aliasque Ecclesiasticas dignitates est assecutus, quibus jam Senex sponte se abdicavit. De eo Pirrus; nostri autem Prioratus

[b] Pir. lib. 4. p. 1. n. 18.

IV. *F. Dominico Burgos* regimen cessit mense Novembris ejusdem anni 1507. Hunc per literas Joannis de Pujades Generalis Vicarii Archiepiscopi Messanensis sub eodem mense Novembris 1508. Cœnobii possessionem assecutum
1508 legimus in Not. Ms. ejusdem Prioratus, nobis amicè à D. Josepho Salomone Nicosiensi Canonico communicata.

V. *F. Bernardus de Lignamine* post Dominici mortem Prior institutus usque ad annum 1529. post quem

1529 VI. *Cæsar Bottius* à Prorege præsentatus dignitatem tenuit; sub eo jam defecisse Monachos Benedictinos in Cœnobio certo credimus.

1557 Anno 1557. forte sub eodem Priore, ab Jacobo Arnedo Regio Visitatore nostra Ecclesia perlustratur; quam ubi ruinam minantem Jacobus advertit, ejusdem reparationi, de bonis Prioratus Scutata 100. assignavit, spatio annorum quatuor eroganda, delegitque Fabricæ moderatores Vincentium Castrojoanni Canonicum Nicosiensem, ac Nicolaum Cancellario, qui opus strenuè aggressi, brevi illam pristino decori restituerunt.

VII. *Pompilius Pannoso* ab Archiepiscopo Messanensi anno 1570. electus, à Regio Visitatore Nicolao Daneo de justo possessionis titulo demonstrando interrogatus, supplicem libellum eidem porrexit, quo ostendit, se rite ab Ordinario institutum in Priorem S. Mariæ de Succursu cum annexa Ecclesia S. Jacobi de Roccafredda Civitatis Randatii, quia Prioratus à Raynaldo, & Beatrice Salomone fundatus, ac ad Sedem Apostolicam devolutus, nullo jure ad Regiam collationem spectabat. Providit itaq; Daneus, quod *stantibus collationibus factis continuatis temporibus per Sedem Apostolicam, & per Ordinarios, ac ultimo stante collatione facta ipsius Prioratus per Reverendiss. olim Archiepiscopum Messanensem, vigore cujus iste Rev. Prior pacifice ex multis annis possidet Prioratum, cum annexis Ecclesiis, & adhuc non constat de nominatione facta à Regia, & Catholica Majestate, stent, & registrentur scriptura penes acta visita, & notificetur Illustriss. Domino Proregi, & non molestetur interim, & restituatur*[c]. Jam mortuo Pompilio, in Prioratu successit

[c] Ex actis visit. ann. 1570. fol. 76. Tabul. Conser.

VIII. *Jacobus de Pactis* ex Sedis Apostolicæ indulto ann. 1585. Bullæ autem in Regno executioni mandantur, stante relatione Regii Visitatoris Francisci de Puteo, qui biennio ante, anno scilicet 1583. nostram Ecclesiam visitaverat, ac variis conditis ordinationibus pro ejus regimine, inter alia præceperat, ut in eamdem Monachi Benedictini revocarentur. Porro in sua relatione Puteus hæc Regi suggessit, *quod cum ipse anno 1583. eam Ecclesiam visitasset, ac omnem lapidem movisset, ut jus Patronatus Regis investigaret, ex scripturis variis, atque ex actis Visitatoris Regii de Arnedo agnoverat, quod Prioratus collatio, una, aut altera vice excepta, à Sede Apostolica, & ab Archiepiscopo Messanensi per alternos menses dudum facta, jus Patronatus nullum Regia Curia adservabat*. Qua quidem stante relatione, supremum Italiæ Consilium Proregi, ac Regni Siciliæ Administris Regis nomine præcepit, ut Bullæ Jacobi de Pactis Provisi Apostolici exscriberentur, ac libera deinceps Prioratus collatio Romanæ Curiæ, ac Messanensi Archiepiscopo dimitteretur[d].

[d] Ex Rebus Prioratus.

Verum Jacobus, cum ab adipiscenda Ecclesiæ possessione, ac fructuum Prioratus perceptione prohiberetur, Regi denuo supplicavit, quatenus illi opportunè provideretur; obtinuitque ad Proregem literas pro remedio. Per ea tempora Monachi iterum ex Regii Visitatoris de Puteo decreto in Cœnobium convenerant. Jam verò

IX. *Dominicus Bravo* ex Jacobi Prædecessoris renunciatione à Pontif. Prior renunciatur, qui ob delicta, Romæ capite truncatus, locum cessit

X. *Andrea la Barbera, & Restivo* ex ejusdem Sedis Apostolicæ rescripto; cui Jacobus de

Anno Christi

de Pactis olim Prior litem intendit, sed favore ipsius de Barbera semel, & iterum fuit prolatum Romæ. Tum Bullas in Regno exscribendas obtulit Andreas, ac non obstante nova ejusdem Jacobi oppositione earumdem executoriam, ut ajunt, obtinuit; sed non multo post de usu Astrologiæ Judiciariæ delatus, Prioratu, ac dignitate excedere cogitur[a].

a Ibidem.

1602 Anno 1602. die 9. Maji Messanensis Archiepiscopus Prioratum nostrum mensæ Canonicorum Messanensium, quorum adauxerat numerum, una cum aliis Dioecesis Prioratibus, ac beneficiis unire contendit, atque à Pontifice Romano unionis diploma obtinuit[b]; sed opera Dominici de Simone hujusmodi nostri Prioratus unione revocata,

b Pirr. lib. 4. not. 2.

XI. *Stephanus de Matina* eumdem exoravit, ex Bullis Apostolicis. Interea Andreas innocens de criminibus sibi oppositis declaratus, pro restitutione Prioratus Romam appellavit, quare à S. Congregatione Archiepiscopo Panormitano causa committitur; hic auditis juribus pro Andrea decrevit; qui ad annum 1612.
1612 vixit. Post quem denuo Stephanus de Matina obtinuit, qui quadriennio elapso, favore successoris renunciavit.

XII. *Antoninus Sbret* Nicosiensis Patria, Decanus, & Canonicus Messanensis, ac S. Michaelis de Fulgerino Abbas, de quo Pirrus lib. 4[c]. Pauli V. PP. rescripto noster Prior eligitur die 8. Octobris 1616. cum onere tamen solven-
1616 di Stephano renuncianti scutata 110. quolibet anno pensionis nomine; Antoninus pene triginta annis dignitatem tenuit usque ad 1646.
1646 quo è vivis decessit. Post eum obtinuit

c Pirr. l. n. 3.

XIII. *Vincentius Justiniano* electus ab Archiepiscopo, quo ex hac vita sublato, Sedis
1670 Apostolicæ rescripto 1670.

XIV. *Franciscus Guascone* Prior assumitur. Hic Regi primo infensus, dignitate privatur; hinc eam anno 1682. ex indulto speciali est assecutus ab Archiepiscopo Messanensi.

XV. *Antoninus Grillo*, contra quem Joseph Escalona, & Salomone litem intendit, ac de Jure Patronatus Regis Prioratum esse Regi monstravit; Regias ideo literas Panormi exscriptas de eodem obtinuit; sed causa coram supremo Regni Tribunali exagitata, pro Grillo decretum est. Obiit mense Octobris 1696. à cujus
morte R. P. Tribunal Secreto Urbis Nicosiæ 1696
præcepit, ut bonorum Prioratus Regis nomine possessionem iniret; sed mox rei cognita veritate

XVI. *Franciscus Miranda, & Gajarre* ab Archiep. Francisco de Alvarez dignitatem obtinuit, cum quo etiam Joseph Escalona Canonicus litigavit, sed pro Francisco denuo fuit decisum. Miranda Apostolicæ Legatiæ Tribunali supremus Judex præfuit, habuitque Abbatiam S. Mariæ de Terrana.

XVII. *Joseph Perlongo* Ignatii in supremo Italiæ Consilio Regentis filio, ex renunciatione prædecessoris sub certa pensione ann. 1711. 1711
datur. Hic Romæ inter Prælatos adscriptus, hodie Viennæ vivit.

Nostri ergo Prioratus Ecclesia extra Urbem à Presbytero Sæculari ab Priore electo administratur, qui singulis diebus Sabbati, ac festivis Missam celebrare tenetur. In ea antiquissima Beatæ Mariæ de Succursu effigies, & S. Patris Benedicti in ara maxima collocata; sed marmoreo Virginis simulacro opera, ac devotione Vincentii la Via nobilis Nicosiensis elaborato, eidem aræ imposito, Icon inde amota est, & in una ex minoribus aris decenter sita. Festum ejusdem Intemeratæ Virginis die 8. Septembris magno populorum concursu celebratur. Prior in Regni Comitiis locum non habet. Annuos vero proventus exigit scutata 250.

Ecclesiæ annexæ 1. *S. Benedicti* de Nicosia, quæ olim à Monachis inhabitata, ut tradunt, Cœnobium unitum habuit. Ibi devotissima Statua S. P. Benedicti antiquissima ex ligno, ac multæ pretiosæ Sanctorum Reliquiæ. Hodie à Laicorum sodalitate sub nomine, ac titulo ejusdem SS. Patriarchæ decenter administratur. 2. *S. Jacobi Roccafredda* Civitatis Randatii incertæ fundationis. Quæ in actis visitationis de Arnedo, ac Francisci de Puteo inter suffraganeas nostri Prioratus, una cum Ecclesia S. Annæ de Galaat coumeratur; sed hæc ultima, quo jure, aut quando nostris S. Mariæ de Succursu Prioribus fuerit attributa, incertum; à fundatione enim sua Monasterio Vallis Josaphat fuit annexa, ut nos diximus in notitia S. Nicolai de Arena, & S. Mariæ Vallis Josaphat de Paternione.

NOTITIA TRIGESIMA

S. MARIÆ DE BURGITABUS.

PRioratus hujus, ac Monasterii Auctor Pirro est incertus in notitia ejusdem lib. 3. not. 5[a]. Sed Grossi Adelasiam Comitissam Rogerii ex Emma filia neptem sæpius alibi laudatam religiosissimam feminam illius agnoscit fundatricem, quæ ann. 1134. mense Apri-
1134 lis Indic. 12. ipsum Catanensi S. Agathæ Cœnobio univit. Abest hodie Ecclesia à Collisano ad pass. tria millia, sed olim simul cum decenti Monachorum Collegio in Oppido Bruccati, (quod jacet) posita, Catanensi eidem Ecclesiæ suffragabatur; hinc Prioratus collatio ad Episcopos Catanenses, & Abbates spectabat, quo nomine, in Catalogo Ecclesiarum, & Prioratuum eidem suffragantium, S. Mariæ de Burgitabus prima venit. Eadem dignitati Thesaurarii adnexa fuit, quare Catanensis Ecclesiæ Thesaurarius Prior S. Mariæ de Burgitabus dicebatur: id, quod in Nicolai V. PP. diplomate clarius legitur, ubi unionem hanc Prioratus cum Thesaurario confirmat sub dat. Romæ apud S. Petrum ann. 1453. Pontificatus sui an. 7. 1453

a Groff. not. Eccl. Cat. cor. 2. mod. 1. Exc. 1.

Anno Christi

Habes id diploma integrum apud Grossi ibidem.
Porro in Emortuali ejusdem Catanensis Ec-
clesiæ Hieronymi Monsecati Monachi, & The-
saurarii die 5. Novembris demortui, & Guillel-
mi de Bonifacio sub die 8. Septembris fit men-
tio. Qui an simul fuerint Priores de Burgitabus,
aut quo floruerint anno, prorsus incertum.
Emortuale enim annorum notis ut plurimum
caret.
I. *F. Joannes de Massario* Thesaurarius si-
mul, & Prior nostri Cœnobii S. Mariæ de Bur-
gitabus memoratur in laudato Nicolai V. diplo-
mate de anno eodem. Post quem fortè
II. *F. Benedictus de Rinibas* est assumptus
an. 1470. ut apud Pirrum legitur loco citato,
ob cujus mortem instituitur
III. *F. Nicolaus de Ricciolis* Thesaurarius
1478 Catanensis anno 1478. qui litem *Joanni* à Vica-
rio Generali ejusdem Ecclesiæ electo intendit,
affirmans Prioratum, utpote unitum per Ni-
colaum Pontif. officio Thesaurarii, sibi deberi.
Hinc pro ipso de Riccioli decretum est, ut idem
Pirrus habet.[a]

a Ex lib. Prec. de ann. 1478. fol. 10.

Verum *Bernardinus de Bononia* nobilis civis,
& Canonicus Panormitanus hunc Prioratum à
Pontifice exoraverat ex Bullis Romæ pridie
idus Novembris an. 1478. An vero possessionem
inierit, incertum. Fuit idem Cantor, & The-
saurarius Panormitanæ ejusdem Ecclesiæ, Vi-
carius Generalis anno 1489. tandemque Epi-
scopus Melitensis, & Archiepiscopus Messanen-
sis, de quo Pirrus in notit. Messan.
IV. *F. Adrianus Alliata* Ordinis Minorum,
Abbas etiam S. Mariæ de Angelis *Baydæ* anno
1487 1487. ut idem Pirrus est auctor [b].

b Lib. 4. part. 2. not. 8.

V. *Nicolaus de Castellis* Siculus Netinus,
Abbas S. Mariæ Montismajoris, Archidiaconus
Ecclesiæ Cephalædensis, dehinc Canonicus, &
1514 Cantor Panormitanæ anno 1514. Commissarius
etiam S. Cruciatæ, & Sede vacante Vicarius
anno 1525. Regius denique Capellanus, me-
1525 ritis locuples, ac dignitatibus auctus decessit è
vivis mense Januarii 1530. De eo nos supra not.
23. & Pirrus lib. 3. not. 5.
VI. *Florentinus Quoquerel* Presbyter Ambia-
nensis, Archiepiscopi Panormitani Joannis Ca-
randolet Procurator Generalis, atque ex renun-
ciatione prædecessoris, & Regis consensu Prior
S. Mariæ de Burgitabus cum literis Apostolicis
1529 1529. De eo Pirrus, quem ad Archiepiscopa-
tum Sorrentinum assumptum dicit.
VII. *Joannes Carandolet*, Archiepiscopus
Panormitanus Prior eligi voluit, ac proventus
est assecutus. Ad hæc usque tempora degebant
Monachi in Monasterio, ac Prior cum Mona-
chis choro adstabat, ut ex visitatione Francisci
Vento eruit Pirrus laudatus.
VIII. *Gerardus Spatafora*, sub quo receden-
15[illegible] tibus Cœnobitis, Monasterium versum est in
mapalia Pastorum.
IX. *Martinus de Figueroa* Salaminicensis,
1543 Regius Sacellanus anno 1543. de quo etiam
Pirrus.
1548 X. *Michael de Jannegriis* Calataguranus,
Regius Capellanus anno 1548. ob renunciatio-
nem Martini, ex Bullis Apostolicis 6. Idus

A

Maji. Sed interim Prioratum à Pontifice exo-
rarunt etiam *Florentius de Fraxino* Ambianen-
sis, & *Franciscus Saya* Episcopus Christopoli-
tanus, quorum Bullæ in Regno executione
caruerunt. Mortuo Michaele
XI. *Bartholomæus Boers de Exa* Hispanus à
Prorege nominatur, ex literis datis Messanæ 6. 1558
Septembr. 1558. Rex autem Prioratum contulit
XII. *Michaeli Majori* per suas literas, qui
post quadriennium vita decessit, anno scilicet 1563
1563. ideo in ejus locum

B

XIII. *Joannes Bellavia* civis, & Canonicus
Panormitanus sufficitur ex Regiis literis, &
Bullis Pontificiis Idibus Maji ann. 1564. Fuit 1564
idem Generalis Vicarius Octaviani Præconio
Archiepiscopi Panormitani, obiitque anno
1574. 1574
XIV. *Vincentius Lanza* Siculus ex Regis
præsentatione, qui apud Nicolaum Daneum
Regium Visitatorem Consultoris munere fun-
ctus est anno 1578.
XV. *Sebastianus Ugolinus* Ragusensis, Re- 1578

C

gius Capellanus, Rege volente, & Pontifice
confirmante die 1. Martii 1578 Prior eligitur.
Huic data sunt scut. 300. ex proventibus Sedis
vacantis pro reparando Cœnobii templo peni-
tus collapso. De eo multa Pirrus noster, &
eruditissimus Mongitore in sua Bibliotheca Si-
cula. Occubuit Romæ die 22. Aprilis 1621. Fuit
Academiæ Complutensis Alumnus, Regiæ Ca-
pellæ S. Joannis Messanæ Beneficiatus, ac S.
Anastasiæ Castelliboni Abbas. Plura edidit ex
eodem Pirro, & Mongitore.[c]

c Tom. 2. Bib. f. 216.

D

XVI. *Joannes Montoja* Neapolitanus, Regen-
tis Montojæ filius, à Rege præsentatur die
25. Maji 1621. & à Pontifice mox confirmatur 1621
Idibus Aprilis 1622. Eo Priore quidam armo-
rum Dux anno 1624. ad capiendos quosdam via- 1624
rum publicos aggressores, qui in Monasterium
confugerant, magnam illius partem incendit.
Hinc ab Episcopo Cephalædensi excommunica-
tus, ad reficiendum Cœnobium condemnatur,
ut Pirrus prodit.
XVII. *Franciscus Romano* Patria Catanensis,

E

Panormitanæ Ecclesiæ Canonicus, Judex, &
Examinator Synodalis anno 1637. insignis Ver- 1637
bi Dei Præco S. T. ac V. J. Doctor, de quo plu-
ra congerit Mongitore, hoc nostro Prioratu
ex Regia munificentia decoratus. Eo concio-
nante Drepani in Ecclesia Oratorii prodi-
gium evenit, quod à Theophilo Raynando,
atque à Mongitore recitatur[d]: concepta siqui-
dem comparatione inter fornicem ruentem,
qui & alios, & seipsum destruit, & inimicum
damna inimico inferentem, qui & hunc, & se-

d Theoph. Raynaud. in varia Christ. Hist. cap. 1. apud Mongit. Bibl. Sic. 198.

F

ipsum perdit; mane in concione, cum ad com-
parationem explanandam devenisset, Templi
Fornix corruit, multosque oppressit, atque
eumdem concionatorem luxavit. Decessit è vi-
vis Panormi 13. Septembris 1661. in Ecclesia
S. Mariæ Novæ sepultus.
XVIII. *Franciscus Giambrunno* civis, & Ca- 1661
nonicus Panormitanus, Prior electus ex Re-
gis voluntate, vitæ innocentia, ac moribus
eximiis claruit. Mortem oppetiit die 15. Apri- 1696
lis 1696.[e]

e Mong. not. Pan. Eccl. Can. M. S.

XIX.

Anno Christi XIX. *N......Columbus* Ducis Veraguæ Siciliæ Proregis filius, adhuc Clericus hanc dignitatem ex Regio consensu est assecutus; post illum

XX. *Joanni Branciforti* nobilissimæ familiæ ex Comitibus S. Antonii Prioratus defertur, cum Regiis literis. Hic Augustiss. Caroli VI. Imper. & Siciliæ Regis favore ad Abbatiam Sacræ Mansionis Panormi assumptus, locum cessit, ac dignitatem

XXI. *Ignatio Calatajeron* Valentino, qui & Bullas Apostolicas impetravit sub dat. Romæ 11. Kalendas Junii 1726. in Regno exscriptas die 8. Novembris sequentis anni. Vide Pirrum loco cit. lib. 5. not. 5. Anno Christi 1726

Valet hodie Prioratus scutata 485. onera scut. 122. 6. remanent pro Priore scut. 362. 6. In Regni Comitiis locum non occupat.

NOTITIA TRIGESIMAPRIMA

S. NICOLAI DE NEMORE CACCABI, & S. MARIÆ DE NOVA.

CAccabus, olim Kakkabe, idest caput equinum lingua Punica, sed Græcis Cucumum, & Cucumium, æneum scilicet vas, aut testaceum appellata, à Carthaginensibus extructa; unde & nova Carthago à quamplurimis dicta, ut numismata equo, vel equi capite signata frequentius ab incolis reperta, & nomen ipsum oppidi docet; Carthaginem enim olim Caccabum nuncupatam cum multis testatur insignis Geographus Ortelius in suo Thesauro [a]. Oppidum est Panormo ad 24. milliaria distans, ac Monti illi insidens, qui Thermis imminet Himerensibus, atque à Thermarum Urbe 4. mille passibus distidet. In ejus finibus duorum Cœnobiorum spectantur vestigia, quorum unum S. Nicolao, alterum S. Joanni olim dicatum; à Græcis Monachis ambo multis ante hac sæculis inhabitata fuisse constat, ex variis SS. Imaginibus, ac illa præcipuè Salvatoris nostri in pariete depictis, tum ex Græcis inscriptionibus adhuc extantibus. Sed Sancto Nicolao in primis S. Theoctistum Abbatem præfuisse creditur, qui aliàs generali Monachorum nomine Calogerus appellatus, monti S. Calogeri nomen dedit, ac multiplici virtutum splendore, & sanctitate refulgens, loco venerationem conciliavit. De Theoctisto Hymnum, Odasque plures ex Græco translatas affert Cajetanus, vitamque scribit [b].

a De Caccabo scribunt [illegible], Cluverius Sicul. Ant. lib. 2. Anton. Augustinus Dial. 6. fol. 181. Fazellus dec. 1. l. 6. c. 9.

b In Vitis SS. Sicul. tom. 2. fo. 133. & seq.

Eodem in loco exactis Sarracenis ex piorum eleemosynis opera F. Lucæ Eremitæ, ejusque sociorum instauratum primo Eremitarum domicilium, dehinc celebre Cœnobium sub ejusdem S. Nicolai titulo, & Ordine S. Benedicti legimus conditum. Igitur

1166 I. *F. Lucas* Eremita, ejusque socii, impetrata ab Archiepiscopo Panormit. Berardo, (cujus juris erat tum ipsum Caccabi Oppidum ex concessione Friderici Regis, & Imper. 7. Kal. Maji Indict. 3. an. 1215. tum Ecclesia ex donatione Bartholomæi Agrigentini Episcopi mense Septembris 1176. Indict. 19. qui eam cum omni jure Episcopali, Panormitanæ Sedi dimisit) facultate, exiguis casis extructis, atque antiquo Templo reparato, novi Monasterii fundamenta jecerunt. Friderici Regis privilegium Berardo Archiepiscopo factum à Pirro in appendice ad notit. Panormitanæ Ecclesiæ ex integro affertur. [c]

c Not. 1. l. 2.

1166 *Leonardus de Comitibus* postmodum, Archiepiscopus & ipse Panormitanus, Berardi concessionem confirmans, F. Lucæ, ejusque confratribus prædictam S. Nicolai Ecclesiam ita ædificatam attribuit cum juribus, & pertinentiis suis, cum possessionibus quoque, augmentis, Ecclesiis, Grangiis, aliisque bonis, quæ tum ipsi Fratres acquisierant, atque in posterum adipisci poterant, sub onere tamen Rotuli unius, ut vocant, Ceræ, Panormitanæ Ecclesiæ in dominii signum exolvendi. Leonardi literæ hæc habent [d]. *Leonardus miseratione divina Panormitanus Archiepiscopus universis Christi fidelibus, dilectis in Christo filiis salutem in Domino. Novit universitas vestra, quod accedens ad præsentiam nostram F. Lucas servus Dei, & Eremita, humiliter supplicavit, ut Ecclesiam S. Nicolai de Nemore, quam ipse cum quibusdam confratribus suis Eremitis de eleemosynis Christi fidelium ædificavit, & construxit de mandato Domini Berardi quondam Archiepiscopi prædecessoris nostri sitam in Sylva Montis S. Calogeri supra Terram Caccabi, nostra Panormitana Diœcesis, qui locus ex antiquo consuevit esse Oratorium Eremitarum, sibi, & suis confratribus tam præsentibus quàm futuris de nostra speciali gratia concedere dignaremur. Cujus supplicationibus inclinati, Ecclesiam ipsam S. Nicolai cum juribus, & pertinentiis suis, cum augmentis, additamentis, Ecclesiis, & grangiis, possessionibus, & aliis bonis omnibus, quæ ipsi prædicta Ecclesia justè poterunt adipisci seu acquirere, vel habere in posterum à fidelibus Jesu Christi, eidem supplicanti, & Confratribus suis Eremitis tam præsentibus quam futuris, quos sub nostra protectione recipimus, duximus concedendam. Mandantes universis, & singulis fidelibus sub vinculo excommunicationis, ut nullus sit, qui eumdem F. Lucam, & Confratres suos Eremitas, tam præsentes, quam futuros in eadem Ecclesia commorantes, indebitè molestare, vel inquietare præsumat. Volumus tamen, quod ipse F. Lucas, & dicti Confratres sui tam præsentes, quam futuri in signum recognitionis, dominii, & subjectionis Ecclesia nostra Panormitana debeant, & teneantur dare singulis annis in Assumptione Beatæ Mariæ Virginis Rotulum unum Ceræ. Ad cujus rei memoriam, & ejusdem F. Lucæ, & Confratrum suorum tam præsentium, quam futurorum cautelam præsens scriptum exinde fieri fecimus,*

d Franc. Salernus in tom. 2. Consil. Con. 46.

Anno Christi 1266 *fecimus nostri sigilli munimine roboratum. Dat. Panormi anno Domin. Incarn. 1266, Pontificatus Domini Clementis Papæ IV. anno 2. 8. Septembris Indict.* 10. Nota hic, Lucam ejusque socios Eremitas vocari; quod pro Benedictinis Monachis esse intelligendum, putat eruditissimus Franciscus Salerno; quamvis credamus, Monasterium, atque Ecclesiam S. Nicolai datam fuisse primo Eremitis F. Lucæ, & sociis, qui postmodum S. Benedicti Regulam sunt professi, ut sub certo Instituto viverent, quod factum legimus in plerisque Eremitis Palæstinæ, Ægypti, Syriæ, & aliarum Regionum; & in nostra Sicilia exemplum habemus in Monasterio S. Mariæ Calatamauri, seu de Bosco, quod à principio Eremitæ inhabitarunt, qui non multo post Regulam S. Benedicti professi sunt, ut certis legibus subderentur. Vel forte Eremitæ hic dicuntur, quod ejusdem essent Instituti, ac Monachi Benedictini in S. Joannis de Eremitis Panor. De facto

1269 Anno 1269. Lucas noster ob promerita doctrinæ, & linguarum, tum Græcæ, tum Latinæ peritiam ad celebrem S. Joannis ejusdem Panormi Abbatiam est provectus, quam diu tenuit, De eo noster Pirrus [a].

II. *F. N.* Lucæ successor à Marchisia Præsolio Caccabi tunc domina, Comitis Friderici Præsolio sorore, pro suo S. Nicolai Cœnobio quædam jura, ac bona obtinuit, ut ex ejusdem diplomate, Philippo de Censo Procuratori suo in Terra Caccabi directo sub dat. Agrigenti die 11. Februarii 1286. colligitur.

1286

1324 Vacante an. 1324. Prioratu Joannes de Claromonte Marchisiæ Matris jure, Caccabi & ipse Dominus, hanc edidit declarationem Panormitani Archiepiscopi favore [b]. *Joannes de Claromonte Dei, & Regia gratia Comes Mohac, & Ragusiæ Dominus &c. Joachino Ciro Procuratori in Terra Caccabi familiari suo, & universis hominibus dictæ Terræ Caccabi fidelibus nostris salutem, & gratiam. Cum certificati simus de Jure, quod Ecclesia S. Nicolai de Nemore sita in Territorio Terræ nostræ de Caccabo, cum ejus Juribus, & pertinentiis universis ad collationem Vener. in Christo Patris Domini Joannis Dei gratia Panormitani Episcopi immediatè pertineat, pleno jure, & nullum jus nobis competat in eadem; & ob hoc Ecclesiam ipsam cum juribus, & pertinentiis supradictis in manibus dicti Domini Archiepiscopi duximus resignandam; vobis, & vestrum cuilibet districtè præcipimus, & mandamus, quatenus de Ecclesia supradicta jurium, & pertinentiarum suarum vos non intromittatis de cetero; sed eumdem Dominum Archiepiscopum, aut ejus certum Procuratorem, vel Nuntium ejusdem Ecclesiæ pertinentiarum pacifica possessione gaudere. Assistentes eidem Domino Archiepiscopo, vel ejus Procuratori, aut Nuntio in præmissis favore, consilio, & auxilio opportunis. In cujus rei testimonium præsentes nostras patentes literas scribi fecimus, & nostro sigillo muniri. Datum Panormi die 3. Januarii 8. Indic. 1324.*

1324 Ex his patet clarum: Prioratus collationem antea sibi usurpasse Comites, Oppidi dominos, cujus juri Joannes hic cessit; quinam autem fuerint Priores deinceps ab Archiepiscopo electi usque ad ann. 1408. nos latet. Eo igitur anno Priorem S. Nicolai de Nemore agebat

III. *F. Aloysius* ex Ordine S. Benedicti, sub quo Monasterium Monachis erat destitutum; Anno enim 1408. vineam idem Aloysius concessit, in cujus concessionis instrumento dicitur, quod Prioratus tunc erat absque Monachis. Mortuo Aloysio, ac Monachis deficientibus, qui eligere possent, 1408

IV. *F. Nicolaus de Jurlando* fuit de Prioratu provisus, quamvis esset Ordinis S. Francisci, ab Ubertino de Marinis Archiepiscopo Panormitano; de cujus jure Ecclesia erat, ut idem Archiepiscopus in suis literis testatur anno Domini 1414. 1414

V. *F. Joannes de Pichinsa* ab eodem Archiepiscopo institutus est Prior anno 1419. qui statim concessionem vineæ ab Aloysio prædecessore factam, auctoritate ordinaria confirmatam voluit. Idem Ecclesiam S. Nicolai Quarterarii in urbe Panormitana constitutam Juris sui Monasterii, de consensu ejusdem Archiepiscopi, atque in ejus præsentia concessit sub onere tarenorum sex, ut ex literis concessionis hujusmodi anno 1424. in Tabul. Archiepiscop. [c] 1419 1424

VI. *F. Antonius de Joppe* Prior post Joannem designatur. Huic facta est ab Antonio de Marino quorumdam bonorum donatio pro Ecclesiæ S. Nicolai servitio, ac Monachorum ibidem degentium substentatione. Monachos hinc induxisse nostrum Antonium ex hoc colligimus; id quod etiam ex aliis Instrumentis ab ipso confectis cum interventu, & de consensu totius Capituli, evincitur. [d] 1430

Anno 1441. in publicas Tabulas redactum voluit noster Prior Privilegium Monasterio factum de anno 1286. à Marchisia Præsolio Caccabi Domina, de qua superius; quare Matthæo de Galgana Judici sæculari, & Laurentio de Scolaribus Judici spirituali, seu Archiepiscopi Panormitani Vicario, supplicavit pro ejusmodi Transumpto die 30. Decembris Indict. 5. quod ad votum obtinuit. Denique ætate gravis in Monasterio vita decessit, à cujus morte Paulus II. PP. licet Prioratus in Curia non vacasset, ob reservationem tamen omnium Prioratuum Ordinis factam, de eo providit anno 1469. 1441 1469

VII. *Nicolaum de Montana*, qui proin plures actus, uti Prior legitimus à Pontifice institutus fecit. De eo Pirrus. Qui ad annum 1466. S. Nicolai Priorem à Rege constitutum *Antonium de la Chiaria* Panormitanum scribit ex lib. Secr. Macr. [e], sed hoc cum allatis à Salerno non cohæret. Dignitati denique Nicolaus favore Antonii de Amplerio renunciavit anno 1480. pensione sibi retenta; ideo 1480

VIII. *Antonius de Amplerio* ex Bullis Apostolicis Xysti IV. possessionem Prioratus est assecutus die 19. Januarii. Interim autem Comes Fridericus Enriquez Caccabi Dominus *Guillelmum de Caxino* Priorem delegerat.

Ex quo tempore (inquit Franciscus Salerno) *Comites*

[a] Lib. 4. not. 2. par. 2.

[b] Ex Franc. Salerno Consil. 40.

[c] idem Salerno loc. cit.

[d] Ex Franc. Saler. Consil. eodem.

[e] Lib. ... n. 6.

Anno Christi

Comites se intromiserunt in præsentationibus Prioratus [a]. Verum Antonius Romam profectus anno 1485. sub die 7. Junii novas de nostro Prioratu Bullas exoravit cum mentione juris Patronatus Comitis Caccabi, ut huic rem gratam faceret. Jam post triennium favore successoris resignavit in manibus Pontificis. Igitur anno 1488.

a Ibidem Consil. 49.

1485

1488 IX. *Silvester Carbonello* ex renunciatione Antonii Prior constituitur à Rom. Pontif. ex Bullis primo Januarii, in Regno exscriptis 8. Februarii ejusdem anni. Hic supra triginta annos Prioratum tenuit ad 1522. post quem

1522 X. *Paulus de Agnello*, dolo à Friderico Mattienzo Comitis Caccabi Procuratore, præsentatione extorta, quamvis adhuc in vivis ageret Silvester, Prior est dictus; mortuo autem Silvestro Pontifici repræsentavit, se Prioratum S. Nicolai renunciasse Silvestro Carbonello, reservato regressu, hinc ob decessum Carbonelli sibi deberi dignitatem. Qua fraude Bullas sub dat. Romæ die 22. Novembris 1522. obtinuit. Sed Archiepiscopus Panormitanus Joannes Carandolet quemdam *Ioannem Cepolla* ab se electum Agnello opposuit die 22. Novembris ejusdem anni; hinc lis exagitata diu inter utrumque, tandem, pro Agnello, ut proviso Apostolico decernitur, Agnellus triennio exacto è vivis excessit [b].

b Salernus loc. sup cit. & Tab. Archiep. Pan.

XI. *Joannes Baptista Galletti* nobilissimi generis. Hic à Clemente VII. Rom. Pont. expectativam, ut vocant, ad omnia Beneficia Panormitanæ Diœceseos obtinuerat; ideo vacante Prioratu S. Nicolai, & S. Mariæ de Nova Caccabi dicto anno 1525. illum sibi Baptista

1525 delegit virtute expectativæ, ac Bullas inde exoratas, in Regno exequendas obtulit. At cum vellet bonorum possessionem inire, à Friderico Mattienzo Comitis Procuratore fuit prohibitus; atque à *Nicolao Billè* Comitis electo repulsam est passus. Galletti Proregem adiit, atque in possessione manuteneri petiit; Prorex literas manutentionis concessit die 15.

1527 Aprilis 1527. At cum fuerit à Mattienzo, & Billè oppositum, quod literæ non sigillentur, re examinata in Judicio legitimo, tandem die 30. Julii ejusdem anni pro Galletti fuit decisum; nihilominus ad annum usque 1529. inter

1529 illos fuit litigatum in aliis supremis Regni Tribunalibus, quamvis Galletti ultimo obtinuerit [c].

c Ex Tab. litis Fran. Baler. cit.

XII. *Vincentius Galletti* utrumque Prioratum, ex resignatione prædecessoris consanguinei exoravit anno 1537. ac Bullas Apostolicas

1537 sibi expediri curavit. Comes vero Caccabi, ejusque Procurator ad S. Mariæ de Nova Prioratum primo Mauritium de Juliana, debine Aloysium de Torres elegerunt, qui possessionem non sunt assecuti, ob institutionem à Rom. Pontifice à Vincentio obtentam; qui denique ætate gravis favore successoris etiam, sponte Prioratum dimisit. Ideo

XIII. *Joannes Baptista Galletti* secundus anno 1581. utramque dignitatem S. Nicolai, & S. Mariæ de Nova Caccabi consequitur, contra quem litem intendit *Petrus Scarpaci*, qui præsentationem eorumdem beneficiorum à Comite, & literas insuper Apostolicas exoraverat. Causa Archiepiscopo Panormitano Haedo commissa amicè composita est, hoc pacto, ut scilicet Joanni Baptistæ pensio daretur scut. 300. super bonis utriusque Prioratus [d]. Igitur

d Salern. ex Tab. Arch. Panor.

XIV. *Petrus Scarpaci* Prioratus obtinuit, 1589

Id porro effecisse (ait Salernus) Haedum in gratiam Comitis Alphonsi Enriquez sibi amicissimi, ac familiaris, ut jus Patronatus Comiti acquireretur, idque ex epistolis Haedi constare dicit, quas integras recitat [e].

e Ibidem loco citato.

XV. *Cæsar Lavagi* Mazarensis Patria ann. 1595. Prior instituitur. Fuit hic U.J. Doctor, Ecclesiæ Montisregalis Generalis Vicarius, variis virtutibus, ac scientia in primis commendatus. Decessit è vita die 26. Aprilis 1626. de quo Pirrus [f]. Ab ejus morte, agente Joannettino Doria Panormi Archiepiscopo, utrumque Prioratum die 4. Maji ejusdem anni Summus Pontifex Seminario Panormitano Clericorum adjunxit, ex Bullis sub dat. Romæ die 16. Octob. 1626. At 25. Augusti Comes Caccabi Fridericus Enriquez *Marcum Gezio* S. T. Doctorem, Magistrum Capellanum Majoris Ecclesiæ Panormitanæ, Priorem delegit; ideo ex parte utriusque Gezii, & Comitis in magna Curia Archiepiscopali fuit facta petitio, ut pro nulla haberetur unio prioratus cum Seminario, ac possessores, & patronos utriusque fuisse, & esse Comites Mohac, Caccabi Dominos declararetur. Post multorum annorum controversiam fuit dictum sub die 15. Decembris 1631. *Quod, quo ad Prioratum S. Mariæ de Nova procedat petitio, & fiat dicto Marco Gezio restitutio, ac literæ expediantur; quo ad Prioratum verò S. Nicolai de Nemore firma remaneat unio, ac Seminarium in possessione ejusdem manuteneatur*. De hac sententia tum Gezius, tum Seminarium appellarunt ad Regiæ Monarchiæ Tribunal, in quo anno 1637. fuit decisum, quod *stet sententia magnæ Curiæ Archiepiscopalis*; cumque ad Tribunal etiam S. R. Conscientiæ fuisset causa delata, ejusdem quoque calculo Gezius in Prioratus S. Mariæ, Seminarium in S. Nicolai possessione confirmantur, ut Salernus est auctor, qui patrocinium in hac causa pro Seminario suscepit, ac rationum pondera consilio 49. sæpius citato typis edidit [g].

1595

f Lib. 3. n. 6.

1631

g Tom. 1. Consil. Pan. ...

Consequitur hodie Seminarium Panormitanum ex Feudo S. Nicolai jura, quamvis in eodem Feudo jus habeant pascendi, lignandi, & venandi Caccabenses. Nemus, ac feudum S. Calogeri, & mons ipse, quo Monasterium olim, & Ecclesia insidebant, de jure universitatis Caccabi sunt.

S. Maria de Nova Caccabi.

HÆc in eodem monte, ac silva ædificata, ubi S. Nicolai Cœnobium, ejusdem suffraganea Ecclesia à Salerno creditur, cujus opinioni acta Visitationis earumdem Ecclesiarum favere videntur; ubi S. Mariæ de Nova Prioratus, membrum S. Nicolai, expressis verbis, nuncupatur, sed ab an. 1488, Comitis Friderici Enri-

Anno Christi

Enriquez præsentatio ejusdem Prioratus exhibetur facta ob mortem *Joannis de Molina* in personam Bernardi Joannis de Caprara. Igitur

I. *Joannes Molina*, ob cujus mortem

1488 II. *Bernardus Joannes de Caprara* die 12. Januar. 1488. à Francisco Oliverio Comitis Procuratore electus, & ab Archiepiscopo institutus. Erat Bernardus Majoris Ecclesiæ Cephalædensis Prior, Ordinis S. Augustini; quem Franciscus mox dictus Procurator ad celebrationem Missarum pro Fundatoris Anima compulit; B pro qua etiam celebratione ab Archiepiscopo Panormitano mandatum in actu Visitationis expeditur. A morte Bernardi Joannis

1504 III. *Matthæus de Abarca* anno 1504. Prioratum obtinuit die 15. Junii; qui & Bullas Apostolicas in Regno exscriptas die 12. Novembris ejusdem anni, & institutionem ab Archiepiscopo exoravit. Decessit è vita Matthæus C

1525 apud Rom. Curiam an. 1525. post quem, ut vidimus,

IV. *Joan. Baptista Galletti* Prior renunciatur, quamvis & *Michael Billè* de eodem fuerit à Comite provisus, qui proin ab Archiepiscopo institutionem non obtinuit. Baptista renunciante,

V. *Vincentius Galletti* fit Prior, de quo D

1538 superius. Anno autem 1538. *Mauritius de Iuliana* à Comite fuit præsentatus, qui confirmatione legitima caruit.

VI. *Joannes Baptista Galletti* secundus anno

1581 1581. cui successit

1589 VII. *Petrus Scarpaci* anno 1589. De eo diximus supra.

VIII. *Cæsar Lavagi* ob mortem Petri anno E

1595 1595. de quo etiam superius.

1626 IX. *Marcus Gezio*, qui & Abbas S. Philippi lo Grande etiam fuit, ac Magister Capellanus Majoris Ecclesiæ Panormitanę, post quem

X. *Thoma de Leonardo* Calatabettensi Prioratus confertur ex præsentatione Philippi Amato, cui Caccabi Oppidum, centum viginti quinque millibus aureis Joanni Alphonso Enriquez Neapolis Proregi, Oppidi Domino F

1646 exolutis, ab anno 1646. una cum jure præsentandi beneficia cessit. Fuit Thomas Ecclesiæ Panormitanæ Canonicus, multisque nominibus se commendavit. Obiit 19. Junii 1662.

XI. *Datius Alliata* ex præclarissima familia inter Pisanas Panormi degentes ab Antonino Philippi filio nominatus, & ab Archiepisco- A po confirmatus anno 1663. post quem 1663

XII. *Bernardus de Amato* ex Principibus Galati, Comitis consanguineus assumitur, post

quem à Philippo Antonio Amato Principe 1696

XIII. *Antonius de Amato* V. J. Doctor virtute, probitate, ac doctrina præstans sufficitur, qui statim Antoninum Spucches, Equitem Jerosolymitanum adversarium habuit. Contendit hic sibi deberi Prioratum, utpote consanguineo in gradu strictiori Principi Patrono, sed in Regiæ Monarchiæ Tribunali utriusque juribus examinatis, anno tandem 1719

1721. pro Amato causa decernitur, & Prioratu potitur *. 1721

* Ex Alleg. Nicolai Castigliana Panormi edita.

Gaudet Prior S. Mariæ de Nova, qui Abbas consuevit appellari, juribus ex Feudo Marchiferrati, in quo Caccabenses jus lignandi, ac venandi habent. Terras etiam olim à S. Maria la Nova nuncupatas possidebat, sed à Priore quodam Caccabensi Universitati cum onere unciarum auri 2. & taren. 12. concessæ, numquam revocari potuerunt.

Capella Castri Caccabensis de jure Ecclesiæ S. Mariæ dicitur; anno enim 1545. Vincentius Galletti, uti Prior S. Mariæ transegit pro celebratione Missæ, & pro solutione stipendii ejusdem.

NOTITIA XXXII. *S. Maria de Angelis*, hodie S. *Joannis de Bayda* Panor. nunc juris Ecclesiæ Panormitanæ. De ea noster Pirrus lib. 4. parte 2. notit. 1. ubi de Monasteriis, quæ olim magno Gregoriano S. Martini Cœnobio parebant fol. 206.

NOTITIA XXXIII. *S. Benedicti de Arabuario* in Agro Agrigentino, hodie la *Gazena*, à Bibona 4. pass. mill. de quo idem Chronographus lib. 3. not. 3. fol. 356. & lib. 4. not. 2. fol. 241. ubi de Monasteriis, & Prioratibus Regio S. Joannis de Eremitis Cœnobio annexis.

NOTITIA XXXIV. *S. Maria de Habita*. Habes hanc Notitiam in laudato Pirro lib. 3. not. 6. fol. 577.

Notitiam *S. Mariæ de Cava* juxta Hieracium, & Not. *S. Mariæ de Bignolito* juxtà Militellum Demanæ promisit Pirrus statim in Operis principio, ubi indicem adornavit; sed nulla in Regiis libris de illis, vel levis notitia.

Notitiam *S. Michaelis de Fulgerino* dedit idem Pirrus lib. 4. par. 1. not. 30. inter alias Ordinis S. Basilii.

SICI-

SICILIÆ SACRÆ

LIBRI QUARTI PARS TERTIA,

IN QUA CISTERCIENSIS ORDINIS NOTITIÆ DECEM, & S. MARIÆ DE NEMORE CONGREGATIONIS MONTIS OLIVETI UNA, CONTINENTUR.

NOTITIA PRIMA

S. MARIÆ ROCCÆAMATORIS JUXTA MESSANAM.



Nter Northmannos Proceres, A quos passim è Calabria in Siciliam una cum Rogerio, & filiis migrasse novimus, Bartholomæus de Lucy genere, & virtute clarissimus explenduit. Is totius Calabriæ Magister Justitiarius Desideratam Gaufridi Conversani, & Montis Caveosi Comitis, Netique, B Sclafani, & Calatanixectæ Domini, Sylvestri Marsicani tertiogeniti filiam cum dote Paternionis, Adernionis, & dominatus Buteræ, Conjugem duxit, ac pro magna in Deum pietate, quamplurima suæ Religionis monumenta ubique reliquit. Monasterio enim S. Mariæ de Licodia jura aliquot in Territorio Paternionis, atque aquarum decursus attribuit anno 1192. C Monialium S. Gregorii Messanense Cœnobium latifundiis ditavit, Adernionensem S. Joannis Prioratum feudo unius Militis in suo Mænarum Oppido auxit [a]; denique ad quatuor circiter passus millia Messanæ celeberrimum S. Mariæ Roccæamatoris Benedictinum sub Cisterciensium reformatione Monasterium à fundamentis extruxit, bonis, ac terris innumeris locupletavit, dotavitque D 1193 anno 1193. ut subsequens eloquitur Diploma.

Ego Bartholomæus de Lucis Comes Paternionis propria manu in hoc Privilegio suprascripsi, & infrascripta donavi, concessi, & in perpetuum confirmavi. Ego Desiderata uxor Comitis Bartholomæi de Lucis per manus Rogerii de Paternione me in hoc Privilegio subscribi feci, & infrascripta concessi, & in perpetuum confirmavi. In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, anno E *salutiferæ Incarnationis Dei, & Domini nostri Jesu Christi 1193. mense Septemb. 9. die ejusdem, Indict. 12. Regnante Domino Henrico gloriosissimo Rom. Imp. ac Rege Siciliæ, una cum Domina nostra Constantia Serenissima Imperatrice, ac Regina Siciliæ feliciter. Amen. Creatore omnium Domino Deo nostro Æterno inspirante, Ego Bartholomæus de Lucis, Dei, & Imperiali* D *gratia Comes Paternionis consideravi, tradita esse ab eo mihi, sicut & cuilibet alio mortali homini in hac vita bona temporalia, ut ea Divinis cultibus, suis cultoribus, egenis, pauperibus, & in operibus misericordiarum salutaribus charitativè, ac discretissimè dispensata, acquiram præmia divinitus æternalia, & cœlestis vitæ perennis gaudia, Christifidelibus ab origine Mundi suæ bonitatis providentia, præparata. Et quia ex largissima Dei bonitate est, ut sua eadem, quæ temporaliter præstat, postmodum de manu suæ Creaturæ cujuslibet benefacientis, eamdem remuneraturus in æternum, propterea gratanter resumat, ac de terrestri Ecclesia, si quam maximè sibi, suisque Ministris ædificaverit in Cœlestis Ecclesiæ mansionem gloriosissimam feliciter ad se assumat. Proindè consideratione hac ego Bartholomæus prænominatus ad honorem remuneratoris æterni Dei, ac gloriosissimæ semper Virginis Mariæ vocabulum, sive nomen, atque SS. Fratrum perpetuam Sanctis. Cisterciensis Ordinis mansionem in honorificentiam, & munificentiam Excellentissimi Dom. nostri Henrici; necnon, & Dominæ nostræ Serenissimæ Imperatricis Constantiæ, quibus Christi Pietas semper augeat prospera, pro salute Animæ meæ, omniumque Parentum meorum, Ecclesiam de novo fundavi in loco meo Patrimoniali, qui dicitur Tremesteri, sitam in Territorio civitatis Messanæ, cui nomen Roccamatoris imposui; quam de possessionibus, bonis, & locis meis infrascriptis, ac aliis etiam per alia privilegia ad ipsius cautelam Ecclesiæ, de mandato meo faciendam concedendis, quarum fines, & divisiones in ipsis apertius continentur, ad me solum tantum Deo largiente, ex Patrimoniali successione, liberali emptione, & fideli acquisitione provenientibus, pleno jure dotando, devotissimè offero Jesu Christo Cœlesti sponso Filio Dei Vivi, in cujus sacrosanctis laudibus, sacrificiis, ministeriis, & piis Ecclesiasticis exercitiis in ipsa Ecclesia, & locis suis die, ac nocte, cum reverentia Deo debita pertractandis, pro sustentatione vitæ perpetuæ suorum famulorum, nec non pauperum, peregrinorum, hospitum, infirmorum, lassorum, & miserabilium personarum, piissimo Pastore cunctorum vivente in Cœlis Jesu Christo, eidem Domino nostro hanc oblationem meam misericorditer recipienti, & ipsi Ecclesiæ suæ S. Mariæ Roccamatoris prædictæ, ac SS. Cisterciensi Ordini donatione facta irrevocabiliter inter vivos trado, dono, concedo, & confirmo per præsens privilegium perpetuò habenda, tradenda, possidenda, & gaudenda, non tamen alienanda, omnes possessiones meas subnominatas, loca, & bona mea omnia infrascripta, in*

a Ex Pirro Chro. Reg. Sic.

Anno Christi 1193

primis videlicet, in tenimento Messanæ à parte meridiana Domus, & Vineas meas, quæ sunt circum circa eamdem Ecclesiam, per me cum prædictis domibus fabricatas. Item & in contrata de Palearii Vineam meam sitam juxta vanellam, & vias publicas, & secus Vineam Ecclesiæ Sancti Clementis; item juxta flumariam Camari, & propè molendinum Ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ de Iosaphat Vineam meam, quæ dicitur de Perreno; item in contrata S. Philippi parvi Vineam meam, quam emi à Guillelmo de Raymundo; item juxta flumariam, quæ dicitur de Catarractis terras meas cultas, & incultas, cum omnibus arboribus domesticis, & sylvestribus, sitas, juxta Tenimentum Paternionis. Item infra mœnia Messanæ in magna rua ejusdem civitatis fundacum meum, situm juxta domum Ecclesiæ S. Mariæ Monialium de Messana mediante vanella, & secus vias publicas, meis propriis expensis, & fructibus fabricatum. Item stabulum meum cum suo puteo, quod est ante ipsum fundacum, juxta domum Raymundi, pro ut est mediante muro communi, & secus vanellas publicas. Item in eadem magna rua duas domus meas cum Casalino meo, quod est in medio ipsarum domorum, &c. Item in rua S. Iuliani Butticellariam meam sitam juxta domum Siccarinæ de Pista mediante vanella communi, &c. Item in rua Florentinorum domum meam soleratam, quæ est ante domum Zacchi. Item in contrata Ecclesiæ S. Lucæ domus meas ad diversas clausuras soleratas cum Casalino meo ipsis domibus contiguo. Item in tenimento ejusdem civitatis Messanæ in contrata septemtrionis, videlicet in contrata Massæ terras meas laboratorias, & sylvestres juxta terras S. Salvatoris de Bordonaro. Hæc itaque omnia loca, possessiones, & bona mea suprascripta in civitate Messanæ prædicta, & ejus tenimento sita, cum proprietatibus, dominiis, juribus, rationibus, tenimentis, & pertinentiis omnibus eorum, Ego Bartholomæus de Lucis prænominatus, prædictæ Ecclesiæ Roccamatoris, & SS. Cisterciensi Ordini prænominato transferens à me, & ab hæredibus meis totaliter in eosdem, per præsens privilegium offero, trado, dono, atque concedo, renuncio finaliter, & confirmo, nihil omninò, aut alicui hæredum meorum de genere meo succedenti, nec etiam jus patronatus in ipsa Ecclesia, vel possessionibus, locis, & bonis suis omnibus supradictis retinens, aut reservans. Ita tamen, quod perpetuo Abbatia cum proprio Abbate, & conventu sibi ordinato prædicti Cisterciensis Ordinis sit, & quod Abbates, & fratres, qui ibi habitaverint successivè prædicta loca, successiones, possessiones, & bona non alienent, sed ea in perpetuum debeant integraliter possidere. Nulli verò hominum, nisi pro eleemosyna voluntaria teneantur propterea deservire, & mihi soli tantum; aut alio, qui ad ipsum Monasterium causa devotionis divertatur, sicut uni eorum fratrum, vel Pauperi victus regulariter ministrare; Et postquam tempus vitæ meæ corporaliter explevero, pro me in conventu obsecrationes fieri peto in eleemosynam, similiter ab ipsis fratribus, ut cum vigiliis, & Missa quolibet anno dies anniversarius celebretur. Unde ad futuram rei memoriam, & prædicti Monasterii, & Ordinis Cisterciensis cautelam perpetuò valituram, præsens privilegium sibi exinde fieri feci per manus Rogerii de Paternione Notarii mei, proborum virorum subscriptione, & sigilli mei pendentis munimine roboratum. Actum Messanæ anno, die, & Indictione prædictis. Ego Presbyter Ioannes de Paternione prædicti D. mei Comitis Capellanus testor. Ego Pres. Ioannes de Minao prædicti Comitis Capellanus testor. Ego Pres. Deodatus de Nicolao prædicti Domini Comitis Capellanus testor. Ego Leonardus Clericus vice Archidiaconus Catanæ testis sum. Ego Robertus de S. Anastasia Miles testor. Ego Bartholomæus de Bonifacio miles testis sum. Ego Gerardus de Lucis Miles testor. Ego Crispinianus de Manifoalco Miles testor. Ego Rogerius de Paternione Domini Comitis Bartholomæi de Lucis Notarius, de mandato ejus præsens privilegium scripsi, & testor[a].

Nomen porro Roccæamatoris Monasterio attribuit, ad similitudinem alterius celebris in Gallia Narbonensi Cœnobii, ejusdem Cisterciensis Ordinis, ut nota quædam antiqua in tabulario ipsius Monasterii testatur, quæ sic habet: *In Narbonensi Gallia Regione Corsimira, devotionis templum sub nomine Divæ Mariæ Roccaamatoris, & Ordinis Cisterciensis visitur. Templum quidem nomen habet à prærupta rupe, in qua est positum, atque a Sancto Amatore, qui, & ejusdem fundator, & locorum juxta positorum venenatis anguibus expurgator extitit, ad cujus exemplum Dominus Bartholomæus de Lucis Comes Paternionis, ejusdem nominis Cœnobium ad quartum lapidem Messanæ Siciliæ extruxit anno* 1197.[b]. Hic ut vides fundationis annus 1197. dicitur, & ad eumdem Pirrus, & alii refundunt Cœnobii Roccæamatoris originem, sed ex allato diplomate contrarium evincitur. Aliud quidem privilegium ab ipso Bartholomæo Fundatore anno 1197. exscriptum est, pene consimile, ubi, & bona jam concessa confirmat, & nova Monasterio attribuit, ut infra videbimus, sed ad annum 1193. omnino referendam esse fundationem substinemus: id quod etiam subsequens Henrici diploma datum anno 1195. edocet.

1195

Siquidem novis cupiens Bartholomæus laudatus divitiis, & gratiis Cœnobium suum ditare, ab eodem Henrico Imperatore exoravit, ut bona, quæ largiter donaverat, ab omni onere censerentur immunia, atque à servitio militari libera haberentur. Scripsit itaque Henricus. *Henricus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Siciliæ. Cum Imperialem deceat magnificentiam singulorum pensare merita, & justis condescendere petitionibus subjectorum, tantopotiùs ad sacrosanctas Ecclesias, & loca piis servitiis deputata, piè tenemur respicere, & eis favorem impendere gratiæ principalis, quo actus ejus mitius diriguntur à Domino, & plenitudo sibi collatæ dignoscitur, potestatis. Inde est, quod nos, considerantes devotionem Bartholomæi de Lucis, Comitis Paternionis, Magistri Iustitiarii totius Calabriæ, fidelis Nostri, Majestati nostræ attentius supplicantis, ut confirmaremus Monasterio*

[a] Ex Lib. Pra. Int. in Canc. Lucas Bub.

[b] Robertus à Mauro in Mari Oceano de Bonifilio in fun. Mess. l. 5.

Anno Christi

sterio suo S. Mariæ de Tribus Monasteriis fundato ab eodem Comite in Tenimento Messanæ ad honorem Dei, & Cisterciensis Ordinis, Casale de Gaidera situm in tenimento Milatii cum justis tenimentis, & pertinentiis suis, partes ejus, benignitate solita, decrevimus, admittendas. Et quoniam pro eodem Casali prædictus Bartholomæus, servitium unius militis facere tenebatur, & convenerat cum Tancredo Comite Liceæ, ut pro ipso Casali suo concesso Monasterio suo, absq; servitio, quibuslibet de possessionibus suis Messanæ collatis eidem Monasterio, videlicet Casalino, quod est ante fundacum magnum, Casalino, quod est ante domum Mariæ de Rachii, Casalino, quod est juxta S. Lucam, quadam insuper parva domo, quæ est ante domum Rachii, nec non una Vinea magna, quæ est in flumaria S. Philippi, empta à Guglielmo de Raymundo; Terris insuper, quæ sunt in loco, qui dicitur S. Mariæ de Massa, super Terras Notarii Stephani, de prædicto suo servitio unius Militis, curiæ responderet, debitum de ipsis possessionibus servitium à nostra munificentia suo remitti Monasterio postulavit, ipsius etiam in hac parte precibus benigniter largientes, ob dictum Divinæ retributionis obtentum, & considerationæ Fratrum in eodem Monasterio superno Inspectori sedulo famulantium, & pro nostra, & illustris Imp. Constantiæ carissimæ Consortis nostræ salute, prædictum Casale jam dicto Monasterio S. Mariæ de tribus Monasteriis de innata sublimitatis nostræ clementia confirmantes, numeratas possessiones, cum vineis circumjacentibus eidem Monasterio à Bartholomæo sibi concessis, liberè concedimus, ac perpetuò concedendas possideant. Si quis autem contrà prædictam nostræ sublimitatis confirmationem, & donationem ausu temerario venire tentaverit, quinquaginta libras auri, medietatem curiæ nostræ, & aliam medietatem pro Monasterio componat. Hujus rei testes sunt Matthæus Capuanus Archiepiscopus. Henricus Germanensis Episcopus, Philippus Frater noster, Henricus Calandrinus, & Mervaldus Senisealcus, & alii quamplurimi. ✠ Signum Domini Henrici Rom. Imper. invictiss. & Regis Siciliæ. Acta sunt hæc anno Domini 1195. Indic. 13. Regnante &c. Anno ejus Imper. &c. Apud Castronum per manus Alberti Imperialis Aulæ Protonotarii.[a]

[a] Ex lib. Priv. in Cancel. Lucas Rei.

Jam verò Monachis sufficienti numero congregatis, Primus Roccæmatoris

I. *F. Bernardus*, Abbas constituitur, forte, vel S. Hugonis Novaræ Abbatis discipulus, vel ex Florensi in Calabria Congregatione assumptus; Joachim enim, à quo hæc congregatio ortum duxit, in magna apud Henricum Imperatorem, Siciliæ Regem, æxtimatione habebatur, cui scilicet Regnum sine sanguine conquirendum prædixit, & à quo hoc ipso anno aureos 50. Bizantinos pro suo Cœnobio obtinuit, speciali diplomate sub dat. apud Terram Sancti Marci pridie nonas Martii. Crescente autem in dies Monachorum numero, ac sanctis legibus, quamplurimis undique colla submittentibus, Bartholomæus Fundator novis bonis, ac latifundiis Cœnobium auxit, ac census novis donationibus cumulavit, scripto diplomate, penè supraexarato de anno 1193. consimili, cujus summam exscribimus.

Anno Christi 1197

Ego Bartholomæus de Lucis &c. In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Anno salutiferæ Incarnationis Dei, & Domini Nostri Iesu Christi 1197. Octobris die 4. 15. Indictionis, regnante Domino Nostro Henrico Gloriosiss. Rom. Imper. &c. Cupiens votum solemne, quod Domino Deo Nostro in mea peregrinatione vovi, charitate sua cœlitus inspirante, & ejus gratia divinitus præveniente, pro salute animæ meæ, omniumque Parentum, Ecclesiam de novo fundavi in loco meo Patrimoniali, qui dicitur Trimostere, sito in Tenimento Civitatis Messanæ, cui nomen Roccamatoris imposui, quam de subscriptis liberis possessionibus, oratoriis, locis, & bonis meis, ad me solum tantum in Patrimoniali successione, liberali emptione, ac fideli acquisitione provenientibus, & spectantibus, pleno jure, egregiè, & sufficienter dotavi, prout patet præsentis privilegii serie, & etiam per alia privilegia de mandato meo ad cautelam dictæ Ecclesiæ inde confecta, quæ gloriosissimæ Majestati Dom. nostri Imperat. Henrici præfati humiliter præsentavi, & cum ibi prænominatis possessionibus, oratoriis, locis, & bonis per ipsum Dominum nostrum Imper. Henricum mea devotissima supplicatione ab omni feudali, & temporali servitio, nec non à quolibet marinaria, & alterius cujuscumque servitutis onere liberatis, & totaliter liberis, confirmata Religioso viro Venerabili Primo Abbati Bernardo, & Conventui ipsius Ecclesiæ Sanctissimo, de prædicto Cisterciensi Ordine in ipsa Ecclesia primitus destinato, reponenda, & conservanda, subscriptis probis Viris præsentibus, personaliter assignavi, & pro abundantiori ejusdem Ecclesiæ cautela omnes possessiones, oratoria, loca, & bona mea quæcumque integraliter habenda, tenenda, possidenda, & usufruenda perpetuò per eosdem, prædicta Ecclesia, donatione facta irrevocabiliter inter vivos, obtuli, tradidi, donavi, sivè concessi, & per præsens privilegium confero, trado, rathifico, finaliter, & confirmo, jussi generaliter infrascribi, in primis videlicet in tenimento Messanæ (hic enumerat quæ jam supra retulimus in primo diplomate ; tum prosequitur) *Item in plana Milatii Casale meum, quod dicitur Gaidara, una cum sibi subjectis in tenimento suo sitis Casalibus meis aliis, videlicet Papalardo, Mesolario, & Capegio, etiam cum Villanis, Vassalis, honoribus, & nemoribus, sylvis, venationibus, & suis juribus, & pertinentiis universis, & personis aliis ibidem habitantibus, vel in antea habitaturis, ab omni onere collecta, & angaria liberis cum molendinis, & aquis; & in Tenimento Castri Monfortis juxta Flumariam, quæ dicitur Nidrita, molendinum meum cum terris circum circa, cum aquis prædictæ Flumariæ sibi liberis; item in tenimento Tauromenii in contrata de Ischisò terras laboratorias, juxtà terras S. Mariæ de Latina, Vallone mediante, & alias meas terras in contrata Bavaria, quæ dicuntur de Xara juxtà Mare & flumen Cantara; item in suburbio terræ Paternionis Oratorium meum S. Leonis cum Cortile, & domibus, Item Molendinum de Ru-*

Anno Christi

de Rubito cum Praelo, & horto suo, cum proprietate via juxtà hortum, ex qua via animalia molentium in ipso molendino liberè transeunt ad Terram Paternionis, & aliud molendinum meum, quod dicitur de Infirmis in flumaria Battindenorum, cui ab orientali plaga est molendinum S. Ioannis cum introitu, & exitu; Item unam de piscariis meis, quae fuit quondam Rogerii Sclavonis, juxtà ripam fluminis Paternionis, in Pantano Ruffo. Item Tarusium unum, quod fuit ejusdem Rogerii cum proprietate tenimenti sui, habita in praedicto flumine meo Paternionis, quod absque alterius contradictione, semper in ipso flumine fiat, ubicumque possit, pro Fratribus praedictae Ecclesiae congruentius fieri. Item in tenimento Paternionis terras laboratorias de duobus Pariclis, quae fuerunt dicti qu. Rogerii Sclavonis, terras videlicet, quae sunt supra Pantanum de Ruffo de Paricle uno, & alias terras ultra flumen de Paricle alio, in loco, qui dicitur Michiquenum. Item terras meas alias pro tribus pariclis, quarum terrarum superior est juxtà terras Ecclesiae Sanctae Mariae de Licodia, mediante Vallone, per quem defluunt aquae currentis fontis Bethelme, quas pro terris Monasterii antedicti adaquandis perpetuò concedimus, sicut illas a nobis concessit Dominus noster Imperator Henricus, & alias per aquas etiam liberas ex ipso Fonte Bethelme per conductum magnum antiquum directum ad locum dicti Monasterii, ubi ficulneae sunt egredientes, egressus quarum nemo audeat impedire. Et inferior terra alia est juxtà terras Casalis Schittini, & Roberti Munzoni, & aliae terrae, quae dicuntur piscariae veteres. Item terras meas, quae dicuntur de Vana, & aliam terram Bondarii, & Terras de Paganis, & de Marboribus, & de Ponticello, & alias Terras intra fines S. Anastasiae. Item in Tenimento eodem Paternionis Glandaticum, & Herbaticum liberum sine ulla datione pro propriis animalibus, & liberè vendant, aut emant quaecumque voluerint; In Tenimento Terrae Minai Terras de Cardonecto, juxta Terras Curiae usque ad Burgum dictae Terrae, & juxtà tenimentum Casalis Assisae, & secus tenimentum Casalium Bisamur, & Baalcarem, Casale meum, quod dicitur Saberinum, & Oratorium meum Patrimoniale Sancti Cataldi, cum Terris circum circa. Item apud Calabriam in tenimento S. Nichitae Oratorium Patrimoniale S. Ioannis Eleymon, & Herbaticum pro mille ovibus, & duas gurnas salis de Salinis Curiae in Tenimento Castri mei S. Dimitrii, Oratorium meum Patrimoniale cum Villanis, & terris, & terziariam dicti Castri, quae omnia teneant pacificè exscripta, & libera à quocumque censu marinariae, nihil omnino mihi, aut alicui haeredum meorum de genere meo reservando, &c. Actum Paternionis, Anno, mense, die, & Indictione praetitulatis. Ego Presbyter Joannes de Catania Archidiaconus in Paternione. Ego Dyonisius Presb. Capellanus S. Nicolai. Ego Presb. Andreas de Mineo Capellanus dicti Com. Ego Presb. Guido de Paternione. Ego Simon de Paternione Miles. Ego Julianus de Mineo. Ego Joannes de Silvestro. Ego Petrus de Luci, & caeteri Milites Comitis. Pirrus de Gibello Magister Juratus Paternionis. Bartholomaeus de Heto Camerarius. Simon de Centorbi Senescalcus. Guillelmus de Centorbi Proc. Robertus Mazonus de Paternione. Rogerius de Paternione Notarius [a].

Ex quo quidem diplomate discimus, Bartholomaeum voto vovisse in sua peregrinatione Monasterii constructionem, ac ipsum, ejusque bona & privilegia Regi obtulisse, ut sub Regia protectione susciperentur, atque ab omni onere servitutis eximerentur.

Anno Christi

[a] Ex Tabulario S. Nicolai de Arena Catan.

Post Bernardum Abbatem rexisse Monasterium II. *F. Benedictum* credimus, qui ab Friderico Siciliae Rege, ac Romanorum Imperatore rata obtinuit privilegia omnia, cum Bartholomaei de Lucis, tum Henrici Regis suo Monasterio concessa, speciali diplomate, ubi singula jura, & bona recensentur; ac insuper doliola viginti carnium Tymni, vulgò Botticellas, de Tymnaria Oliverii, vel de quacumque alia, glandaticum, & herbaticum pro animalibus Monasterii, jus lignandi, ac liberam extractionem rerum, Monachorum usibus inservientium, omnimodam denique exemptionem jurium in emendo, aut vendendo, exoravit. Privilegium exscribere opportunum duximus. 1221

Fridericus Dei gratia Rom. Imper. semper Augustus, & Rex Siciliae per praesens scriptum notum facimus universis, & singulis, tam praesentibus quàm futuris, quod post solemnem nostram Curiam, quam Capuae celebravimus, ubi de resignandis privilegiis universis edictum fecimus generale, Religiosus vir F. Benedictus Vener. Abbas Monast. S. Mariae Roccamatoris de Tenimento Messanae, Cisterciensis Ordinis, diversa privilegia, scilicet Bartholomaei de Lucis Comitis quondam Paternionis, dilecti consanguinei, & fidelis nostri praedicti Monasterii fundatoris de suis donationibus, ac renunciationibus infrascriptorum bonorum possessionem, & locorum suorum cum divisionibus eorumdem, per dictum Comitem dicto Monasterio liberaliter, egregiè, & sufficienter dotato factis, nec non & alia quamplurima Domini Imperatoris Henrici, Divi Augusti, Patris nostri, recolendae memoriae, nostrae Curiae resignavit; humiliter supplicans, ut ea sibi restituere, & quidquid continetur in ipsis privilegiis dicto Monasterio concedere, & confirmare libere, de nostra gratia dignaremur. Nos verò justis petitionibus ejus inclinati, omnium praedictorum privilegiorum tenore per omnia diligenter inspecto, Abbati eidem supradicto pro parte Monasterii sui, & Monasterio antedicto privilegia omnia supradicta, tam dicti Comitis Bartholomaei, quàm etiam Domini quondam Patris nostri restituimus gratiose, universa, & singula quaecumque continentur in ipsis privilegiis praedicto Monasterio, sub nostra protectione suscepto, ab omni onere cujuslibet servitii temporalis, nec non & à quolibet genere servitutis libera de speciali gratia acceptantes, concedentes, & in perpetuum confirmantes. In primis apud Siciliam in Tenimento praenominatae Civitatis Messanae. (Hic recenset bona omnia, casalia, vineas, domos, oratoria, jam in superioribus Bartholomaei privilegiis ex nomine expressa) *Has itaque praenominatas libertates, & possessiones*

omnes

Anno Christi

omnes liberas, oratoria, loca, bona omnia, cum suis proprietatibus, pertinentiis, & libertatibus supradictis per prædictum Comitem Bartholomæum prædicto Monasterio Sanctæ Mariæ Roccæamatoris donata, oblata, atque concessa, & per nos ab omni servitio, & temporali servitute totaliter, ut supra scribitur, feriatim, & generaliter liberata, nec non, & alias libertates, & gratias, acceptationes, & concessiones a Domino Imperatore Henrico Patre nostro eidem Monasterio elargitas, liberaliter concedimus, & confirmamus in perpetuum, per præsens privilegium liberrimè possidenda, habenda, & usufruenda pacificè, quietè, atque integraliter, sic quod pro prædictis omnibus, vel propter aliquod prædictorum, numquam dare, præstare, solvere, aut accommodare, sive etiam servire Curiæ nostræ, vel alicui hominum temporaliter teneatur. Eo quoadmodo quæcumque bona non feudalia in Regno nostro dicto Monasterio donata fuerint, aut legata, liceat fratribus ejusdem Monasterii percipere, atque ad ipsius Monasterii opus perpetuò retinere. Insuper de abundantiori nostra munificentia pietate, considerata religiositate, & charitate Fratrum Dei, & Virginis Mariæ Filio, Jesu Christo Deo Domino Nostro famulantium die, noctuque in prædicto sacro Monasterio reverenter, eorum sacris orationibus adjuvari apud ipsum dominum jugiter affectantes, cum remunerationis intuitu, & pro animabus Divorum Augustorum parentum, progenitorumque nostrorum, nostraque salute, superaddendo concedimus, donamus, & assignari volumus Fratribus prædicti Monasterii perpetuò apud Oliverium de Tonnaria nostra Oliverii, vel de quacumq; alia Tonnaria nostra in Sicilia maluerint, ibidem Tonnina primitus in ipsa Tonnaria capienda, Barrilia viginti fustibus, & sale Curiæ nostræ pro ipsis per nostram Curiam totaliter præparata, & quod fratres ejusdem Monasterii habeant pro propriis animalibus suis Glandaticum, & Herbaticum liberum, ac sine ulla datione, & incidant libere trabes, lignamina, palos, ligna, spinas, ac omnia ipsis pro Monasterio prædicto, & locis suis necessaria, de quibuscumque pascuis, nemoribus, & sylvis Curiæ nostræ in toto Regno nostro sibi eligendis. Et eadem, atque eorum omnia victualia, & animalia, tàm per Mare, quàm per Terram libere extrahant, & liberè deduci perpetuò ad loca sua faciant, & in eundo, vel redeundo, in emendo, aut vendendo quodcumque voluerint, & ab omni genere exactionis, collectæ, angariæ, pedagio, aut passagio fluminum, vel pontium cum familia eorumdem per totum Regnum nostrum in perpetuum liberi sint, & immunes, atque perpetua gaudeant libertate; & quod omnes personæ, & famuli ipsius Monasterii ibi habitantes de civilibus causis semper in Curia sua, & non alibi debeant conveniri. Ad hujus autem nostræ restitutionis, protectionis, libertatis, concessionis, & confirmationis memoriam, & cautelam prædicti Monasterii perpetuò valituram præsens privilegium sibi exinde fieri jussimus per manus Joannis de Panormo Notarii, & fidelis nostri, sigillo Majestatis nostræ cereo roboratum. Datum Catanæ anno Incarn. Domin. 1221. mense Maji, Indict. 9. [a]

[a] Ex lib. ... in Cancel. ... fol. 187.

Huc usque Fridericus, quem ideo veluti insignem Ordinis Benefactorem Cistercienses Siculi venerantur; cui Roccadiæ etiam Monasterii prope Leontinum per hæc ipsa tempora fundationem adscribunt. 1221

III. *F. Henricus Roccæamatoris* Abbas anno 1248. subscribit in transumpto privilegii S. Mariæ Vallis Josaphat, sub die 28. Januarii per acta Joannis de Marina Messanæ peracto sub Friderico Imperatore, ac Siciliæ Rege.[b] 1248

IV. *F. Matthæus* anno 1307. Abbatem Roccæamatoris agebat, cujus opera mox supra allatum Friderici Imperatoris, & Siciliæ Regis diploma in publicas tabulas, per acta Not. Joannis de Bonavita die 20. Julii Messanæ est redactum, subscribentibus Messanensi Archiepiscopo, Epis. Cephalædensi, & Abbate S. Mariæ Vallis Josaphat Guillelmo, cum aliis. Prior porro sub Matthæo *F. Bonifacius* dicitur, Oeconomus verò F. Henricus de Pactis[c]. Idem aliud Bartholomæi de Luce privilegium exscribendum per acta publica ejusdem Notarii exhibuit, enunciato anno [d]. 1307

V. *F. N.* qui una cum Episcopo Pactensi, ac Decano Ecclesiæ Messanensis a Romano Pontifice Clemente VI. Apostolicus Delegatus renunciatur, pro examinandis juribus Abbatissæ Generalis S. Mariæ Vallis Viridis, Ordinis Lateranensis, Urbis Messanæ, ut ex literis Cardinalis Beltrandi, sub dat. Beneventi idibus Maji anno 1347. eruimus, quarum hoc est initium. *Venerabili in Christo Episcopo Pactensi, & dilectis in Domino Abbati Monasterii S. Mariæ Roccæamatoris Messanensis Diœcesis, ac Decano Ecclesiæ Messanensis salutem in Domino; Pium esse dignoscitur, ut gloriantibus in malitia per vos realiter obsistatur &c.*[e] 1347

VI. *F. Guillelmus* nostro præfuit Cœnobio anno 1365. quo agente Regia provisio emanavit Artali de Alagona Comiti Mistrectæ Mag. Justitiario directa, ut in possessionem Granciarum in Territorio Calatajeronis, Leontini, ac Paternionis existentium, Monasterium Roccæamatoris induceretur[f]. Id quod etiam sequenti anno fuit confirmatum. 1365 1366

VII. *F. Nicolaus de Pirecta* sub Martino Rege hanc Abbatiam tenuit, ut ex quadam provisione de an. 1396. in Reg. Cancellariæ eruimus. 1396

Hic, cum F. Petro Roccadiæ Abbati uncias decem mutuo dedisset, ac ille, ea non exoluta summa, è vivis excessisset, eidem Regi Martino supplicavit, ut ex ejusdem Roccadiæ Cœnobii bonis sibi satisfieret, quod & obtinuit ex literis Catanæ die 10. Aprilis 1397.[g] Illum perperam Abbatiam administrantem, Rex sequenti anno ab regimine excedere coegit, scripsitque Messanensi Straticoto, ut bonis Monasterii moderandis una cum Nicolao intenderet, nec aliquid Abbati liceret, sine Straticoti facultate, in Abbatiæ, ejusque bonorum cura administranda. Id quod denuo *quibusvis Apostolicis Bullis factis, aut faciendis non obstantibus* decrevit[h]. Sublato è vivis Nicolao, novo adlabente sæculo 1397 1398

VIII. *F. Angelus* Abbas constituitur ab eodem Martino Rege, qui ei reatum rebellionis remi-

[b] Ex Tabul. S. Nicolai Cam...
[c] Ibid. Reg. Privileg.
[d] Ibid. ...
[e] Ex Notit. ... Monast. ...
[f] Reg. Cancell. anno ... fol. ...
[g] Reg. Cancell. anno ...
[h] Reg. Cancell. anno 1398. fol. ... & 91.

Anno Christi

remisit; precibus Procerum mediantibus, ac illum in sui gratiam recepit, scriptis ad id literis in Terra Francofontis die 5. Februarii
1400 1400.[a] Nec his contentus Rex, eumdem inter suos Regios Capellanos adscripsit, jura, proventus, ac dignitates muneri hujusmodi debitas attribuens, datis in Monasterio S. Nicolai de Arena literis die 31. Julii Indictionis
1402 4. 1402.[b] Eidem forte Abbati Alphonsus Rex præcepit, ut mortuo Abbate Noariæ illius Cœnobii bona curaret: atque concessiones de terris factas revocaret, ex diplomate Panormi
1422 scripto die 12. Julii 1422.[c]

IX. *F. Bartholomæus de Compagno*, cui Alphonsus Rex causam Angeli Annone Canonici Messanensis anno 1435. commisit, ut illum in pos-
1435 sessionem beneficiorum S. Hippolyti Castrileonis immitteret, datis literis 4. Maji.[d] Idem ab Eugenio IV. PP. Delegatus Apostolicus constituitur, pro unione Prioratus S. Mariæ Vallis Josaphat Paternionis cum celebri S. Nicolai de Arena Abbatia statuenda, ex literis sub
1443 dat. Romæ 14. Kal. Januarii 1443.[e] Quod munus etiam laudabiliter obivit, una cum Abbate ejusdem S. Nicolai pro tradenda possessione Monasterii Maniacensis Placido de Campulo, ut Auctor est Placidus Samperius.[f]

X. *F. N.* Hunc Romanus Pontifex Paulus II. Commissarium Apostolicum delegit, ut contra occupantes bona, ac jura Monasterii Monialium S. Gregorii de Messana excommunicationis sententiam proferret, ex diplomate an.
1466 1466. Romæ signato[g].

a Ibidem hoc anno.
b Ibidem hoc anno.
c Can. eo an.
d Ibidem eo anno.
e Ex Tabul. S. Nicolai Catan.
f Iconol. p. 2. cap. 31.
g Not. hujus Abb. mss.

De Abbatibus Commendatariis.

I. JOannes *Cardinalis Albanus* in reg. Cancellariæ[h] Abbas Roccæmatoris à Rege
1488 nominatus anno 1488. dicitur. Quis porrò Joannes iste fuerit, ignoramus; sub Xysto IV. PP. ad Innocentii VIII. tempora Joannes Balves Gallus Andegavensis Epis. Card. Episc. Albanus apud Ciaconium legitur; at quonam jure externus homo, ac proprio Regi infensus ad nostram hanc Abbatiam evectus? Translato Joanne 1490. Georgius Costa Albanus Episcopus fuit constitutus, cui etiam electio in Abbatem vix congruit. Errorem igitur in Cancellariæ regestum irrepsisse putamus, quem emendare vix possumus.

h Reg. de eo an. 1488.

II. *Andreas* cujus gesta, ac cognomen prorsus latent. A Ferdinando Catholico certè præsentatus, cum anno 1506. circiter mortem oppetiisset, locum, ac dignitatem

III. *Petro Isvaglies* Messanensi S. R. E. Cardinali, Regino nuncupato, reliquit. Hic genere obscuro natus, virtute autem, ac morum præstantia illustris, ad Archiepiscopalem sedem Reginam primo, mox ex Urbis Gubernatore, & Apostolico Protonotario, Ferdinandi ejusdem Regis precibus, ab Alexandro VI. PP. Sacra purpura donatur, titulo S. Ciriaci in Thermis primo, dehinc S. Pudentianæ, ac
1500 denique S. Mariæ Majoris anno 1500. Variis
1506 legationibus functus, ac muneribus, & beneficiis auctus, nostram inter alia abbatiam ex literis Regis, & Bullis Apostolicis, 4. Nonas Octobris anno 1506. obtinuit[i]; ac demum Messanensis Archiepiscopus fuit renunciatus
1510. Sed anno elapso, cum è Bohemia, ubi Legatum egerat, in Italiam remearet, Cesenæ defunctus die 22. Septembris, Romam translatus, in Ecclesiam S. Mariæ Majoris, cujus fuerat Archipresbyter, infertur. Meminit de eo Pirrus[k], Ciaconius, & alii. 1510

IV. *Carolus de Urrias* Regius Capellanus, Scutifer, ac Domesticus Pontificis ex Bullis Apostolicis sub dat. Romæ apud S. Petrum ad Vincula 7. Kal. Julii 1512. Panormi exscriptis 1512
die 18. Aprilis Ind. 3. anno 1515. Abbas Roccæmatoris eligitur[l]. Fuit Agrigentinus Decanus, Canonicus Ecclesiæ Ostiensis, ac demum Episcopus Militensis, de quo noster Pirrus[m].

Anno 1514. Regni Proceres Regi supplicarunt, ut nostrum Roccæmatoris Monasterium Hospitali Domui S. Angeli Messanensi post obitum Abbatis Caroli, in perpetuum uniretur, 1514
quibus respondit Rex: *Placet Regiæ Majestati destinare literas opportunas Summo Pontifici, supra hoc negotio*[n]. Verum exitus, unionis hujusmodi evanuisse tractatum, arguit; post Carolum enim

V. *Valerianum de Quiros* Hispanum nostri Cœnobii Abbatem invenio in notitiis mss. ejusdem à D. Pio Reitano Generali Cisterciensium in Sicilia Visitatore, nobis communicatis, circa annum 1517. cui 1518. 1518

VI. *Hieronymus Bononia* Panormitanus nobilissimi generis, Fabii Bononiæ, & Lauriæ Septimo filius sufficitur. Hunc Milevitanum Canonicum, & S. Petri de Palatio 1516. mox Metropolitanæ Panormi Ecclesiæ, Abbatem S. Philippi de Grandis, Sacellanum Regium Caroli Augusti Rom. Imperatoris, SS. Trinitatis Deliæ Priorem Pirrus[o], Abbatem, ac Magistrum Sacræ mansionis Mongitore[p] produnt.

Cum autem Regi esset carissimus, testandi facultate ab eo impetrata, ab onere spolii ob præstita servitia eximitur, ex literis in oppido Massoreto die 6. Martii anno 1534. Panormi exscriptis die 31. Decembris 1536.[q] Denique ad Episcopatum Syracusanum assumptus, in ea sede administranda, cum aliquandiu strenuam navasset operam, ac Concilio etiam Tridentino interfuisset, meritis locupletissimus è vivis decessit; de quo eximia enarrat Pirrus ibidem. Meminere de eo Mugnos Theat. Gen.[r] Baldassar Bononia, & alii. 1534 1536

VII. *Lopes de Soria* ob Hieronymi ad Episcopatum assumptionem, Abbas nostri Cœnobii renunciatur ex Bullis Apostolicis apud S. Petrum 6. Kal. Maji 1541. Panormi exscriptis die 8. Augusti. Fuit hic S. Philippi de Grandis Basiliensis Ordinis etiam Abbas, Deliæ Prior, ex Bullis eodem anno die 17. Julii, obiitque ex Pirro anno 1546.[s] à quo Abbas Noariæ dicitur. 1541

VIII. *Joannes Matthæus Papardo* Nobilis Messanensis nostra Abbatia donatur ex Regis consensu, & Bullis Apostolicis 18. Kalend. Decemb. 1544. apud S. Petrum, Panormi exscriptis die 1544

i Reg. Canc. eo an. fol. ... apud Barber. in Capibr.
k Pirr. lib. ... L. Ciac. in Albertin.
l Reg. Canc. ... 15. ann. 1515.
m Lib. 3. p. ...
n In Regiis ... Fund. Reg. ... fo. ...
o Lib. 1. ...
p Not. Mansion. cap. ...
q Reg. Canc. eo anno.
r Tom. 1. ... lib. de Famil. Bononia.
s Lib. 4. p. ...

Anno Christi
1545 die 26. Februarii 1545. cujus opera anno 1551. A
die 9. Martii Indict. 10. per acta Francisci Riz-
zo Messanensis, Bartholomæi de Lucy Fundato-
ris Privilegium in publicis Tabulis exscribi-
1551 tur. Sub eo Abbate Jacobus de Arnedo Regis
nomine Cœnobium perlustravit, ac plurima
Monachis, & cultui sacro utilia decrevit; Au-
tographa denique Privilegia in Thesaurum
Messanensem, authenticis copiis in Monaste-
rio relictis, per acta Marii Procopio Messa-
nensis intulit anno 1558. die 2. Martii Indict.
2.[a] Post Joannem B

a Ex Act. visitat. in Tab. Conv.

IX. *Oliverius Pignorius*, Clericus Neapoli-
tanus, nobili genere exortus, dignitatem as-
sequitur ex Regis literis, & Bullis Apostolicis,
una cum onere solvendi pensionis nomine Al-
phonso de Torres Hispano scutata 200. quoli-
bet anno, sub dat. Romæ apud S. Petrum pri-
1569 die Kalen. Martii 1569. Panor. exscript. die 9.
1570 Februarii 1570.[b] Hujus Abbatis stemmata, ac
nomen marmori insculpta, in pariete peristylii
contra sacrarii ostium adhuc servantur. 1573.
1573 *Oliverius Pignorius M. F. Patritius Neapolita-* C
1583 *nus Abbas PP.* Anno 1583. Abbatia nostra à
Francisco de Puteo Regis nomine visitatur.

b Reg. Canc. eo anno.

X. *Nicolaus Severinus* Syracusanus ob Oli-
verii mortem Abbas renunciatus, Rege volen-
te, ac Pontifice confirmante Romæ die 15. A-
1584 prilis 1584. statim exoravit, ut ejus Mona-
1585 sterium à pensionibus, atque oneribus absolve-
retur sub die 18. Septembris 1585.[c] Claruit
Nicolaus eximiis virtutibus, variisque di-
gnitatibus auctus, ac muneribus perfunctus:
ab anno enim 1551. Canonicus Metropolitanæ D
Ecclesiæ Panormi, dehinc Archiepiscopi Lo-
mellini Generalis Vicarius fuit. Decessit e vita
1589 Panormi, die 1. Octobris 1589. sepultus in
Ecclesia Sacræ Mansionis. De eo Pirrus me-
minit[d] cum laude.

c Reg. Canc. & Proth. eo anno.
d Not. Panor. lib. 2.

XI. *Silvester Maurolycus* Francisci Abbatis
celeberrimi ex Fratre Nepos, Messanensis, no-
bilitate generis illustris, sed animi virtute,
ac scientia nobilior. Hic in Hispania diu ver-
satus, Philippo Regi in instruenda Bibliotheca
Escurialensis Cœnobii operam suam probavit, E
ac selectiores Græcos, Latinos, Chaldaicos,
Arabicos Codices mss., ex tota pene Europa
collectos, in eamdem intulit, ut ipsemet te-
statur in inscriptione, quam inferius dabi-
mus. Inter Regios Capellanos cooptatus an-
no 1586. Abbas S. Mariæ de Gala, mox ex Re-
giis literis 10. Augusti 1588. Consiliarius, &
1592 familiaris Regius, tandemque anno 1592. ad
Abbatiam nostram est assumptus; cujus Cœno-
bium nobili Peristylio 20. columnis suffulto
1602 ornavit anno 1602. id quod inscriptio marmo- F
ri insculpta, pro foribus Aulæ Capituli apposi-
ta, olim edocebat ab ipsomet Maurolyco allata.[e]

e Occa. Rel. l. 2. f. 149.

D.O.M.D. *Sylvester Maurolycus Mess. Patr. ex ill. Marulorum familia ortus, S. T. D. hujus Almi Cœnobii Abbas, Philippi II. Hispaniæ, & Siciliæ Regis auspiciis, post Europæ Provincias peragratas, & Excurialis Cœnobii, quod Rex ipse instar miraculi in Hispan. erexerat Regiam Bibliothecam trecentis, & amplius voluminibus manuscriptis, undique collectis illustratam, hanc Claustrorum ædem columnarum Ordine conspi-* 1602
cuam in honorem SS. Deiparæ Virginis Roccæa-
matoris splendidissimo erexit apparatu anno Do-
mini 1602. Verum hodie ea inscriptio non ap-
paret, cujus loco hæc alia legentibus patet.

Deiparæ Virgini Monasterium hoc Ordinis Cisterciensis Bartholomæus de Luce Comes Paternionis dicavit anno Domini 1197. ad imitationem illius, quod in Gallia Narbonensi à prærupta rupe, & Amatore SS. Fundatore nomen habet. Hoc Sylvester Maurolycus Messana Nobilis, magni illius Maurolyci Mathematicorum undique confluentium Oraculi, nepos, Theologus, & Abbas te Lector admonuit anno 1602. 1602

Plura edidit noster Abbas, quæ ipsemet
enumerat loco citato, & ab eruditissimo Mon-
gitore recensentur in sua Bibliotheca Sicula[f].
Anno 1613. superstes adhuc florebat, sed mox 1613
viam universæ carnis ingressus

f Tom. 2. fol. 226.

XII. *Marium Cirino* Nobilem Messanensem
successorem accepit ex literis Regiis in oppi-
do de Lerma die 19. Octobris 1614.[g] De eo 1614
Placidus Samperi in sua Iconologia. Hunc
mox excepit

g Reg. Prot. eo an. f. 32.

XIII. *Gaspar Castiglia* Panormitanus, qui
& ipse brevi etiam vixit, demortuus Panor-
mi atque in Ecclesia Oratorii S. Philippi Ne-
rii sepultus die 28. Februarii 1619.[h] 1619

XIV. *N.* cujus gesta, ac nomen ignoramus.

h Ex Mong. mot. ms.

XV. *Desiderius Scalia* Cremonensis, Ordi-
nis Prædicatorum ex Generali S. Romanæ In-
quisitionis Commissario Presbyter Cardinalis
à Paulo V. PP. renunciatus titulo S. Clemen-
tis, nostra hac Abbatia ex Bullis Apostolicis,
sub dat. Romæ die 12. Decembris 1634.[i] fuit 1634
insignitus. Hunc laudat Ciaconius ab inge-
nio, virtute, munificentia, ac humanitate[K].
Fuit Melphiensis Episcopus; dehinc Comen-
sis, decessit è vivis septuagenarius mense Ju-
lio 1639. sepultus in Ecclesia sui tituli. 1639

i Reg. Prot. eo an. fol. 176.
K In Paul. 5.

XVI. *Carolus Medices* Florentinus, Ferdi-
nandi I. Ducis Etruriæ filius, S. R. E. Car- 1640
dinalis Diac. titulo S. Mariæ in Dominica,
mox Presbyter tituli S. Xysti, nostræ Abba-
tiæ præficitur ex literis Regis Cæsaraugustæ
11. Augusti 1643.[l] simul cum Abbatia S. Pe- 1643
tri, & Pauli de Itala, quam ab anno 1640.
fuerat assecutus. Idem S. Galgani Senensis,
Æsinæ, Claravallis, & Insulanæ, Monasteria
Commendator administravit, ac splendidio-
ra, aucto Divino cultu, reddidit. Sabinen-
sis Episcopus ab Innocentio X. die 9. Martii
1645. declaratus, Tusculanus, Portuensis, 1645
tandemque Ostiensis, ac Sacri Senatus De-
canus eligitur.

l Reg. Prot. eo ann. fol. 141. & Canc. ann. 1643. f. 81.

Anno 1644. conquesti Siculi, quod ad Ab-
batiam Roccæamatoris externus homo dele-
ctus esset, cum Nationalibus, jure alterna-
tivæ ea deberetur, literas Regias obtinuerunt
pro compensatione hujus dignitatis, sub dat.
Pragæ die 20. Julii, Panormi exscriptas, 29. 1646
Maji anno 1646.[m] Obiit noster Abbas septua-
genarius Florentiæ 1666. 51. Cardinalatus
anno sepultus in Sacello S. Laurentii. De eo 1666
Ciaconius[n], & Pirrus.

m Lib. merc. hoc an. fol. 291. in Tab. Conf.
n Ciac. in Paul. 5. Pirr. lib. 4. par. 1.

XVII.

Anno Christi 1667 XVII. *Aloysius Moncada* Montis Alti Dux, S. Rom. Eccl. Cardinalis, Abbas electus ex literis anno 1667. qui mox à solutione Tandarum Regiarum eximitur ex literis sub dat.
1669 Matriti die 7. Octobris 1669. Panormi exscriptis 7. Januarii 1670. [a] Fuit etiam Abbas S. Mariæ de Noaria, ubi de eo nos fusius; de-
1671 cessit ex hac vita Matriti anno 1671.

XVIII. *Carolus Pius* Ferrariensis alterius Caroli Pii Sacri Collegii olim Decani Nepos, ab Innocentio X. PP. anno 1654. inter S. R. E. Cardinales adscriptus, cum Diaconia S. Mariæ in Dominica, quam progressu temporis cum illa S. Eustachii commutavit, ac inter Presbyteros admissus, dehinc titulum S. Priscæ obtinuit, Abbas nostri Cœnobii renunciatur ex Regiis literis Matriti die 15. No-
1672 vembris 1672. [b] Hic, ut Oldoinus est testis [c], eximiam suæ gentis claritatem, morum suavitate, rerum usu, prudentia, aliarumque adauxit semper splendore virtutum; Legatus etiam Apostolicus Urbini Ducatum optimè gubernavit. Ferrariæ Episcopus declaratus, per aliquot annos præfuit cum laude. Obiit tandem Romæ anno 1686. die 13. Februarii. Ast Abbatiæ nostræ Nuncium remiserat ab anno 1681., quo ad Mansionem translatus, ut in monumentis ejusdem Mongitore, successorem acceperat

XIX. *Carolum Riggio* genere Nobilem, Patria Panormitanum, ex Principibus Campi Floridi progenitum, qui Philippo IV. Hispaniarum Regi, ac Carolo II. à Cortinis, cum diu Matriti vixisset, S. Mariæ de Gala primum Basiliensis Ordinis, mox noster Abbas eligitur, postmodum Archimandrita, tandemque Episcopus Mazarensis renunciatus est.

XX. *Vincentius Muni, & Pallotta*, Pactensis, Regius Capellanus ex literis Regis Matri-
1682 ti die 20. Octobris 1682. Abbatiam Roccæamatoris obtinuit. Porro cum sæpius Monachi conquererentur, pecunias sibi pro victu, & Ecclesiæ cultu debitas congruis temporibus minime exolvi, Vincentius noster quosdam terræ tractus circa Cœnobium, ac census omnes Abbatiæ pro fabrica, cultu, & ornamentis
1689 Ecclesiæ, anno 1689. illis assignavit, onere adjecto, ut terræ scilicet beneficiis augerentur quotannis, inita ad id conventione cum Gregorio Romano totius Ordinis in Sicilia Generali Procuratore, qua & Monasterii commodo, & Monachorum quieti, optimè consuluit. Vixit ad multam senectutem; post quem

XXI. *Joseph Gaion*, Gallus Episcopus Gabelicensis assumitur ex literis Regis, Matriti die 17. Junii 1708. Panormi exscriptis die 28. Maji Anno Christi 1708
sequentis anni [d], qui Monachis præcipuè addictum sese exhibuit. Sub eo Eccl. Monasterii reparatur opera P. D. Augustini Gemelli Messanensis Ordinis Cisterciensis in Sicilia Generalis Vicarii, ac Chorus affabre ex nuce elabora- 1712
tus, instituitur, ut recens inscriptio edocet, hæc habens.

D. O. M. Reverendissimus P. S. T. M. D. Augustinus Gemelli Vicarius Generalis Cisterciensis Templum hoc ob vetustatem ruinam minans restauravit, & in hanc novam formam augustius exornavit anno Domini MDCCXII.

Vivit Joseph, atque in dies novis beneficiis 1730
Monachorum demeretur amorem.

Degunt nostro in Cęnobio Monachi ad numerum sexdecim, ubi & Novitii ad probationem, atq; ad solemnem etiam professionem admittuntur. Vigent tùm Philosophiæ, tùm Theologiæ studia, ac sedes, ut plurimum est Vicarii Generalis totius Ordinis in Sicilia, quo munere post Augustinum Gemelli, qui per annos sex & viginti illud rexit, hodie fungitur Reverendissimus P. D. Pius Reitano ex primaria nobilitate Messanæ ortus, virtute non minus, quam morum comitate præcipuus, cui non pauca, quæ hucusque dedimus debemus. Proventus Abbatiæ scutata 1729. onera scutata 890. remanent pro Abbate scutata 839. Hic in Regni Comitiis locum tenet, votumque profert 22.

Asservantur in ejusdem Cœnobii Sacrario quamplurimę Sanctorum Reliquię, quarum pręcipuæ. *Ex ligno S. Crucis, ex ossibus S. Luciæ V. & M. S. Margharitæ Virg. & Mar., & S. Victoriæ, de S. Sebastiano Mar. de S. Blasio, de S. Ignatio*, atque *ex Ossibus aliorum Sanctorum Martyrum*, quorum nomina longum esset recensere. *Ex Osse Coxendinis S. Nicolai* Netini Monachi Cisterciensis, atque *ex pelle, & sanguine* ejusdem.

Ecclesiæ denique suffraganeæ, olim erant. 1. Ecclesia *S. Mariæ de Nive* in edito colle, qui Oppidi Zaffariæ terminos, à Lardaria dividit, hodie diruta. 2. *S. Mariæ de Spiritu Sancto* extra mœnia urbis Messanæ propè Portam Imperialem, quæ hodie à Monialibus ejusdem Ordinis Cisterciensis, ex concessione Monachorum incolitur. 3. *S. Leonis* in suburbio Paternionis, hodie sub titulo Spiritus Sancti. 4. *S. Mariæ* in urbe Calatajeronis, in qua sodalitas his diebus Laicorum degit. 5. *S. Cataldi* in Territorio Mænarum diruta. Messanæ denique pro Monachis infirmis, ac negotia agentibus, Granciam habet.

a Reg. Prot. eo an. f. 18.

b Reg. Prot. eo an. f. 65.

c In vita Innoc. X. tom. 4.

d Reg. Cancell. eo an.

NOTITIA SECUNDA

SANCTI SPIRITUS PANORMI.

Cisterciensis Benedictinæ Familiæ Coloniam jam ab ipsius Sancti Bernardi ævo
1145 Panormum deductam anno 1145. intra Ecclesiam S. Nicolai de Gurguro, hodie S. Mariæ de Gratia, prope Pontem *de la Grazia*, Sicula monumenta testantur, multisque ostendit in sua de Ecclesiis Panormitanæ Urbis Historia doctissimus Mongitore [a], & nos alibi dicemus in Notitia S. Mariæ de Noara: at longè celebrior Monasterii S. Spiritus extra mœnia ejus-

a De Eccl. Ordin. Cisterciensi.

Anno Christi 1173

ejusdem urbis fundatio, quam anno 1173. consignant Tabulæ chronologicæ, seu Genesis Ecclesiarum Claravallensium, apud Manriquez [a]; de ea sic idem habet.

[a] Ad ann. 1183. c. 6. num. 1. t. 2. Ann. Cist.

Prima fundatio præsentis anni Spiritui Sancto sacrata est, si sub alio instituto non præcessit, quod probabilius censeo, prima, quæ ab initio Cisterciensis, Virginem non agnovit, quamvis re vera in melius commutavit. Concessum id fortasse fundatoribus, & eorum pietati, nec reputatum displicere Virgini, quod S. Spiritus pro ea subrogaretur. Abbatia in Regno Siciliæ sita juxta Panormum, Auctorem habuit Walterum Archiepiscopum Urbis, Promotorem Guillelmum Regem Siculum, Monachos ex Sambucina vocatos, (est Sambucinæ Cœnobium in Calabria diœcesis Bisignianensis anno 1160. fundatum) *qui novum Monasterium permagnifice structum inhabitarent. De situ loci, Fundatoribusque ita Thomas Fazellus dec. 1. lib. 8. cap. unico* [b] *fol. 187. de rebus Siculis:* „ *Tertia Porta* (scilicet Panormi) *à S. Agatha (cujus ædicula ad passus* „ *circiter CC. ab ea dissidet.) nomen accepit;* „ *quam deinde sequitur Templum Spiritui Sancto sacrum, & Cœnobium Cisterciensis Ordinis illi adnexum, præclarum quidem, & à Gualterio Panormitano Archiepiscopo ad ripam fluminis, quod Habes nominabatur, gratia, & favore Guillelmi II. Siculi Regis conditum, ut in suo privilegio dato Panormi Mense Novembri anno salutis MCLXXIII. Guillelmus ipse testatur. Hæc ibi, qui eadem confirmat sequenti Decade, præfigens tempus, & distantiam loci ab urbe: Sub idem tempus (sed triennio postponit domum) Gualterius Panormitanus Archiepiscopus* „ *Guillelmi Regis* „ *auxilio, Templum maximum Panormi, &* „ *Cœnobium S. Spiritus Cisterciensis Ordinis* „ *(quod Panormo ad quingentos passus meridiem versus distat) condidit. Ità Fazellus.*

[b] Lib. 6. habet Manriq. ex errore ibidem.

1173

Celebre est Templum Monasterii S. Spiritus non solum in Sicilia, sed in Italia, immò in tota Europa duplici titulo, altero ob fabricæ ingentem magnificentiam, cui construendæ, dum prima fundamenta jacerentur inventum, sive à Deo oblatum thesaurum, produnt, quem Valterus insumpserit, non aliter tantum opus consummaturus; cujus (idem qui supra Thomas ait) cæmentarii dum fundamenta fodiunt, „ *ex improviso in thesaurum ingentem incidunt,* „ *quo postea Gualterum templum maximum tota Italia celeberrimum, brevi alioquin temporis interstitio, si opus conferas, perfecisse, Annales Siculorum referunt. Hæc prima causa; secunda, atque celebrior ob eas, quas vulgò vocant Vesperas Siculas celebratas ibidem, post annos centum, multo Gallorum sanguine effuso, violata Religionis, & pudicitia acri vindicta sumpta, de qua nos latè in tempore dicemus.* Et paulo post:

Refert, & idem Auctor historia dignum: prima die inchoata Cœnobii fabrica Solem Eclypsim passum, quod Siculi omnes annales testificantur. Porrò si id ad portentum referamus; non abs re erit, ut defectum Solis, futurum in ea domo Cisterciensis Instituti defectum interpretemur...... memoratur Abbatia S. Spiritus de Panormo in libris Cameræ in Archiepiscopatu Panormitano, nec nisi tribus, & triginta tantum florenis divitem aliàs domum taxatam, video.

Hucusque Manriquez; cujus de fundatione Cœnobii judicium prætereundum non est; Fazellus enim, & cum eo Siculi omnes, Regis Guillelmi diplomati infra exscribendo innixi, Monasterii originem anno 1178. consignant, ut in ipsius Fazelli opere, loco à Manriquez eodem citato, ubi expressè annum 1178. habet; Chronologia verò Cistercii anno 1173. Kalend. Julii fundatam Abbatiam S. Spiritus de Panormo exhibet, ac ne errorem in annorum notis putemus Abbatiæ etiam de Sylva Regali, Loci Dei in Dacia, & de Curiatio fundationes adjungit. Forte igitur Gualterius Archiepiscopus ab hoc anno 1173. Cœnobium molitus, sub Regia Guillelmi II. protectione suscipiendum, non nisi quinto post anno obtulit, quo datum ipsius diploma legimus; hinc nostri ex diplomatis elargitione Monasterii ortum colligentes, ad 1178. deduxerunt.

1173

1178

At quæ de thesauro invento, & in constructione templi Monasterii consumpto, subjungit idem Annalista, prorsus non congruunt: loquitur enim Fazellus, & cum eo Siculæ Historiæ de Templo maximo urbis Panormi à Gualterio fundato, tota Italia celeberrimo. Certè, quæ extant veteris Ecclesiæ Monasterii vestigia, quibus superinstructa nova cernitur, magnificentiam redolent, & parem pene Architecturæ ordinem referunt, ac maximum Panormi Templum; cæterum minimè thesauro absorbendo parem structuram indicant. Templi verò maximi nedum interna, sed externa præcipuè constructio oculos intuentium in admirationem adducit, ingentemque pecuniæ vim impensam arguit.

De Gualterio Archiepiscopo Fundatore Regis Guillelmi Familiari, satis noster Pirrus, [c] qui tamen Guillelmo, non Archiepiscopo Monasterium attribuit ex errore, cum ex ipsius diplomatis contextu contrarium evincatur. En illud.

[c] Not. Eccl. Pan. lib. 1.

In Nomine Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi Amen. W. Divina favente Clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Licet ad decorandam Regiæ celsitudinis dignitatem, officia virtutum universa conveniant, duæ tamen potissimum, & Regum nomen amplificant, & Regni solium inconcussa firmitate stabiliunt; alterum, quod Divinæ Pietatis intuitu de Regia munificentia misericorditer exhibetur; Alterum, quod devotione Fidelium, & obsequio meritorum digna compensatione prosequitur. Hinc est, quod nos attendentes pium, & laudabile opus tuum, Gualteri Venerabilis Panormitane Archiepiscope, dilecte, fidelis, & Familiaris noster, scilicet Abbatiam juxtà Regulam Beati Benedicti, & Ordinem Cisterciensem, quam ad honorem Sancti Spiritus de gratia, & favore nostro ædificari fecisti extrà mœnia felicis Urbis Nostræ Pa-

normi, super ripam fluminis, quod Habes dicitur; Considerantes etiam gratissima nobis tua fidelitatis obsequia, qua nobis à beatis primordiis nostri fortunati Regiminis familiarius impendisti; placuit Majestati nostra causa Dei, & status salutis nostra, respectu quoque gratissimi servitii tui, prenominatam Abbatiam, tamquam opus misericordia, quod totum debuerit, Regia liberalitatis munere pravenire, & ei nostra munificentia gratia providere. De more itaque residentibus nobis in Palatio felicis Urbis nostra Panormi, prasentibus familiaribus Sacra Curia nostra, & aliis quampluribus fidelibus nostris, damus, concedimus, & perpetuò confirmamus pradicta Abbatia Ecclesiam nostram S. Joannis, qua sita est intra mœnia urbis nostra propè Castellum Maris cum Casalibus, hominibus, vineis, terris, pomariis, & omnibus justis tenimentis, & possessionibus suis, undecumque, & ubicumque de eis haberi, & teneri dignoscitur, de quibus hac propriis duximus vocabulis exprimenda: Ecclesiam S. Maria .... Et Ecclesiam S. Petri de Impexo cum Casalibus earumdem Ecclesiarum, qua sunt de Tenimento ejusdem Ecclesia S. Joannis, & ut amodo in perpetuum Ecclesia ipsa Beati Joannis cum omnibus pertinentiis suis, sicut supra dictum est, sit ejusdem Abbatia liberè, & quietè; & Abbates, qui regulariter, & juxtà Ordinem Cistercienfium statuti fuerint in eadem, ordinent, & disponant Ecclesiam ipsam Sancti Joannis cum omnibus pertinentiis suis; ut dictum est, ad usum, servitium, & utilitatem ejusdem Abbatia, tamquam jus, & obedientiam suam, nemine contradicente. Damus similiter, & concedimus prafata Abbatia Ecclesiam S. Pantaleonis cum pertinentiis Casalis Galli Rebalsuat, cum tenimento suo, Ecclesiam S. Nicolai de Misilmiro cum cannetis, ac terris suis, qua sunt ultrà flumen Misilmiri, & alias terras ad quinque pericla bovum; juxtà flumen prafatum ex altera parte; concedimus insuper, & confirmamus, dicta Abbatia viridarium, quod Domina Margharita gloriosa Regina carissima Mater nostra concessione, & voluntate nostra eidem Abbatia dedit, & concessit cum vineis, cannetis, aquis, & justis tenimentis suis, quod viridarium est secus ipsam Abbatiam trans memoratum flumen Habes, ut amodo omni futuro tempore teneat, & habeat viridarium ipsum cum omnibus, sicut pradictum est, rationibus suis, & utatur eo, utpotè jure suo, sine aliqua contradictione, & calumnia. Volumus praterea, & mandamus, ut de iis, qua Fratres ipsius Abbatia immiserint, vel extraxerint per Portas Civitatis Panormi, & in eadem Civitate emere, vel vendere voluerint ad opus ejusdem Abbatia, sivè per mare, sivè per terram adducta fuerint, de victualibus etiam, qua de campis, & eorum agricultura percipient, si causa vendendi, extrahere de Portu Panormi voluerint, nullum jus Curia nostra persolvatur, sed eos liberos esse volumus, & immunes; de abundantiori verò munificentia liberalitatis nostra, & solita pietate concedimus, & donamus jam dicta Abbatia de reddibus Doghana nostra Panormi annis singulis in eleemosynam pro indumentis Fratrum tarenos trecentos. De tonnaria S. Georgii Barrilia quinquaginta, & de Doghana Portus Panormi viginti Barrilia vini singulis mensibus percipienda. Concedimus quoque libertatem pascuorum, & glandarum pro omnibus animalibus jam dicta Abbatia per totum demanium nostrum mandantes, ut nullus pro pradictis animalibus erbaticum, sive glandaticum exigat à fratribus ejusdem Abbatia, quin potius indulgemus, ut dicti Fratres cum animalibus eorum ab omni exactione passagii, plateatici, sive pedagii per totum nostrum demanium sint immunes. Damus etiam eidem Abbatia Barcam unam piscatoriam in Portu, & Mare Panormi liberam, & absolutam ab omni jure Portus, & Doghanà piscium, quam ad usum fratrum, & Hominum suorum in Portu, & Mare Panormi de catero liberè, & absolutè ex nostra concessione in perpetuum possidebit. Volumus insuper, ut liceat Fratribus in molendinis nostris ad opus ipsius Abbatia liberè, & absque ulla datione in perpetuum molere. Ad hac, & si aliquis de hominibus, vel servientibus prafata Abbatia fuerit appellatus de aliquo, non cogatur respondere, vel ad justitiam stare, nisi coram Abbate, aut Conventu ipsius, praterquam si de criminalibus fuerit appellatus, unde confessus, vel convictus vitam, aut membrum amittere valeat. Ad hujus autem munifica concessionis, & confirmationis nostra memoriam, & inviolabile firmamentum prasens privilegium nostrum per manus Adamarii nostri Notarii scribi, & plumbea bulla nostro Typario impressa jussimus roborari, Anno, mense, & Ind. suscriptis. Data in felici urbe Panormi per manus Gualterii venerabilis Panormitani Archiepiscopi, Matthai Regii Vicecancellarii, & Riccardi venerabilis Syracusani Episcopi Regalium familiarium. Anno Dom. Incarnat. 1178. *die* 9. *Novembris, Indic.* 11. *Regni verò Domini nostri W. Dei gratia gloriosissimi, & magnificentissimi Regis Sicilia, Ducatus Apulia, & Principatus Capua, anno* 12. *feliciter. Amen*[a]

Ex quo quidem diplomate, necdum donationes ejusdem Guillelmi Monasterio factas, sed & Margharitæ Matris ejus elargitionem didicimus, qua illa, viridario, ac terris propè Cœnobium attributis, Archiepiscopi Gualterii cumulavit munera. Jam verò primus S. Spiritus Abbas, cujus extat nomen,

I. *F. Alexander* memoratur, sub quo, ut scribit Pirrus[b], Ecclesia, ac Prioratu S. Mariæ de Altoplano in Agro Thusæ ad tria millia pass. ab Oppido S. Mauri nostrum Cœnobium donatur à Guarneria Giracii Comitissa, ut inserviat Monachis pro Hospitio, & Grancia, sub die 21. Novembris Indict. 3. anno 1196. quæ ex maxima etiam benignitate annuos tarenos centum elargita est, pro alimentis duodecim Monachorum, in eodem Prioratu inservientium. 1196

II. *F. Joannes* Prior S. Spiritus Panormi subscribit primus in quodam Instrumento Concessionis de Casaleno juxtà Portam Thermarum

[a] Ex Tabul. magni valetud. Pan.

[b] Not. 5. L. 1.

Anno Christi 1236 marum Panormi mense Septembris Indic. 9. Anno 1236. Instrumentum habes integrum in Monu: Mansionis eruditiss. Mongitore cap. 4. fol. 33.

1264 III. *F. Sanctorus* nostri Cœnobii Abbas ex tabul. Benedicti Notar. Panorm. anno 1264. 13. Aprilis 7. Indic. confirmavit suprememoratam concessionem F. Joanni de Welchom. Preceptori Mansionis; ut idem refert Mongitore.

1306 IV. *F. Gualterius de Manna* anno 1306. sub Friderico Rege Abbatem S. Spiritus agebat, quem Fridericus testem voluit in solemni Monasterii S. Mariæ de Parco, seu Altifontis fundatione, mortuumque sequenti anno in suo diplomate refert; ait enim inter alia, *& in præsentia multarum personarum nobilium, & Canonicorum Panormitanæ Ecclesiæ, præsenti etiam quondam Domino Gualterio de Manna Venerabili Abbati, Monasterii S. Spiritus de Panormo, & pro parte Abbatis, & Conventus, qui futuri erunt in dicto Monasterio, oblationem nostram hujusmodi, & ejusdem loci de manibus nostris recipiente, &c.* [a]

1307

1363

a Ex Capib. de Mon. Parci.

V. *F. Antonius*, cujus precibus Urbanus V. PP. Archiepiscopo Montisregalis perscripsit, ut in occupantes bona Monasterii S. Spiritus juxta Canonicas Sanctiones animadverteret; eosque ad restitutionem eorumdem bonorum compelleret, dato Avin. diplomate 7. Kal. Maji Pontificatus sui anno primo, Domini verò 1336. [b]. Post Antonium

b Ex Tabul. Magni Valetudinar. Panormitani.

1371 VI. *F. Nicolaus de Babut* ad Monasterii S. Spiritus regimen sedit; huic enim anno 1371. committitur causa Nicolai de Altomonte Abbatis S. Mariæ de Noaria Cisterciensis Ordinis, ut in Notitia ejusdem dicemus. [c]

c Ex Reg. Cancel. eo an.

VII. *F. Hieronymus*, de quo Pirrus hæc scribit: *F. Hieronymus concessit Prioratum hunc*, scilicet S. Mariæ de Altoplano, *annexum suæ Abbatiæ S. Spiritus F. Thomæ de Cefaludo Monacho suo cum Regia confirmatione, ut in Tabulis Proton. eodem anno* 1387. *fol.* 14. [d]

1387

d Lib. 3. n. 5.

1394 VIII. *F. Antonius de S. Severino*, apud Pirrum verò *de Rigalle* circa annum 1394. Abbas S. Spiritus renunciatur, qui à Martino I. Siciliæ Rege literas exoravit, quibus ille omnibus, & singulis Panormi Administris præcepit, ut occupantes injustè Monasterii jura compescerent, ac Monachis eadem restituenda curarent, sub dat. Rendatii die 13. Augusti 1398. [e]. Id, quod etiam specialius mandavit Anello de Montalto legum Doctori, fideli, ac familiari Regio, ne scilicet molestari permitteret bona, ac redditus ejusdem Cœnobii S. Spiritus, idque ad preces Antonii Abbatis [f].

e Ibidem ut supra.

f Ibidem ex Cancellar.

1407 Anno 1407. idem Abbas revocavit à Comite Hieracensi Joanne de Vigintimilliis annuas uncias sex pro Prioratu S. Mariæ de Altoplano Thusæ, ut testatur noster Pirrus [g]. Porro cum apud Alphonsum Regem anno 1425. fuisset delatus, tamquam fornicationis macula, pessimæ vitæ fama, ac irregularitatis nota respersus, mandavit Rex suis literis, quod habita super præmissis legitima informatione, Abbas ab dignitate, ac Monasterii regimine ritè excideret; & ne vacua Abbatia mali aliquod pateretur, *Raynerium de Mauro* V. J. D. ad eamdem nominavit, cui facultatem quoque Romam adeundi pro Abbatiæ confirmatione impetranda, concessit, Cæsaraugustæ die 1. Martii 1425. [h]. Verum Processu, ut dicunt, confecto, per sententiam innocens Abbas Antonius ab impositis criminibus renunciatus, in gradum pristinum restitutus, nova Regis provisione, fuit; in qua Alphonsus privilegium Raynerio de Mauro concessum revocando, perscripsit, ut Antonius tùm in Abbatiæ S. Spiritus, tùm Ecclesiæ S. Joannis de Castro Maris Panormi possessionem induceretur, easque ut jam per triginta annos laudabiliter consuevit, in posterum administraret, sub dat. Valentiæ die 30. Octobris 1426. [i]. Præfuit post hæc Antonius pluribus annis, atque ab Eugenio IV. PP. exorato diplomate Idibus Januarii 1433. Mazarensi Episcopo directo, quo huic mandabat Pontifex, ut contra occupantes bona mobilia, & immobilia Monasterii, prævils admonitionibus Canonicis, sententiam excommunicationis infligeret [k], in bona senectute Mundo nuncium remisit.

g Ibidem lib. 3.

1425

Anno Christi 1426

h Reg. Canc. hoc anno.

1426

i Ibidem ut Canc. eo an.

1433

k Ex Tabul. magni Valetud. Panorm.

Fortè eidem Antonio ejusdem Eugenii diploma datum credimus anno 1435. favore Guillelmi Vitalis S. Petri de Palatio Cantoris, ac Capellani majoris [l].

1435

l Pirr. ex n. S. Petri de Palatio.

IX. *F. Bonifacius de Bono*, Monachus Monasterii S. Mariæ de Nova, de terra Mosmellis, Cisterciensis Ordinis, è quo primum ad Prioratus S. Mariæ Vallis Josaphat Paterniohis, & S. Mariæ Magdalenæ assumptus anno 1443. mox statim, antequam possessionem eorum iniret, Abbatia S. Spiritus Panormi donatur [m]. Huic, laudatus Eugenius literas dedit 4. Kal. Februarii 1443. Pontificatus sui anno 13. Romæ apud Sanctum Petrum, ut Monachos sibi assumeret ex quocumque Cœnobio Cisterciensis Ordinis, ad suum S. Spiritus Panormi in regulari observantia reformandum, ac divinum in eo cultum reparandum, [n] eorum etiam Abbatibus invitis.

1443

m Ex Tab. S. Nicol. de Arena, Cat.

Anno 1440. Joannem de Peralta S. Spiritus Abbatem, dicit noster Pirrus lib. 3. [o]. Sed forte id credimus apud eumdem ex errore irrepsisse.

n Ex Tabul. magni Valetud. Panorm.

o Lib. 3. n. 4.

X. *F. Joannes de Osca* Regis Alphonsi voluntate Abbas S. Spiritus eligitur, atque à Pontifice confirmatur ex Bullis Apostolicis in Regno exscriptis anno 1452. [p] Fuit Joannes Regius Eleemosynarius, eximiisque virtutibus excelluit. Bono intendens Monasterii, ipsum redditibus auxit, ac spiritualibus etiam suorum profectibus vacans, à Balthassare de Monte S. Mariæ in Georgis Ordinis Minorum, Conventus Montis Sion in Jerusalem Guardiano exoravit, ut Monachi S. Spiritus suffragiis prædicti Montis Sion Conventus fruerentur, ac spiritualia beneficia participarent, ut ex ejusdem Guardiani literis, sub die 8. Augusti 1453. Post hæc, & alia præclara gesta decessit Joannes è vivis, ac in suo S. Spiritus Cœnobio tumulatus, nobili hac Epigraphe honoratur.

1452

p Reg. Canc. eo anno. fol. 223. apud Cepiberv.

1453

Anno Christi

Regius Alphonsi Joannes Osca Minister,
Annua Pauperibus munera sacra dabat.
Abbas Cœnobii præsentis indè creatus,
Fructibus, atque Agris auxit, & ipse domum.
Matris post Obitum, Patris hic Corpore misso,
Liber ad ætherea Sydera fecit iter.

Aloysius Adjover præmemorato Abbati charissimo Patruo suo hoc monumentum constrni fecit. Cernitur marmoreum vas amplissimum, desuper insculptis familiæ insigniis, ad hæc nostra tempora, ipsiusque Joannis in vestibus Pontificiis imagine affixa cum allata inscriptione in sinistra Ecclesiæ navi contra Capellam Christi Domini è Cruce pendentis.

De Abbatibus Commendatariis.

I. MArcus *Barbus* Venetus Pauli II. PP. Patruelis, Episcopus Vicentinus, & Patriarcha Aquilejensis, S. R. E. Cardinalis Tit. S. Marci, ob Joannis mortem ad Abbatiam S. Spiritus assumitur, ejusdem Pauli II. rescripto, sub dat. Romæ 7. Idus Novembris 1468. Pontificatus sui anno 8. ac Regi commendatur [a]. Verum Siciliæ Prorex *Antonium de Vigintimilliis* Comitis Hieracensis filium hac dignitate auxerat, datis Panormi literis eodem anno [b] qui etiam S. Mariæ de Cripta Abbatia potiebatur; nihilominus Cardinalis electio stetit; quò agente Pontifex Maximus Vicariis Panormitano, & Mazarensi præcepit, ut occupantes bona, & Jura Monasterii S. Spiritus compescerent, & malè alienata restitui Monachis, & Abbati curarent, dato diplomate Idibus Januariis 1469. [c]; id quod etiam ejusdem opera 6. kalendas Maji 1482. Xystus, & ipse Rom. Pontifex suis Bullis perscripsit [d]. Noster Abbas Cardinalis multis legationibus functus magno Ecclesiæ bono, & sui gloria non modica, 6. Nonas Martii 1491. mortalitatem exuit, Romæ in Ecclesia sui Tituli nobili Epigraphe tumulatus. Illum miti ingenio præditum, morum gravitate, & rerum usu præstantem Victorellus apud Ciaconium deprædicat [e], sed & scientia, ac Græcæ linguæ peritia, denique vitæ innocentia nulli secundum Ciaconius ipse prodit. Post quem

1468
a Ex Tabul. magni Valetud. Panorm.
b Ibidem.
1469
c Lib Mercedum in Tab. Conf. hoc anno 2. Indict.
1482
d Ex Tabul. magn. Valetud. Panormitani.
1491
e In Rom. Pontific. t. 2. an. 1465. fol. 1141.

II. *Laurentius Cibo* Jannensis, Archiepiscopus Beneventanus, S. R. E. Cardinalis Tit. S. Cæciliæ, denique Albanus, Tusculanus, & Prænestinus Episcopus, Innocentii VIII. nepos, ex bullis die 26. Julii 1491. Abbas S. Spiritus renunciatur [f]. At Ferdinandi Regis voluntate *Alphonso de Aragonia* Cæsaraugustano Archiepiscopo in vim Regiæ expectativæ, ut dicunt, simul Abbatia confertur; quare Rex præcepit, ne Cardinalis Laurentii Bullæ executioni in Regno mandarentur. Diu igitur inter utrumque fuit disputatum, tandemque compositis rebus, Cardinalis cessit Alphonso Abbatiam Montis Aragonii in Regno Aragoniæ, & Alphonsus, favore Cardinalis, Regis præsentationem ad Abbatiam S. Spiritus Panormi resignavit. Præcepit ideo Rex Barchinonæ 20. Novembris, 1492. ut Bullæ Cardinalis exscriberentur; id quod impletum est Panormi eodem anno [g].

f Ex Tabul. magn. Valetud. Pan.
1492
g In Reg. Cancell. an. f. 161. Ex Capib.

Porrò dum Abbatia vacaret, & hæc inter electos agerentur, Rex mandavit Proregi, ut æs campanum Ecclesiæ de bonis Curiæ conficiendum satageret, datis literis sub die 3. Decembris 1491. De Laurentii pietate, comitate, atque ingenii, & morum præstantia multa enarrat Ciaconius [h]. Decessit sanctissimè, ut vixerat Romæ Kal. Decemb. 1503. & in sua Capella, quam dum viveret, apud Ecclesiam S. Mariæ de Populo construi curaverat, marmoreo sepulcro, ac insigni Epitaphio conditur.

Anno Christi 1491
h Tom. 3. Vit. Pon. An. 1489.
1503

Ab cujus morte Ferdinandus Rex Abbatiam cum ejus proventibus magno Panormitano Valetudinario annexam voluit, ex litteris in Villa Medinæ del Campo, 22. Aprilis 1504. & Bulla Clementis VII. 17. Octobris 1506. [i]. At Rex mutato consilio Abbatiam concessit

1504
i Ex Tabul. magni Valetud. Pan.

III. *Francisco Roboreo* Savonensi, Julii II. ex fratre nepoti, Episcopo primùm Camerinensi, mox Volaterrano, & demum Beneventano Archiepiscopo, de quo plura Ughellus in Ital. Sac. At instante Panormitano Senatu Franciscus Abbatia sponte se abdicavit, reservata sibi annua pensione aureorum 400; ideoque iterum Carolus Rex eamdem Abbatiam eidem magno Panormitano Valetudinario unitam voluit, ex literis 26. Julii 1516., & Bulla Leonis X. dat. Tuscanellæ 9. Octobris 1516.

1516

Cum anno 1573. ad urbis propugnaculum extruendum à septemtrione, Monasterium Olivetani Ordinis, sub titulo de *Spasmo* solo æquaretur, Monachis Olivetanis Cœnobium S. Spiritus reparandum, atque inhabitandum à Juratis Patribus conceditur. Hi statim manus ad opus admovent, ac brevi, instaurato Templo, atque ædificiis, Monasticam disciplinam, cultumque pristinum revocant, ut binæ edocent Tabulæ, quibus sequentes inscriptiones ad memoriam rei perennem insculptæ, quarum prima in Parastate majoris absidis hæc habet.

1573

D. O. M. Candidatus Olivetanus Ordo Monasterii S. Spiritus longo tempore diversis commendatum, vel potius, proh dolor! quadam Monachorum incuria, ita afflictum, ut cunctis desperationem reparationis afferret, delegato primo Antistite ab extremo vindicavit, & Monastica observantia reddita, in pristinam faciem, splendoremque restituit; ac Joanni Villarant Prætori opti. illiusque Collegis Patribus conscriptis eorum beneficiorum causa, grato animo dicavit, erexitque anno Domini 1573.

Alia porrò in opposita Parastate hæc exhibet.

D. O. M. Resp. Olivetana Regulari observantia B. P. Benedicti vehementer illustrata, innumerisque Pontificum privilegiis decorata, ac auspiciis Illustrissimi, & Reverendissimi Antonii Cardinalis Caraffa Protect. opt. sanctissimis legibus, & patribus opportune munita; Carolo Aragonio Castri Veterani Principi clementissimo, ac hujus Regni Præsidi felicissimo privilegio adoptionis dato, Sacellum interne donavit, consecravitque anno Domini 1573.

Denique ante ipsum Monasterii aditum advenientibus hæc etiam legenda marmori insculpta occurrunt.

Ana.

Anno Christi

Anathema Gregorii XI. In judicio non resurgat, damnatus malè pereat, cum Juda inique partem habeat, si quis hoc Monasterium quovis modo, sive ingenio violare præsumpserit. Anno Domini 1573.

Exinde igitur Olivetanæ Benedictinæ familiæ Cœnobium cessit, atque ejusdem Ordinis Abbatibus temporalibus Monachi parebant, quibus ex antiquis Cœnobii S. Spiritus bonis 40. unciæ quotannis sunt datæ. Rectores verò magni Valetudinarii Abbatis S. Spiritus titulo gaudent, ac in Regni comitiis loco 15. intersunt. Ab anno 16.... Senatu Panormitano agente, Abbates Olivetani Ordinis perpetua dignitate, ac regimine Cœnobii S. Spiritus donantur.

Ecclesia, ut supra innuimus, antiquis ruinis superextructa, antiquitatem, ac magnificentiam servat. Altare majus columnis marmoreis affabre elaboratis sufficitur, ac Tabulam celeberrimam Christi Domini Crucem bajulantis, opus Raphaelis Urbinatis, olim habebat, quæ in Hispaniam delata, atque in Excuriali locata est, ipsius exemplari in nostra hac Ecclesia relicto. Hinc indè mediocris magnitudinis Capellæ majorem absidem instruunt, & dextera Venerabili Eucharistiæ Sacramento dicata, sinistra Beatæ Mariæ Virgini, cujus pulcherrima è marmore statua extat, sacrata est. In ea sepulcra spectantur Sigismundi de Vigintimilliis celeberrimi Militis, Magis. Portulani, Thesaurarii, Deputati, Exercitus Præfecti, urbisque Panormi Ducis, & Conservatoris.

Capella SS. Crucifixi in cornu Evangelii noviter extructa sumptibus Philippi Ferrerii, de jure ejusdem nobilissimæ familiæ templum ornatur, ac alia S. Bernardo Ptolemæo, cui sexta S. Franciscæ Romanæ sacra respondet; propè hanc Tabula marmorea cum Epigraphe.

D. O. M. Thomæ Papè præclaro Viro Panormitano de Familia Olivetana, quam olim cogitabat, optimè merito, exiguum hoc illa grati animi posuit monumentum anno Domini 1637.

Denique prope januam à dextris lapideum sepulcrum inspicitur Vincentii Percolle V. J. D. integerrimi, à Consiliis Philippi II. Regis, M. R. C. Præsidis; primi, & ultimi hæreticæ pravitatis Inquisitoris, Ordinibus Sacris nedum initiati, qui anno 1574. vitam cum morte commutavit.

Semel in hebdomada in hoc Monasterio pauperibus undique confluentibus largam eleemosynam Patres Olivetani impartiuntur. Æstivis porrò mensibus ob aeris intemperiem intra urbem conveniunt. Monachi Sacerdotes num. sex, Laici duo, præter Abbatem. Per hæc tempora Cœnobium ædificiis reparatur.

De Ecclesiis annexis Monast. S. Spiritus Panormi.

1. MOnasterium, & Prioratus *S. Mariæ de Altoplano* Thusæ, de quo satis noster Pirrus lib. 3. not. 5. Fuit id in agro Thusano à Guarneria Comitissa Giracii Thusæ Domina, in Grangiam, Hospitium, seu Prioratum Monasterio Panormitano S. Spiritus concessum anno 1196. Nunc ejusdem jura, & proventus magno valetudinario Panormi[a] cedunt; ut in visitatione Jacobi de Arnedo de anno 1552. &c.

[a] In Tabul. Conservat lib. Visit.

2. Ecclesia *S. Joannis* propè Castrum Maris intra urbis Panormi mœnia à Guilleimo Rege Monasterio S. Spiritus annexa, una cum ejus casalibus, vineis, pascuis, ac tenimentis, justisque possessionibus, inter quas Ecclesia *S. Mariæ*, & Ecclesia *S. Petri Impezo* cum suis Casalibus enumerantur. De ea loquitur diploma à nobis allatum anno 1178. agitque eximius Mongitore in Eccl. urbis Panormi.

NOTITIA TERTIA

S. MARIÆ DE NOARA

Cum annexis Sancta Maria de Stella, Sancti Vincentii &c.

PRoximum Oppido Noaræ, Messanensis Diœcesis, S. Mariæ, sub titulo Annunciationis, nobile Monasterium Ordinis Cisterciensis in supercilio hodie ingentis lapideæ molis, quæ ipsi Oppido latissimè, ac terris circumquaque dominatur, exurgit; sed olim sub montibus ad duo circiter millia pass. à Noara circa Regionem illam, cui nomen à S. Basilio, ubi etiamnum rudera cernuntur, situm, à S. Hugone Cisterciensi Bernardi discipulo fundatum, ac forte omnium primum ejusdem Instituti in Sicilia dicitur; atque ab eodem Oppido mutuato vocabulo S. Mariæ de Noara, seu de Nucaria appellatur, quamvis in libris Cameræ teste Manriquez[a] de Micaria per errorem notetur.

[a] Ann. Cisterc. tom. 2. ad ann. 1171. c. 8. & 6. 5. 5...

Tempus fundationis omnino incertum. Gregorius Romanus à Messana Cisterciensis, ex Tabulario Sacri Monasterii Claravallensis, hæc scribit: *S. Maria de Nugaria vulgo la Novara Diœcesis Messanensis in Sicilia juxta Oppidum Nugaria in Agro Traynensi non longè à Messana fundari cæptum Monasterium anno Domini 1137. à Rogerio Rege Siciliæ, & ex voto absolutum anno 1167. sub primo Abbate Hugone S. Bernardi discipulo.* Id autem & Joannes Picardus apud Manriquez etiam dixerat[b] epistolis S. Bernardi innixus; quod ut dilucidius cognoscatur, res ab initio ex eodem Manriquez est repetenda.

[b] Joan. Pic. in notis ad Epist. S. Bernardi 208. Manriq. tom. 1. folio 171.

Cum Rogerium, Principem Schismaticum, Regem ab Anacleto vocatum, numquam nisi Tyran-

Anno Christi

Tyrannum mellifluus Bernardus appellasset, obsequentem, atque ab Innocentio legitimo Pontifice creatum, titulo regio honoravit, atque ad ipsum magnificis scripsit verbis epistolam 207. cujus hoc est initium: *Ad Rogerium Siciliæ Regem. Longè, lateque satis dilatata est magnificentia vestra super terram; etenim gloria nominis vestri, quos fines non attigit?* & similia. Qua fortasse occasione permotus Rex, seu expiandis præteritis erroribus, Monachos à Sancto Abbate expetiit, Monasterium eisdem constructurus: quin & eumdem Sanctum enixè exorans, ut Trinacriam dignaretur sua præsentia, nec Insulæ nobilissimæ denegaret quod tot Provinciis, totque Regnis indulserat, hanc à Bernardo excepit epistolam num. 208. relatam.

Si me quæritis, ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Fertur namque mea humilitas invenisse gratiam apud Regiam Majestatem, ita ut quærat videre me. Et quis ego sum, ut dissimulem beneplacitum Regis? Accurro, & qui quærebat, ecce adsum, non in præsentia corporis infirma, in qua despexit Dominum Herodes, attamen in visceribus meis. Nam quis me separabit ab his? sequar eos, quocumque ierint; & si habitaverint in extremis maris, non erunt absque me. Habet cor lumen oculorum meorum, habet cor & animam meam. Subjungit deinde: *Anima mea in bonis demorabitur, cum semen meum hæreditabit terram. Semen meum semen bonum germinabit, si tamen in terram ceciderit. Lætabitur, & delectabitur in crassitudine anima mea, quippe ut confido, dabitur illi de fructu manuum suarum. Reposita est hæc spes mea in sinu meo, ut patienter feram ab his vel corpore separari. Non mireris Rex. Ante elegissem à corpore peregrinari, quam istos emittere, si solus causa deesset Deus. Suscipe illos tamquam advenas, & peregrinos, verumtamen Cives Sanctorum, & domesticos Dei. Parum dixi Cives, Reges sunt, ipsorum enim est Regnum Cœlorum jure, & merito paupertatis. Non decet frustra è longinquo esse vocatos, & suis sedibus exules, inutili peregrinatione vagari.* Paulo post. *Cecidit, ut video, cecidit granum bonum in terram bonam, & optimam; spero in Domino, quod radicabit, germinabit, multiplicabitur, & referet fructum in patientia.* Hactenus S. Pater pro suis filiis, quos illos esse, qui sub Hugone Abbate in Noariæ Monasterio à Rogerio sunt constituti, putat laudatus Picardus, & Romanus, quamvis Manriquez certò non audeat decernere [a].

Jam idem Bernardus tertia epistola ad eumdem Rogerium habet: *Habetis, quod petistis, fecistis, quod promisistis, quos nos in verbo vestro exposuimus, & misimus, peregrinari, regia sunt liberalitate suscepti. Occurristis eis cum panibus, eduxistis eos in refrigerium, constituistis eos supra excelsam terram, ut comedant fructus agrorum, & sugant mel de petra, oleumque de saxo durissimo, butyrum de armento, & lac de ovibus, & ficus cum medulla tritici, & sanguinem uvæ bibant meracis-*

A *simum. Et hæc quidem terrena sunt, sed cœlestia mercantur..... misimus vobis Magistrum Brunonem, olim mihi per dies multos individuum comitem, nunc autem Patrem multarum quidem animarum lætantium in Christo, sed agentium in sæculo. Experiatur & ipse munificam manum Regis, ut augeatur numerus amicorum, qui ipsum recipiant in æterna tabernacula. Quod illi facitis, mihi facitis, quia quod illi deest, a me exigitur. At quia marsupium nostrum minus sufficiens est, ad vestrum sane, quod aliquando grossius esse licet, pauperem Christi merito*

B *destinare curavi* [b]. Ex quibus rectè Manriquez laudatus deducit, novam à S. Abbate filiorum Coloniam sub Magistro Brunone transmissam, post primam ad Rogerium, in Siciliam fuisse, gratulatus enim regiam in Monachos priores munificentiam, de aliis cum Brunone subjungit: *experiatur & ipse munificam manum vestram, ut augeatur numerus amicorum. Quasi dicat* (ait Manriquez) *Experiantur & hi, quod illi experti sunt, & ex utrisque crescat amica manus.* Primis ergo stabilitis, firmatisque sub regio patrocinio, novi, quibus Bruno præesset, & pro quibus Bernardus postulavit, transmissi sunt, quiquid Baronius dicat [c], priores cum his confundens.

C

Meminit de hac Cisterciensium Monachorum expeditione in Siciliam noster Pirrus [d], sed dum in not. Eccl. Panorm. prim. ad S. Spiritus Panormi Cistercii Monachos vocatos fuisse tradit, à vero aberrat. Hoc enim S. Spiritus Cœnobium longe post obitum Bernardi

D tempore Guillelmi II. Regis extrui inceptum ab Archiepiscopo Gualterio, non potuit Monachos à S. Abbate missos admittere. Fortè igitur nostrum Noaræ Cœnobium primi Bernardi discipuli in hanc transmissi Insulam sub Hugone SS. Abbate incoluerunt. Reliqui vero sub Magistro Brunone S. Mariæ de Gratia Monasterio prope Panormum donati, diu in illo habitarunt, ac magnis virtutum incrementis effloruere; è quo nonnullos ad S. Mansionis Panormitanæ domum fundandam assumptos cre-

E dit eruditissimus Mongitore [e]. Nihilominus

Idem Manriquez Hugonem nostrum ex Monachis illis fuisse tradit, quos ex Hispania, & Morerola in Regno Legionensi prima Hispana Clarævallis filia, in Siciliam missos tabulæ produnt ad annum 1171. Hinc Hugonem in 1171
eumdem rejicit annum, ac Noaræ fundationem in annalibus Cisterciensibus [f] per hæc tempora consignat. At quidquid de anno sit, id pro certo omnino habendum,

F 1. *S. Hugonem* Primum Noaræ Abbatem constitutum, Monasterii initia sua sanctitate consecrasse. Hunc Sanctorum albo adscriptum Cajetanus, Ferrarius, ac alii Siculi scriptores produnt. Cajetanus enim hæc habet [g]: *In Monasterio S. Mariæ in Nucaria depositio B. Hugonis Abbatis, ejusque Monasterii fundatoris.* Martyrologium Cisterciense: *Nucaria in Sicilia B. Hugonis Abbatis, qui zelo Evangelicæ Paupertatis maximè enituit.* Idipsum apud Bolanum, Robertum Rusca, Aubertum Miræo, Claudium Calemot in Serie SS. Cisterciensium, Anto-

a Ibidem tom. 1.

b Epist. 209. Bernardi Abbatis.

c Ad ann. 1139.

d Chronol. Reg. Sicil.

e Not. Sacr. Mans. c. 2.

f Tom. 2. ad an. 1171. cap. 1. num. 1. & 3. [illegible]

g In Idea SS. Sicul.

Anno Christi

Antonium Carrecti in Sanctuario Cisterciensi, denique apud Manriquez sæpius laudatum, erit observare. Discipulos habuit Hugo, quos præcipue dilexit, ac sibi successores ordinavit, Paulum, & Eligium Magistro non absimiles. Obiit meritis cumulatus die 17. Novembris, quo festus ejus Natalis dies celebratur. Corpus in eodem Cœnobio magna colitur devotione, atque à confluentibus populis quotidie honoratur. Caput linteolo involvitur; id vero, ut traditio refert, ab Hugonis Sorore è Gallia transmissum fratri amantissimo, his verbis acu depictis serico subobscuro ornatur: *non cesso, non cessavi, non cessabo orare pro te*. Chirothecæ laneæ, quibus SS. Abbas utebatur in mysteriis Ecclesiasticis, ac si recenter intextæ, etiam asservantur. Amphora denique coloris subviridis prope sepulcrum spectatur, ac eadem creditur, quæ illi ad hauriendam aquam usui erat. In eam aqua quotannis die ipsius festo infertur, quæ ab omni corruptione immunis, variis curandis morbis, pro ut petentium fides exposcit, adhibetur. Oppidi Tutelaris Hugo sæpissimè ab Incolis invocatur, atque in præsenti necessitate, supplicatione ad ejus sepulcrum instituta, ac Sacro capite è Monasterio ad majorem Ecclesiam translato, optatis mirabiliter adest. Magna demum in veneratione vetus Cœnobium, cujus rudera à longe etiam spectata, à transeuntibus devotissimè salutantur, ob Sanctissimi Abbatis memoriam[a].

Porro Monasterii pinguissimam dotem Rogerium Regem constituisse traditio refert; quamvis Pirrus Bartholomæo de Luce, qui Cisterciensibus addictissimus, alterum Roccæamatoris Cisterciense Cœnobium construxit, illam adscribat[b]. Verum Bartholomæum hunc longe post fundationem vixisse constat; hinc bona, ac beneficia Noaræ Monachis impendisse potius, quam eos dotasse credimus. Jam si nos traditio non fallit,

II. *F. Paulus* Hugonis discipulus post ipsum Cœnobii regimen tenuit, qui tanto magistro dignus, sanctitatis etiam fama effulsit.

III. *F. Eligius* & ipse alter Pauli Socius, ac in vitæ innocentia, morumque puritate consors. Quorum tempora, ac gesta omnino latent.

1195 IV. *F. Marcus* Abbatem Monasterii Noaræ anno 1195. agebat, cujus precibus Constantia Siciliæ Regina, & Rom. Imperatrix Henrici Imperatoris Conjux hoc privilegium nostro Cœnobio indulsit[c].

Constantia divina favente clementia Romanorum Imperatrix, & Siciliæ Regina semper Augusta. Quoties obtentu Divini Numinis ad Ecclesiarum observantiam intentionis nostræ aciem vertimus, & earum profectus pia mentis oculo providemus, toties ad sublimitatis, & gloriæ cumulum potestatis nostræ virtus erigitur, & Majestatis nostræ solium clementiæ titulo largius decoratur &c. Hinc est utique, quod tu Marce venerabilis Abbas S. Mariæ de Noaria humiliter nostræ celsitudini supplicares, ut animalibus Monasterii tui pascua, quorum inopiam plurimam patiebaris, per dominium nostrum habere de nostra concessione liceret; partibus tuis de innata nobis clementia benignè admissis, & tuis successoribus, & tuo Monasterio pro salute nostra, & progenitorum nostrorum liberè pascua omni tempore per terram demanii nostri, pro mille ovibus, pro centum vacchis, & quinquaginta jumentis, & pro centum sexaginta porcis usum glandium percipere concedimus, & perenniter habere; mandantes, ut nullus sit, qui à præfato Monasterio tuo pro superius enumeratis animalibus herbaticum, seu glandaticum quomodolibet exigere, vel aliquam eis exinde molestiam, aut gravamen inferre præsumat. Ut autem hujus nostræ liberalitatis concessio perpetuæ robur obtineat firmitatis, præsentem exinde paginam conscribi, & nostræ Majestatis Bulla cerea jussimus roborari, anno, mense, die, & Indictione subscriptis, anno Dominicæ Incarnat. 1195. mense Decembris, Indict. 14. Regnante Dom. nostro Henrico Dei gratia Rom. Imper. semper Augusto, & Rege Siciliæ gloriosissimo, anno Regni ejus 25. Imper. verò 5. & Regni Siciliæ 2. feliciter Amen. 1591

Henricus quoque ipse exemptionem eidem Monasterio, ac libertatem omnimodam concessit, cujus tamen privilegium offendere non licuit

V. *F. N.* cui Fridericus Rex, & Imperator Henrici, & Constantiæ Matris diplomata confirmans, has dedit literas.

Fridericus Imperator Romanorum semper Augustus, Rex Siciliæ &c. S. Ecclesias, & loca venerabilia, quibus placens Deo Religio noscitur judicare, & mentis nostræ oculis intuemur, & ea votiva liberalitatis munimine roboramus, Majestatis nostræ officium, quod ab ipso Domino omnium largitore sumpsit exordium, laudabiliter exequi, & apud eum præmia propter hoc recipere credimus sempiterna. Inde est, quod tu venerabilis Abbas Monasterii S. Mariæ de Noaria Ordinis Cisterciensis Diœcesis Messanensis, fidelis noster ad nostram præsentiam veniens, juxtà consuetudinem nostram Capuæ solemniter promulgatam, nostræ Curiæ præsentasti indulta Monasterio tuo privilegia quondam Domini Imperatoris Henrici, & Dominæ Constantiæ, divorum Augustorum Parentum nostrorum, memoriæ recolendæ, humiliter supplicando, ut eadem privilegia, tibi & Ecclesiæ tuæ nostra dignaretur serenitas confirmare. Nos itaque tuis justis postulationibus benignius inclinati, tibi privilegia ipsa restituimus pro Monasterio tuo, & in ea, quæ in ipsis continebantur, sicut ante obitum Dominæ Imperatricis Constantiæ Matris nostræ divæ memoriæ, dictum Monasterium tuum eadem pacificè possidebat, salvo mandato, & ordinatione nostra. Ad hujus itaque confirmationis nostræ memoriam, & perpetuum robur, ac firmitatem præsens privilegium per manus Philippi de Platia Notarii, & fidelis nostri scribi, & Majestatis nostræ sigillo jussimus communiri anno, mense, & Indictione subscriptis. Datum in Civitate Messanæ anno Incarn. Dominic. 1221. mense Maji primæ Ind. Imperii Domini nostri Friderici semper Augusti anno 11. regiminis Regni Siciliæ 22. Amen. 1221

An

a Ex MS. Relatione ejusdem Monast.

b Pirr. apud Mongitor in ms. hujus Monasterii

c Ex Caplib. Eccl. Lucæ Barbe f. 498.

Anno Christi

An porro hoc Friderici Privilegium fuerit eidem Marco Abbati, aut alteri attributum, incertum; nulla enim elucet de aliis post eumdem Marcum Abbatibus notitia, usque ad
1309 annum 1309. circiter.

VI. F. *N.* Eo Abbate Fridericus II. Siciliæ Rex datis Messanæ literis die 30. Aprilis anno eodem, immunitates, & gratias nostro Cœnobio ab aliis Principibus concessas roboravit, ac novas etiam libertates addidit, descriptisque bonis omnibus, ea in perpetuum, à Monachis possidenda confirmavit [a], ut ex Reg. Privil. Monasterii in actis visitationis Jacobi de Arnedo eruimus.

a Ex act. visit. Mon. Jacobi de Arnedo.

1310 Anno 1310. S. Mariæ de Stella, seu de Spanò Cœnobium dudum ab Nicolao de Trohyna fundatum sub Ordine Cisterciensi, de voluntate, & consensu hæredum ejusdem Nicolai, nostro S. Mariæ de Noaria in perpetuum unitur, teste Fazello [b], de quo nos inferius dicemus.

b Libro de 1. cap 10 fol...

VII. F. *Jacobus* Abbas erat Noariæ anno
1348 1348. interfuit enim, ac subscripsit diplomati ab Emmanuele Spinola Archiepiscopo Montisregalis Monasterio S. Martini de Scalis facto, in quo ille Feudum S. Martini, & alia bona huic attribuit die 28. Julii. [c]

c Ex Tab. S. Martin. & lib. de Reg. ejusd.

Cum nostri Monasterii bona pessum irent, vel Monachorum incuria, aut Laicorum illis inhiantium malitia, Fridericus III. datis Catanæ literis anno 1360. præcepit, ut darentur
1360 tur duo Administratores, qui necessitatibus eorumdem Monachorum, divino servitio, & Ecclesiæ cultui providerent. [d]

d Ex Canc. Reg. eo an.

1370 VIII. F. *Nicolaus de Altomonte*. Hic ob delicta ritè depositus, atque Fidelium communioni interdictus ab Abbate S. Spiritus Panormi Nicolao de Babut, & ab Abbate S. Mariæ de Arcu Neti Benedicto de Aquila Delegatis Apostolicis, è gradu excessit; ideo Fridericus mox laudatus Siciliæ Rex, ac Noariæ
1371 Monachi ann. 1371. Romano Pontifici supplicarunt, ut in Abbatem Monasterii ordinaret [e]

e Ibidem.

IX. F. *Nicolaum à S. Vincentio*, qui Rectorem, ac Monasterii ejusdem Gubernatorem in spiritualibus, & temporalibus loco jam depositi Abbatis egerat, atque id munus laudabiliter per menses obierat. Annuit Pontifex, statimque Nicolaus Cœnobii possessionem est assecutus; post quem

X. F. *Benedictus*. Hic cum apud Martinum Siciliæ Regem hujus nominis primum fuisset delatus, Abbatiali honore privatur, ejusdem loco ab eodem Rege *F. Franciscus de Monaco* Abbas assumitur. At cognita Benedicti innocentia, Martinus, revocata Francisci promotione, illum pristinæ dignitati re-
1392 stituit die 25. Junii 1392. [f] quo decedente è vivis,

f Reg. Canc. hoc anno.

XI. *F. Guillelmus de Noaria* Abbas renunciatur; huic nimia egestate presso, idem Martinus Rex benignè subsidium pro Monachorum substentatione est elargitus; perscripsit enim suis Messanæ Administris pro opportu-
1396 no remedio anno 1396. In ea Martini provisione Guillelmus noster Prior dicitur; at Abbatem egisse, aut Abbatis vice Cœnobium administrasse, ex eodem instrumento evincitur: ubi penes illum Monachorum stetisse curam asseritur [a]. Sub eodem forte Abbate anno 1412. 1412
Friderici ejus nominis II. Siciliæ Regis privilegium in publicis Tabulis exscribitur Messanæ mense Julii 5. Indict. Ubi bona Abbatiæ, & immunitates confirmantur, ac signanter Ecclesia S. Nicolai de Tripi cum bonis, ac pertinentiis suis Monasterio annexa asseritur. [b]

a Ibidem eo anno.

b Ex Cartis priv. Mon. in Act. visit. Jacobi de Arnedo.

Mortuo Guillelmo circa annum 1422. Alphonsus Rex Abbati Sanctæ Mariæ Roccæamatoris scribit, ut S. Mariæ de Noaria possessiones 1422
suscipiat administrandas, donationes verò, aut concessiones bonorum ab Abbate jam demortuo Laicis factas revocet, quia Monasterium sub Regia protectione, ac de Jure Patronatus ipsius Regis est. Datæ sunt hujusmodi literæ Panormi die 22. Julii [i]. Eodem porro anno

i Reg. Canc. eo anno.

XII. *F. Franciscus de Rubeo* ad Abbatiam ab Alphonso Rege nominatur, & assumitur. Fuit Franciscus ejusdem Regis Eleemosynarius, in cujus institutione, seu nominatione hæc scribit Alphonsus. *Tenore præsentis Ecclesiam, sive Abbatiam de Noaria dicti Ordinis Cisterciensis Diœcesis nobil. Civitatis Messanæ vacantem ad præsens per obitum ejus ultimi Possessoris, cujus Jus Patronatus ad nos spectat pleno jure, cum omnibus, & singulis Juribus, Redditibus, Membris, Grangiis, Pertinentiis, Proventibus, Terris, & Possessionibus eidem spectantibus, vobis F. Francisco de Rubeo ad vestræ vitæ decursum, amoto quolibet alio illicito detentore duximus conferendam &c. Dat. anno* 1422. [K]. Bi- 1422
ennio elapso Franciscus Abbas in Hispaniam secessit, ac suum in Monasterio Procuratorem *Raphaelem Martinum* constituit, cum quo Monachi Noarienses parum mitè agentes, illum è Cœnobio deturbare conati sunt, quare ad Joannem Infantem Alphonsi Regis Fratrem, tunc in Sicilia Proregem Martinus Procurator recursum habuit. Hic ejus causam Archiepiscopo Messanensi commisit; sed paulo post conquestus idem Martinus, quod Archiepis. infirmitate pressus, nec litem examinare, nec processus conficere posset, Joannes Infans rem Joanni Abbati S. Mariæ de Parco demandavit, cui expressis præcepit verbis, ut in Noariæ Monasterium se conferens, causam discuteret, ac pœnas delinquentibus, si qui essent, infligeret, datis Drepani literis die 30. Januarii 1424
1424. [l]; sed quid actum sit, nos latet.

K Ex Reg. Canc. hoc an. f. 41. apud Luc. Barber.

l Ibidem.

Interim Franciscus ad Abbatiam de Rayal in Regno Majoricæ evectus, nostram dimisit; quare Monachis perscripsit Alphonsus Rex, ut Andream de Manueli, S. Agathæ Monachum, deligerent in Abbatem. Itaque

XIII. *F. Andreas de Manueli* Catanensis ex 1427
Regis voluntate die 22. Aprilis 1427. *vir probus, & spectatæ virtutis, & scientiæ*, ut Rex ipse in suis literis testatur, è Prioratu S. Mariæ Vallis Josaphat Paternionis, & S. Mariæ Magdalenæ Messanæ per diploma Pontificium translatus Noariæ Abbas constituitur [m], de quo nos in notitia S. Nicolai Catanæ. Eidem Andreæ Rex Alphonsus ex literis die 21. Maji

m Ibidem eo anno.

Anno Christi

Maji 1428. Antonium Abbatem S. Mariæ de A Brolo Basiliensis Ordinis ad hanc nostram pinguiorem translatus est Rege Philippo concedente, anno 1590. ac Pontifice indulgente. De hoc Marco Antonio nulla est mentio apud Ciaconium; eodem autem SS. duodecim Apost. titulo circa hæc tempora Marcum Antonium Columna decoratum lego; forte apud Pirrum [k], ex quo id exscripsi, & in libros Cancell. unde ipse eruit, mendum irrepsit.

[k] Pir. lib. 4. not. 10.

VII. *Michael Bonellus* S. R. E. Cardinalis Alexandrinus S. Pii V. Pont. Maximi nepos, Abbas electus à Regiis Tandis eximitur anno

1592

1592. de quo apud Ciaconium. Fuit ex Ordine Prædicatorum ad sacræ Purpuræ dignitatem pro vitæ merito, ac prudentia in rebus gerendis assumptus; gravissimis ideo negotiis, ac arduis ab Avunculo adhibitus, illis feliciter perfunctus, magnam sibi gloriam comparavit. Mortalitatem exuit Romæ 4. Kal. Aprilis, ætatis suæ anno 56. Domini verò 1598.

1598

cujus vitam fusius Michael Pius descripsit [l].

[l] De viris. Illust. Domin. famil.

IX. *Joannettinus Doria* Januensis post Cardinalem Alexandrinum hac nostra Abbatia ex Regia præsentatione anno 1599. potitus est;

1599

sed post biennium ad sacræ Mansionis Panormi Præceptoriam translatus, eam dimisit. Claruit Archiepiscopus Panormitanus, de quo plura noster Pirrus [m], & S. R. E. Cardinalis titulo S. Hadriani, dehinc S. Petri in Monte Aureo, decessitque è vita Panormi die 18. Novembris 1642. Vide Ciaconium in Clemen. 8.

[m] Ex not. 8. lib. 1.

1601

X. *Simon de Aragonia, & Tagliavia* Siculus, Ducis Terrænovæ filius, S. R. E. Cardinalis de Terranova appellatus, ex Abbatia S. Angeli de Brolo ad hanc S. Mariæ de Noaria translatus pinguiorem ex Regiis literis Philippi III. datis Vallisoleti die 16. Augusti 1601. [n]; aliisque Ecclesiasticis Beneficiis auctus inclaruit, de quo eruditissimus Mongitore in notit. sac. Mansionis Panormi fusius [o]. Ciaconius, & alii. *In eo nemo umquam*, inquit Victorellus, *vel in rebus gerendis solertiam, vel in dando consilio fidem, vel in vita instituto sanctimoniam desideravit.* Fuit Urbano VII. & Gregorio XIV. Romanis Pontificibus apprimè carus. Obiit Romæ 22. Maj. ætatis anno 55. Domini 1604. Cardinalatus 22. in Ecclesia SS. Nominis Jesu tumulatus.

[n] Reg. Prot. 17. eo an.

[o] Cap. 9. fol. 162. & alibi.

1604

XI. *Ascanius Columna* Romanus, Marci Antonii Siciliæ Proregis filius, ac S. R. E. Cardinalis anno 1586. à Xysto V. creatus, consilio, probitate, scientia, & morum gravitate ornatissimus, & S. Joannis Hierosolym. Venetiæ Prior, Sublacensis Abbas, denique à viris doctis sæculi illius non paucis laudibus est commendatus. Ad nostram Abbatiam præsentatus ex literis Philippi III. Regis datis in Cœnobio Sancti Laurentii die 9 Octobris 1604. Panormi exscriptis 3. Aprilis 1605. & Bullis Apostolicis 7. Kalend. Februarii 1604. exscriptis etiam Pan. 4. Aprilis 1605, illam per annos quatuor tenuit [p]. Decessit Romæ Episcopus Prænestinus die 17. Maji 1608. in Lateranensi Basilica ad Martini V. tumulum sepultus. De eo Ciaconius, Ughellus, Mongitore &c. [q]

[p] R. Prot. eo anno.

1608

[q] Ciac. in Xysti V. Ughel. to. 2. Ital. sac. Mong. not. hujus Abbat. ms

Bordonario *Basiliensem* commendavit, ut in absolutione ipsi à delictis juxta Apostolicum rescriptum impertienda, mitius ageret, & levi pena, quo ad fieri posset, animadverteret [a].

[a] ibidem.

XIV. *F. Petrus de Luna* Siculus, Artalis de Luna Calatabillottæ Comitis filius, ob Patris promerita hac Abbatia provisus, [b] eam multis annis laudabiliter tenuit. Denique anno 1474. ad Archiepiscopalem Messanæ Sedem evectus, ibi magna nominis fama effulsit, ac post multa præclarè gesta, meritis, atque B ætate cumulatus, Messanæ obiit anno 1492. in sua Cathedrali sepultus. Post eum primus Commendatarius Abbas deligitur

[b] Reg. Protonot. eo anno apud Pir. not. 2. lib. 4.

1474

1492

De Abbatibus Commendatariis.

I. JOannes *de Puyades* Randatiensis, Archiepiscopi Messanensis Vicarius Generalis, qui non multo post, ut Abbatiam in successoris gratiam posset resignare, anno 1406. exoravit. Retinuit nihilominus Joan- C nes Abbatiæ titulum; hinc in Transumpto privilegii S. Joannis Hierosolym. de anno 1510. die 20. Martii Indict. 13. Abbas Noariæ subscribitur [c].

[c] Reg. Canc. hoc anno.

II. *Petrus de Puyades*, Joannis ex fratre nepos, ob ejusdem renunciationem Abbas constituitur, ex Bullis Apost. Julii II. Rom. Pontificis anno 1506. & ex literis Regis datis Neapol. die 10. Decembris, eodem anno in Regno exscriptis [d]. Fuit Petrus primus Regius Visitator Ecclesiarum de jure Patronatus D Regis ex literis dat. Bruxellis à Philippo II. die 12. Decembris 1516. Panormi exscriptis die 24. Aprilis 1517. [e]; ejusque tempore privilegia Constantiæ, & Friderici suprarelata, exscripta sunt Messanæ in Tabulis Francisci de Silvestro die 22. Martii 1510. ut in Capibrevio Lucæ Barber. [f]. Petro excedente è vivis

[d] Ibidem apud P. r. loc. citato.

1516

1517

[e] Reg. Prot. eod. anno fol. 624.

[f] Mongitore not. ms. hujus Abb.

III. *Laurentius Gottinara* hac Abbatia decoratur ex Regis literis dat. Pampelonæ die 8. Novembris 1523. Panormi in Cancellaria exscriptis die 27. Augusti 1524. [g]. Rexit per 17. E circiter annos.

1523

1524

[g] Ex Reg. hujus anni apud Mong.

IV. *Lopes de Soria* Hispanus inter Noariæ Abbates à Pirro, & Mongitore anno 1541. enumeratur [h]. Fuit etiam S. Philippi lo Grande Basil. Ordinis Abbas, & SS. Trinitatis Deliæ Prior. Obiitque Mediolani an. 1546.

1541

[h] Pirr. lib. 4. not. 21.

1546

V. *Franciscus de Catinara* ex Oppido ejusdem nominis in Insubria, Abbatem agebat an. 1552. quo Jacobus de Arnedo Regius Visitator Monasterium Noariæ Regis nomine perlustravit. Francisci Procurator, & vices ge- F rens Bernardus Gibellinus ex eodem Arnedo, dicitur. Multa pro Monasterii nostri bono decrevit Arnedus, præscripsitque, ut autographa diplomata, ne pessum irent, in gazofilacium Messanensis Ecclesiæ inferrentur, relictis eorumdem authenticis copiis in Tabulario Cœnobii. [i]

1552

[i] Ex act. visit. in Tab. Confer.

1590

VI. *Marcus Antonius Basilicò* Pres. Cardinalis tit. SS. duodecim Apostolorum de Colonia nuncupatus, ex Abbatia S. Angeli de

Anno Christi

XII. *Petrus Carolus Aragonia, & Tagliavia* Siculus Panormitanus Caroli Castriveterani Principis filius, ex Regiis literis Vallisoleti die 20. Septembris 1608. cum confirmatione Pauli V. PP. 5. Idus Martii 1609. Abbas
1609 Noariæ constituitur; dehinc Prior S. Andreæ de Platia simul, tandem Messanensis Archimandrita cum retentione Prioratus, & cessione Abbatiæ, renunciatur. In supremo Italiæ Consilio Regens Matriti obiit, ubi & sepul
1619 tus die 17. Junii 1619. De eo Pirrus, & Mongitore. [a]

[a] Pir. lib. 4. n. 3. Mong. in not. Abbat. Noar.

XIII. *Grabiel Trexo de Cardenas* Hispanus, doctrina maximè celebratus, atque in celebri Salmanticensi Academia laurea insignitus, S. R. E. Cardinalis anno 1615. creatus, nostra Abbatia donatur ex literis Matriti die 5. Junii 1618. [b], Episcopus Malacitanus, Archidiaconus Ecclesiæ Calatravensis, in Sicilia autem etiam Abbas S. Michaelis de Troyna, denique supremi Consilii Castellæ summus Præses, eo munere magna cum laude functus est. Pro purissima Mariæ Virginis Conceptione tuenda multum operæ, ac studii illum posuisse, produnt Marracius, & Vvandingus [c]. Archiepiscopatum Salernitanum aliquandiu etiam tenuit, decessitque è vita
1630 in urbe Malacensi die 12. Febru. 1630. ubi & sepultus. De eo Ciaconius, Battaglini, Ughellius, noster Pirrus, & alii [d].

[b] Reg. Prot.

[c] Marr. Purpura Mar. Vvad. in legat. Concep.

[d] Pirr. lib. 4. Ughel. Ital. sac. Ciac. in Paulo V. Battag. Annal. t. 2

XIV. *Ferdinandus ab Austria* Philippi III. filius, ac Regis Philippi IV. Frater S. R. E. Cardinalis Tit. S. Mariæ in Porticu anno 1619. à Paulo V. PP. creatus, tres in Sicilia Abbatias consecutus, S. Michaelis de Troyna, S. Mariæ de Arcu Neti, & S. Mariæ de Noaria; ex regiis literis die 18. Martii 1630. una cum sedium vacantium proventibus, & dispensatione Pontificis, quo ad ætatem, Archiepiscopus etiam Toletanus eligitur. Multa præclara edidit, dum Flandriam Regis nomine administraret; immaturè sublatus anno 22. ætatis obiit Bruxellis mense Novembris 1641. Il-
1641 lum meritis laudibus celebrant Ciaconius ad annum 1619., & noster Pirrus [e].

[e] Ciacon. in Paulo V. Pir. Ciac. Reg. f. 109 lib. 4 ...

XV. *Carolus de Neapoli* Panormitanus Josephi de Neapoli in Supremo Italiæ Consilio Regentis filius anno 1639. Prior S. Andreæ de Platia, dehinc ad hanc nostram evocatus Ab-
1642 batiam anno 1642. Philippi IV. Hispaniarum Regis à Cortinis, & Eleemosynis, quem apud Pragam sequutus, post biennium 1644. vita
1644 decessit ætatis suæ 31. Vir fuit doctrinæ, & eruditione clarissimus, Græcis, Latinisque literis excultus; edidit, ac publici juris fecit Analysim ad fastos Ovidii. Prælo parata reliquit commentaria in Cornelium Tacitum, ac Bibliothecam Siculam promisit. De eo doctissimus Mongitore in nostræ Abbatiæ notitia, & Bibliot. Sicul. Tom. 1. [f]

[f] Not. ms. Bibl. to. 1.

XVI. *Alphonsus Perez de Gusman* Nobilis Hispanus Occidentalium Indiarum Patriarcha, & Archiep. Tuentinus, Capellanus denique, & Eleemosynarius Major Philippi IV. S. Mariæ de Noaria, & S. Michaelis de Troyna Abbatiis cohonestatur ex literis Matriti 15.

A Decemb. 1644 [g] quas diu tenuit. Post eum

[g] Reg. Prot. hoc anno ...

XVII. *Aloysius Guillelmus Moncada* præclarissimæ familiæ decus, Panormitanus, Montisalti Dux, Calatanixectæ, & Adrani Comes, Paternionis Princeps, Colisani, Selafani &c. Dominus, Siciliæ, Sardiniæ, & Valentiæ Prorex, Orator extra ordinem ad Cæsarem, Regii stabuli Præfectus, supremus Reginæ Oeconomus, ex magnatibus Hispaniarum, à Cubiculo Reginæ Matris Caroli II. iterum viduus ab Alexandro VII. PP. inter Cardinales coopta-
B tus, primus omnium è sua familia ea dignitate ornatus, nostra Abbatia donatur ex Bullis Apostolicis 3. Kalend. Aprilis 1670. Panor- 1670
mi exscriptis 10. Aprilis 1671. & Regiis literis Matriti die 22. Augusti 1671. Panormi exscriptis 5. Novembris [h], quibus à Tandis, & donativis etiam eximitur, statimque elapso anno Matriti moritur, de quo Ciaconii Continuator, & Mongitore [i].

[h] Ex Reg. Canc. et. & Prot. fol. 67.

[i] In vit. Alex. Mong. not. Abb. Noar.

XVIII. *Paulus Sabellus* Romanus notissimi generis S. R. E. Cardinalis Tit. S. Mariæ de
C Scala die 14. Januarii 1654. renunciatus, post Aloysii mortem Abbatiam obtinuit anno 1672
1672. ex literis Regis [k] fuit etiam Abbas S. Mariæ Claravallensis in Insubria, ac titulum S. Nicolai in Carcere Tulliano sub Clemente X. PP. obtinuit. De eo Ciaconii Continuator, & Battaglini [l]. Exuit Romæ mortalitatem anno 1685. die 13. Septembris, Abbatia, antequam moreretur, in gratiam successoris renunciata.

[k] Reg. Canc. & Prot.

[l] Ciac. in Alex. ... Battag. Annal. to. 2. An. 1685.

XIX. *Carolus Columna* Romanus, de quo
D in nostra notitia S. Philippi de Agyrio, electus Abbas, dum adhuc in minoribus esset, ex Regiis literis, & Bullis Apostolicis die 6. Junii 1687. exscriptis in Regno 8. Aprilis 1688. Possessionem adiit die 30. ejusdem; exinde S. R. E. Cardinalis à Clemente XI. creatus die 17. Martii 1706. Vivit Romæ, ejusque vices in Sicilia Reverendissimus P. D. Pius Reytano Ordinis Cisterciensis in Sicilia Vicarius gerit, cui non pauca, quæ hic proferimus, debemus accepta.

E

De Ecclesiis Suffraganeis.

1. S. *Maria de Stella*, seu *Spanò* Monasterium, atque Ecclesia sub Ordine Cisterciensi à Nicolao de Troyna in Territorio Troynensi extructa anno 1263., ac Feudo de Spanò in Randatii ditione posito, quod scutata 525. reddit hodie, donata, processu temporis Monachis destituta, consensu hæredum ejusdem Nicolai nostro Noariæ Cœnobio
F unitur anno 1310. Hanc unionem firmarunt quamplurimi Reges, ac novissime Alphonsus suo speciali diplomate, dat. in Villa S. Matthæi die 4. Maji anno 1425. in quo donationem Joannis fundatoris de mense Septembris sub dat. Messanæ Indict. 7. 1263. ratam voluit. Hodie in hac Ecclesia Presbyter degit, qui Missarum celebrationi, ac curæ ejusdem intendit.

Gaspar Jongelinus in sua notitia Abbatiarum Ordinis Cisterciensis meminit cujusdam

Domi-

Anno Christi

Dominici, quem Abbatem S. Mariæ de Stella facit, atque anno 1449 Archiepiscopum Montisregalis electum asserit. Dominicus hic de Xarat nuncupatus, nostri Cœnobii de Noaria certe Monachus, ut conjecturæ suadent, ad Abbatiam S. Mariæ Maniacii evectus ab Alphonso Rege, eam, obsistente Pontificis electione in personam F. Placidi Campulo, obtinere non potuit, quamvis Placido obeunte, illam administrasse Dominicum in Notitia Monasterii Maniacii diximus. Eumdem ad Archiepiscopatum Montisregalis à Monachis postulatum produnt Historiæ, & Pirrus ipse fatetur. At S. Mariæ de Stella Abbatem egisse, nullibi invenimus. Hoc siquidem Cœnobium, ut diximus anno 1263. mense Septembris Indict. 7. à Nicolao de Troyna fundatum, ac decenti structura ornatum, bonisque, & Ecclesia S. Hippolyti in Oppido Troynæ auctum 47. fundationis anno, nostro celebri S. Mariæ de Noaria eidem proximo fuit, de consensu hæredum Nicolai adnexum, quod nedum ex Fazello tradit Manriquez, sed ex transactione inter Noarenses Monachos, ac eosdem hæredes mense Februarii Indict. 9. 1310. se didicisse testatur Jacobus de Arnedo. Dominicum ergo ann. 1449. Abbatem habere non potuit. Addit denique idem Regius Visitator de Arnedo: *Bona Abbatiæ de Stella in perpetuam utilitatem Abbatiæ de Noaria fuisse confirmata per multos Reges, & Imperatores*, & præcipuè per Fridericum II. Siciliæ Regem, tertium appellatum, Panormi mense Septembris 1333. ac per Alphonsum anno 1425. ut supra innuimus; quæ satis, quod dicebamus, evincunt. Dominicus igitur inter Illustres Noariæ Cœnobii viros adnumerandus, minime verò inter Abbates.

2. *S. Vincentii de Messana* propè propugnaculum de Andria dictum. Hæc suffraganea nostri Monasterii in libris Cameræ Apostolicæ, ut Manriquez advertit, dicitur. In ea hodie Monachus, qui Ordinis Procuratorem agit, habitat.

3. *S. Mariæ de Thermis* in territorio Oppidi Castri Regalis, Diœcesis Messanensis, in qua Imago Beatiss. Virginis Matris miraculis clarissima, atque ab incolis magna devotione culta, habetur, eique Presbyter, ac Laicus ejusdem Ordinis Cisterciensis inserviunt; cujus autem opera, ac liberalitate nostris unita, incertum. Percipit hodie noster Abbas ex quodam terrarum tenimento in ditione ejusdem Oppidi scutata circiter mille.

4. *S. Mariæ de Nive* ad mille pass. ab Oppido Francavillæ Diœcesis ejusdem Messanensis. Ex ea jura censualia scut. 50.

5. *S. Mariæ de Noaria* ad 500. passus ab urbe Pactarum dissita, ubi hodie PP. Capuccini ex donatione Monachorum Noariæ degunt. Jura ejusdem, summam scut. 50. circiter non excedunt.

6. *S. Nicolai* in territorio Oppidi Tripi, Diœcesis Messanensis, incertæ fundationis, & Auctoris cum juribus ex Feudis S. Herminis, S. Viti, & Budiça, ex Glanda, Herbagio, & censibus scut. 150. circiter.

Proventus porro ex omnibus Abbatiæ juribus scutat. 2462. 6. conficiunt. Onera pro victu Monachorum, cultu Ecclesiæ, & ædificiis scutata 482. pro Tandis scut 334. remanent pro Abbate scut. 1646. 6. Hic locum in Regni Comitiis 19. tenet.

Degunt hodie in Monasterio Monachi numero novem. Ecclesia satis decenti structura exurgit, ac peristylium novissimè extructum habet 20. columnis suffultum. Insignes verò Reliquiæ sunt.

Ex Clavo Domini Nostri Jesu Christi, spina ex ejusdem Corona, ex Capillis Beatæ Mariæ Virginis, ex ossibus S. Joannis Baptistæ, S. Elisæi Prophetæ, ac ex ejusdem Virga, ex ossibus S. Petri Apostoli, S. Andreæ, S. Jacobi Minoris, S. Matthæi, S. Jacobi Majoris, S. Philippi, S. Mathiæ Apostolorum, ex pelle, & osse S. Bartholomæi Apostoli, crystallo clausis. Ex oss. S. Lucæ, & S. Marci Evangel. Digitus parvulus sinistri pedis S. P. Benedicti Abbatis. Ex Humero S. Vincentii Levitæ, & Martyr. ex oss. S. Simeonis, qui Christum Dominum excepit in ulnas, ex vestibus SS. Innocentium, ex ossibus, & veste S. Thomæ Archiepis. & Martyris sanguine intincta, & ex ossibus plurium SS. Martyrum, quorum nomina longum esset referre. *De S. Dominico Confess. Cranium S. Antonii Abbatis, de S. Nicolao Episc. Myrensi, de S. Gregorio Papa, de S. Ambrosio, de S. Martino Episcop. ex ossibus S. Mariæ Magdalenæ, ex veste B. Mariæ Virginis, SS. Matris Domini, Maxilla cum duobus dentibus molaribus S. Annæ Matris ejusdem Beatiss. Virginis, de S. Agatha V. M. de S. Catherina, S. Agnete, S. Christina, S. Barbara, S. Anastasia, & aliis SS. Virg., & Martyr. de S. Scolastica Virgine, S. Benedicti sorore. Costa S. Onufrii Confess. Anachoritæ, de Lapide S. Præsepis, de Lapide S. Sepulcri, de Lapidibus Montis Sion, & Montis Tabor, & Calvariæ, aliique lapides incogniti, qui arcula eburnea asservantur. Phialæ num. 15. cum sanguine concreto SS. Martyrum in ænea arca custodita. Crux Patriarchalis argentea cum insigniis Familiæ de Puyades, ubi variæ SS. Reliquiæ. Alia Crux Argentea, ubi duo frusta ligni asservantur incertæ venerationis. Alia etiam Reliquia incerti nominis serico purpureo involuta, atque in arca eburnea inclusa, plurium Sanctorum, Martyrum, & Confessorum num. 30. quorum nomina hic minime adnotantur; scriptura enim apposita in Reliquiis eorum ob longævam chartæ vetustatem legi nullatenus valuerunt.* Sic concludit in sua visitatione earumdem Reliquiarum Petrus Mangano Reg. Monarchiæ Tribunalis Delegatus.

Demum *Corpus integrum S. Hugonis Primi Abbatis ejusdem Monasterii Noariæ* atque Oppidi Patroni principalis, *Lanea etiam chirotheca, & linteolum lineum serico nigro depictum*, de quibus supra.

NOTITIA QUARTA

S. MARIÆ DE ROCCADIA

Juxta Leontinum.

ROccadiæ Monasterium (inquit Manriquez Cisterciensis Chronographus) [a] *in Genesi Ecclesiarum Claravallensium inter Sambucinæ filias adscribitur*. Sambucinæ porro Cœnobium ejusdem Ordinis in Calabria situm, ab eodem memoratur [b]. Hæc lucem aliquam Fundationi hujus Monasterii, quæ adhuc incerta latet, afferre videntur. Ex diplomate infra exscribendo, atque ex rationibus, & conjecturis, tempora Friderici II. Roman. Imper. & Siciliæ Regis Roccadiæ originem haud excedere certum est. Jam anno 1199. Lucam Sambucinensis Cœnobii Abbatem ab Innocentio III. PP. legatum in Siciliam, unà cum Episcopo Syracusano ad ciendos populos in hostes Christi, Palæstinam vastantes, & Crucem prædicandam, missum constat [c]. Fortè igitur idem Lucas, qui per annum, & amplius legationem per Siciliam egit, ac magna nominis fama excelluit, Cœnobii Auctor, aut certè Promotor fuit. Vix enim alius apud nostros Sambucinæ, aut Monachus, aut Abbas memoratur, cui Roccadiæ fundatio queat adscribi. Sed res conjecturæ innititur.

[a Ann. Cisterc. to. 3. ad ann. 1196. cap. 3. num. 3.] [b Ad ann. 1170. to. 2. cap. 6. n. 7.] [1000] [c An. 1199. cap. 3. num. 1. Manriq. citatus.]

Jam Philadelphi Mugnos Leontinensis sententia est [d], Roccadiæ Monasterium anno 1070 Rogerium Comitem habuisse auctorem; idque ex Gaspare Sardo eruit in Hist. Northmann. ac *Joannem Leontino* nobilissimæ familiæ germen, Primum Abbatem ab eodem Comite institutum fuisse sub Ordine Cisterciensi. At id omnino Historicæ veritati dissonum. Cisterciensis enim Ordinis annus primus 1098. Christi respondet, ut prorsus incongruum sit, Joannem Leontino Cisterciensem Abbatem Roccadiæ ann. 1070. egisse. 2. Cisterciensium Regulam Rogerio, Comitis Filio, Siciliæ Rege, S. Bernardi ævo, anno 1139. in Siciliam primum invectam per ejusdem Bernardi discipulos in Notitia S. Mariæ de Noaria ex ipsius mellifluі Doctoris Epistolis satis evicimus. Denique id quod Fazellus ait [e], & ex eo Carolus Antonius Conversano: Roccadiæ scilicet Cœnobium sub Casinensibus olim effloruisse, dehinc ad Cistercienses translatum, nullo nititur fundamento, ut hinc dicamus, Joannem Leontino sub nigro habitu Benedictinam Regulam professum, inde ad hanc assumptum Abbatiam; quandoquidem quotquot Benedictinis Cenobiis ab se fundatis Rogerius Comes præfecit, ex vicinis Calabriæ Asceteriis transtulit; nec ante annum 1090. circiter Benedictinorum Coloniæ in Siciliam advectæ.

[d Vesp. Sic. fol. 41. & Theat. Geon. p. 3. f. 71.] [1070] [e Dec. 1. lib. 10. & Conv. Æther. Leon. Gloria 1. part. f. 39.]

Joannem nihilominus ex Abbatum serie expungere non auserim, dummodo in annos 1200 aut circa rejiciant. Sed ut ad certa descendam: situm olim id Monasterium sub S. Mariæ de Roccadia titulo in Emporio Leontinensi, ejusque territorio ad tria millia pass. ab Oppido, cum Pirrus, & Fazellus, tum alii scribunt; ex quibus Manriquez [f]. Sed hic, ut extraneus nostrum Monasterium cum Ecclesia à Friderico II. extrui ex magno, & quadrato lapide incepta in sinu Leontinensibus proximo, cui hodie lingua vernacula nomen *Agnuni*, confundit; quippe hæc templi initia, ac rudera à S. Mariæ de Roccadia Cœnobio longe diversa, ac dissita; id enim tertio circiter ab urbe lapide exurgebat olim, hodie intra Carleontini mœnia translatum ab an. 1693. Illa quatuor milliaribus longe distant ad orientis plagam. Jam

[f Pir. Sic. Fazell. l. dec. 1. Manriq. an. 1196. l. c.]

I. *F. Joannes Leontino* Roccadiæ primus Abbas ab supra citatis auctoribus Mugnos, & Sardo memoratur.

II. *F. Nivaldus Sclafani* ab eodem Philadelpho Mugnos [g] Abbas Roccadiæ dicitur; cui à Friderico II. Rom. Imper. ac Siciliæ Rege ante sui Imperii coronationem, quæ circa annum 1210. accidit, facta creditur donatio de loco, vineis, viridariis, atque olivetis, quæ circa ipsum Roccadiæ Monasterium erant, ac de Grangiis, & Ecclesiis S. Mariæ de Catarractis prope Ragusiam, S. Petri, & S. Mariæ de Cantarro prope Cantaræ flumen, cum juribus, terris, molendinis, aquis, & pertinentiis earum, denique de terris, molendinis, & aquis, Montis Flasconis, aliisque bonis; quæ singillatim ab eodem Rege in suo diplomate enumerantur. [h]

[g Theat. Geneal. 3. par. f. 120.] [h Vid. infra dipl. Frid.]

Floruit Nivaldus ex eodem Mugnos anno 1213. habuitque Patrem Goffredum, Sclafani Dominum, nobilitate generis illustrem, Leontinorum Gubernatorem, Matrem vero Altavillam de Secretis piissimam feminam, ambos Cœnobii Monialium sub titulo S. Annæ Leontinis fundatores, à quibus ipse virtutem hausit, ac pietatem. [1213]

III. *F. Antonius*, qui juxta Imperiale decretum, privilegia omnia suo Roccadiæ Monasterio concessa, Regiæ Curiæ exhibuit, eademque rata obtinuit, ac aliis quamplurimis immunitatibus, & gratiis fuit donatus speciali ejusdem Friderici privilegio, quod exscribimus. [1220]

Fridericus Divina favente clementia Rom. Imperator semper Augustus, & Rex Siciliæ. Cum Imperatoriam deceat providentiam fructuose, & suavitate dulcedinis attendere merita, supplicationibus, & justis precibus subjectorum adesse; tanto potissimum ad Sacrosanctas Ecclesias, & Monasteria Deo dicata tenetur pietatis oculos inclinare, quanto dominantium dominanti gratissimum residet, cum ejus .... in opera pietatis adhibetur. Universis igitur tam præsentibus, quam futuris volumus esse notum, quod F. Antonius venerabilis Abbas Monasterii Roccadiæ Cisterciensis Ordinis, fidelis noster, ad

Anno Christi

ad Curiam nostram accedens secundum generale edictum de privilegiis assignandis, quod in solemni Curia Capuæ fecimus, præsentavit nobis aliqua privilegia, quæ à majestate nostra facta ipsi Monasterio de Roccadia fuerant, concessa ante Imperii nostri coronationem, in quibus vidimus, contineri donationes, concessiones, libertates, & confirmationes, quas de consueta gratia nostra prædicto Monasterio Roccadia benignè concessimus. Quæ privilegia à majestate nostra inspecta ad subjectam ejusdem Abbatis supplicationem pro salute nostra, & Progenitorum nostrorum ipsi Abbati, & Conventui prædicto Monasterii S. Mariæ de Roccadia, ac successoribus eorum perpetuo confirmamus, ut absque ulla molestia, quæ continentur in ipsis, possideant. Concedentes, donantes, & confirmantes eidem Monasterio in perpetuum possessiones, & omnia bona, quæ in præsenti tenet, & possidet, & in antea poterit justo titulo adipisci, ex quibus quædam propriis vocabulis, ad prædicti Abbatis petitionem in præsenti privilegio jussimus exprimenda, scilicet locum S. Mariæ de Roccadia, in quo ipsum Monasterium est fundatum cum omnibus Juribus, rationibus, vineis, viridariis, olivetis, & circumjacentibus terris, & pascuis suis; Grangiam S. Mariæ de Catarractis, cum omnibus rationibus, vineis, viridariis, olivetis, & circumjacentibus terris, nemoribus, molendinis, fullonibus, & pascuis suis; Grangiam S. Mariæ de Cantarro, cum omnibus rationibus, vineis, viridariis, circumjacentibus terris, & pascuis suis, & medietatem fluminis Cantaræ. Grangiam S. Petri, cum omnibus rationibus, vineis, & viridariis, circumjacentibus terris, & pascuis suis; molendinum S. Cosmæ, cum jure aquæ ipsius molendini, ut ipsam aquam nullus audeat accipere absque licentia dicti Abbatis, & fratrum ipsius Monasterii; Grangiam Sandacina, cum omnibus rationibus, vineis, nemoribus, molendinis, circumjacentibus terris, pertinentiis, & pascuis suis; tenimenta montis Flasconis, cum omnibus rationibus, nemoribus, circumjacentibus terris, & pascuis suis. Quidquid enim possidet de demanio nostro, & si qua alia feudalia, burgensatica, & servitiis quibuscumque obligata quorumcumque hominum per totum Regnum nostrum Siciliæ possidet, eidem Monasterio confirmamus. Si quid insuper dono Comitum, Baronum, aut aliorum fidelium Regni nostri donatione, seu obligatione in antea justo titulo nancisci poterunt, nec obsistat eis lex aliqua, aut statutum per nos, & per prædecessores nostros conditum, vel in futurum condendum, quod his concessionibus, & libertatibus, quietè perpetuo utantur. De speciali etiam gratia volumus, quod possint emere libere possessiones nobis, vel Baronibus, vel aliis ad censum obligatas. Volumus etiam, quod nullus hominum, nullaque persona alta, vel humilis in terris, ac tenimentis, & locis eorum audeat animalia pascere, vel piscari, ligna incidere, vel venari, seu quidquid aliud omnino sibi facere, ibi sine licentia, & permissione Abbatis, & Fratrum dicti Monasterii. Præterea concedimus dicto Abbati, & Fratribus ejusdem Monasterii universa animalia propria per totum de-

A *manium nostrum pascere, caulas gregum constituere, & peragendis servitiis ipsius Monast. ligna incidere vel secare, ubicumque illis placuerit sine pretii exactione, & sine contradictione, vel impedimento nostro, vel heredum nostrorum, & successorum, vel alterius cujuscumque personæ. Nullus etiam officialium nostrorum ipsum Abbatem, & Fratres prædicti Monast. aut successores eorum ad forum civile trahere & coram fisci judicio præsumat pro aliqua quæstione, cum hoc satis Monasticæ deroget honestati; nec re-*
B *spectu domorum, aut possessionum, quas ipsum Monasterium, & ipsi Fratres habent, in Civitatibus, Castris, & fortalitiis Regni nostri, & tenimentis earum occasione utilitatum quas inde pro tempore consequentur, & in ipsarum reparationibus, munitionibus aut aliis servitiis, datiis, vel collectis publicis, vel privatis solvere aliquid teneantur. Passagium insuper fori cum omnibus equitaturis suis liberum habeant, & per totum Regnum nostrum, tam in vendendo, quam in emendo, vel redeundo terra, vel mari ab omni exactione*
C *passagii, doganæ, plateatici, sive pedagii volumus perpetuo fore immunes. Liceat etiam eis per totum demanium nostrum libera habere pascua pro omnibus animalibus ipsius Monasterii, statuentes, quod nullus pro animalibus ipsius Monast. Herbagium, Glandaticum, vel Plateaticum, seu passagium exigere audeat. Nec obsistat eis, si de demanio nostro alicui concedatur, sed hanc libertatem, & alias, quam, & quas ipsum Monaster. modo habet, omni tempore habeat, & possideat. Molendina etiam, & fullones, cum*
D *aquarum usu habere pro pratis, hortis, virgultis, & aliis necessariis eorum. Concedimus etiam dicto Abbati, & Fratribus, quod tam famulos quam oblatos ipsius Monasterii ab omnibus servitiis, datiis, & collectis publicis, vel privatis absolutos volumus esse ubique; mandantes, ut nulla persona ipsa tenimenta, vel alia loca eorum invadere, vel animalia, seu mandras eorum molestare, vel movere, vel alia animalia super injicere, aut aliquid aliud, sine occasione aliqua, Herbaticum, Glandaticum, Ter-*
E *reaticum, seu decimas terragiorum, & qualibet jura alia integre, ab illo recipiant, absque alicujus personæ contradictione. De abundantissima quoque gratia nostra concedimus, & confirmamus jam dicto Monast. omnes donationes, & commutationes, & quas pro animabus defunctorum ibi legantur, oblationes. Concedimus etiam supradicto Monast. omnes libertates, & gratias, quas aliis Monasteriis meminimus concessisse. Nulli autem liceat res, & loca Monast. ipsius, vel Grangiarum suarum invadere, aut*
F *aliquo modo eis molestiam inferre, sed omnia tam mobilia, quam stabilia secundum voluntatem, & dispositionem Abbatis, & Fratrum possideantur & ordinentur. Qui verò aliter fecerit, & contra hæc supradicta ausu temerario venire præsumpserit, iram, & indignationem nostram incurrat. Et licet in aliis privilegiis nostris jubemus semper apponi clausulam illam, quæ dicitur: salvo mandato, & ordinatione nostra; in isto tamen privilegio permittimus non apponi. Ad hujus autem nostræ concessionis, & confirmationis,*

& su-

Anno Christi

Anno Christi

& supradicta clausula amota memoriam, & perpetuam firmitatem, præsens privilegium per manus Pagani Notarii, & fidelis nostri scribi fecimus, & sigillo nostro cereo roborari. Datum apud Syracusas anno Domin. Incarn. 1220. *die*
1220 4. *Augusti Indic.* 12. [a]

Ex quo quidem diplomate id, quod dicebamus de Monasterii fundatione, eam scilicet Friderici hujus tempora minime præcessisse, clare deducitur; scribit enim Rex se confirmare privilegia omnia, quæ Monasterio ante Imperii sui coronationem fecerat, aliorumque B Principum donationes commemorat nullas.

1263 IV. *F. N.* sub quo, nostrum Roccadiæ Monasterium ruinam est passum. Hinc Manfredi Regis liberalitate denuo restituitur, ut ex hoc eruimus diplomate à Mugnos allato: [b] *Manfridus Dei gratia Rex utriusque Siciliæ &c. nobili Umfrido de Fardelliis Alemanno, alim de Quernfort nostro Justitiario Vallisneti de nostro Regno Siciliæ ultra Farum, quod utique ob mortem Gerardi de Amfuso olim nostri Camerarii, & Castellani Castri veteris nostræ fidelis Civitatis Syracusarum, statim capta de eo possessione, tradere debes dictum Castrum, cum juribus, & pertinentiis suis omnibus in manibus Joannis de Pedelepore familiaris, & fidelis nostri de ea Civitate, dando prius solito juramento de fidelitate; cujus introitus, & arrendamenta debita per dictum de Pedelepore infra annum convertere debes pro reædificatione venerabilis Monasterii S. Mariæ de Roccadia de Ordine Cisterciensium, & sic exequaris non obstante quovis alio Ordine. Quæ expensio sit notanda in libro nostræ Curiæ. Datum Neapol. die* 13. *Augusti* 1263. Quisnam porro fuerit Abbas per ea tempora, prorsus ignotum.

1284 Manfredo Rege in bello interfecto Carolus Andegavensis Dux, ac Siciliæ Rex nostro Cœnobio variis privilegiis, & gratiis, immunitatibus quoque, ac exemptionibus benigne consuluit, ut idem Mugnos est Auctor [c]. At Gallis expulsis Petrus Aragonensis Regno potitus

V. *F. Aloysium* Henrici Andegavensis, ac Beatricis Manfredi Regis filiæ tertiogenitum, Roccadiæ Abbatem constituit. Hic una cum Matre, ac Fratribus Roberto, & Manfredo (unde Andegavensium nobilissima progenies in Sicilia est propagata) Messana ob Gallorum excidium, Regium contendit. Inde Petro, ac Constantiæ Amitæ, Beatricis Sorori præsentatus, ab iisdem ea dignitate donatur [d].

1287 Eidem fortè ex literis datis Viterbii 16. Kalend. Aprilis 1287. Honorius IV. PP. perscribit, ut causam inter Abbates S. Mariæ de Scalis, & Vallis Josaphat Paternionis, de possessione prædii cujusdam in ejusdem oppidi territorio contendentes, juxtà Nicolai III. prædecessoris statuta dirimat, eorumque jurgia componat. [e]

Hic Abbatum nomina, ac gesta per annos 100. deficiunt.

VI. *F. Fridericus Solito* Blasci filius, Petri Garsiæ, reginalis Cameræ Mariæ Rationum Magistri frater, nostra Abbatia decoratur, ut A idem Mugnos testatur [f], eamdemque tenuit ad annum 1390. 1390

VII. *F. Petrus* post Fridericum Abbas electus, à Nicolao de Portetta Roccæamatoris Abbate pro sui Monasterii supplendis necessitatibus uncias auri decem mutuo accepit, quas morte præventus, non restituit; ideo Nicolaus mox dictus Regi Martino supplicavit, ut de juribus Abbatiæ Leontinensis ea pecuniæ summa sibi exolveretur. Rex Syracusano Capitanio ex literis Catanæ 10. Aprilis 1397. 1397
præcepit, ut si quid deberetur, cum Nicolao, tum aliis creditoribus satisfieret de Roccadiæ proventibus. [g]

VIII. *F. Joannes de Theresi* Petri successor in Abbatia, cujus opera anno 1407. die 24. 1407
Februar. indict. 4. ejusdem Regis Martini tempore, Privilegium Friderici Imperatoris in publicas tabulas per acta Gregorii Piscitello Publ. Vallisneti Notarii redactum est, rem jubente Matthæo de Columna Leontinensi Judice. Fuit noster Abbas Joannes Episcopus Emonensis C ex Pirro [h] & Abbas alterius Cisterciensis Cœnobii S. Mariæ de Arcu; Roccadiæ Monasterium fabricis auxit, ac vetustate collapsum restituit, ut idem Pirrus est auctor.

IX. *F. Gullelmus de Santogallo* anno 1436. Roccadiæ Abbatem agebat; ejusdem causa Bernardo释 Paternò S. Philippi Agyrii Abbati à Rege Alphonso committitur die 14. Julii ejusd: anni [i], ut in libro Monarchiæ legimus; post quem forte

X. *Joannes de Girifalco* nobilis genere, Leontinensis D patria, ad hanc Abbatiam promovetur. Fuit Joannes Antonii Girifalco Regis Alphonsi Camerarii filius, Matthæi ejusdem Regis familiaris, ac Thomæ Secretarii Frater, cujus sepulcro in eodem Roccadiæ Cœnobio apposito, hæc insculpta leguntur carmina, quæ sæpius laudatus Mugnos exscripsit. [k]

Vir sacer, & sapiens Præsul sine labe Joannes,
Qua placuit vivo, nunc quoque sede jacet;
Cujus frater erat vita pars maxima Regum,
Matthæus, Partenopes, qui tumulatur humo.
E *At Pius hoc Thomas Girifalcus marmore utrique*
Dedicat, ut fratrum nomina juncta legat.

XI. *F. Romanus Testa* ex regia Alphonsi provisione anno 1451. Ind. 15. Abbas hujus Monasterii designatur; sed à Romano Pontifice eamdem dignitatem *Joannes Aurispa* Netinus, vir scientia, virtute, ac genere clarissimus, de quo Pirrus [l], exoravit, ac Romanum gradu, & fructibus spoliare, tentavit. Romanus de spolio apud eumdem Regem accusavit Joannem. Hinc Alphonsus causam Abbatibus S. Nicolai F de Arena, & S. Mariæ Novælucis Catanæ demandavit, præcepitque, ut si quidem Romanus in Abbatiæ possessionem fuerit ante Joannem immissus, ac spoliatus, denuo, in pristinum locum gradumque restitueretur, omni alio, etiam Apostolico freto rescripto, inde a Monasterii regimine amoto, datis ad id literis in Turri octava die 16. Septemb. 1457. indic. 1457
6. Panormi exscriptis 28. Martii 1458. [m]. 1458
Mortuo Romano Abbate circa annum 1461. Joannes de Moncajo Siciliæ Prorex

Abba-

[a] Ex Capib. Fecl Luc. Barber. in Cancel.
[b] Theat. Geneal. p. 1. f. 66
[c] In Theat. Geneal.
[d] Gasp. Sardo in Hist. Northm. Prin. apud Mugnos ves. Sicul. fol. 17.
[e] Ex Tabul. Monast. de Scalis in Arc. S. Nicol. de Arena.
[f] Theat. Geneal. p. 2. f. 219.
[g] Ex Reg. Cancel. ao 1397. lib. Privil. f. 332.
[h] Lib. 3. de Ital. Epis. Sign.
[i] Ex Tabul. Prot.
[k] Theat. Geneal. p. 1. fol. 118.
[l] Lib. 3.
[m] Ex Reg. Cancel. et Tabul. S. Nicol. de Arena Catan.

Anno Christi

Abbates Commendatarii.

I. JOannem Carola suum Capellanum de
Abbatia providit die 20. Aprilis
1461. sed post biennium, Serenissima Joanna
1461 Regina, Joannis Regis Siciliæ Uxor, de ejus-
dem consensu, cum Leontinensis Civitas de Ca-
mera esset Reginali, ad Roccadiæ præsulatum
II. *F. Gregorium de Pretemarco* eidem Re-
gi à Confessionibus evexit, datis literis anno
1463 1463. Fuit hic Panormitanus Patria, de quo
a Not. ms. hujus Abbatiæ. Ex Canc. Reg. apud Mongitore [a]. Eo è vivis excedente
III. *Alphonsus de Aragonia* Joannis Regis
Nepos, Ferdinandi II. ex illegitimo thoro fi-
lius, Archiepiscopus Cæsaraugustanus, vir-
tute expectativæ, ut vocant, ad omnia Be-
neficia Ecclesiastica in Siciliæ Regno vacatu-
ra, hanc quoque cum aliis dignitatem est as-
secutus, ex Regis literis Panormi exscriptis
1489 die 25. Maji 1489. [b] Verum ex consensu ejusdem
b Reg. Prot eo anno Alphonsi, cum rescripto Pontificio anno 1490
1490 IV. *Joannes de Monleon* Episcopus Bisarcen-
sis hac nostra Abbatia decoratur. De qua Pon-
tificia provisione conquesta Regina, Joannes
apud eamdem precibus egit, ut ad dignitatem
nominatus, Pontifici præsentaretur; hinc de
ejusdem Reginæ consensu ab Alexandro VI.
novo instituitur diplomate. Scripsit autem
Pontifex inter alia: *Cum dudum Monaste-
rium S. Mariæ Roccadiæ Ordinis S. Benedicti
Syracusanæ Diœcesis quovis modo vacans Ven.
F. Joanni de Monleon Episcopo Bisargensi, au-
thoritate Apostolica commendavissemus, nulla
tamen habita mentione, quod dictum Monaste-
rium de Patronatus charissimæ in Christo filiæ
nostræ Elisabeth Castellæ, Legionis, & Siciliæ
Reginæ ultra farum illud existeret: ac deinde
accepto per nos, quod dictum Monasterium de
Jure Patronatus dictæ Illust. Reginæ existeret,
dictus Episcopus nomine præfatæ Reginæ nobis
præsentatus extitit, nosque præsentationem hu-
jusmodi admisissemus. &c. Dat. Romæ die 18.
Novembris* 1490. *Panormi exscript. eodem*
c Ex Capib. Eccl. Luce Barberii. *anno* [c]. Porro quidam *Antonius Breth* su-
per Abbatia, ex Monachorum fortè electione,
jus habere contendebat, atque Episcopum jur-
gis exagitabat; ideo eadem Regina Elisabeth
suis literis Barchinone signatis die 30. Octo-
1492 bris 1492. Ferdinando de Acugna tunc Siciliæ
Proregi præcepit, ut Antonii Breth petitioni-
bus exclusis, Reginali collationi de Abbatia
jam factæ in personam Joannis de Monleon
omni studio faveret, eidemque brachium, pro
consequendis Abbatiæ bonis, præstaret. De
qua regia provisione literæ executoriæ, ut
vocant, emanarunt Messanæ die 12. Februa-
1494 rii Indict. 2. anno 1494. [d]. Verùm non multo
d Ex Reg. Cancell. & Capibrev. post Joanne in manibus Regis, ac Pontificis
resignante dignitatem,
V. *Joannes Sanchez* Cæsaraugustanus, ge-
nere, ac virtute clarus, variisque dignitati-
bus refulgens, Abbas Roccadiæ à Rege Ferdi-
nando eligitur ex literis datis in Villa Falillæ
1506 die 23. Junii 1506. ac Proregi, & Regni ad-
e Ex Reg. Canc. eo anno. ministris commendatur [e]. Quibus Bullę Aposto-
licæ accesserunt ab Julio II. Romæ 14. Kal.

A Septembris eodem anno expeditæ, in Regno
exscriptæ de mandato Joannis Paternò Archie-
piscopi Panormitani, ac Siciliæ Proregis die
23. Decembris, in quibus hæc inter alia Pon-
tifex, Joannem commendans, eloquitur [f]. *Ob* f Ibidem.
*grata devotionis, & familiaritatis obsequia, quæ
nobis, & Apostolicæ sedi hactenus impendisti, &
adhuc solicitis studiis impendere non desinis; nec
non literarum scientiam, vitæ, & morum ho-
nestatem, aliaque laudabilia probitatis, & vir-
tutum merita, quibus personam tuam etiam fide*
B *dignis testimoniis juvari percepimus, & ut com-
modius sustentari valeas, cum omnibus, & sin-
gulis Beneficiis Ecclesiasticis cum cura & præ-
dicti Cisterciensis Ordinis, & quorumvis alio-
rum Ordinum Regularibus quæ in titulum, &
commendam obtines, alienatione bonorum inter-
dicta &c. Dat. Romæ &c.* De Joanne Pirrus [g] g Lib. 3. not. S. Petri de Palatio
multis in locis, & nos etiam in notitia S. An-
dreæ de Platia. Fuit Scriptor, & familiaris 1506
Romani Pontificis, Eccl. S. Petri de Palatio
Panorm. Cantor, S. Andreæ de Platia Prior,
C Abbas S. Mariæ de Altofonte, seu de Parcu,
ac denique anno 1517. Episcopus Cephalæ- 1517
densis, in qua dignitate per annum versatus, 1518
Romæ meritis, & ætate gravis vita decessit
VI. *Ambrosius Sanchez* Panormitanus, Lu-
dovici, Hispani Regis Thesaurarii, ac Pro-
tonotarii filius, ex Avunculi Joannis re-
signatione Roccadiæ Abbas, qui etiam S. Eliæ
de Ambula, & S. Mariæ de Terrana Præsulati-
bus decoratus anno 1535. ex Regiis literis 1535
Toleti die 12. Julii, & Bullis Apostolicis Ro-
D mæ apud S. Petrum die 6. Martii 1536. [h]. 1536
Ejus opera Proregis provisio emanavit contra h Reg. Canc. eo anno.
occupantes bona Monasterii Roccadiæ anno
1536. De eo noster Pirrus [i]. i Lib. 4.
VII. *Ludovicus Sanchez*, Ambrosii frater,
S. Petri de Palatio primum, dehinc Cathe-
dralis Ecclesiæ Panormitanæ Canonicus, Ab-
bas S. Eliæ de Ambula ex Pontificio Leonis X.
& Regio Caroli V. præscripto, postmodum
SS. Petri, & Pauli de Itala, hac nostra etiam
Abbatia insignitur ann. 1547 [k]. Decessit post 1547
E biennium die 5. Octobris. De quo Pirrus ibidem. k Ex Reg. Canc. apud Pirrum.
VIII. *Hugo Moncada* Hispanus, nobili ca-
te generis illustrissimus, sed vitæ puritate ne- 1549
mini comparandus, privilegium Friderici III.
in publicis tabulis die 18. Februarii 1557. ex- 1557
scribendum curavit. Hic anno 1558. Casinen- 1558
ses Monachos in suum Monasterium intrusit;
sed mandato Jacobi ab Arnedo Regii Visitato-
ris, Cistercienses revocantur [l]. Verum majoris l Ex Act. visitat. apud Pirrum lib. 3.
perfectionis studio, Ordinem paupertatis Hu-
go noster ingressus, atque in eo emissa solem-
F ni Professione, Abbatia se abdicavit; in cujus
locum ex Regis voluntate,
IX. *Petrus Butrran* de Manriquez, S. Theol.
Doctor, Hispanus natione, ac Regius Capel-
lanus sufficitur cum Bullis Apostolicis Pii V.
Rom. Pontificis 15. Kal. Septembris, Pon-
tificatus sui anno 5. Sed Pio mortuo, ante-
quam Abbatiæ possessionem Petrus noster ini-
ret, Gregorii successoris literis confirmatur
8. Kal. Junii 1572. [m], exscriptis Panormi eo- m Reg. Prot. eo anno f. 96.
dem anno. Egit Petrus Regium Ecclesiarum
Juris

Anno Christi

Juris Patronatus Visitatorem anno 1576. ex literis in S. Laurentio 16. Septembris, ac denuo Vallisneti Ecclesias perlustrandas susce. pit die 24. Aprilis 1580. Ejus verò Roccadiæ Abbatia ab Joanne de Orosco Episcopo Syracusano anno 1581. visitatur [a]. Obiit Petrus anno 1584. meritis locuples.

a Ex Pirro in Catal. Reg. Visit. & in Lib. 1.

1584 X. *Gaspar Mollica* post Petrum in Abbatia subrogatur ex Regiis literis die 18. Decembris 1584. in quibus Proregi, ac Regni officialibus ob sua, & suorum promerita commendatur, atque ex Bullis Apostolicis die 15. Apri-

1585 lis 1585. Panormi exscriptis die 29. ejusdem mensis, & an. [b]. Messanensis hic Patria Sac. Canonum Doctor, ac Professor emeritus, diu apud Regiam Curiam versatus, ad propria tandem hac dignitate auctus revertitur. Ex proventibus autem Abbatiæ data est Joanni de Bononia Panormitano pensio ex Bullis Pontificiis Idibus Maji ejusdem anni 1585. [c]. Visitatur Abbatia eo Rectore ab Episcopo Catanensi ex Regis voluntate an. 1588. [d]

b Ex Canc. & Prot. eo anno.

c Ibidem hoc anno.

d Ex Pirro ubi supra.

XI. *Didacus de Mendoza* Hispanus præficitur Abbatiæ, Rege nominante, ac Pontifice confirmante, cujus opera literæ Proregis anno 1607. emanarunt, pro bonis recuperandis ab Abbate Mollica Prædecessore malè alienatis. Vixit hic in suo Monasterio, ejusque pietatis monumentum in Ecclesia majori Carleontinensi extat, hæc referens marmori insculpta prope Capellam SS. Eucharistiæ Sacramenti:

1614 *Anno à Deipara Partu 1614. in diebus SS. Domini nostri Papa Pauli V. ac Catholica semper Augusta, & Regia Majestatis Philippi III. Hispaniarum omnium, Siciliarumque invictissimi Regis D. Didacus de Mendoza Hispanus Regius Titularis, & benedictinus Roccadia Abbas illustri Prosapia ortus, in hac nostra Imperiali degens, post debita sui Monasterii, Pauperumque eleemosyna elargitionem, veluti totum piis operibus erogat. Et hanc SS. Eucharistia Sacramenti Capellam annuo centum aureorum redditu, duobus sibi electis Capellanis, quotidie pro ejus anima Missas celebrantibus, suo are dotavit; cujus individuum statim divisum, vix expleto opere, fuit, ejusque pars una Altaris pede sepulta, Deo altera vivit* [e]. Ob Didaci mortem,

e Ex ms. Relatione.

XII. *Ferdinandus Pimentellus* Comitis Beneventani supremi Italiæ Consilii Regentis filius ex Regiis literis, & Bullis Apostolicis

1619 hac dignitate cohonestatur anno 1619. de quo noster Pirrus. [f] Hic anno 1625. Abbatiam di-

1625 miserat; ex ejusdem enim redditibus Pensio datur Blasio de Proto Messanensi dehinc Archiepiscopo ex Pontificio rescripto [g].

f Lib. 1.

g Reg. Canc. eo anno.

XIII. *Franciscus Portius* Messanensis Patria, Abbas Roccadiæ per hæc tempora dicitur à Martino la Farina in Catalago Eccles. Juris Patronatus [h], cujus gesta scire desideramus. Jam verò

h Apud Mong. &c. in ms.

XIV. *Aloysius Caetanus* Tit. S. Pudentianæ S. R. E. Cardinalis, Romanus Patria, familia præclarissima exortus, ex Ducibus Sermonetæ ab an. 1626. inter Purpuratos Patres ob vitæ, & doctrinæ merita adscriptus, Rege volente, hanc Abbatiam obtinuit, cujus census solummodo, minime vero possessionem, ac titulum (Urbano VIII. Romano Pontifice obsistente) est assecutus. Fuit Patriarcha Antiochenus, non Alexandrinus, ut scripsit Ughellius, Capuanus primum Coadjutor, dehinc Archiepiscopus, atque anno 1640. S. Mariæ de Gala Abbas & Panormitanæ Ecclesiæ Cantor. De quo Pirrus [i] & Ciaconius. Romæ supremum diem obiit anno Cardinalitiæ dignitatis 16 Domini verò 1642. die 8. Apri-

i Pir. ib. & Ciacon. in Urbano 8.

1642 lis, sepultus in suo S. Pudentianæ titulo in sumptuoso suæ Gentis Sacello.

XV. *Raynaldus S. R. E. Cardinalis Estensis*, Alphonsi Mutinæ Ducis, & Elisabeth Sabaudiæ filius, ab Urbano VIII. creatus, titulo S. Nicolai in carcere, Abbas noster anno 1644. ex Bullis Pontificiis sub dat. Romæ 6. Idus Novembris, in Regno exscriptis die 30. Maji 1645. renunciatur [k]. Hic ad maxima natus, eximii generis nobilitatem virtutibus, ac rerum gestarum gloria illustravit. Regii Lepidi Episcopus consecratus, mox Ludovici XIV. Galliarum Regis beneficio Pontificatu Monspeliensi in Gallia, atque Abbatia Vallis Lucensis ejusdem Ordinis Cisterciensis fuit donatus; negotiis denique ejusdem Regis apud Sedem Apostolicam præpositus, ac Regni Protector deputatus sibi nomen maximum comparavit. Decessit Romæ anno 1672. de quo apud Ciaconium [l].

k Reg. Canc. hoc anno fol. 161.

l In Urbano VIII. An. 1641.

XVI. *Ivus Castelli* Siculus Panormitanus, Bartholomæi Mazarensis Episcopi Frater, post Cardinalem Estensem dignitatem assequitur, ex Apostolicis Bullis apud S. Mariam Majorem anno 1676. Hic diu in suo Cœnobio vitam egit, sanctissimisque moribus effulsit. Vitam denique cum Cœlo commutavit die 20. Julii anno 1691. Leontini sepultus, post quem 1676 1691

XVII. *Andreas Filingeri* ex Comitibus S. Marci, Principibus Mirti noster Abbas renunciatur, Rege volente Matriti die 8. Octobris 1691. ac Pontifice confirmante ex Bullis sub dat. Romæ die 6. Februarii 1693. in Regno exscriptis die 17. Aprilis 1694. ac posses- 1693 sionem est assecutus die 6. Maji ejusdem anni. Fuerat Andreas Abbas S. Anastasiæ Castelli Boni, à qua ad Roccadiæ pinguiorem translatus est cum onere exolvendi scut. 200. Antonio Iniquez de Abarca, qui ei in S. Anastasiæ successit.

Eo Abbate anno 1693. ex Terræmotu Cœnobium solo æquatum; quare in Oppido Carleontinensi Monachi novum magnificis fabricis sunt moliti ad plagam septemtrionalem, intra ipsius Oppidi mœnia. Vivit Andreas ad majora. 1693

Ecclesia Suffraganea.

1. S. *Maria de Catarractis* prope Ragusiam statim ab initio nostro Cœnobio assignata. 2. Eccles. *S. Maria, & S. Petri de Cantarro* prope Cantaræ flumen, in Territorio Leontinensi, & ipsa à principio fundationis attributa cum bonis, pertinentiis, aquis, terris, & possessionibus, ut in Friderici diplomate legitur.

Reliquiæ

Anno Christi

Reliquiæ insignes, quæ in Sacrario asservantur: *Stola S. Silvestri Papæ* coloris violacei auro intexta, cujus extremæ laciniæ imaginibus S. Michaelis Archangeli, & S. Urielis affabre acu depictis, eorumque nominibus ornantur, de qua meminit Caetanus[a]. *Integra Tibia S. Nicolai Myrensis Episcopi* argenteo lipsanario inclusa, *Frustrum Crucis Boni Latronis cum Christo Domino Crucifixi*. *Ex Cruce ejusdem Domini nostri* olim, sed impiæ manus opera furto ablata. *Ex sanguine, & vestibus SS. Innocentium; ex lapide sepulcri Dominici, ex lapide Præsepis; ex capillis S. Mariæ Magdalenæ, ex ossibus S. Joannis Baptistæ, S. Jacobi Apostoli, S. Thomæ Apostoli, & aliorum SS. MM.* Denique vera effigies vultus S. Philippi Nerii ex cera, & pulvere Ossium SS. Martyrum conflata.

a In Animadv. t. 2. fol. 100.

Proventus sunt scut. 1770. Onera pro victu Monachorum, atque Ecclesiæ cultu scutata circiter 400. pro fabricis 150. pro Tandis 416. Remanent pro Abbate scutata 804. locum habet Abbas in Comitiis Regni 31. Monachi in Monasterio num. 6. Laici 2. sub Priore claustrali, qui regulari observantiæ, ac Divino cultui intendunt.

Veteris Cœnobii hodie vix rudera cernuntur; ejus olim inter res præcipuas, Aula Capituli magnificè extructa spectabatur, cujus fornix columna lapidea in modum Palmæ elaborata fulciebatur.

NOTITIA QUINTA

S. MARIÆ DE ARCU NETI.

AD quintum ab Neto Oppido nobili lapidem, Aquilonem versus *Isimbardus de Morengia* ex Siculis optimatibus, Netinorum Dominus Monasterium S. Mariæ de Arcu Ordinis Cisterciensis anno
1212 1212. ædificavit, bonis, ac latifundiis, feudisque de Arcu, ubi Ecclesia, & Monasterium, Planettæ, Giattanini, & Bulchalem dotavit, atque de voluntate Friderici II. Siciliæ Regis Rom. Imperat. & consensu Adami Episcopi Syracusani, Rodulpho Abbati Cisterciensi, & ejusdem Monachis assignavit. De Isimbardi genere, ejusque uxore Cara nulla apud nostros Historicos memoria; forte è Germania cum Henrico Imperatore Friderici Patre in Siciliam venit, atque ab eodem Friderico Netino Comitatu auctus, Henricum, Sinibaldum, & Guillelmum filios reliquit, qui, vel prole extincta, vel forte, ut credit Littara[a], in Regem conspirantes anno circiter 1232. Neti jura amiserunt. Jam vero pervetustum Isimbardi instrumentum, quod in Gazophilacio Netino asservatum legit Littara, hic exscribimus.

a De rebus Net. f. 66.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi, Anno Incarnat. ejusdem 1212. mense Novembris Indict. 15. Regnante Serenissimo Domino nostro Illustrissimo Rege Friderico, anno Regni sui 14. feliciter Amen. Nos Isimbardus de Morengia Dei, & regia gratia Dominus Neti. Considerantes quod omnia prætereunt præter amorem Dei, & quod beneficia, quæ religiosis conferuntur locis, in cœlestis Regni Thesauros reservanda transferuntur. Habita ergo deliberatione, & consilio cum Domino Adam Vener. Syracusano Episcopo, & aliis quamplurimis viris timentibus Deum, ad amplificandum divinæ Religionis cultum, juxtà Ordinem Cisterciensem, de bonis à Deo, & ab illustrissimo Rege nostro Friderico nobis concessis, de beneplacito, voluntate, & concessione ejusdem Domini Regis dedimus, & in perpetuum confirmavimus Abbati Rodulpho Monasterii S. Mariæ de Arco, & fratribus, & successoribus suis: in primis locum ipsum, in quo præfatum Monasterium S. Mariæ de Arco fundatum est, in Territorio Neti, aliud locum, quod vocatur Bulsita, seu Bulphal; quoddam Casale, quod pro temporum perversitate destructum fuit; aliud quoque tenimentum prædicto loco contiguum, quod dicitur Mussumusi, & Cavosi, seu Casori, cum omnibus tenimentis, & pertinentiis suis, ac cum flumine magno adjacente Praul, & Molinellis, prout a divisa per terminos inferius designandos, seriatim adnotatur, libere, & quiete, absque omni exactione, & servitio, ad construendum ipsum Monasterium S. Mariæ de Arco, secundum Regulam S. Benedicti, & constitutiones Ordinis Cisterciensis; in honorem ejusdem gloriosæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, in cujus honorem omnes Ecclesiæ prædicti Ordinis constructæ sunt. Ipsa ergo loca, & tenimenta, flumina, & Prata ad pacem, & quietem Monachorum ipsius Ecclesiæ S. Mariæ de Arco, & præsentium, & futurorum memoriam nos Isimbardus una cum Vener. Episcopo Syracusano prænotato Domino Adam, & senioribus viris terræ Neti, videlicet Joanne Fraga, Hieronymo...., Nicolao Trituri, Rao de Vento, Joanne Ventivillare, Petro de S. Lucia, Joanne Mitisi, Philippo Joannensi, Rao da Vitranes, Rao de Paschali & aliis quamplurimis in fide, & veritate per certos terminos circumdando, præcedentibus, cæteris pariter nobiscum sequentibus, tam Clericis, quàm Laicis, metis limitavimus subscriptis. In primis ab Oriente incipit divisa in Calanga Millarina, & deinde ascendendo crista crista usque ad terrenum Mendulisi, & ibi est Crux; inde descendit per limitem in Caveta Menduliti, & ibi est Crux; & inde ascendente Caveta usque ad terrenum Piriti usque ad aream, & ibi est Crux; & inde ascendit in Cercetum super Petram, & ibi est Crux; & inde ascendit per Petram super flumen post Cercetum, & ibi est Crux; deinde descendit ad flumen Andicanditanis, & inde ascendit per aquam usque ad fontem, & inde vergit ad Cavetam, quæ respicit ad meridem, & inde

& inde ascendit ad Cavetam usque ad Petram, &
ibi est Crux; & inde usque ad Balatam, quæ est
in medio plani, & ibi est Crux, & inde ascen-
dit per Cercetum, & ibi est Crux; & inde ad
aliud Cercetum, & ibi est Murale antiquum, &
inde vergit ad limitem, qui respicit Maxidien
usque ad Maceriem quercus, & ibi est Crux; &
inde ascendit per cristam usque ad Concam, &
ibi est Crux; & inde ascendit per cristam usque
ad parietem antiquum usque ad Crucem anti-
quam, & inde vergit ad meridiem per limitem
usque ad Gruttam, & ibi est Crux; & usque ad
Vallem Lauri, & inde per vallem ascendit usque
ad viam veterem, & ibi est Crux; & inde vergit
ad Aquilonem usque ad Cercetum Missidem, &
ibi est Crux, & inde per cristam usque ad super-
vallem Magistri, & inde descendit per limitem,
qui respicit Aquilonem, & in capite limitis est
Crux; & inde descendit per planum usque ad ter.
renum magnum, ibique est Crux, & inde de-
scendit per cristam usque in capita Caccalupi, &
inde per Cavam usque ad Mussumusi, & inde
vergit contra Palatiolum, & ad Gruttam, & à
Grutta ad Cavonem, & de Cavone ad Flumen,
& de Flumine descendit usque ad Gruttam de via,
& inde usque ad molendinum Sanctæ Luciæ, &
inde usque ad Gruttam Baidanæ, & à Baidana
usque ad Balatam de Furno, & inde per magnum
fluvium descendit usque ad Cavetam Milliari-
næ; ibique conjunguntur divisæ cum Gaufredo
Vendallo, & sic includuntur. Quæ limina su-
pranominata prædictæ Ecclesiæ S. Mariæ de Ar.
co dedimus, concessimus, & in perpetuum con-
firmamus; donavimus etiam prædictæ Ecclesiæ S.
Mariæ de Arco tenimentum de Planctis dictum
Casarum, seu Castrum cum divisis, & pertinen-
tiis spectantibus ad ipsum, quod Tenimentum di.
vidit tum terris S. Luciæ & terris Bidini, & Bur-
gensatici Neti. Et de voluntate, & beneplacito
Domini nostri Sereniss. Regis Friderici, & con-
cessione ejusdem, donavimus prædictæ Ecclesiæ
S. Mariæ de Arco Casalem Bulchalem cum o-
mnibus divisis, tenimentis, & pertinentiis suis,
quod Casale fuit quondam Guglielmi Crosno, &
propter discadentiam revocatum fuit, & devenit
in demanio Domini nostri Regis, & ad preces no-
stras Dominus Rex ipsum Casale pro dicta Eccle-
sia dedit; cujus fines ab oriente sunt littus maris,
quod dicitur Bulchalem, à meridie sunt Terra
Cursa, & Casale, quod dicitur Fradet, ex par-
te septemtrionis est Casale, quod dicitur Mensu-
lini, & Casale, quod dicitur Lauffi, ex parte
occidentis est Casale, quod dicitur Sacculini, &
pratum Bilude. Addimus insuper prædictæ do-
nationi nostræ molendinum Munghisi, & me-
dietatem molendini Battinderi, & piscaturam
in flumine, cum omnibus juribus, & rationibus
suis spectantibus ad ipsum. Concedimus etiam, &
donavimus prædictæ Ecclesiæ, & Abbatiæ S.
Mariæ de Arco in Territorio Tarfani totum, &
integrum tenimentum Gaetani perpetuo possiden-
dum; cujus divisa incipit a fonte ficus, & descen-
dit ad timpam, quæ est contra la Bacca, & va-
dit per cristam usque ad Arcam Raal Balata, de.
scendit ad flumen, & ad aquam Raal Balata, &
descendit per aquam usque ad viam, quæ vadit,
A & venit Ragusiam, & ad Casale Cannicattini;
deinde vadit per Cavetam, quæ est intus serram
Mustriæ, & Gattani usque ad viam regiam, &
per viam ipsam regiam vadit usque ad aquam
Gubebbi, ibique conjuncta est cum aqua, & va-
dit aquam aquam ad furiam Gubebbi, & Se-
randæ, & ibi conjungitur aqua ista cum aqua
serandæ, & ab ista furia ascendit ad cristam Cal-
talatæ, & vadit per cristam cristam, usque quo re-
vertitur ad Scalam Critatii, & ascendit per Cru-
cem, quæ est in medio, & descendit usque ad ta-
B xatum fontem, & concluduntur Tenimenti hu-
jus Gattani divisiones. Adhuc sanè confirmamus,
& adjicimus, ut nullus hominum, nulla perso-
na alta, vel humilis intra terminos divisarum
præscriptarum, & terminos prædicti Casalis Bul.
chalem, nec nos ipsi, nec Hæredes nostri, vel Suc.
cessores animal pascere, vel piscare, ligna inci-
dere, vel venare audeat, seu quidquam aliud
omnium ibi facere sine licentia, & permissione
Monachorum ejusdem S. Mariæ de Arco; sed
ut Monachi tamquam possessionem Dei, & glo-
C riosæ Virginis Mariæ, & suam, & ad honorem
Dei, utilitatem ipsius Ecclesiæ, pro voluntate
sua ordinent, & disponant, & mediis omnibus
exerceant. Præterea concedimus suprascriptis
Fratribus universa animalia propria per totam
terram pascere, gregis caulas construere, & pere-
agendis servitiis Ecclesiæ ligna secare, ubicum-
que illis placuerit, sine pretii exactione, & sine
contradictione, vel impedimento nostro, aut Hæ-
redum, vel Successorum nostrorum, vel cujus-
cumque personæ. De omnibus etiam, quæ in
D Terra nostra sunt, si ad usum fratrum, seu ser-
vitium empta, vel donata ipsis fratribus, & i-
psorum Ecclesiæ oblata fuerint, vel si de exteris
partibus fuerint asportata, seu etiam de eis, quæ
ex redditibus possessionum, vel animalium suo-
rum, ac de quibuscumque rebus propriis vendi-
derint, si ea per portus Castellorum, atque vil-
larum nostrarum quomodolibet extraxerint, pro
introitu, vel exitu ab eis Jus aliquod a nobis, vel
Hæredibus, aut Successoribus nostris, vel à Ba.
julis nostris, seu à quibuscumque aliis personis nul.
E latenus debeat exigi. Huic etiam libertati præ-
dictorum Fratrum donando, concedimus, ut
mobiles res suas quocumque loco in terra nostra,
sine contradictione nostra, vel hæredum, suc-
cessorum nostrorum, seu alicujuscumque Perso-
næ vendere, vel dare cum prædicta libertate, o-
mnem illis præstantes immunitatem, & libertatem
quamcumque de nostra voluntate ad honorem,
Dei, & Genitricis ejusdem inspectionem, & Mo-
nachorum contemplationem concedimus secundum
prærogativam, & tenorem privilegii Ordinis
F Cisterciensis. Si quæ etiam in futurum persona
hanc nostram donationem, concessionem, & per.
petuam confirmationem sacrilegè, vel aliquo quo-
libet modo infringere, minuere, vel turbare,
aut Servis Dei ibi degentibus injuriam, vel mo-
lestiam inferre præsumpserit, Regiæ Curiæ quin-
quaginta libras auri componat, & totidem Ec-
clesiæ memoratæ. Nec non, & de ira, & indi-
gnatione Dei, & gloriosæ Virginis ejusque Matris
Mariæ non immeritò pœnas, nisi ad plenum re-
sipuerit, formidare; sed omnino supradicta integrè,
& in-

Anno Christi

& inviolabiliter conserventur eidem Ecclesiæ S. Mariæ de Arco, Abbatis, & Monachorum suorum usibus profutura, pro quorum gubernatione, & substentatione noscuntur esse collata. Ad hujus autem donationis, concessionis, & confirmationis nostræ memoriam, & robur perpetuo valiturum, per manus magnifici Tancredis Syracusani Canonici Fidelis nostri scribi, sigillo nostro, & subscriptorum virorum testimonio fecimus communiri, Anno, mense, & die prætitulatis. Nos Isimbardus de Morengia Dei, & Regia gratia Dominus Neti suprascripta damus, concedimus, & confirmamus. Nos Cara Dei, & Regia gratia Domina Neti hæc concedimus, & confirmamus. Nos Sinibaldus, & Henricus, & Guglielmus filii Domini Isimbardi, & Domina Carà hæc concedimus, & confirmamus. Ego Adam Syracusanus Episcopus Testis vidi, & testor. Ego Joannes Maltensis Episcopus testis sum. Ego Sidon Castellanus Neti testis sum. Ego Henricus Comestabulus subscripsi. Ego Raymundus Miles. Ego Riccomanus Miles. Ego Rao de Vitranei. Ego Philippus Januensis. Ego Legonus de Astrimino. Ego Radulphus de Pascali[a].

[a] Ex Reg. Tab. Civ. Neti apud Abb. Jo. Gisinum.

Hujus diplomatis copiam nobis fecit Reverendissimus Abbas S. Mariæ de Arcu, D. Joannes Gisinus, qui sui Monasterii bono intendens, Tabulas ad ipsum spectantes, quotquot habere licuit, in unum congessit, ac benignissimè nobis communicavit.

I. *F. Rodulphum* ex eodem diplomate primum nostri Cœnobii Abbatem habemus, fortè Claravallensem Monachum. *Genesees enim Tabula*, inquit Manriquez[b], *ad lineam Claravallis S. Mariæ de Arcu prope Notum Monasterium pertinere conveniunt; quamvis in aliquibus Ferrariæ, in aliis Noaræ filia domus hæc dicatur*. Potuit igitur Rodulphus noster, aut Ferrariæ, aut Noariæ Monachus esse; non enim in tanta temporum distantia vera de eo notitia affulsit, cum vix ex nomine apud Historicos noscatur. *Illustravit initia nascentis domus* (sequitur idem Manriquez) *qui inter Sanctos Siciliæ commemoratur, Nicolaus Monachus multis clarus virtutibus*[c], de quo etiam sic Gaetanus[d]. *Ex eo Cœnobio S. Mariæ de Arcu, familiaque Cisterciensi extitit Beatus Nicolaus Netinus, cujus Reliquiæ CCC. fermè ante annos apud Netinos in honore habentur. Fama est illum fuisse de familia Comitis Isimbardi fundatoris Monasterii. Ejus vita, rerumque gestarum nulla extant monumenta, plura vero sanctitatis; etenim corpus primum humo levatum in Templo S. Mariæ de Arcu in Agro Netino sublime dodrantes IV. servabatur; inde in Urbem Netum translatum est in ædem Cisterciensem, conditumque arca in Odeo visitur, sed brachium vetere argenteo inclusum, in cujus fronte Monachus diademate ornatus depictus est hac cum inscriptione: S. Nicolaus de Arco; attamen vulgo B. Nicolaus appellatur*. Hæc Caetanus. Meminit de eodem Vincentius Littara, Enriquez, Maurolycus, & alii apud Manriquez[e]. Floruit Nicolaus eodem Caetano teste anno 1230. cujus dies obitus in decimumtertium Decembris incidit, ut ex relatione Francisci Bivarii refert Enriquez. Sylvester Maurolycus vero illum anno 1212. clausisse vitam scribit, domus fundationem cum obitu Nicolai confundens[f]. 1230

[b] An. Cister. ann. 1111. c. 10. num. 4.

[c] Ibidem.

[d] In vit. SS. Sicul. tom. 1. fol. 202.

[e] Litt. de rebus Net. Lib. En. Maur. in Mar. Manr. in Annal. ibidem.

[f] Syl. Maurol. in Ocean. Relig. de Cister.

Hic aliorum Abbatum, qui Rodulpho successerunt, seriem desideramus.

II. *F. Benedictus de Aquila* S. Mariæ de Arcu Abbas memoratur anno 1371. cui Vincentii de Montealto Abbatis Noariæ causa committitur a Sum. Pontifice, ut in notitia ejusdem Cœnobii diximus ad hunc annum; verum, cum Benedictus negligenter nimis Monasterii bona, ac Monachorum curiam administraret, à Manfrido de Alagona Neti Gubernatore ab officio deturbatur. Sed Martini primi Siciliæ Regis voluntate denuo suo loco restituitur[g], a quo non multo post ob eadem delicta dignitate, ac munere privatur, ut dicemus. 1371

[g] Ex Canc. ann. 1397. in diplom. Martini. 1.

III. *F. Guillelmus de Minot* anno 1392. loco Benedicti exauthorati Abbatem agebat, cujus precibus Regia Martini primi provisio emanavit pro Monasterii juribus servandis. Fuit Guillelmus Regius etiam Sacellanus, & S. Eliæ de Ambula Basiliensis Ordinis Abbas. Sed anno 1393. ex beneplacito ejusdem Martini nostram dimisit Abbatiam, cujus loco, ut innuimus, F. Benedictus præficitur: sed eo tandem deposito anno 1397. 1392 1393 1397

IV. *F. Joannes Melli* Scillacensis, Abbas, & Cœnobii administrator est constitutus[h]. Statuit porro Rex, ut ex bonis Monasterii Monachis necessaria suppeditarentur, ac pro Divino cultu unciæ viginti anno quolibet impenderentur. De residuis verò partem unam Benedictus, quoad viveret, consequeretur; partem aliam Joannes noster coadjutor electus, sibi reservaret, ex literis Catanæ die 2. Junii Indictione 8. 1398. 1398

[h] Ibidem fol. 19.

De Abbatibus Commendatariis:

I. F. JAcobum de Ballardis Laudensem patria regnante Alphonso Rege Abbatem de Arcu constitutum refert Joan. Lucas Barberius in suo Capib. Hic Ordinis S. Dominici, ob vitæ merita, & doctrinæ præstantiam S. Apost. Palatii Magister renunciatus, ad Laudensem Episcopatum postea assumitur, a quo ad Tergestinam sedem anno 1417. 4. Kal. Januarii translatus, nostra hac Abbatia à Rege decoratur, confirmante Pontifice. Cumque fructibus spoliaretur, Rex idem præcepit, ut in possessionem Abbatiæ omnino induceretur an. 1421. Ind. 15. atque Abbatiæ bona bifariam divisa essent, & pars una pro Monachis, & cultu Ecclesiæ, alia verò ipsi Episcopo cederet[i]. 1417 1421

[i] Ex Capib. Eccl. & Cancel. an. 1421. f. 1. Ex Tabul. Mon. apud Ab. Gisin.

Idem Episcopus, & Abbas anno 1424. die 17. Septembris quosdam terræ tractus in feudo de Arcu Mutio Landolina nobili Netino ad emphyteusim concessit, eodemque anno ad Urbinatem sedem transiit, quam simul cum Abbatia nostra ad annum 1435. tenuit. De eo Ughellus in sua Italia sacra[K]. 1424 1435

[K] Tom. 2. de Urb. Archiep. & tom. 5. de Tergest.

II. *F. N.* cujus nomen, & tempora ignoramus.

III. *Matthæus de Mantello* virtute regiæ expectativæ, ut dicunt, Abbatiam de Arcu in commendam obtinuit à Prorege, de Regis Joan-

Anno Christi 1454 Joannis voluntate, atque à Pontifice confirmatus, ejusdem iniit possessionem, & curam an. 1454. [a]. Quo decedente è vivis,

a Ex lib. Prov. in Reg. Canc.

IV. *Petrus Blanch* ab eodem Rege Abbas eligitur. Hic non multo post dignitati nuntium remisit, eamque in manus ipsius Regis resignavit. Quare Rex illam contulit [b]

b Ibidem ex Reg. Canc. ejus an. fol. 8.

1465 V. *Joanni de Cerda* nobili Hispano ex literis datis Terraconæ die 29. Januarii 1465. qui, & Bullis etiam Apostolicis Julii 2. sub datum Romæ pridie nonas Julii, eodem anno confirmatur. Post hunc

VI. *Antonius Colamba* Panormitanæ Ecclesiæ Canonicus ex Regiis literis Abbas S. Mariæ
1467 de Arcu renunciatur anno 1467. qui statim suum Procuratorem F. Bartholomæum de Buxo SS. Trinitatis Castrileonis Abbatem per acta Antonini de Aprea Panorm. mense Augusti 1488. Indict. 1. constituit. Hic quamplures terrarum concessiones magna Monasterii jactura fecit [c]. Fuit noster Antonius dehinc Philippi de Aragonia Panormitani Archiepisc. Vicarius an. 1475. quod munus etiam sub Archie-
1475 piscopo Petro de Fuois obivit, ac dignitatem Thesaurarii est consecutus. Exuit mortalita-
1491 tem ætate, & meritis cumulatus Panormi 1491. [d]

c Ex Tabul. Mon. apud Ab. Gilianum.

VII. *Alphonsus de Aragonia* anno 1492. hujus etiam Abbatiæ commenda donatur. Hic Ferdinandi II. Regis ex nobili pellice filius,
1492 post Joannis Aragonii mortem Archiepiscopus Cæsaraugustanus, Pontifice indulgente ætatis defectum, creatur, multisque aliis Abbatiis in hoc Siciliæ Regno obtentis, mox Montisregalis, tandemque Valentinum Præsulatum tenuit, præclarisque muneribus per Hispaniam perfunctus est, nostram autem ex Regiis literis, & Bullis Apostolicis Alexandri VI. sub dat. Romæ 7. Kal. Septembris 1492. in Regno
1494 exscriptis 13. Ind. 1494. obtinuit usque ad annum 1502. eamque mox favore successoris resignavit [e]. De eo nos alibi, & Pirrus variis in locis.

d Ex Mon. not. Can. Eccl. Pan.

e Pir. Chron. Reg. Lell. in Montisreg. Canc. anno 1494. fol. 117.

VIII. *Antonius Corsectus* Siculus Netinus, Joannis filius, nobilissimi generis, & spectatæ
1502 virtutis vir, ex renunciatione Alphonsi Abbas de Arcu eligitur [f], de quo non pauca enarrant Pirrus, Littara, Silvagius, & alii. Præfuit per annum; Romæ Episcopus Melitensis decessit, dum in aula Pontificia Alexandro VI. ab intimis secretis esset [g]. Post eum Alphonsus Arragonius ob jura reservata, Abbatia potitur, sed eam statim 2. vice

f Ex Canc. 1502 fol. 51. Pir. not. 7. Lit. de reb. Net. Sil. Col. Trium Pr. [illegible]

g Ex Pirro ibidem.

IX. *Raynaldo de Montesaurato* Netino resignavit. Hic præclarissimis ortus parentibus doctrina, & pietate excelluit S. T. Magister Ordinis Prædicatorum, Hæreticæ Pravitatis in Sicilia Quæsitor, Episcopus denique Cephalædensis, multis, ac variis titulis de Rege ac Regno meritus, Ferdinando II. apprime carus effulsit. Ejus electio in Abbatem de Ar-
1504 cu per Pontificem datis Romæ literis anno 1504. in Regno exscriptis eodem anno confirmatur, de quo Pirrus, & Littara cum laude scribunt [h].

h Pir. lib. 3. not. 6. Litt. de rebus Netinis.

Idem confirmavit concessiones dudum factas ab Episcopo Tergestino prædecessore Mutil Landolinæ hæredibus die 19. Julii 1506. [i], ac 1506 alios terræ tractos in feudo de Arcu jure proprietatis reservato, Joanni de Todoro Salvo Netino die 8. Junii ejusdem anni dedit. Mortem subiit in sua Cephalædensi Ecclesia mense Octobris 1511. post quem denuo ad Abbatiam 1511 Alphonsus Aragonius assumitur.

i Ex Tabul. Mon. apud Gilianum.

X. *Hieronymus Spagnolo* ob novam Alphonsi in sui favorem renunciationem, nostra Abbatia donatur, cum Regiis voluntate, ac literis die 2. Februarii 1512. tum Pontificio diplo- 1512 mate Romæ die 19. Septembris in Regno exscriptis die 13. Februarii 1513. [k]. Quo vita 1513 decedente

k Reg. Canc. eo anno & Prot.

XI. *Antonius de Comagno* SS. Canonum æmeritus professor, & Doctor, Abbas renunciatur, cum Regiis literis sub die 30. Julii, tum ex indulto Pontificio Romæ apud S. Petrum 3. Idus Augusti 1537. [l]. Verum Joannem 1537 Baptistam Venia, alibi in libro Monarchiæ Abbatem de Arcu invenimus, qui conquestus apud Proregem de sibi usurpata dignitate, ejusdem jussu in Abbatiæ possessionem est inductus, ut ex provisione Panormi lata an. 1526. At quanam ratione id factum sit ignoramus; in libris enim Cancellariæ Antonius de Comagno legitur institutus an. 1537. ob mortem Hieronymi Spagnolo. Forte igitur error irrepsit in annorum notas, atque adeo 1546. Pro- 1546 regis provisio emanavit contra Abbatiæ jura illegitime usurpantem post mortem nostri Antonii de Comagno. Igitur

l Ibidem eo anno.

XII. *Joannes Baptista Venia* cujus purum nomen innotuit.

XIII. *Joannes Salvus Gothus* Messanensis Patria, genere illustris, Abbas S. Mariæ de Arcu erat anno 1552. quo Jacobus de Arne- 1552 do Ecclesiarum juris Patronatus Regii Visitator nostrum Cœnobium lustravit, ac multa pro cultu decenti Ecclesiæ, ac Monachorum commodo decrevit. [m]

m Tab. Ord. Ad. Visitationis.

Anno 1581. sub eodem Abbate Petrus de Manriquez Butiron Regius & ipse Visitator 1581 Cœnobium, & Ecclesiam, ejusque jura, ac rationes suo subjecit examini die 29. Augusti [n] ac, quæ Jacobus Arnedo rectè jam constituerat, confirmavit. Præfuit Joannes triginta, & amplius annis. Post quem

n Ibidem.

XIV. *Fabius Ruffinus* præclaro sanguine in Sicilia oriundus, sed virtute longe spectatior, ob prædecessoris mortem, Pontifice annuente, ac confirmante, idibus Octobris 1586. apud S. Marcum, hanc assecutus est Abbatiam, cujus possessionem per Procuratorem die 29. Decembris ejusdem anni iniit [o]. Hunc nonnulli Cephalædensem, alii Pithinæensem faciunt. Obiit meritis locuples Panormi die 13. Aprilis 1590. ac primum in Ecclesia S. 1590 Mariæ de Monte Carmelo ejus corpus terræ datur, sed dehinc sororis Obedientiæ Monasterii S. Marci de Pithinæo Abbatissæ, Fabii legitimæ filiæ opera in Ecclesiam ejusdem Cœnobii transfertur, atque nobili Epitaphio decoratur, quod integrum à Pirro refertur [p]. Fuit noster Fabius primùm matrimonio copulatus, dehinc uxore mortua, ad sacrum Presbyte-

o Reg. Canc. eo anno.

p Lib. 3. Not.

abyte-

Anno Christi 1590 sbyteratum properavit, quo nomine Regius A fuit Capellanus, ac denique Abbas; habuitque fratrem Silvium Ruffinum S. Lucæ de Pithinao Abbatem, vitæ etiam integritate præcipuum, quem suæ Abbatiæ de Arcu Procuratorem constituit. Meminerunt de Fabio a Ibi in Amphith-p 2. fol. 2. Passaf. fol. 48. Franciscus Baronius, & Passafiume [a].

XV. *Scipio Gonzaga* S. R. E. Cardinalis tit. S. Mariæ de Populo Patriarcha Jerosolymitanus summis Ecclesiæ Pontificibus Pio V. & Gregorio XIII. jucundus, ac Xysto V. carior, a quo inter Purpuratos Patres die 18. B Decemb. 1587. adscriptus est, suum constituit Procuratorem eumdem Silvium Ruffinum, cujus opera Ismbardi Cœnobii fundatoris diploma de anno 1212. in publicis tabulis exscriptum, Proregis jussu observatur 1591 die 31. Julii 1591 [b]. Decessit Scipio in S. b Ex Tabul. Mon. apud Ab. Gilin. Martini paternæ ditionis oppido 1593. ibidemque in Sacello S. Sebastiani jacet nobili 1593 epigraphe honoratus. De eo Ciaconius [c]. c Vit. SS. Pont. ann. 1587 fol. 1605. Post quem ex Regis voluntate

XVI. *Gaspar Mollica* nostra Abbatia, ac C illa etiam ejusdem Ordinis S. Mariæ de Roc- 1594 cadia cohonestatur. Fuit Messanensis Patria, multisque meritis apud Regem commendatus, ac Capellani Regii munere decoratus effulsit. Bono sui Monasterii intendens, literas à Prorege exoravit via Tribunalis M.R.C. 1600 Panormi die 3. Martii 1600. emanatas, ut Monasterium, & Abbatia in possessione Fluminis Gabisi, olim ab Ismbardo fundatore at- d Ex Tabul. Mon. apud eumdem. tributi, conservaretur [d]. Idem ut singulis Officialibus, ac Regni Administris pro tui- D tione, & defensione bonorum ejusdem Abbatiæ scriberetur, atque terrarum fines ritè 1601 designarentur, sub die 10. Octobris anno 1601. e Ex Tabul. ibidem. impetravit [e]. Hinc sequenti anno expertis viris undique accitis, aliisque interesse habentibus vocatis, juxta juris statuta, confi- 1602 nia omnia feudorum, ac terrarum Monasterii descripta sunt.

Eo Abbate, Monachi è veteri Cœnobio aeris insalubritati obnoxio in urbem habitatum 1608 venerunt, ædibusque S. Theodori Ecclesiæ, E quæ ab antiquo pro Grangia erat, propinquis adauctis, novum moliri cœperunt, ubi f Ex Pirro l. 3. not. 2. ad annum 1693. perstitere [f]. Gaspare decedente è vivis

XVII. *Joannes Garzias* S. R. E. Cardinalis Mellinus, Patria Romanus, Archiepiscopus Colossensis, Monasterii Commendatarius designatur ex literis Regiis Panormi exscriptis 1610 1610. [g]. Gessit Joannes magna sui gloria Nuntium Apostolicum in Hispania; hinc evoca- g Ex Tabul. Prot. & Reg. Canc. tus, ac sacro Galero die 15. Decembris 1607. F & titulo SS. Quatuor Coronatorum donatus, Romanæ Ecclesiæ operam suam probavit. Legatus à latere ad Rodulphum Imperatorem, & Mathiam Reges fratres Austriacos pacandos missus, dexteritate, & prudentia eosdem sibi devinxit. Episcopus tandem Tusculanus lucis usuram amisit Romæ 6. Nonas Octo- 1629 bris 1629. Illum pietate, prudentia, ac juris peritia notissimum, maximæ in rebus gerendis auctoritatis, & dexteritatis, atque ob id à Summis Pontificibus arduis de rebus in consiliis adhibitum, & non uni Conventui Cardinalium præpositum appellat Ciaconius, cujus corpus in S. Mariæ de Populo, ad Mellinæ familiæ Sacellum tumulatur. Post Mellinum Anno Christi 1629

XVIII. *Ferdinando Austriaco*, Aragoniæ Infanti, Philippi III. Hispaniarum Regis filio Abbatia defertur, Pontifice approbante die 16. Maji 1630. [h]. Hunc S. R. E. Cardi- 1630 nalem tit. S. Mariæ in Porticu Paulus V. PP. h Ex Tabul. Prot. Canc. die 29. Julii 1619. creaverat, atque Archiepiscopum Toletanum, cum dispensatione ob ætatis defectum, renunciaverat. A fratre autem multis Ecclesiasticis beneficiis de jure Patronatus in nostro Siciliæ Regno cohonestatur, S. Michaelis scilicet de Troyna, S. Mariæ de Noaria, & hac nostra de Arcu Abbatia. Ut autem ejusdem possessionem est assecutus, Aloysium Gomez Hispanum suum delegit Procuratorem Matriti die 2. Maji Indict. 14. 1631. ex actis Petri Fernandez à 1631 Navaretta. Gomez vero Fulvium Noceti Ordinis S. Augustini substituit Romæ die 14. Junii [i]; quorum opera privilegium Ismbar- i Ex Tabul. Mon. apud Ab. Gilin. di de Fundatione Monasterii observatum denuo ex Proregis rescripto die 1. Aprilis 1632. 1632 legimus, redditus, & census sunt aucti, ac confinia terrarum descripta. Denique ejusdem Proregis literæ pro recuperandis bonis Monasterii à Laicis occupatis die 5. Julii emanarunt [k]. Fuit noster Ferdinandus Castel- k Ibidem. læ Magnus Cancellarius, ac Flandriæ totius, Fratris Philippi IV. nomine, regimen tenuit. Obiit immaturè anno 1642. Post quem 1642

XIX. *Antonius Bosco* Siculus ex illustrissima Catholicæ Principum progenie, Abbatialibus infulis ornatur ex literis sub dat. Cæsaraugustæ 11. Octobris 1642. in Regno exscriptis die 5. Septembris 1643. & ex Bullis 1643 Romæ die 13. Julii datis, ac die 5. Octobris in Regno exscriptis eodem anno. Possessionem Abbatiæ per Petrum de Laurentio Nobilem Netinum Reg. Secretum est consequutus die 28. Octobris [l], Franciscum Tranchinam suum l Ibid. & ex Tab. Prot. delegit Procuratorem. Ejusdem industria quamplurimæ Monasterii scripturæ in unum collectæ, ex publicis Tabulariis sunt exscriptæ [m]. Fuit etiam Abbas S. Philippi de Agyrio. m Ex Tabul. Mon. ibid.

Anno 1642. Nicolaus Astuto Nobilis Netinus Regius Mag. Notarius Netinæ Urbis in mortis articulo constitutus, bona quædam Monachis signanter S. Mariæ de Arcu legavit, onere adjecto, ut scilicet quolibet die Sabbati Missam pro ejus anima celebrare, ac solemniter decantare tenerentur. Instrumentum per acta Martini de Presti die 29. Novembris dicto anno Indict. 11. fuit celebratum [n]. Antonio decedente anno 1646. n Ex iisdem Tabul.

XX. *Joannes Austriacus* Philippi IV. filius nothus Abbatiæ Commendam obtinuit ex Bullis die 8. Februarii 1647. Joannes jam ab anno 1642. Regis filius declaratus, totiusque exercitus Regii Dux maximus constitutus, quamplurimis aliis Beneficiis Ecclesiasticis est decoratus [o]. Sub ejus felici regimine o Reg. Canc. & Tabul. Prot. perscri-

Anno Christi

perscripsit Pontifex Alexander, ut Petro de Cordova pensio, ut ajunt, aureorum 200. ex mensa Abbatiali S. Mariæ de Arcu quotannis solveretur, idque ex Regis Catholici voluntate datis Romæ literis apud S. Mariam Majorem 3. Nonas Septembris, Pontificatus sui anno 5. Domini vero 1658. [a]

1658

[a] Ex Tabul. Mon. apud Ab. Gisin.

1663 Anno 1663. præcepit Prorex, ut non solverentur Monachis, quæ pro eorum victu, & substentatione fuerant assignata, postposito tempore, sed de primis Abbatiæ proventibus debita impenderetur illis pecunia sub die 21. Julii Messanæ: Judicis etiam Reg. Monarchiæ literis, subditi, & Ministri Abbatiæ de Arcu ab omni alia jurisdictione sæculari exempti, immediate Tribunali ejusdem R. Mon. subduntur die 7. Septembris eodem anno [b]. Obiit Joannes anno 1676. ejusque loco

[b] Ibidem.

1680 XXI. *Jacobus Seavone* Canonicus Messanensis Abbas renunciatur, Pontifice confirmante sub die 7. Novembris 1680. [c]. Huic Reg. Monarchiæ Judex præcepit, ut solveret Monachis pro victu, & vestibus, ac pro Ecclesiæ cultu aureos 572. ex literis sub dat. Panormi die 4. Febr. 1681. [d]. Decessit anno 1689.

[c] Ibidem ex Reg. Canc.

1681

[d] Ex Tabul. Monast.

1689 XXII. *Joseph Saenz* S. R. E. Cardinalis de Aguirre Ordinis S. Benedicti Congregationis Hispaniæ, & Monasterii S. Æmiliani Alumnus ex Bullis Romæ 7. Novemb. 1689. [e], cum exemptione à Tandis, & donativis ex Regiis literis Panormi exscriptis die 29. Maji 1690. nostram Abbatiam obtinuit. Hic gradibus omnibus in Religione emensis, Congregationis Hispaniæ, & Angliæ Generalis Magister eligi meruit. In Salmanticensi Academia S. Theologiæ Doctor, plures Cathedras moderatus, primarius tandem S. Scripturæ à supremo Senatu electus est. Insignis Collegii S. Vincentii studiis, sexdecim annorum spatio, præfectus, semel, & iterum ejusdem Cœnobii Abbas renunciatus, præclarè de Religione meruit. Libris Theologicis, Philosophicis, Historicis multijugi eruditione, ac doctrina refertis Orbem literarium illustravit, ac miram S. Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis doctrinam dogmaticis, & Scholasticis commentariis illustratam vulgavit; Præclarum denique opus de Conciliis Hispanis edidit. In supremo fidei Senatu Catholico Regi ab intimis consiliis, tandem ab Innocentio XI. Romano Pontifice inter Purpuratos Ecclesiæ Patres pro vitæ meritis relatus est, ac Siciliæ Protector constitutus.

[e] Ex Reg. Canc. eo an.

1690

1693 Eo Abbate anno 1693. horribili illo terræmotu, qui Siciliam universam, & Netum maximè excussit, Cœnobium communi ruina involutum est; ideo simul cum urbe alio in loco condi cœptum. Pro reparandis porro tumultuario opere ædificiis, unciæ centum ex bonis Abbatiæ Monachis assignantur ex præscripto Tribunal. Reg. Monarchiæ die 23. Octobris ejusdem anni [f]. Jacturæ sui Cœnobii interim noster Joseph misertus, ipsum sacra supellectili donavit, ac variis muneribus concinnavit. Obiit tandem Romæ 77. ætatis suæ anno die 19. Augusti 1699. Ibidem in Ecclesia sui tituli sepultus; post quem

[f] Ex Tabul. Mon. apud Ab. Gisin.

Anno Christi 1699

XXIII. *Joanni Giufino* Panormitano, Sebastiani Giufini Sac. Reg. Conscientiæ Præsidis filio, Rege volente, ob Patris promerita sub die 28. Februarii 1700. ac Pontifice confirmante Romæ apud S. Mariam Majorem 4. Kal. Augusti, hæc Abbatia collata est, addita pensione aureorum 500. favore Petri Adriani super ejusdem bonis exolvenda [g]. Hic die 31. Augusti possessione inita, suas vices Dominico Landolina nobili Netino delegavit, cujus opera Cœnobium fabricis, sacrarium vestibus, ac supellectili augetur, ut publico instrumento constat [h]. Tum literas à Prorege via Trib. R. P. observatoriales, ut vocant, noster Abbas obtinuit, ut bona scilicet, & Terræ in feudis Monasterii à Laicis occupatæ restituerentur, ac fines describerentur, Panormi die 1. Martii 1701 [i].

1700

[g] Ex Tabul. ibid.

[h] Ibidem.

1701

[i] Ibidem.

Anno eodem, cum in minoribus Ordinibus adhuc esset constitutus, à Pontifice facultatem exoravit, fructus Abbatiæ percipiendi; dummodo cura spiritualis Monasterii, ac Monachorum penes Claustralem Priorem esset, usque dum 25. ætatis annum expleret; datæ sunt Apostolicæ Bullæ apud S. Mariam Majorem die 30. Septembris, Pontificatus Clementis XI. anno 1. [k]. Elucet in Joanne, qui ad majora Panormi vivit, eximia morum comitas, scientia non vulgaris, ac vitæ innocentia, & puritas, quibus omnium sibi animos devincit, ut supra laudem omnem merito censeatur.

[k] Ibidem ex Tab. Mon.

Monasterium, atque Ecclesia magnificentissimis initiis hodie exurgunt. Monachi sunt num. 8. Laici 2. sub claustrali Priore, qui die, noctuque Divinis laudibus intendunt.

Abbas Ministros suos, ac Balios pro feudorum custodia eligit, qui in Tribunali Regiæ Monarchiæ ab anno 1633. matriculantur, ut ajunt, eidemque subduntur immediatè, Pontificalia de more exercet, & Mozetam nigram gestat. In Generalibus Regni Comitiis 59. votum profert, ac Cisterciensem profiteri disciplinam tenetur, dummodo in proprietatem, & non in Commendam Abbatiam obtineat. Annui proventus olim anno 1611. erant unciæ 1408. Dehinc Pirri tempore scutata pene 5000. Sed hodie ex Feudo Gaetani consequitur scut. 250. Ex Feudo de Piana scutat. 800. Ex feudis de Arco, & Pianetti scut. 700. sum. 1750. Onera pro victu Monachorum, Fabricis, cultu, & ornamentis Ecclesiæ scut. 572. 9. 8. Pro nova Cœnobii constructione ex præscripto Trib. R. M. scut. 250. Pro Tandis scut. 339. 6. 14. Acceptum ergo scut. 1750. expensum scut. 1151. 4. 12. Remanent pro Abbate quolibet anno scut. 588. 7. 8. Reliquiæ insignes, *Corpus S. Nicolai* ejusdem Cœnobii Monachi, de quo superius ad annum 1230. *Ex vestibus, & sanguine concreto SS. Innocentium. Ex Ligno Sacratissimæ Crucis. Ex Ossib. S. Bernardi Abbatis, & S. Viti Mart. Christi Domini* è Cruce pendentis religiosissima Imagó penicillo exarata Græco opere in Ecclesia etiam colitur pluribus miraculis illustris.

NOTI-

NOTITIA SEXTA

S. MARIÆ DE TERRANA SEU DE BETHLEHEM.

NOrthmannorum Principum eximia pietas angustiis Calabriæ, Siciliæ, atque Apuliæ finibus circumscribi minime passa, in longinquas quoque Syriæ regiones adeo sese effudit, ut in nulla penè sacræ illius Provinciæ Deo dicata domo, largæ eorum munificentiæ non demiremur monumenta. Id satis abundè testantur nedum celeberrima Vallis Josaphat, S. Mariæ de Latina, ac S. Sepulcri Monasteria Ecclesiis, latifundiis, libertatibus, privilegiis, à Northmannis aucta, sed & hujus etiam S. Mariæ de Bethlehem Historia, quam aggredimur, luculenter edocet, *Auctorem* (inquit noster Pirrus de hoc ipso S. Mariæ de Terrana, seu de Bethlehem Monasterio disserens) *fundationis non agnosco, id tamen certissimum constat, ab initio fuisse Prioratum ex suffraganeis Episcopalis sedis Terræ Sanctæ scilicet Bethlehem, quæ Priores eligebat.*[a] Hæc porro Bethlehemitica sedes Archiepiscopali olim honore refulsit, Sed post exactos è sacris locis per Goffredum, ac Socios, Saracenos, Dominici Præsepis Ecclesia, Canonicis S. Augustini Regularibus traditur; dehinc Episcopali titulo, agente Balduino Rege à Pontifice Romano Paschali II. donatur, ac Patriarchali Hierosolymitanæ sedi subjicitur, *Fuit autem Ecclesia Bethlehemitica* (inquit M. S. apud Maurolycum[b].) *Prioratus Canonicorum Regularium usque ad tempora Balduini primi Regis Latinorum in Hierusalem. Rex vero propter loci dignitatem, & Dominicæ Nativitatis præcellentiam eam dignitate Cathedrali sublimavit, & constituens in Episcopum de mandato, & voluntate bonæ memoriæ Paschalis Papæ, qui Ascalonem immediate subjecit.* Apud Blasium Terzi[c] eadem Bethlehemitica Ecclesia Archiepiscopalis dicitur, eique subjectos, ac suffraganeos Episcopum Tiberiadis, & Priorem Montis Tabor fuisse asseritur, ex M. S. Bibliothecæ Parisiensis apud Cospinum.

a Lib. 1 n. 2. ex Capibr. Barber.

b Sylvestr. Maurol. Ocean. Relig. lib. 2. folio 15.

c De Sicilia Sacra l. 2. cap. 40.

Subdubitare ex his licet, Prioratum ab initio sub instituto Canonicorum Regularium S. Augustini effloruisse, dehinc vero ad Cistercienses devenisse. Quamvis autem Pirrus hujus Cœnobii historiam paulo fusius adornaverit, ut vix pauca, ad ea, quæ lib. 3. not. 2. de Calatabjerone scripsit, hic addi possint, ordinem nihilominus aliorum Cisterciensis familiæ sequentes, quæ intacta reliquit ille, hic expendemus.

Jam usque ad annum 1380. hujus Cœnobii monumentum extat nullum; in paucis enim libris ejusdem sæculi in Cancellaria asservatis de ea Ecclesia perpetuum silentium; forte quia non ad Regem, sed ad Episcopum Bethlehem collatio spectabat. Hujus igitur electione[d]

d Reg. Canc. 1393. Ind. 2. f. 112. & ann. 1397. & 1401.

I. *F. Aloysius* seu *Elisius Crexi* Calatajeronensis Patria, Prior constitutus, cum ab Artali de Alagona tamquam Regis Martini I. consectarius carcere detineretur, anno 1392.[e] ab Antonio de Bosco Ordinis Minorum nomine Episcopi Bethlehem capta est possessio Prioratus. Post Aloysium — 1392

II. *F. Antonius Pixione* sufficitur; adversus quem è carcere liberatus Aloysius litem intendit anno 1402.[e] Præcepit ideo Rex Martinus, ut causa ritè discussa, ad præscriptum juris decerneretur. Interim Episcopus Bethlehem, ut sibi restitueretur Monasterium, Regem eumdem exoravit, qui iterum F. Mauro Episcopo Melitensi, & F. Bertuchio de Massari Monacho Sanctæ Agathæ urbis Catanæ in Canonicis legibus peritis rem commisit Catanæ die 13. Augusti 5. Indict. 1403.[f] Hi pro Episcopo decreverunt. Proinde Aloysius Crexi denuo in possessionem Ecclesiæ inductus est. Sed eo apud infideles, captivo obeunte, Andreas de Pixione Antonii frater, & Procurator Prioratum, fratris nomine est assecutus, id quod Guillelmus de Mariscalco Messanensis Bethlehemitanus Episcopus confirmavit, anno circiter 1407. Antonio mortuo, — 1402 — 1403 — 1407

e Cancell. eo an. fol. 16. & ead. fol. 10. & lib. Mon. ann. 1402. fol. 40. apud Pirrum.

f Ibidem lib. Monarchiæ.

III. *F. Joannes de Carpansano* Drepanensis Prior designatur ex Regis Alphonsi voluntate, & literis Lopes Ximenii de Urrea Proregis, quas Jacobus de Speciali Regni Thesaurarius, ac Oeconomus exscripsit anno 1445. De eo Pirrus lib. 3. not. 6. ubi de viris Illustribus Drepanitanis. Fuit Joannes Regius etiam Secretarius, habitumque Clericalem dimisit 1451. Hinc — 1445

IV. Cler. *Hieronymus la Rosa* Joannis la Rosa Thesaur. filius in Prioratu successit ex literis ejusdem Lopes Ximenii Proregis cum clausula, *donec per Sedem Apostolicam, vel Episcopum Bethlehem in personam dicti Hieronymi fuerit legitimè provisum*, Panormi die 28. Decembris 1451.[g]. Hieronymi electionem sequenti anno confirmavit Alphonsus ipse Rex Neapoli die 15. Junii 15. Ind. his verbis.[h] *Beneficium S. Mariæ de Terrana Terræ Calatagironis cum infrascriptis Grangiis, videlicet Grangia Terræ Mohac, & Grangiis Terrarum Buxema, & S. Luciæ Milatii; cujus beneficii collatio cum antedictis Grangiis ad Vener. Episcopum Bethlehem pertinet, spectat, ut asseritur, qui ab hoc Regno longa absentia constitutus est, & in præsentiarum vacant, una cum beneficio S. Laurentii Terræ Marsaliæ vulgariter de Maddonna Ciancia, ne beneficia ipsa Divino destituantur servitio, tibi Hieronymo conferimus &c.* — 1451 — 1452

g Ex Capib. Bar. Ubi de Ablat. Terranæ.

h Reg. Canc. eo ann. fol. 151. apud Pirrum.

Interim vero *Jacobus de Sanctis*, sive *de Sancto* Tropæensis eumdem Prioratum ab Callixto III. Rom. Pont. exoraverat; at quia in Apostolico rescripto nulla facta fuerat mentio de jure Patronatus Regio; ideo Alphonsi ejusdem voluntate, literæ in Regno executione caruerunt[i]. Pendente consultatione hac, id beneficium — 1456

i Ex l. Prot. die 31. Aug. 1456. & II. Secr. mense Decemb.

V. *Joannes Antonius de Leo* Siculus Calatajero-

Anno Christi

1466 jeronensis, Canonicus Panormitanus à Rege impetravit, qui diu cum Jacobo de Sanctis circa possessionem coram Antonio Caggio Panor. Canonico Judice contendit, ut ex literis sub dat. Messanæ die 16. Augusti 8. Indict.[a] 1460. sed tandem Jacobo mortuo, Joannes Antonius à Francisco Episcopo Bethlehem novam de Prioratu institutionem obtinuit Papiæ, in Episcopali Palatio Cardinalis Papiensis die 28. Aprilis 1471. ex literis ibidem exscriptis, quas executioni dandas, demandavit Prorex, Syracusano Episcopo Panormi die 1. Martii indict. 5.[b]

a Ex Canc. eo an. f. 1 & 11. apud Pirrum.

b Lib. Secr. fol. 125 apud Pirrum.

Jam verò Antonio eodem in Prioratus possessione pacifice existente,

VI. *Antonius de Moretta* Calatajeronensis Patria, genere nobilis, ac S. Mariæ Novæ lucis Catanæ Monachus ex diplomate Xysti IV. Pontif. Rom. sub dat. Romæ die 12. Februarii Indict. 10. 1476. impetravit, ut à
1476 morte Joannis Antonii, Prioratus in Abbatiæ dignitatem Ordinis S. Benedicti, cujus ipse F. Antonius Abbas futurus esset, erigeretur [c]. Itaque ejusdem diplomatis vigore in possessionem Ecclesiæ, quo ad spiritualia jura tantum, est immissus. Id autem in præjudicium Episcopi Bethlehemitani, cujus juris erat Ecclesia de Terrana, obtentum affirmabat Orlandus de Leo, Joannis Antonii Prioris Frater, & Regi à Secretis. Hinc Prorex die 8. Decembris ejusdem anni suspendendam esse Antonii novi Abbatis possessionem ad novum Regium mandatum decrevit.

c Ex Reg. Canc. eo an. fol. 175 Ex Pirro, & Moreti de Calatajer.

1478 Decedente autem inter hæc Joanne Antonio Priore, quoniam in Bullis Apostolicis divisio Beneficii ab Episcopatu Bethlehem, *assignata prius congrua pensione Episcopo eodem*, decernebatur, assignatione facta, F. Antonio indulsit Prorex, ut in spiritualibus, & temporalibus novæ Abbatiæ possessionem iniret, ac spolium demortui Prioris consequeretur [d]

d Pirr. ibid. lib. 1.

Verum conquestus apud eumdem Pontificem Xystum IV. Christophorus Episcopus Bethlehemitanus, *se ad id minime vocatum, aut citatum fuisse*, novo Pontificis rescripto obtinuit
1479 sub dat. Romæ die 16. Martii 1479. ut sibi *Ecclesiam ipsam cum Grangiis, spoliis, & pecuniis per dictum Antonium perceptis in pristinum, & eum statum, in quo ante dismembrationem, & erectionem prædictam erant, restitueret, & ipsi Antonio silentium perpetuum imponeretur, dictusque Episcopus in possessionem ejusdem Ecclesiæ induceretur &c.* [e]. Compositis demum rebus inter Episcopum, & Abbatem, hic suam est assecutus Abbatiam, in qua usque ad annum
1504 1504. egit, ibidemque est demortuus. Post Antonium Abbatia ab Rege, uti de jure Patronatus semper collata fuit in Commendam, ut dicunt; & primo

e Ex Pirro ibidem.

VII. *Joanni Scalambro* V. J. Doctori, Syracusano, Regio Capellano ac S. Officii Administro ex Regiis literis datis Vallisoleti
1505 die 13. Aprilis 1505. cum onere exolvendi annuam pensionem 80. aureorum Lucæ de Marinis Regio Historico, & Capellano [f]. Verum Julius II. Roman. Pont. eam dignitatem *Marco Vigerio* Savonensi Ordinis Minorum Episcopo Senogalliæ S. R. E. Cardinali titulo S. Mariæ trans Tiberim, ac denique Episcopo Prænestino contulit. Quod, ut ad Regis Ferdinandi aures pervenit, ne suo juri Patronatus fieret injuria, præcepit Rex, ut Abbatia Joanni Scalambro ab se electo, una cum bonorum possessione traderetur, ac pro nulla Cardinalis Prænestini electio, in præjudicium Regium facta censeretur [g]; de quibus literis Panormi executoria emanavit die 25. Maji ejusdem anni 1505. quamvis Pirrus ann. 1507. easdem asserat signatas; 1506
quod libris Cancellariæ non cohæret.

f Lib. Prot. 29. Maii 9. ind. 1505. fol. 37. & Cancell. eod. an. f. 459. ex Pirro.

g Canc. ibid. fol. 459.

Ortum hinc est inter Joannem, & Vigerium Cardinalem de Cœnobii possessione dissidium, sed tandem Pontificiæ electioni cessit Vigerius, atque Abbatiæ in manibus Pontificis, ac regis renunciavit; quare novo Pontificio diplomate, de Regis consensu

VIII. *Joannes Vigerius* Savonensis Protonotarius Apostolicus, Cardinalis Nepos Abbatia cohonestatur 17. Kal. Maji 1513. atque 1513
ex Regiis literis confirmatur die 26. Junii, Panormi exscriptis die 8. Octob. Cujus etiam favore provisio emanavit, ut fructus Abbatiæ à tempore vacationis, ipsi à Regia Curia exolverentur [h]. Interim de possessione adhuc Joannes Scalambro Romæ contendebat, ac cum novo electo litigabat, sed die tandem 29. Novembris anno 1517. pro Vigerio 1517
decretum, exscriptaque sententia fuit in Tabul. Proton. die 21. Januarii 1518. 7. Indic. [i] 1518

h Ex Canc. eo anno.

i Reg. Prot. hoc an. fol. 181

Hic non præteream, Pirrum scripsisse, ab Leone X. confirmationem Regiæ collationis Joannem Scalambro obtinuisse anno 1517. id, quod minimè cum his, quæ huc usque protulimus, atque ex libris Cancellariæ, & Proton. exscripsimus, concordat. Præfuit Joannes Vigerius Abbatiæ usque ad ann. 1526. 1526
post cujus mortem [k]

k Ex Pirro ibidem.

IX. *Antonius de Monte S. Sabini*, Aretinus S. R. E. Cardinalis Episcopus Portuensis à Clemente VII. Rom. Pont. sub dat. Romæ 6. idus Januarii an. 1527. Abbas Commendatarius eligitur; Sed cum ea electio Regi non 1527
arrisisset, Abbatiam dimisit; ideo

X. *Ambrosio Sanchez* Ludovici filio, Joannis Cephalædensis Episcopi Fratri, Canonico Panormitano S. Joannis de Eremitis, eadem commendatur ex literis Regiis Barchinone die 23. Julii 1529. cum onere solvendi quotannis, pensionis nomine, aureos 1529
50. Joanni Bernardo Gentili à Regiis Consiliis, & Sacris, qui per Pontificem confirmatur etiam sub die 8. Octobris Indict. 13. ejusdem anni [l]. Fuit noster Ambrosius Abbas S. Eliæ de Ambula Basiliensis Ordinis, & S. Mariæ de Roccadia ejusdem Cisterciensis familiæ, ut diximus in ejus notitia. Mortalitatem exuit die 27. Augusti 1546. sepultus in Ecclesia S. Citæ Ordinis Prædicatorum Panormi. De eo noster Pirrus tum hic lib. 3. tum lib. 4. Post quem

l Reg. Canc. hoc an. fol. 14. & 62.

XI. *Antonium de Eraso* (Crasso vocat Pirrus) Regium Capellanum ad Abbatiam evectum legimus ex Regio præscripto. Hunc

Neti-

Anno Christi Netinum Patria, & Episcopi Syracusani Vi- A
carium dicit Pirrus [a], ac mox literas dat.
Augustæ die 17. Martii 1546. obtinuisse, scri-
a Lib. Not. 2. bit, ad Feudum, seu Territorium Melluri
in Planitie Milatii sibi revocandum, uti de
1546 juribus suæ Abbatiæ, concessum olim cuidam
Messanensi pro annuis unciis decem. Antonio
ad Archidiaconatum de Segulveda translato.

1552 XII. *Camillus de Paternione, & Seminara* Patritius Catanensis, Joannis Baptistæ Seminara in supremo Italiæ Consilio Regentis Nepos, ob sua, & Avunculi promerita à Carolo B
1556 V. die 26. Martii anno 1556. Abbas renunciatur. Hunc malè Joannem Platamone appellat Groffi [b]; nullus enim ejusdem nominis Terranæ Abbas per hæc tempora. Anno 1558. sub Camillo, ab Jacobo de Arnedo visitatur Abbatia, ejusque Ecclesia, qui cum quosdam Monachos nulli Regulæ addictos in Monasterio invenisset, die 1. Aprilis sanxit, ut amotis illis, inde Monachi Benedictini juxta antiquam institutionem accerserentur, atque Ecclesiæ inservirent. C

b Grof. dec. Cit. tom. 2. fol. 144.

Camillum ad Catanensem Præsulatum à Rege postulatum produnt Scipio, & Joseph Paternò in Hist. de sua familia, sed morte præventum Bullas minimè obtinuisse; decessit è vita anno 1569. circiter.
1569

XIII. *Nicolaus Daneus* Mediolanensis, Regius Capellanus, Comes Palatinus, & Regius etiam Ecclesiarum juris Patronatus Visitator in Valle Demanæ, & Mazariæ, Abbas noster à Rege electus, & à Pontifice confir-
1570 matus Romæ 4. Kal. Decemb. 1570. cujus Bullæ Panormi exscriptæ die 8. Septemb. 1571. [c] D

c Tab. Prot. hoc an. fol. ...

XIV. *Joseph Saladinus* Francisci Italiæ Consilii Regentis filius, ob Patris merita, & propriæ virtutis intuitu nostra Abbatia do-
1588 natur ex Regiis literis 4. Septembris 1588. [d] quam mox cum illa pinguiori S. Philippi de Agyrio commutavit, unde ad Syracusanum Episcopatum assumptus est anno 1604. De eo nos in Notitia S. Philippi de Agyrio par. 2. & Pirrus [e].

d Reg. Canc. hoc anno.
e Lib. 3. n. 2.

Exinde Abbatia de Terrana, seu Bethlehem Officio Judicis Apostolicæ Legatiæ, vul- E
go Regiæ Monarchiæ, unitur, ex Regis præscripto apud S. Laurentium die 16. Augusti 1589. atque à Regiis Tandis, ut ajunt, eximitur. Hinc primo confertur

XV. *Emmanueli Quero de Carillas* Hispano, tunc Judici, qui Bullas Apostolicas sub dat. Romæ apud S. Petrum pridie Nonas Mar-
1590 tii 1590. impetravit. Porro, cum Apostolicæ Legatiæ suprema dignitas Hispanis, ut plurimum, conferri soleret, & Siculis Alter- F
nativa, ut vocant, hujus Abbatiæ esset ablata, voluit Rex, ut soli Siculi deinceps ad Prioratum S. Andreæ de Platia assumerentur, ut in ejusdem Notitia dicemus. Emmanueli ad Sedem Cephalædensem translato, ut in officio, sic in Abbatiali honore

XVI. *Joannes Torres de Orosio* Hispanus ex Oppido Calloris successit ex literis Regiis
1596 16. Novembris 1596. & Bullis Apostolicis 9. Kalendas Julii 1597. [f], qui, cum pluribus ti-

f Reg. Canc. hoc ann. fol. 470. & 476.

Anno Christi
1596 tulis in eo Tribunali per annos circiter sexdecim se commendasset, primo ad Syracusanam; dehinc ad Montisregalis (quam respuit,) moxque ad Catanensem Cathedram promovetur; ex qua post multa egregiè gesta anno 1624. ad Ovetanam in Hispania, atque ad alias sedes transfertur. De eo Pirrus [g]. Interim anno 1613.

g Lib. 3. n. 1. & not. 3.

1613 XVII. *Joannes Ruiz de Valdivexo* Petri Ruiz Messanensis Archiepiscopi Frater Philippo III. Rege eligente in domo de Aranquez die 4. Maji 1613. Abbas Terranæ designatur, atque à Pontifice Romano Paulo V. cujus pedes Romæ deosculatus est, benedicitur, & confirmatur 12. Kalend. Decembris 1614. [h]. Fuit noster Joannes à Consiliis Proregis in Regno Neapolitano, & Caput Rotæ; in Sicilia quoque Abbas S. Catherinæ de Linguagrossa, & S. Mariæ de Castania. Diem obiit suum, cum in Hispanias triremi veheretur, prope Januam, anno 1624. ut Pirrus scribit [i].

h Tab. Prot. hoc ann. fol. 149. & 150.
i Lib. 2. de Jud. Reg. Mon.

XVIII. *Petrus de Neila* Hispanus de Soria Diœcesis Oximensis Regiis literis Matriti signatis 10. Julii 1625. & Bullis Apostolicis 10. Kal. Julii 1627. hac Abbatia donatus mox sequenti anno à Prorege Consultor delectus, tandem in supremo Italiæ Consilio regens,
1634 Abbatiam ad annum 1644. circiter retinuit, quamvis in officio Legati Apostolici alios habuerit successores ab anno 1636. Aloysium Alphonsum de los Cameros, Joannem de Torresiglia, & Gasparem Creales, qui pro more titulo Abbatis S. Mariæ de Terrana etiam utebantur, etsi nec proventus, nec re, dignitatem illam fuerint consequuti. Assumpto porro ad Regynensem Archiepiscopatum Nella

XIX. *Aloysius Alphonsus de los Cameros* olim Duci de Alcala Proregi à Sacris Cæremoniis, Zamorensis Archidiaconus, 2. Apostolicæ Legatiæ Judex, ac simul Abbas Terranæ, decernitur; Qui cum Matritum ob quorumdam delationes adiisset, nova inde rediit auctus dignitate, supremi scilicet Quæsitoris Fidei in Sicilia. Episcopus mox Pactensis, tandemque Montisregalis Archiepiscopus factus, maximis eluxit virtutum exemplis, plurimisque beneficiis eam Ecclesiam demeruit; quam anno 1688. cum Valentina commutavit. Gloriabatur Aloysius, se Cisterciensem Benedictinum Abbatem fuisse, idque coram Monachis Montisregalis sæpius repetebat [k]; de eo etiam in Notitia Sancti Spiritus par. 4. not. 1.

k Giud. Sel. Eccl. Mon.

1653 XX. *Joannes Baptista Ortiz* ex Regiis literis die 9. Novemb. 1653. nostram Sanctæ Mariæ de Terrana Abbatiam obtinuit, atque supremam in Trib. Reg. Monarchiæ Præfecturam [l]; utramque optimè administravit
1658 ad annum 1658. Fuit Joannes noster Regni Præses ob Proregis Martini de Radin discessum anno 1657. Post quem

l Prot. an. fol. 51.

1660 XXI. *Petrus Velasquez* anno 1660. electus, post quinquennium Regens in Italiæ Consilio renunciatur; quo abeunte

XXII. *Emmanuel Monge, & Amaurita* V. J. D. Hispanus Judex Apostolicæ Legatiæ, &
1666 Abbas Terranæ factus ann. 1666. Regens & ipse in eo-

Anno Christi

in eodem Consilio ann. 1672. constituitur. Hinc A

1673 XXIII. *Nicolaus Montagna* Hispanus, ex Bullis Apostolicis Romæ 7. Augusti 1673. Abbas eligitur [a], sed non multo post ad Curiam, ut novis donaretur dignitatibus, evocatus, naufragio periit, cum Messana Neapolim triremi veheretur, mense Martio 1625.

a Tab. Prot. hoc anno fol. 10.

XXIV. *Bernardus Vigil* Pontifice confir-
1675 mante sub die 8. Februar. 1675.[b] Abbatia decoratur, quam ad annum 1681. simul cum officio Regiæ Monarchiæ tenuit. Idem fuit
1681 Decanus, & Canonicus Ecclesiæ Obitensis. B

b Prot. eo ann. fol. 116.

XXV. *Bartholomæus Ubanes Cordente* ex Bullis Pontif. sub dat. Romæ die 10. Julii
1683 1683. dignitate Abbatiali donatus [c], ac supremo muneri in Trib. Reg. Monarchiæ adhibitus, integris sex annis cum laude præ-
1688 fuit. Panormi obiit 24. Novemb. 1688.

c Ibidem f. 16.

XXVI. *Gregorius Solarzano* Eques Ordinis Calatravæ, Prior Sancti Benedicti de Juan in Hispania, Judex Apostolicæ Legatiæ Abbatiam Terranæ obtinuit ex Regis voluntate, & Pontificia confirmatione die 6. Novembris C 1689.[d], quam per sexennium optimè administravit, à prudentia, & dexteritate maximè
1695 commendatus. Anno 1695. in Hispaniam delatus, Episcopus Seguntinus renuntiatur.

d Tab. Prot. eo an. f. 36.

XXVII. *Philippus Ignatius Torchillo*, & *Guerrero* post Gregorium Abbas sufficitur, ex Bullis sub die 1. Maji 1695.[e]. Hic Ecclesiasticæ libertatis assertor præcipuus, supremis etiam
1700 Laicorum Tribunalibus se opposuit, & Privilegia Clericorum, ac Regularium contra Sæcularium conatus sarta, tecta voluit. In Hi- D spaniam reversus, Consilii Italici Fisci Patronus, mox Episcopus Angelopolitanus creatur.

e Ex Reg. Prot. &c.

XXVIII. *Franciscus Miranda*, & *Gajarre* Hispanus Apostolicæ Legatiæ Judex ex Regiis
1707 literis Matriti 21. Novemb. 1707. Proventus, ac titulum Abbatiæ habuit, & si Bullas non impetraverit. Fuit etiam in rebus fidei Quæsitor, Prior S. Mariæ de Succursu Nicosiæ, ac recedentibus Philippi Borbonii Exercitibus, ipse in Patriam contendit.

XXIX. *Jacobus Longo* Messanensis Patria, E Victorii Amedei Ducis Sabaudiæ, ac Siciliæ
1714 olim Regis rescripto die 10. Aprilis 1714. secundus è Siculis post Nicolaum Strizia Apostolicæ Legatiæ Judex, una cum redditibus, & titulo Abbatiæ S. Mariæ de Terrana electus, magnum sibi nomen à prudentia, ac morum gravitate comparavit. Parentibus è Senatorio Civium Ordine progenitus, artibus, ac disciplinis humanioribus imbutus, cum ad majorem ingenii cultum legali scientiæ non sine felicitate operam navasset, in ea, brevi, ita F profecit, ut celeberrimam famam in supremis Siciliæ Magistratibus, ubi causarum patrocinium suscepit, sibi pararit. Honoribus auctus, sæpius M. R. C. Judicis munere functus, Justitiæ severitati eximiam copulans humanitatem, omnium sibi devinxit animos. Principibus viris admodum carus, ab illis vicissim magnis, & præcipuis Regni negotiis adhibitus; cumque illum amplioribus cohonestandum dignitatibus, omnes præstolarentur, ac ei majores, tum egregii animi dotes, tum doctrinæ promerita pollicerentur gradus, stupentibus universis, mundo nuntium remisit, ac soli Deo deinceps militaturus, ad sacrum Presbyteratus Ordinem properavit. Dum vero latere modis omnibus exoptaret, vitæ sanctimonia, atque omnigena eruditione proditus, à Serenissimo Victorio Amedeo, virtutis, ac sapientiæ cultorum æquo æstimatori, super candelabrum positus, Regiæ Monarchiæ Tribunali, ut innuimus, præfectus, spartam sibi creditam, non sine maxima prudentiæ laude difficillimis sane temporibus, administravit.

Anno Christi 1714

Ad Regni hujus dominatum Augustissimo Carolo VI. Hispaniarum Rege assumpto, sese in summam amicitiam Jacobus noster Comiti de Palma Proregi insinuavit, indeque S. R. C. seu Consistorii Tribunali præsidere coactus, amplissimam dignitatem paucis Ecclesiasticis Ordinibus initiatis ante hac concessam, optimi, atque integerrimi Administri nota, exornavit, atque in dies illustrat. Præter legales elucubrationes, quas Eruditissimus Mongitore non sine meritis laudibus enumerat [f], Historiam Francisci Maurolyci ad nostra usque tempora, & partam Viennæ Pacem continuatam, magno Orbis literarii bono denuo prælo dedit, cui dissertationes etiam Historicas magna eruditione refertas præmisit. Siculis sacris etiam Annalibus conscribendis F. Thomæ de Angelo Ordinis Prædicatorum auctor fuit; cumque ille operi immortuus, vix ad quintum perduxisset sæculum, sexti, ac septimi Historiam noster Abbas, & Præses tomo integro complexam addidit, quam publici juris faciet. Majora hic forent exscribenda, at cultiori calamo, ut illius modestiæ, qua præ cæteris effulget, morem geramus, ea relinquimus.

f Bibl. Sic. tom. 1.

Jacobi munificentia æs campanum multis ab hinc annis fuit institutum, atque Ecclesia supellectili concinnata; nec minori largitate

XXX. *Joseph Risos* Barchinonensis Canonicus, atque olim Vicarius, Regi à sacris, 1718 & a Concionibus, qui, & ipse Apostolicæ Legatiæ Judex, proventus, ac titulum Abbatiæ, minimè verò Bullas obtinuit, ac institutionem, eamdem Ecclesiam sacris vestibus ornatam voluit, cultumque in ea Divinum promovit. Quo ad Regentis Italiæ munus evecto,

XXXI. *Franciscus Antonius Bru* Xativensis Sacrista Canonicus Legatiæ Judex constituitur. Gesserat laudabiliter Franciscus Vicarium Generalem sub Alvaro Cienfuegos primùm Episcopo Catanensi, mox Montisregalis Archipræsule, ac sibi Bullas expediri curavit Romæ apud S. Mariam Majorem pridie Idus Januarii 1731. Execut. Panor. 5. Aprilis 1731 1732.[g] Vivit.

g Lib. Prot. Indict. 10. 1732. fol. 134.

Redditus olim tempore Pirri scut. 1500. non excedebant; Onera sunt scut. 290. Remanent pro Abbate scut. 1210.

Rudera Monasterii Cisterciensis spectantur cum in loco, cui hodie nomen *Dannapiste*, tum circa ipsam Ecclesiam, quæ venerandam undique redolet antiquitatem; ex illo enim loco,

loco, fortè aeris intemperiei obnoxio, Cœnobium translatum huc, ubi exurgit Ecclesia, referunt Oppidani. Festum Nativitatis B. Mariæ Virginis magna, ac solemni pompa celebratur, confluentibus undique, è vicinis Oppidis, populis. Addictus Sacerdos quotidie Missæ celebrationi intendit, atque Ecclesiæ inservit, qui ipsi Abbati immediatè subjicitur. Ætate Rocchi Pirri Cistercienses in Cœnobio inserviebant, at quo defecerint anno, incertum.

Ecclesia suffraganea nostra Abbatia

1 S. *Mariæ de Bethlehem* in Civitate Moach enumeratur, de qua est mentio in Capibrevio Ecclesiast. ac in actis Visitationis Regiæ Ecclesiæ de Terrana. Hodie Collegio Canonicorum insignitur ex Concessione Innocentii X. PP. anno 1645. ac nobili structura decoratur. Alia Buxemæ, 3. In S. Lucia de Milatio sub nomine Grangiarum in Alphonsi Privilegio de anno 1452. memorantur, ut habes apud Pirrum lib. 3. Not. 2.

NOTITIA SEPTIMA

MON. S. ANGELI DE PRIZZI, S. MARIÆ FOSSÆNOVÆ.

Palatii Adriani, ac aliorum Ordinis Cisterciensis.

De his fusè, & more suo, eruditissimè, Rocchus Pirrus lib. 3. not. 3. Quæ hodie Monasterio, sive Abbatiæ S. Mariæ de Fossanova & S. M. Casæmaris invicem unitis annexa, post mortem Joannis Dominici Parraciani S. R. E. Cardinalis ab N.... de Comitibus Romano Innocentii XIII. Nepote administrantur. Auctor eorumdem Matthæus Bonello è Siculis Optimatibus Guillelmi Domini Prizis frater, satis apud nostros Historicos ob Majonis Magni Ammirati cædem notus. Porro Casæmaris in Diœcesi Verulana non longe ab ipsa Verulis urbe situm Cœnobium memoratur, atque anno 1005. vel ut Baronio placet 1006. à Clericis quibusdam Verulanis propriis sumptibus Episcopo consentiente, atque hortante, constructum, dicitur. Crevit inde maximis incrementis, ac viros sanctitate, & doctrina celebres aluit. Eò Paschalem II. Eugenium III. qui antiquam ejusdem Monasterii Ecclesiam consecravit, Alexandrum III. Gregorium denique IX. convenisse referunt; quin & ipsum S. Bernardum Claravallensem Abbatem hospitem habuit, qui ejusdem Cœnobii Abbatem summè dilexit, ejusque auspiciis Casæmaris domum Ordini Cisterciensi sub linea Claravallensi anno 1240. annexit. De eo scribunt Gaspar Iongelinus, Manriquez, Baronius, Ughellus.[a]

[a] Jongel. n. Ab. Cister. l. 5. Manr. Annal. t. 1 ann 1140. c. 10. n. 3. Baron. ad ann. 1110. Ughel. t. 1. Ital. de Verulan.

Celebre, & illud Fossænovæ in Diœcesi Terracinæ positum, quod anno 1135. fundatum creditur, ac Cisterciensibus à principio attributum, quamvis sub alio instituto præcessisse subdubitet Manriquez, de quo hæc habet Claudius Robertus[b]. *Est autem Fossanova Monasterium Diœcesis Terracinensis in Italia fundatum anno 1135. ubi nonnulli volunt, fuisse forum Appii, de quo in actibus Apostol.* Fundatores agnoscit juxta Manriquez, Comites Aquinates, vel alios Beati Thomæ Ascendentes.

[b] De Abb. Claraval.

Ornarunt domum plures Sancti Viri, sed præcipuè Gerardus ex Fossænovæ Abbatia ad Claramvallem translatus, inde ad Martyrii palmam evectus. Nec minus obitu, & sepulcro S. Thomæ jam laudati illustratur. Extat Fossænovæ celebre Chronicon, ex quo non paucâ Baronius suis inseruit Annalibus. De hoc Cœnobio Manriquez[c] & Ughellus.

[c] Tom. 1. Ann. Cist. cap. 9. n. 7. Ughel. t. 1. Italiæ de Episc. Ter.

Casæmaris, & Fossænovæ Abbatiam collatam fuisse scribit Lucas Barberius *Bernardo de Maja* Siculo à Rege Alphonso una cum beneficiis, & Ecclesiis in Siciliæ Regno[d]. Mortuo Bernardo *Alduynus de Banchino* eamdem obtinuit anno 1438.

[d] Luc. Barb. in Capibr. Ecclesiast.

Temporum decursu, idem Alphonsus Rex de ea providit *Laurentium Vallensem*, qui favore *Michaelis de Palma* renunciavit de consensu ejusdem Regis; sed has, ac similes Provisiones crederem de Siculis beneficiis Casæmaris, & Fossænovæ Cœnobiis annexis factas; nullum enim jus Siciliæ Regibus in Casæmaris, & Fossænovæ Monasteria.

Porro de fundatione S. Angeli de Prizzi, ubi hodie Fratres Carmelitæ degunt, Guillelmo I. Rege, de occupatione bonorum Monasterii, ac de revocatione eorumdem scripsit Pirrus, ut à principio innuimus. Qui etiam late de S. Mariæ Palatii Adriani, ejusque adnexis Ecclesiis loco citato[e]. Sunt ambo in Diœcesi Agrigentina; at nulla de eis memoria in Annalibus Cisterciensibus.

[e] Lib. 3. fol. 114.

NOTITIA OCTAVA

S. MARIÆ DE BONERBA.

Cisterciensis Ordinis est (inquit Barberius)[f] ad duo pass. millia à Terra Montisfortis dissitum, ac de suffraganeis Messanensis Ecclesiæ, cujus collatio olim ad Oppidi Dominum spectabat, institutio ad Archiepiscopum Messanensem.

[f] In Capib. Ecclesiast.

F. Magnificus de Criminali Ordinis ejusdem Prior memoratur, ob cujus mortem *F. Joannes* de

de Petro à Domino Montisfortis nominatus. ab Archiepiscopo instituitur sub die 8. Januarii, Indict. 9. 1480. In literis autem ejusdem institutionis Barones Terræ Montisfortis in ipso Prioratu jus patronatus habere, asseritur. Fundatores hinc Monasterii eosdem fuisse Barones conjectare licet.

NOTITIAM IX. *S. Maria de Altoplano Thusa* apud Pirrum lib. 3. fol. 491. in Auctario Ecclesiæ Cephalædensis. De hoc etiam Cœnobio aliqua diximus not. 2. S. Spiritus Panormi.

NOTITIA DECIMA

S. MARIÆ DE ALTOFONTE SEU DE PARCO.

ANTONINO MONGITORE CANON. PANORM. AUCTORE.

PArcus novus, locus, qui ab urbe Panormo versus occiduam partem ad sex mil. pass. recedit, amœnitate conspicuus, aquis irriguus pulcherrimè prominet. Fuit olim in deliciis Regum Siciliæ, qui ad animi remissionem illuc venationi indulgebant. Parcus dictus, utpote venationis locus; est enim Parcus: *locus ad Ferarum custodiam*; ait Dufresne[a], palis, cratibus, muris, aut fossis circumseptus. A Guillelmo II. Siciliæ Rege conditum, putat Fazellus[b], *cui hærebant*, ait, *saltus Guillelmi II. quos Parcum, aut Circum regium nominabant, ubi frequenter venationi indulgebat*. At à Rege Rogerio primum conditum, testatur Romualdus Salernitanus in Chron. ad ann. 1149. apud citatum Dufresne. *Quosdam autem montes, & nemora, quæ sunt circa Panormum, muro fecit lapideo concludi, & Parcum deliciosum satis, & amœnum, diversis arboribus insitum, & plantatum construi jussit, & in eo Damas, Capreolos, Porcos silvestres jussit includi*. Eodem in loco antiquitus fuisse Monasterium SS. Maximi, & Agathæ à S. Gregorio magno fundatum, tradunt Pirrus[c], & Inveges in *Panormo sacra*[d], aliique; exinde in Saracenica invasione eversum.

Ibidem Fridericus II. Siciliæ Rex (tertium alii perperam vocant) Filius Petri, & Frater Jacobi Siciliæ Regum, ubi fons limpidissimus erumpebat, Ecclesiam Beatæ Deiparæ Virgini extruxit anno 1307. sub invocatione S. Mariæ Altifontis, cui Cœnobium adjecit, & Cistercienfibus excolendum tradidit. *Ad montium latus*; scribit Fazellus loc. cit. *Fons alius affluentissimè emergit, qui, quod celso oritur loco, totumque Panormitanum agrum irrigat, Altus fons appellatur, ubi vetustum ejusdem nominis est Templum D. Mariæ, eique Cœnobium Sacerdotum Ordinis Cistercienfis conjunctum.... A Friderico II. Siciliæ Rege conditum, cui pro dote utrumque Parcum, & novum, ubi est erectum, & vetus Panormi, agrumque Parthenici contulit, ac etiam, ut in Sala ejusdem agri posset pagus construi, & habitari: additque doti Ecclesiam S. Georgii in Kemonia, quæ Monasterium tunc erat Græcorum Monachorum, ut ex ejus Privilegio data Messanæ 28. Junii anno Sal. 1307. constat*. Idipsum confirmat dec. 2. lib. 10. pag. 661. & Lellus in Hist. Monti regalis[e]. Primus autem hujus Monasterii Abbas constitutus est

1307

I. *F. Michael* Ordinis Cistercienfis, qui ab Arnaldo Archiepiscopo Montisregalis benedictionem accepit 11. Junii 1307. in Regio Sacello Messanæ, cujus consecrationis Privilegium habes in Hist. Montisregalis loc. cit. fol 111. Ex his, aliisque addendis lapsus notatur Arnoldi Wionis, qui in Ligno Vitæ[f], ait ex Lello F. Carum Archiepiscopum Montisregalis ab anno 1189. primum Abbatem S. Mariæ de Altofonte; eo enim anno non erat hæc Abbatia fundata; nec Lellus ab Wione citatus id protulit, ut notat Tornamira[g]. Gaspar Jongelinus in not. Abbatiarum Cister.[h], ut acronismum declinaret, in alium lapsus errorem, ait, Carum anno 1390. Monregalensi Ecclesiæ præfuisse; at verè claruit anno 1189.

Oblationis, & Donationis Regiæ Privilegium exhibemus ex Capibrevio in Cancell. & offic. Confer.

Fridericus Tertius Dei Gratia Rex Siciliæ. Ad promerendam Gratiam Salvatoris nostri, piissimi Domini Jesu Christi, cunctorum nota, piis, & sanctis operibus tenemur intendere, eis tamen existimamus debere potius adspirare, quatenus constat ipsius Omnipotentis Dei miseratione regnare: æquum namque natura dignoscitur, ut hi, qui ab eo majora suscipiunt, & in terris obtinent supra homines Principatum, huic se debitores amplius recognoscant, & ad ea, quæ Divinum cultum efferunt, & suam æternam gloriam pollicentur, ante omnia mentes eorum dirigant, & suas extendant regulariter actiones. Per præsens igitur Privilegium notum fieri volumus universis, tam præsentibus, quàm futuris, quod beneficiorum multiplicium memores, quibus ab olim Divina clementia sua benignitate nos fovit, & præservando à dubiis, in pace nos demum statuit regnaturos; pium quemdam nostræ mentis conceptum, quem ad fundandum in Sicilia Monasterium quoddam Cistercienfis Ordinis in anima gerebamus, ad quod efficiendum, & si ratio se opponeret præterita tempestatis, demum tamen in virtute Omnipotentis Dei sedato nubilo, & pace sequuta; cum in altero Parcorum nostrorum Panormi videlicet novo, ad rem multa se nobis cogitantibus, undique in talibus competunt commoditates, offerrent, ad ipsum nos personaliter conferentes, olim in anno proximo præterito Ind. 3. in festo videlicet Annunciationis B. Virginis, celebrata prius in Oracu-

a In Gloss. med. & infim. Latin. t. 2. f. 536.
b Dec. 1. l. 8. fol. 183.
c Par 2. lib. 4. pag. 160.
d Fol. 160.
e In summ. Priv. edit. 2. fol. 52.
f Lib. 5. p. 75.
g Hist. Mon. lib. 3. pag. 113. & 114.
h Lib. 7. p. 21.

Oraculo loci Missa festiva, in qua fecimus Deum ex corde precari, quod hujusmodi oblationem nostram gratè recipere dignaretur, & ad prosequutionem ipsius operis nostrum propositum per suam misericordiam in melius adaugere; in præsenti multarum personarum nobilium, & Canon. orum Panormitanæ Ecclesiæ, præsente etiam quondam Domino Gualterio de Manna, Venerabili Abbate Monasterii S. Spiritus de Panormo, & pro parte Abbatis, & Conventus, qui futuri erunt in dicto Monasterio, oblationem nostram hujusmodi, & ejusdem loci de manibus nostris recipiente, sacratam, & investituram etiam corporalem cooperante Divina gratia ad actum produximus; Cumque ad laudem Divini Nominis, & honorem gloriosissimæ Dei Genitricis, & semper Virginis Mariæ, Monasterium in eodem Parco fundavimus, & imposito sibi nomine S. Mariæ de Altofonte, obtulimus illud ipsi Deo, ut quod carum magis erat nobis, amabile satis, tamquam pretiosum opus Progenitorum nostrorum Divinæ memoriæ, jucundum admodum, studio ordinatum, & dignius, superni Conditoris nostri deputamus servitiis, cui sunt omnia praeponenda, & quod corporali jam voluptati maturius videbatur accommodatum, spirituali potius usui deserviret; Sitque significatum sibi prius impositi nominis, non magis in solatium corporis, quam profectum se traheret animarum. Primum itaque Monasterium nostrum hujusmodi sacro Monasterio sanctarum Crucium Barchinonensis Diœcesis ejusdem Cisterciensis Ordinis, ubi divorum Progenitorum nostrorum corpora requiescunt, Religiosorum ibi degentium Monachorum permoti doctrinis pariter, & exemplis hoc modo duximus submittendum, ut videlicet Monasterium sanctarum Crucium sit Mater, istud vero filia, & habeat Monasterium illud in isto Monasterio S. Mariæ de Altofonte illam tantum auctoritatem, quam habet in aliis Monasteriis filiabus suis secundum ejusdem Ordinis instituta. Hujusmodi autem Monasterium nostrum S. Mariæ de Altofonte sit Monasterium in Capite, cum Abbate, & Conventu in vita monastica juxta institutiones Ordinis memorati, dante Domino, per sempiterna sæcula duraturum. Abbas vero, & Conventus dicti Monasterii præsentes, & qui post eos erunt pro tempore in eodem Monasterio successivè, pro salute animarum Dom. Parentum nostrorum Regis Petri, & Reginæ Constantiæ, piæ memoriæ, nostræ, & successorum, necnon animarum omnium fidelium defunctorum, assiduas ad Dominum orationes effundant, orantes pro nobis, & facientes in Congregatione hujusmodi loci jugiter mentionem. Cui Monasterio de Altofonte, nec non Abbati, & Conventui ipsius Monasterii, & eorum posteris in perpetuum, ut opus manuum nostrarum, pro dotium collatione munifica, durabili stabilitate permaneat, dum bonorum temporalium sibi facultas non desit ad vitam, quin potius fruantur, & habeant omnia, & singula infrascripta bona, jura, possessiones, & Ecclesias, cum Casalibus, nemoribus, silvis, pa-

A *scuis, aquarumque decursibus, & omnibus juribus, rationibus, proprietatibus, dignitatibus, & pertinentiis eorum, libera, exempta, & absoluta ab omni servitio temporali, tam reali, quam personali, recognitione, censu, angariis, & cujuslibet alterius servitutis, quocumque vocabulo nuncupantur, ac libertates, & immunitates inferius designatas, ad laudem illius, & gloriam, de cujus manu cuncta suscepimus, quæ habemus, & gloriosæ semper Virginis Matris ejus, de nostra spontanea voluntate, &* B *certa scientia, in perpetuum damus, & concedimus, & pleno favore Regio confirmamus. Volentes, & præsentis Privilegii tenore mandantes, quatenus nullus Comes, Baro, Officialis, aut alia quacumque persona publica, aut privata, Ecclesiastica, vel sæcularis, cujuscumque status, & dignitatis existat, prædictum Monasterium, Abbatem, & Conventum ipsius tam præsentes, quam qui in eodem Monasterio erunt pro tempore, super liberam, quietam, & pacificam possessionem prædictorum bonorum,* C *jurium, possessionum, Ecclesiarum, libertatum, ac immunitatum ipsarum, & perceptionum jurium, & redditunm, possessionum Ecclesiarum suarum, contra hujusmodi donationis, concessionis, & confirmationis nostræ formam temere impedire, vel molestare præsumant, nec ei ausu temerario contrahire. Quæ quidem bona, jura, possessiones, libertates, & immunitates sunt hæc, videlicet: Uterque Parcus nostræ Civitatis Panormi novus, & vetus; in quorum altero dictum Monasterium fundatum est.* D *Item nemus, seu foresta nostra Curiæ Parthinici, cujus procurationem, & perceptionem proventuum Joanni de Cammarana, militi, familiari, & fideli nostro, dudum sub certa forma serenitas nostra commiserat, & sub æquivalenti excambio sibi per nostram Curiam concesso, de quo idem Joannes in nostri præsentia constitutus, reputavit, & tenuit se contentum; ipsumque nemus, seu forestam volumus ad manus nostræ Curiæ revocari, & eidem Monasterio assignari; maritimam tamen, & jus ma-* E *ritimæ dicti nemoris, tamquam ex antiquo ad Regiam Majestatem spectantia, quantum à litore Maris infra terram per illum Balistæ prætenderit, Curiæ nostræ ea omnia reservamus. Et ut Monasterio ipsi de prædicta foresta debita emolumenta perveniant, nobisque Venationum, de quibus est satis accommoda, oblectamenta non desint, forestam ipsam per eosdem Abbatem, & Conventum, & alios per ipsos ad hoc statuendos, diligenter volumus custodiri, pro ut hactenus per Curiam consuevit cu-* F *stodiri, quodque vicinorum locorum incolas, quibus hoc ex privilegio, vel antiqua consuetudine licitum est, nonnisi ligna mortua ad comburendum pro usibus domorum suarum, & ramos tantum tortuosos virentium arborum pro eorum servitiis, in ipsa patiantur incidere; ita tamen, quod in radice, seu robore, aut summitate prædictarum Arborum, & in ramis existentibus in eorum summitate, ipsas per eos, vel aliquos alios, nihil occasione aliqua incidatur; atque eis, & quibuslibet aliis, venan-*

Anno Christi

venandi ibi ad filium appositionem, & alia quacumque genera licentiam, & facultatem penitus interdicant, sub pœna unciarum auri quatuor, quarum medietatem ipsi nostra Curia, & alteram medietatem dicto Monasterio per transgressores quoslibet, ex nunc decernimus auctoritate presentis privilegii componendas, ad quam pœnam solvendam per contravenientes eosdem tam Curia, quam Monasterio memorato per Justitiarios nostros Civitatis Panormi, & Vallis Mazaria, pro ut ad utrinsque eorum spectabit officium, tenore præsentis privilegii vos ad requisitionem dicti Abbatis compelli, pront justum fuerit, quodque dicti Justitiarii eidem Abbati, vel statuendis per eum super custodia foresta ipsius opportunis auxilio, & favore assistant volumus, & mandamus. Item Ecclesia S. Georgii de Kemonia ad collationem nostram jure spectans, sita in dicta Civitate Panormi in Quarterio Albergaria prope Monasterium S. Joannis Heremitarum de Panormo cum Casali Abdelali, & vineis, viridariis, seu jardinis, domibus, censualibus, & omnibus aliis juribus ad eamdem Ecclesiam S. Georgii de Kemonia spectantibus, quam univimus ex tunc dicto Monasterio S. Maria de Altofonte; Et ad hoc quod eadem Ecclesia S. Georgii, qua Monasterium esse consuevit Monachorum Gracorum, & nihil spiritualiter, & temporaliter proficit, imo collabitur quasi in totum, per Abbatem, & Conventum S. Maria de Altofonte, cum ad Civitatem Panormi eos descendere oportebit, quemadmodum vidimus, ibi celebrare, ad honorem Dei, & S. Georgii, de catero serviant. Et alias dicti Abbas, & Monachi dicti Monasterii S. Maria de Altofonte, tam pro tractandis negotiis dicti Monasterii S. Maria de Altofonte ad Civitatem Panormi eos descendere oportebit, quemadmodum vidimus expedire, habeant dictam Ecclesiam pro habitaculo, & hospitio eorum; statutis tamen ibidem personis sufficientibus, & continuè Divinum officium celebrent in eadem. Item Ecclesia S. Georgii de Tonnaria sita extra mœnia dicta Civitatis Panormi. Item de Tunnis capiendis in Tonnaria Sancti Georgii quolibet anno Barrilia Tonnina centum, ad Barrilia Amanthea sale, & fustibus praparata, superexhibendis eisdem ad Gabellotos, seu Credentierios Tonnariarum Curia nostra totius Sicilia, vel dicta Civitatis Panormi, nostris Patentibus literis destinatis. Item quod pradicti Abbas, & Conventus Monasterii S. Maria de Altofonte, & eorum posteri possint habere ex nunc in antea, & tenere in perpetuum in portu, & maritima dicta Civitatis Panormi, & tenimenti sui Barcam unam pro piscandis, & capiendis in mari eorumdem portus, & maritima piscibus, pro usu, & sustentatione eorum, & servitorum pradicti Monasterii liberam, & exemptam a solutione, exhibitione, & prastatione juris, & cujuscumque dirictus debiti nostra Curia pro piscatione, captione, & habitione eorumdem, ratione piscaria, seu Dohana piscium dicta Civitatis; Et quod tam ementes, quam vendentes pisces captos cum pradicta Barca tantum sint similiter exempti à pradictis juribus, liberi, & immunes. Item quod pradicti Abbas, & Conventus S. Maria de Altofonte, & eorum posteri de eorum victualibus, Animalibus, & Rebus, qua pervenerint ex massariis, & aliis locis dicti Monasterii sive per mare sive per terram immittant, tam in dicta Civitate Panormi, quam ad alias terras, & loca Sicilia & abinde extrahent infra Siciliam, pro servitiis dicti Monasterii deferenda, easque in eadem Civitate, terris, & locis Sicilia vendant ad opus dicti Monasterii atque pecunia redditunm, & proventuum dicti Monasterii pro usu eorum, & servitorum Monasterii ad opus massariarum dicti Monasterii emant ibidem, & exinde extrahant infra Siciliam pro pradicta causa, sicut pradicitur deferenda; de quibus omnibus immittendis, & extrahendis, emendis, & vendendis, ut supra, pradictis Abbati, & Conventui liberam concedimus facultatem; nullum jus Dohana, aut Cassiarum, seu Assisarum, seu cujuscumque alterius dirictus solvere Curia nostra teneantur; sed in eundo, redeundo, emendo quacumque maluerint, ab omni genere exactionis gabella, & angaria, pedagio, passagio Phari, fluminum, & pontium cum servitoribus eorum sint penitus liberi, & exempti. De his tamen excipimus personas illas, qua sub salario, seu stipendiis servient dicto Monasterio, & qua non sint de concessione nostra immunes. Item volumus, & concedimus eidem Monasterio S. Maria de Altofonte, quod Abbas, & Conventus ejusdem Monasterii, & qui pro tempore fuerint usufruantur aquis pradictorum Parcorum, & aqua specialiter dicti Parci novi, qua manat, & fluit ex Altofonte ipsius Parci; Unde sibi vocabulum attribuimus, ad honorem gloriosa Virginis, qua verè fons Misericordia esse dignoscitur Christianis, liberè, & absque molestia sibi ab aliquo inferenda, possint ducere, seu deviare abinde per Aquaductum, & à latere montis usque ad solatium nostrum Fabaria Panormi, pro ut retroactis temporibus adhuc Vestigia dicti Aquaductus apparentia inveniuntur, & consuetum extitit derivari, & commoditas, si qua, & quanta inde possit percipi eidem Monasterio acquiratur. Demum, ut tuta sit inter improbos innocentia, ad coercitionem maleficiorum, conservationemque bonorum, volumus, & mandamus, quod invasores, detemptores, & violentiam inferentes tam in personis, quam rebus dicti Monasterii, constito prius legitimè inde per Officiales nostros Sicilia, ad quorum spectabit officium, ad requisitionem dicti Abbatis, Prioris, seu Cellerarii aut aliorum quorumcumque Monachorum dicti Monasterii S. Maria de Altofonte, considerata qualitate delicti, & conditione etiam molestantis, auctoritate prasentis Privilegii, pœna debita puniatur. Ad hujus autem nostra donationis, concessionis, & confirmationis memoriam, & robur perpetuo valiturum, prasens Privilegium exinde fieri, & pendenti parvo nostro sigillo secreto jussimus communiri. Dat. Messana Anno Dominica Incarnationis 1307. mense Junii 28. ejusdem 4. Indict.*

Hoc Privilegium idem Fridericus alio sub dat. Messanæ 23. Septembris 4. Indict. 1320. confirmavit, ut etiam Petrus II. Rex ex diplomate Messanæ 6. Augusti 1340.[a]

[a] Ex Reg. Cancel.

Exin-

Anno Christi

Exinde Fridericus Rex fundator, ut Monasterium Regia amplificaret munificentia, Abbati concessit facultatem, extruendi pagum in loco Partinici, ex Privilegio dato Drepani 20. Januarii 1309. ut infra [a].

[a] Ex Reg. Cancel. & Confer.

Fridericus Tertius Dei gratia Rex Siciliæ, Delectatur cujuslibet Principis animus opera magnificare, quæ condit, & ipsa muneribus, & gratiis ampliare, eaque præcisè, quæ fundari, & ædificari fecit ad honorem, & gloriam Regis Regum, & gloriosæ Virginis Matris suæ, Per præsens itaque Privilegium notum fieri volumus universis tam præsentibus, quam futuris, quod nos cupientes Monasterium S. Mariæ de Altofonte Cisterciensis Ordinis, quod in Parco situm in territorio Civitatis Panormi ad laudem, & gloriam dictorum Regis Regum, & Virginis devotè fundavimus, ampliare bonis, & efficere facultatibus copiosum; ut in eodem Monasterio Divino cultui servientes necessariorum ubertate fruantur, eidem Monasterio nec non Abbati, & eorum successoribus in eodem Monasterio gratiosè concedimus, quod in loco dicto: Sala de tenimento nemoris Partinici, siti in Valle Mazariæ, quod nemus eidem Monasterio Excellentia nostra concessit, prout in Privilegio eis per nostram celsitudinem exinde facto, plenius continetur, habitationem de novo facere possint, & quicumque voluerint, ad locum ipsum suum transferre valeant incolatum, quodque Monasterium, Abbas, & Conventus prædicti, eorumque successores in dicto Monasterio, in prædicto loco cum fuerit habitatus, & in habitatoribus loci ejusdem, utantur illis juribus, quibus Barones, & Feudatarii Insulæ nostræ Siciliæ in terris, & locis eorum habitatis, & in habitatoribus terrarum, & locorum ipsorum utuntur, & quod etiam habitatores, & incolæ dicti loci, usque ad numerum familiarum centum, ex tunc in antea numerandum à taxatione, solutione, & contributione pecuniæ subventionis Curiæ nostræ in terris, & locis Siciliæ pro dicto quinquennario imponendæ, sint, & esse debeant liberi, exempti, & immunes; Reliquis habitatoribus ipsius loci, si qui fuerint ultra prædictum numerum familiarum centum, à concessione libertatis, & immunitatis hujusmodi omnino exclusis; Fidelitate nostra, nec non Constitutionibus serenissimi Domini Jacobi Aragonum, atque olim Siciliæ Regis illustris, Domini Fratris nostri, dum in Regno Siciliæ præfuit, editis, ac nostris, ac Curiæ, & cujuslibet alterius juribus semper salvis. Ad hujus autem Concessionis, & gratiæ nostræ memoriam, & robur in posterum valiturum jussimus præsens Privilegium eis exinde fieri, & sigillo nostro parvo secreto pendenti muniri. Datum Drepani anno Dominicæ Incarnationis 1309. mense Januarii vigesimo ejusdem 6. Indict.

1312 Huc usque Fridericus; qui etiam ex aliis literis datis Messanæ 8. Julii 1312. præcepit Justitiariis Panormi, ut compescerent illos, qui temerè Aquam Parci usurpabant. [b]

[b] Ex Reg. Privil. in Tab. Conf.

1318 II. *F. Petrus Gutius* Cisterciensis huic Abbatiæ præfuit anno 1318. quo idem Fridericus Rex ex Privilegio dato Panormi 27. Aprilis indulsit, ut Procuratores, & Familiares Monasterii ad propriam tuitionem possent arma deferre [c]. Rursus eodem anno 12. Maji facultatem noster Abbas est assecutus, extruendi Arcem in Oppido Salæ Partinici ex hoc Privilegio.

[c] Ibidem.

Fridericus, Dei gratia, Rex Siciliæ. Notum fieri volumus præsentes literas inspecturis, quod ad supplicationem Ven. F. Petri Abbatis Monasterii S. Mariæ de Altofonte devoti nostri, per eum culmini nostro factam; sibi ædificandi, & construendi, ac ædificari, & construi faciendi in Casale Sala de nemore Partinici ipsius Monasterii in loco, quem ipse elegerit, quamdam Fortiam, seu Fortalitium pro tutela, securitate, & defensione ipsius Abbatis, Monachorum, & familiarium dicti Monasterii propriis sumptibus, & expensis, licentiam duximus concedendam. Universis Officialibus nostræ Curiæ præsentibus, & futuris, & personis aliis nostris fidelibus præsentium tenore mandantes, quod præfatum Abbatem in præmissis, & circa præmissa nullatenus impediant, vel molestent, vel sibi impedimentum, vel contradictionem inferre præsumant. In cujus rei certitudinem, testimonium, & cautelam præsentes sibi fieri jussimus nostro sigillo munitas. Dat. Panormi 21. Maji 15. Ind.

Alio quoque Privilegio Messanæ signato 30. Julii 1320. ab eodem Rege conceditur nostro Abbati, ut Oppidum Salæ Partinici habeat proprium signum (*Mercum* vocant.) 1320
Et alio mox ibidem die 30. Septemb. ejusdem anni confirmatio Privilegii Dotationis, & Fundationis Monasterii jam relati tribuitur [d]. Denique, ut aliis, novisque beneficiis hoc suum Cœnobium Fridericus Rex cumularet, ex Privilegio Catanæ die 6. Maji 1321. eidem immunitatem omnimodam à Gabellis concessit. En ipsum. 1321

[d] Ex Reg. Cancel. & Proton.

Fridericus Dei gratia Rex Siciliæ Secretis, & Magistris Procuratoribus Civitatum Panormi, & Messanæ, ac Siciliæ Gabellotis, & Credentieriis, & Jurium Curiæ spectantium, ac Secretiæ, & Procurationis Officialibus in Civitatibus ipsis, aliisque Civitatibus, Terris, & locis Siciliæ tam præsentibus, quam futuris, necnon Gabellotis, & Credentieriis jurium, & membrorum Cassiarum, vel Assisarum impositarum, vel imponendarum in eisdem Civitatibus, Terris, & locis, aliisque Terris, & locis Siciliæ, pro Secretiis Curiæ, aut universitatum Civitatum, Terrarum, & locorum ipsorum, fidelibus suis &c. Et si cuncta sint transitoria in hoc Mundo, sunt tamen Homini ex eis aliqua perpetuæ stabilitatis in Cœlis, quæ Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis, egenis, & miserabilibus in recognitionem illius Domini, qui dat omnibus omnia, & non improperat, solius que sui est posse præstare salutem, prompto animo conserventur. Hac itaque consideratione probabita firmum gerentes, immutabileque propositum Monasterium nostrum S. Mariæ de Altofonte Cisterciensis Ordinis, quod in Parco nostro posito in tenimento dictæ Civitatis Panormi ad laudem, & gloriam Salvatoris, Beataque Mariæ semper Virginis Matris ejus,

pro

Anno Christi

pro remedio quoque, & salute Animarum illustrium Dominorum, Parentum nostrorum, claræ memoriæ devotè fundavimus, donationibus, gratiis, & libertatibus ampliando, quibus Monast. ipsum, & temporalium ubertate fecundetur, & spiritualiter proficiat incrementis, Religioso F. Bernardo de Ligerio Monacho SS. Crucium dicti Cisterciensis Ordinis Barchinonensis Diœcesis Procuratori dicti Monasterii S. Mariæ de Altofonte, ac futuris Procuratoribus, Abbatibus, & Conventui ejusdem Monasterii, & successoribus eorum, in ipso Monasterio in perpetuum, liberaliter, & gratiosè concessimus, quod iidem Procuratores, Abbates, & Conventus, ac eorum successores à jure, & alio quolibet dirictu debito per eos, tam ratione dictarum Gabellarum, & jurium Curiæ nostræ, prædictarum Civitatum Messanæ, & Panormi, & aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Siciliæ spectantium ad Secretiam, & Procurationis officia, quam ratione prædictarum Cassiarum, seu Assisarum, pro rationibus, & rebus omnibus, quas ipsi, & alii pro eis, pro victu, & vestitu, aliisque necessariis eorum, & servitorum dicti Monasterii, ac quibuscumque aliis servitoribus ipsius Monasterii in eisdem Civitatibus, Terris, & locis, vel aliqua, seu aliquibus ex eis, aut tenimentis suis, emerunt, & ement, ac de una Civitate, vel terra in aliam Civitatem, & Terram, de Civitatibus, & Terris ipsis, aut aliunde extra Siciliam in Civitates, Terras, & loca ipsa, vel aliquam, seu aliquas ex eis, ac tenimenta eorum tam per Mare, quam per Terram, detulerunt, & ferent, immiserunt, & immittent, extraxerunt, ac extrahent, seu deferri, immitti, & extrahi fecerunt, aut facient; Et quas ipsi de proventibus, & redditibus jurium, & bonorum dicti Monasterii in eisdem Civitatibus, Terris, & locis, vel aliquo, sive aliquibus earum, & tenimentis suis vendiderunt, & vendent, seu vendi fecerunt à primo Septemb. prox. præt. hujus 4. Indict. in antea, in perpetuum sint, & esse debeant exempti, liberi, immunes. Propterea fidelitati vestræ mandamus, quatenus hujusmodi libertatem, & immunitatem nostram eisdem Procuratoribus, Abbatibus, & Conventui dicti Monasterii, & successoribus eorum in eodem Monasterio inviolabiliter observantes, & facientes penitus observari, nihil de eis, vel eorum aliquo, seu aliquibus, aut aliis pro eis de jure, alioque dirictu debito per eos ratione gabellarum, & jurium Curiæ, & Assisarum, vel Cassiarum prædictarum in prædictis omnibus, & singulis, sicut supra à prædicto primo Septemb. dicta 4. Indict. in antea, nihil requiratis, exigatis, vel recipiatis, aut requiri, exigi faciatis, vel aliquem permittatis; Et si forte aliquid exinde usque nunc ab eis, vel eorum aliquo, seu aliquibus, sive aliis pro eisdem exegistis, seu recepistis, aut exigi, vel recipi fecistis, id eis, vel eorum nuncio, seu nunciis cum integritate qualibet resignare, & restituere debeatis; Nos enim vobis Secretis, Magistris Procuratoribus, aut Gabellotis præsentis

A *anni 4. Indic. pro dictis debitis excomputum fieri volumus, ut est juris dat. Catanæ sub parvo sigillo nostro secreto 6. Martii 4. Indic.* [a]

Hoc Privilegium exinde idem Fridericus confirmavit Catanæ 5. Julii 15. Ind. 1332., & Petrus II. ejus filius ex diplomate dato Messanæ 18. Augusti 1340.

[a] Ex Reg. Privil. in Tab. Conf.

Exorta interim controversia inter nostrum Abbatem, & Archiepiscopum Montisregalis Arnaldum pro finibus prædiorum Parci, & facta sedula inquisitione, infans Petrus Friderici filius, ex literis signatis Politii 10. B Maji 1322. 5. Indict. Justitiario Panormi 1322 præcepit, ut conservaretur Monasterium in possessione jurium suorum. In his porrò literis Parci confinia describuntur. Idipsum confirmavit ex alio Diplomate Messanæ dato 23. Septembris Indict. 4. Demum S. Georgii 1327 urbis Panormi Ecclesiam, ejusque Hospitium ab onere hospitandi Laicos idem Petrus exemit hisce literis sub dat. Messanæ. [b]

[b] Ex Canc. & Reg. Privil. in Tab. Conf.

Petrus II. Dei gratia Rex Siciliæ Justitia- C *rio, sive Capitaneo, Prætori, Judicibus, Juratis, & Officialibus aliis, felicis Urbis Panormi tam præsentibus, quam futuris, fidelibus suis. Cum Ecclesia S. Georgii de Kemonia, & hospitium ejusdem Ecclesiæ sibi contiguum, sita in prædicta Urbe prope Monasterium S. Joannis Heremitarum Urbis ejusdem sint Abbatis Monasterii S. Mariæ de Altofonte, ut ibidem sit hospitium deputatum, quod hospitantur in eo dictus Abbas, & Monachi Conventus memorati Monasterii, nec congruat* D *ipsos Abbates, & Monachos in eorum hospitio, & habitatione propria, per hospites Laicos impediri; Propterea ad eorum supplicationis instantiam, ab exactione, seu angaria hospitandi in eodem hospitio quoscumque hospites, eis invitis, gratiosè duximus eximendos. Fidelitati vestræ mandantes, quatenus visis præsentibus, præfatos Abbatem, & Monachos à præfata invita hospitalitate, auctoritate præsentium servantes exemptos, ipsos propterea non molestetis, nec molestari per quempiam faciatis, aut aliquatenus permittatis dat. Messanæ* E *15. Junii 10. Indic.*

Hoc Privilegium confirmavit dehinc Fridericus III. Rex 21. Maji 15. Indict. 1362.

III. *F. Paulus* Ordinis Cisterciensis fuit nostri Monasterii Abbas, exinde Archiepiscopus Montisregalis electus anno 1328. At 1328 Lellus intrusum putat Paulum, Pirrus verò non admissum censet [c]. In Monasterio Montisregalis extat baculus Pastoralis supra cubiculi cujusdam portam cum hac inscriptio- F ne: *Anno Domini* 1328. 11. *Indict. Opus factum est tempore Fratris P. Abbatis S. Mariæ de Altofonte.* Et cuidam sepulcro in Ecclesia fuit apposita inscriptio. *Hic jacet Nobilis Laurentius Cola Obitionis de Urbe, nepos Reverendissimi Domini Pauli Archiepiscopi Montisregalis. Obiit anno Dom. 1387. 10. Indictione die 10. Januarii* [d].

[c] Lell. hist. Mon. 2. edit. p. 12. Pir. lib. 1. n. 3. p. 439.

[d] Pir. ibid.

IV. *F. Petrus Caetanus* Ordinis Cisterciensis, Regius Capellanus, qui Privilegiorum 1340 confirmationem à Rege Petro II. est assecutus, ex di-

Anno Christi 1340 ex diplomate scripto Messanæ 6. Augusti 1340. A in quo sunt exscripta memorata Privilegia. Hoc ipsum autem Petri II. exscribi curavit F. Joannes Bernardus de Elefante hujus Monasterii Abbas in tab. Jordani de Vergilito Panor. anno 1456. 7. Martii ex Capib. in Reg. Cancell.

V. *F. N.* In Tabulario Urbis Panor. anno
1341 1341. pag. 51. extat Epistola ad Petrum II. Siciliæ Regem, qua Senatus Panormitanus Regem exorat, ut Civis Panormitanus eligatur Abbas; In alia vero eodem anno pag. 82. B idem Senatus Regem deprecatur, ut electus Abbas quidam Panormitanus à Rege confirmetur; At neutra Epistolarum nomen exhibet Abbatis.

VI. *F. Joannes* Cisterciensis. Quo Abbate, exorta lite inter eumdem, & Abbatem S. Martini de Scalis de finibus Burgetti, Judex est constitutus Ludovicus Bonitus Archiepis. Panor-
1397 mitanus; At anno 1397. intercedentibus utriusque Abbatis amicis, res religiosa charitate composita est coram eodem Archiepiscopo, C
a Fol. 160. & l. 4. f. 102. ex Pirro in not. Eccl. Panor. [a]. Ob hujus mortem electus est

VII. *F. Raynaldus de Lectione* Cisterciensis. Hic primum circa annum 1396. Priorem S. Luciæ de Montaneis egit; mox nostræ præficitur
1398 Abbat. à Rege Martino an. 1398. [b]. Fuit idem, ut puto, Iudex constitutus in controversia in-
b Ex Reg. Canc. anno 1398. fol. 110. & ex Capibr. ter Archiepis. Panormit. Joannem de Procyta, & Michaelem Cancellarium, Canon. S. Petri
1406 de Palatio anno 1406. ex Pirro [c]. Hujus etiam meminere libri Cancellariæ Regiæ ad an. 1413. D
c Lib. 2. n. 2. f. 161. & not. S. Petri fol. ...

VIII. *Joannes Pontecorona* Panormitanus à Rege Martino electus, ut ex Capibrevio in
1413 Reg. Cancellaria. Fuit Canonicus Ecclesiæ
1420 Panormitanæ, & anno 1420. Cantor, ut
d Lib. 1. not. fol. 104. etiam Prior Deliæ ex Pirro [d]. At Abbatiæ nuntium remisisse puto, ut Cisterciensibus locum cederet.

IX. *F. Joannes de Stephano* Ordinis Cisterciensis, Abbas S. Mariæ de Altofonte, & Re-
1424 gius major Capellanus Siciliæ anno 1424. Huic Joannes Infans demandavit, ut ad Noariæ Monasterium se conferret, jurgia inter Procura- E torem Francisci de Rubeo illius Monasterii Abbatis, & Monachos inquireret, ac pœnis delinquentes subjiceret, ut ex literis datis Drepani 30. Januarii 1424. in Reg. Cancell. & Capib. De eo hujus tertiæ partis not. 3. & infra in not. S. Luciæ de Milatio. Iterum innovata controversia inter Archiepis. Panormitanum, & Michaelem Cancellarium, noster Ab-
1428 bas die 16. Februarii, & 23. Aprilis 1428. datis literis in Monast. Parci, scripsit Archie- F piscopo, ne recognosceret Michaelem tamquam Beneficialem S. Jacobi de Mazara juris Re-
e Reg. Mag. Cur. Arch. Panor. ann. 1428. gii Patronatus [e]. Eo Abbate anno 1432. Con-
1432 fraternitas S. Georgii fundata Panormi in Ecclesia S. Georgii de Kenomia [f]. Idem denique anno 1434. constituitur Judex Conservator
f Cannizzaro de Relig. Panor. Monasterii S. Martini [g] de Scalis ab Eugenio
1434 IV. Sum. Pontif. Decessit è vita Panormi anno
g Ex Pir. l. 4. p. 2. n. 2. 1435. ut ex libro defunc. Cathedr. Eccles.
1435 X. *Hugo de Cardona* Abbas Altifontis, ob cujus mortem electus à Ferdinando Rege

XI. *Fabritius Subtilis* Panormitanus anno 1436 (Anno Christi)
1436. ex Reg. Cancell. anno 1436. [h]

XII. *F. Jacobus de Tudischis* nobilis Cata- h In Capibrev. fol. 114.
nensis, Ordinis Cisterciensis, primum Prioris munere præfuit Monasterio S. Luciæ de Montaneis, (Carrera Abbatem vocat [i]) Exin- i De famil. Tedesc. lib. 3. cap. 9. f. 141.
de Abbas S. Mariæ de Altofonte, ex Bullis datis Basileæ 31. Decembris 1438. exscriptis Panormi 30. Junii 1439. ab omni collecta per se- 1439
xennium eximitur [k]. Orator, & Regius Con- k Reg. Canc. fol. 211.
siliarius, diù Vicarium Generalem egit Nicolai de Tudischis Archiepiscopi Panormitani, Demum anno 1550. ad Archiepiscopalem Messanensem sedem assumptus est. De eo plura Pirrus, [l] & Carrera ibidem. l Pir. l. 2. not. f. 359. & n. 2. fol. 160.

XIII. *F. Joannes Bernardus de Elefante* hujus Cœnobii Abbas anno 1456. Privilegium 1456
Petri II. Regis anni 1340. exscribi curavit in Tabul. Jorlandi de Vergelito Panorm. anno 1456. ut supra innuimus.

XIV. *Nicolaus de Elefante* nobilis Panormitanus, electus ab Alphonso Rege ex literis datis in Oppido Fogiæ 15. Junii 1457. Is eidem 1457
Alphonso gratissimus, fuit Camerarius, & Falconerius major, ac locumtenens Magistri Justitiarii Siciliæ, ab eodem Rege his muneribus insignitus. Abbatiæ vero jus Patronatus obtinuit, cum potestate conferendi eam posteris suis tantùm, ut ex diplomate apud August.
Inveges [m]. Huic Senatus Panormitanus literas m Pan. nobil. de fam. Elefante fol. 86.
scripsit anno 1480. ut non auderet angariare 1480
Cives Panormi, contra urbis Privilegia, & si quid prætenderet, Prætorem adiret, ac Judices; Cives enim Panormitani ex Privileg. Friderici II. Imper. 25. Octobris 1228. ligna pro eorum usu incidere possunt in Parco veteri, ut etiam in nemoribus Partinici ex diplomate Friderici III. Regis 25. Februarii 1306. [n]. Obiit Nicolaus Panormi 7. Decembr. n Ex Tabul. urbis Pan. lib. Privil.
1486. ut ex lib. defunc. Cathedr. Eccl. 1486

XV. *Joannes Godefridus Balues* Gallus, Virdunensis, Ordinis S. Benedicti, Congregationis Cluniacensis, Abbas primum Beccensis renunciatus, fuit Ludovico XI. Galliarum Regi à Confessionibus, cujus favore Episcopus Andegavensis, & S. R. E. Cardinalis anno 1465. electus est. At fortunæ ludibria expertus, Romam adiit, & ad vitæ suppetias Abbas S. Mariæ de Parco præficitur, ex Bullis datis
Romæ 1487. in Reg. Canc. exscriptis [o]. Obiit 1487
Romæ mense Octobr. anno 1491. De eo Wion o Can. f. 491. Lig. vit. l. 3. f. 313. Ughel. t. 1. fol. 390.
[p] & Ughellus in Italia sacra, aliique.

„Joannem, subdubitando, inter Abbates S. „Mariæ Roccæamatoris, hujus tertiæ partis „not. 1. Auctor notitiarum enumerat, quem „ejusdem ad hanc de Parco Abbatiam promotio, „dum typis notitia illa daretur, latuit; ideo „corrigenda ibi, quæ perperam irrepserunt.

XVI. *Joannes Sanchez* Cæsaraugustanus, Aloysii Regii Siciliæ Thesaurarii frater, Abreviator, & Camerarius Apostolicus, pluribus in Sicilia auctus honoribus claruit; Anno enim 1495. Cantor electus Regii Sacelli S. Petri de Palatio, exinde Prior S. Andreæ de Platia, Abbas ex Regiis literis Barchinone 27. Augusti 1506.

Anno Christi 1506

1506. & Apostolicis Bullis datis Bononiæ 16. Kalendas Decembris 1506. [a]. Uti Procurator, & Vicarius Generalis Francisci de Nalvense Remolini Archiepis. Panormitani S. R. E. Cardinalis, adiit possessionem Archiepiscopatus 3. Martii 1511. [b], & juravit privilegiorum Urbis observantiam. Anno 1517. ad Episcopatum Cephalædensem evectus est. De quo plura Pirrus variis in locis, ac superius etiam in his novissimis notitiis, & infra.

1511

a Reg. Canc. eodem anno fol. 114.

b Pirr. lib. f. 171. ex tab. Arch.

XVII. *Franciscus Sanchez* Panormitanus Canonicus, & Cantor Regiæ Capellę S. Petri anno 1518. Fuerat etiam Canon. & Thesaurarius Ecclesiæ Cathedralis Panormitanæ ex Pirro [c], at in Catalago Thesaurariorum non habetur. Anno 1520. demum Abbas S. Mariæ de Parco electus est, ac Prior S. Andreæ de Platia, Sacellum Nativitatis Christi Domini extruxit in Ecclesia hujus Abbatiæ; ideoque in eo hæc erat inscriptio teste Balthassare Zapparrone in ms.

c Notitia S. Petri fol. 18.

Franciscus Sanchez istius Monasterii perpetuus Commendator me construxit anno 1522.

XVIII. *Scipio Rebiba* Siculus, ex Oppido S. Marci, S. R. E. Cardinalis, anno 1559. Abbatiam S. Philippi de Grandis, & anno 1568. hanc S. Mariæ de Parco est assecutus ex Pirro. [d] Sacrarium, & ædes Monasterii instauravit, fontem etiam in aula ejusdem, ubi Leo ex marmore, aquas ab ore evomere videtur frigiditate, & copia insignes; ibique legitur Inscriptio:

1568

d Lib. ... 1568.

Cardinalis Pisan. familia de Rebiba Sacrario, domibusque restauratis tunc ablato fonte deduxit anno MDLXXIII.

1573

Ex humili loco ad sublimia evectus, vita decessit Romæ 25. Julii 1576. teste Anton. Petramellara [e]

e Contin. ad Panvinium fol. 226.

XIX. *Antonius Maurinus de Pazos* Hispanus Compostellensis de Pago Protovedere V. J. D. vir eximius, & doctissimus, claruit Canonicus Tudensis, Quæsitor de rebus fidei Hispali, & Toleti, Episcopus Pactensis anno 1572. Regii Consilii Castellæ Præses anno 1578., & Abbas S. Mariæ de Parco; Translatus ad Episcopatum Abulæ, mox ad Cordubensem, ibique decessit ex Pirro [f]. Anno 1580. Regias literas exoravit ad inquirenda bona Abbatiæ usurpata, executas Panormi 23. Septembris 1580. [g]. Iterum anno 1584. alias scripsit literas Rex ad Præsidem Lucam Cifuentes, eodem Abbate instante, pro eadem inquisitione, & restitutione, ideoque nonnulla prædia recuperavit. At biennio mox exacto noster Abbas decessit ex Vincentio de Joanne [h].

1578

f Not. Eccl. Pact. lib. 3 fol. 414.

g In 1 Merc. ex tab. conf.

h In Panor. restaur. lib. ...

XX. *Simon Tagliavia, & Aragona* Siculus, Caroli Ducis Terranovæ, & Siciliæ Præsidis filius, S. R. E. Cardinalis, cum esset sacræ Mansionis Panormi Commendatarius, ad hanc pinguiorem translatus est Abbatiam ex Regiis literis Matriti 24. Decemb. 1597. Panormi exscriptis 4. Maji 1598. & ut diximus in monumentis Sac. Mans. cap. 9. fol. 163. non anno 1601. ut habet Pirrus [i]. Abbatias etiam obtinuit S. Angeli de Brolo 1597. & S. Mariæ de Noaria in Sicilia. Meritis, & muneribus insigniter ornatus, vir amplissimus obiit Romæ 20. Maji 1604. ex Ciaconio [k], aliisque.

1597

i Lib. ... fol. 35.

Anno Christi 1604

k Vit. Pont. Edit. Oldoini tom. 4. fol. 206

XXI. *Ascanius Columna* Romanus, Marci Antonii Columnæ Siciliæ Proregis, & Felicis Ursinæ filius, S. R. E. Cardinalis à Xysto V. electus 17. Decembris 1586. Vir doctrina, eruditione, multisque muneribus clarus, longè latèque effulsit; Abbatiis S. Mariæ de Noaria, & Parco auctus est, ex Regiis literis apud S. Laurentium 9. Octobris 1604. exscriptis Panormi 5. Aprilis 1605. & Bullis Apostolicis 7. Kal. Februarii 1605. exscriptis Panormi 4. Aprilis 1605. [l] denatus est Romę 17. Maji 1608. ut habemus ex Ughellio, Oldoino [m] aliisque.

1605

l In offic. Prot. fol. 186.

m Ughel. Ital. Sac. tom. 1. fol. 232. in Addit. ad Ciac. fol. 207.

XXII. *Andreas Mastrilli* Panormitanus, Regius Capellanus hanc Abbatiam obtinuit ex literis Regiis in S. Laurentio 5. Novemb. 1608. [n], Patrum Cisterciensium Triclinium instauravit; ideoque in ejusdem tecto inspectantur ejus Tesseræ Gentilitiæ cum hac epigraphe: *D. Andreas Mastrilli Abbas* 1616. Anno eodem ad Archiepiscopatum Messanensem evectus est, ut in ejus Notitia.

1608

n In Offic. Prot. fol. 207.

1616

XXIII. *Scipio Burghesius* S. R. E. Cardinalis, Romanus Patria, Pauli V. Pont. Max. nepos ex sorore, Cardinalium Collegio adscriptus 18. Julii 1605. Archiepiscopus Bononiensis anno 1610. & Episcopus Sabinensis anno 1629. nostram Abbatiam obtinuit anno 1618. Templum in Oppido Parci è fundamentis refecit, & usque ad coronam perduxit, ideoque supra ejusdem Ecclesiæ portam hæc legitur inscriptio:

1618

Scipio Cardinalis Burghesius
Pauli V. Pont. Max. Piiss. munificentiss. Nepos, Abbas S. Mariæ de Altofonte, magnæ Matri, Insignis in eam pietatis, & in Cisterciensium familiam beneficentiæ, Templum hoc à fundamentis excitatum.

Æ. S. P. Anno salutis MDCXXXIII.

Exinde Accolarum ære usque ad Umbilicum deductum. Obiit Romæ vir egregius 2. Octob. 1633. De eo Ughellus, Marracius [o], & alii.

o Ughel. Ital. Sac. t. 1. fol. 187. & t. 2. f. 32. Mar. Purpur. Marc. c. 18.

XXIV. *Sigismundus Austriacus* Habesburgii Archidux, electus Abbas an. 1635. ex literis Matriti 6. August. Panor. exscriptis 15. Maji 1636. [p], & ex aliis ibidem signatis 5. Decemb. 1639. Panormi exscriptis 18. April. 1640. [q], per sexennium eximitur à Regiis Tandis. Decessit anno 1665. sine liberis, ultimus ex linea Austriaca Tirolensi. Ideoque Tirolensis Principatus Cæsari accessit ex Brietio ad ann. 1665., & Battaglini [r].

1635

p Reg. Prot. cap. 411.

1640

q Lib. Merc. Tab. Conf. fol. 116.

1665

r An. Imper. & sæc. 1665. cum. 40

XXV. *Franciscus M. Medices*, Ferdinandi II. Etruriæ ducis filius ætatis annorum quinque, hac Abbatia insignitur ex Bullis Apostol. Romæ 5. Aprilis 1666. exscriptis Panormi 21. Maji 1666. [s] anno 1686. Cardinalium Collegio adscriptus 2. Septemb. Ecclesiam S. Georgii in Urbe Panormi antiquitate collabentem anno 1676. refecit, & exornavit, ideoque supra ejusdem portam hæc insculpta inscriptio.

1666

s Offic. Prot. fol. 405.

1676

A. M. D. G.

Quod bonum, faustumque, felix. Carlo II. Hispaniarum, & Siciliæ Rege. Franciscus Maria Princeps, alter magni Ducis Etruriæ

Ferdi-

Anno Christi

Ferdinandi II. filius S. Mariæ Altifontis Regio ex munere Abbas religionis, gratique animi erga sacram hanc Ædem post alias, munificentia haud Regi pœnitenda instaurandam, exornandam, ditandam curavit anno MDCLXXVI.

Ex Regiis literis Panormi exscriptis 22. Aprilis 1689. à Regiis Tandis eximitur [a]. Magni Etruriæ ducis Cosmi III. fratris suasione, spe successionis, Cardinalitiam dignitatem, & hanc Abbatiam dimisit, & Eleonoram Gonzagam duxit uxorem. At sine prole decessit 3. Febr. 1711. funus jussu, & sumptu Card. Francisci Mariæ Aquaviva successoris Panormi magnificentissimè celebratum in Ecclesia Congregationis Oratorii 2. Jul. ejusd. an. cujus descriptio cum funebri Oratione P. Josephi Poma edita fuit Panor.

1689

a Ex Reg. Cancell.

XXVII. *Franciscus Maria Aquaviva* Neapolitanus S. R. E. Cardinalis electus 17. Maji 1706. Vir multis nominibus, ac muneribus commendatus, hanc Abbatiam est assequutus, ex Bullis Apost. Romæ 5. Septemb. 1709. Panormi exscriptis die 17. ejusd. possessionem verò est adeptus die 20. [b]. Obiit Romæ Episcopus Sabinensis 8. Januarii 1725. sepultus apud Ecclesiam S. Cæciliæ Transtyberim.

1709

b Ex Offic. Prothon.

1725

XXVIII. *Joseph Barlotta* Drepanensis, S. Josephi Princeps, à generis nobilitate laudatus, cum defuncta uxore Clericali Militiæ nomen dedisset, ex Regia, & Cæsarea munificentia Caroli VI. Rom. Imper. electus est Abbas cum Bullis Benedicti XIII. datis Romæ 14. Kal. Jul. exscriptis Panor. 19. Febr. 1726. possessionem iniit 5. Maji 1726. [c]. Ab eodem Benedicto XIII. PP. electus est Episcopus Talapteæ in partibus Infidelium. Vivit.

1725

1726

c Offic. Prot. fol. 135. anno 1725. & 1726

Hujus Abbatiæ meminere Silvester Maurolycus in Mari Oceano pag. 149. & 152. Gaspar Jongelinus not. Abbat. Cister. lib. 7. fol. 92. Abbas in Regni Comitiis 13. locum habet. Ex relatione anni 1720. Abbatiæ proventus sunt scut. 14556. onera 3868. remanent pro Abbate scut. 10683.

Ecclesiæ suffraganea.

1. S. *Georgii* in Urbe Panormi, de qua S. Gregorius lib. 9. Epist. 68. à Saracenis eversa, exinde à Principibus Northmannis instaurata, & Monachis Græcis Ordinis S. Basilii data. At his deficientibus ann. 1307. nostro Monasterio fuit unita, ut diximus.

2. Ecclesia S. Georgii de Tonnaria, nunc penitus eversa; fuit, ubi nunc Portus (Molum vocant) Urbis Panormi.

3. Ecclesia Salæ Partinici, quin etiam totum Partinici Oppidum juris est nostri Abbatis; de eo Pirrus in not. Eccl. Mazarensis f. 582.

NOTITIA UNICA

S. MARIÆ DE NEMORE CALATAMAURI.

IN latere Montis excelsi, cui nomen hodie *Genovardus*, celebre Monasterium S. Mariæ de Nemore, lingua vernacula *de Bosco*, Ordinis nunc Olivetani prominet, ab Oppido Julianæ tribus pene milliaribus, à Clusa vero quatuor dissitum. Titulus illi de Bosco, quia in horrido nemore olim positum; Nemori autem ab Arce Saracenica jam diruta nomen *Calatamauro*; hinc Monasterium S. Mariæ de Nemore Calatamauri in libris Cancellariæ, & Protonot. appellatur. Nemus etsi altissimis quercubus, atque ilicibus abundet, aquis nihilominus irriguum, plantisque, ac herbis variis medicinalibus maximè, refertum, venationi denique aptum, meritò hodie jucundissimum habetur. Nemoris, ac Montis Incolæ principio Eremitæ, viri numero tresdecim, quorum nomina recenset in suo Chronico Olimpius à Juliana, sub Fatio Magistro, qui cellulis angustissimis constructis, atque Ecclesia, quæ hodie sacellum est, ædificata, de licentia Agrigentini Episcopi Bertuldi die 21. Junii anno 1308. Pontificatus Clementis V. anno 3. vitam aggressi sunt solitariam, atque à mundi turbinibus remotam. Jam vero die 22. Junii sequentis anni idem Præsul benedixit, consecravitque Ecclesiam, inferens sacras SS. Gregorii, & Gerlandi reliquias, ac dies insuper 40. Indulgentiæ, ut ajunt, concessit, Fatii precibus Eremitis in eam, orationis, aut devotionis studio, intrantibus; hortatusque est eosdem ut aliquam à sede Apostolica approbatam regulam profiterentur. Anni unius spatio accepto die 14. Novemb. Ind. 9. 1310. Eremitæ coram Episcopo apud Julianam agente, sanctè juraverunt, servare *paupertatem Evangelicam, & secundum Evangelium sine proprio vivere, atque ipsi Episcopo obedientiam*, subjectionis autem ac recognitionis nomine, ceræ elaboratæ libras duas cum dimidia Ecclesiæ Agrigentinæ in festo die Translationis S. Gerlandi exolvere promiserunt, ac primum Priorem constituerunt [d].

1310

d Autogr. in Tabul. Monast. vid. Pirr.

I. *F. Fatium* eumdem Sacerdotio initiatum, ac vitæ puritate notissimum, cui vel decedenti cum suis, vel recedenti à loco post annos octo successit

II. *F. Joannes de Castellutio* cum aliis septem. Hi anno 1318. à Ministro Generali Ordinis Minorum apud eumdem Episcopum delati, quod more Fratricellorum habitum parvi Caputii induerent, ac illorum dogmata sectarentur, ante ipsum constituti, deque fidei articulis diligenter interrogati, cum ab erroribus Fratricellorum omninò immunes, atque in fide Catholica firmi fuissent inventi, ne in posterum simili infamiæ nota lauri possent, Bernardi Episcopi hortatu, certam regulam ab Ecclesia probatam, quam profiterentur, sibi deligere statuerunt. Igitur S. Patris Benedicti institutis colla submittere statuentes, ac coram Epi-

1318

Anno Christi 1318

Episcopo, ejusdem Regulæ observantiam sancte jurantes, libere sunt dimissi, eodem F. Joanne tunc Sacerdote virtutibus omnibus, ac discretione prædito, in Priorem electo, ac ritè instituto. Voluit autem Episcopus in hac institutione, ut deinceps Prior à Monachis eligendus, ab Ordinario examinatus, confirmationem exoraret, atque Episcopo liceret Monachos corrigere, ac visitare, illisque consilium dare; denique, ut in perpetuæ subjectionis hujusmodi signum, Cereum rotuli unius in die translationis S. Gerlandi quotannis Agrigentinæ Ecclesiæ impenderent. Quæ quidem omnia acta sunt Saccæ die 20. Martii 1318. Joannis 22. Sum. Pontificis anno 2. Regis vero Friderici III. anno 23. [a], ut etiam Pirrus habet lib. 3. not. 3. Ubi de hoc nostro Monasterio fuse scribit.

a In Act. n. Barthol. de Palagio Agrig. Transum. 21. Julii 1345.

III. *F. Nicolaum Bruzia* à Messana post Joannem Prioris munere insignitum referunt Tabulæ Monasterii. Hic anno 1318. cum aliis sociis Benedictinæ Regulæ in manibus Episcopi professionem emiserat: quo autem tempore assumptus fuerit, & confirmatus, latet. Eo Priore Matthæus de Sclafano Comes, Clusæ Dominus, ac fundator, morti proximus Monachis S. Mariæ de Nemore Calatamauri legavit suum viridarium Panormi, una cum domo magna, Capella, aquisque decurrentibus, situm, ac positum in Area Castri urbis ejusdem, ut Monachis pro Grangia esset. Capella, seu Oratorium ea creditur ab Olimpio à Juliana Chronographo, quæ hodie Divæ Barbaræ nomine insignitur. Matthæi Codicillum de anno 1354. in Monasterii Tabulario asservatur.

1318

1354

1359

Anno 1359. cum undique eximiis virtutum exemplis Monachi se commendarent, Fridericus III. Siciliæ Rex terras circa Monasterium eisdem concessit, hoc diplomate:

Fridericus Dei Gratia Rex Siciliæ, ac Athenarum, & Neopatriæ Dux Secretis, & Mag. Procuratoribus Siciliæ, vel vice secretis, & vice Procuratoribus Curiæ terræ Corleonis tam præsentibus, quam futuris gratiam suam, & bonam voluntatem. Cum ad humilem supplicationem superius culmini nostro factam pro parte Prioris, & Conventus Monasterii S. Mariæ Nemoris Calatamauri devotorum nostrorum &c. Considerantes hujusmodi Monasterium per Seren. Principem Dom. Regem Fridericum gloriosæ memoriæ reverendum Avum nostrum fore fundatum; nec minus, quod Divina benignitas tanto magis animas Regum, & Principum in potentia, & sublimitatis gloria, & virtute corroborat, & ipsorum regna, & potentiam amplificat, quanto magis bona Monasteriorum ex suis, revolventes in cordibus, augmentant, ob reverentiam B. Mariæ Virginis, sub cujus vocabulo est ipsum Monasterium insignitum, terras Aratorum duorum idem Monasterium circumdantes, de terris nostræ Curiæ dicti Nemoris, Territorii scilicet Calatamauri, in quibus Monachi dicti pro eorum vitæ sustentatione valeant seminare, de speciali gratia, nec non deliberatione nostri Consilii nobiscum sistentis, ad præsens benignè, & eleemosynariè, ex nunc in antea, in perpetuum duximus concedendas, etiam & donandas. Ita tamen, quod dictæ terræ per eamdem Curiam aliis minimè sint concessæ. Volentes præterea, ut dictum Priorem, vel ejus pro eo nuncium, pro parte dicti Conventus, in corporalem possessionem dictarum terrarum per te præsentem Secretum, vel vice secretum terræ Corleonis, pro parte Curiæ nostræ induci facias, & mandantes, quatenus ut Secretus, vel vice Secretus præsens terræ Corleonis, præfatum Priorem, vel ejus nuncium supradictum in corporalem possessionem Aratorum duorum de terris prædicti territorii Calatamauri, dummodo quod nemini per nostram Curiam sint concessa, ut supra, pro parte ipsius Curiæ inducas; de hujusmodi inductione possessionis fieri facias quatuor quinternos per consimiles formas præsentium, nec non dictas terras dictorum Aratorum duorum cum finibus, & limitibus suis, nec non Instrumentum inductionis possessionis ipsius particulariter continentes, quorum uno dicto Priori, & Conventui sub tuo sigillo dimisso, alio sub ejusdem Prioris sigillo tibi detento, tertium nobili Regni Siciliæ Cancellario, & quartum nobilibus magnæ nostræ Curiæ Rationalibus, sub eodem tuo sigillo mittas, & facias assignari. Vosque futuri Secreti, vel vice secreti, ac vice Procuratores Calatamauri concessionem terrarum ipsarum dictorum duorum Aratorum tantùm, in quinternis nostræ Curiæ adnotate. Eumdem Priorem, & Conventum in tenuta, & possessione dictarum terrarum duorum Aratorum tantum manuteneatis, & etiam favorabiliter defendatis. Præsentes autem literas nostras post opportunam inspectionem earum dictis Priori, & Conventui, vel eorum nuncio resignetis, per eum deinde nostris successoribus ostendendas. Datum Cephaludi anno Dom. Incarn. 1359. 13. die 30. Novemb. Indic. 13. [b]

Anno Christi 1358

b Ex Capibr. Eccl. Lucæ Barberii.

Hactenus Fridericus Rex. Id vero in hoc diplomate est attendendum, quod Monasterii Auctor dicitur Fridericus II. Hoc autem à Monachis, ut Regis gratiam captarent, aut à Ministris, ut Regi gratum facerent, insinuatum fuisse, credendum. Porro immissus est in possessionem earumdem terrarum Prior Nicolaus ab Rogerio de Cammarana tunc Vicesecreto Corileonis, finibus assignatis, qui ad hanc usque diem servantur, die 20. Decemb. ejusdem anni, ut ex Monasterii Tabulis [c].

c Apud Chronic. Mon. Olimp. de Julian.

Regiæ munificentiæ exemplum secutus Joannes de Vaccarella Corileonensis anno 1362. die 22. Septembris condito testamento filios suos instituit universales hæredes in omnibus bonis, quibus affluebat; at his demortuis absque liberis, S. Mariæ de Nemore Calatamauri Monasterium vocabat. Hinc non post multos dies epidemico morbo omnibus sublatis Joannis filiis, amplis latifundiis potitur nomine sui Cœnobii Nicolaus; qui & eodem anno, cum forte Saccæ Andream de Vassallo morti proximum inviseret, ab eo non paucis bonis, nomine suæ Ecclesiæ Nemoris donatur, ac hæres instituitur [d]. Ad hæc ann. 1366. sub die 8. Februarii novo suo diplomate Fridericus Rex ex Regiis Tymnariis Panormi duodecim Carnium Tymni Butticellas, ut vocant,

1361

d Ex Mon. Chron. & Tabulario.

1366

Anno Christi

vocant, est elargitus, sale, & fustibus præparatas. Cujus donationem Martinus Rex, ejusque Uxor Maria confirmarunt.[a]

a Cancell. Reg. eo an. fol. 51.

Nicolaus postquam Monachos sibi commissos optimè gubernasset, ac Monasterii statum auxisset, in manibus Agrigentini Episcopi Matthæi Prioratui renuncians, reliquum vitæ tempus sanctis operibus, ac quieti vacans, transegit, ac non multo post piè decessit. Post eum igitur

IV. *F. Benedictus Placentia*, Panormitanus Patria, à Monachis capitulariter Prior eligitur ad tres annos; cui quidem electioni de se factæ assensit Benedictus, atque ab Episcopo die 23. Octobris anno 1369. confirmationem exoravit, obtinuitque; verum paulo post ad Summum Pontificem profectus, ab eodem Prior, quoad viveret, instituitur speciali diplomate sub die 25. Junii ann. 1370. In hoc porro diplomate Urbanus eo nomine V. Monachorum simplicitatem, atque Sacrorum Canonum inscitiam arguit; tum nulla atque invalida Benedicti per Monachos electione declarata, Episcopo Agrigentino mandat, ut Benedictum *vitæ puritate, ac Religionis zelo præditum, bonisque moribus ornatum*, prævio nihilominus examine probandum, atque idoneum repertum, in legitimum, ac perpetuum Priorem constituat, & Pontificia auctoritate confirmet. Matthæus Episcopus Panormi eo tempore degens juxtà Apostol. literarum tenorem die 24. Decembris Antonio de Guglia, & Joanni de Flore Presbyteris commisit, ut in Prioratus Cœnobii nostri possessionem eumdem Benedictum immitterent, ac Monachis sub interminatione pœnarum Ecclesiasticarum præciperent, ut eidem veluti legitimo perpetuo Priori omnimodam exhiberent obedientiam. Id quod impletum die 31. ejusdem mensis legimus.[b]

1369

1370

b Ex Chron. Monast. & Tab. ibid.

Per hæc ipsa tempora ejusdem Urbani V. præscripto, ad Montis Casini Cœnobium regulari observantia reparandum ex Siculis S. Nicolai de Arena, S. Martini de Scalis, ac nostri S. Mariæ de Nemore Monasteriis Monachi assumuntur[c].

c Ex Chron. S. Nicolai & S. Mar. Pirr. l. 4. p. 2. not. 1.

Gregorius etiam XI. Pontifex Max. suis literis die 20. Decemb. an. 1371. idipsum pro reformando Monregalensi præcepit, hinc è nostro nonnulli, atque alii ex aliis ad id opus destinantur. Benedictus novem annis, ac mensibus duobus expletis, morte sublatus, locum cessit

V. *F. Joanni de Puglia* Corileonensi Monasterii S. Mariæ de Licodia Monacho, morum suavitate, ac vitæ innocentia clarissimo. Hic a Monachis Calatamauri unanimi voto electus, exorata à suo Abbate facultate, & ab Episcopo Diœcesano confirmatus die 25. Januarii 1379. immissusque a F. Angelo de Calido Monasterii tunc Vicario, & ab Antonio de Guglia Presbytero in possessionem, statim se probavit, cum Regularem disciplinam promovendo, tum eleemosynis, ac hospitalitate, bonisque operibus jugiter intendendo.[d]

d Ex Tabul. & Chron. Monaster.

His permoti nonnulli, bona Monasterii amplissimis elargitionibus auxerunt, quibus bene usus Joannes, summo rei familiaris incremento, latifundia dilatando, ac nova acquirendo, temporalia simul, ac spiritualia lucra promovit; postque decennium magno sui desiderio relicto, lacrimis suorum meruit in morte honorari.

VI. *F. Angelus de Calido* Cœnobii Vicarius à morte Benedicti Prioris, decedente Joanne, Prior & ipse deligitur; sed dignitate abdicata in manibus Agrigentini Episcopi, sibi ipsi vacare decrevit[e]. Igitur

e Ex Chron. Monaster. Olimpii de Juliana.

VII. *F. Benedictus de Maniaci* ultimus Prior, ac primus Abbas S. Mariæ de Nemore. Renunciante enim Angelo, communi omnium voto Prior consalutatur, & ab Episcopo die 13. Martii 1388. approbatur, immissusque in possessionem ab Antonio de Guglia Presbytero nomine Episcopi, statim sui Cœnobii bono intendens, quosdam terræ tractus commutavit, ac alios sibi, & Monasterio legatos acquisivit.

Anno 1392. Alphonsus Palmeri Protonot. Apostolicus Romæ mortuus, quibusdam legatis favore Matris, ac Fratrum conditis, Monasterium nostrum in omnibus suis bonis vocavit hæredem, sed obstitit huic institutioni Alphonsi Mater, ac litem Monasterio intendit. Pro suo tuendo jure Benedictus non parum adlaboravit, tandemque conventum est, ut exolutis Cœnobio unciis quadraginta quinque auri, Alphonsi hæreditas Matri, ac Fratribus cederet. Acta est conventio Panormi die 30. Maji 1393. Pecuniis porro ex eadem hæreditate consecutis, Benedictus quasdam terras sibi comparavit, quibus etiamnum hodie Monasterium fruitur[f].

1392

1393

f Ibidem.

Anno eodem die 1. Maji Martinus Rex precibus Guillelmi Peralta consanguinei sui, Sclafani, Calatanixectæ, Alcami, & Julianæ Comitis, Regnique Cancellarii inclinatus, Monasterio confirmavit donationem ab Friderico Rege de 12. Butticellis Carnium Tymni super Tymnariis Regiis factam, præcepitque, ut deinceps Monachis sine contradictione assignarentur quotannis. Non multo post idem Guillelmus Peralta morti proximus, condito, sub quo decessit, testamento, uncias decem quolibet anno, Monasterio Calatamauri legavit, quas anno 1394. die 18. Decemb. Comes Nicolaus Guillelmi filius super quibusdam domibus, ac censibus urbis Panormi Benedicto Priori assignavit, sibi tantùm retento magno Palatio, ubi hodie S. Spiritus valetudinarium exurgit[g].

1394

g Ex Tabul. Monast. & Chronico.

Martinus quoque Rex nostros novis beneficiis cumulans, has literas Catanæ perscripsit. *Martinus Dei gratia Rex Aragonum, & Martinus eadem gratia Rex Siciliæ &c. Dilectis, devotis, & fidelibus nostris universis, & singulis Ecclesiarum Prælatis, & Officialibus nostris quibuscumque per totum Regnum Siciliæ constitutis, & constituendis fidelibus gratiam nostram, & bonam voluntatem. Cum Ecclesia, seu Monasterium S. Mariæ de Nemore Calatamauri Ordinis S. Benedicti Agrigentinæ Diœcesis per divos retro Principes, & Prædecessores nostros constructum, & fundatum, ex largitione munifica eorumdem habeat, & habere debeat nonnulla bona, jura, redditus, & proventus, quæ nec per quospiam valeant detineri, seu occupari; ea omnia sub nostra custodia, & protectione suscipimus speciali, volentes de certa nostra scientia, ejusdem Monasterii Fratribus de eorum bonis, & juribus, redditibus, & proventibus responderi deberi, ac* per

1396

Anno Christi 1396

per nullos indebitè posse gravari, seu molestari. Idcirco vos Ecclesiarum Prælatos requirimus, & hortamur attentè, vobisque Officialibus, & subditis nostris mandamus, & requirimus expressè, quatenus dictum Monasterium, ejusque Fratres, Oeconomos, & Procuratores quoscumque, ubicumque eos declinare contingat, habeatis propitius recommissos, tractando eosdem favorabiliter, & benignè, nec minus faciatis eisdem de juribus, redditibus, & proventibus bonorum omnium, & singulorum, tam mobilium, quàm stabilium ejusdem Monasterii prædicti satisfieri, & integrè responderi, in cujus rei testimonium præsentes patentes literas fieri jussimus nostri sigilli impressione munitas. Datum Catanæ anno Dom. Incarn. 1396. 13. Febr. Indic. 5. [a]

[a] Ex Tabul. Monast. & Reg. Canc. fol. 16. & Ibidem. fol. 159. Pir. lib. 4.

Jam cum à quamplurimis certatim bona offerrentur Monasterio, usufructu, ut ajunt, sibi reservato, ac Regii collectores super eisdem bonis datia, & vectigalia exigere contenderent, Monachi ad Regem rem detulerunt, qui suis literis præcepit Magis. Secreto Regni Siciliæ ejusque locumtenenti in terra Corileonis, ut deinceps omnino ab hujusmodi exactionibus abstinerent; & si aliquid forte fuerit exactum, legitimis Dominis restitueretur. *Cum nostra intentionis propositum (ait) sit, jura, & negotia dicti Monasterii justis, & debitis favoribus augmentare*, Catanæ die 27. Januarii 1399. Indic. 8. [b]

1399

[b] Ex Tabul. & Chron Monast.

1400

Anno Jubilæi 1400. Benedictus Prior Romam, duobus Monachis Comitibus contendens, à Bonifacio IX. PP. primum pro suis Monachis tam præsentibus, quàm futuris plenariam Indulgentiam in mortis articulo impetravit Romæ apud S. Petrum Idibus Julii Pontificatus ann. 11. tum in Abbatiam Cœnobio evecto, ut ipse in Abbatem ejusdem assumeretur, ac Pontificiis insigniis uti posset, exoravit, patrocinio, atque opera Cosmati Meliorati S. R. E. Cardinalis Bononiensis sibi dudum familiaritate, atque amicitia conjunctissimi fretus. Demum ut ipse, ejusque Monachi nonnisi Romano Pontifici immediatè subderentur, obtinuit; Ex Bonifacii diplomatis unum exscribimus.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam. Exemplaris vitæ, morum honestas, modestia, ac vera observantia Regularis, sub quibus dilecti filii Prior, & Conventus Monasterii B. Mariæ de Nemore Calatamauri per Priorem soliti gubernari, Ordinis S. Benedicti, Agrigentinæ Diœcesis, mundanis abjectis illecebris, devotum, ac sedulum exhibent Domino famulatum, non indignè nos movent, ut eos, & Monasterium ipsorum eruamus à noxiis, quietem, & pacem ipsorum perturbantibus, & ex Apostolicæ largitatis beneficio opportunis privilegiis, & specialibus gratiarum muneribus attollamus. Cum itaque fide dignorum relatibus inculcatis accepimus, dictum Monasterium, quod in montuoso, & horrido loco situm, & à communibus hominum incolatibus satis distat, ejusque Prior, Monachi, & Oblati Dei, & Sanctorum laudibus, ac Divinis obsequiis insistentes, rudi, & ispido, ac modici pretii discolori habitu vestiuntur, & de propriis laboribus, & pecoribus confoventur, ac exinde Christi Pauperibus,

Anno Christi

A *ac miserabilibus personis pia charitatis suffragia quotidie largiuntur, suntque aliàs vita modestia, honestate morum, & Regulari observantia Regulæ dicti Sancti orbe nitens speculum, & exemplar, à nonnullis veritatis, & Justitiæ hostibus, qui proprii status, & formæ prodigi, cupiditate seducti, diversos interdum inanes titulos prætendentes, nomen Domini in vacuum recipere non verentur, lætantur dum malefaciunt, & in rebus pessimis gloriantur, diversis afficiantur malis, ac injuriis, & jacturis; Nos tam spectabile decus*

B *Christianæ Religionis, & fidei in dicto Monasterio speculantes, & ad ipsius attollentias, & favores ob reverentiam Beatæ, & Gloriosæ Dei Genitricis, cujus vocabulo dictum Monasterium insignitur, intentam cogitationis aciem dirigentes, santorum obsequiorum, ac operum apud Deum participes fieri cupientes, ipsorum Prioris, & conventus in hac parte precibus inclinati, nomen, & titulum Prioratus hujusmodi ab ipso Monasterio, & ejus Præsidatu perpetuò, auctoritate Apostolica amoventes, Monasterio, vel Regulari loco dependere noscitur, ad ipsius Dei, & Beatæ*

C *Virginis laudem, & gloriam, Divinique cultus, & Religionis augmentum, ex Apostolicæ potestatis plenitudine, in Abbatialem dignitatem erigimus, & dignitatis hujusmodi nomine, ac titulo decoramus. Statuentes, quod idem Monasterium per Abbatem deinceps perpetuis temporibus debeat gubernari, ejusque Præsul, qui jam est, absque alia confirmatione, institutione, vel approbatione quacumque, verus dicti Monasterii Abbas existat, & curam, regimen, & guberna-*

D *tionem dicti Monasterii in spiritualibus, & temporalibus, ac si de nostro mandato sibi rite fuisset Benedictionis munus impensum, cum Abbatialis dignitatis plenitudine liberè administret; Et nihilominus Abbatem, & Conventum, ac Monasterium prædictos à præfatis damnis, injuriis, & jacturis opportunis relevare remediis cupientes, eos cum omnibus membris, possessionibus, & pertinentiis suis, ac mobilibus, & immobilibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possident, & justis modis, adjuvante Domino, adi-*

E *pisci poterunt in futurum, sub B. Petri, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ sedis, & nostra protectione suscipimus. Ipsosque Abbatem, & Conventum, ac Monasterium ab omni jurisdictione, dominio, potestate quorumcumque Ordinariorum, ac superiorum de certa scientia prorsus eximimus, & totaliter liberamus; Et insuper eis, quod ratione legatorum, aut funeralium, aut oblationum eis factarum, vel faciendarum canonicam, vel aliam portionem, seu decimas, vel primitias de fructibus possessionum, quas idem*

F *Abbas, & Conventus propriis manibus, aut sumptibus colunt; vel de nutrimentis, & fœtibus eorum animalium nullum ab ipsis exigere, vel exторquere valeant; Nec alias in dicto Monasterio, vel ejus membris, seu bonis, aut juribus præfatis, aut in ejusdem Abbatis, & Conventus personas jurisdictionem aliquam, aut potestatem exercere præsentibus indulgemus; sed hac omnia, & singula munimina, & nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus canonicè intrantibus successivè, dictaque Rom. Ecclesiæ subjecta existant. Et quia Prior dicti Monast.*

canoni-

Anno Christi

canonicè electus in illis partibus confirmari, & plenitudinem sui officii suscipere auctoritate ordinaria consuevit, statuimus, quod si quis Monachorum communi consensu, vel majori partis eorum, vacationis tempore, in ipsius Monasterii Abbatem ritè fuerit electus, ab aliquo Catholico Episcopo, vel Archiepiscopo ad hoc requisito, & voluntario, gratiam, & communionem dictæ sedis habente, cui super hoc concedimus auctoritate Apostolica facultatem, sibi faciat eadem auctoritate confirmationem electionis hujusmodi, & munus benedictionis impendi, ipseque per hoc Abbatialis dignitatis plenitudinem consequatur, nec eum oporteat propterea Romanam Curiam visitare; reservationibus quibuscumque &c. Ad hac inhibemus districtius, ne quis cujuscumque praeminentia, status, ordinis, vel conditionis existat, etiam si Archiepiscopali, vel Regia, seu majori, vel alia quavis dignitate prafulgeat, hujusmodi ordinationes Apostolicas, & alia supradicta colore, vel causa, seu occasione, quibuslibet adinventis, turbare prasumat, aut quomodolibet impedire. Nos enim ex nunc irritos decernimus, & inanes omnes processus, ac pœnas, & sententias, quos, & quas, ac quidquid contra pradicta haberi, attentarique contigerit, vel quomodolibet promulgari. Et insuper in omnes, qui certa scientia contrarium attentare prasumpserint, nisi infra octo dierum spatium post publicationem prasentium, vel earum intimationem eis factam, se de hujusmodi attentatis retraxerint cum effectu excommunicationis, in Universitates vero, Terras, & loca eorum interdicti, & Capitula, & Conventus, seu Collegia suspensionis sententias de dicta potestatis plenitudine promulgamus; A qua quidem excommunicationis sententia, qui eam incurrerit, ab alio quam à Romano Pontifice, prater quam in mortis Articulo, & pravia satisfactione decenti, absolutionis beneficium nequeat obtinere, nec interdictum hujusmodi aliter per alium relaxari. Caterum Venerabil. Fratribus nostris Panormitano, Montisregalis, & Messanensi Archiepiscopis auctoritate prasentium committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, vel unus eorum per se, vel alium, seu alios, eidem Abbati, & Conventui efficacis defensionis auxilio assistentes, non permittant eos contra pramissa in aliquo molestari, nec eis gravamina, seu damna, vel injurias irrogare. Contradictores per censuras Ecclesiasticas, appellatione postposita compescendo, invocato ab hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Nulli ergo &c. datum Roma apud S. Petrum 5. Kal. Augusti Pontificatus nostri anno 11. [a]. Hactenus Bonifacius in suo diplomate.

[a] Ex Tabul. Monast. & Chron.

Abbatiali igitur dignitate auctus noster Prior, ut Pontificalibus insigniis uti posset, alio speciali diplomate impetravit, ut diximus sub die eodem. En ipsum. *Bonifacius Episcopus &c. dilectis filiis Benedicto Abbati, & Conventui Monasterii B. Mariæ de Nemore Calatamauri Romanæ Ecclesia immediatè subjecti, Ordinis S. Benedicti, Agrigentina Diæcesis, salutem, & Apostolicam Benedictionem. Exigit vestra devotionis sinceritas, & Religionis promeretur honestas tam vos, quos speciali dilectione prosequimur, quam Monasterium vestrum B. Maria de Nemore Calatamauri Romana Ecclesia immediatè subjectum Ordinis S. Benedicti Agrigentina Diœcesis, quod per Priorem consueverat gubernari, Abbatiali titulo duximus decorandum, praeficiendo te Fili Benedicte, qui tunc Prior dicti Monasterii existebas, in Abbatem dicti Monasterii, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur &c. Nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu fili Benedicte Abbas, & Successores tui Abbates ejusdem Monasterii, qui pro tempore fuerint, mitra, annulo, & aliis Pontificalibus insigniis, libere possetis uti; nec non, quod in dicto Monasterio, & Prioratibus eidem Monasterio subjectis benedictionem solemnem post Missarum, Vesperarum, & Matutinarum solemnia, dummodo in benedictione hujusmodi aliquis Antistes, vel Sedis Apostolica Legatus prasens non fuerit, elargiri possitis, felicis record. Alexandri Papa primi pradecessoris nostri constitutione, qua incipit; Abbates, & aliis quibuscumque constitutionibus Apostolicis in contrarium editis nequaquam obstantibus; Vobis, & eisdem successoribus auctoritate Apostolica de speciali gratia tenore prasentium indulgemus. Nulli ergo &c. Datum Roma apud S. Petrum 5. Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno 11.* [b]

[b] Ex Tabul. Monast. & Chronico.

His obtentis, noster Benedictus solemnis benedictionis munus in domo memorati Cardinalis Cosmati Titul. tunc S. Crucis in Jerusalem per manus Nicolai Archiepiscopi Sipontini de mandato ejusdem Bonifacii Pontificis accepit, assistentibus F. Guillelmo Monasterii S. Mariæ Novælucis Catanæ Abbate, ac Thoma de Petra Apostolico Notario, aliisque Monachis, & ejusdem Cardinalis familiaribus. [c] Roma dehinc ad suum Cœnobium reversus, transumptum Bullarum Apostolicarum sub die 26. Septembris conficiendum novus Abbas curavit per acta Antonii Fionti Julianensis,

[c] Ex Chron. Olimp. à Juliano.

Verum, cum ad aures Martini Regis id totum fuisset delatum, putans Rex suo juri fuisse per Benedictum derogatum, Cœnobitis perscripsit, ut eumdem in Abbatem non admitterent, sed veluti unum ex Monachis haberent. Intercedentibus tamen precibus Eleonoræ Infantissæ, Ducis Joannis filiæ, Petri Aragoniæ Regis neptis, Guillelmi Peralta jam laudati uxoris, gratiam Regiam Abbas est assecutus, ac datis literis in urbe Mohac sub die 2. Maji Indict. 9. [d] Monachis Rex præcepit, ut non obstantibus ejus aliis literis, Benedictum in Abbatem reciperent, ac ei omnimodam exhiberent obedientiam,

[d] Ex Monast. Tabul. & Chronico.

Non erit hic prætereundum, nostri Cœnobii Monachos olim sub alio Benedicto de Placentia Priore ab Urbano V. Pontifice Maximo die 3. Maji 1370. impetrasse; ut de speciali Sedis Apostolicæ gratia, salvis juribus Agrigentini Episcopi Monasterium S. Mariæ Calatamauri in Abbatiam erigeretur, ac Prior Abbas diceretur, sed quam ob causam id votum suum minimè sortitum fuit effectum, nescimus.

Anno 1401, die 1. Aprilis Infantissa Eleonora, de qua superius, pro sua in Monasterium, ac Monachos propensione, Nemoris terras ipsis attributas adauxit, earum finibus ampliatis, præcepitque Michaeli Rizzo Secreto Terræ Julia- 1401

Anno Christi

Julianæ, ut in earumdem possessionem Monasterium immitteret, ac fines juxtà suæ donationis paginam assignaret, die primo Octobris. Aliis etiam bonorum incrementis, hoc ipso eodem anno ex fidelium largitate Cœnobium ditatur, atque ex Monachorum S. Martini de Scalis renunciatione Territorium S.Petri nuncupatum, propè Saccam, ab Antonio Pardo jam pridem illis legatum, assequuntur die 5. Junii, sub onere construendi Ecclesiam in ejusdem Feudi viridario, ut Antonius Testator præceperat; cum quo etiam territorio, & alia ejusdem Antonii bona nostris pervenerunt [a]. Sed insequentibus quoque annis variis donationibus crevit Monasterium, ac jurgio plurium annorum de possessione Feudi de Morando feliciter confecto, finibusque ejusdem designatis, res familiaris Benedicti industria, ac virtute non minimum est aucta; qui sextodecimo sui regiminis anno, Prioratus scilicet duodecimo, Abbatiæ vero 4. ex gravi infirmitate moritur, ac multis suorum lacrymis in Cœnobii Ecclesia sepelitur.

a Ibidem.

1402

F. Angelus de Calido communi Monachorum voto secundus Abbas eligitur. Hic, ut vidimus Prioratui, ut sibi viveret, renunciaverat, sed suorum precibus victus, Abbatiali oneri succumbere cogitur. Statim vero Drepanum contendens juxta privilegii a Bonifacio Pontif. concessi seriem, Francisco Mazarensi Episcopo sistitur, a quo inter Missarum solemnia benedictionis munus, atque Abbatis insignia accepit die 23. Novembris anno 1404 [b]. Hinc exorta dissidia inter ipsum Abbatem, & Episcopum Agrigentinum, sibi ut loci Ordinario competere id munus contendentem.

1404

b Ex Chron. Olimpii à Juliana.

Ac primum de Quarta Canonica ex bonis Presbyt. Antonii de Guglia Julianensis debita, est inter ipsos litigatum; Antonius decesserat an. 1407. sepultus in Monasterio, cui semper in vita fuerat addictus. Contendebant Monachi ex Bonifacii Pontif. rescripto sæpius relato, ab hujusmodi onere esse immunes; contra vero Joannes Episcopus ejusdem Pontificis literas proferebat de anno 1404. 12. Decembris incipientes: *Intenta salutis operibus Apostolicæ Sedis circumspecta benignitas &c.* Quibus, omnibus indultis, & gratiis ab se Monasteriis, ac locis piis concessis derogabat. Quare ad Romanam Curiam est appellatum à Bartholomæo Dulce Monasterii Priore, atque Procuratore. Rebus tandem compositis, unciis tribus Episcopo exolutis bona legata Monachi sunt assequuti.

Per hæc ipsa tempora Nicolaus Peralta Calatabillottæ Comes, Guillelmi, & Eleonoræ Infantissæ ex filio Nepos donationem ejusdem Eleonoræ de terris in Nemore irritam volebat. Angelus vero Abbas, ne in præjudicium sui Monasterii vineta quamplurima posita in Territorio Julianæ à Christifidelibus oblata censu annuo ab Guillelmo, & Eleonora remisso, deinceps vellet etiam Nicolaus obnoxia, literas à Martino Rege exoravit, quibus Guillelmi ejusdem, & Eleonoræ donationes confirmans Rex, Nicolai injustas petitiones compescuit Catanæ 11. Julii, Indict. prima 1408 [c]. Interea litem etiam intenderat Monasterio Albertus quidam Placentino super bonis à devota Matrona Laquinta Salimbene legatis, sed Panormi inter partes conventum est die 17. Julii anno 1415. ut scilicet eadem bona à morte Alberti Monasterio cederent. Quæ conventio ab Joanne de Porto Monasterii Priore, ac Procuratore Panormi firmata, ab Abbate, & fratribus rata habetur die 30. Septembris. Mortuo autem non multo post die 11. Novembr. Alberto, nostri in eorumdem bonorum possessionem sunt immissi [d].

1408

c Ex Monast. Tabul. & Chronic.

1415

d Ibidem.

Eodem anno Infans Joannes Ferdinandi Regis filius voluit, ut Monasterium S. Mariæ de Nemore super exactione Gabellarum non molestaretur, datis ad id literis Secreto Calatafimi 11. Junii 8. Indict. [e]. Angelus sexdecim annorum, ac mensibus aliquot Abbatiæ expletis, ætate longævus, ac meritis locuples mortalitatem exuit, ejusque loco

e Ex Tabul. Monast. & Chronica.

IX. *F. Joannes de Porto* tertius Abbas constituitur à Monachis, & die 10. Maji 1421. ab Philippo Agrigentino Episcopo benedicitur, & confirmatur [f], cui proinde promisit, nil contra Jurisdictionem Episcopalem attentare, ejusdemque Episcopi consensu à F. Jacobo de Patino, & F. Georgio de Castagnola Monachis in possessionem inducitur. Rebus porro Cœnobii compositis, cum ægre ferret Joannes Abbas Apostolicas Bonifacii literas nullas haberi, à Martino V. Rom. etiam Pontifice novas Bullas in forma exoravit sub die 15. Maji anno 1423. quibus Pontifex declaravit, in literis Bonifacii de anno 1404. 21. Decembris, derogantibus quibuscumque indultis, Monasteriis, & locis piis concessis, non comprehendi gratias, & immunitates, Monasterio S.Mariæ de Nemore Calatamauri elargitas, quare omnino liberum, atque exemptum ab omni jurisdictione ordinaria censeri debere, & immediate Sedi Apostolicæ subjectum, liberum quoque ab cujuscumque oneris solutione, & Quartæ Canonicæ super bonis in morte legatis, omnibus denique privilegiis frui posse, & debere ab eodem Bonifacio concessis [g]. Interim vero Laurentius Agrigentinus Episcopus ad Cœnobium se conferens, illud perlustravit, multaque ad majorem regulæ observantiam, atque administrationem bonorum spectantia, observanda perscripsit die 18. Julii Indict. 2. 1424 [h].

1421

f Ex Monast. Chronica.

1423

g Ex Monast. Tabul. & Chron.

1424

h Ibidem & ex Pir. l. 1.

Sed, & Cameræ Apostolicæ Collector *quotam* redditüum totius anni, seu ut vocant, *mediam annatam* sibi exolvi à nostris contendebat; à Monachis vero edoctus, Cœnobium ab eo onere immune esse ex indulto Apostolico, ipse quoque die 10. Aprilis 3. Ind. eodem anno 1424. liberum declaravit, atque, ut de cætero ab aliis pro hujusmodi exactione minimè molestaretur, sanxit [i].

1424

i Ex Tabul. Monast. & Chronico.

Jam Bullis Martini V. in Regia Cancellaria exscriptis, atque in Regno executis ab annuo censu Episcopo Agrigentino debito, & ab omni Ordinarii jurisdictione Abbas, ejusque Monachi liberi declarantur; Tum Alphonsi Regis speciali privilegio à quacumque etiam sæculari collecta, datio, mutuo, ac onere eximuntur. En ipsum.

Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ &c. Præsentium literarum serie pateat universis tam præsentibus, quàm futuris, quod

Anno Christi

quod attendentes ad famam laudabilem, & integram honestatem, vita, & moribus comprobatam, quibus Abbas, & Monachi Venerab. Monasterii S. Mariæ de Nemore Calatamauri Agrigentinæ Diœcesis apud Majestatem nostram multipliciter commendantur; & alias erga sacras ædes, quarum Ministri Deo dicati interdum plus posse premuntur, ob hospitalitatem, fortunis exhaustis, gratiose, & benigne gerere nos volentes ob devotionem præcipuam, quam meritò habemus ad gloriosam Altissimi Genitricem, gratis, & de nostra scientiâ, & munificentia Regia B *dictum Monasterium, & Abbatem, & Monachos, ab omni collecta, mutuo, domanda, onere extraordinario, subsidio, & gravamine quolibet per Majestatem nostram, seu per nostros officiales imponendis, quavis urgente necessitate, aut alias, eximimus, & perpetuò liberamus: Venerabilem in Christo Patrem Agrigentinum Episcopum, ejusque Vicarios hortantes, & nobilibusque in regimine dicti Regni Siciliæ Præsidentibus, & cæteris officialibus nostris, & signanter Thesaurario nostro, Commissariis, seu Collectoribus* C *impositionum, collectarum, & onerum prædictorum, qui sunt, & pro tempore futuri erunt, similiter injungentes, quatenus gratiam nostram exemptionis, & immunitatis hujusmodi tenentes, & firmiter observantes, dictum Monasterium, Abbatem, & Monachos ipsius, modo, quo supra, ad solutionem, seu contributionem onerum prædictorum, juxta præsentium continentiam, nullo modo compellant, nec faciant, aut permittant ab aliis quavis causa compelli. In cujus rei testimonium præsentes fieri jussimus* D *nostri sigilli impressione munitas. Dat. in Civitate Iscla die 17. Junii, anno à Nativ. Do-*
1433 *mini 1433. Regiminis nostri 18. Rex Alphonsus* [a].

[a] Ex Tabul. Monast. exscript. in Tab. not. Jacob. Lacerdi Pan. 19. Octob. 1549. Ind. 11.

Hanc eamdem immunitatem à Romano Pontifice impetrandam curavit noster Joannes Abbas. Perscripsit itaque Eugenius PP. Roma ex ædibus S. Chrysogoni anno 1434. Idibus
1434 Aprilis, Pontificatus sui ann. 4. ut à decimis, subsidiis, aliisque oneribus omnino ejus Monasterium censeretur immune, ac liberum; contra occupantes vero bona, & jura ejusdem E Monasterii, ipsumque, & ejus Monachos vexantes, ut possent sibi eligere, ac constituere Judicem Conservatorem Panormitanum Archiepiscopum, ac Abbatem S. Martini de Scalis, indulsit, eodem anno, & die [b].

[b] Ex Tabul. Monast. & Chronico.

Novo etiam diplomate Alphonsus Rex proventus *extractionis Casearum à Portu Panormitano, & decem uncias ex fructibus urbis Panor-*
1442 *mi* die 11. Januarii anno 1442. in Castris apud Turrim octavam concessit. Quam quidem Regis donationem omnino servandam præcepit F Prorex Jaymo de Paruta Panormi die 11. Octo-
1445 bris anno 1445. & iterum die 26. Novembris anno eodem. Post multa præclarè gesta, Joannes exuit mortalitatem tertio supra vigesimum sui regiminis anno, & mensibus 9. [c]

[c] Ex Monast. Tabul. & Chronic.

X. F. *Placidus Bonvicini* unanimi omnium consensu Abbas 4. renunciatus, atque in possessionem inductus est anno eodem die 23. Martii præsente F. Martino de Bonafide S. Mariæ Gangii veteris Abbate, ac duobus aliis ejus Monachis Joanne de Pilo, & Nicolao Bonafide. Sta-

A tim verò Placidus qualis esset, se probavit; bono enim Cœnobii sui intendens, novis prædiis 1445 ipsum adauxit, ac laudabilibus hospitalitatis, eleemosynarum, aliarumque virtutum operibus apud omnes sese commendavit. Tum quasdam Apostolicas literas à Nicolao V. PP. obtinuit. Primam anno 1450. *ut Monachi gaude-* 1450
ant Jubilæo indicto Romæ. Secundam anno 1452. 1452 die 28. Julii perscriptam duobus Canonicis Agrigentinis, *Ut Monachos, & Conversos vagos ad Monasterium reducant*. Tertiam Abbati Gangii veteris, & Pino Cattani Canonico, & Vicario Agrigentino directam: *ut bona male alienata ab Abbate, ejusque Prædecessoribus restituenda curent*. Alias denique, quibus confirmat Pontifex omnia privilegia, & exemptiones, atque bona à Principibus concessa, quas hic exscribimus.

Nicolaus Episcopus, Servus Servorum Dei &c. Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monasterii S. Mariæ de Nemore ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, Agrigentinæ Diœcesis salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cum à nobis petitur, quod justum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit, ut id juxta solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis supplicationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, seu indulta vobis, & Monasterio vestro concessas; nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, & aliis Christifidelibus rationabiliter vobis, & Monasterio vestro concessas, specialiter autem Agros, Terras, Prata, Vineas, Pascua, Sylvas, Nemora, Hortos, Molendina, Domos, Possessiones, Jura, Jurisdictiones, aliaque mobilia, & immobilia bona ad dictum Monasterium spectantia, sicut ea omnia justè, & pacifice possidetis, vobis & per eos, eidem Monasterio auctoritate Apostolica, confirmamus, & præsenti scripti patrocinio munimus. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1452. 5. Kal. Augusti Pontificatus nostri anno 6. [d]

[d] Ibidem.

Hactenus Nicolaus Pontifex, qui etiam eorumdem Monachorum precibus inclinatus, suo vivæ vocis oraculo quamplurimas gratias ad statum spiritualem spectantes illis indulsit, ac concessit [e]. Rex denique Alphonsus anno 1457. 1457
solemnes nundinas celebrandas in die festo Assumptionis B. Mariæ Virginis suo speciali diplomate permisit, ut ex Reg. Cancellariæ, & Proton. colligit noster Pirrus [f] lib. 3. ibidem.

[e] Ibidem.

[f] Reg. Proton. ann. fol. 198. apud Pirrum.

Anno 1459. absente Abbate Placido, ac for- 1459
te Panormi causa negotiorum degente, Dominicus Episcopus Agrigentinus devotionis prætextu, ut ajebat, ad Monast. die 28. Martii digressus, à Priore, & Monachis omnibus humanitatis officiis excipitur; Ecclesiam porro, ac sacrarium ingressus, ordinaria potestate, ac jurisdictione uti contendens, in Cœnobio perlustrando, ac visitando, unanimiter à Monachis, & Priore repulsam est passus; sed instans, ut sibi Monasterii privilegia, quibus ab ordinaria potestate immunes Monachi declarabantur, in

Anno Christi
1459 forma authentica ostenderentur; idque ob Abbatis absentiam, à quo illa servabantur, à Monachis præstari non posset, post varias contentiones, furtim eorumdem Monachorum nominibus à Notario exscriptis, Episcopus tandem discessit. Adveniente autem Abbate, de his omnibus edoctus, literas Regias exoravit, quibus deinceps id Episcopis sub quovis prætextu fuit vetitum, Has literas die 6. Martii 8. Indict. anno
1459. in lib. Secret. exscriptas refert Pirrus [a]. At in Monasterii Chronico sæpius laudato die
1460 28. Martii anno 1460. factum enunciatur.

Eodem Abbate agente, Summus Pontifex die 8. Septembris 1467. Abbatibus S. Spiritus Panormi, & S. Martini de Scalis perscripsit, ut *omnia bona sacrarii, scriptura, ac alia usurpata Monasterio S. Mariæ de Nemore sub pœnis excommunicationis restituerentur*. Item 25. Novembris, *ut Abbas eligere sibi possit Confessarium, à quo absolutionis beneficium de quocumque peccato, excommunicatione, censura &c. recipiat* [b]. Conventione cum Antonio de Cardona Calatabillottæ Comite inita, possessionem cujusdam Territorii in Calatamauri nemore jam ab Eleonora Infantissa Monachis traditam, ab ejus successoribus sæpius controversam, dimisit, acceptis ab Antonio unciis auri viginti, quas in aliis bonis comparandis expendit [c]. Obtenta denique a Carolo de Luna, & Peralta, ac Julia ejus uxore Julianæ Comitibus omnimoda exemptione cujusque oneris super emptione carnium pro Monasterii, & Infirmorum commodo,
1468 speciali privilegio sub die 25. Januarii 1468. (qua adhuc hodie Cœnobium fruitur) paulo post Placidus Abbas moritur, mense Novembris, tribus supra viginti regiminis annis expletis, atque in suo Cœnobio humatur.

XI. *F. Placidus Castagneda* Siculus Julianensis ex Patre Hispano, vir multis virtutibus, prudentia in primis, morum suavitate, ac in rebus gerendis dexteritate exornatus, a Monachis electus unanimi voto, ab Antistite Mazarensi die 4. Decembris ejusdem anni 1468. benedicitur, atque Pontificiis literis Pauli II. & Regis
1469 Joannis commendatur die 10. Julii 1469.

Hic suos Monachos candore vitæ notissimos F. Gerardum in primis, multis probatum, misit ad Cœnobium Monregalense, instante Archiepiscopo S. R. E. Cardinale Ausia, ac Xysto IV. Rom. Pontif. præcipiente, ut ipsum strictiori observantia communirent; ob id eidem Cardinali noster Abbas carissimus effectus, ejus opera
1472 à Xysto Pontif. sub die 3. Aprilis 1472. privilegiorum, atque immunitatum sui Monasterii confirmationem exoravit [d]; & in benevolentiæ signum Delegatus Apostolicus una cum Archiepiscopo Panormitano ad indicendum Jubilæum, Regno Siciliæ, precibus ejusdem Ausiæ Cardinalis concessum, est constitutus. Tum anno
1475 1475. die 4. Novembris ejusdem Sedis Apostolicæ, adversus aliquot Clericos Panormitanos, qui Franciscanos Fratres Panormi degentes injuriis, & flagellis affecerant, Delegatus est etiam electus.

Interim de bono sui Cœnobii solicitus, variis prædiis, ac latifundiis ipsum adauxit. Anno
1482 1482. electioni Alexandri Arbentonii S. Martini de Scalis Abbatis interfuit; ac unus fuit ex scrutatoribus, illum denique inter Hospitalis magni Panormitani Rectores legimus. [e]

Post hæc in Hispaniam delatus, observantiam, vitæ puritatem, ac morum candorem Montis Oliveti Monachorum per Italiam demiratus apud Regem Ferdinandum egit de unione ejus- 1490
dem Monasterii nostri de Nemore cum illorum Congregatione. Literis ergo commendatitiis ejusdem Regis ad S. R. E. Cardinales Senensem, Savellum, & Valentinum Regis Compatrem, ac Sedis Apostolicæ Vice-Cancellarium, atque ad Episcopos Badajocensem, & Asturicensem Regios Oratores obtentis, eorumdem opera à Pontifice Romano Innocentio VIII. Unionis diploma exoravit tenoris hujusmodi.

Innocentius Episcopus &c. Cathedram præeminentiæ Pastoralis in hac militanti Ecclesia, dispositione Divina, licet meritis insufficientibus gubernantes, sancto, ac pio desiderio tenemur efficere, ut Monasteria, & loca religiosa quæcumque, pro nostræ cooperationis diligentia, gratia operante Divina, salubriter dirigantur, & in eis regularis disciplinæ forma servetur, cultus Divinus augeatur, charitas vigeat, humilitas floreat, & omnis bene vivendi institutio cum æternæ vitæ præmio valeat feliciter adimpleri. Dudum siquidem provisionem Monasteriorum omnium apud Sedem Apostolicam nedum vacantium, sed & in antea vacandorum dispositioni, & ordinationi nostræ reservavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus super his per quoscumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et deinde Monasterio S. Mariæ de Nemore Ordinis S. Benedicti Agrigentinæ Diœcesis, ex eo, quod dilectus filius Placidus nuper Abbas ejusdem Monasterii, illius, cui tunc præerat regimini, & administrationi in manibus nostris sponte, & libere cessit, nosque cessionem ipsam duximus admittendam, apud Sedem prædictam regimine destituto; nos ad provisionem super salubri regimine, & administrationem dicti Monasterii celerem, & felicem, in qua nullus hac vice se intromittere potuit, sive potest, reservatione, & decreto obstantibus supradictis; ne Monasterium longæ vacationis exponatur incommodis, paternis, & solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de utiliter, & salubriter providendo super regimine, & administratione prædictis cum fratribus nostris habuimus diligenter, demum ad fructus uberes, quos sacer Ordo dilectorum filiorum Abbatis Generalis, & Monachorum Ordinis S. Benedicti Montis Oliveti nuncupati, Romanæ Ecclesiæ immediatè subjecti, in propagine Religionis, & fidei, in agro militantis Ecclesiæ hactenus produxit, & continuè producere non cessat, & laudabiles ritus, ac mores, quibus Monasteria ejusdem Ordinis Montis Oliveti reguntur, & gubernantur, propter quæ Ordo ipse Deo gratus, & illum timentibus est acceptus, benignum respectum habentes, ad ipsum Ordinem direxerimus nostros oculos mentis. Quibus omnibus, ac charissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Regis, & Charissimæ in Christo filiæ nostræ Elisabeth Reginæ Castellæ, & Legionis, illustrium, in quorum temporali dominio Monasterium ipsum consistit; nec

[a] Ex Tabul. Monast. & Chronico.
[b] Ex Tabul. Monast. & Chronico.
[c] Ibidem.
[d] Ex Tabul. Monast. & Chronico.
[e] Ex Tabul. magn. Valet. Panor.

non

non filiorum dilectorum viginti duorum Monachorum ejusdem Monasterii, illius Conventum constituentium, nobis super hoc humiliter supplicantium voto, & desiderio, debita meditatione pensatis, in dicto Monasterio Ordinem prædictum, cujus est, de fratrum prædictorum consilio, Apostolica auctoritate, præsentium tenore, penitus, & omnino supprimimus, & extinguimus, & quod de cætero perpetuis futuris temporibus dicti Ordinis S. Benedicti Montis Oliveti nuncupati existat, ac per illius Abbatem Generalem, & Monachos, ac deputandum per eos ibidem, vivente dicto Placido, Priorem, ac deinde Abbatem temporalem, & prima vice, qua vacat, ut præfertur, & quoties deputationis tempus illius vigneri, juxta eorum ritus, ac mores prædictos, ac Regularia instituta dicti eorum Ordinis, perpetuis futuris temporibus, regi, & gubernari debeat, de eorumdem fratrum consilio, dicta auctoritate statuimus, & ordinamus; ipsumque Monasterium cum omnibus juribus, & pertinentiis dicto Ordini Montis Oliveti perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus. Itaque liceat eisdem Abbati Generali, & Monachis Ordinis præfati Montis Oliveti, & per eos ibidem deputando Priori, sive Abbati, regiminis, & administrationis, ac bonorum dicti Monasterii possessionem, vel per se vel per alium, seu alios propria auctoritate capere, & illius fructus, redditus, & proventus in suos, ac dicti Monasterii usus, & utilitatem convertere, ipsiusque Monasterii curam, regimen, & administrationem juxtà ritus, & mores hujusmodi perpetuo retinere, & dicto Placido ejusdem Monasterii Abbati præfato, ac Monachis ad ipsum Ordinem S. Benedicti Montis Oliveti se transferre, & dimisso habitu vilis pretii, & nigri coloris, quem gestant Monachi dicti Monasterii, in habitum albi coloris Ordinis S. Benedicti Montis Oliveti commutare, ritu, & moribus, ac regularibus institutis se conformare, Dicto Abbati, & duobus, vel tribus ex eisdem Monachis, quos ipse Abbas elegerit, & secum habere voluerit, ac voluntarios invenerit, qui Priorem habitum retinere, & gestare possint, in reliquis vero ritu, moribus, & institutis ejusdem Ordinis Montis Oliveti se conformantes, dumtaxat exceptis, Diœcesani loci, & cujusvis alterius persona licentia super hoc minimè requisita. Non obstantibus constitutionibus Apostolicis &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1491. 5. Idus Septembris Pontificatus nostri anno 7. [a]

[a] Ex Tabul. Monast. & Chronico.

His itaque munitus literis Placidus Abbas à F. Joanne de Blasio Congregationis Olivetanæ Generali Abbate, quem ex Hispania redux, convenerat, facultate accepta, F. Michaelem de Vulterra Priorem, ac novem Monachos dealbatos secum in Siciliam detulit, quibus Cœnobii possessionem, atque omnimodam curam die 9. Januarii anno 1492. resignavit; ipseque solo Abbatis titulo sub nigris vestibus cum aliis duobus sociis deinceps vixit; & si enim generali mandato totius Olivetanæ Congregationis omnimoda auctoritate, ac regimine fungi posset, ea tamen minime usus, absolutam Cœnobii curam in Michaelem, ac alios Priores successores dimisit. Postquam verò, A ante unionem duodeviginti annis, ac post unionem novem annis, ac mensibus quinque Abbatem egisset, è vita, meritis plenus, discessit die 7. Februarii 1501. ætatis anno 66. 1501
sepultusque est splendida pompa a suis [b]. Interim post *Michaelem à Vulterra* anno 1492. *F. Joannes Andreas à Brago* Prior eligitur, cui successivis temporibus *F. Joannes à S. Ægidio*, *F. Joannes à Finale*, *F. Gregorius de Magistris*, *F. Bernardus à Tramura*, *F. Bonaventura à Ferraria*, *F. Laurentius à Ferraria*, ac tandem *F. Nicolaus à Villanteri* anno 1501. subrogati sunt, quo anno, ut diximus, fato cessit Placidus Abbas. Exinde temporanei incipiunt Abbates.

[b] Ex Chron. Olimp. de Juliano.

De Abbatibus Temporalibus sub Congregatione Montis Oliveti.

I. F. *Benedictus à Messana* Abbas primus 1501
ab Olivetana Congregatione electus, ejusdem Cœnobii alumnus, qui ab anno 1491. Generalem Oeconomiam gesserat, ac dehinc Magistri novitiorum munere magna cum laude pluribus annis functus fuerat; ejus autem regimen paucis mensibus tenuit [c]. Interim Ferdinandus, qui ab anno 1489. Placido Abbati, ac Monasterio indulserat, ut Scapham in flumine Platani pro itinerantium commodo haberet, sub die 29. Augusti, novis beneficiis nostros afficiens, literas die 13. Martii dedit, quibus hanc sacram unionem Cœnobii S. Mariæ de Nemore cum Olivetana Congregatione approbans, maximis illam extollit laudibus, ut inde pateat, quam multis virtutum, ac bonorum operum exemplis sese novi Cœnobitæ commendaverint. [d]

[c] Ex Chron. eodem.

[d] Ex Tabul. Monast. & Chronico.

II. *F. Aloysius de Salerno* à Generali Capitulo Montis Oliveti Abbas nostri Monasterii designatur, qui post duos annos regiminis 1503

III. *F. Benedictum à Messana* jam laudatum 2. vice successorem accepit. 1504
Hic per sexennium summo rei familiaris incremento præfuit; quosdam enim terræ tractus, anno 1505. quos 1505
malè prædecessores alienaverant, Monasterio restituendos curavit.

IV. *F. Lucas à Basilicata* post Benedictum 1510
suffectus annis duobus rexit.

V. *F. Benedictus à Rupallo* totidem annis eti- 1513
am Abbatiam tenuit, quem mox excepit

VI, *F. Antonius à Ferraria* per annum in- 1515
tegrum, optimi pastoris fama.

VII. *F. Michael Scippa* à Bononia, & ipse anno uno optimè Cœnobio administrato, locum cessit

VIII. *F. Christophoro ab Aversa*, cujus etiam regimen ultra annum non fuit productum; statimque

IX. *F. Joannem Andream Cannabio* à Medio- 1518
lano successorem habuit. Hic pluribus annis se laudabilem exhibuit, & maxima animi moderatione se commendavit. Illi successit post quadriennium

X. *F. Andreas à Vezzano*. Rexit per an- 1522
num; post quem

XI. *F. Innocentius à Bononia* sufficitur, qui anno etiam integro rexit.

XII. *F. Joannes Baptista Ripamari* à Vultero per annum.

XIII.

Anno Christi

1525 XIII. F. *Archangelus Fiesco* ex satis nota, ac nobili familia Januensis.

XIV. F. *Joannes Baptista à Ferraria* annis duobus regimen administravit; ei verò subrogatur

1528 XV. *F. Petrus Jacobus à Neapoli*, qui & ipse bene est moderatus.

1529 XVI. *F. Joannes Andreas Cannobio* 2. vice antiqua merita novis cumulavit per integros annos duos; post quem

1531 XVII. *F. Joannes Evangelista Fiesco* à Janua binis quoque annis.

1533 XVIII. *F. Vincentius à Panormo* nostri Cœnobii Monachus, omnibus Religionis gradibus emensis, ad Abbatiam pro vitæ meritis assumptus, ejus munus per biennium magna dexteritate, & prudentia gessit.

1535 XIX. *F. Maurus à Cava* Abbas per annum. Huic verò suffectum legimus

XX. *F. Nicolaum de Cremona*, qui Ecclesiam nova, ac magnifica structura concinnandam summo studio curavit. Eo recedente,

1538 XXI. *F. Matthæus de Aversa* regimen assumpsit, qui prædecessoris premens vestigia, strenuè novæ Ecclesiæ constructioni incubuit. Fuit hic etiam totius Congregationis Abbas Generalis.

1540 XXII. *F. Joannes Baptista à Ferraria*, altera vice anno integro præfuit.

XXIII. *F. Julius Quaranta à Cava* dignitatem, ac regimen per annum tenuit; mox alibi præesse jussus, locum cessit

1542 XXIV. *F. Mauro à Cava*. Hic 2. hujus nostri Cœnobii Abbas se ipsum superavit, ac integro elapso anno, successorem accepit

XXV. *F. Theodorum à Panormo* S. Mariæ de Nemore Alumnum. Gessit noster Abbas generalis Oeconomi munus semel, ac iterum, dum in minoribus esset, summo Monasterii incremento; dignitate autem auctus, literas à Prorege die 17. Martii Indict. 2. 1544. exoravit, ut
1544 sub verbo Regio Monachis liceret aliquot bona pignori tradere, ad exolvenda scutata quincenta Sedi Apostolicæ*. Eo Abbate in Generali Congregationis Capitulo, ut deinceps Monachi omnes titulo, *Domni*, uti possent, decretum est. Post biennium

* Ex Monast. Tabul. & Chronico.

1546 XXVI. *D. Joannes Andreas à Panormo*, Professione noster subrogatur, qui annis sex laudabiliter, ac benè administravit. Gesserat jam post Theodorum generalem Oeconomum, ac aliis muneribus functus, plurimum se commendaverat. Abbatiam tenuit annis sex, eximiisque effulsit virtutibus.

1552 XXVII. *D. Maurus à Villa Basilica* prope Lucam per annum.

XXVIII. *D. Raphael à Bononia* etiam anno uno, cui abscedenti subrogatur

XXIX. *D. Maurus à Basilica* 2. vice; huic verò

1555 XXX. *D. Cornelius à Ferraria* successit, etiam per annum; post quem

XXXI. *D. Refrigerius à Lodi* dignitatem assecutus, eam biennio administravit, accepitque successorem

XXXII. *D. Bartholomæum à Bononia* per biennium.

XXXIII. *D. Seraphinus à Brixia* per integrum annum. Sub hoc Abbate conquesti Monachi, quod externis Abbatibus eorum regimen, neglectis Monasterii alumnis, demandaretur, Prorex sub die 5. Decembris Indict. 4. anno 1560 1560
ne id amplius fieret, districtius inhibuit, ut Pirrus advertit lib. 3. not. 4.

XXXIV. *D. Placidus à Rocca de Medio*, cui statim Patres in Capitulo Generali subrogarunt

XXXV. *D. Vitum à Sacca* nostri Cœnobii Monachum. Hic post generalem Cellarii curam prudenter gestam, Abbas electus, multis se nominibus commendavit. Præfuit annis quatuor.

XXXVI. *D. Joannes Baptista à Panormo* 1566
multis promeritis ad Abbatiam elatus, eam duobus annis optima opinione illustravit, ac alibi præesse jussus, locum cessit

XXXVII. *D. Vito à Sacca* mox laudato, qui 1568
sibi semper æqualis, curam tenuit per biennium; hinc ex Patrum decreto

XXXVIII. *D. Joannes Baptista à Panormo* 1572
denuò assumptus, ac duobus annis præfuit.

XXXIX. *D. Joannes Matthæus ab Aversa* annis etiam duobus.

XXXX. *D. Joseph à Neapoli*, & ipse laudabiliter per biennium.

XXXXI. *D. Joannes Baptista à Panormo* 1577
tertium. Sed sequenti anno, cum in Italiam navigaret, a Piratis captus, atque in Africam deportatus, ibi captivus, ærumnis confectus decessit; cujus vices

XXXXII. *D. Vitus à Sacca* subiit integro 1578
anno; moxque dignitatem assequitur

XXXXIII. *D. Julius à Cava*; cui post qua- 1579
driennium subrogatur

XXXXIV. *D. Joannes Ambrosius à Panor-* 1584
mo nostri Cœnobii Monachus, prudentia, ac morum lenitate eximius. Fuerat hic Novitiorum Magister.

XXXXV. *D. Olimpius à Juliano* vir doctus, 1586
ac pius, qui magna industria, & labore tabulis Monasterii perlustratis, Chronicon ejusdem accuratissimè congessit, rexitque non minori dexteritate integro anno. De eo cum laude scribunt Giudice in Auctar. ad Introd. Inveges, & Mongitore in Bibliot. Sic.

XXXXVI. *D. Hieronymus à Corileone* mo- 1587
rum suavitate præcipuus, in hospites, ac pauperes largissimus, triennio præfuit.

XXXXVII. *D. Olimpius à Juliana* altera 1591
vice, qui die 26. Augusti anno 1591. perfectissimæ vitæ opinione demortuus, in suo Cœnobio sepelitur, ac lacrymis suorum honoratur. Fuit Olimpius sæpè Siciliæ Visitator; cujus vice,

XXXXVIII. *D. Hieronymus à Corileone* 2. assumitur è Monasterio Panormitano translatus; post hunc

XXXXIX. *D. Protasius à Corileone*, qui per 1593
omnes dignitatum gradus ad Abbatiam promotus, maximis virtutum ornamentis effulsit. Panormitano primum, dehinc nostro præesse jussus, zelo, prudentia, mansuetudine se probavit, ut merito inter viros illustres Monasterii veniat recensendus, de quo inferius. Rexit integris annis tribus.

L. D.

Anno Christi

1596 L. *D. Basilius à Neapoli* per annum optimi Pastoris opinione præfuit; mox

1599 LI. *D. Augustinus à Sacca* nostri Cœnobii alumnus assumitur per biennium, ac alibi translatus anno 1599.

LII. *D. Protasium à Corileone* successorem accepit; hic altera vice tribus annis cum laude rexit, quem

LIII. *D. Augustinus à Sacca* 2. etiam excepit, ac per triennium administravit.

LIV. *D. Bartholomæo à Panormo* Abbatia
1605 traditur anno 1605. qui magna cum laude præfecturam tenuit. Eo recedente,

LV. *D. Protasius à Corileone* 3. vice Abbas designatur. Fuit etiam Generalis totius Congregationis Abbas pro vitæ merito electus, de-
1608 cessit in sua Patria die 19. Augusti 1608. magnifico funere in suo Monasterio elatus.

LVI. *D. Bartholomæus à Panormo* mense Decembris loco Protasii subrogatus, post annum Abbatia se abdicavit, solitudinis amore.

1609 LVII. *D. Innocentius à Bononia*, qui morte præventus Monasterium non invisit, ejusque vices D. Vincentius à Panormo opportunè
1613 subiit usque ad annum 1613. sed mox

LVIII. *D. Michaelangelus à Neapoli* regimini admotus, per tres annos cum laude rexit. Post eum

1617 LIX. *D. Honorius à Galatina* Abbas designatur, qui anno regiminis secundo in nostro Monasterio diem supremum obiit. Hinc ejus loco

LX. *D. Clemens à Clusa* è Monasterio S. Spiritus translatus successit, ac per quadriennium optimè gubernavit. Hunc, Generalis Capituli decreto,

1613 LXI. *D. Victorius à Neapoli* excepit, qui integro triennio curam obtinuit.

LXII. *D. Clemens à Clusa* denuo tribus etiam annis majora molitus est.

1620 LXIII. *D. Vitalis à Sacca* Monasterii & ipse Alumnus, emensis omnibus Religionis gradibus, Abbas electus, per tres annos præfuit.

LXIV. *D. Clemens à Clusa* 3. usque ad an-
1625 num 1635.

LXV. *D. Vitalis à Sacca* 2. vice nostra Abbatia potitus, illam exornavit, successoremque habuit

16·9 LXVI. *D. Clementem à Clusa* sæpius laudatum, qui semper sibi similis, bene, ac laudabiliter se gessit. Huic

LXVII. *D. Valerianus à Neapoli* successit per annum, ac mox

1643 LXVIII. *D. Leonardus à Juliana* nostri Cœnobii Monachus subrogatur. Hic multis nominibus commendatus, studia Philosophiæ, ac Theologiæ maximè promovit. Triclinium pro refectione Monachorum amplum, atque aulam ante ipsum instituit, Monasterium un-
1647 dique novis fabricis ornavit. Anno 1647. Ecclesia S. Catharinæ Julianæ instaurata, novi Monasterii Julianensis auctor, ac promotor fuit sub titulo SS. Trinitatis, cujus primus Abbas etiam est designatus.

LXIX. *D. Joannes Andreas à Clusa* Cœnobii nostri Alumnus ab Leonardo instituta strenuè promovit.

1651 LXX. *D. Leonardus à Juliana* 2. vice præfuit etiam cum laude, de quo inferiùs, ubi de viris Illustribus.

LXXI. *D. Gervasius a Corileone*. Gesse- 1656
rat hic pluribus annis generalem Oeconomiam, inde pro vitæ meritis Abbas renunciatus, optimè se probavit per quadriennium, cui

LXXII. *D. Leonardus a Juliana* denuo suc- 1660
cessit, tribusque integris annis ab se instituta complevit. Hunc

LXXIII. *D. Aloysius Maria Sobremonte* à 1663
Drepano est secutus, nostri Cœnobii Monachus, qui zelo, ac prudentia præcipuus in omni disciplinarum genere versatissimus, pluribus annis Philophicas, ac Theologicas scientias suis explanavit, factusque Abbas eadem studia promovit, ac moribus, & virtutibus integro triennio dignitatem illustravit,

LXXIV. *D. Leonardus a Juliana* quartum 1666
Abbas designatus, sibi non absimilis, magno Cœnobii, ac Monachorum bono præfecturam tenuit.

LXXV. *D. Aloysius a Drepano* 2. vice per tres annos.

LXXVI. *D. Gervasius a Corileone* 2. etiam 1672
Abbatis munere functus; mox locum

LXXVII. *D. Aloysio a Drepano*, à quo gra- 1675
dum acceperat, cedit; huic autem elapsis tribus annis subrogatur ex decreto Capituli,

LXXVIII. *D. Placidus a Sambuca*, qui S. 1678
Theologiæ pluries Lector, ac Novitiorum curæ per annos multos destinatus, scientia, & vitæ meritis Abbatiali gradu dignus est habitus, quem majori gessit virtute, sed immatura morte post triennium sublatus, die 27. Augusti 1680. vita decessit. Igitur

LXXIX. *D. Michaeli Sincero* à Thermis regi- 1681
men demandatur. Hic Prioris munere (Vicarium appellant) optimè gesto, ac Novitiorum magisterio sanctè administrato, cum ob mortem Abbatis SS. Trinitatis Julianæ diu illi Cœnobio præfuisset, ad nostrum translatus, eximiis virtutibus ornatus apparuit; Visitatoris autem totius Regni Neapolitani, ac Siciliæ dignitate 1682
auctus, se plurimum commendavit. Viris doctissimis undique accitis ad studia Philosophiæ, ac Theologiæ promovenda, studiosæ juventuti non parum consuluit, atque ea, qua pollebat industria, litem multis annis exagitatam cum Regiis administris de Tandis, & donativis non exolvendis, felici successu compescuit. Rexit sexennio integro; cujus eruditio, ac in literis peritia, præcipuè in Poesi adhuc omnium ore deprædicatur.

LXXX. *D. Cherubinus Cavallini* à Juliana 1687
Abbas per biennium. Fuit ad Abbatiæ gradum ex meritis evectus, præfuitque optimi Pastoris opinione.

LXXXI. *D. Aloysius a Drepano*, de quo su- 1690
pra. Huic verò mense Decembris anno 1692. meritis, atque annis onusto decedenti

LXXXII. *D. Timotheus Scoma* à Calatabil- 1692
lotta Monasterii Alumnus subrogatur, qui & ipse scientiis imbutus effulsit, præfuitque ad annum 1696. Post

LXXXIII. *D. Cherubino à Juliana* regimen 1696
2. vice defertur, quod annis tribus tenuit. Commendatur Cherubinus à scientiarum peritia,

Anno Christi

tia; atque ab animi eximia facilitate, ut & morum quoque innocentia.

LXXXIV. *D. Justinus Catalanotti* à Sambuca, qui Magistri Novitiorum, ac generalis Oeconomi munere functus, Abbas pro meritis electus, dignè gubernacula tenuit annis tribus.

1703 LXXXV. *D. Timotheus Scoma* 2. non minori laude; post quem

LXXXVI. *D. Cherubinus Cavallini* alterà vice per annos duos.

1707 LXXXVII. *D. Ambrosius Boccalieri* à Canicattino doctrina, ac moribus præstans, pluribus annis Theologiam in Monasterio Nemoris, & alibi docuit. Præfuit Abbas anno uno, post quem sufficitur

LXXXVIII. *D. Justinus à Sambuca* 2. qui eodem anno regimine se abdicavit, solo Abbatis titulo contentus; hinc ejus loco

1709 LXXXIX. *D. Gaspar Fiori* à Sambuca Abbas eligitur. Hic, moribus, prudentia, lenitate præcipuus, optimum se Pastorem exhibuit per annos duos.

1714 XC. *D. Timotheus Scoma* 3. per annos tres, qui an. 1714. titulo contentus regimen dimisit.

XCI. *D. Ambrosius Boccalieri* 2. vice assumptus, non minimum se probavit annis sex usque ad 1719.

1719

1720 XCII. *D. Gaspar Fiori* altera vice, magna cum laude se gessit; inde ad Monasterium Clusæ translatus, quod adhuc integritate summa, ac prudentia moderatur, locum cessit

1723 XCIII. *D. Francisco Stelloni* à Castroveterano suavitate morum, præclarisque meritis ornatissimo. Hic jam ab anno 1414. Abbas creatus, nostro præesse jussus, tribus annis singulari prudentia rem Monasticam gubernavit. Post eum ex decreto Capituli rursus

1726 XCIV. *D. Gaspar Fiori* jam laudatus assumitur, qui tribus exactis annis denuò Clusæ Cœnobium administrandum suscepit.

1729 XCV. *D. Franciscus Stelloni* 2. hodie non minori solertia, zelo Divini cultus, munificentia in pauperes, ac hospites, omnibus denique virtutibus ornatus, suis præest.

Suffraganea Ecclesia.

CElebre hoc Monasterium structura magnificentissima, atque eleganti, nulli in Sicilia secundum effulget, ubi omnia hospitalitatis officia cunctis exhibentur. Quatuor ædes, seu Prioratus habet annexos.

1. In Oppido Marinæi sumptibus Francisci de Bononia Baronis Cephalæ, Capacii, & Marinæi domini constructus ab anno 1570. sub titulo *S. Maria* cum annuis unciis 20. hac tamen lege, ut quatuor Monachi administrent Sacramenta incolis. Hinc S. Mariæ de Bosco Abbas contendit esse ordinarius, licet Panormitanus Archiepiscopus suam hac in re tueatur jurisdictionem [a]. Ibi Rectoris nomine Monachus ab Abbate superior designatur.

2. *S. Leonardi* in Oppido Clusæ, ubi infirmi curantur.

3. *S. Barbara* in Area Castri ad mare Panormi. Hic fuisse ædes magnas, & viridarium Matthæi Comitis Sclafani, asseritur, quas dedit huic nostro Monasterio anno 1354. ut superius diximus ad hunc annum.

4. Denique est hodie Ædes juris ejusdem Monasterii juxta Xenodochium S. Joannis de Deo Panormi, ubi adhuc visuntur stemmata Religionis. Alias quoque habet Ecclesias, ubi Abbas jurisdictionem exercet.

Dies Festus S. Mariæ de Bosco est celebris cum nundinis, & hominum frequentia die 15. Augusti. Nundinarum tempore Abbas Capitaneum eligit, cui potestas etiam in Criminalibus competit.

De Reliquiis Sanctorum.

SAnctorum Reliquias Cœnobium habet insignes. Præcipuæ sunt *Spinæ tres ex Corona Domini nostri*, *Frustum Crucis ejusdem*, *Fibula cinguli B. Mariæ Virginis*, *Ampulla sanguine plena S. Crescentii Martyris*, *Vas*, *quod ex traditione unum ex iis fuisse fertur*, *ubi Magi Christo Domino munera obtulerunt*. *Ossa plurimorum SS. Martyrum*, *& Confessorum*, *Integrum Brachium S. Benedicti Martyris &c.*

Sacrarium sacra supellectili satis pretiosa, candelabris, ac vasis argenteis instruitur.

De Viris Illustribus.

PRæter Abbates, de quibus jam supra meminimus, viros habuit illustres quamplures.

1. *M. Rodericum Sentellam*, qui floruit anno 1432. fuitque eodem anno Commissarius SS. Cruciatæ. [b]

2. *Protasium à Corileone* de quo superius. Hic post emensos precipuos Religionis gradus, annis 17. Cellerarii munere functus, an. 1593. Abbas, dehinc Visitator, Vicarius Generalis, tandemque totius Congregationis Abbas Generalis 1605. eligitur. Cœnobium nostrum, antiquo dejecto, magnificentius construxit. Obiitque in sua Patria ætate, ac meritis plenus.

3. *Leonardum à Juliana* sæpius Abbatem, ac Visitatorem, de quo etiam diximus. Fuit Sanctæ Inquisitionis Consultor, & Qualificator Eminentiss. Cardin. Hieronymi Columnæ Theologus, dum Neapoli Paliani Ducem ageret; Monasterii SS. Trinitatis Julianæ Promotor, ac auctor anno 1644. vixit ad annum 1668.

4. *Petrum Paulum Lumia* a Partanna pro vitæ meritis Abbatem Titularem ab anno 1710.

5. *Laurentium Ceraulo* à Sutera etiam solius tituli Abbatem, ac 6. *Angelum Fiori* a Sambuca eadem dignitate cohonestatum ab anno 1714. De *Olimpio a Juliana* Chronici auctore diximus. Aliorum nulla nobis est notitia.

Abbas interesse solebat generalibus Regni Comitiis loco 45. uti an. 1517. sub Prorege Hectore Pignatello Montisleonis Comite, homagium, seu fidelitatis juramentum præstitit Reginæ Joannæ, ejusque filio Carolo V. post obitum Cat. Regis Ferdinandi II. Sed nunc, nec interesse Comitiis, nec Tandis Regiis subjici contendunt, idque in rem judicatam transit anno 1683. Sunt Monachi quadraginta, Commissi viginti circiter, Proventus scutata sex millia. Novitii ibi ad Professionem recipiuntur, ac studia literarum magno Religionis incremento vigent.

[a] Pir. lib. 3. not. 6.

[b] Ex Prot. Reg. eo anno fol. 87.

SICI-

SICILIÆ SACRÆ
LIBRI QUARTI PARS QUARTA,
UBI ORDINIS S. AUGUSTINI NOTITIÆ TRES, TUM MILITARIUM ORDINUM, AC MAJORIS CAPELLANIÆ, DEQUE ALIIS REGIIS CAPELLIS NOTITIÆ PROPONUNTUR.

NOTITIA PRIMA
SANCTI SPIRITUS CALATANIXECTÆ.



Erosolymorum Ecclesia tyrannico Saracenorum jugo erepta, ac pristino splendori per Gothifredum, ejusque socios restituta, variis Monachorum Coloniis instrui cœpit, adeout Abbates quinque, ac Priorem unum inter suffraganeos enumeraret. Abbates Cœnobiis Montis Sion, S.Mariæ de Latina, Templi Domini, Montis Oliveti, & Vallis Josaphat præerant. Prior vero Sacri Sepulcri Ecclesiam, atque annexum Monasterium administrabat. Ex illis S. Mariæ de Latina, & Vallis Josaphat Benedictinam profitebantur Regulam; alii tres, ut & Prior, Canonicorum S.Augustini Instituto subdebantur, Nostrum porrò S. Spiritus Calatanixectæ Monasterio Montis Sion suffragasse evincit diploma à Pirro allatum lib.3.not.3.ubi eruditissime, suo more, ejusdem adornavit Historiam, cui proinde pauca addere est in animo. Inter alia igitur Monasterii ejusdem bona recenset Alexander III. Rom. Pontifex: *In Sicilia in Diœcesi Agrigentina Ecclesiam S.Spiritus juxta Calatanixectam, cum suo Casali, & hominibus, & ea integritate, qua Comitissa Adelasia, & Comes Rogerius eidem Ecclesiæ contulerunt, videlicet, ut quadam animalia ipsius Eccl. libera habeant pascua, aquarum potationes per totum tenimentum Calatanixectæ prædictæ, & cum omni jure parochiali, & integris decimis Parochianorum &c. In Diœcesi Catanensi Ecclesiam S. Mariæ de Barathe cum medietate ipsius Casalis, sicut est subtus viam, & aliis pertinentiis, prout Rex Rogerius eidem Ecclesiæ contulit, & cum Jure parochiali, & integris decimis Parochianorum: Ecclesiam S. Mariæ de Messina, cum suis terris, & aliis pertinentiis suis, quas idem Rex eidem Ecclesiæ dedit, quæ tenuta sunt quinquagintaquinque, cum decimis, & sepulturis. Ecclesiam S. Annæ Fesinæ, cum sua terra, & omni jure parochiali, sepulturis, decimis, & aliis pertinentiis suis &c. dat. Laterani per manus Alberti S.R.E. Cardinalis 14. Kal. Aprilis Indict. 12. anno Incarn. Domin.* 1178. 1178

Ex quibus sane verbis nostri Cœnobii auctores Adelasiam Comitissam, ejusque conjugem Rogerium, magnum Siciliæ Comitem fuisse, didicimus; Rogerium vero Comitis filium insignem benefactorem, ipsum variis bonis, ac latifundiis donasse. Sed id silentio non erit prætereundum, Pirrum scilicet notas ad marginem hujus diplomatis minus accuratè apposuisse; Ecclesiam enim S. Mariæ de Barathate cum illa de Bethlehem, hodie de Terrana, confundit; At hanc de Terrana Ecclesiæ de Bethlehem, ubi fortè Canonici S. Augustini Regulares degebant, ab initio annexam suo loco diximus; Bethlehem verò Ecclesia longè ab illa Montis Sion loco dissita. 2. Ecclesiam S. Annæ de Fesina eamdem esse, ac illam S. Annæ de Galati, adstruit; hanc porro Monasterio Vallis Josaphat Ordinis Benedictini ab ipso fundatore attributam in notit. S. Nicolai Catanæ variis innixi diplomatis, ostendimus. Demum nec una, nec altera in Diœcesi Catanensi. Fatemur nullam huc usque tum de Ecclesia in Barathate Diœcesis Catanensis, tum de illa Fesinæ lucem nobis affulsisse; at cum veritatis dispendio in Pirri verba jurare haud possumus; rem nihilominus meliori judicio relinquimus.

Jam anno 1153. nostra Ecclesia S. Spiritus solemni ritu consecratur ab Joanne Barensi Archiepiscopo, opera Gauffridi Licii, & Montis Caveosi Comitis, Neti, Sclafani, & Calatanixectæ Domini, Silvestri Marsicani filii; de quo Pirrus[a]. Id quod sequens inscriptio marmori insculpta, dexteræ absidis parastati hodie adhuc adhærens, testatur, 1153

Anno Dom. Incarnat. MCLIII. Mense Junii die XIV. VIII. Pentecostes ejusdem anni tunc celebrata, hanc Ecclesiam facit consecrari Goffridus Licii Serenissimus Comes, Montis Caveosi, a Domino Joanne Senensi, & Barensi Archiepiscopo .... sub cujus....... Prothomartyris Stephani, Laurentii Levitæ, & Martyris, Cosmæ & Damiani, Felicitatis, & filiorum ejus ....

Anno Regni Domini Rogerii Gloriosissimi, & Famosissimi Regis 25. *Regni vero Domini W. an.* 4.

Vides hic eumdem annum Regni Rogerii 25. quartum dici Willelmi filii; ab anno enim 1150. ad Regni gubernacula simul cum Patre Guillelmus sedere cœperat.

Ante annum 1361. nulla Abbatum hujus Cœnobii notitia. 1361

I. F. *Guillelmum Barcio* de Majo primum Abbatem

[a] Chron. Reg. Sicil. fol. 11.

Anno Christi

1361 batem Pirrus reperit, qui enunciato anno Abbatiæ S. Spiritus possessionem est assecutus ex provisione Euphemiæ Infantissæ Regis Friderici III. Sororis, tunc Regni Vicariæ, [a] sed Comes Calatanixectæ, uti Patronus Guillelmum possessione privavit, contulitque A

a Reg. Prot. eo anno fol. 16.

II. F. *Nicolao Cavita*; eo vero amoto, Comes Franciscus Vigintimillius, uti Dominus Calatanixectæ

III. F. *Bartholomæum de Politio*, genere nobilem, Abbatem voluit, sed cum Vigintimillius à Friderico Rege defecisset, ejusque partes Bartholomæus Abbas fuisset secutus, dignitate hic privatur, & in eam denuo inducitur Guillelmus Barcio de Majo [b]. B

b Ex Pirro not. 3. lib. 1.

IV. F. *Nicolaus de Belguardo* hac Abbatia potiebatur tempore Regis Martini, ad cujus preces idem Rex literas Sacræ dedit die 24. Februarii anno 1404. ut bonorum omnium à præ-

1404 decessoribus Regibus concessorum fructus, præsertim, quæ in terra Castri Joannis habebat, exigere posset, præcepitque officialibus Regni, ut eadem bona, utpotè ex Regia liberalitate Monachis concessa, tuerentur [c]. Nicolaus suam semper navavit operam occultis thesauris inveniendis, ut ex Cancell. 1406. fol. 127. prodit Pirrus ibidem. C

c Reg. Canc. eo anno fol. 191. Prot. an. 1403. fol. 109. apud Pir.

1406

1416 V. *Guillelmus Blanc* Rege Alphonso volente, Abbas renunciatur anno 1435 vel, ut in Cancellariæ libris nos ipsi legimus, anno 1437. [d] ex literis ejusdem Regis Panormi exscriptis, quousque fuerit legitimè confirmatus. Guillelmo decedente, successit in Abbatia

d Hoc anno fol. 114.

VI. *Joannes Lamendola*, qui ex eodem Pirro

1491 mox resignavit in gratiam successoris ann. 1491. D

VII. *Joannes Marselli* Abbas cum Bullis Apostolicis anno 1492. in officio Prot. exscriptis, sed sequenti anno

VIII. *Paulus de Spataro* Syracusanus Patria, à Comite præsentatus literas Alexandri VI. Rom. Pontificis obtinuit sub dat. Romæ 12. Kal. Decembris, Pontificatus anno 1. in Re-

1493 gno exscriptas die 25. Maji 11. Indict. 1493. [e] in quibus cautum est: *quod Monasterium est de jure patronatus Comitis Comitatus Calatanixectæ, dummodo Paule Regularem professionem juxta ipsius Monasterii consuetudinem exhibeas, per Canonicos dicti Monasterii emitti solitam*. Id quod Lucas Barberius adnotavit in suo Capibrevio Ecclesiastico. E

e Reg. Prot. eo an. fol. 1240.

IX. *Jacobus de Humana*, Siculus Netinus, Episcopus Scutarensis, ex præsentatione Comitis Patroni, & Bullis Apostolicis ejusdem Alexandris VI. Abbatia S. Spiritus potitur. Idem Syracusani Episcopi Vicarius Generalis, quo nomine se subscribit in decreto pro cultu B. Conradi Netini Eremitæ, ut Caetanus est testis [f]. Ejusdem etiam extat in Abbatiæ Ecclesia memoria, Calix Argenteus affabrè elaboratus, cum Epigraphe: *Jacobus Humana*. Vir fuit in scientiis versatissimus, atque a prudentia, & morum comitate commendatus; dum Syracusanam Diœcesim lustraret Calatajeroni decessit anno 1517. 10. die Augusti. De eo Vincentius Littara, & noster Pirrus, ac eruditissimus Mongitore [g]. F

f In Animad. 2. fol. 86.

g Lib. de reb. Netin. fol. 141. Pir. l. 3. n. 2. Mongit. Biblioth. Sic. t. 1.

X. *Carolus Moncata* Catanensis, ex illegitimo thoro procreatus, cum dispensatione Leonis X. Rom. Pontificis, quo ad natales Romæ 6. Idus Januarii 1518. Pontific. anno 5. exscri- 1518
pta in Regno die 20. Septembris Indict. 7. In qua etiam dicitur: *ex præsentatione Comitis Calat. & dummodo Canonicus Regularis efficiatur, & in Canonicorum manibus professionem emittat* [h]. Hic post captam possessionem contendit, quod prædecessoris Abbatis spolium sibi competeret, ut Pirrus testatur. Ejus meminit Grossi decac. cor. 9.

h Reg. Prot. ann. 1508.

XI. *Andreas de la Valle* Romanus, S. R. E. Cardinalis, titulo S. Praxedis ab eodem Leone X. Rom. Pont. Abbas S. Spiritus creatur, datis Romæ literis die 26. Novembris 1518. quæ in Regno die 4. Februarii Indict. 7. 1519. mox exscribuntur. Fuit etiam Episcopus Melitensis; sed cum electio Regi displicuisset, Episcopatui renunciavit, cujus loco Archimandritatum obtinuit. Anno 1519. Episcopus Valvensis, & Sulmonensis, easdem Ecclesias, ac alias etiam administravit. Mox Albanus, tandemque 1533. Prænestinus Episcopus decessit Romæ 1533
1534. De eo Ciaconius, qui ex errore Mileti in Calabria Episcopum illum facit. [i]

i In vit. sum. Pont. tom. 1.

XII. Fabricius Moncata, Francisci Primi Calatanixectæ Comitis, & Paternionis Principis fi- 1568
lius, cujus non meminit Pirrus, Abbas nostri Cœnobii electus, de eo optimè meruit; ipsum namque dirutum reparavit, restituit, ut inscriptio super Ecclesiæ fores testatur, hæc habens.

D. Fabritius Moncata Maximi Paternionis Principis, Francisci Primi Calatanixectæ Comitis, Ecclesiæ Patroni filius, Pontificia indulgentia Abbas Commendatarius, Monasterium totum, Aramque Sacram vetustate, & temporum injuria dirutam a fundamentis erigens, in ampliorem, dignioremque hanc formam non parvo sumptu piè restituit MCCCCCXXXXXVIII.

Fabritio successit in dignitate, ac munere

XIII. Alexander Casalius Basilicæ S. Petri Rom. Canonicus, qui pro revocandis bonis suæ Abbatiæ malè alienatis ad annum 1572. litiga- 1572
vit, atque obtinuit [k]. Fuit etiam S. Mariæ Novælucis Catanæ Abbas, ut nos diximus suo loco.

k Prot. eo an. fol. 462.

XIV. Flaminius de Leofante V. J. D. generis nobilitate illustris, sed virtutibus præstantior. Panormi desiit vivere anno 1622. post quem 1622
sufficitur ex Comitis præsentatione

XV. Ignatius Moncata, Lacerda, & Luna Aloysii Principis Paternionis Frater, Antonii Moncata, & Joannæ Lacerda ex Ducibus Medinæ Cœli filius tertiogenitus, cum adhuc esset annorum 6. hinc pro ætatis dispensatione, Pontificium accessit diploma. Verum matrimonio cum Marchionissa Sortini contracto, retenta pensione ex Papæ Urbani VIII. facultate resignavit; cujus extat monumentum in Ære campano ab eodem instituto cum inscriptione *Ignatius Moncata* 1632. 1632

Anno 1635. Aloysio Comite nominante, ab 1635
eodem Urbano VIII. Rom. Pont. V. J. D. *Franciscum Muzicatum* Calatanixectensem Abbatem constitutum, atque ab Abbatia S. Mariæ de Pedaly translatum scribit Pirrus locis citatis, ac forte labitur in nomine.

XVI.

Anno Christi

XVI. *Gasparem* enim Romano Calataxinecta etiam oriundum ex Abbatia de Pedaly Collisani ad hanc nostram evectum invenimus [a], retenta sibi pensione super Abbatia Collisani, cum onere tamen exolvendi uncias 334. Ignatio Moncata ex Bullis Apostolicis anno 1636. de quo nos in notitia ejusdem S. Mariæ de Pedaly.

[a] In Tabul. Eccles. S. Mariæ de Pedaly.

1636

XVII. *Petrus Neyla* Hispanus, apud supremum Italiæ Consilium Regens ab eodem Aloysio Comite, ac Urbano Pontifice nominatus, & confirmatus S. Spiritus Abbas. Fuit idem Regiæ Monarchiæ Judex, & S. Mariæ de Terrana Abbas, de quo Pirrus [b]: ab ejus morte,

[b] Tom. 1. Cancel. Judic. R. Monar.

XVIII. *Marcus Getius* Panormitanus, Cathedralis Ecclesiæ Panormi Magister Capellanus; aliisque muneribus insignis; (fuit enim temporaneus Apostolicæ Legatiæ Judex, semel, & 1646 iterum) electus fuit Abbas anno 1646.

XIX. *Aloysius Alphonsus de los Cameros* Hispanus, à Sacris cæremoniis Ducis Alcalæ Siciliæ Proregis, S. Petri de Palatio Cantor, Apostolicus Inquisitor, & Apostolicæ Legatiæ Judex, nostri Cœnobii Abbas, ac demum pro vitæ meritis Archiepiscopus Montisregalis anno 1668 1668. De eo in notitia S. Mariæ de Terrana. Obiit plenus dierum in Hispania Archiepiscopus Valentinus.

XX. *Albarus Moncata* ex Ducibus S. Joannis, Siculus Panormitanus, à Comite Patrono præsentatus cum Pontificia confirmatione Abbatia potitur, quam diu etiam tenuit. Decessit Pa-1701 normi 31. Januarii 1701. ejusque loco

XXI. *Franciscus Moncata* ex ducibus etiam S. Joannis, Albari Nepos, hodie tamen ex Principibus etiam Paternionis, & Comitibus Calatanixectæ in Cœnobii possessionem inducitur, & confirmatur. Duxit uxorem.

Abbas noster in Regni Comitiis 39. profert suffragium, habetque usum Pontificalium, & quasi ordinariam jurisdictionem in Terris, & Casali suæ Abbatiæ. Proventus annui sunt scut. 2023. onera 582. remanent pro Abbate scutata 1441. qui temporali etiam potestate, seu mero, & mixto Imperio, ut dicunt, in suos, ac in omnes Casalis, seu feudi incolas, intra cujus fines Abbatia clauditur, gaudet.

Cœnobium hodie jacet, Ecclesia antiquis fundamentis substructa, majori Abside, ac aliis minoribus ab utroque latere instruitur. In his S. Augustini, B. Mariæ Virginis, ac S. Marci Evang. devotissimæ Imagines opere Gothico effictæ, ac Tabula etiam lignea opere Græco antiquissima, quæ ex incendio, quod olim penè Ecclesiam consumpsit, non sine miraculo servata est.

Janua ad septemtrionem obversa porticum habet cum Altari, ubi die 2. Paschatis, & Pentecostes solemnis missa decantatur, adstantibus ex vicinis Oppidis magno numero Presbyteris, ac Clericis, quibus omnibus congrua eleemosyna suppeditatur, Presbyteris nempe taren. 4. Diaconis 3. Subdiaconis 2. minoribus A Clericis 1. & Concio habetur è suggestu ad Populum, qui undique ab Oppidis proximis summa frequentia convenit, ibidemque per diem integrum perseverat.

In superliminari ejusdem januæ stemmata Abbatum pennicillo exarata inspectantur, quorum magna pars, temporum injuria, deleta. Prope eamdem januam statim in aditu ad dexteram fons Aquæ lustralis, parvulæ columnæ superpositus, antiquissimam urnam exhibet cum hac Epigraphe: *F. Flavi: Aug. Lib. Diadumeni Flavia Victoria Patri Piissimo*. Urnæ B facies, quæ unius palmi longitudinem, ac latitudinem habet, varia sculptura decoratur; præ angulis enim arietum capita inspectantur, è quorum ore Florum manipuli, Italicè *Festoni*; subtus verò hinc inde Bubones. Fons etiam Baptismalis extra Ecclesiam visitur, ubi infantes Casalis salutari lavacro olim abluebantur. Libri etiam, ubi nomina Baptizatorum describebantur, in Tabulario Matris Ecclesiæ Calatanixectæ è nostra Ecclesia translati, asser-C vantur.

Turris Campanarum antiqua adhuc extat; atque altissima cupressus Abbatiæ stemma, paucis ab hinc annis inspiciebatur, quæ ventorum impetu cessit. Ad jactum lapidis ab Ecclesia intra Abbatiæ fines, locus ob inventam devotissimam Christi, è Cruce pendentis effigiem intra lapidis concavum, insignis, à fidelibus colitur. Ea verò effigies in Ecclesia monialium S. Crucis magna devotione habetur.

Presbyteri Sæculares quatuor, bini, & bini D per hebdomadas alternatim eidem Ecclesiæ S. Spiritus inserviunt, ac divinissimæ Eucharistiæ custodiæ intendunt, qui, ex bonis Abbatiæ aluntur ad nutum ipsius Abbatis amovibiles, penes quem etiam Prioris, & Superioris electio stat; sed hi quo ad vivunt, dignitate fruuntur. Prior Abbatis vices in Ecclesiasticis functionibus subit, eique, absente Abbate, Ecclesiæ cura demandatur. Capellani porro, Prior, Subprior, & reliqui Abbatiæ Ministri, & famuli ab ordinaria jurisdictione exempti, Tribunali E Apostolicæ Legatiæ immediatè subduntur. Huc solemnis supplicatio in festo die S. Marci, feria 2. Paschatis, & Pentecostes procedit, ab Oppido; ac Clero cum Sæculari, tum Regulari prope Ecclesiæ fines appropinquante, cruce majoris Ecclesiæ deposita, sub illa Abbatiæ omnes incedunt.

Ecclesiæ demum suffraganeæ sunt 1. *SS. Trinitatis*. 2. *S. Leonardi* in eodem Calatanixectæ Oppido, quæ eisdem exemptionibus, ac Abbatiæ Ecclesia fruuntur. In Thesauro S. Leo-F nardi Calix stamneus antiquissimus, Mitra, & Pileus Abbatialis asservantur, è Capella S. Marci Ecclesiæ S. Spiritus translati. 3. Ecclesia *S. Joannis de Castro Joanne*, cujus fuse meminit noster Pirrus not. Eccles. Catanensis lib. 3. not. 1. ubi de Enna. Adeatur idem Pirrus loco citato, in not. hujusmet Abbatiæ.

Anno Christi

NOTITIA SECUNDA

Anno Christi

S. ANDREÆ DE PLATIA.

Celebre præ aliis, sub Regula Canonicorum S. Augustini Cœnobium, Dominici Sepulcri ab ætate Gothefridi Ducis, custodiæ addictum, cujus magnus Prior Patriarchæ suffraganeus, mitra, & annulo, aliisque insigniis, Pastorali excepto, utebatur, [a] pluribusque Ecclesiis præerat, Jerosolymæ effulsit. De eo Monasterio sic ms. Bibliothecæ Montis Sion apud Silvestrum Maurolycum [b]. *Patriarchalis Ecclesia Dominici Sepulcri sub Monte Calvario Canonicos habet Regulares, secundùm Regulam, & habitum Beati Augustini viventes. Habent autem Priorem, ad quem cum prædictis Canonicis pertinet, eligere Patriarcham, qui est eis loco Abbatis. In Ecclesiis autem Templi Domini, & Montis Sion, & Montis Oliveti sunt Abbates, & Canonici Regulares, secundùm Regulam S. Augustini, Domino servientes.* Hinc ortum habuit Congregatio Canonicorum S. Sepulcri, de qua idem Maurolycus, quæ propagines suas nedum per Italiam, sed & in Siciliam quoque traduxit. Constat id ex diplomate Cœlestini II. Rom. Pontificis sub dat. Romæ 4. idus Januarii 1143. Pontif. anno I. in quo Petro Priori, & fratribus Sancti Sepulcri Jerosolymitani confirmat Pontifex jura omnia, & privilegia, quæ Gothefridus Dux, & uterque Balduinus Rex, Venustus quoque Patriarcha, & alii Principes, ac fideles eorum Ordini contulerunt, enumeratque quamplurimas Ecclesias eidem subjectas. Quamvis hanc nostram S. Andreæ, cujus historiam concinnandam aggredimur, & aliam S. Crucis Messanæ, de qua inferius, prorsus reticeat. Evincitur porro ex aliis monimentis, & ex ipsa præcipue Prioratus fundatione sub titulo S. Andreæ Ordinis S. Sepulcri, hunc nostrum eidem suffragasse, uti & aliam S. Crucis Messanæ, qui præ tot aliis ad nostra hæc tempora perseverant.

a Bosius Tom. [illegible] l. 2. c. 40.

b Occon. Rec. [illegible] lib. 1. c. 14.

Jam circa eamdem Prioratus hujus fundationem variant Pirrus, & Maurolycus [c]; ille anno 1096. eam consignat; hic ad 1106. rejicit, sed malè. Primus pro se habet Lucam Barberium, qui in Capibrevio Ecclesiastico privilegium ejusdem fundationis in Libro Prælatiarum se exscripsisse dicit. Pirri verba hæc sunt: *S. Andreæ Templum, & Cœnobium à Platia versus Septemtrionem ad jactum lapidis distat. Anno 1096. à Simone Nepote Comitis Rogerii, ac Thomasia uxore Butera Comitibus excitatum est, auctumque ab eodem Rogerio nomine dotis Ecclesia S. Georgii cum prædiis adjacentibus, & molendinis, Agro quoque Platiæ veteris, & Almericis cum suis rusticalibus ex Privilegio exscripto in lib. Prælatiarum fol. 68.* Simonem verò hunc in Chronolog. Regum Siciliæ, Fratrem Adelasiæ Comitissæ Adernionis, Filium Radulphi Machabæi Montis Caveosi Comitis, Rogerii denique Nepotem ex Mathilde filia facit. Ast verius dixisset ex Emma; Radulphi enim uxor Rogerii Comitis filia Emma, seu Emona fuit, ut nos ostendimus in Notitia S. Mariæ Novælucis, & S. Mariæ de Scalis. Sed Maurolycus hæc habet: *Alter Prioratus Ordinis S. Sepulcri, qui hodie perseverat, multisque redditibus augetur, S. Andreæ, extra urbis Platiæ mœnia exurgit, à Simone Butera Comite fundatus, ex privilegio ejusdem, & Thomasia uxoris clarissimè patet; ubi Ecclesiam S. Andreæ Apostoli extra mœnia Platiæ attribuunt, & quatuor insuper molendina cum omnibus, & singulis ejusdem Ecclesiæ redditibus; Capellam quoque S. Agathæ in territorio ejusdem urbis, Casale Gallinica cum quinque rusticalibus, Ecclesiam S. Georgii juxta Buteram cum suis tenimentis, S. Mariæ de Platia veteri cum Agro Armices, & Vineas ejusdem, & salmata duo lignorum quolibet die sub dat. Pridie Kalendas Decembris 1106. Indict. 12.*

c Pir. lib. [illegible] Maur. [illegible]

Præstat autem ipsum diploma ex Tabulis Monasterii exscriptum, atque ab Joanne Filingeri Priore nobis benignè communicatum hic proferre; ut Pirri errata detegamus.

In Nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Notum sit omnibus tam præsentibus, quam futuris præsentem paginam inspecturis, quod Ego Simon Comes Butera trado, dono, & assigno, de consensu, & voluntate uxoris meæ Dominæ Thomasiæ quamdam meam Ecclesiam, quæ est extra Platiam in honorem Sancti Andreæ fundatam, cum quatuor molendinis, & aliis omnibus possessionibus suis Ecclesiæ S. Sepulcri Domini nostri Jesu Christi liberè, & quietè, & sine aliquo servitio perpetuò possidendi. Hoc donum facio pro Anima incliti Comitis Rogerii, & filiorum ejus, & pro Anima Patris mei Comitis Henrici, & pro salute Animæ meæ, & Parentum meorum. Trado etiam prædictæ Ecclesiæ Capellam S. Agathæ cum tertiaria Platea; dono propterea antedictæ Ecclesiæ Domus S. Sepulcri Casale Gallinica habens quinque Rusticos, & hæc est divisa: Incipit à fancello, quod venit de Sancta Cruce, deinde vadit viam Regiam usque ad flumen, quod descendit per facellum, usque ad passum, qui venit de Imbaccara, ascendit sicut aqua est, usque ad viam Sanctæ Crucis, & ibi clauditur. Concedo propterea dictæ Ecclesiæ Sanctum Georgium juxta Buteram cum tenimentis suis. Plateam quoque veterem cum toto plano Almirici, & Vineale Comitissæ. Dono propterea supradictæ Ecclesiæ libera pascua sine ullo censu per totam terram meam, ad armenta, & pecora sua, si Deus sibi donaverit; duas quoque salmas lignorum accipiat quotidie in boscho meo pro expensis. Si quis autem contra hanc nostræ institutionis paginam sciens venire tentaverit, primo, secundo, tertiove commonitus, si non resipuerit, gladio Anathematis feriatur, & cum Juda traditore damnetur; Regiæ Curiæ centum unciis teneatur, quarum medietas supradictæ Ecclesiæ integrè persolvatur. Hac autem nostra Concessio facta est in die festi

Anno Christi

festi Beatissimi Apostoli Andreæ pridie Kal. Decembris per manus Guilelmi Grammatici Notarii nostræ Curiæ in præsentia subscriptorum. Rogerii filii Comitis ...... de Platea Abbatis de Gonfio, Ricardi de Blufio, Guglielmi de Castro de Tiranno, Constantini de Paternione. Anno Dominicæ Incarnationis 1106. *Ind.* 12. *Signum Guglielmi Grammatici Domini Comitis Notarii.* Ex Reg. Cancel. in lib. anni 1406. 14. Indict. fol. 332. & ex Capibrevio de dign. Eccles. fol. 124.

Simon igitur nostri Prioratus Auctor Henrici Comitis Policastri, non vero, ut Pirrus credit, Radulphi Machabæi Montis Caveosi Comitis filius, Adelasiæ Comitissæ Frater, Idem denique qui S. Nicolai de Arena Ecclesiam Cœnobio S. Leonis de Pannachio anno 1156. attribuit, ac S. Mariæ de Licodia Monasterium à fundamentis erexit, dotavitque suo Privilegio anno 1160. in quo eadem Thomasia uxor, Rogerius filius, & Constantinus de Paternione in supra allato diplomate memorati, etiam subscribunt; & S. Nicolai de Butera Ecclesia, inter alia bona cum terris, & pertinentiis, eidem Licodiano Cœnobio assignatur; ut inde Buteræ dominatum Simonem Policastri Comitem tenuisse appareat.

Porro cum ipse Pirrus Simonem Radulphi filium, cum sorore Adelasia, & fratre, a Rogerio Rege, invito Patre, in Siciliam transvectum, ex Capicio referat in Chronologia; Rogerius autem non nisi anno 1105. regimen adhuc Puer sub Matris tutela assumpserit, haud sane fieri potuit, ut S. Andreæ Prioratum anno 1096. Simon iste fundaret; hinc anachronismo Pirri conjectura laborat.

Verum id quoque negotium facessit in notis ejusdem Diplomatis, quæ forte ex errore irrepserunt; duodecima quippe Indictio anno 1106. minimè respondet; deinde Simon Policastri Comes per ea tempora adhuc puer, quippe 60. post anno Licodiani Cœnobii Auctor extitit, ac mox apud Guillelmum Regem offendit, ut Fazellus est testis; vix ergo censendum uxorem habuisse, minusque filios, qui in diplomate testes subscriberent: Denique Henri. cum Patrem mortuum innuit; hic autem an. 1121. vivebat. Crederem igitur Prioratus S. Andreæ fundationem circa medium duodecimi sæculi incidisse, sed alterius judicium nihilominus expecto. Neque hic pretereundus est Fazelli error, qui, à Simone Rogerii Comitis filio fundatum S. Andreæ Prioratum, scribit his verbis[a]. *Simon Siciliæ Comes Rogerii Comitis filius, cui successit in Principatu, hoc Templum S. Andreæ à fundamentis erexit, & Ecclesiam S. Georgii Buterensis, cum prædiis, agrisque Platiæ veteris, & Almerici, donavit, ut suo Privilegio refert.* Cui adhæret Chiarandanus [b]. Simon hic enim Rogerii filius ætatis suæ 11. decessit, ut idem Pirrus ibidem probat.

a Decad. 2. Lib. 10. fol. 651.

b De Platia l. 2. cap. 4.

1136 Anno 1136. Adelasiam Rogerii Neptem sæpius laudatam eidem S. Andreæ Ecclesiæ concessisse S. Eliæ Adernionis, & S. Andreæ de Leontino Ecclesias, refert Pirrus, & ex eo Mongitore, in ea, quam de hoc Prioratu nobis amicè communicavit, notitia [c]. Verùm hanc S. Eliæ potius S. Sepulcri Cœnobio Jerosolymitano attributam putaverim; Privilegium enim Concessionis Adelasiæ ejusdem anni sub die 11. Septembris S. Andreæ non meminit. Potuit igitur temporum decursu nostro Prioratui uniri, eique post Jerosolymæ excidium suffragari, Sanè S. Andreæ Prioratus Jerosolyma capta Perusini Monasterii S. Lucæ Canonicorum S. Augustini cœpit esse membrum; hinc Archi-Prior ejusdem Generalem Visitatorem ad constituendos sui Ordinis Priores in Siciliam delegabat. Successivis temporibus Priorum electio penes Reges stetit, & si Lucas Barberius asserat ob rebellionem Comitum Buteræ, jus præsentandi Priores ad Martinum Regem devolutum. [d]

c Pir. lib. 3. not. 1. Mong. not. ms. hujus Mon.

d Lib. Prael. de S. An. Platiæ

I. *Joannes de Soriana* Paschalis Soriani, Baronis Ramusuræ, Nobilis Platiensis filius ab eodem Martino Rege Prior renunciatur anno 1391. ut idem Lucas habet ibidem, sed ex Pirro, & Mongitore anno 1392. die 19. Martii 15. Indict. In Regia autem provisione Rex ait: *quod si forte Prioratus ipsius collatio ad Regiam Curiam non spectaret, ipse Joannes Prioratum cum illius fructuum, & reddituum consecutione in commendam retineret.* Anno 1404 auctoritate ejusdem Martini Regis noster Prior quatuor molendina à Simone Comite ab initio assignata, inita cum Bernardo Bellardita conventione, cui illa obvenerant, suæ Ecclesiæ revocanda curavit die 17. Maji Indict. 12. Idem Joannes ab ipsomet Rege Collector proventuum Catanensis Ecclesiæ constituitur 1405. ut ex Cancel. [e] Anno 1406. Martinus mox laudatus certior factus, collationem Prioratus S. Andreæ ad Regium jus pertinere, eamdem favore Joannis novo robore confirmavit, datis literis Indict. 13. [f]. Hinc Pirri errorem notabis, qui eodem anno Priorem S. Andreæ Platiæ egisse Raynaldum de Sacca Aragonensem à Sacello, & Secretis Regis Aragoniæ, scribit in Notitia Agrigentina.

1391

1405

e Hoc anno fol. 9. apud Pir. lib. 3. not. 1.

f Ex Luc. Barb. lib. Platiæ.

II. *Rogerius Belbomo* nobilissimæ prosapiæ ob mortem Joannis de Soriano, Blanca Regina volente, ac Martino eodem Rege confirmante ex literis Catanæ die 20. Maji Indict. 3. anno 1410. Prior eligitur, [g] post quem

1410

g Reg. Canc. anno 1160. & 1386. fol. 18.

III. *Antonius de Gala* Prioratum obtinuit; Huic autem obeunti

IV. *Bernardus Leofante* ex Proregis electione successit, qui mox ab Alphonso Rege confirmatur, ob servitia Regiæ Curiæ præstita, ut in Capibrevio habetur anno 1441. Ex Cancell.[h]

h Hoc an. fol. 30. & fol. 220.

V. *Joannem de Barresio* S. Andreæ Priorem in quadam citatione tempore Joannis Siciliæ Regis contra Henricum de Cagno Platiensem, legisse testatur eruditissimus Mongitore in Notitia hujus nostri Prioratus circa annum 14..

VI. *Petrus Barberius*, qui favore successoris Prioratum resignavit; quare cum Regiis literis, tum Pontificio diplomate Idibus Januar. 1495. Messanæ exscripto die 20. Maji [i]

1495

i Reg. Canc. apud Barberium in Capibrev.

VII. *Joanni Sanchez* Clerico Cæsaraugustano confertur. Fuit Joannes Gismundi Salvi Regii Scriptoris, & Pontificis familiaris consangui.

Anno Christi

sanguineus, Scriptor & ipse Apostolicus, atque ob sua, & Gismundi promerita hoc Prioratu non solum, sed & Cantoris Regiæ Capellæ S. Petri de Palatio Panormi dignitate decoratur. Eximitur insuper Prioratus à quocumque onere, aut subjectione fortè debita Abbati Ordinis Sancti Sepulcri per eumdem Pontificem. Idem Abbas S. Mariæ de Roccadia Cisterciensis Ordinis cum facultate retinendi Prioratum constitutus, mox Abbas etiam S. Mariæ de Parco, tandemque ad Episcopatum Cephalædensem cum retentione eorumdem beneficiorum ex indulto Apostolico anno 1517. evectus
1517 est; sequenti verò anno favore Francisci Sanchez fratris eadem beneficia resignavit ex Pirro [a]. Rex verò Prioratum

VIII. *Liberali* S. T. Magistro, Regio Consiliario contulit ex suis literis apud eumdem Pirrum. Liberalis statim sua jura successori cessit; quare tum ex fratris Joannis renunciatione, tum ex Liberalis cessione

IX. *Franciscus Sanchez* mox dictus, Panormitanus Canonicus, & Regii S. Petri Sacelli Cantor Prioratum obtinuit, cum dispensatione Pontificis ob ætatis defectum Romæ Kalend.
1518 Septembris 1518. & Regia confirmatione sub
1520 die 17. Aprilis 1520. Messanæ exscripta die 29. Augusti ejusdem anni. [b]

X. *Ferdinandus de Montoya* Hispanus anno
1557 1557. Priorem agebat ex Visitatione Jacobi de Arnedo, eodem anno Regis nomine facta. In ea autem Jacobus advertit, servitium Canonicorum Regularium jam in nostro Cœnobio defecisse [c]. Post Ferdinandum

XI. *Octavio Pracenio* Siculo Castroregalensi Prioratum collatum fuisse credimus circa an-
1560 num 1560. Fuit hic Octaviani Præconii Archiepiscopi Panormitani, ex Fratre nepos. Metropolitanæ ejusdem Canonicus, ejusque memoria in Epigraphe Sepulcrali ejusdem Archiepiscopi habetur, quam pientissimus nepos Avunculo optimo simul cum marmoreo tumulo affabre elaborato in Panormitana Principe Ecclesia posuit. Ex Priore S. Andreæ Abbas S. Michaelis de Troyna Basiliensis Ordinis anno
1570 1570. constitutus, demum Cephalædensi Episcopatu cohonestatur, de quo Pirrus [d].

XII. *Antonius Lombardo* Siculus Lilybetanus, vir sanè egregius, Prioratum adeptus, ex Bullis Apostolicis Romæ 5. Kalend. Decembris anno 1570. Panormi exscriptis die 28.
1571 Februarii 1571. Fuit Antonius ob vitæ merita,
1573 & doctrinæ ornamenta Regius etiam Capellanus, & Novælucis Abbas, tandemque Mazarensis Ecclesiæ Episcopus an. 1573. Mox post triennium Agrigentinus, & demum Messanensis Archiepiscopus, de quo Pirrus, & nos in notitia S. Mariæ Novælucis. [e]

XIII. *Scipio Rebiba* ex Oppido S. Marci Diœcesis Messanensis Petri Caraffæ Cardinalis familiaris, primùm Apostolicus Protonotarius, ejusdemque Petri opera Episcopus Mutolensis, ac Vicarius Neapolitani Archiepiscopi; vir doctus, & in rebus Ecclesiasticis versatus, moribus incorruptis, atque animi fortitudine præditus, quibus meritis, brevi Trojanus in Apulia Episcopus, inde Patriarcha Constantinopolitanus, tandemque S. R. E. Cardinalis à Paulo IV. PP. anno 1585. renunciatur, Tit. Pastoris, mox S. Anastasiæ & S. Mariæ Transtyberim. Muniis non secus ac dignitatibus auctus, Romæ Gubernatorem egit, ac supremo S. Inquisitionis Tribunali præfuit. Ad Philippum denique II. Hispaniæ, & Siciliæ Regem à Paulo Pontifice legatus, Ecclesiæ Romanæ strenuè operam navavit, Episcopus Albanus, & mox Sabinus, creatus à Gregorio XIII. Romæ ætatis 73. Domini verò 1577. die 24. Julii ex nimio adipe suffocatus 1577
decessit, in monte Quirinali, & in Ecclesia S. Sylvestri sepultus [f]. Sub eo Petrus Manriquez Regius Ecclesiarum juris Patronatus Visitator Prioratum lustravit an. 1576. ut ex Tabulis Conservat.

XIV. *Aloysius Amato* Collisanensis, primùm inter Canonicos S. Joannis de Eremitis, Regiusque Capellanus, mox Cantor Ecclesiæ Panormitanæ electus, pluribusque aliis muneribus insignitus, hoc nostro Prioratu augetur circa annum 1580. Agrigentinus Episco- 1580
pus nominatus à Rege, ante consecrationem Panormi è vivis excessit die 16. Maji 1590. Illum meritò laudat Pirrus. [g]

Anno 1589. Judici Regiæ Monarchiæ, S. 1589
Mariæ de Terrana assignata Abbatia, Siculis alternativa ejusdem adimitur; ideo præscribit Rex, ut de cætero S. Andreæ Prioratus Siculis tantùm conferatur, ut tradit Franciscus Salernus. [h]

XV. *Jacobus Balsamus* Messanensis, nobilitate generis illustris, ex literis datis Matriti die 25. Februarii 1598. Prior eligitur, atque 1598
in possessionem anno 1602. immittitur. Obti- 1602
nuit noster Jacobus Abbatiam etiam S. Philippi de Grandis Basiliensis Instituti, ac Regi fuit à Sacello, ut Maurolycus prodit in Mari Oceano, & Pirrus etiam tradit lib. 4. parte prima. [i]

XVI. *Petrus Carolus de Aragonia, & Tagliavia* Panormitanus Caroli Principis Castrivetrani filius, Abbas S. Mariæ de Noaria anno 1608. electus, post quadriennium hunc etiam obtinuit Prioratum ex literis Matriti die 3. Aprilis, & Bullis Apostolicis Romæ Idibus Junii anno 1612. [k]; tandem Archimandrita 1612
Messanensis renunciatus an. 1618. Matriti, cum ad majora properaret, sequenti anno die 1619
17. decessit, de quo Pirrus lib. 4.

XVII. F. *Ludovicus de Alliaga* Aragonensis, Ordinis Prædicatorum celebris in Cæsaraugustana Academia Artium, & S. Theologiæ professor, Terræ Sanctæ Provincialis, Visitator Generalis Provinciæ Lusitaniæ, à Confessionibus, & Consiliis Philippo III. Regi Catholico, atque in supremo Quæsitorum fidei Tribunali Generalis Præfectus; post Petrum de Aragonia Archimandritatum, & Prioratum simul obtinuit ex literis Reg. Ulissipone die 3. Augusti 1619. atque ex Pontificia confirmatione sub dat. Tuscul. Nonis Novembris ejusd. anni [l]. Mortalis esse desiit Matriti die 8. Martii 1627. de quo noster Pirrus, &

P. Fon-

[a] Not. Cephalœdens. Eccles. lib. 3. & n. S. Petri de Palatio.

[b] Reg. Can. hoc anno.

[c] Ex libr. Visitat. Tab. Conf.

[d] Not. Cephalœd. lib. 3 & lib. 4.

[e] Pir. Not. Mazar. lib. & lib. 1. Agrig. & Messan.

[f] Ex Ciacconio, & Victorello ad ann. 1555. in Pauli IV. Vita.

[g] Libro per 2. & lib. 3. not. 3.

[h] Consil. 1. §. 3. n. 62.

[i] Maurol. lib. 2. fol. Pir. l. 4.

[k] Reg. Prot. ex anno fol. 181.

[l] Idem fol. 719.

Anno Christi

a Pir. lib. 4. Pont. p. 2. cap. 6. & p. 3. cap. vi.

P. Fontana in Theat. Dominic. apud Mongitore not. ms. [a]

XVIII. *Ludovicus Ludovisius* Bononiensis Patria, Gregorii XV. PP. Nepos, utriusque Signaturæ primùm Referendarius, exinde S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Mariæ in Traspontina electus die 15. Februarii 1621. Vicecancellarius Romanæ Ecclesiæ ejusdem, & Archiepiscopus Bononiensis, à virtute, doctrina, & moribus commendatus, Abbatia S. Mariæ Novælucis, & Prioratu S. Andreæ Rege volente donatur ex literis Matriti die 9. B Octobris 1631. exscriptis Panormi die 10. Januarii 1632. [b] Obiit Bononiæ eodem anno. Illum laudant Ughellius Ital. Sac. Tom. 2. Marracius Bibliot. Marian. & Purpur. Battaglinus in Annal. Imper. & Sac. Tom. p. aliique apud laudatum Mongitore.

1632

b Reg. Canc. eo anno.

XIX. *Carolus de Neapoli* Panormi natus, Josephi in supremo Consilio Italiæ Regentis filius, Prioratum est consecutus, post Ludovisium ex Regis voluntate Matriti 9. Maji 1633. dehinc ad Abbatiam S. Mariæ Noariæ C ann. 1642. translatus est, ut in ea notitia diximus [c].

1633

c Reg. Prot. eo ann. f. 22.

XX. *Carolus Impellizzeri* Netinus, genere illustris, virtute clarior, U. J. D. Regius Capellanus, ex literis datis Cæsaraugustæ die 11. Octobris 1642. exscriptis in Cancellaria die 17. Novembris 1643. Prior renunciatur, adjecto onere solvendi pensionis nomine aureos 200. Josepho Strozzi, Horatii Strozzi Marchionis Flores filio, Ex Mongitore ibidem [d].

1642

1643

d Reg. Prot. fol. 111. & Canc. f. 44. ann. 1643.

XXI. *Theodorus Trivultius* Mediolanensis D S. R. E. Cardinalis Siciliæ, Aragoniæ, & Sardiniæ Prorex, multisque aliis muneribus clarus Abbatias S. Angeli de Brolo, & S. Mariæ de Gala Basil. Instituti, ac nostrum S. Andreæ Prioratum tenuit ex Regio præscripto sub dat. in Cœnobio S. Laurentii Excurialis die 24. Octobris 1650. [e] Obiit in Civitate Alexandriæ die 3. Augusti 1656. de quo idem Mongitore.

1650

e Reg. Prot. hoc an. fol. 118.

XXII. *Nicolaus Maria Bufalo* Messanensis Canonicus, & Civis, electus ex literis Regiis die 17. Decembris 1658. cum onere pensionis aureorum 400. solvendæ F. D. Virginio de Valle Equiti ordinis Jerosolymitani; adeptus E est possessionem anno 1660. [f]. Post ipsum

f Reg. Prot. eo anno.

XXIII. *Leonardo Gaudeano* Siculo defertur Prioratus Rege volente, ac Pontifice confirmante Romæ 5. Idus Julii 1669. [g]. Huic

1669

g Reg. Prot. hoc an. fol. 839.

XXIV. *Cæsar de Vigintimilliis*, Nobilis Panormitanus, Illustrissimæ Familiæ germen. S. Theol., & U. J. D. eruditione, & doctrina præcipuus, Judex Synodalis in Panormitana F Diœcesi, successit in Prioratu ex literis Matriti die 20. Decembris 1671. [h]. Mortalitatem exuit in Oppido Militelli Vallis Demanæ mense Februarii 1686.

1671

h Reg. Prot. fol. 134.

1686

1687

XXV. *Joseph Migliaccio* Panormi ex Principibus Baucinæ ortus, Regis voluntate Matriti 22. Augusti 1686., & Pontificis rescripto Romæ Kalendis Februarii 1687. fit Prior S. Andreæ [i]. Fuit etiam Abbas S. Nicolai de Fico Basil. Ordinis: exinde anno 1693. Episcopus Pactensis, tandemque anno 1696. Archiepiscopus Messanensis, ad cujus Ecclesiæ clavum cum laudabiliter sedisset, demum decessit 25. Martii 1729. De eo Mongitore ibidem.

Anno Christi

i Ibid. eo and fol. 16. & seq.

1693

XXVI. *Antonius Paceeus* Clericus, Hispanus, sed Privilegio Siculus in Comitiis Panormi habitis die 25. Junii 1690., Ducis Uzedæ Siciliæ Proregis filius, Prior eligitur ex Bullis Apostolicis die 8. Octobr. 1693. ut ex officio Proton. [k]. Post quem

k Reg. ejus anni f. 21.

XXVII. *Joannes Filingeri* ex Principibus Cutodii Panormitanus, vir doctrina, & eruditione clarissimus, familiaris, & honorarius Cubicularius Clementis XI. Pont. Max. Prioratu S. Andreæ donatur ann. 1707. ex Bullis Apostolicis sub dat. Romæ, die 13 Augusti, Panormi exscriptis die 21. ejusdem [l], cujus iniit possessionem die 29. Vivit vir clarissimus, cui majores dignitates, virtus, morumque honestas pollicentur; Mense Junii anno 1730. Prioratum visitavit.

1707

l Reg. Prot. & Canc. eo anno.

Prior ergo locum 35. in Regni Comitiis occupat, atque à sinistra Pallii parte quinque Crucibus rubri coloris (stemmate olim S. Sepulcri) insignitur.

Ecclesia Suffraganea.

1. S. *Ælia de Adernione*, quam variis terris, donisque locupletatam Comitissa Adelasia Cœnobio S. Sepulcri annexit die 11. Septembris 1136, dato diplomate, quod hic non exscribimus, ut pote variis lacunis respersum, quæ sensum confundunt. Eidem nobilis femina Maalda terras etiam quasdam attribuit, ac in instrumento donationis F. Joannis Præceptoris meminit, qui an solam S. Eliæ Ecclesiam administrabat, an verò S. Andreæ Priorem agebat, incertum.

2. *S. Maria Veteris* in loco, ubi vetusta Civitas Platiæ, quæ vix hodie rudera servat.
3. *S. Agatha Platien.* 4. *S. Andrea de Leontino*, ut Pirrus, & Mongitore advertunt [m].

m Pir. n. Ecc. Cat. l. 1. n. 1. Mong. ms.

Prioratus ad jactum lapidis, & ultra extra mœnia Platiæ à Septemtrione, Ecclesiam habet ad Crucis formam constructam amœnissimo declivi insidentem, cujus janua ad occidentem vergitur. Vestigia antiqui Cœnobii adhuc spectantur circa eamdem, in qua hodie diebus festis Presbyteri sæculares inserviunt. Feria 6. in Parasceve magnus illuc populorum concursus, visitantibus eam omnes Indulgentiæ Domui S. Sepulcri Jerosolymitani concessæ à Pontificibus Romanis, teste Chiarandà [n] conceduntur. In ea quoque, tabula Divæ Agathæ martyrium referens, veteris peritissimi Artificis opus, spectatur, Aræ ex minoribus imposita. Die 15. Julii denique Solemnitas S. Andreæ festiva pompa celebratur.

n De Platia l. 1. c. fol. 8.

Proventus hodie scutata 1483. 6. onera perpetua scutat. 245.8. remanent pro Priore scutat. 1237. 10.

NOTITIA TERTIA

S. CRUCIS MESSANÆ.

TErtium Canonicorum Regularium Prioratum, constitutum circa Northmannorum Principum tempora Messanæ, ac Monasterio S. Sepulcri Jerosolymæ unitum, credimus, sub titulo S. Crucis, cujus templum pulcritudine & vetustate spectabile assurgebat extra urbis mœnia ad jactum balistæ, prope Portam S. Antonii. In eo pavimentum marmoribus, & lapidibus varii coloris stratum etiam effulgebat, ut Sylvester Maurolycus, & ex eo Gabriel Pennoctus, & Samperius habent [a]. Anno 1547. id templum solo æquatum una cum aliis sacris, privatisque ædibus ad nova urbis mœnia, & propugnacula extruenda: quotquot autem consilium evertendis Ecclesiis præbuere, atque assensum, infra annum eodem mense vita excesserunt, quod prodigio, ac divino judicio referunt Franciscus Maurolycus, & Pirrus [b]. Tunc data Canonicis Regularibus mille scutata pro novo extruendo Cœnobio; qui Ecclesia S. Pelagiæ obtenta, in eam Prioratum transtulere; verum non multo post recesserunt. Ex eo tempore devolutum ad Siciliæ Regis jus eligendi Priorem, putat laudatus Mongitore [c] in sua, quam de hoc Prioratu scripsit notitia, è qua nos quamplurima mutuavimus; sed longè ante Priores commendatarios præcessisse credimus, quod ex eorum Catalogo palam est.

a Maurol. Mar. Occ. lib. 1. f. 11. Penn. Hist. Canon. S. Aug. l. 2. c. 30. Samp. Iconol. l. 4. cap. 14.

b Mau. hist. Sicil. Pir. not. Mess. lib. 1.

c Mongi. ex Maurolyco O. cent. & Samper. ibidem.

I. F. *Marinus* Ordinis S. Augustini anno 1269. Priorem agebat, cui Transmundus Archiepiscopus Montisregalis perscripsit, ut in possessionem Abbatiæ S. Mariæ de Maniacio F. Guillelmum S. Mariæ de Latina Priorem ab illo Conventu in Abbatem electum, & ab se confirmatum immitteret; atque, ut à Monachis, Clericis, & laicis Abbatiæ, & Monasterio subjectis exciperetur, curaret, datis ad id literis ad eumdem die 15. Junii anno eodem. Die porro 8. Julii Marinus ad Maniacense Cœnobium se contulit, ac jussa Archiepiscopi executus, possessionis initæ instrumenta suo sigillo munita confici curavit; atque ad propria reversus, eadem in formam publicam, & authenticam redacta ad Transmundum Montemregalem trasmisit [d]. Meminit de eo Ansalonius, quem anno 1282. viventem facit, ac Marium appellat. [e]

1269

d Not. Eccl. Montis. in Reg. Pr.

e De sua famil. f. 18.

II. F. *Thomas de Paolino* Prior S. Crucis anno 1428. in lib. Monarchiæ dicitur, cujus favore Provisio Proregis emanavit pro bonis sui Prioratus restituendis [f].

1428

f Tab. Prot.

III. *Lucas Stayti* Nobilis Messanensis, à Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Prior institutus, cujus electio à Prorege confirmatur anno 1438. ut in suo Capibrevio Lucas Barberius ex libris Cancellariæ refert [g].

1438

g Reg. Canc. fol. 71.

IV. *Joseph de Spe* ex Bullis Apostolicis sub dat. Romæ anno 1482. in Priorem assumptus, easdem Bullas in Regno exscribendas presentavit anno 1483. ut idem Lucas est auctor [h].

1482

h Ibid. f. 119.

V. *Petrus Isgvaglies* Messanensis, rerum agendarum peritia, & scientia celebris Prioratu S. Crucis decoratur. Hic pluribus honorum ornamentis præclarus, ait Pirrus [i], Canonicus, Cantor, & Vicarius Petri de Luna Archiepiscopi Messanensis, Abbas S. Mariæ de Bordonaro, Scholasticus etiam Beneficialis Panormi, mox ab Alexandro VI. S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Ciriaci in Thermis renunciatur anno 1500. & Regiensi Ecclesiæ præficitur, unde Cardinalis Reginus est appellatus, tandem Archiepiscopus Messanensis, & S. Mariæ Roccæamatoris Abbas constituitur. Decessit Cesenæ die 22. Septembris 1511. de quo nos in not. ejusdem S. Mariæ Roccæamatoris.

i Not. Mess. lib. 1. Ciaconius in vita Alexandri VI. ann. 1500.

1500

1511

VI. *Petrus Ansalonius* nobilissimæ familiæ decus, ex Ducibus Montaniæ, Messanensis Civis, & Canonicus, ac demum Cantor, dexteritate in rebus agendis nulli secundus, Abbas S. Mariæ Mandanichii Basiliensis, & S. Crucis Prior simul constituitur ex Regiis literis. Fuit Petrus Antonii de Lignamine primùm, mox Cardinalis Joannis Andreæ de Mercurio Archiepiscop. Messanensium Generalis Vicarius, Mercurio eodem agente, facultatem celebrandi Missam solemnem in suo Mandanichii Monasterio insigniis Pontificalibus indutus, & de licentia Archiepiscopi Messanensis in quolibet loco Diœcesis, benedicendi populum solemniter, ac Calices, & Patenas consecrandi obtinuit, minores quoque Ordines cum Laicis, tum Regularibus conferendi, denique ut Eleonoram Sororem suam in Abbatissam Monasterii S. Mariæ de Basicò Messanæ, & alias quascumque Benedictionis munere instituere posset, Moniales velare, Ecclesias pollutas reconciliare, eaque omnia ad dignitatem Abbatialem spectantia exercere, de gratia speciali Sedis Apostolicæ impetravit ex diplomate sub dat. Romæ 17. Kalend. Februarii 1554. quod integrum exscripsit noster Pirrus [k]. De eo agit Ansalonius de sua familia [l]. Obiit Messanæ ann. 1567.

1530

1554

k Lib. 1. n. 1. & lib. 4. n. 171 par. 2.

l Fam. Ans. fol. 164.

1567

VII. *Didacus Gomez* Hispanus ob mortem Petri Prioratum administrandum suscepit, Rege volente, ac Pontifice confirmante Romæ apud S. Marcum Kalend. Augusti 1573. Panormi exscriptis Bullis 23. Septembris ejusdem anni [m]; verum post paucos menses ejus loco

1573

m Ex Reg. Canc. eo an.

VIII. *Andreas la Rosa* Messanensis à Philippo II. Hispaniarum, ac Siciliæ Rege sufficitur ex literis, & Bullis Apostolicis 11. Kal. Julii 1574. [n] Panormi exscriptis die 28. Augusti. Obtinuit Andreas simul cum Prioratu S. Crucis Abbatiam S. Philippi de S. Lucia, ut Pirrus laudatus est testis lib. 4. vixitque ad annum 1617. Idem anno 1616. Ecclesiam S. Mariæ *Raccomandata* juris sui Prioratus concessit Alabardariis Straticoti Messanensis, ut scribit

1574

n Reg. Canc. & Prot. eo an.

1616

1617

Anno Christi

a Samp. Icon. nol. f. 490.

scribit Samperius, & ex eo Mongitore [a]. Decessit Messanæ die 20. Junii anno sequenti. A

1620 IX. *Joannes Dominicus de Majo* Neapolitanus die 25. Julii 1620. tum Abbatiam S. Philippi, tum S. Crucis Prioratum ob mortem Andreæ vacantes exoravit; verum post paucos dies ab inita possessione immatura morte Messanæ sublatus est, die scilicet 13. Augusti ejusdem anni, ex Pirro, & Mongitore [b]. Cujus loco

b Pir. lib. 4 Mong. not. ...

X. *Franciscum Corsetto* Siculum Panormitanum assumptum legimus ad Abbatiam, ac ad Prioratum. Hic filius Petri Corsetto Supremi Consilii Italiæ Regentis, cum esset Matriti, literas exoravit, mox Bullas etiam Apostolicas Romæ die 9. Martii 1621. impetravit [c]. Decessit è vita Panormi die 6. Septembris 1638. ex Pirro ibidem. B

c Ex Reg. Prot. Pirr. lib. 4.

XI. *Augustinus de Anastasio* Panormitanus Patria, Prioratum tantùm, absque Abbatia S. Philippi ex Regiis literis Matriti die 16. Julii 1639. administrandum suscepit [d]. Panormi lucem amisit die 25. Martii 1653. sepultus in Ecclesia Capuccinorum, ut Mongitore ex libris defunct. Panormi eruit. De eo etiam Pirrus lib. 4. p. 2. not. 2. C

d Reg. Canc. eo anno, & Prot. f. 136.

XII. *Simon Rans, & Requesens* Panormi natus, vir omni literatura prædictus, ac Poesi in primis insignis, hoc Prioratu est decoratus ex Regio præscripto sub die 29. Julii 1653. [e]. De eo egregia scribit laudatus Mongitore in sua Biblioth. Sicula, ubi ab eleganti ingenio, ac moribus illum extollit. Fuit primùm Parochus, & Beneficialis S. Nicolai de Kalcia Panormi, novorum vectigalium, ac Regni totius Deputatus; mox Dominici Spinola S. R. E. Cardinalis Episcopi Mazarensis, ac Didaci Requesens patrui, ejusdem Sedis Antistitis Generalis Vicarius renunciatus, in quibus muneribus eximiæ prudentiæ, atque inculpatæ vitæ edidit exempla; ad Regiam aulam accersitus, inter Regios Capellanos cooptatur, ac quincentorum aureorum pensione est donatus. Demum anno 1657. ad Episcopalem Pactensis Ecclesiæ Sedem assumptus, cum aliquandiu Romæ innumera edidisset virtutum exempla, viscerum inflammatione correptus, mortalitatem exuit die 20. Septembris 1659. Vide citatum Mongitore. [f] D E

e ibidem fol. 136.

1659 f Bibl. Sic. t. 2. f. 171.

XIII. *Ferdinandus de Avila, & Toledo* Hispanus, post Simonem electus ex Regiis literis, signatis Matriti die 7. Martii 1659. Prioratum pluribus annis administravit [g]. Post quem

g Reg. Prot. eo anno f. 106.

XIV. *Jacobus Schiavone* Abbas S. Gregorii de Gypso Canonicus Messanensis Prioratum obtinuit ex Bullis Romæ 3. Idus Maji 1670. Panormi exscriptis 9. Augusti [h]. Eo mortuo

h Reg. Prot. fol. 417.

XV. *Hyacintho Francisco Correon* Hispano dignitas defertur ex Bulla Pontificia die 4. Martii 1682. Panormi exscripta eodem anno [i]. Fuit etiam & ipse Abbas S. Gregorii de Gypso Basiliensis Ordinis, 1682

i Ibid. f. 40.

XVI. *Joannes Branciforte* Panormitanus ex Comitibus S. Antonii fit Prior Regis consensu, & Pontificis confirmatione Romæ die 12. Julii 1693. [k], sed inde ad Prioratum S. Mariæ de Burgitabus translatus est, tandemque Magnus sacræ Panormi Mansionis Magister constitutus. 1693

k ibidem fol. 119.

XVII. *Joseph de Caravayal* Hispanus dignitate augetur ex literis Regiis Matriti die 23. Julii 1698. atque à Pontifice mox instituitur [l]. Huic 1698

l Ibid. fol. 64.

XVIII. *Stanislaus Amerighi* Comes, Senensis Patria, Eques Jerosolymitanus, Leopoldi Imperatoris olim ephebus, Clericus dehinc, Carolo Augustissimo Imper. & Siciliæ Rege volente, Prior S. Crucis renunciatur ex literis Viennæ in Austria, & Bullis Rom. 16. kal. Febr. 1725. Panormi exscriptis die 31. Maji 1726. [m] qui pro bonis suæ Ecclesiæ recuperandis Dominicum Cumbo U. J. D. ac M. R. C. tunc Judicem, Procuratorem anno 1728. designavit. Obiit mense Jan. anno 1732. cui 1725 1726

m Reg. Canc.

1728

XIX. *Honuphrius Impallomeni* Mylensis subrogatur ex literis 14. Februarii 1732.

Huic Prioratui subest Ecclesia *S. Crucis* in civitate Mænarum, ut Mongitore advertit ex Pirro, quæ olim Hospitium erat Canonicorum Regularium. Prior olim Archiepiscopo Messanensi sacrificanti solemniter Mitram, vel librum ministrabat, ut Pirrus idem, & Samperius cum Bonfiglio testantur; ideoque in Catalogo ministrorum deservientium in solemnioribus festivitatibus, Sgabellum notabant. *Prior S. Crucis*, in Regni Comitiis locum occupat 36. Proventus hodie imminuti sunt scutata 410. Onera scut. 179. Remanent pro Priore scut. 231.

NOTITIA QUARTA

S. JACOBI DE ALTOPASSU NARI.

SUB Aragoniis Regibus Prioratum hunc, seu Hospitalem domum S. Jacobi de Spata initia habuisse certo credimus. Ordo enim in Hispania exortus sub Ramiro Rege anno circiter 828. ut nonnullis placet, vel ut alii adstruunt, sub Alphonso nono anno 1160. atq; Canonicis Regularibus Monasterii de Loyo Galleciæ Regni sub Regula S. Augustini instituendus traditus, ab Alexandro denique III. Romano Pontifice anno 1175. confirmatus, A non nisi cum Aragonensibus in Siciliam invectus, Commendas, domosque habere potuit.

Prima S. Jacobi de Altopassu notitia ex Pirro an. 1373. consignatur, quo F. Robertum olim de Fiumi S. Jacobi in Lucensi Diœcesi Magistrum Visitatores, ac nuncios in Siciliam transmisisse ad recognoscenda jura, Hospitalia, & Ecclesias sui Ordinis, scribit lib. 3. [a] ubi Priorum seriem, atque ordinem accurate adeo expendit ad annum 1637. ut nomini reli-

a Not. ...

Anno Christi

liquorum ad hæc nostra tempora catalogum texendi, locum nobis relinquat.

A morte igitur *Laurentii Mirenda* Canonici Agrigentini, ac S. Jacobi de Altopassu Prioris Commendatarii [a],

a Reg. Canc.

Didacus Xillo ex Regiis literis eligitur die 29. Martii 1650, qui post decennium morte sublatus, locum cessit

1650

1660 *Joanni Severino* Agyrensi Siculo. Hic Canonicus primum, dehinc Cantor Cathedralis Ecclesiæ Panormitanæ hac commenda decoratur, ex Regio diplomate die 2. Decembris 1661. [b] Panormi exscripto die 4. Februar. 1664. Idem literas observatoriales, ut vocant, obtinuit, quibus R. P. Tribunal S. Jacobi de Altopassu Priorem à spolio exemptum declaravit, juxta aliam ejusdem Tribunalis sanctionem de anno 1637, sub die 4. Julii 1687. vixit ad multam senectutem, ac de clarissima

1661

b Ex Reg. Prot. ex Canc. apud Mong. not. inf. de Canon. Eccl. Panorm.

1687

A Societate Jesu benemeritissimus; quintam domum Panormi in Area Portus ejusdem urbis, pro spiritualibus exercitiis, proprio ære exædificavit, dotavitque. Mortuus denique die 28. Junii 1716. quem mox excepit

Vincentius Campisi Panormitanus. Hic pro Regno agens Matriti apud Regem, à Philippo V. Borbonio, uti perpetuo Administratore Ordinis S. Jacobi de Spata, Prior renunciatur ex literis Matriti die 8. Januarii 1717. 1717

B Panormi exscriptis die 15. Maji; ejus obitu [c]

c Reg. Canc.

Joannes Baptista Hutierez Baro de Sara ex literis Viennæ datis die 18. Octobris 1732. Panormi exscriptis 28. Martii 1733. Valet commenda scutata 75. Onera sunt scutata 16. remanent pro Priore scutata 59. In comitiis Regni 50. suffragium profert. Adeundus Pirrus loco citato,

NOTITIA QUINTA

SACRÆ DOMUS MANSIONIS PANORMI.

Eruta ex monumentis Historicis ejusdem.

a Dec. 2. lib. 8. fol. 460.

1150 **M***Atthæus Guillelmi Regis Cancellarius*, (verba Fazelli usurpamus [a]) *qui ex Notario per omnes honorum gradus ad eam dignitatem evectus, Majoni Regis Admirato perditissimè luxus viro, & à Matthæo Bonello ad veteres Archiepiscopales ædes per insidias interfecto, successit; Ædem hanc Divæ Trinitati sacram cum Monasterio Cisterciensis Ordinis adjuncto à fundamentis erexit.* De anno fundationis discrepant nostri; nam annum 1150. assignat Inveges, & si alibi annum 1163. notet, Pirrus anno 1160. eam statuit; in ms. autem notitia ejusdem anno 1150., ut notat ex Tornamira Mongitore [b]. Qui ex donatione Guillelmi Regis anno 1150. eidem Cœnobio facta, paulo ante extructum colligit; in ea enim jam conditum Monasterium innuit Guillelmus, ut ex Fazello etiam habemus. Cisterciensibus porro attributum evincunt allata ab eodem Mongitore Diplomata, ac Innocentii III. Epistolæ, de quibus infra.

b Mong. Histor. Mansionis c. 1.

Quæ vero dotis nomine Matthæus Fundator Monachis assignaverit, incerta; Guillelmi tamen donationes ex Fazello eruimus, qui illius fortè Privilegium, quod nunc desideratur, Panormi vidit. Scribit enim:

Huic Monasterio Guillelmus Rex Siciliæ paulo post tactus Religione, Casale Saracenicè Mesrelme, Mesalaime vulgo hodie dictum, quod fontem aquæ latinè sonat, Panormo p. m. 15. ad meridiem refugiens, dedit, ut ejus elogio est videre dato Panormi anno 1150. Jam ex Cisterciensibus

1192 I. *F. Ludovicus* Abbas memoratur, cui facta creditur munifica Riccardi Agelli Comitis, E

1194 Matthæi fundatoris filii elargitio anno 1194. Mense Jun. cujus integrum diploma dedit laudatus Mongitore fol. 8.

Agelli Comitis exemplum Raynaldus de A Monte Ariani Comes, ac Henrici VI. Comestabulus, & Magister Justitiarius secutus, nonnulla etiam bona nostro Cœnobio, atque ejus Abbati Ludovico anno eodem 1194., mense Novembris attribuit. Verum, cum jure uxoris Constantiæ idem Henricus Regni coronam adeptus, quotquot Tancredi partes tenuerant eique adhæserant, dirissimè exagitaret, ac Monachos præsertim Cistercienses molestiis afficeret, nostri Cœnobii cum primis Abbas, ac fratres bonis spoliati, e Monasterio anno 1195. à fundatione verò 45. sunt ejecti; Cœnobiumque militari Ordini Theutonicorum pietate, ac bellica virtute clarissimo, ex Henrici ejusdem voluntate, cessit. 1195

Exinde igitur titulo Mansionis insignitur, atque Ecclesia B. Mariæ Virginis Sacra dicitur; eorumdem enim Theutonicorum mos fuit, atque statutum, ut omnes ejus Ecclesiæ Deiparæ essent dicatæ, Ædes vero, & Hospitia Mansiones appellarentur, ut inter alios testis est Sil. Maurolycus [c]. Henrici Privilegium sub dat. Panor. 18. Julii 1197. exscripsit idem doctissimus Mongitore.

c In Mari Oce. Rel. lib. 2.

Hoc ipsum anno 1219. Fridericus II. Imper. & Rex [d] confirmavit, ratumque etiam habuit Honorius III. PP. anno 1230. ut suo notabimus loco. Primus verò ejusdem Mansionis Prior, & Magister ab Henrico constitutus nos latet.

d Ex Tabul. mans. Mong. ibidem.

Interim apud Innocentium III. PP. querebatur Riccardus Agelli Comes jam laudatus, quod è Patris sui Monasterio Cisterciensibus exclusis, Theutonici milites in ipsum fuissent subrogati, rogabatque eumdem Pontificem, ut sua auctoritate illos restitueret. Pontifex Epistolam Bartholomæo Episcopo Panormitano die 8. Februarii 1198. dedit, quæ à Mongitore refertur, & inter alias Innocentii lib. 1. habetur, 1198

Anno Christi

betur; perscripsitque, ut amotis inde Theutonicis, in Monasterium inducerentur, aut si loci frequentiæ hos tæderet, alterius Ordinis fratres inibi institueret, qui *Domino in eo jugiter deservirent, & regularia servarent in perpetuum instituta*.

Sed Theutonici nedum amoti, immo ipsis, Ecclesia, & Monasterium nova Friderici donatione, atque Honorii PP. ut diximus confir-
1202 matione fuerunt attributa. Hinc anno 1202.

II. *F. Gerardum* Magistrum, & Priorem nostræ Mansionis, primumque inter Theutonicos invenimus; qui à Friderico Rege sequenti anno, nedum confirmationem donationis suo Ordini de nostro Monasterio ab Henrico factæ, exoravit Panormi mense Decembris, sed
1205 & alia mox diplomata anno 1205. & 1206. ob-
1206 tinuit, quibus, Villanos, seu Rusticos Politii, terras prope Monasterium, Casale *Miserella* in tenimentis *Cephala*, ejusque pertinentias, navem piscationi aptam in mari, & Portu Panormitano absque ullo vectigalis jure, omnimodam denique ab omnibus datiis, ac gabellis exemptionem cum Monasterio Panormi, tum aliis eidem annexis Ecclesiis Rex elargitur mense Aprilis Indict. 8. & mense Septembris Indict. 10. ut apud laudatum Mongitore,

1212 III. *F. Jordanus* anno 1212. omnium domorum Ordinis Theutonici Præceptor in Sicilia, de consensu fratrum nostræ domus SS. Trinitatis ad eamdem revocavit *tres Cameras sitas in fundaco domus SS. Trinitatis, quod olim fuit Cancellarii, super Apothecas regias in ruga marmorea*. Notat hic doctissimus Mongitore *Rugam marmoream* non esse, nisi celeberrimam viam Cassari, quæ olim marmoribus constrata, ut Fazellus observat[a], cujusque vestigia non multis ab hinc annis, effosso solo, inventa sunt.

IV. *F. Theodoricus*[b]. Quo Præceptore, credimus domui SS. Trinitatis, aliisque per Siciliam ab laudato Friderico Siciliæ Rege, ac Rom. Imperatore fuisse attributa nonnulla alia Privilegia sub dat. apud Agenove mense Fe-
1219 bruarii anno 1219. & mense Aprilis, ac Julii, ibidem, atque eodem anno. In primo Concessionem Naviculæ in Mari Panormitano, eisdem fere verbis, ratam habuit, tum in alio donationes de anno 1206. confirmans, alterius etiam Casalis *S. Mariæ de Gerarde* ab Ansaldo quodam nostris attributi, elargitionem probavit, aliaq; attribuit; Tertio nostræ Mansionis Magistro Hospitale S. Joannis, leprosis addictum, extra Panormi mœnia, cum tenimentis, bonisque omnibus commisit; quod ipsum, quarto etiam diplomate, *ob grata satis, & accepta servitia, quæ Frater Hermannus Venerabilis Magister domus Hospitalis S. Mariæ Theutonicorum Hierusalem* eidem Regi *semper exhibuit tam fideliter, quam devotè, nec non ob celebrem vitam, & honesta Religionis cultum, quibus idem Magister, & fratres sui clarere noscebantur &c.* firmavit. Aliis deinque de mense Julii, Immunitates concessas ab Henrico Patre, iterum liberalitate quammaxima, probavit, suisque administris die 22. ejusdem, exemptionis privilegia Theutonicis concessa inviolabiliter observanda præcepit.

a Decad. 1. lib. 8. c. 1. 176.

b Mongit. fol. 20. ex Tabul. Mansion.

A Anno Pontificatus sui 4. Honorius PP. Henrici Privilegium, ac Friderici elargitiones confirmans, domui nostræ præclarè consuluit; necnon aliis amplissimis gratiis universum Theutonicorum Ordinem, variis Apostolicis Rescriptis demeruit, quorum apographa, ac exemplaria in Archivo Panormitanæ Mansionis asservari, testatur Mongitore[f]. Fridericus rursus, novo scripto mense Decembris Anno 1221, 1221
Catanæ Privilegio, multa in Theutonicorum beneficium cumulavit, eorumque bona sub
B Regia, & Imperiali protectione suscipiens, privilegia, Casalia, aliaque omnia ipsis concessa, omnimodam libertatem, atque à vectigalibus immunitatem, aquarum denique, herbarum, ac lignorum in terris sui Dominii usum, per totam Siciliam attribuit, firmavitque. Diploma exscripsit laudatus Mongitore fol. 31, adnotavitque, quod ideo liberum, ac immunem transitum è Sicilia in Calabriam Theutonicis concessit, in eo Privilegio Imperator; quia bona nonnulla in Apulia, instante Her-
C manno supremo Ordinis Præceptore, qui fuit Friderico gratissimus, ut refert Justinianus[d], tradiderat.

V. *F. Conradus* Mansionis Præceptor quædam bona Richardo Rapulla mense Octobris 1225
1225. sub censu annuo concessit, similesque Actus ad annum 1236. ipsum celebrasse tradit Mongitore, qui nihilominus anno 1235. *F. Henrico de Taranto* domorum Siciliæ Hospitalis Theutonicorum Præceptori Concessionem Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ intra Civitatem Agri-
D genti ab Urso Episcopo factam, refert. An igitur in Sicilia ultra Præceptorem Sacræ Domus Mansionis Panormi, alter veluti Provincialis Præceptor omnium domorum? Sed de hoc infra.

Anno 1236, à Monasterio S. Spiritus Panor- 1236
mi Casalenum juxta portam Thermarum Conradus noster jure census obtinuit, mense Septembris Indict. 9. quam Concessionem exinde Sanctorus Abbas ejusdem S. Spiritus anno 1264. die 13. Martii confirmavit. Conrado

VI. *F. Fridericus* successit, ut ex Concessio-
E ne quadam Casaleni in regione Calciæ mense 1237
Junii anno 1237. Panor. facta, pro censu tareni unius auri, apparet.

VII. *F. Diatricum* sequenti anno, & 1239. 1238
etiam nostræ domus Mansionis Præceptorem Tabulæ Matthæi de Argusa Publici Panormitani, & Notarii etiam Bartholomæi Panorm. referunt, ut notat Mongitore[e], sed eodem ferme tempore eidem præfuisse *Joannem Colb* ex tabulis Jacobi de Manifcalco Panorm. compertum est. In his enim notatur sub die 10. Junii
F 11. Indict. 1239. *Joannes Colb Magnus Præceptor* 1239
Sacræ Domus Mansionis Ordinis Theutonicorum urbis Panormi. Observat porrò idem Auctor, Magni Præceptoris nomen sæpissimè attributum Præceptoribus Panormitanæ Mansionis in tabulis, & monumentis ejusdem; *Cum enim*, ait, *Omnes Siciliæ Mansiones Ordinis Theutonici nostræ Panormitanæ, tamquam capiti, subjicerentur, meritò, nostræ Præceptori magni nomen concessum*.

VIII. *F. Joannes Colb* magnus Præceptor Sacræ Mansionis. IX. F.

Anno Christi

f De Mansio. fol. 30.

d De Ord. mil. p. 2. cap. 32.

e Fol. 34. de Mansione.

Anno Christi 1248 IX. *F. Todinus Micilburg*, qui anno 1248. A
& sequenti terrarum Concessiones nonnullas
fecit, ut apud Mongitore; Idem Præceptorem
agebat anno etiam 1258, exoravitque à Man-
fredo Siciliæ Rege confirmationem Privilegii
à Friderico anno 1206. obtenti, quo piscato-
rium navigium in mari Panormitano conce-
debatur, Panormi mense Augusti.

X. *F. Joannes de Walebon* Præceptor, quo
nomine, terræ tractum ad Ecclesiam Sanctissi-
mæ Trinitatis Panormi spectantem, qui fuerat
olim Hospitalis S. Joannis de Leprosis, in Re- B
1260 gione Fabaræ sub censu annuo, 1260. die 4.
Aug. in Tab. Roberti Panor. concessit. Sed se-
quenti F. Todinum, de quo superius, alias
etiam concessiones fecisse constat.

Idem Joannes apud Manfredum Siciliæ Re-
gem precibus obtinuit, ut omnia prædecesso-
rum Privilegia Theutonicis indulta, firma, ac
rata novis literis haberentur Panormi, mense
1262 Julii 1262, quæ mox, ut notat Mongitore, per
Benedictum Notarium Panormitanum die 19.
Octobris enunciati anni, & a Notario Franci- C
1263 sco publico Paternionis 5. Januarii 1263. exscri-
buntur ad ejusdem Præceptoris instantiam.

XI. *F. Terinus de Pasnibovyn* sub Carolo An-
degavensi Siciliæ Rege Præceptorem egit anno
1266 scilicet 1265. & sequentibus, etsi ann. 1266.

XII. *F. Sas Haurin* etiam inveniamus in
cujusdem Viridarii concessione die 10. Janua-
rii per acta Not. Roberti Panormit.

XIII. *F. Florentius de Holante*, seu *Holandia*,
1270 qui quoddam græcum Instrumentum sub eo-
dem Rege latinitate donatum, exscriptum vo- D
luit in tabulis Roberti Notarii Panormit. die
1271 24. Augusti 1271. Idem in quadam donatione
anni 1273. *Generalis Preceptor in Sicilia* nomi-
natur; Præerat etiam anno 1274.

XIV. *F. Nicolaus de Tuynto* Generalis &
ipse Præceptor domorum Hospitalis S. Mariæ
Theutonicorum Jerusalem in Sicilia, & Cala-
bria anno 1271. sub quo Vice-Præceptoris mu-
nere fungebatur *Fr. Nicolaus Flamingus*. Sicu-
bi ergo duo eodem anno occurrunt Præcepto-
res, ut vidimus, ex his unus Generalis per E
Siciliam dicendus, alius Panormi censendus
peculiaris, seu Vicepræceptor. Generalis por-
rò, seu magnus Præceptor etiam titulo Præ-
ceptoris Sanctissimæ Trinitatis de Panormo ap-
pellabatur; nostra enim Mansio præ cæteris
eminebat, eique alias per Siciliam, & Cala-
briam etiam suffragasse colligimus, cum ex hac
Nicolai de Tuynto appellatione, tum ex alia
successoris

XV. *F. Friderici* de Bola, qui in Privile-
gio Jacobi Aragonii Siciliæ Regis, confirman- F
tis, Theutonicis omnibus in Sicilia degentibus,
quæ jam Manfredus Rex indulserat Panormi
1285 22. Februarii anno 1285. *Generalis etiam Præ-
ceptor domorum Sacræ Militiæ Domus Hospitalis
S. Mariæ Theutonicorum Jerusalem in Sicilia*,
a Apud Mongit. fol. 46. *& Calabria appellatur* [a]. Eumdem Fridericum
de Bola *Henrici* nomine appellatum, advertit
Mongitore ex Tabulis Notarii Marchisii de Pa-
1286 lermo 7. Julii 1286. in quodam transumpto
Privilegii Guilleimi Regis; de quo idem fol.
192. Credimus hinc

XVI. *F. Fridericum de Bolay* ann. 1287. &c. Anno Christi 1287
XVII. *F. Henricum de Bolandia* anno 1290.
qui Præceptores Theutonicorum in Sicilia di-
cuntur, alios non esse à Friderico de Bola; sed
doctioris viri judicio, qui illos veluti distin-
ctos evulgat, nostrum libenter submittimus.
Henricus porro de Bolandia in commutatione
cujusdam terræ cum alia Stephani Grilli Abba- 1290
tis S. Michaelis Hispaniarum, Generalis eti-
am Præceptoris in Sicilia, & Calabria titulo
decoratur in Tab. Not. Benedicti Panor. die
21. Augusti 1290. Sequenti an. nostris Theu-
tonicis à Nicolao IV. PP. fuit benigne indul-
tum, ut non obstante Pontificio Generali In-
terdicto, possent divinis interesse officiis, à
propriis Capellanis celebrandis, ut ex literis
Matthæi S. R. E. Cardinalis 4. Kalend. Fe- 1291
bruar. 1291. signatis. Rursusque absolutio-
nis beneficium illis concessum, qui censuras
incurrerant Ecclesiasticas ob communicatio-
nem cum Jacobo Siciliæ Rege, ex literis ejus-
dem nonis Febr.

XVIII. *F. Henricus de Mes de Loren* magni
Præceptoris in Sicilia locumtenens, in quo-
dam donationis instrumento Theutonicis no-
stris factæ ex tabulis Friderici de Baldo Panorm.
die 20. Martii anno 1292. appellatur; in 1292
actis verò Petri de Tancredo Panorm. 10. Maji
ejusdem anni Præceptor Generalis nostræ do-
mus Mansionis dicitur.

XIX. *F. Henricum de Tyerbach seu Tiri-
bach* eodem anno magno virtutis exemplo Man-
sionem moderantem, uti Generalem Præcepto-
rem invenimus die 19. Augusti ex quadam do-
natione apud Tabulas ejusdem Friderici de Bal-
do, ubi, qua pietate in eadem Mansione fra-
tres Theutonici vivebant, quibusque eleemo-
synis pauperum necessitatibus subveniebant,
fit palam. Anno 1295. ejusdem Henrici fit 1295
mentio in Tabulis Petri de Tancredo sub die 4.
Julii, sed nihilominus

XX. *F. Sybottus* Mansionis Præceptor eo-
dem anno etiam dicitur, die 8. Junii in Actis
Francisci de Notario, quem ideo Præceptoris
vicem Panormi egisse citra hæsitationem credi-
mus; nam Henricus *Generalis Preceptor Ordi-
nis in Sicilia, & Calabria*; Sybottus verò *Præ-
ceptor sacræ domus S. Trinitatis de Panormo*
appellatur. Idem Sybottus anno 1296, Præce- 1296
ptor erat; quo quidem anno, datis Messanæ
literis 4. Maji, Fridericus Siciliæ Rex præce-
pit, ut Præceptor nostræ sacræ Mansionis,
ejusque Fratres, bona, redditus &c. contra
molestiam inferentes defenderentur, ac invio-
lata possessione jurium fruerentur. Has Fride-
rici literas ex integro habes apud Mongitore [b] b Not. Mansion. f. 65.
XXI. *F. Guillelmus de Liningen* ex Tabulis
sæpius memorati Petri de Tancredo Panorm.
die 3. Martii 1299. Indict. 12. Generalis Præ- 1299
ceptor Theutonicorum in Sicilia, & Calabria
comperitur; per acta vero Friderici de Baldo
20. Julii F. Henricus de Bolandia Præceptor
etiam Generalis in Sicilia, & Calabria dicitur.
Quæ sanè quomodo inter se conveniant, satis
in comperto non habemus. Eodem anno lauda-
tus Fridericus III. Rex Privilegium Jacobi
fratris

Anno Christi

fratris sui de anno 1285. suo diplomate ratum A
voluit, ac firmavit Panormi mense Decembris
Indict. 13. in quo *F. Almericus de Vermazia*
Generalis Vicepræceptor Domorum Sacræ mili-
tiæ domus Hospitalis Theutonicorum in Sicilia,
& Calabria appellatur. Hoc autem Privilegium
XXII. *F. Bruchardo de Asemburch* Genera-
li in Sicilia Præceptore instante, in publicas
Tabulas Joannis de Homine Bono Panorm. die
1302 5. Julii 1302. fuit redactum, ac dehinc à Regi-
bus Petro II. & Ludovico, Martino, & Fer-
dinando, ut suis locis, confirmatum: Sed eo- B
dem prorsus anno *F. Guillelmum* etiam domo-
rum Ordinis in Sicilia, & Calabria Præcepto-
rem appellari videmus in ejusdem Notarii ta-
bulis, quem cum Guillelmo de Liningen con-
fundimus, ad annum quippè 1307. eumdem
1304 Bruchardum Pręceptorem habemus, ut ex variis
Concessionibus colligi poterit apud Mongito-
a Ibidem f. 49. & 50. re [a], in quibus etiam *F. Roberti de Precina* par-
vi Præceptoris est mentio, quem ideo à seriè
aliorum hic excludimus.
Anno 1305. Manfredus de Claromonte Co- C
mes Motycæ, ac Ragusiæ, Regis Friderici
Senescalcus, datis Panormi literis 14. Februa-
rii Ind. 3. mandat Leoni de Stephano Procura-
tori Silvarum regiarum, ne molestiam inferat
pascuis, ovili, & emporio Theutonicorum,
ne ipsis vetet ligna colligere in Regione Bacha-
riæ, ut apud eumdem Mongit. fol. 72. mox
Fridericus ipse indulsit, ut tymnos octo, quo-
libet anno, ex cætariis Solanti, & S. Georgii
nostri consequerentur, ex literis datis Panor-
mi 21. Maji 1305. exscriptis in Tabulis Bon-
1305 ioannis de Hominebono 28. ejusdem mensis, D
quas exhibet etiam laudatus Mongitore fol. 75.
1307 Eodem denique anno *F. Berardus de Wiber-*
gen Locumtenens Fr. Bruchardi de Asemburch
quasdam fecit concessiones bonorum, ac rem
familiarem adauxit.
1308 XXIII. *F. Guillelmus de Linchinich* magnus
Præceptor, cujus precibus idem Fridericus Rex
suis præcepit Administris, ne Theutonicos in
tota Sicilia degentes molestia quacumque af-
ficerent, sed privilegia, atque immunitates à E
Prædecessoribus concessas, integras illis ser-
varent ex literis Messanæ signatis die 28. Octo-
b Not. Mansion. f. 80. bris 7. Indict. 1308. à Mongitore exscriptis. [b]
XXIV. *F. Fridericus de Waldemberch* ma-
1310 gnus Mansionis Pręceptor, ab eodem Frideri-
co III, Siciliæ Rege literas exoravit, quibus
cuidam Mansionis famulo arma inde ablata, ac
uncias auri duas, pro pœna ab illo exactas re-
stitui, imperavit Messanæ 26. Junii Indict.
10. & rursus ibidem 10. Augusti anno 1312.
1313 Sub eo quamplura bona fuerunt etiam à Fideli- F
bus nostrę Sacrę domui, ejusq; membris legata.
XXV. *F. Guillelmus Cuc* anno 1322. ma-
1322 jor Præceptor Sacræ domus Mansionis Panormi,
ac totius Ordinis Theutonicorum in Sicilia.
XXVI. *F. Henricum de Mesem* anno 1324.
1324 Præceptorem invenimus, cui facta dicitur do-
natio viridarii cujusdam apud Mongitore fol. 86
1328 XXVII. *F. Otto de Perissinen* Sacrę domus Ho-
spitalis Ordinis Theutonicorum Jerusalem ma-
gnus Præceptor ex instrumento Permutationis

Anno Christi

Bonorum anno 1338. apparet. Cum enim ad
extruenda nova urbis Panormi mœnia pars vi-
ridarii ejusdem Mansionis demolita fuisset, &
ejusdem Sacræ Domus hortum Messanæ pro am-
plianda civitate in contrata de Musellis, sibi
Fridericus Rex vindicasset, ad instaurandum
damnum, Regio nomine, Aqua maris dulcis
cum Regio solatio Favaræ S. Philippi prope
Panormum, & duo molendina prope Admirati
Pontem Mansionis Fratribus eorumque Præ-
ceptori Ottoni attributa ab Joanne de Claro-
monte Siciliæ Senescalco, per acta Bartholo-
mæi Citella Panor. die 22. Aprilis. Eamdem
porro Commutationem sequenti anno precibus
XXVIII. *F. Adinolfi de Molenberthen* Ma- 1329
gni Præceptoris, idem Rex Fridericus sua au-
ctoritate ratam voluit, ac firmavit Messanæ
29. Julii Indict. 12. De Aqua maris dulcis,
& Favara S. Philippi, ubi solatium regium,
vide laudatum Mongitore, & Fazellum [c]. Anno c Mong. fol. 91. Fazell. Dec. 1. lib. 8. fol. 189
eodem 1329. Vicepræceptor Ordinis *F. Hen-*
ricus de Honiguil memoratur; Anno verò 1334.
F. Jacobus de Greveris ejusdem Magni Præce- 1334
ptoris locumtenens appellatur in Privilegio
Petri II. Regis confirmantis Catanæ die 14.
Februarii, Jacobi, & Friderici Regum præ-
cessorum Gratias, atque Immunitates Theu-
tonicis concessas, quod integrum offert Mon-
gitore ibidem fol. 92.
XXIX. *F. Thomasius de Tirpe* anno 1337. 1337
Magnus Præceptor, sub quo anno 1341. Pe- 1341
trus Siciliæ Rex datis Messanæ literis 5. Janua-
rii præcipit, ne Theutonicorum Privilegia,
aut immunitates in aliquo lædantur. Petri
literę, instante nostro Pręceptore, exscriptę
sunt in Tabulis Notarii Petrelli de Bonavita
Messanensis die 9. Aprilis Indict. 10. anno
1342. Ludovicus vero, qui Petro successit, 1342
ut bona eorumdem, ac prędia occupata ipsis
restituerentur, Regni Officialibus mandavit
Catanę 10. Martii Indic. anno 1343. 1343
XXX. *F. Joannes de Bugberg*, ad cujus
preces omnium Prędecessorum Privilegia Theu-
tonicis concessa, idem Rex Ludovicus spe-
ciali diplomate confirmavit, utque eadem ser-
varentur, pręcepit etiam Catanæ 30. Janua-
rii 1345. mox alio diplomate insertis literis 1345
Petri II, Jacobi, & Friderici III. ad favorem
Theutonicorum emanatis, idipsum ratum ha-
buit die 11. Decembris 1346. [d] 1346
XXXI. *F. Joannes de Mingimberk* Procura- d Mong. fol. 94.
tor Generalis, & Magnus Pręceptor Theutoni-
corum in Sicilia, sub quo *F. Joannes de Bus-*
dal Parvum Pręceptorem agebat; colligimus
id ex Tabulis Nicolai de Andrea Lombardo
Panorm. die 26. Octobris 1349., ut apud Mon- 1349
gitore fol. 96. Joannis opera, ut in feudo Mar-
ganæ, juris nostræ Mansionis, Turris extruere-
tur, regio nomine, facultatem concessit Man-
fredus de Claromonte sępius laudatus Regni
Senescalcus, & Vicarius die 14. Decembris
1351. quo etiam anno *F. Henricus* Parvi Prę- 1351
ceptoris munere Panormi fungebatur.
XXXII. *F. Hermannus Rays* Majoris etiam
Pręceptoris nomine cohonestatum in eadem
Mansione anno 1352. refert Mongitore ex tran- 1352
sumpto

Anno Christi

sumpto literarum Manfredi mox laudati per A acta Henrici de Citella Panor. die 25. Septembris Indict. 6. Sed mox eumdem Magni Præceptoris vices tenuisse scribit *, colligitque

* Mon. Man. fol. 91.

1353 ex Privilegio Ludovici Siciliæ Regis concedentis, Messanæ 10. Aprilis 1353. ut Castrum in memorato Marganæ Feudo ad Ordinis Theutonici amplificationem extrueretur.

1367 XXXIII. *Ulricus de Omalesten* Magnus Præceptor Siciliæ, & Apuliæ anno 1367. *F. Almericus de Dipach* ejus locum tenens in Sicilia, & *F. Guilkelmus de Bruchusen* Parvus nostræ B Domus Mansionis Præceptor ex quadam concessione Domorum Panormi in Tabul. Antonini de Caggio Panorm. 30. Januarii Indict. 5. elucent, qui ex aliis etiam actis, atque Instrumentis ad annum 1380. eodem munere in-
1380 claruerunt, ut apud laudatum Mongitore f. 100.

XXXIV. *F. Conradus de Liegi* Magnus Præceptor, sacræ Mansionis Panormitanæ ex Tabulis ejusdem Antonini, & Provincialis Sici-
1386 liæ, qui anno etiam 1386. præerat.

1390 XXXV. *F. Sifridus de Wemghen* ann. 1390. C comperitur ex quodam concessionis instrumento ab eodem Mongitore relato fol. 101. cui successit

XXXVI. *F. Fridericus de Buthberch*, quo agente Martinus Siciliæ Rex, datis Panormi li-
1392 teris 27. Junii 1392. Privilegium à Ludovico Rege concessum Catanæ 12. Decembris 1346. ratum habuit, & firmavit. Idem, ne bona nostræ domus Mansionis pessum irent, eorum administrationem *F. Joanni de Thaust*, qui à sa-
1394 cris confessionibus ipsi erat, commisit ex literis Catanæ 9. Octobris 1394. D quibus Thomasio de Pisis Procuratori Magni Præceptoris, Messanæ degenti præcepit, ut computum, & rationem de omnibus administratis, & expensis eidem Joanni redderet. Idipsum Procuratoribus Mansionis in terris Neti, Abulæ, & Syracusarum mandavit aliis literis ibidem signatis
1395 die 13. Januarii 1395. Huic Joanni administrationem redditum Episcopatus Catanensis etiam Martinus Rex commisit, ob Simonis de Puteo Episcopi defectionem. Hinc conjectura assequi possumus nostrum Fridericum Præceptorem E Martini indignationem tunc temporis incurrisse, id quod alio etiam diplomate ejusdem Martini confirmatur; eodem quippe anno 1395. 27. Aprilis, Catana perscripsit: *ne bona, res, ac jura, redditus, exitus, & proventus Præceptoria domus Militia Theutonicorum urbis Panormi ob defectum Præceptoris dicta domus, de præsenti cum nostris rebellibus commorantis, deperdi aliquo modo valeant*, ut *F. Wolphardo de Beirehberch* Ordinis prædicti eorum administratio committeretur, F quem idcirco Præceptorem, Administratorem, ac Rectorem omnium constituit, conditione adjecta; *dum tamen sufficientem commissionem infra unum à die data præsentis in antea, à Præceptore Generali habeatis, & obtineatis, ac habere, & obtinere debeatis.* Eo igitur anno Præceptor Mansionis, cum rebellibus versabatur, ac Regi infensus habebatur.

Verum sequenti anno turbis compositis, noster etiam Fridericus in Regis gratiam recep-

tus, ab eo literas obtinuit Catanæ 16. Aug. Anno Christi 1396
1396. ut bona omnia, prædia, ac alia ad Regium Fiscum in defectionis pœnam devoluta, quæ antea sacrarum Ædium Theutonicorum Siciliæ erant, statim ipsis restituerentur, modo de eorum jure constaret. Cumque ob Andreæ de Claromonte Motycæ Comitis defectionem Ecclesia, & Nosocomium S. Mariæ Magdalenæ intra Agrigenti mœnia de jure ejusdem Andreæ, fuissent Regio Fisco attributa, perpensis Friderici nostri meritis, voluit Rex, ut cum omnibus redditibus, ac juribus nostræ Mansioni perpetuis futuris temporibus unirentur, ex privilegio dato Catanæ 7. Janua- 1397
rii 1397. Denique aliis literis eodem anno Catanæ etiam signatis, ut Bona Theutonicorum malè alienata ipsis redderentur, atque injustè occupata restituerentur, præcepit die 22. Octobris Indict. 6. Quas quidem omnes Martini literas habes apud Mongitore à fol. 101. ad 111.

Quamvis autem alicui dubium subesse possit, an unus sit, idemque Fridericus, qui Martino infensus, mox vero apprime carus hic a nobis profertur; nam & aliqua in cognomine literarum immutatio, cum alibi de *Buthberch*, quandoque de *Berchperch*, deniq; de *Birtherch* dicatur; nihilominus eundem fuisse suadet Mongitoris accuratissimi nostræ Mansionis Chronographi auctoritas, qui in serie Præceptorum unius tantum meminit, quamvis alibi aliter sentire videatur, fol. 106. ubi *F. Fridericus de Berchperch* novum in Sicilia Præceptorem appellat; sed forte ob initam de novo possessionem dignitatis, id illi excidit; Martini Regis aliunde facilitas, qua sibi infensissimos donis, muneribus, ac beneficiis, cum mentem mutarunt, cumulavit, non levi suadet conjectura Fridericum etiam nostrum ex his fuisse, quos Regia comitas, indulta venia, sibi obvinctissimos reddidit.

Sub eodem Rege Locumtenentis Generalis munere anno 1403. *F. Fridericus de Vinpergh* 1403
fungebatur, cujus vices Panormi gerebat *Fr. Nicolaus de Austria*. Hunc porro anno 1399. Perpetuum Commendatorem, ac Locumtenentem in nostra etiam Mansione egisse evincit Transumptum Privilegii Regis Martini de anno 1392. 27. Junii in Actis Adelphi de Luguardo Not. Panorm. 17. Junii 1399. Indict. 7. adeo ut à Mongitore inter eos enumeretur, qui eidem Mansioni præfuere; sed *Magni Præceptoris* titulo, cum nullibi donatum inveniamus, ab aliorum Catalogo excludimus, nos meliori nihilominus judicio submittendo.

XXXVII. *F. Godvinus Hosentim* anno 1404. 1404
nostræ Mansioni Præceptor præerat.

XXXVIII. *F. Fridericus de Herburch* Magni Præceptoris titulo an. 1408. inclarebat, ut ex 1408
Tabulis Melioris de Lippo Panormit. die 9. Jun.

XXXIX. *F. Fridericus de Bechomer*, & ipse Magnus etiam Præceptor Siciliæ ann. 1416. Locumtenens vero in nostra Mansione *Frat. Petrus de Brema* dicitur, qui ex fratrum consensu quasdam concessiones fecit in actis Adelphi de Luguardo die 30. Aprilis Indict. 9.

XXXX. *F. Georgius de Gnevelt* sub Alphonso Arago-

Anno Christi

Aragonio Siciliæ Rege, uti Præceptor Mansionis domum moderabatur, a quo confirmationem exemptionum omnium bonorum, quibus Theutonici fruebantur, exoravit, speciali Privilegio dat. in Castronovo Regali Neapolis
1422 die 20. Febr. 1422. sub eo autem vices gerebat *F. Michael Stencar*, ut apud Mongitore fol. 114.

1429 XL. *F. Michael Descenicm* Anno 1429. ejusque Locumtenens *Fr. Joannes Busemburg* Sacerdos ex Tabulis Jacobi Maniscalco die 17. Septembris Ind. 8.

XLI. *F. Joannes Fitlius*, qui ab eodem Al- B
1435 phonso Rege an. 1435. ex literis Messanæ signatis die 6. Aprilis Privilegium obtinuit, quo facultas concedebatur Theutonicis, extruendi Casale in Feudo Morganæ, ubi jam exædificata ex Regio indulto turris fuerat ab an. 1351.

Ejusdem precibus Petrus Infans, Siciliæ pro Rege Alphonso moderator literas scripsit Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus Siciliæ, *ne Grancia Mansionis nostra ad solutionem collectæ pro Sede Apostolica imposita cogerentur*: sub dat. Panor. 2. Septembris ejusdem anni 1435. C Has porro literas sicut & alias Regis Alphonsi idipsum præcipientis habes apud Mongitore fol. 113. & sequentibus.

Joanne vita functo, Rex nostræ Mansionis curam, ac regimen commisit Antonio Olizi-
1436 no Ordinis S. Jacobi de Spata, & mox Joanni de Sotomayor Magistro Ordinis Alcantaræ, donec aliter provideretur; de qua re conquesti apud Eugenium IV. PP. Theutonici, ut nostra Mansio, ejusque bona, eorum Ordini restituerentur, literas ad eumdem Regem exorarunt sub dat. Bononiæ 5. Idus Maji 1436. D in quibus Pontifex Alphonsum hortatur, ut omnia ad pristinum reducat, ac si quid actum est, penitus revocet[a]. Annuit pius Rex, atque

[a] Ex diplo. apud Mongitore fol. 117.

XLII. *F. Ortolphum Zugeurunt* ab Eberardo de Sazonserem supremo Ordinis Magistro Siciliæ Commendatorem, ac Præceptorem electum, ex literis datis in Castro Horneh 14. Aprilis 1436. Petro Infanti Siciliæ Vicario commendavit, voluitque, ut illum in possessionem Mansionis, ejusque bonorum immitteret, om- E ni alio prorsus amoto. Alphonsi literas datas Capuæ 25. Junii eodem anno laudatus Mongitore exscripsit fol. 117. Nec his contentus, novo Privilegio declaravit, ut solus ille nostræ Mansionis Magister præesset, qui prævia fratrum electione, ut consueverat, legitimus ejusdem Rector, ac moderator a Magno Ordinis Theutonici Præceptore declararetur, ut ex literis datis Caetæ 21. Augusti eodem anno.

1439 XLIII. *F. Joannes Colos* Magnus Præceptor pro regiis donativis à Siciliæ Regno tunc obla- F tis, sponte uncias 20. cum nomine ipsius Panor. Mansionis, tum etiam Granciarum ejusdem in Regno existentium exolvit, ut ex instrumento Antonii Regii tunc Thesaurarii Panormi die 8. Junii Indict. 2. anno 1439. Ejusdem opera nostra Mansio in possessione jurium suorum, ac omnimoda exemptione à datiis, & Gabellis conservatur, ac libera, & immunis declaratur per sententiam die 14. Octobris Indict. 3. eodem anno.

Per hæc ipsa tempora Præceptoris locum in nostra sacra Domo *Fr. Stephanus Seganestet* tenebat.

XLIV. F. *Guillelmus Beliam* Præceptor sa- 1442
træ Domus Mansionis Felicis urbis Panormi, ac per totum Siciliæ Regnum Provincialis Ordinis S. Mariæ Theutonicorum legitur in Tabulis Bartholomæi de Altamilia Not. Syracusani die 14. Novembris 1442. decessit è vivis in eadem Sacra Domo Panormitana anno
1453. in cujus claustro jacet, cum hac Epi- 1453
graphe: *Guillelmus Beliam Magnus Praeceptor Obiit MCCCCLIII.*

XLV. F. *Henricus Maysprung* post Guillelmum magistratum iniit, qui Callisti III. PP. literas, favore totius Ordinis Theutonicorum emanatas, quibus exemit Pontifex Mansiones eorumdem ab omni solutione Decimæ super bonis Ecclesiasticis per Orbem universum indictæ, in authentica forma obtinere curavit exscriptas per Ludovicum S. R. E. Cardinalem Tit. S. Laurentii in Damaso die 15. Maji 1456. Quarum etiam omnimodam observantiam in hoc Siciliæ Regno perscripsit Alphonsus Rex ex literis Panormi 8. Junii eodem anno.

Anno 1457. declarantur immunes nostræ 1457
Mansionis Domus ab omni datio, ac regio donativo ejusdem Regis Privilegio die 10. No- 1458
vemb. sequenti autem anno, 1458. opera *F. Leonardi Hederstorfer*, qui locum, ac magni Præceptoris vices in nostra Panormitana Æde gerebat, Cameras pro eodem Præceptore extructas legimus; sub earum quippe abside hæc habentur:

MCCCCLVIII. Indict. VI. fieri fecit hoc opus Nobilis, & strenuus Miles Dominus Leonardus Hederstorfer militia Theutonicorum Jerosolymitanæ Locumtenens sacra Mansionis die 28. mense Octobris. Idem Leonardus ante pedes Christi Domini è Cruce pendentis depictus spectatur ibidem in Æde, quæ eorumdem Theutonicorum erat Triclinium, ut Mongitore advertit[b]. Ejus deinde precibus Simon de Bononia Archiepiscopus Panormitanus die 4. Aprilis
1463. in Ecclesia nostræ Mansionis Sacellum, 1463
atque Altare Virgini Deiparæ, Sanctisque Fabiano, Sebastiano, & Georgio MM. dicatum sacro linivit oleo, ut ex ejusdem literis patet à Mongitore etiam allatis.

[b] No. Mans. fol. 134.

Denique Leonardo agente, Joannes Aragoniæ, & Siciliæ Rex ex Privilegio sub dat. Cæ-
sar augustæ 6. Aprilis 1464. suæ confirmatio- 1464
nis robore diplomata nostris Theutonicis à Friderico Imper., Jacobo, & Friderico III. Regibus concessa, munivit, ac rata habuit, ut idem refert fol. 135. Mortuo nostræ Mansionis Præceptore, Senatus Panormitanus Ulderico totius Ordinis Generali Magistro, enixis precibus, Henricum Hoemeister commendavit, ut in Præceptorem assumeretur. Itaque his suffragiis,

XLVI. *F. Henricus Hoemeister* ad Magni Præceptoris evectus est munus. Hic à Ferdinando Rege confirmationem Privilegiorum Friderici, Jacobi, alterius Friderici, & Joannis Precessorum exoravit ex diplomate Cordubæ

Anno Christi 1483 signato 5. Junii Anno 1483. Panormi exscripto 17. Maji Indict. 2. anno 1484. mox ex aliis ejusdem Ferdinandi literis Proregi, & Regis Administris commendatur, ut in quieto nostræ Mansionis Regimine custodiatur, protegaturque; denique a Vectigalibus immunitatem, die 13. Aug. ejusdem anni ab eodem Rege ibid. obtinuit.

1484

Præfuit aliquandiu, ac laudabiliter rexit Henricus, verum passim in malum declinans, nonnullis Sacræ Mansionis bonis alienatis, ac pretiosis rebus direptis, apud Summum Pontificem, & Magnum Ordinis Theutonici Magistrum delatus est. Erat tunc temporis suprema auctoritas penes *F. Joannem de Tiaffen*, seu *Diepen*, qui Visitatores in Siciliam F. Guillelmum Weyblingen Langobardiæ Præceptorem, & Adolphum de Gerolzegh Sacerdotem ejusdem Ordinis delegavit, ut quæ Henrico objiciebantur, pervestigarent, atque opportunè jacturæ domus nostræ providerent, Innocentius vero VIII. PP. Panormitano Archiepiscopo, tunc Joanni de Paternione, ut sub excommunicationis pœna Henrico quamcumque bonorum alienationem inhiberet, perscripsit Roma 20. Maji 1491. Cum autem Apostolicas literas subreptionis vitio laborare, Henricus per impudentiam affirmaret, novas ad eumdem Antistitem dedit Innocentius die 16. Julii, idipsum rescribens.

Utrumque Breve executioni fuit demandatum, Ferdinando de Acugna Prorege, Panormi
1491 die 26. Augusti 1491. ut advertit Mongitore fol. 141. Advenientibus Theutonicis Visitatoribus, his se opposuit Henricus; hinc exorto inter ipsos acri jurgio, Ferdinandus Prorex, ut Visitatores suum obirent munus, sub quibusdam limitationibus præcepit. Ferdinandus interim Rex Corduba 5. Junii 1483. perscripserat, ut si provisiones aliquæ à Romana Curia, vel supremo Ordinis Magistro emanarent, ipso inconsulto, non exequerentur; ideo controversia ad Regem deducta est; Perpensis in aula Regia utriusque partis rationibus, pro Visitatoribus contra Henricum decretum, die 4. Januar. 1492.
1492

Utque sententia executioni daretur, literas dedit Rex Granatæ eadem die ad Ferdinandum Proregem, aliosque Regni Administros, ad quos id munus spectaret.

Sed reformidans Visitatorum examen Henricus Præceptor, ut mala sibi impendentia vitaret, nostræ Mansionis Magistratum in manibus Summi Pontificis Innocentii, ac favore Roderici Borgia S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Vicecancellarii resignavit. Pontifex vero commendatarium Præceptorem eumdem Rodericum elegit ex Bullis Romæ 2. Maji 1492, deditque etiam Visitatoribus in Sicilia die 9. Maji literas, ne huic electioni se opponerent, utque Roderici Procuratori possessionem nostræ Mansionis, ejusque bonorum traderent.

De Commendatariis Præceptoribus.

I. R*Odericus Borgia* Primus Præceptor Commendatarius Ordinis Theutonici in Sicilia à Pontifice renunciatus, præfuit aliquot mensibus; ad Pontificiam enim Sedem evectus, Alexandri VI. nomen assumpsit, ac nostræ Mansionis Præceptorem designavit *Fridericum Sanseverinum* S. R. E. Cardinalem, qui ante possessionem initam, in manibus Pontificis renunciavit. Interim, ne bona Mansionis pessum irent, Rex Ferdinandus, ea omnia Regio sequestro subjecta voluit; Theutonici vero lapidem omnem movebant, ne à possessione ejusdem exciderent, quam per annos 297. justo titulo tenuerant, totque bonis auxerant; hinc Sacri Romani Imperii Electores literas Regi Ferdinando dedere, scriptas in Conventu Vitembergæ eodem anno 1492. quibus illum, ut Sacram Mansionis Domum Ordini Theutonico redderet, exorabant. Sed Rex

II. *Alphonsum de Aragonia* nothum filium, Archiepiscopum Cæsaraugustanum Mansionis Commendatorem nominavit, atque Alexandro Pontifici instituendum obtulit. Ob resignationem Sanseverini annuit Pontifex, Bullasque edidit Romæ die 11. Martii 1495. quas Mongitore exscripsit fol. 148. una cum Ferdinandi Regis literis, quibus præcepit, ut executioni Pontificiæ Bullæ mandarentur, suumque effectum consequerentur, in Oppido Massareto 2. Aprilis 1495. 1495

His executio omnimoda data fuit Messanæ 25. Maji ab Joanne de la Nuza prorege eodem anno, ac deletum fuit regium sequestrum, cui Bona Mansionis subdebantur, ex literis ibidem 26. ejusdem. Possessioni nihilominus Alphonsi se opposuit alter ex Visitatoribus memoratis Ordinis Theutonici, instans Ordini suo restituendam Mansionem. Verum prius in Sicilia de hoc disceptatum, dehinc in Aula regia; ubi perpensis utriusque partis rationum momentis die tandem 26. Maji 1498. pro Alphonso fuit decretum. Sententiam ex integro refert Mongitore fol. 152. qui addit, Adolpho Visitatori fuisse assignata pensionis nomine scut. annua centum.

Verum, ne Ordini præfato injuria inferretur, sanxit Rex, ut imposterum, vacante quoquo modo mansione, juribus suis Theutonici uterentur, sine alicujus contradictione ex literis datis in Villa Alcalæ 9. Januarii 1498. quas etiam apud eumdem habes Mongitore fol. 155.

Anno 1501. Senatus Panormitanus Serenissimo Principi, ac Duci Austriæ supplicibus literis datis Panormi 28. Februarii scripsit, ut apud Ferdinandum Regem pro Theutonicis intercederet, eisque sacra Mansionis domus redderetur. 1501

At irritas fuisse preces exitus probavit. Anno 1502. ejusdem Senatus decreto solemnis supplicatio die festo S. Agathæ V. M. ex antiqua institutione Panormi celebrari solita, ab Ecclesia nostræ Mansionis initium habuit, nullo præjudicio aliis S. Agathæ Ecclesiis quibus jus competebat, generato, ut ex lib. Senat. Panor. fol. 78. ejusdem anni eruit Mongitore[a]. Vixit Alphonsus nostræ Mansionis Commendator ad annum 1520, in sua Cathedrali Cæsaraugustana Ecclesia post mortem tumulatus. Fuit etiam Valentinus in Hispaniis, & Monregalensis in Sicilia Archiepiscopus, multaque alia Beneficia, in utroque Regno adeptus, omnia ad mortem usque retinuit. 1502 a ibidem fol. 157. 1520

III.

Anno Christi

III. *Hieronymus Carroz* Valentinus Canoni-
cus à Carolo V. Imper. Abbas Commendatari-
us nostrę Mansionis designatur (Abbates exinde
vocari Præceptores invenies) atque ab Adria-
no VI. PP. eligitur ex Bullis Romæ signatis 20.
1522 Augusti 1522. Panormi exscriptis 16. Septem-
bris. Eo moderante, habitis Panormi Regni Co-
1535 mitiis anno 1535, Siculi Proceres Regi supplica-
runt, ut commendas triginta Ordinis S. Jacobi
Siculis Equitibus concedendas institueret;
Commendis, cum primum vacarent hæc sacra
domus Mansionis, & alia Ecclesiastica Siciliæ
beneficia, pensione eisdem imposita, proventus
dignaretur assignare, sed petitio effectus va-
cua remansit.

1536 Sequenti anno eversis Monachorum Montis
Oliveti ædibus in Cœnobio *Spasimi*, pro extru-
endis urbis Panormi mœnibus, Senatus Pa-
normitanus Carolo V. Imperatori 17. Martii
1537 1537. scripsit, ut Regio nomine Hieronymo
Præceptori mandaret, quatenus ejus vita du-
rante, permitteret Olivetanis Monachis, ut
Domum, Ecclesiamque Mansionis incolerent;
sese enim obstringebant illi, utramque Ecclesiam
Mansionis, & Spasimi Divinis Officiis frequen-
tare. At hoc eis minime concessum.

Bono suæ Ecclesiæ intendens Hieronymus,
1553 ab Julio III. PP. obtinuit literas sub dat. Romæ
5. Februarii 1553, quibus Episcopo Agrigenti-
no, & Vicario Archiepiscopi Panormitani præ-
cepit Pontifex, ut per censuras Ecclesiasticas
occupantes bona nostræ Mansionis ad restitu-
tionem compellerent. Idipsum ex aliis literis
sub die 13. Maji Panormitano, Messanensi, &
Agrigentino Episcopis mandavit, contra occu-
pantes bona Ecclesiæ Alemanæ urbis Messanæ,
quæ furto subducta, direpta, ac recondita o-
mnino erant. Denique eodem Abbate, nostra
Mansio Regis nomine à Jacobo de Arnedo anno
1557. visitatur. Sequenti vero Hieronymus
vita excessit.

1559 IV. *Hieronymus Bononia*, Panormitanus, no-
bilitate generis, sed prudentia, ac scientia præ
cæteris illustris, variisque muneribus, ac digni-
tatibus pro vitæ meritis auctus. Ecclesiæ enim
Melitensis primum, mox S. Petri de Palatio, &
Cathedralis Panormi Canonicus, atque S. Joan-
nis de Eremitis Abbas, Capellanus Caroli V. Ab-
bas etiam S. Philippi de Grandis, S. Mariæ Roc-
cæamatoris, Prior SS. Trinitatis Deliæ, deni-
que Episcopus Syracusanus, ac nostræ Mansio-
nis Præceptor ex literis Philippi II. 27. Junii
1559. Messanæ exscriptis 14. Junii 1560. Cumq;
Romam à Paulo IV. vocatus, eodem anno ma-
turaret, Panormi ex morbo decessit die 16. Julii,
in Ecclesia minorum S. Francisci tumulatus, ac
nobili epigraphe honoratus, quam refert Mon-
gitore. De eo pluribi in not. Monasticis.

1562 V. *Joannes Bezera* Hispanus, ex Beturia ori-
undus, Collegialis, & Rector insignis Collegii
S. Bartholomæi Salmanticensis, in Quæsitorum
Fidei Siculo Tribunali supremus Judex anno
1562. electus, eodemque nostræ Mansionis Ma-
gister Commendatarius ex literis datis Matriti
30. Junii, & Pontif. Bullis 5. Kalend. Martii
1563. Panormi exscriptis die 3. Aprilis ejusdem

A anni, renunciatur. Hic nostram Ecclesiam va-
riis, sacris, ac pretiosis vestibus concinnavit,
quas enumerat Mongitore fol. 161. bonisque
etiam consuluit.

Exacto novennio, quo in Siculo Inquisitio-
nis Tribunali insudavit, Matritum reversus, ac
Visitator in Cathalauniam delegatus, pro cau-
sis ejusdem Inquisitionis ibidem brevi è vita de-
cessit circa 1572.

VI. *Simon Tallavia, & Aragona* Siculus,
Ducis Terrænovæ filius, ingenio, doctrina, ac
B morum sanctimonia clarissimus, Abbatiis S. An-
geli de Brolo primum, ac S. Mariæ de Noarsa
cohonestatur, nostræ etiam Mansioni, ex literis
Matriti 21. Januarii 1578., & Bullis Apostoli- 1578
cis Romæ 9. Decembris, Panormi exscriptis 3.
Januarii 1579. præficitur, ac duobus Aureo- 1579
rum millibus ex fructibus Sedis vacantis dona-
tur. Eo Abbate perlustratur nostra Ecclesia à
Francisco de Puteo Regio Visitatore anno 1582
à quo multa pro ædificiis reparandis, atque 1582
Ecclesiæ ejusdem Ministris augendis decernun-
C tur; Octo enim Sacerdotibus inservientibus,
alterum, ac tres Diaconos addidit pro sacris
ministeriis decentius obeundis.

Fuit noster Simon pro vitæ meritis, ac Patris
etiam intuitu, inter S. R. E. Cardinales à Gre-
gorio XIII. adscriptus, eidemque, Urbano VII.
& Gregorio XIV. PP. RR. apprime charus. De
nostra mansione meritus, illam sacris vestibus
ornavit; cui ad pinguiorem de Parco Abbatiam
translatus, nuncium remisit anno 1597. Ejus
præclara gesta enarrant Oldoinus, Ciaconius,
D aliique apud Mongitore fol. 163.

VII. *Ludovicus Madrutius* Episcopus, & Ci-
vis Tridentinus Rom. Imper. Princeps S. R. E.
Cardinalis, ob renunciationem Simonis Talla-
viæ Commendatarius nostræ Mansionis Philip-
po II. Rege volente ex literis 12. Maji 1597, & 1597
Apostolico diplomate Romæ 1. Augusti ejusdem
anni, in Regno exscriptis die 20. Novembris,
designatur. Hic multis donariis suam hanc Ec-
clesiam auxit, Candelabris argenteis, ac sacra
supellectili ornavit. Emicuit virtute, rerum
E usu, ac obitis magna cum laude arduis muneri-
bus; Supremus Hęreticę Pravitatis Quęsitor,
Episcopus Sabinensis, & Tusculanus, Romę ex
hac vita decessit 20. Aprilis 1600. in Ecclesia S. 1600
Honuphrii, & Sacello ab se extructo sepultus.

VIII. *Joannettinus Doria* Januensis Mansio-
nis Commendatarius est constitutus, Regiis
Philippi III. literis, datis Vallisoleti 8. Mar.
1601. & Pontificiis Clementis VIII. bullis Ro- 1601
mę 24. Maji, Panormi in publicis Tabulis ex-
scriptis 10. Julii, sub quo Philippus Jordi Re-
F gius Ecclesiarum Juris Patronatus Visitator
eamdem perlustravit, ac nonnulla pro ejus bono
& majori splendore constituit, ut nempe qua-
tuor argenteis Candelabris duo alia cum cruce
similis artificii adderentur, ut Chorus Ecclesię
in posticam majoris Altaris partem transferre-
tur, ac ante Altare fierent Clathra lapidea;
Stipendia Ministrorum adauxit, ędificia colla-
bentia reparavit, Ecclesias annexas per Siciliam
reficiendas curavit, lychnum ex argento eidem
Domui a Josepho Severino legatum recuperavit,

Anno Christi

aliaque ad ejusdem ornamentum decrevit.

1604 Anno 1604. inter S. R. E. Cardinales cooptatus noster Doria, & non multo post Archiepiscopus etiam Panormitanus renunciatus, hac nostra Abbatia sese abdicavit; sed Rex Philippus iterum Cardinali in commendam contulit

1609 die 6. Martii 1609. ex consensu Pauli V. PP. 24. Aprilis ejusdem anni; Commendę etiam fructus à die renunciationis ex aliis literis Matriti eodem die signatis, eidem sunt concessi.

Bono ejusdem sacrę domus jugiter noster Abbas intentus ut majori diligentia Divino cultui B prospiceret, Ministrorum Ecclesię inservientium stipendia adauxit, ut ex Tabulis Vincen-

1623 tii Belandi Panor. 21. Aprilis 1623. colligit Mongitore fol. 165; tum *Thomæ Doria* Januensi Clerico, suo ex Fratre Nepoti Pensionem Aureorum quinque millium assignandam ex literis Urbani VIII. Romę 3. Aprilis 1626. curavit;

1626 meritis denique plenus, è vita excessit Panormi

1642 19. Novembris 1642. in Sacello S. Rosalię cum nobili Epigraphe tumulatus. De eo Pirrus *.

* Not. Eccl. Pan. [illegible]

IX. *Thomas Doria* Joannettini Nepos, de C quo superius, in Regni Comitiis die 13. Octobris 1635. Siculus factus, à Philippo IV. nostræ Mansionis Præceptor deligitur Matriti die 4.

1643 Februarii 1643. & à Pontifice confirmatur, ex Bullis Romæ 7. Kal. Julii, exscriptis Panormi 26. Aug. eodem anno. Præfuit paucis Mensibus.

1644 X. *Joannes Austriacus* Philippi IV. Catholici Regis ex pellice filius, vir bellica virtute, rebusque gestis celebris, ex literis in Villa Fragadiæ 31. Maji anno 1644. signatis, & Bullis Apostolicis Romæ 3. Decembris ejusdem anni, in D

1645 Regno exscriptis 21. Februarii 1645. Abbas Commendatarius.

1649 Hic Panormum anno 1649. appulsus, hanc suam Mansionis Ecclesiam perlustravit, ac in ea die 21. Decembris missam solemniter decantatam audivit, suumque Procuratorem, ac Vicarium F. D. Ernandum de Gullar constituit, qui

1650 18. Martii 1650. eamdem visitavit, ac ministrorum Ecclesiæ stipendia augere curavit, ut ferventius Divinus cultus in hac Basilica vigeret.

1652 Anno 1652. ob recuperatam Barchinonam, E arcesque Casalis, & Duencherche expugnatas, consilio, ac opera laudati Joannis, solemnes gratiarum actiones, ab Roderico Duce Infantadi Siciliæ Prorege in nostra Ecclesia, ut Joannis bellica virtus commendaretur, Procerum cœtu assistente, atque Archiepiscopo preces decantante, magna pompa sunt celebratæ, edito prius instrumento, quod nullum Ecclesiæ Cathedrali intelligatur illatum præjudicium. Obiit

1679 Joannes Matriti 17. Septembris 1679. post quem obtinuit

XI. *Carolus Pius* Ferrariensis patria, Caroli F Pii Senioris S. R. E. Cardinalis, ac sacri Collegii Decani Nepos. Hic primo Militiæ Clericali addictus, mox militaribus studiis delectatus, tandem ad Ecclesiæ castra reversus, obitis in Urbe præclaris muneribus S. R. E. Cardinalis renunciatur; atque à Carolo II. nostræ Mansionis Abbas nominatus, mox ab Innocentio XI. literis Pontificiis Romæ signatis, 24. Maji 1681.

1681 Panormi exscriptis 8. Junii confirmatur, & à

A donativis, ut vocant, ac Regiis Tandis eximitur, Rege volente Matriti 24. Aprilis. Caroli monumentum in nostra Ecclesia extat eximium, ciborium nempe, vulgo *Custodia*, pro sacratissimo Eucharistiæ Sacramento decentius asservando, affabre elaboratum, auroque contectum, in quo hæc leguntur.

Em. Dominus D. Carolus Pius, Abbas Commendatarius S. D. M. T. hac splendidè, prodigo in beneficiis Deo, artis prodigia consecrat in tributum, ut pietati in magnificentiam famularetur, sacram hanc arcam, ubi Divinum Manna Christus asservatur, construendam curavere D. Hieronymus Pescia Administrator, & Procurator generalis, D. Honuphrius Majorana Prior, Anno Domini MDCLXXXVII.

Decessit è vita jam Episcopus Sabinensis Romæ 13. Februarii 1689. ex Apoplexia, in Ecclesiam Societatis illatus. 1689

XII. *Carolus Lotharingius* Caroli V. Lotharingiæ Ducis, & Aleonoræ Austriacæ Leopoldi Sororis filius, anno ætatis nono Abbatia hac condecoratur, ex literis Caroli II. & Bullis Apostolicis Romæ 11. Maji 1689. Panormi exscriptis die 1. Augusti. Per Procuratorem in Mansionis possessionem ab Archiepiscopo Panormitano immissus, 10. ejusdem Mensis Augusti à Regiis donativis, ac Tandis eximitur. Claruit, amplissimis Ecclesiasticis dignitatibus, ac muneribus auctus, Episcopus Osnaburgensis in Westphalia, Olomucensis in Moravia, Archiepiscopus, & Elector Trevirensis, magnus Castellæ, & Legionis Prior, Regiæ Capellæ Boemiæ Comes, ac S. Rom. Imper. Princeps. Sæculi autem decurrentis initio ob infestum bellum inter Philippum Borbonium, & Leopoldum Imperatorem, proventibus Mansionis privatur, qui idcirco sequestro Regio subduntur. Decessit Carolus die 1. Decembris 1715. à cujus morte 1715 bona ejusdem Ecclesiæ Regiæ Curiæ adjudicantur. Horum administrationem nactus vir undique eximius, ac Justitiæ integerrimus cultor D. Casimirus Drago, tunc Regii Patrimonii Præses, omnem navavit operam, ut nostra Mansionis domus juxtà Ecclesiasticas leges moderaretur, ejusque jura sarta tecta servarentur. Tabulario in primis consuluit, ac omnia Privilegia, quæ integra quidem, sed parum diligenter custodiebantur, atque antiqua documenta ordinanda in meliorem formam curavit, Mansionisque historicas notitias Clarissimo viro Antonino Mongitore, nunc Cathedralis Ecclesiæ Canonico, Patriæ ac Siciliæ totius ornamento in lucem edendas mandavit. Ex quibus hæc elucubravimus, pene ad verbum, ut statim ab initio innuimus. Ad ædificia conversus, Atrii portam magnificentissime restitui, ipsumque atrium picturis ad opticę leges expolitum, ut & portici prospectum voluit, additis binis lapideis statuis; atrium denique ipsum clathris lapideis vulgo *balaustriis* cinericii marmoris ornavit. Nec minus illi Divini cultus splendor cordi fuit; nam & Altaris antependium vulgo *Pallium* ex argento, quingentis, & amplius scutatis insumptis, Candelabra, vasa, sacram Pixidem, Pacis tabulam, Scylobatam, omnia

Anno Christi

omnia argentea, summa opificum industria conflata, ex fructibus Sedis vacantis; *ut nec in ipsa viduitate* (ait Mongitore laudatus) *sponsi curam, & amorem hac Basilica exoptare potuisset, ut inter præcipuas urbis Ecclesias singulare ostentaret ornatum*.

XIII. *Antonius Folchius de Cardona* Hispanus, Carolo VI. ab intimis Consiliis, supremi Hispaniæ consessus Præses, nostræ Mansionis Præceptor ex Bullis Romæ 14. Kalend. Martii
1723 1723. exscriptis Panormi 23. Maji 1724. Hic nobilissimo exortus genere, S. Francisci Familiæ à pueritia addictus, ubi maximos in scientiis, ac pietate progressus fecit, ac publicus proin Theologiæ in celebri Abulensi Academia moderator eligi meruit; post benè rectam universam Conceptionis in Hispania Provinciam Commissarii Generalis titulo, Barchinonensis primùm, & Calaritanus Præsul nominatus (quas tamen Ecclesias, religosę humilitatis studio recusavit) tandem invitus fit Valentinus Archiepiscopus à Carolo II. Hispaniarum Rege; quo mortuo Augustis. Carolo III. adhęsit, eique apprimè carus fuit. Obiit vir pietate, doctrina, ac rerum experientia clarissimus Viennę in Austria, ubi fuit magnifico funere elatus.

XIV. *Joannes Branciforte* Siculus Panormitanus ex Comitibus S. Antonii à Rege Pontifici oblatus ob sua, ac Patris merita Bullas obtinuit
1725 Kalend. Martii 1725. quæ executione caruerunt; in illis enim nonnulla Regio juri Patronatus contraria inserta fuerant. Hinc facta fuit consultatio ad Regem sub die 19. Aprilis 1726. ut bullę corrigerentur; qua pendente, fructus Abbatię Joannes est assecutus ex literis Viennę
1726 27. Novembris 1726. Bullis denique in forma emanatis, ac in regno die 19. Septemb. 1727.
1727 exscriptis, possessionem iniit die 25. ejusdem mensis, ac sibi in eadem Mansione Joannes domum elegit; de eo nos in Notitia S. Mariæ de Burgitabus, cujus fuit Prior.

De Ecclesiis Suffraganeis.

1. Ecclesia, & Hospitale S. Joannis Leprosorum Panormi. Hanc Ecclesiam extra Panormitanę urbis męnia à meridie, Robertus Guiscardus, ac Rogerius Comes extruxere, cum Panormum obsidione oppugnarunt, Saracenosque ex ea expulerunt; Rogerius vero Rex bonis, ac variis terris, feudisque *Meselarmet*, *Butent*, *Gurfa &c.* ditavit, cujus donationes Guillelmus I. ratas habuit, adjecitque Casalia *Margana*, *Raalginet*, ac viridarium prope flumen *Habes*, seu *Oretum* juxtà Panormum, ut ex ejusdem diplomate Panormi menseMaji 1156, quod, ne periret, exscripsit Mongitore fol. 186. Qui Feudi, seu Casalis Gurfæ non longe à Politio Pręceptores enumerat, *F. Thomasium* anno 1291. *F. Guillelmum de Julers* anno 1301. *F. Jacobum de Verdeli* anno 1372. Hodie ex eo consequitur nostra Mansio uncias 713. Feudum Marganę, de quo in superioribus, suos habuisse Pręceptores scribit, ac *F. Guillelmum Longo* anno 1300. ex nomine refert. Guillelmus porro Rex eamdem Ecclesiam Leprosorum Xenodochio auxit, translatis hùc ab æde S. Leonardi, quę extra męnia etiam Panormi ad Occidentem, 500. pass. ab ea recedit, Leprosis, teste Fazello apud Mongitore; eique anno 1155. ex privilegio Arabice scripto, Casalia *Margana*, & *Raalginet* confirmavit. Fridericus denique II. Imper. ex literis datis Hagenoę mense Februarii 1219. hujus Hospitalis curam nostris Theutonicis demandavit, & cum omnibus juribus, bonis, que Mansioni Panormitanę attribuit. Exinde Leprosorum eorumdem cura penes Prætorem, ac Judices Panormi, ac Pręceptorem Mansionis sterit; cumque Fratres Ordinis S. Lazari ad suum Ordinem illos deducere tentassent, Panormitanus Senatus jura sua, ac nostrę Mansionis impigre defendit an. 1194. & 95. ut ex instrumentis à Mongitore allatis colligitur. Recedentibus Theutonicis à nostra Mansionis domo, Leprosorum cura, eorumque Hospitale, Panormitano Senatui committitur, antiqua vero Ecclesia S. Joannis à Northmannis Principibus extructa ab ipso hospitali ad jactum Sclopi sejuncta, nostrę Mansionis cum omnibus ejus bonis, ac juribus cessit; hinc anno 1604. à Philippo Jordi uti Regio Visitatore perlustratur, ac multa pro ejus gubernatione ab eodem statuuntur. Hodie die tantum 2. Paschatis frequentatur, ut laudatus Mongitore advertit, qui exactam illius delineationem suo more exhibet fol. 195. Hospitale his diebus magno Panormi valetudinario est unitum, in quo nedum Leprosis, sed etiam mentecaptis pietatis officia pręstantur.

2. *Ecclesia S. Mariæ de Alemanna Civitatis Messanæ*, fuerat *olim Ordinis Militum Theutonicorum Prioratus*, ait Mongitore *à Friderico II. institutus*, ut in eo hospitio Theutonici exciperentur, qui Jerosolymam proficiscebantur. Bonfilius, & Maurolycus [a] hujus Prioratus membrum fuisse Panormitanam Mansionem scribunt, sed perperam, ut idem Mongitore multis probat, & maxime ex actis Visitationis Arnedi, Danei, Putei, ac Jordi, in quibus hęc S. Marię de Alemanna Messanę inter suffraganeas Mansionis Panormi enumeratur. In ea excitatum Orphanotrophium sub cura Societatis S. Angeli Rubeorum, quę Societas anno 1605. sese obstrinxit, Sacerdotem Missas celebrantem quotidie, ac puerorum necessitatibus inservientem ex suis assignare; huic tamen jussit Jordi Reg. Visitator solvendas esse ex redditibus nostrę Mansionis uncias 18. pro eadem Missa, aliisque pręstandis. Suos etiam habuit Pręceptores, quos inter *F. Hieronymus* anno 1304. apud Mongitore recensetur.

[a] Bonfil. 1. de Messan. Maur. in mar. Oceano lib. 3.

3. *Ecclesia S. Mariæ de Alemanna* in Oppido Hieracis Messanensis Diœcesis, de qua est mentio in actis Visitat. de Puteo, & Jordi.

4. *Ecclesia S. Elisabeth* in Oppido Corilionis Diœcesis Montisregalis, à qua nomen habet Feudum juris nostrę Mansionis, olim sub nomine *Raalginet*, ac de jure S. Joannis Leprosorum. In ea pręsedisse Pręceptorem evincunt varia publica Instrumenta, ex quibus deducitur, anno 1300. *F. Gerardum Præceptorem in Busamara* vineam, ac domum concessisse. *Busamara*

Anno Christi

nomine hic intellige Castrum prope Corilionem, in cujus regione sitę Mansionis nostræ Possessiones [a]. Ann. 1312. erat ibidem Preceptor *F. Guillelmus de Xambello*; Anno 1401. *F. Joannes de Julda*.

[a] De Busamo & Fazellus lib. 10. dec. 1. c. 1. Massa p. 2. f. 113.

5. *Ecclesia S. Barbaræ* in Oppido Paterniopis Diœcesis Catanensis ex actis Visit. Hęc anno 1636. instauratur, *at S. Barbaræ Reliquiæ Insignes*, ait Mongitore, *translata fuerunt in Cœnobium Josaphat*, quod ex falsa relatione à Pirro scriptum. Reliquiæ enim ejusdem S. Martyris ab antiquis temporibus in Monasterio S. Mariæ Vallis Josaphat asservantur, quę quotannis per publicum Instrumentum die festo ejusdem, Canonicis, ac Juratis Patribus traduntur, ut publicę adorationi in Ecclesia exponantur, ac denuo Monachis restituuntur. In ea Ecclesia hodie sodalitas Alborum.

6. *Ecclesia SS. Trinitatis* in Netina urbe, Diœcesis Syracusanæ. Hanc nostræ Mansionis Suffraganeam, una cum bonis, terris, ac juribus suis testatur Pirrus [b]. Quam Regius Visitator Petrus Butyron de Manriquez perlustravit, ac multa pro ejus decore decrevit. Anno 1693. ex terræmotu dirutam, reficiendam mandavit numquam satis laudatus Casimirus Drago, tunc Patrimonii Præses.

[b] Lib. 1. p. 2. fol. 334.

7. *Ecclesia S. Mariæ in Feudo Margana*, Diœcesis Syracusanæ, inter Oppida Terrænovæ, & Biscaris, Juris olim S. Joannis Leprosorum ex Regia concessione; exinde ob unionem cum nostra Mansione Theutonicis cessit. De Castro, & Casali ibidem structo, nos supra ad annum 1353. & 1435. In eodem Feudo Ædes Hospitalis ædificata sub Titulo S. Mariæ de Alamanna, vulgo de Menna, quæ Fidelium frequentatione satis celebris.

8. *Ecclesia S. Leonardi, & S. Elisabeth* in Oppido Abulæ, Diœcesis Syracusanæ nostræ Mansioni subduntur ex Visit. Putei, jam citata. Ad harum cultum à Procuratore Mansionis unciæ tres exolvuntur.

9. *Ecclesia S. Joannis Baptistæ*, postea *S. Mariæ Magdalenæ* in Civitate Agrigentina Theutonicis concessa, atque ab Ursone Episcopo Agrigentino eisdem confirmata mense Februarii 1225. Præceptores in ea anno 1296. *F. Fulcius*, qui nomine Mansionis, Vinea donatur à quadam religiosa Femina, ut apud Mongitore fol. 66. Anno 1303. *F. Joannes Ganga*, ut ex quadam concessione eruit laudatus Auctor. Anno 1305. *F. Hieronymus*, in cujus manibus donatio facta est domus, ac vineæ à Petro Manteor, ejusque Uxore Agrigentinis. Anno 1343. *Joannes de Colonia*, quo instante, in publicis tabulis exscriptæ sunt Ludovici Regis literæ de anno eodem die 10. Martii, mandantis, ut bona Mansionis injustè occupata, eidem restituantur.

Per hæc ipsa tempora ab Joanne de Claromonte nostra Ecclesia restituta, ac variis muneribus aucta S. Mariæ Magdalenæ dicata fuit, una cum Hospitali; hinc anno 1368. de consensu Joannis, & Matthæi Claromonte à Matthæo Fugardo Episcopo Agrigentino Ordini S. Joannis Baptistæ Jerosolymitano traditur ex literis 17. Januarii, quas refert Pirrus [c], qui

[c] Not. Prio. S. Joann. fol.

A nihilominus hanc nostræ Ecclesiæ erectionem in S. Joannis Jerosol. præceptoriam, anno 1339. consignat; quod minime cum supra allegatis cohæret, ut ipse Mongitore advertit.

Deficientibus Claromontanis à Martino Rege, jus Patronatus ipsius Ecclesiæ ad Regem devolutum, a quo *Joanni de Stugas* Præceptori de Barbons Ordinis S. Joannis confertur anno 1392. Exinde Theutonicis, ac Friderico Mansionis Magistro restituitur anno 1396. Demum cum ad Bernardum de Caprara eadem perve-
B nisset ex concessione ejusdem Martini, illam Bernardus *F. Francisco Calbagnino* S. Joannis Equiti anno 1398. dedit.

Sed anno 1405. *F. Petrus Joannes de Xetuna* Theutonicus ejusdem erat Præceptor, ex instrumento Venditionis in Tabulis Matthæi Loreti Agrigentini 8. Julii Indict. 13. Anno etiam 1416. 25. Julii, a Magno Panormitano Præceptore Petro de Brimis visitatur; denique à Regiis Visitatoribus, & maximè à Jordi, uti membrum Mansionis perlustratur, ac inter suffra-
C ganeas enumeratur. Hodie in hac Ecclesia sub titulo S. Joannis Hospitale efflorect, ubi S. Mariæ Magdalenæ festum quotannis solemniter celebratur. Subest Mansioni, habetque adnexam SS. Crucifixi sodalitatem.

10. *Ecclesia S. Margarithæ* in Civitate Saccæ, Diœcesis Agrigentinæ, Aleonoram de Aragonia Joannis de Aragonia filiam, Regis Friderici neptem, Guillelmi Peralta uxorem agnoscit Fundatricem, ut ex Capibrevio Pirrus, & ex literis Regiis ann. 1342. & 1375. educit Mon-
D gitore. Fuit deinde Theutonicis concessa, ac nostræ Mansioni subjecta. Illam aliquando Mansionis ejusdem Præceptor, Rege Martino instante, *Rainaldo de Pistone* Regio Capellano contulit. Fuit exinde ab Antonio Pardo divitiis aucta ex Fazello [d], ac Disciplinantium sodalitati concessa, quæ ideo sodalitas nostro Mansionis Abbati jure recognitionis uncias quatuor dependit. Eidem Abbati competit jus visitandi computa Confraternitatis, ut fuit ann. 1583. decisum contra Episcopum Agrigen-
E tinum; Sed rerum spiritualium inspectio ad illum non spectat, ut etiam in Tribunali Monarchiæ fuit dictum 3. Februarii 1712.

[d] Dec. 1. l. 6. cap. 1.

11. *Ecclesia S. Mariæ de Miraculis* in Civitate Castrinovi, Agrig. Diœcesis, Ordini Theutonicorum attributa, ac Mansionis suffraganea teste Pirro [e]; illam cum omni pene cultu destitutam Franciscus de Puteo Regius Visitator invenisset, imposuit Simoni Tallavia Commendatario, ut stipendium exinde Sacerdoti in ea celebranti quotidie exolveret, aliaque ad
F ipsius splendorem indixit, ut ex Actis Visit.

[e] Not. 3. l. 3. fol. 336.

12. *Ecclesia S. Andreæ* in eodem Castronovo, quæ nostræ Mansioni suffraganea, à sæpius laudato Francisco de Puteo Visitatore dicitur. Hanc extra mœnia Civitatis sitam, cum in bestiarum domicilium conversam deprehendisset, idem de Puteo mandavit, ut repararetur, aut in usus profanos redigeretur, quod factum à Simone de Tallavia Commendatario, translato in Ecclesiam S. Mariæ de Miraculis Altari, & in eo missa qualibet feria sexta assignata.

Hinc

Anno Christi

Hinc hodie solvit nostra Mansio Capellano uncias quinque annuatim pro hac missa. De eadem Ecclesia Pirrus [a].

[a] ibidem.

13. *Ecclesia SS. Trinitatis* in Civitate Politii Diœcesis Cephalædensis. Hanc olim totius Oppidi Matricem credunt; sed ab antiquo, ut hodie suffraganea Præceptori Mansionis fuit. Illam Joannettinus Doria pene collapsam instauravit, ut Pirrus scribit; fundatamque credit Mongitore, quia Villanos ejusdem Politii Rex Fridericus Theutonicis concessit an. 1206. De jure nostræ Mansionis in ea, Jacobus Nermia Diœcesanus Episcopus contendit an. 1407. sed strenuè sese F. Burcardus de Hasemburch Præceptor defendit, & Clementis V. PP. rescripto sub dat. Avenione ... Idus Martii Pontif. sui anno 6. sententia contra Episcopum prolata, omni appellatione postposita, firmata fuit, atque executioni mandata. Solvit Commendator pro eadem uncias quinque.

14. *Ecclesia S. Maria de Sabuci* juxta Leocatæ Civitatem, Diœcesis Agrigentinæ inter suffraganeas nostræ Mansionis enumerat Pirrus [b], sed hodie subjicitur Abbati S. Joannis de Eremitis, uti Prioratus Ordinis olim S. Benedicti.

[b] ibidem fol. 144.

15. *Ecclesia S. Maria* in Civitate Terrænovæ, alias Heracleæ, suffraganea Mansioni in Tabulis Petri de Fronda Adernionensis 22. Apr. 1243. dicitur; sed forte, ait Mongitore, ibi intelligendum de Ecclesia in feudo Marganę prope Terramnovam, de qua Pirrus Notit. 2. lib. 3.

Summa, & Auctarium Sacra Domus Mansionis ex Mongitore.

SAcra Domus, & Ecclesia SS. Trinitatis circa annum 1140. à Matthæo Agello Guillelmi I. & II. Siciliæ Regum Cancellario fundata in urbe Panormi, ac ab eodem Guillelmo II. dotata, Cisterciensi Ordini primum fuit attributa; exinde anno 1197. ab Henrico VI. Rom. Imperatore, ac Siciliç Rege, amotis Cisterciensibus, sacro Militari Ordini Theutonicorum concessa est, ac perpetuò domui S. Mariæ Theutonici Ordinis in urbe Jerosolymitana unita. Tunc Panormitana hæc Ædes Mansionis nomen adepta est, & aliquando Mansio S. Mariæ Panormi vocata. Ex maxima liberalitate Regum Siciliæ, & fidelium pietate ita excrevit, ut excitatis nonnullis aliis in Siciliæ Civitatibus, Oppidisque, domibus, Præceptoria Panormitana, in Provincialem Siciliæ fuerit evecta. In casu vacationis juxtà Ordinis statuta, à confratribus ejusdem domus Panormitanæ Præceptor Provincialis, vel Generalis Siciliæ eligebatur, qui confirmationem à Magno Ordinis Magistro expectabat, Magni ideoque Præceptoris nomine insignitus, prçerat Mansioni Panormitanę Prçceptor, tamquam Provincialis, ac minores Prçceptores cum in hac Panormitana, tum in aliis Siciliç domibus constituebat. Militaris hujus Ordinis fratres privilegiis, & immunitatibus cumulati, omnium rerum usum communem servabant, Hospitalitatem exercebant, erogatis in pauperes eleemosynis, aliorum egestatem studiosè levabant. At anno 1492. ab ultimo Theutonici Ordinis Provinciali Prçceptore in manibus Summi Pontificis resignata, ejus munere, Theutonicis Commendatarii successere, ab Regibus Siciliç, ab eo tempore, jure merito electi; habent enim ejusdem Mansionis Jus Patronatus Siciliç Reges cum ob regiam dotationem, tum ob antiquam possessionem; Electi vero Pontificio diplomate confirmantur. Mansionis Commendatarius in Regni Siciliç Comitiis tertium habet locum, post Archiepiscopos, & Episcopos, subest juribus spolii, ac regia donativa, seu ut vocant, dandas exolvit.

Ex antiqua consuetudine Commendatarii pauperibus distribuere solent quolibet anno, salmata 18. frumenti, quod in panem redactum, die Veneris cujuslibet hebdomadę, & in festo Corporis Christi dispensatur; insuper, merum ad medii dolii summam.

Panormitanę Mansionis Ecclesia quotidie à Priore, & octo Capellanis Divinę psalmodię addictis, frequentatur, qui ex decreto Visitatoris Regii Philippi Jordi ter quotidie conveniunt in choro: Primo mane, ut Matutinum, & Primam decantent; Secundo, ut Tertiam exolvant, qua absoluta, Missa Conventualis cum cantu celebratur, exinde Sextæ, & Nonæ cantus sequitur. Tertio ad Vesperas, & Completorium persolvendum accedunt. Si quis a Choro defecerit in statutis horis, & officiis, deperdit ratam partem proventus, juxtà absentiæ rationem, more Ecclesiarum Collegiatarum, & pecuniæ summa missis celebrandis applicatur. Horum omnium, ut etiam inferiorum Ministrorum electio ad Commendatarium spectat. Memoratus Jordi statuit ann. 1604. ut Ædes Mansionis Capellani, & Sacristæ inhabitarent.

Ecclesia ab eodem Mongitore exactissimè describitur, ejusque memorabilia indicantur. Exurgit in una ex quatuor urbis Panormi partibus, non longe à porta Thermarum; ante eam area protenditur ampla, qua muris, qua domibus circumsepta, ad theatri speciem. Porta nunc Templo digna, magnificentia, & opificio satis conspicua, ab sæpius laudato *D. Casimiro Drago* noviter extructa, ingressum in atrium aperit, quod anno 1718. ab eodem eleganti pictura, ac strato e silice solo exornatum. Ante Templi fores Porticus quatuor innixa columnis, supra porticum murus imminet, sive Templi frons, eodem anno picturis, ac binis lapideis Statuis decorata

Tres in hac Templi facie portæ ingredientibus reserantur, major una in medio, aliæ duæ minores. Tota Templi moles in navem, ac duas alas distributa, titulum habet, ac tres absides, vulgo tribunas; unaquæque ala quatuor innititur columnis cinericei coloris, quarum altitudo palmorum 16. Basilicæ longitudo ad passus 9. extenditur; Titulus quatuor columnis rectè attollitur; suprema pars testudinata, ad orientem versa, duodecim columellis insignitur. In ea Ara maxima assurgit cum ciborio ad Divinam Eucharistiam asservandam, auro undique contecto, de quo ad annum 1689. in postica ejus parte odeum inspicitur, Divinæ Psalmodiæ dicatum.

Late-

Lateris dexteri absidem sacellum Divo Lucæ sacrum, quatuor columellis ornatum occupat; in eodemque latere tria numerantur Altaria SS. Trinitati, S. Michaeli, & S. Cæciliæ dicata. In abside sinistri lateris quatuor etiam columellis ornata, sacellum habetur S. Apolloniæ; sequuntur Altaria S. Stephano Mart. SS. Virgini de Rosario, & Domino nostro è Cruce pendenti sacra, ac sacellum Deiparæ Virgini Gratiarum ab Hyacintho Morello extructum ann.1650; denique altare Deiparę dicatum. Reliqua habes apud laudatum Mongitore, qui ex 16. Crucibus per Templi parietes distributis, arguit eamdem Ecclesiam jam ab antiquis temporibus consecratam.

Idem causas expendit, cur die solemni Corporis Christi supplicatio ab eadem nostra Ecclesia procedit, creditque ex conjecturis, id fuisse institutum, eo quia, antequam Panormi hujusmodi supplicatio institueretur, in nostræ Mansionis Ecclesia, eadem festivitas solemniter celebrabatur; hinc orta dissensione cum majori Ecclesia, decretum: Ut in illa quidem deinceps festum, sed per Archiepiscopum, aut Cathedralis Ecclesiæ Cantorem ab illo delegatum celebraretur, quod usque hodie servatur.

In Ecclesia Prior, octo Capellani, Diaconus, Subdiaconus, tres Cæremoniarum Magistri, duo Sacristæ, & Organicus inserviunt.

De Reliquiis in nostra Mansione asservatis.

Frustulum SS. Crucis Dom. Nostri Jesu Christi in theca argentea, Frustulum costæ S. Lucæ Evang. Mandibula S. Stephani Protom. cum quatuor dentibus molaribus. Os S. Rosaliæ Virg. Dens S. Apolloniæ Virg. & Mar. Ex ossibus SS. Vincentii, Severini, Innocentii, Clementis, Theophili, Donati, Fausti, Amantis, Fortunati, Felicis, Victoriæ, Faustinæ Mart. Olim asservabantur Reliquię *S. Barbaræ Virginis Mart. Simonis, & Judæ Apost. duo Vascula, ubi de Unguento S. Mariæ Magdalenæ; Frustulum lapidis, super quem B. M. V. sedit in Nazareth Civitate; Frustum lapidis, super quem fuit S. Joanni Baptistæ caput obtruncatum; Frustum ex columna, ubi Dominus ligatus*, ac alia SS. Martyrum, & Confessorum lipsana, quę perierunt.

Redditus unciæ 4444. Onera 1439. Remanent 3005. idest scutata 7512. circiter.

NOTITIA SEXTA
CAPELLANIÆ MAJORIS S. LUCIÆ DE MILATIO.

Qui Regio præest Sacello, Majoris Capellani titulo donatur. Regiam Panormi Capellam in Palatio sub Sancti Petri nomine ab Rogerio primo Rege constitutam constat circa annum 1132. Ab hoc igitur anno Majoris Capellani in hoc Siciliæ Regno ortus est repetendus. Consonant Joannis Lucæ Barberii verba in Capibrevio Ecclesiastico. *In prima fundatione*, S. Petri scilicet, *constituti sunt Magister, seu Capellanus Major, duæ dignitates Cantor, & Thesaurarius, duodecim Canonici &c.* Præcipua ejus munia fuere ab initio cura, & præeminentia super omnes Capellanos Regios, ac super illos, qui Regiis Castris præficiebantur, quorum singuli illius judicio subdebantur, ac jurisdictioni, atque ab eo Regii nominabantur. Hinc Regiæ Mensæ benedicendæ adstabat, Missas coram Rege celebrabat, ac Regiæ domus curam omnimodam spiritualem non secus, ac majores Capellani Regnorum Galliæ, Belgii, Hispaniæ, gerebat. Olim Siculus Capellanus Major nulli Ecclesiæ addictus; ab anno verò 1206. Oppidi S. Luciæ, ejusque Ecclesiæ Præpositus, propria Sede decoratur. Eorum, qui hac dignitate, ac munere inclaruerunt, nostri est instituti seriem hic texere, atque Historiam. At adeo incerta ad annum penè 1600. tricisque implexa ea est, ut explicari vix possit: illam nihilominus dabimus tum ex iis, quæ e Regiis libris nos ipsi exscripsimus, & Pirrus profert, tum notitiis potissimum innixi, quæ clarissimus D. Franciscus Barbara benignè nobis de hac sua Ecclesia communicavit, quibus concinnandis, colligendisque, eruditus D. Dominicus Ajello eidem Illustrissimo Abbati à Secretis insudavit.

Jam verò primus Capellanus Major, de quo apud nostros fit mentio, *F. Joannes de Nusco* se offert. Hic primus Abbas Monasterii S. Joannis de Eremitis Panormi, Regius Consiliarius, Familiaris, Capellanus Major, Pater, & Confessarius suus à Rogerio Rege constituitur anno 1148. ejusque successoribus eadem prærogativa conceditur in privilegio de anno eodem, mense Julio, Indict. 11.[a] *Imo potius volentes Abbatem ipsius Monasterii inter cæteros Prælatos Regni nostri æquali speciali dignitatis privilegio gaudere; eumdem, & omnes sibi succedentes canonicè in officio Abbatis, Consiliarios, & familiares nostros eligimus, statuentes, ut idem Abbas semper in omnibus Festivitatibus solemnibus, tamquam Præcipuus Capellanus noster, quem nobis Patrem ordinavimus & specialissimum Confessorem ad celebrandum Divina, in Capella supradicta Nostri Palatii Panormi Prælatis Regni nostri cæteris præponatur.*

Guillelmi quoque II. Siciliæ Regis tempore Majoris Capellani memoriam invenimus apud Petrum Blesensem, (ut notat Thomasin.)[b] qui eumdem arguit, quod permiserit eligi in Episcopum Agrigentinum N. Comitis Loritelli Fratrem, hujusmodi dignitate prorsus indignum. En Petri Epistolæ initium[c]; *Ad G. Capellanum Regis Siciliæ. Diu est, quod rumor insonuit, & publicè jam crebescit, quod Dom. tuus, Rex Siciliæ salutis suæ & paternæ traditionis oblitus, cum Comite Loritelli in ruinam, & desolationem Agrigentinæ Ecclesiæ conjuravit. Intendit Episcopare Fratrem Comitis, & ipsum, reclamante Capitulo, violenter intrudit. Tu verò*

1132

1148

1162

a Asseritur à Pirro l. 4. Cat. 2. n. 2.

b De Disc. Ecc. p. 1. l. 2. c. 112.

c Epist. 10.

Anno Christi

verò cum ſcias eum ſtatuam eſſe, & truncum inutilem, miror, quod non aſcendis ex adverſo, & te pro domo Iſrael opponis. Litera autem G. Epiſtolæ præfixa Gualterium Capellanum appellari indicat, & ita intellexit eruditiſſimus Caruſius [a]; noſter Pirrus eamdem recitat, ſed ad Ricardum Syracuſ. Epiſt. ſcriptam dicit ex errore, atque in annum 1169. rejicit [b].

At ſi verum id eſt, quod ex Capicio lib. 3. idem refert [c], Guillelmum Regni coronam 14. ætatis ſuæ, Domini 1166. ſuſcepiſſe, paulò ante Bleſenſis Epiſtolam ad Gualterium miſſam oportet; in ejuſdem enim Epiſtolæ decurſu de Guillelmo loquens, ait: *Doleo, quod inter primitias dominatus ſui, & inter initia unctionis Regiæ, hoc præſumit, virtus quidem conſecrationis ab hujuſmodi violentiis, eum utinam temperaſſet: magna enim eſt hujus efficacia Sacramenti &c.* Quæ verba ſatis indicant, factum de Epiſcopi intruſione, paulò poſt Regis ſolemnem inunctionem eveniſſe, atque Epiſtolam, paucis elapſis, Bleſenſem ad Gualterium Capellanum exaraſſe, circa annum ſcilicet 1167. Denique Gualterium hunc eumdem credimus, qui olim à Sacellis Henrici Regis Anglorum, ab eodem Henrico in Siciliam directus, ut Guillelmi Siciliæ Regis animum adhuc tenerum liberalibus artibus, & omni, quæ regalem deceret prolem, diſciplina imbueret, ac ſolicitè informaret, Decanatu primùm Agrigentino, Canonicatu S. Petri de Palatio decoratus eſt, dehinc Archidiaconus Cephalædenſis, Regiſque Conſiliarius, tandemque Archiepiſcopus Panormitanus anno 1169. fuit renunciatus.

1206 Ad annum 1206. nulla alterius Majoris Capellani in Regiis libris, ac Siculis Hiſtoricis mentio occurrit, ut obſervare licuit. Eo autem anno mortuo Stephano Pactenſi, ac Liparenſi ſimul Epiſcopo, Sede Vacante, Fridericus Rex, & Imperator Gregorio Muſtaccio Majori ſuo Capellano Caſale S. Luciæ de Milatio juris Eccleſiæ Pactenſis conceſſit, ut habet Pirrus [d] ex lib. Mon.

Ad ea ſiquidem tempora nulla Majori Capellano Eccleſia propria fuerat aſſignata, nulli certi proventus, ſed id muneris nunc uni, nunc alteri ex Siculis Epiſcopis, viriſque Eccleſiaſticis ex Regia elargitione cedebat. Cum porro pro ſuis deliciis idem Fridericus oppidum tunc præfatum S. Luciæ elegiſſet, illius jura, ejuſque Eccleſiarum adminiſtrationem Regalis Curiæ Magiſtro Capellano contulit. Igitur

I. *Gregorius Muſtaccio* primus ex Regis conceſſione S. Luciæ Eccleſiam cum omnibus juribus decimarum, aliiſque proventibus ſuam fecit [e]. Anno 1228. Jacobus Pactenſis Oppidum, atque Eccleſiam eamdem S. Luciæ ſibi revendicare tentabat, ſed inita tranſactione, cum Gregorio ejuſdem Rectore, ab eo duo millia tarenorum exegit, ut ex lib. Reg. Monarchiæ refert Pirrus ibidem. Sed hujuſmodi tranſactionis tabulas in injuriam ſuæ Eccleſiæ conſcriptas à Jacobo Epiſcopo, contendebat Philippus, & ipſe Pactenſis Epiſcopus, Jacobi ſucceſſor; quare

1248 anno 1248. Imperatorem adiit, qui loco Oppidi S. Luciæ, aliud Sinagræ cum juribus ſuis, & partem nemorum Ficaræ dedit. Itaque ne dum Gregorio aſſignatur S. Luciæ Oppidum cum omnibus juribus, pertinentiis, & juſtitiis ſuis, ſed cum per aliquot menſes poſſeſſione Oppidi, ejuſque jurium, fuerit ab Epiſcopo ſpoliatus, quidquid de vino, ordeo, tritico, leguminibus, lino, & animalibus ſibi Epiſcopus comparaverat, eſt aſſecutus; examinatis proin damnis Pactenſis Eccleſiæ, juſſu Regis, atque ad ſe informandum ſuper præmiſſis ad idem Oppidum S. Luciæ directo N. Notario Civit. Mylarum a Prorege, Terra Sinagræ, ut diximus, cum juribus, & pertinentiis ſuis in commutationem Epiſcopo ceſſit.

Extant literæ Proregis cum reſponſalibus, & aliis inde ſecutis favore Epiſcopi Pactenſis in Arca magna Epiſcopatus Pactenſis. Habes etiam apud Pirrum tranſactionis Tabulas ex integro exſcriptas in Not. Eccleſiæ ejuſdem Pactenſis [f]. At id in his tabulis nos diù hærentes tenuit: Gregorium ſcilicet Muſtaccio nullibi dici Majorem Capellanum; in ſchedis verò ſcripturarum, quas ad nos ex magna benignitate tranſmiſit Illuſt. & Rev. D. Franciſcus Barbara, jam ſupra laudatus, idem Gregorius Major Capellanus cum aſſignatione Oppidi S. Luciæ, ejuſque jurium, & decimarum, pro ut Pactenſes Epiſcopi illis fruebantur, claris verbis dicitur, ac pluries repetitur, quibus proinde ſit fides.

At nec ex eo, quod propria Eccleſia Magiſtris Capellanis ab Regibus attributa, cura ac omnimoda juriſdictio in S. Petri de Palatio Regio Sacello iis adempta eſt, ut ex decurſu hiſtoriæ ſuis locis videbimus. Jam ſecundus de quo ſit mentio poſt Gregorium, ſe offert

II. *Bartholomæus Antiochenus* Regii ſanguinis conjunctione clariſſimus. Hic Conradi de Capycio, ſeu Caputo Friderici Imperatoris nepotis filius, Antiochenus ab Avo Friderico Imperatoris filio, qui de Antiochia appellabatur, dictus, ſub Friderico II. Siciliæ Rege Majorem Capellanum egit. Quo nomine beneficia Capellæ S. Petri de Palatio inſtituit, ac litem inter Guarinum de Renda Canon. & Raynerum Clericum ejuſdem Regiæ Capellæ diremit, ut Pirrus eſt auctor [g]. Epiſcopus dehinc Syracuſanus renunciatus, electioni non acquievit, tandemque ad Archiepiſcopalem Panormi ſedem an. 1305. aſſumptus, eam laudabiliter ad annum 1311. tenuit. 1305 1311

III. *Damianus de Palitia* ejuſdem Friderici, & Petri filii Major Capellanus, nobiliſſimæ proſapiæ ſplendorem moribus, ac virtute illuſtravit. Is V. J. D. Regi admodum carus, Orator ad Pontificem Bonifacium anno 1302. cum Cataldo Ruffo, & Friderico de Inciſa pro pace componenda miſſus, optimè de eodem Friderico, ac Regno univerſo meruit [h].

Anno 1322. cum vellet viſitare Regiam S. Petri Capellam, eum tamquam Magiſtrum Capellanum admittere recuſabant Canonici, tandemque conventum eſt, ut tamquam à Rege deputatus admitteretur: ſic habet Pirrus ex actis Rogerii Calatabuto die 12. Maji 5. Indict. *Quia de voluntate, & mandato Regis Domini noſtri* Fride-

[a] Tom. 1. Bibl. Sic. hiſt. f. 49.
[b] Lib. 3. Not.
[c] Pir. Chron. Reg. Sicil. 1166
[d] Not. Eccl. Pact. et 1. Monaſt.
[e] Ex Tabul. Ecc. S. Luciæ Milat. 1228
[f] Lib. 1.
[g] Not. Ecc. Panor. ex Tab. Reg. Capellæ.
[h] Ph. Chron. Reg. Sicil. 1322

Anno Christi

1322 *Friderici, cui subest eadem Capella, procedit Visitatio, seu Inquisitio Cantoris, & Canonicorum dictæ Capellæ* [a].

a Not. S. Petri de Palatio Pirr.

IV. *Petrus de Pernis*, Theutonicus appellatus, Ordinis Minorum, Major Capellanus à

1340 Ludovico Rege electus; vir fuit, teste Pirro [b] literarum peritia, & virtutum exemplis præclarus. A Pontifice Clemente VI. Pactensis Episcopus, ex præsentatione Regia creatus anno 1346. in ea Ecclesia aliquandiù vixit.

b Not. Eccl. Pacten.

1344 V. *Orlando Brunello* Messanensi Civi collatam Majoris Capellani dignitatem scribit Pirrus [c] una cum Regiæ Capellæ Cantoria. Fuit Orlandus Petri Episcopi olim Pactensis Vicarius, gessitque Majoris Capellaniæ munus sub Ludovico, & Friderico III. Regibus, mortuus an.

c Not. Reg. Capel.

1355 1355. successorem accepit

VI. *Franciscum de Luca* Ordinis S. Augustini, S. T. Magistrum, qui Canonicatum S. Petri de Palatio ob mortem Orlandi vacantem, Antonio de Guerreriis contulit, ut ex lib. Proton. eruit Pirrus [d].

d Ibidem.

VII. *Dionysius de Murcia* S. T. D. Ordinis

1360 etiam S. Augustini, scientiarum peritia clarus, atque in Parisiensi Academia emeritus Theologiæ interpres, Magister Capellanus Regius, ac demum Messanensis Archiepiscopus, quo in munere se plurimum probavit, Regemque Fridericum variis legationibus juvit. De eo præclara noster Pirrus. Scripsit in libros Sentent. Commentaria, & plura alia edidit, ut Thomas Gratianus est testis de script. Ord. S. Augustini.

VIII. *Philippus de Castro Joanne* Magistri Ca-

1363 pellani munus, anno 1363. gerebat, cui Fridericus Rex commisit, ut Cler. Joannotium de Ripa in Abbatem S. Philippi de S. Lucia ab se electum, in Abbatiæ ejusdem possessionem immitteret [e]. Fuit Philippus Ordinis Minorum S. T. M.

e Lib. 3. n. 2.

IX. *Ubertinus de Corleone* Siculus, Ordinis & ipse Minorum S. T. M. inter Majores Regios Capellanos forte enumerandus venit. Hunc in rebus gerendis dexteritate præditum, ad firmandas fœderis pactiones cum Joanna Regina Neapolis, à Friderico Rege missum legimus, quem idem Rex anno 1372. summum Regis

1372 Neapolis Sacellanum, Episcopum Cartocensem Nuncium, & Capellanum suum appellat. Fuit idem Pactensis Episcopus, ut Pirrus habet [f].

f Pir. lib. 4. Not. 20.

X. *Philippus Crispus* Messanensis Civis, nobilitate generis illustris, virtute illustrior, S. T. Doctor, Regius Major Capellanus, mox Episcopus Squillacensis, tandemque suæ Patriæ

1392 Archiepiscopus, anno 1392. in sua Ecclesia gubernanda plurimum se commendavit, mortuus anno 1402. [g]

g Not. Eccl. Pacten.

Per hæc tempora D. Thomam Bellacera Abbatem S. Joannis de Eremitis, Sacri Palatii Urbis Panormi Majorem Capellanum egisse, scribit Pirrus [h].

h Pirr. not. Eccl. Mes.

Idem, Bernardum de Figuera Cantorem Regiæ ejusdem Capellæ, Capellanum quoque Majorem anno circiter 1392. appellat in notitia ejusdem S. Petri, sed vel id munus ad tempus gessit Bernardus, vel Capellanus tantum Regius fuit; ut penè omnes alii Cantores consue-

A verunt appellari. Anno enim 1402. invenio Majorem Regni Capellanum [i]

Anno Christi

XI. *Philippum de Ferrario* Siculum Calatanixectensem Ordinis Carmelitarum S. T. Magistrum, eximium Verbi Dei Ecclesiasten, multis denique virtutum meritis ornatum Pactensem Episcopum ab an. 1401. à Martino Rege electum ob mortem Messanensis Archiepiscopi, ex literis Catanæ 12. Januarii. 1402

i Not. 2. l. 4. pag. 1.

Sub hoc tempore, scribit Pirrus, Regia Capella sub Magistri Capellani, ejusque Locum-

B tenentis jurisdictione regebatur, ut ex literis Martini I. Siciliæ Regis eruit sub dat. Catanæ 1406. die 2. Julii 14. Indict. quas integras tradit in Not. S. Petri de Palatio fol. 13. 1406

Jam verò idem Martinus Rex sequenti anno favore Presbyterorum, in Ecclesia S. Luciæ de Milatio inservientium has dedit literas [k]. *Martinus Dei gratia Rex Aragonum, & Martinus eadem gratia Rex Siciliæ &c. Capitaneo, & Juratis Terræ S. Luciæ in plano Milatii præsentibus, & futuris fidelibus nostris gratiam nostram,*

k Lib. Prot. ann. 1402 fol. 171. & Can. 1401 fol. 136. & Mon. fol. 421.

C *& bonam voluntatem. Licet ad supplicationem nonnullorum fidelium nostrorum illas uncias auri vigintiquinque, quas universitas dictæ Terræ ratione, & causa Gabellæ Bajulationis, annis singulis, sub certa forma dare tenetur, ipsis fidelibus nostris interdum concedimus, & elargimur; volumus tamen, & sic nostræ intentionis propositum fuit, & est, quod concessio hujusmodi, præservatis alienis juribus, intelligatur, decernentes propterea, Clerum, seu Presbyteros Ecclesiæ dictæ S. Luciæ ejusdem Terræ uncias auri tres de summa ipsarum unciarum 25. Gabellæ prædictæ ex anti-*

D *qua consuetudine, & observantia debere annuatim consequi, & habere; fidelitati vestræ præcipimus, & mandamus firmiter, & expresse, quatenus consuetudinem, & observantiam ipsam sine diminutione qualibet observantes, si forte requisiti per dictos Presbyteros, aut aliquem ipsorum nomine, & pro parte eorum, vel eorum Nuncium; Eusebius Tiruni dictus Italianus, qui ex nostra concessione dictas uncias 25. habet, & percipit, de præsenti, & alii quicumque fuerint perceptores,*

E *& possessores dictarum unciarum 25. vigore nostrarum concessionum, sub quavis verborum forma factarum; ad tradendum, & assignandum eisdem Presbyteris quolibet anno prædictas uncias tres extenuandas ex summa 25. unciarum. Quod si contra formam præsentis nostræ provisionis præfatis Presbyteris neglexerint, (quod non credimus) assignare, eo casu ad requisitionem eorumdem præscriptas uncias tres, inde, ut præmittitur, extenuandas ipsis Presbyteris, vel eorum Nuncio præsentes literas nostras ostendentibus, vobis sci-*

F *licet præsentatas Capitaneis, & Juratis, ratam ipsarum unciarum trium pro anno præsenti 15. Indict. a die dat. præsentium in antea totas, & integras uncias tres prædictas deducendas ab ipsa summa unciarum 25. quolibet anno, nulla alia exequutoria, seu mandato nostro ullatenus, expectato &c. Datum in Terra Milatii die 12. Aprilis 15. Indict. sub anno Incarn. Dominicæ 1407.* 1407

Cum anno 1412. noster Philippus cum Ubertino Archipræsule Panormitano, apud Regiam Curiam totius Regni nomine legatione funge- 1412

Anno Christi 1412

fungerentur, munus Capellani Majoris extorsit Thomas Chrysaphius Messanensis Archiepiscopus. Hinc Ferdinandus Rex rei veritate cognita, ex literis datis Cæsaraugustæ die 13. Maji anno 1414. scripsit[a].

a Ex Pirro Not. Past. Ecc. lib. 3.

1414

Per Venerabilem in Christo Patrem Oratorem, & Consiliarium nostrum dilectum Episcopum Pactensem, fuit Majestati nostræ nuper humiliter supplicatum, atque expositione narratum: ipso tenente, & possidente pacifice, & quietè ab annis duodecim circa, vigore regiæ provisionis Illust. Principis Dom. Regis Siciliæ Martini Nostri Consobrini celebris memoriæ, officium Magistri Capellanatus Regni Siciliæ, ad vitæ ipsius exponentis cursum, facta pridie nobis instantia pro parte Rev. in Christo Patris Archiepiscopi Messanensis, qualiter dictum officium Magistri Capellani jam vacabat, nulla facta mentione de possessione, & titulo exponentis ejusdem, Archiepiscopus tacita veritate, nostri Rescripti provisionem obtinuit à nostra Majestate, non sine gravi præjudicio juris ipsius Episcopi, & possessoris ejusdem; ideo pro supplicante prædicto declaramus, ac vobis dicimus, quod nostræ intentionis numquam fuit de dicto officio alicui providere, cum juris alieni præjudicio, &c. Noster Philippus eodem anno ad Agrigentinam Ecclesiam translatus est, & postmodum Cubicularii Pontificii, & Regii Consiliarii munere est decoratus, tandemque ad aliam Cathedram evectus, an. 1432. Cæterum Majoris Capellani titulo anno 1416. donatur Thomas Archiepiscopus, ut[b] Pirrus est testis, à Joanne Infante Siciliæ Prorege; merito hinc locum illi inter eosdem assignamus.

1432

b Lib. 3. n. 2.

XII. *Thomas de Chrysaphi* Nobilis Messanensis, Ordinis Minorum, in Siciliæ Regno Minister Provincialis, Archiepiscopus suæ Civitatis renunciatus, non nisi anno 1408. consecratur. Fuit etiam Archimandrita, eidemque renunciavit ad Præsulatum assumptus, Capellani Majoris munere claruit an. 1416. De eo multa Pirrus ibidem in Mess. notit. Vixit ad ann. 1426.

XIII. *Joannes de Stefano* Ordinis Cisterciensis, Abbas S. Mariæ de Altofonte, seu de Parco, & simul Regius Magister Capellanus ann. 1424. ut habent Schedæ Tab. S. Luciæ[c]. Ex hoc tempore Majores Capellani Abbatis titulo sunt donati, ut etiam hodie appellantur.

1424

c Tab. Eccl. S. Luciæ.

Anno 1435. Guillelmus Vitalis Cantor Regiæ Capellæ in Bulla Pontificia Eugenii IV. à Pirro relata[d] Capellanus Major Regius nuncupatur. At forte per hæc tempora

1435

d Not. S. Petri de Palatio.

XIV. *Jacobus Portius* Messanensis, genere nobili exortus, ex Baronibus Protonotarii, Regis Alphonsi Majorem Capellanum agebat, ut habet idem Pirrus[e] anno circiter 1435. qui mox ad sedem Episcopalem Pactensem assumptus, eam ad annum 1449. cum laude administravit, factusque Archiepiscopus Messanensis, antequam Bullæ expedirentur, migravit è vita anno 1450.

e Not. Eccl. Past.

1449

XV. *Jacobus Gallarat* Beneficialis S. Luciæ de Milatio à Pirro appellatur; an vero Majoris Capellani munus gesserit, nos latet. Fuit idem Cantor S. Petri de Palatio, S. Mariæ de Ammirato, ac denique S. Mariæ de Terrana Abbas, anno 1455.[f]

Anno Christi 1455

f Ibidem.

XVI. *Alemannus de Sicar* Cantoriam S. Petri, cum beneficio, seu Canonicatu S. Luciæ de Milatio commutavit anno 1450. si Pirro credimus ibidem.

1450

XVII. *Puccius de Palitio* Civis nobilissimus, & Canonicus Messanensis una cum Abbatia S. Philippi, S. Luciæ etiam beneficium, & Majoris Capellani munus ab Alphonso Rege exoravit anno 1452[g]. Hic à collectis super Ecclesiasticis personis impositis, ab eodem Rege declaratur immunis. En Diploma:

1452

g Pir. not. 30. lib. 4. p. 80.

Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Pharum &c. Reverendo in Christo Patri Archiepiscopo Messanensi, ejusque Vicario, & aliis Ecclesiasticis personis, ad quas præsentes contigerit pervenire, gratiam nostram, & bonam voluntatem. Extitit noviter nostræ Majestati expositum pro parte Venerabilis dilecti nostri Magistri Capellani Messanensis, & Beneficialis S. Luciæ, & S. Philippi de Plano Milatii, quod licet beneficia dictarum Ecclesiarum fuerint, & sint nostri juris Patronatus, & numquam consueverint exolvere quidquam pro collectis, & domandis in ipso Regno super Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis impositis, neque ad illud exolvendum umquam adstricti fuerint, & sint exempti à foro, & jurisdictione vestri Archiepiscopatus, & submissi dicto Magistro Capellano; Vos autem eos compulistis ad solvendum dictas collectas, & submisistis dictæ jurisdictioni vestræ, & quod pejus est, denegastis Ecclesiæ prædictæ S. Luciæ dare sacrum Chrisma, & alios sacros Ordines, pro ut Prædecessores hactenus consueverunt, de quo, si sic est, non parum admirati sumus, quapropter fuit pro parte Magnifici Magistri Capellani humiliter supplicatum, ut dignaremur super prædictis debitè providere, attento quod nostra interest, Ecclesias præsertim juris Patronatus ab illicitis petitionibus præservare. Nos dictis supplicationibus inclinati, Vos attente requirimus, & hortamur sub pœna ducatorum mille, quatenus dictos Capellanos Beneficiales dictarum Ecclesiarum præter solitum, & consuetum morem ad exactionem dictarum collectarum minime molestetis, neque jurisdictioni vestræ illos submittatis; imo eos jurisdictioni dicti Magistri Capellani remittatis, & quoties casus acciderit, vel alias, dictum Chrisma, aliosque sacros Ordines suis temporibus tribuatis, & conferatis, pro ut, & quemadmodum prædecessores vestri consueverunt; nullum in præmissis prædictis Beneficialibus molestiam, injuriam, & novitatem inferendo, seu inferri permittendo, quantum gratiam nostram caram habetis, & pœnam prædictam capitis non subire. Datum Puteolis die 9. Mensis Mart. 15. Indict. anno 1452. An. nostri Regni &c.[h]

h Ex Capibr. Luc. Barb. apud Canc.

Idem Puccius anno 1455. Jacobum Gallarat supra laudatum in possessionem Cantoriæ Regiæ Capellæ Panormitanæ immisit, de Regis Alphonsi voluntate ex literis in Castello novo Neapolis die 17. Octobris Indict. 4. ut apud Pirrum observare licet[i]. Post Puccium an. 1456.

1455

i Not. Reg. Capell.

XVIII. *Jacobo de Bonanno* Siculo, prosapiæ nobilissimæ, ab eodem Rege defertur S. Luciæ Beneficium, & Majoris Capellani munus, ut ex li-

1456

Anno Christi

1457 ex libris Cancell. refert Lucas Barberius [a]. A

Anno 1457, & sequenti Jacobum Gagliardum, & Gabrielem Enguerra S. Petri de Palatio Cantores, S. Luciæ de Castro Diœcesis Messanensis Abbates, & Beneficiales invenio. At cum longe diversum id beneficium à nostro crederem; dicitur enim in literis Regis Joannis de an. 1458. à Pirro allatis [b], *esse de Beneficiis annexis Cantoriæ*, nostrum quoque in Diœcesi Pactensi potius positum, quam in Messanensi, esset dicendum; adeoque merito eos è numero majorum Capellanorum excludere vellem; incidi in quoddam Diploma [c] ejusdem Joannis Regis, in schedis superius laudatis summatim exscriptum, cujus hæc verba: *Tenore præsentis de nostra certa scientia Beneficium Regium, quod intitulatur Major Capellanus Regis in Regno nostro Siciliæ cum annexis S. Luciæ de Castro Diœcesis Messanensis ejusdem Regni, de cujus S. Luciæ Abbatia vobis de præsenti, & infrascripta providimus.* Regiæ hujusmodi literæ, favore Gabrielis Enguerra electi Magistri Capellani exaratæ, diriguntur Archiepiscopo Messanensi, ut electum Canonicè institutum in possessionem Abbatiæ inducat; de eo enim tempore sic moris erat. Igitur

XIX. *Jacobus Gagliardi* Magister Capellanus Beneficialis S. Luciæ & Cantor S. Petri de Palatio anno 1457. Post quem

1457

XX. *Gabriel Enguerna* S. T. D. Cantoris S. Petri dignitate, Abbatia S. Luciæ, ac munere Regii Majoris Capellani donatur an. 1458. De eo noster Pirrus ibidem. Præfuit Capellæ Regiæ Panormi ad annum 1467.

1467

XXI. *Angelus Stayti* Messanensis Patria, familiæ illustrissimæ, Jacobi electi Archiepiscopi ejusdem urbis Vicarius anno 1474. Magister Capellanus, & S. Luciæ Abbas, quo agente die 21. Januarii 1479. hanc edidit provisionem Comes de Cardona Siciliæ Prorex, ad Magnif. Straticotum urbis Messanæ [d]. *Nuper ex parte Venerab. Oratoris, & Consiliarii Regii Angeli de Stayti, Magistri Capellani hujus Regni Siciliæ, fuit nobis graviter expositum, quod, cum ipse, nomine Regiæ Capellaniæ, habeat sibi in spiritualibus subjectam Terram S. Luciæ de Plana Milatii de eodem districtu, una cum Presbyteris, & Clericis Regiis Capellanis sibi subjectis, & obtineat ibi Jurisdictionem Episcopalem, pro ut Prædecessores sui, Regii Magistri Capellani, à tempore, cujus memoria hominum in contrarium non existit, semper pacificè possederunt, &c.*

1474

1479

Anno eodem 1479. Fridericum de Vitali Panormitanum, Magistrum Capellanum Regni cum annexione S. Luciç de Milatio constitutum refert Pirrus [e] à Ferdinando Rege, cui proinde Canonici S. Petri de Palatio immediatè subjecti declarantur, ejusque dispositioni, ac regimini committuntur sub die 14. Julii datis Cæsaraugustæ literis Ind. 12. anno enunciato. At hæc cum iis, quæ jam attulimus, minimè cohærent, maximè quod Angelum Stayti eadem Majoris Capellani dignitate effulsisse an. 1487. ex quadam Provisione in lib. Secret. Stephani Marci constat [f], ac non multo post mortem oppetiisse.

[a] In Capib. Eccl. ex Reg. Canc. eo an. fol. 304.

[b] Not. Reg. Capell.

[c] Ex Tabul. S. Luc. de Milatio.

[d] Ex Tabul. Ecclesiæ S. Luciæ.

[e] Not. 1. Petri fol. 16. & Tabul. ejusdem Reg. Cancell.

[f] Apud Capib. Eccl. Barb.

Anno Christi 1479

Forte igitur Fridericus munus à Rege per fraudem extorsit, à quo mox fuit deturbatus; vel certè illum cum Angelo noster Pirrus confundit.

XXII. *Leonardus de Alibertis* ob mortem Angeli à Gaspare de Spe Prorege Magister Capellanus, & S. Luciæ Abbas, seu Beneficialis renunciatur, ex literis datis Suteræ die 9. Octobris 2. Ind. 1483. [g]

1483

XXIII. *Joannes Martinus de Vitali* Panormi exortus, Friderici nepos, Archidiaconatu Metropolitanæ Ecclesiæ ejusdem urbis decoratus ac S. Petri de Palatio Cantoria, ab eodem Gaspare de Spe Prorege S. Luciæ de Milatio fit Abbas, ad Regium tamen beneplacitum, anno 1484. [h] B

1484

XXIV. *Dalmatio de Tolosa* Messanensi Canonico V. J. D. Capellania Major, & S. Luciæ Ecclesia defertur, una cum Beneficio S. Mariæ Castri ad Mare Messanæ de jure Patronatus anno 1485. De eo Pirrus, cujus lacrymabilem, atque infelicem exitum describit [i].

XXV. *Alphonsus de Aragonia* filius nothus Regis Ferdinandi, Abbas S. Luciæ, Cantor Regiæ Capellæ, omniumque Beneficiorum de jure Patronatus Regis ferè possessor, Archiepiscopus Cæsaraugustanus, multisque aliis muneribus clarus, anno 1497. ejusdem Ferdinandi Regis, ac Patris sui munificentia, omnia Ecclesię S. Lucię privilegia, gratias & libertates atque indulta firma, ac rata obtinuit hoc speciali Diplomate [k]. *Ferdinandus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, utriusque Siciliæ, Valentiæ, Sardiniæ, Majorcarum, Jerusalem, &c. Sincera devotio, & affectus fervidus, quem gerimus erga Beatam Virginem, & Martyrem S. Luciam, nos persuadent, ut gratia infrascripta vos dilectos Capellanos nostros, & Clericos totius Cleri, vulgariter dictæ Regiæ Capellæ S. Luciæ di li Regni nostri Siciliæ prosequamur: funduntur enim assiduè in dicta Regia Capella orationes Spirituales, & Missarum solemnia celebrantur pro salute, & prosperitate nostra, & Domus Regiæ nostræ; quapropter humillimis supplicationibus Majestati nostræ pro parte vestri dictorum Capellanorum, & Clericorum totius Cleri dictæ Capellæ, & Terræ S. Luciæ propterea porrectis, inclinati; nec minus volentes Prædecessorum nostrorum Regum Aragonum, & Siciliæ, Divi Recordii, vestigia in bonis operibus insequi, tenore præsentis scienter, deliberatè, & consultò omnia, & quævis privilegia, libertates, immunitates, & indulta per eosdem Serenissimos Reges Prædecessores nostros, & quemlibet eorum, ac per nos vobis, & dictæ Capellæ S. Luciæ quomodolibet concessas, & concessa, quarum, & quorumcumque tenores præsentibus pro insertis, & repetitis penitus haberi volumus, proinde; ac si de verbo ad verbum, præsentibus insererentur, laudamus, approbamus, & ratificamus, nostraque laudationis, approbationis, & ratificationis hujusmodi munimine, seu præsidio roboramus, & validamus, & pro ut iisdem privilegiis, libertatibus, immunitatibus, & concessionibus melius, & plenius hactenus usi fuistis, & estis, seu Capella ipsa Sanctæ Luciæ usa fuit, & est. Illustrissimo propterea Joanni Principi* C D E F

1494

Asturia-

[g] Ibidem in Cap. Eccl.

[h] Pirr. not. 6. Petri de Palatio.

[i] Not. Eccl. Messan.

[k] Ex Capib. Eccl. Lucæ Barberii.

Anno Christi 1497
Asturiarum, & Gerundæ filio primogenito, & Gu-
bernatori nostro carissimo, & in omnibus Regnis, &
Terris nostris post longævos, & felices dies nostros,
legitimo hæredi, & successori mentem nostram ape-
rientes, sub Paternæ benedictionis obtentu dicimus,
spectabilibus quoque, nobilibus, magnificis, dile-
ctis Consiliariis, & fidelibus nostris in dicto Regno
nostro Siciliæ, Vice Rege, Magistro Justitiario,
ejusdem in officio locumtenenti, Judicibus M. R.
C. Magistris Rationalibus, Thesaurario, & Con-
servatori Regii Patrimonii, Fiscique nostri Pa-
trono; nec non Magistro Portulano, Magistro
Secreto, Portulanotis, & etiam Capitaneo, Ju-
ratis, & probis Hominibus dictæ Terræ, cæteris-
que universis, singulis officialibus, & subditis no-
stris, &c. præsentibus, & futuris dicimus, & præ-
cipimus, & jubemus, sub incursu nostræ indigna-
tionis, & iræ, pœnaque unciarum millium, a se-
cus agentibus exigendarum, & nostris inferenda-
rumærariis, ut nostram hujusmodi ratificationem
approbationem, & confirmationem, omniaque &
singula in præsenti charta contenta, vobis ejusdem
Capellanis, & Clericis Capellæ Terræ S. Luciæ
præsentibus, & futuris teneant, & efficaciter ob-
servent, tenerique, & observari faciant invio-
labiliter, ut non contrafiant, vel veniant, aut
aliquem contrafacere, vel venire patiantur ra-
tione aliqua, seu causa, pro quanto Illustriss. Prin-
ceps filius noster carissimus nobis complacere, &
obedire; cæteri verò præterire, & indignationis
nostræ incursum per appositam pœnam cupiunt,
evitare; &c. In cujus rei &c. Datum in Civitate
Burgensi die 12. Mensis Januarii 15. Indict. anno
à Nativitate Domini 1497. *Regnorumque no-*
strorum scilicet Siciliæ anno 3. Castellæ & Legio-
nis anno 24. Aragonum verò, & aliorum anno
a Ibidem Capibrev. *19. Granatæ autem anno 9. &c.*[a] *Ex Capibrevio,*
ubi in annorum Regni Siciliæ notas error irre-
psit, corrigendus, ut exscripsimus. Alphon-
so de Aragonia renunciante

XXVI. *Jacobus Conchilles* Hispanus, Epi-
scopus Granatensis, & Oppidanus in Calabria
1505 anno 1505. Abbas Sanctæ Luciæ, & Major Ca-
b Lib. 3. Not. pellanus, ex Pirro not. Catan.[b]. Sed per hæc
ipsa tempora Joannem Michaelem de Majo, Ca-
pellaniam, & S. Luciæ de Milatio; ac S. Sal-
vatoris de Placa Abbatias obtinuisse scribit
c Lib. 4. not. 1. & 2. par. 1. idem Pirrus[c], ab anno scilicet 1500. Verùm
ego crederem, nonnisi post Jacobi assumptio-
nem ad Catanensis Ecclesiæ cathedram Joan-
nem Michaelem huic nostræ S. Luciæ præposi-
tum, ex eo vel maxime, quod an. 1500. in
ætate annorum sexdecim Joannes ipse consti-
tutus, Majoris Capellani munus haud exe-
qui potuit. Igitur

XXVII. *Joannes Michael de Majo* Barchi-
nonensis, Joannis Regii Consiliarii filius ab
ann. 1500. ut diximus Abbatia S. Philippi, & S.
Salvatoris de Placa cohonestatus, ex literis
Proregis Panormi die 14. Januarii Indict. 3. cum
1508 dispensatione quo ad ætatem; circa ann. 1508.
hanc S. Luciæ, ac Majorem simul Capellaniam
tenuit, suaque jura strenuè tutatus est.

XXVIII. *Didacus Herrera* Cæsaraugusta-
nus V. J. D. Reginæ Germanæ Ferdinandi II.
Uxoris, Sacrista Major, dehinc ob Joannis Mi-
chaelis Prædecessoris renunciationem, Abbas
S. Philippi de Plano Milatii anno 1510. tan- Anno Christi 1510
dem Regni Major Capellanus, & S. Luciæ, ac
S. Mariæ de Gala Basiliensis Ordinis Abbas
eligitur. De eo idem Pirrus[d]. d Not. 16. & 21. l. 4. p. 1.

XXIX. *Joannes Riccius* Decanus, Canoni-
cus, & Patricius Messanensis, Apostolicus
quoque Protonotarius, Abbatia S. Luciæ, &
Capellania majori insignitur. Inde Archiman-
drita ex literis Clementis VI. anno 1523. con- 1523
stituitur, ac denique Regius, & Apostolicus
Ecclesiarum juris Regii Patronatus Commissa-
rius pro fabricis destinatur anno 1524. Post 1524
multa præclara gesta, quæ Pirrus enarrat[e], ex- e Lib. 4. not.
cessit è vita die 20. Augusti 1530. 1530

XXX. *Hieronymus Zaffarana* Messanensis,
Monachus Casinas, & ipse nobili genere ortus,
Abbas S. Luciæ, & Capellanus Major, atque ex
cessione Clementis de Mayo Abbas etiam S. Sal-
vatoris de Placa fuit. Hunc eumdem credimus,
qui S. Placidi de Colonero Monasterii anno
1509. Abbatem egit sub Casinensi Congregatio-
ne, de quo Pirrus lib. 4. Anno 1535. cum e Tu- 1535
netana expeditione, victoriis auctus, Augu-
stissimus Carolus V. in Siciliam appulisset, no-
ster Hieronymus sui officii, Majoris scilicet Ca-
pellani munia omnia coram eodem Serenissimo
Imperatore obivit, Missas celebrando, Regias-
que dapes benedicendo[f]. Obiit jam senex anno f Ex Tabul. Eccles. S. Luciæ.
1576. post quem 1576

XXXI. *Petrus Butiron* de Manriquez Hi-
spanus S. T. D. ex literis Regiis datis in S. Lau-
rentio 16. Septemb. 5. Indict. 1576. Panormi
exscriptis mense Januarii 1577. Major Capella- 1577
nus, Abbas S. Luciæ, & S. Mariæ de Roccadia Ci-
stercienis Ordinis simul renunciatur, Visita-
tor Ecclesiarum Regii Juris Patronatus in Val-
le Neti etiam adlectus, plurimas salutares san-
ctiones, ubique constituit[g]. Eo Abbate Eccle- g Ex Act. visit. in Tab. Conserv.
sia S. Luciæ visitatur à Francisco de Puteo an-
no 1580, *qui Magistrum Capellanum teneri ad* 1580
residentiam in propria Ecclesia, in qua exercet
tamquam Prælatus Ordinarius, quasi Episcopa-
lem jurisdictionem, sicut quilibet alius Episcopus
in sua Diœcesi, declaravit[h]. h Ex Act. Visitat. S. Luciæ, in Tab. Conf.

XXXII. *Hieronymus Riggio* Panormitanus,
nobilitate generis illustris, virtute, ac morum
præstantia, literisque cum sacris, tum profa-
nis illustrior, à doctrinæ Theologicæ maxima
profunditate commendatus, cui juris pruden-
tiæ, atque omnigenæ eruditionis cognitionem
addidit, S. T. ac Juris utriusque laurea ideo
insignitus; in Hispania Philippi II. Regis Ca-
pellanum egit, à quo Agrigentinæ Ecclesiæ
Archidiaconatum anno 1574. obtinuit; inde
ad nostram S. Luciæ, & Capellaniam Regni
majorem evectus, in Patriam rediit, ubi ab o-
mnibus, dignis laudibus exceptus est. Hic cum
ad residentiam juxta Regii Visitatoris præscri- 1585
ptum cogeretur, postulabat sibi correspondeni
de decimis, eo modo quo olim Pactensis Episco-
pus illis fruebatur. Edidit saluberrimas nihil-
ominus constitutiones pro bono suæ Ecclesiæ
regimine, quæ in Tabulario S. Luciæ asservan-
tur[i]. Idem ex more antiquo sibi deberi Magi- i Tab. Eccl. ex n. Mon.
stri Capellani munus in Regia S. Petri Capella

Anno Christi

contendens, apud Illustrissimum Comitem de Alba Proregem institit, ut ei daretur ejusdem muneris possessio; obtinuitque rescriptum in supplici libello, *Præsente sus Recados*. Præsentatis igitur Bullis Pontificiis, ac literis Regiis in possessionem immittitur, ac tamquam Judex ordinarius ejusdem Regiæ Capellæ à Canonicis exceptus, curiam erexit, Officiales, ac suum Locumtenentem in casu absentiæ instituit, cujus possessionis exemplum in Tab. Regiæ ejusdem Capellæ, & S. Luciæ extat. Verum Canonici, mutata mente, paulò post illum recusarunt, ac Judici Apostolicæ Legatiæ ex Regis præscripto se submiserunt, ut habet Pirrus[a].

[a] Not. Reg. Capellæ.

1589 Morte præventus, Hieronymus rem infectam reliquit anno 1589. ac in Sacello S. Joannis Evangelistæ, in Ecclesia S. Francisci sepultus, hac inscriptione est decoratus.

D. Hieronymus Riggio S. Luciæ Abbas hujus Regni Major, & Sac. Cath. Majestatis Philippi II. Capellanus Vita, & Dignitatibus functus anno MDLXXXIX.

Plura scripsit, quæ in sua Bibliotheca Sicula enumerat eruditissimus Mongitore[b]. De eo Pirrus, & alii apud eumdem Mongitore.

[b] Tom. I. Pirr. not. Agrigent.

XXXIII. *Joannes de Espinar* Hispanus, Regni Sardiniæ Quæsitor, ac Siciliæ Major Capellanus anno 1590. circiter, simulque Beneficialis Regius S. Angeli de Monte, obiit in Sardinia anno 1601.[c]

1590

1601

[c] Pirr. not. Ecc. Maz.

1602 Anno 1602. Martinus Mira electus à Rege, munus recusavit. Fuit postmodum Episcopus Cephalædensis.

XXXIV. *Simon Rao, & Grimaldi* ex literis die 15. Augusti 1602, in Regno exscriptis[d], Abbas S. Luciæ, Capellanus Major, & Beneficialis S. Angeli de Monte nominatur, de quo idem Mongitore in sua Bibliotheca. Hic causam prosecutus de decimis Abbati exolvendis pro congrua substentatione, in partem earumdem Decimarum uncias sexcentum quotannis tandem obtinuit in Regiæ Monarchiæ Tribunali, anno 1606. ac denuò examinatis juribus, contradicentibus Juratis Oppidi S. Luciæ, sub die 12. Februarii sequentis anni, fuit in eodem Tribunali favore Abbatis decisum, *quod scilicet solvantur ei unciæ sexcentum annuales, in partem decimarum, pro congrua substentatione, super fructibus civitatis Territorii, nemine exempto*[e]. Quæ quidem sententia iterum firmatur à Tribunali Sac. Regiæ Conscientiæ cum voto Judicis Ecclesiastici, ut moris est, sub die 14. Julii 1611. atque executioni mandatur, excepto, quod unciæ illæ 22. quæ prius solvebantur super Balia dicto Abbati, intelligantur in unciis 600. inclusæ; quamvis porro Jurati revocationem sententiæ hujusmodi, via revisionis coram Judice Ecclesiastico, cum voto M. R. C. Criminalis causarum delegatarum peterent, attamen ultra non processerunt[f].

[d] Reg. Prot. apud Pirr.

1606

1607

[e] Ex Tabul. Eccles. S. Luciæ.

1611

[f] Ibid. ex Tabul. S. Luciæ.

Primus itaque omnium in sua S. Luciæ Ecclesia resedit noster Simon, qui ab Apostolica Sede, ut in solemni Missa Pontificalibus indumentis, Mitra, Baculo, Sandaliis, Cruralibus, Dalmaticis, Chirotecis, Annulo, Cruce pectorali, Solio, Sella, omnibusque aliis, Episcoporum instar, uti posset S. Luciæ Abbas; obtinuit; id quod sigillatim advertunt Sellius in suis selectis, & Augustinus Barbosa in Collectanea Bullarii[g].

[g] Verbo Mitra & Bac.

Fuit Simon Ecclesiæ Montisregalis, Sede vacante, à Monachis Canonicis Vicarius Generalis adlectus, in quo munere se plurimum commendavit, ut Pirrus, & Giudice tradunt[h]. Decessit Panormi die 12. Martii 1616. in Ecclesia S. Mariæ de Misericordia sepultus. Typis edidit responsiones ad dubia super immunitate, & jurisdictione Ecclesiastica. Vide Mongitorem[i].

[h] Not. Ecc. Montis.

1616

[i] Bibl. Sic. t. 2. f. 231.

XXXV. *Antonius de Franchis* Neapolitanus, nobilitate generis, sed vitæ innocentia, & Sanctitate præstantissimus, Castri Svessani. Aversanæ Diœcesis Beneficialis, Philippo III. Hispaniarum Regi acceptus, & Capellanus ejus honoris factus, postmodum Abbatia S. Luciæ, & Capellania Majoris Regni Siciliæ decoratur ex literis dat. Aranques die 12. Novembris 1616.[k] Ejus opera perscripsit Rex sub die 4. Augusti 1618. ut causa de decimis, Abbati S. Luciæ exolvendis, ultra in Regno non prosequatur, nec decernatur antequam à supremo Italiæ Consilio recognoscatur. Regis literæ Panormi exscribuntur sub die 30. Novembris ejusdem anni, unde nil amplius fuit innovatum, transiitque in rem judicatam, adeo ut Antonii successores in pacifica possessione unciarum 600. quolibet anno permanserint usque ad præsens, absque alia contradictione[l].

[k] Reg. Prot. fol. 264.

1618

[l] Ex Tabul. Eccles. S. Luciæ.

1619 Anno 1619. die 17. Aprilis noster Abbas Archiepiscopo Panormitano Cardinali de Doria scripsit, quod, cum esset exemptus ab jurisdictione alicujus Metropolitæ, eidem Cardinali Archiepiscopo sponte submitti elegerat, à quo in suffraganeum accipitur[m], ut laudatus Mongitore in suis Schedis MSS. de hac Abbatia habet. Post hæc ad suam Ecclesiam conversus Antonius, eam à fundamentis magnificentius erexit, omnesque cives benignitate, comitate, ac morum facilitate sibi devinxit. Eluxit in eo eximia in Deum pietas, ac liberalitas non modica in Pauperes, decessitque magna sanctitatis opinione, adeout corpus ejus omnibus in veneratione esset. Jacet idem in Sacello SS. Eucharistiæ Sacramenti hac inscriptione.

[m] Ex Tabul. Archiepis. Pan. apud Mongitor. not. MSS.

D. O. M. Illustrissimo, & Reverendissimo D. Don Antonio Franco, Patritio Neapolitano, Referendario Apostolico, Prælato Ordinario hujus civitatis S. Luciæ, Viro integerrimo, Pastori Vigilantissimo, castimonia, sanctitate, beneficentia, mira in Pauperes pietate, regio virtutum agmine coronato, D. Vincentius Firmatura Prælatus ordinarius ejusdem civitatis S. Luciæ, qui Sacellum hoc extruxit, ne tantus Præsul sine honore jaceret, ob observantiam, prædecessori suo O. B. M. & piorum vota M. P. an. 1644. Vixit annos 42. Obiit die 2. Septemb. 1626.

De eo inferius dicemus. Scripsit Antonii vitam doctus vir Messanensis, ac typis vulgavit. In ea multa enarrantur mira, ac gratiæ recensentur, cum in vita tum post mortem Antonii meritis acceptæ. Servantur ex ipsius vestibus, ac maxima in veneratione est ferrea catena, qua, ad corpusculum edomandum, utebatur.

XXXVI.

Anno Christi 1628

XXXVI. *Vincentius Firmatura* Siculus Corleonensis, ex literis Regiis die 24. Martii 1628. electus [a] Abbas, & Capellanus Major S. Luciæ, integritate vitæ, ac scientiarum peritia effulsit; prædecessoris inhærens vestigiis, majorem Ecclesiam S. Luciæ dicatam ornavit, eique ultimam imposuit manum. Palatium Abbatiale in meliorem formam redegit, Aulas laxiores, ac Viridarium instituit; clero, ac populo exemplo, & verbo præluxit.

a Reg. Prot. eo an. f. 5.

1648 Obiit Panormi die 3. Mart. 1648. sepultus in Ecclesia domus professionis Soc. Jesu. De eo Mugnos, & Baronius [b] ac noster Pirrus Not. Agrigen. ubi, aureos 200. super decan. Agrigentino à Vincentio de Dominicis, tunc Decano, quotannis fuisse consecutum Vincentium nostrum, pensionis nomine, tradit.

b Mugn. de Fam. Firmat. Bar. Amphit.

XXXVII. *Martinus la Farina* Panormitanus ex Marchionibus Maduniæ, Capellania majori insignitur ex Regia voluntate, Matriti 21. Septembris 1648. [c] Jura Abbatiæ strenuè defendit, ac pro viribus substinuit. Martini ingenium, linguarum peritiam, eruditionem omnigenam, ac edita typis opera dignis laudibus exornat doctissimus Mongitore in sua Bibliotheca Sicula [d], ac plures alii apud eumdem citati.

c Reg. Prot. eo anu. fol. 191.

d To. 2. f. 55.

1650 Anno 1650. Regnum pro Rege Philippo IV. moderante Serenissimo Domino D. Joanne ab Austria ejus Filio, Martinus noster pro exequendo Capellani Majoris munere, apud eumdem Joannem institit; id enim ne dum ad Regias personas, sed ad alios etiam de Regis sanguine ortos extendi, contendebat, quemadmodum in Regnis Lusitaniæ, Neapolis, & Belgio cum Ducissa Mantuæ, cum ipsomet Joanne ab Austria, ac cum Serenissimo Cardinale Infante actum fuisse constabat; supplici igitur libello porrecto à Martino, hæc provisio sub die 2. Novembris ejusdem anni emanavit. (*El Consultor se enforme, y refiere*) ac Proregium Chirographum Benedicto de Trelles tunc Consultori die 1. Septembris directum in hac forma prodiit. (*Remito à V. S. de orden del Señor D. Juan el Papel encluso, que se ha dado a S. A. sobre la execution de la de su Magestad, paraque sea admitido el Abad de Sancta Lucia por Capellan Major del Reyno, conforme se ha observado en Flandes, en Portugal, y en Napoles, residendo S. A. en a quel Reyno; Paraque V. S. enforme, y refiera a boca lo que conviene executarse en la materia. Dios guarde à V. S. muchos años. Palermo 1. de Noviembre 1650. Juan Baptista Arespaco.*) Fuit dehinc addita per eumdem Martinum Abbatem alia petitio, seu allegatio pro tuitione suorum jurium, ubi clarè ostendit, sibi, suisque jus apud Regias personas, quoties Provinciarum regimen demandatum haberent Capellani exequendi competere; qua etiam eidem Benedicto de Trelles remissa cum hac provisione die 30. Novemb. 1650. (*el Consultor enforme, y refiera à boca*) Benedictus votum suum in scriptis protulit hisp. idiomate, quod Latinum damus. *Abbatia S. Luciæ, & Capellania Major hujus Siciliæ Regni ab anno 1250. ab Friderico Imperatore, ac Siciliæ Rege unita, antiquis temporibus, ob Regum in eodem Regno præsentiam, Prælatis,*

Sicil. Sac. Tom. II.

A *Episcopis, & Archiepiscopis conferebantur, qui Regibus eo in munere inservientes, Majoris Capellani vices gerebant, usque dum Sicilia Regno Aragoniæ annexo, regibusque, ut plurimum absentibus, passim id munus prisco excideret honore; ex quo quidem tempore Abbatibus conferri consuevit, quorum primus Joannes de Stefano Parci Abbas, Cisterciensis Ordinis, circa annum 1424. enumeratur. Exinde igitur variis Abbatibus, virisque Ecclesiasticis Majoris Capellani dignitas, ac S. Luciæ Abbatia collata legitur; qui nedum munia Capellani obibant, sed & judicium in* B *alios Regiæ Capellæ Ministros ferebant, usque ad annum 1587, quo assumpto ad idem munus, atque Abbatiam D. Hieronymo Riggio, atque ad residendum in propria Ecclesia coacto, jurisdictio in Capellanos Regiæ S. Petri Capellæ Judicibus Regiæ Monarchiæ cessit, ac Magistri Cæremoniarum munus pro libito à Proregibus fuit collatum. Constat id ex variis Chirographis ab Comitibus de Alba, & Olivares Proregibus anno 1590., & 1595. emanatis; hinc regulariter Domini Proreges Cæremoniarum Magistros sibi deligebant, jurisdictio in Regiam Capellam, ejusque Ministros per* C *Monarchiæ judices exercebatur, atque S. Luciæ Abbates Majores Regni Capellani propriæ Ecclesiæ regimini addicti, ab exequendis suæ dignitatis muniis abstinuere. Ex hac itaque serie, atque enarratione clarissime apparet, quæ sint officia Majoris Capellani propria, ea quidem omnia, quibus in Belgio, Hispania, & Neapoli Majores Capellani fruuntur: Magistri nempe Cæremoniarum, ac Judicis Ordinarii in omnes Regiæ Capellæ Ministros; hæc sunt &c. Panormi die 20. Maji* D *1651. Benedictus de Trelles* [e] 1651

e Ex Tabul. Eccles. S. Luciæ.

His porrò non contentus Serenissimus Prorex, sub die 27. Maji votum super hujusmodi negotio ab alio Consultore Marchione de Torralva Regio Consiliario expetiit; sed dum hæc agerentur, à Regno discessit. Sub Joannis igitur de Austria successore Duce de lo Infantado Martinus noster causam prosecutus, tandem in possessionem Capelleniæ Majoris an. 1655. inducitur, ut ex sequenti Chirographo evidenter evincitur. 1655

E *S. E. me manda dezir à V. S. que en todas las funtiones publicas, en que se allerà S. E. assista como Capellan mayor, exerciendo todo lo que como Capellan mayor, y Abad de S. Lucia; advertiendo, que en qualquiera Yglesia, o parte, que S. E. haga funtiones publicas, se entiende es Capella Real; y tiene por bien, que V. S. goze de todas las prebeminencias, y prerogativas, que por esta razon le pertenezca; guarde Dios à V. S. muchos annos. Palermo à 1. de Septembre 1655. D. Francisco de Siranna A. D. Martin la Farina, que Dios guarde Abad de S. Lucia.* [f]

F Dum hæc Panormi ageret Martinus, Casale Succursus, ac Terra Gualterii ab obedientia Abbatis S. Luciæ se subducentes, jurisdictioni Archiepiscopi Messanensis se dederunt, qui literas manutentionis, & possessionis, ut ajunt, obtinuit die 12. Dec. 1650. Litem ideo Abbas Archiepiscopo intendit, sed fretus hic auctoritate Messanensis Senatus, ac bello Gallorum superveniente, in usurpata possessione perstitit, [g] ac lis indecisa remansit, quam denuò excitare

f Ex Tabul. Eccl. S. Luciæ.

g Ibidem.

Anno Christi

nemo ex successoribus ad hæc nostra tempora curavit.

Fuit Martinus etiam Abbas S. Catharinæ de Linguagrossa, Capellanus, Historicus, & Regius Consiliarius, magnoque in honore à Principibus, & Magnatibus semper est habitus. Romam cum adiisset, à Clemente VIII. magnis etiam benevolentiæ signis exceptus est, & Protonotarii Apostolici participantis, ut vocant, atque utriusq; Signaturæ referendarii munere decoratus. Decessit tandem meritis locuples 17.

1668 Septemb. 1668. in sua S. Luciæ Ecclesia sepultus [a].

XXXVIII. *Simon Impellizeri* Syracusanus Patria, nobilissimo genere ortus, doctrina, ac pietate pollens ex Regiis literis, & Bullis Apostolicis Romæ 4. Kalendas Augusti 1670. exscriptis

1670 Panormi 25. Septembr. 1670. Abbas S. Luciæ, & Capellanus Regni constituitur [b]. Illum Patria Netinum facit Mongitore; & certè Neti exortus, Syracusis oriundus fuit. Provecta jam ætate Sacerdos factus, Hispanias adiit, ibique inter Regios Capellanos adscriptus, dignitate hac nostra decoratus, in Siciliam venit, atque ad suam Ecclesiam properavit, ibi doctrinæ radiis effulsit, ac pro sui Cleri instructione bis in hebdomada publicam Theologiæ Moralis Academiam in æde Abbatiali instituit. Pacis, orationis, solitudinis, ac pietatis amantissimus fuit; pauperes fovit, cives sibi devinxit, atque ad mores reformandos Synodum coegit, constitutiones in ea editas typis vulgavit, Seminarium Clericorum ad juventutem literis excolendam instituit, Capitulum suæ Ecclesiæ reformavit, & auxit. Vivere desiit Syracu-

1701 sis, mense Augusti anno 1701. pene octogenarius. De eo laudatus Mongitore [c].

XXXIX. *Carolus Massa*, Catanensis, Christophori Finalensis nobilissimi filius, ex Baronibus S. Gregorii, Ducibus Comitibus Castri Acis. Hic moribus eximiis, ac comitate insignis, nec vulgari scientia præditus, Patriam Terræ motu anni 1693. quassatam, è cujus ruinis mirè evasit, deserens, primò Panormum, dehinc in Hispanias contendit. Ibi brevi agnitus, inter Capellanos honoris adscriptus, Carolo II. Regi, & Philippo Borbonio, ejusque uxori apprimè carus, eorumdem beneficentia Abbatia S. Luciæ, ex literis datis Matriti die 4. Decem-

1702 bris 1702. cohonestatur, ejusdemque possessio-

1703 nem anno 1703. iniit; cumque de illo magna expectarentur, ad superos vocatus, & suæ sedi potius ereptus, quam datus, omnem sui bonam

1704 spem abstulit, morte immatura anno 1704. die 26. Decembris Messanæ sublatus, ibidemque in Ecclesia S. Dominici, cujus in morte habitum susceperat, sepultus; ad cujus tumulum sequens extat inscriptio:

Illustrissimus, & Reverendissimus V. J. & S. T. D. D. Carolus Massa Honorarius Caroli II. & Philippi V. Sacerdos, Abbas, idemque Civitati à S. Lucia nuncupata Præsul adscitus, hoc sub marmore honorum insignibus cum mortali sarcina depositis, unam vitæ integritatem secum asportaturus, ocyus decessit die 26. Decemb. 1704. ætat. 31.

D. Eusebius Baro S. Gregorii hoc doloris, fraternique amoris M. P. Post quem

XL. *Petrus Solera, & Montoja*, Abbatiam obtinuit, qui gente Hispana natus, paucis, quibus præfuit annis, se non minimum commendavit. Fuerat Petrus Ecclesiæ Conchensis Vicarius, atque in Sacra Theologia plurimum versatus, brevi tamen, in ætatis flore, fato cessit. Petri opera Abbates à spolio declarantur immunes, anno 1710. 1710

XLI. *Franciscus Barbara* Drepanensis, virtute præstans, doctrina omnigena clarus, quarum subsidio ad maximas dignitates Ecclesiasticas assumptus, eas illustravit. Is in Romano Collegio Sacra Theologia imbutus, & laurea donatus, Apostolicisque Protonotariis accensus, Matritum contendit, ubi Nuntii Apostolici Theologum, atque Examinatorem pluribus annis gessit. Ob eximias animi dotes apud Carolum II. Hispan. Regem commendatus, Abbatiam primò S. Angeli de Brolo Basiliensis Ordinis sub die 4. Julii 1690. obtinuit. In Patriam reversus anno 1709. variis Regni negotiis adhibitus, in quibus dexteritatem æquè, ac prudentiam ostendit, à Philippo V. Abbas S. Luciæ, ac Capellanus Regni Major, ex literis Matriti mense Maji 1712. in Regno exscriptis die 12. Februarii 1713. adlectus, mox ejusdem Ecclesiæ 1713

possessionem iniit: nec multo post coram Serenissimo Victorio Amedeo Sabaudiæ Duce Siciliæ Rege Majoris Capellani munia, Missas celebrando, regias dapes benedicendo, obivit. Ab eodem Rege justo virtutis æstimatore Episcopus Pactensis renunciatus, dehinc anno 1717. 1717

Magnus Eleemosynarius Regius creatur.

Anno 1716. cum decimæ ex serico valde essent imminutæ, ut augerentur redditus super aliis fructibus ad summam unciarum 600. literas ab excellentissimo Prorege, & Tribunali Reg. Patrim. sub die 5. Novemb. exoravit. Ex Augustissimi Caroli VI. Rom. Imperatoris, ac Siciliæ Regis munificentia, ad Episcopalem Cephalædensis Ecclesiæ sedem nominatus anno 1723, de ea meruisset, ni varia impedimenta in Romana curia intercessissent.

Eodem apud Regii Patrimonii Tribunal instante, sub die 26. Februarii 1726. hæc emana- 1726

vit declaratio. *Jesus. Declaretur Abbatem viventem, ejusque Successores non esse subjectos spolio in bonis, quæ post cujuslibet mortem reperirentur existentia, & in illis unciis 600. annualibus, quæ illis solvuntur ab Universitate; sed tantum remaneant sub spolio, favore R. C. illi redditus antiqui, qui olim erant unciar. 22. annual. pro rata non exacta de tempore vitæ cujuslibet Abbatis.* Emanatis inde literis Spectab. Secreto, Conservatori, & Capitaneo Justitiæ S. Luciæ directis, statim executione sunt datæ eodem anno.

Eluxit in nostro Abbate non modica in fidei controversiis, sacra doctrina, Jure Pontificio, Ecclesiastica Historia, in sacris denique, atque humanis literis peritia; ornatus eximia morum comitate, prudentia, ac virtute, singulos sibi devinxit, in pauperes liberalissimus, in Eccle- 1730

siæ sacro ornatu curando sedulus, in reformandis suorum moribus solicitus, prædecessorum suorum gloriam æquavit, auxitque. Annorum tandem plenus vita decessit 13. Januarii 1732.

XLII.

[a] Mongitore Bibl. Sic. t. 2. fol. 15.

[b] Reg. Prot. hoc an. & an. 1676. fol. 17.

[c] Bibl. Sic. t. 2. fol. 189.

Anno Christi

XLII. *Antonius Ura* Mylensis, Capellanus A honoris, & Concionator Caroli VI. Imperatoris electus S. Luciæ Abbas, & Capellanus Major ex Apostolicis Bullis datis Romæ 15. Octob. 1732. exscriptis Panormi 6. Decemb. 1732. Vivit

Majoris Capellani Prerogativa, atque Ecclesiæ S. Luciæ Sacrum Auctarium.

SUpremam auctoritatem in Regiæ Capellæ Ministros Majori, seu Magistro Capellano ipso jure competere, omnibus in confesso erit, B qui ex ipso nomine illius arguere velint munera. Hanc ab initio pene omnes ea dignitate præditos exercuisse, variis in locis superius ostendimus, nec Pirrus ipse negat[a]. At cum anno 1580. Regius Visitator Franciscus de Puteo Majores Capellanos teneri ad residentiam in propria S. Luciæ Ecclesia statuisset, id causæ fuit, ut alium sibi Canonici RegiæS. Petri Capellæ, qui in eos jus diceret, postularent an. 1584. ac Hieronymum Riggio die 30. Octobris in ordinarium Judicem tamquam Regni Majo- C rem Capellanum admissum, mutata mente recusarent. Id egisse Canonicos rite conatur Pirrus ostendere, dicens[b]. *Et sicut ante ad nutum Proregis Judex Capellæ concedebatur ut an.* 1579 *die* 5. *Novembris* 8. *Indict. à Marco Antonio Columna datus est D. Philippus Oliverius. Anno* 1581. 10. *Maji* 9. *Indict. D. Nicolaus Stizzia. Anno* 1580. 7. *Septembris fuit dictum, habeant recursum ad Regiam Monarchiam; Anno* 1584. *fuit electus tamquam Judex exemptorum Joannes de Gradu, ita post petiere Judicem ordinarium,* D *& ex commissione Regia confirmatur idem Judex Regiæ Monarchiæ.* At certè negabit nemo, jurisdictionem hanc Majori Capellano ereptam, vel ob absentiam à Regia Capella, aut ob incuriam; Hieronymo verò, ut sibi restitueretur, instante, ex Regis voluntate, ac præscripto omnino negatam.

a Not. Reg. Cap. variis in locis.

b Ibidem.

Regalis mensæ benedictio, ac Missæ coram Rege celebratio, licet quandoque intermissa, datis occasionibus fuit ipsis restituta, ut in Hieronymo Zaffarana vidimus, in Martino la E Farina, & novissime in Abbate Francisco Barbara. E sacris etiam Cæremoniis esse Regi, regiisque personis in Ecclesiasticis functionibus Capellanum Regni Majorem ex jam superius enarratis constat. In Regni porrò Comitiis loco 11. sedet post Archimandritam Messanensem, qui decimum post novem Episcopos occupat, estque ultimus Prælatorum, ac inter Episcopos recensetur. Hinc titulo Reverendissimi sicut cæteri majores Prælati, Episcopi, & Archiepiscopi gaudet, idque in Regiis Pragmaticis F sancitum est[c], & Serenissimi Reges eidem scribentes, hac formula utuntur, scilicet

c Prag. 16. Il. lus. Com. de Villen.

Admodum Rev. in Christo Patri, non secus, ac cæteris subditis Episcopis scribunt. Cum itaque anno 1689. literæ emanassent à Tribunali Regiæ Monarchiæ, sub forma: *Reverendo Abbati S. Luciæ*, fuerunt consultatæ ab Abbate Simone Impellizeri supplicante, *quod reformentur sub forma Rev. & declaretur priores ex errore processisse*; & facta relatione E. S. per Spect. Fisci Panorm. fuit provisum, *quod servetur de cætero juxta petita, & præsens cum visa nostra stet penes acta*[d]. Vestibus insuper coloris violacei, instar Episcoporum utitur, tum in sua Diœcesi, tum alibi degens; illis enim primus D. Simon Rao Abbas fuit ex privilegio insignitus, quod, & D. Antonius Franco ejus successor etiam obtinuit, & dehinc reliqui ex consuetudine.

d Ex Tabul. Eccles. S. Luciæ.

Jam Oppidum olim, hodie Civitas S. Luciæ, juris Regii Demanii, Abbatis potestati in spiritualibus subest; Hæc ut suo loco innuimus Pactensi simul, & Liparensi Abbati à Rogerio Comite piissimo attributa ab anno 1094. ut in Roberti Episcopi Messanensis Diplomate innuitur, à Pirro exscripto[e]. Abbate in Episcopum assumpto, Pactensis Diœcesis partem conficiebat. Ecclesiæ S. Luciæ de Milatio anno eodem 1094. Gaufridus Borellus, Vallis Milatii Dominus quosdam terræ tractus dedit, ut idem Pirrus colligit[f]. Eidem quoque, anno 1199. Stephanum Pactensem Episcopum Monachum quemdam suæ Ecclesiæ, & Monasterii præfecisse scribit[g], Stephano autem decedente, Fridericus Imperator Siciliæ Rex Ecclesiam, atque Oppidum S. Luciæ Gregorio Mustaccio Majori suo Capellano dedit, Oppidumque pro suis deliciis esse voluit. De eo igitur tempore eadem Ecclesia, Regia Capella est constituta, ac jurisdictioni ejusdem Magistri Capellani subjecta, ei in omnibus paruit, qui proinde ordinariam in ea, ejusque pertinentiis potestatem exercuit, & primo quidem Beneficialis titulo, dehinc temporis decursu, Abbatis nomine est donatus.

e Not. Eccl. Pactensis.

f In Chroni. Reg. Sicil.

g Pirr. Not. Ecc. Pact.

Ultra S. Luciæ Oppidum, quod hodie Civitatis nomenclatura insignitum lares 2600. circiter, incolas verò 4000. habet, Casale Succursus, aliudque *delli Cropani* nuncupatum, Terra Gualterii, Casale S. Philippi, & Casale Myriorum, hodie Terra, intra Abbatis Sanctæ Luciæ Diœcesis fines claudebantur. At anno 1600. Terra Gualterii, & Casale Succursus Archiepiscopo Messanensi se dedere, ut ad hunc annum latius diximus. His in locis tamquam in propria Diœcesi Abbas Pontificalia exercet de more, utiturque Mitra gemmis, & auro ornata. Baculo Pastorali, Annulo, Cruce, Sandaliis, Solio, & Sella, Almutio, Rocchetto, & Cappa, populis solemnem benedictionem impartitur, ac dies 40. Indulgentiarum, idque ut supra tetigimus advertunt Sellius, & Barbosa, locis ibidem citatis; famulos insuper armis instructos ad tuenda Abbatiæ bona numero 12. cum Capitaneo in Civitate S. Luciæ habet, sexque in Casali Succursus, exercet ideo tam in civilibus, quam in criminalibus plenam, atque omnimodam jurisdictionem, Generalem Vicarium, curiæ Assessorem, Algozirios, aliosque ministros eligit. Qui omnes à servitio sæcularis justitiæ, aliisque muniis sunt immunes, ut ex literis Tribunalis M. R. C. sub die 9. Januarii 1672. Juratis, & Capitaneo Justitiæ S. Luciæ directis, atque ab ipsis executis, & præsentatis diebus suis &c.

Ex eadem jurisdictione ordinaria Confessarios approbat, casus particulares sibi reservat, dimis-

Anno Christi

dimissoriales literas suis concedit, dispensando super interstitiis, a juramento absolvit, dispensat in petitione debiti, monitoria pro rebus deperditis ad effectum revelandi profert, beneficiales instituit, vel ab se electos, vel ab aliis præsentatos, excommunicat, absolvit, carceribus addicit, super validitate Matrimonii, & sponsalium recognoscit, ex antiqua consuetudine, campanas, & sacras supellectiles benedicit, exceptis sacris vasis, in quibus consecratio adhibetur. Facultatem denique concedit extrahendi ab Ecclesiis in casibus contentis in Bulla Gregorii XIV. pronunciat, an gaudeant delinquentes immunitate: hinc anno 1676. Abbate Simone Impellizeri, contendente Archiepiscopo Messanensi, in Tribunali Reg. Monarchiæ, favore Abbatis fuit pronunciatum, atque ad ipsum causa delata super quodam carceribus in Castro Civitatis Mylarum addicto.

Redditus ex decimis scutata 1500. ex fructibus scilicet Territorii, serico, vino, oleo, tritico, super quibus impositiones taxantur, & suo tempore subhastantur cum fidejussione benevisa illustrissimo Prælato, & tertiatim solvuntur. Ex antiqua consuetudine in Palatio Abbatiali servantur Lances, & pondera serici. Si quando casus occurrerit, quod ob sterilitatem, vel ex causa alia, redditus prædicti solvi nequeunt, pro remedio ad E.S. fit recursus, ut actum diximus anno 1716. ob serici imminutionem. Hac ratione Abbas S. Luciæ spolio non subest, sed Sedis vacantis tempore impositiones cessant. Testandi facultatem habet, tum de fructibus non exactis, tum de acquisitis, sicque observatum vidimus à tempore Abbatis Simonis Rao, usque ad hanc nostram ætatem; id quod etiam anno 1726. novissime sub die 26. Februarii Francisci Abbatis opera fuit declaratum.

Civitas S. Luciæ tres habet Ecclesias Parochiales, scilicet Cathedralem, seu Matricem, sub nomine *S. Luciæ*, alteram sub titulo *S. Nicolai*, 3. *B. Mariæ Virgini* de Annunciatione dicatam. In Majori Ecclesia decem, & octo Canonici Rochetto, & Almutio coloris violacei insigniti deserviunt, Ex his tres Dignitates: Archidiaconus, Decanus, & Cantor. Prima dignitas à Romano Pontifice confertur, reliquæ, & Canonicatus sunt liberæ collationis Illust. Abbatis; duodecim insuper Mansionarii, seu Canonici secundarii, choro, & sacris functionibus intersunt, atq; Almutio nigro utuntur; Sacramenta à duobus Capellanis administrantur, qui ad nutum Abbatis amoventur.

In eadem Cathedrali Ecclesia Sacellum SS. Eucharistiæ Sacramenti, ubi decenti sepulcro Corpus Venerabilis servi Dei Antonii de Franco Abbatis asservatur, nobili Epigraphe honoratum, quam suo loco dedimus. Cum an. 1722. loculus, ubi idem corpus quiescebat, temporis decursu tabe laboraret, ab Illustris. & Rev. D. Francisco Barbara Prælato, Magistratu, & Capitulo præsente, aperto tumulo Corpus detectum, nobiliori, ac meliori Arcæ integrum, ut erat, fuit repositum, & integro die, ut populi devotioni fieret satis, expositum, concurrentibus undique pietatis, ac religionis causa, vicinis indigenis, ac loculi confracti particulas certatim exambientibus. Ibi etiam *una ex Spinis Corona Domini nostri Jesu Christi* religiose adoratur, cujus festiva solemnitas, magna pompa, Dominica secunda Julii, quolibet anno celebratur. Frustulum quoque *SS. Crucis*, atque insignis Reliquia ex Brachio *S. Blasii* Episcopi, & Martyris civitatis ejusdem Principalis Patroni, ac præcipui tutelaris. De reliquis SS. Lipsanariis inferius catalogum exhibemus.

2. Parochialis Ecclesia per tres Parochos, seu Capellanos, ab Abbate, qui in tota Diœcesi est unicus Parochus, electos administratur.

Tertiæ sub Titulo *S. Mariæ* septem Capellani, seu Parochi ad nutum Abbatis amovibiles, atq; ab ipso approbati inserviunt. Eamdem Ecclesiam S. Mariæ Annunciatæ per Siciliæ Proregem collatam *Petro Carista* lego in Capibrevio; Quo mortuo idem Prorex de ea providit *Pinum de Cottone* ex literis per Stephanum Macri Regium Secretarium ann. 1461. exscriptis, ut Joannes Lucas Barberius ibidem refert.

4. Templum *Beatæ Mariæ Virginis ad Nives*, seu de Cellis in antiqua Arce, seu Castro, quod Colli eminentiori insidens toti Oppido dominatur. Hanc etiam Ecclesiam anno 1403[a]. ex literis Regis Alphonsi collatam invenio *F. Bernardino de Florentia*. In ea magna devotione marmorea effigies B. Mariæ Virginis asservatur, ad quam quotidie, venerationis ergo, cum cives, tum indigenæ confluunt. Ibi oratorium pro Patribus S. Philippi Nerii cum Præposito, ac uno Sacerdote, & duobus Laicis inservientibus.

[a] Reg. Canc. hoc an. fol. 97.

5. Monasterium Sanctimonialium sub titulo *S. Antonii de Padua*, & regula S. Patris Benedicti in medio urbis. In eo Moniales decem, Conversæ duæ.

6. Templum *S. Michaelis Archangeli* extra portam civitatis, & cum eo connexum Xenodochium ad Pauperes infirmos excipiendos, ac Peregrinos, ubi omnia charitatis officia illis impenduntur. Filii ex ignotis Parentibus Messanam pro educatione advehuntur.

Regularium Conventus primus in angulo Civitatis, Minorum Conventualium, ubi tres Sacerdotes, quatuor Laici, unus, vel duo Clerici. Secundus Capuccinorum cum quatuor Sacerdotibus, septem Laicis, & uno, vel duobus Clericis de familia. 3. ad extrema suburbii Minorum de observantia, ut dicunt, Patres incolunt sub nomine S. Mariæ de Jesu; degunt in eo octo Sacerdotes, quatuor Laici, 3. Clerici, & novitii ad probationem admissi, & de recenti professi, pro quibus Magister Grammaticæ.

Casale S. Philippi. In eo celebris Abbatia Ordinis Basiliensis, de qua fusè noster Pirrus not. 23. lib. 4. Ecclesia Parochialis per Vicarium, seu Capellanum ad nutum amovibilem, ac per alios Sacerdotes administratur. Casale denique Succursus, & in eo duæ Ecclesiæ sub titulo S. Antonii de Padua, & Beatæ Mariæ Virginis de Itria, quas Presbyteri sæculares sub Capellano moderantur.

Series

Series sacrarum Reliquiarum.

IN Cathedrali Ecclesia *Frustulum ligni S. Crucis* in argentea Cruce inclusum.

Spina ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, in argentea Corona Spinea affabre elaborata, inserta.

Os Brachii S. Blasii Martyris in argenteo Brachio

Os S. Luciæ Virg. & Mart. Patronæ, & Titularis Ecclesiæ in vase argenteo. Reliquiæ ex S. *Dionysio* Episcopo, & Martyre. *Os S. Rosa-* A *liæ* Virgin. Panormit. Ex vestibus, & sanguine *S. Mariæ* V. & M.

Ossa S. Placidi Ab. & Martyris, ac sociorum ejus. Ex ossibus S. Alexandri Mart. S. Florini Mart. S. Simplicii M. & ejus sociorum M.M. S. Justini Mart. S. Firmati M. S. Simplicii M. S. Albani M. S. Paulini, S. Vitalis, S. Felicissimi S. Antonini, S. Pantaleonis, S. Isidori, S. Quirini Martyrum

In Parochiali S. Nicolai *Os S. Eustachii Martyris, & aliorum.*

In Parochiali S. Mariæ ad Nives *Pileum Beatæ Virginis Mariæ, & ex ossibus SS. MM. &c.*

NOTITIA SEPTIMA

REGIÆ CAPELLÆ COLLEGIATÆ S. MARIÆ DE ELEEMOSYNA URBIS CATANÆ.

PAtriæ decus, atque ornamentum, Regia S. A Mariæ de Eleemosyna Capella nobili Canonicorum Collegio insignita, nostros tandem tenues excipit labores. Meminit ejusdem Rocchus Pirrus in Ecclesiæ Catanensis notitia.

Verum, ut paulò fusius ejus hic monumenta expendamus, ipsius nedum exposcit dignitas, sed & in Patriam ingenitus impellit amor.

Ecclesiæ fundatio antiquissima, sed incerta; tradunt enim ad honorem devotissimę Imaginis B. Mariæ, parieti secus publicum urbis compitum effictæ, ex piorum subsidiis Templum con- B surrexisse, cui ideo S. Mariæ de Eleemosyna titulus, quod dehinc temporum decursu in parœciam erectum, supra reliquas urbis Ecclesias post Cathedralem dignitate præfulsit, ex sacris conventibus à Clero Sæculari inibi celebratis, atque in Regiam Capellam à Friderico III. Siciliæ Rege, aut alio fuit cooptatum. Id certè ex quibusdam juratis testibus anno 1266. ad instantiam Catanensis Episcopi, coram Syracusano Antistite Apostolico delegato receptis eruimus. Olim nempe Friderici Primi Siciliæ C Regis, ac Romani Imperatoris ætate, solemni die Palmarum e Cathedrali consuevisse Episcopum, Monachis, seu Canonicis, Clero sæculari, atque innumerabili populi multitudine, ad eam Ecclesiam usque procedere.

Quorum testium autographum in membranis exaratum U. J. D.] Canonicus Innocentius Roccaforte de antiquitate, si quis alius, meritissimus, è Tabulario Canonicorum ejusdem Catanensis Ecclesiæ erutum, non multis abhinc annis exscribendum curavit, ac nobis amicè D communicavit.

Jam Martini I. Regis tempore, nostra S. Mariæ de Eleemosyna Ecclesia a Presbyteris sæcularibus nedum administrabatur, sed ab eodem Martino sępius uti Regia Capella frequentata, tarenis quindecim quotannis donatur, in solemnitate B. Mariæ Virginis, die 2. Februar. impendendis, speciali diplomate, in quo id licet observare, nostram scilicet ad instar Regiæ Capellæ S. Petri de Panormo, sub Regia protectione suscipi. En Diploma:

Nos Martinus Dei gratia Rex Aragonum, & Martinus eadem Gratia Rex Siciliæ, ac Ducatuum Athenarum, & Neopatriæ Dux, & ejusdem Regni, ac Regni Aragonum Primogenitus, & Gubernator Generalis, & Maria eadem gratia dicti Regni, & Ducatuum prædictorum Regina, & Ducissa, & in dicti Regni Siciliæ, & Ducatuum eorumdem regimine, & solio omnes tres consedentes, corregentes, & conregnantes, universis, & singulis præsens privilegium inspecturis præsentibus, & futuris, fidelibus nostris gratiam, & benevolentiam. Universitati vestræ harum serie pateat evidentius, quod decet nostram clementiam Ecclesiis, quas sub nostra devotione fundatas, ac erectas extitisse comperimus, illis non deficere gratiis, & favoribus; cum igitur in nostra civitate Cataniæ adest Ecclesia sub titulo S. Mariæ de Eleemosyna, in qua totus Clerus Sæcularis venerandorum Presbyterorum præsides, in Dei honorem laudes præstando, ac populo Sanctissima Sacramenta frequenter cum summa vigilantia, diligentia, & attentione ministrando, & nos sæpe sæpius illuc accedimus in ordinariis nostris functionibus Ecclesiasticis, uti nostra Capella, ex eo, quod Cathedralis Ecclesia invenitur occupata sub disciplina Canonicorum Regularium Ordinis S. Benedicti; Et quia sub die 2. Februarii quolibet anno solemniter celebratur festivitas tituli illius Ecclesiæ, nostræ Capellæ, pro subsidio talis solemnitatis super lignorum, & carbonum Gabellis anno quolibet in futurum, & in perpetuum assignamus, & volumus, ut nullo contradicente annualiter solvantur tareni quindecim pro nostrorum peccatorum, nostrorumque Parentum remissione, & in obsequium, laudem, honorem, & gloriam, supernæ Majestatis, ejusdem Beatissimæ Virginis Mariæ, itemq; nominis nostri decus, & honorem valeat circumspectione provida subministrari. Præsentis itaque scripti serie notum fieri volumus universis tam præsentibus, quam futuris, ut attendentes memoriam, & devotionem erga Beatissimam Virginem, Dei, & Domini nostri Jesu Christi Genitricem in perpetuum talis eleemosyna subministretur uti Ecclesiæ nostræ Capellæ, & Capella sub nostra protectione ad instar alterius nostræ Capellæ S. Petri de

Anno Christi

de Palatio nostræ civitatis Panormi, ex certa nostra scientia, & assensu, volumus omnino in futurum perpetuo tempore talis eleemosyna, ut solvatur, & exequatur. In cujus rei testimonium præsens privilegium fieri jussimus, nostro sigillo pendenti munitum, & quod penes dictam Ecclesiam nostram Capellam remanere debeat. Datum Catanæ per Nobilem Bartholomæum de Juenio Militem, Regni nostri Siciliæ Cancellarium, Familiarem, & fidelem nostrum, an. Dom. Incar. 1396. die 1. Novembris Indic. 5. Regnique nostri dicti Regni Aragonum an. primo, dicti Regni Siciliæ quinto, & dictæ Reginæ vigesimo [a]. Hoc ipsum Diploma ann. 1504. per acta Not. Matthæi de Gagliano Catanæ, die 3. Novemb. Indict. 8. in publicas tabulas fuit redactum opera Nicolai Caropipi, Bartholomæi de Mina, & Juliani de Mina, Præpositi, Thesaurarii, & Cantoris ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ, ut mirum videatur, quomodo Joannem Baptistam Grossi latuerit. Hic enim accuratissimè hujus Ecclesiæ originem, jura, privilegia, ac eorum, qui eidem præfuerunt, gesta integro volumine expendens, enarrati Privilegii inscius, Regiæ Capellæ prærogativam non nisi sub Alphonso Rege post annum 1446. illi obvenisse scribit, atque Parochialis Ecclesiæ tantum jura attribuit. At corrigendus juxta notas Joannis Brunzi ad ejusdem Grossi Chronicon, qui ejusdem Collegiatæ Canonicus, mox Cantor, tandemque Thesaurarius, ac Vice Præpositus veterum Monumentorum studiosissimus, primus è publicis Tabulis Diploma illud exscripsit, ac laudato Chronico præfixit.

a Ex Tabul. Cancell. & Prot. in Chro. Bre. exscript.

Porrò Cleri sæcularis in ea Ecclesia conventus, ne dum recitatum diploma evincit, sed & ipse Grossi fatetur; ait enim [b] *quod Dei beneficio primi convenerunt Ecclesiæ nostræ commilitones, se, suaque Domino in vinculo pacis, & puritate cordis devoventes, certis statutis diebus Ecclesiam hanc frequentantes, ac Divinis officiis, colloquiis, exhortationibus, sacrificiis, ceterisque ejus generis piis, ac salutaribus operibus intendentes, factoque inde ad illorum exemplum majore aliorum concursu, mutuis studiis sese invicem consociarunt*. His autem non contenti, *Ecclesias ipsis commissas, sacerdotia quibus vivebant, Præbendas item quarum proventus proprio eorum cedebat commodo, pro qua quisque facultate communi Ecclesiæ nostræ utilitati condonarunt*; ac tandem Eugenium IV. Romanum Pontificem pro instituenda insigni Collegiata in eadem Ecclesia exorarunt. Annuit hic, atque motu proprio, S. Mariæ de Eleemosyna Parœciam in Collegium Canon. evectam, undeviginti Canonicis, ac tribus dignitatibus Præposito, Thesaurario, & Cantore instruxit, Canonicis præbendas assignavit, Collegiatam ipsam insignibus, privilegiis, exemptionibus, aliisque juribus, quibus Collegialis S. Petri de Palatio de urbe Panormi ex Regum, Summorumque Pontificum rescriptis fuerat donata, ac deinceps pro vario temporum statu cohonestari contingeret, decoravit. Eugenii diploma habes apud Grossi Decacor. Catan. Cord. 2. mod. 4. fol. 108. exscriptum ex Tabulis nostræ Ecclesiæ. In eo

b In Chron. Ecc. Coll. cap. 3.

A Pontifex ex nomine recenset singulos, quos in dignitates novæ Collegiatæ, ac Canonicos assumit; enumeratque Ecclesias illis commissas, Parœcias, Sacerdotia, ac præbendas, quibus fruebantur, quas etiam eisdem, ac successoribus assignat, ut innuimus. *Bernardo* igitur *de Tornainbene*, *Bartholomæo de Bellofiore* in Thesaurarium, & Cantorem adscitis, primus omnium ab eodem Eugenio institutus

I. *Joannes Oliverius* Præposituram obtinuit, qui ut dignitate præcipuus, ita morum probi-
B tate venerabilis inter socios effulsit, atque in possessionem, una cum aliis à F. Petro de Jeremia Panormitano, Ordinis Prædicatorum in Siciliæ Regno Generali Vicario, uti Apostolico delegato immittitur. Verum quia Eugenii Bullæ minimè in Regno exscriptæ fuerant, nec earum executoria, ut ajunt, à Regiis Ministris obtenta; præcepit Prorex, ut omnia ad pristinum, ac si hujusmodi Collegiatæ institutio facta non esset, redacta censerentur, quousque Regis provisio de Privilegio exequendo emana-
C ret. Egit itaque apud Alphonsum Regem Neapoli tum commorantem, Joannes noster, hasque literas exoravit.

Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Pharum, Valentiæ, Hierusalem, Hungariæ, Majoricharum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Rossilianis, & Ceritaniæ. Venerabili, & Religioso viro F. Petro de Jeremia Vicario Generali, Ordinis Fratrum Prædicatorum de observantia in Regno Siciliæ ultra
D *Pharum, Oratori nostro Fideli, Dilecto salutem & gratiam. Quamquam superioribus diebus, dum Sanctissimus Dominus noster Eugenius Quartus Venerabili Clero, sive Collegio clarissimæ Civitatis Catanæ concessisset quamdam suam Bullam, cujus executio vobis dirigitur, datam Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Domin. 1446. pridie Kal. Aprilis Pontificatus Domini Nostri anno Sextodecimo, super erectione Beatæ Mariæ de Eleemosyna de dicta Civitate Cataniæ, dudum Ecclesiæ prædictæ Parochialis in Ecclesiam Colle-*
E *giatam cum decoratione Collegialium titulorum, insignium, & honorum, nec non cum institutione unius Præpositurae, unius Thesaurariæ, & unius Cantoriæ, decem, ac novem Canonicatuum, & totidem præbendarum pro viginti duobus idoneis Personis Ecclesiasticis, in illa perpetuo servituris, nec non cum unione cæterarum Ecclesiarum, & Beneficiorum, ac sub certis aliis Verbis, & formis in dicta Bulla contentis, ipsaque denique Bulla fuisset per vos executioni debitæ deducta; postquam, quia de dicta Bulla neque à Viceregè i-*
F *psius Regni executoriæ literæ habitæ fuerant, dictus Viceres ad instantiam nonnullorum, quorum interesse in eo versari asserebatur, per suas literas mandavit, in executione dictæ Bullæ superſederi debere, & omnia revocari ad statum pristinum; tamen, noviter conferente se ad nos dicto Viceregè, certis pro causis nostris, de dicto negotio consilium, & sermonem simul habuimus; tandemque visum est nobis, ac deliberate, & consulte providimus, ut ipsa executio Bullæ suum effectum penitus consequeretur, omnesque actus per vos ea*

ratione

Anno Christi

Anno Christi

ratione hactenus facti validarentur, pariter & reformarentur. Igitur vos attente requirimus, & hortamur, quatenus prafatam Bullam juxtà suam pleniorem seriem inviolabiliter, & liberè exequamini, omnesque actus hactenus per vos ea ratione inceptos, atque factos validetis, & reformetis; requirentes propterea, ac monentes Episcopum, ejusdem Vicarium, & Monachos, & alias personas Ecclesiasticas dicta Civitatis Catania, & aliorum locorum ad quos, & ad quas prasentes pervenerint, quod vobis circa liberam, & omnimodam executionem dicta Bulla, ac validationem, & reformationem actorum, per vos eâ ratione hactenus factorum, nullatenus obstent; sed potius semper assistant auxiliis, consiliis, prasidiis, & favoribus opportunis, nec minus mandantes harum serie, de dicta nostra scientia, sub pœna ducatorum mille pro quolibet, dicto Viceregi, ejusque Locumtenenti, Magistro Justitiario, ejusque Locumtenenti, & Judicibus Magna Nostra Curia, caterisque universis, & singulis officialibus prafati Regni Sicilia ultra Pharum, signanter Capitaneo, Patricio, Judicibus, Juratis, Secretis, & Magistro Procuratori, Consulibus, Universitati, & aliis officialibus, & personis prafata Civitatis Catana, prasentibus, & futuris, quod vobis etiam super executione prafata Bulla, & reformatione actuum per vos hactenus ea ratione factorum, nequaquam contradicant, sed semper assistant auxiliis, consiliis, prasidiis, & favoribus opportunis; auferentes eis omne posse contrarium faciendi, quibuscumque literis nostris, aliisque officialium hactenus factis, & signanter prafata Viceregis litera, qua dictam executionem totam revocavit, & suspendit, hujusmodi nostris literis tamquam omnimoda voluntatis nostra non obstantibus ullo modo. Veruntamen si dictus Catanensis Episcopus ex dictis Apostolicis Bullis pratendit, ad justum, & honestum interesse, eo casu poterit suis literis, tam Sanctitatem Domini Nostri Papa, quam nos informare; nam tunc proculdubio sua justitia providebitur, juxtà Sacrorum Canonum instituta. Datum in Castello novo Neapolis die 2. Mensis Augusti 9. Indict. 1446 [a].

His igitur Regis Alphonsi literis perpensis Siciliæ Prorex die 11. ejusdem mensis F. Petro Apostolico Delegato facultatem exequendi Eugenii diploma concessit; atque in pacifica jurium suorum possessione Præpositus noster, ejusque Canonici perstitere.

Idem Alphonsus hoc ipso anno ob mortem Jacobi de Lauria Canonici ab Eugenio instituti, Franciscum de Catania ea dignitate decoratum voluit, ut ex Cancellaria eruimus.

Non multo post Eugenio mortuo, apud Nicolaum hujus nominis V. in Cathedra Petri successorem nostri egerunt, ut ejusdem Eugenii literæ novo Apostolico rescripto firmarentur. Annuit Pontifex, ac nedum prædecessoris gratias ratas voluit, sed & novis privilegiis nostram Ecclesiam communivit, utque Canonici, & dignitates, quoties vacationis casus contigerit, optionem inter se liberam atque ad canonicam socii electionem procederent; electus verò ab Episcopo Ordinario solam confirmationem exoraret, speciali suo diplomate indulsit, sub datum Romæ Idibus Julii 1448. cujus exemplar exscripsit Grossi Decacor. fol. 113. 1448

Joannes ab inita dignitate anno 14. cum jura suæ Ecclesiæ sarta tecta custodivisset, mortale exuit, atque in ejus locum Canonici per Tabulas Petri de Maysano Publici Catanensis Notarii ritè delegerunt 1460

II. *Franciscum de Sacco* Patria Catanensem, nobilitate generis illustrem, animi præstantia, ac virtute illustriorem. Fuit Franciscus in Patrio lycæo Decretorum Doctor, ab Eugenio IV. in primæva Collegiatæ institutione Canonicus cum præbenda Ecclesiæ Parochialis S. Laurentii creatus; Patremque Joannem de Sacco virum à muniis commendatum, Blanchæ Reginæ ex fide merito unicè charum, atque ab eadem anno 1416. Judicatu curiæ Capitanei Terræ, & nemoris Jacii perpetuò decoratum, habuit; cumque animi pietate, non minus ac prudentia commendaretur, à Guillelmo Belhomo Catanensi Episcopo primùm Vicarii munere decoratur; mox à Francisco Campulo Guillelmi successore eadem præfectura ornatus, quammaximè se commendavit. Porrò sub Guillelmo constitutiones saluberrimæ sunt editæ, quibus jura in Parochianos, ad quemque Canonicum spectantia præscribuntur die 13. Februarii 1461. Indict. 4 [b]. 1461

Franciscus vices etiam Episcopi per urbem, ac totam Diœcesim, difficillimis temporibus, imperterrita animi constantia, ac prudentiæ laude obtinuit. Cum enim à Romano Pontifice Joannes Gattus, à Rege verò Bernardus Margariti Catanensibus esset destinatus Episcopus, nec Joanne admisso à Regiis Ministris, necdum Bernardo à Pontifice instituto, Franciscus noster liberas nactus habenas, in pluribus se probavit ab anno 1475. ad 1477. ut Episcopatus tabulæ sæpius testantur. Fuerat etiam Apostolicus Subcollector mensæ Episcopalis, ut ex eodem Tabulario sub die 12. Maji 1457. eruitur, ac simul cum Abbate S. Mariæ Novælucis Pontificius Delegatus, & Commissarius pro alienatione quorumdam bonorum Monasterii S. Nicolai de Arena, ut Tabulæ Guillelmi de Græcutio Catanensis, sub die 11. Maji 1473. in S. Nicolao asservatæ habent. Idem de sua Ecclesia meritissimus, Sacerdotium per acta Antonii Covello, die 18. Februarii Indict. 1. 1483. in ea fundavit, scriptoque Testamentario Codicillo, bona sua omnia in pios usus eroganda mandavit in Tabulis Petri de Maysano die 28. Martii 1487. Decessit tandem senio gravis, meritis locuples, anno 30. suæ Præfecturæ, Domini verò 1492. sub die 16. Aprilis [c].

III. *Georgius Costa* Lusitanus Archiepiscopus Ulissiponensis, S. R. E. Cardinalis, primo Tit. SS. Petri, & Marcellini, mox Albanensis, Tusculanus, ac denique Portuensis Episcopus. Hic ab Innocentio VIII. PP. Præposituram obtinuit mense Majo, Ind. 4. anno 1492. ac possessionem est assecutus, exactoque anno, eidem renunciavit. De Georgio Ughellius fusè in sua Italia Sacra Tom. 1. de Episcopis Portuens. & Ciaconius qui illum centesimo ætatis anno transgresso

Romæ

[a] Ex Tabul. & Chron. Ecc. Coll.

[b] Ibidem.

[c] Ex Chr. Coll.

Margin: Anno Christi 1448; 1460; 1461; 1475; 1483; 1487; 1492.

Anno Christi

Romæ die 19. Septembris 1508. diem clausisse
extremum, scribunt.

IV. *Nicolaus Caropipi*, Catanæ ortus ex pro-
sapia illustrissima, primum nostræ Ecclesiæ Ca-
nonicus ab anno 1475. dehinc ob Cardinalis Co-
stæ prædecessoris resignationem apud Tabulas
Petri de Castronovo die 22. Martii, Indict. 11.
anni 1493. Præpositus, Divini Cultus adau-
1493 gendi studiosissimus, in nostra Ecclesia Sacer-
dotium proprio ære instituit, ac dotavit, scri-
pto per acta Guillelmi Sanctacroce, die 16. Aug.
8. Indict. 1505. institutionis documento, sub
1505 quo anni spatio plenus dierum obiit. Ejus ope-
ra anno 1504. Martini primi Siciliæ Regis Di-
ploma de anno 1396. in publicas Tabulas fuit
redactum, die 3. Novembris Indict. 8.

V. *Thomas Tuscanus*, Artium, & S. T. in
Patrio Gymnasio laurea insignitus, atque in-
ter Catanenses Patritio genere exortus, majo-
rum laude conspicuus, propria virtute cele-
brior, Bartholomæi Tuscano, qui Regis Fer-
dinandi Familiaris, ac Regiæ domus equorum
Magister fuit, filius, Collegiatæ Ecclesiæ pri-
mò Canonicatu potitus, mox ob Nicolai mor-
tem à Canonicis sociis Præpositus electus apud
Tabulas Matthæi Vinciguerra die 20. Augusti
Indict. 8. anno 1505. ab Episcopo die 21. Au-
gusti confirmatur; qui cum in rebus gerendis
dexteritate polleret, sub Jacobo Conchilles Ge-
neralem egit Vicarium, amplissima, ad id mu-
nus cum dignitate gerendum, facultate, dona-
tus anno 1509. Ecclesiam S. Petri de Monasterio
1509 Albo cum præbenda Sanctæ Annæ annexam vo-
luit apud Tabulas Sanctorii de Abramo die 7.
Junii, Indict. 14. anno 1511. ac alia laudabi-
1511 liter instituit.

Rem per hæc tempore enarrat Grossi [a], ut ipse
ait, peregrinam. Mos erat, ut quoties Episco-
pus Pontificali more Urbem primò ingredere-
tur, alter ex Collegiatæ Canonicis, cum alte-
ro Cathedralis Monacho Baculum illi Pastora-
lem insimul gestarent; nacta occasione, qua
Gaspar Pou Episcopus Catanensis è Cœnobio S.
Mariæ Novælucis in urbem solemni ritu excipi
debebat, Monachi quam maxime apud eumdem
instabant, ne id fieri permitteret; acriter vero
ex adverso Canonici nostræ Ecclesiæ jus suum
tuebantur; quorum dissidia, ut pro sua aucto-
ritate Episcopus compesceret, statuit, ut in
præsentaneo illo Pontificio ingressu neuter il-
lorum Baculum gestaret, sed aliquis ex Episco-
pi Capellanis, donec auditis utriusque Capitu-
li juribus, quid definiendum fuerit, sancire-
tur: sed dubio iterum proposito, ac re ad exa-
men vocata, Collegialibus Canonicis die 19.
Octobris 15. Indict. 1526. Causam adjudicatam
1526 docent Episcopatus Tabulæ.

Non multo post Thomas noster virtutis me-
ritis, ac pietatis studiis cumulatus, è vivis ex-
1527 cessit anno 1527. post quem

VI. *Hieronymus Tornambene* Catanensis, no-
bilissimis ortus parentibus ab anno 1515. inter
Canonicos cooptatus, communi sociorum suf-
fragio Præpositura donatur, scripto electionis
hujusmodi instrumento per acta Antonii Mer-
lini die 13. Novembris Indict. 1. 1527. mox

[a] Catan. sac. f. 62. lath.

A verò ab Episcopo die 11. Decembris instituitur;
& confirmatur per acta ejusdem. Hieronymo
Auctore nostra Ecclesia Sodalitati, sive Eccle-
siæ S. Mariæ de Minerva in Urbe fuit annexa,
ejusdemque Privilegiorum particeps facta an-
no 1540. die 12. Octobris Indict. 13. ac Eugenii 1540
IV. Privilegium in publicas Tabulas redactum
ab eodem Antonio Merlino die 18. Augusti 1551. 1551
Qui cum annos tres & viginti, moribus, bo-
nisque actibus dignitatem exornasset, omnium
mœstitia, occubuit mense Julii anni 1556. à 1556
B cujus morte statim Canonici Vincentium Se-
nensem unum è gremio Capituli Præpositum
elegere per acta Joannis Philippi Musco, die 12.
Augusti; at Paulus IV. Pontifex Maximus dato
diplomate Romæ ultimo Februarii 1558. 1558

VII. *Franciscum Sansonium* Panor. Canoni-
cum, Præpositum declaravit. Hic Decretorum
Doctor, jucundis moribus, ac bene compositis,
creditæ sibi Ecclesiæ possessionem die 18. Apri-
lis iniit anno 1549. Cumque omnium benevo-
lentiam sibi conciliasset, ac virtutis, & litera-
C rum fama commendaretur, ab eodem Pontifice
Episcopali dignitate decoratur, atque Ecclesiæ
Laudensi præficitur. Præpositura ideo cessit.
Sed inter Laudenses Episcopos ab Ughellio non
enumeratur. De eo Mong.[b].

VIII. *Vincentius Senensis*, seu Senesius jam
dudum electus, sufficitur. Fuit hic Patria Cata-
nensis, familia Piccolominea natus, & si Senen-
sis, ob derivatum è Patria cognomentum in Pic-
colominum genus, fuerit appellatus; Piccolo-
minea enim Gens, è Senis ortum deducit suum;
D juris utriusque lauream promeritus, doctrina,
ac muniis inclaruit, atque in sacris literis,
sanctionibus Pontificum, & decretis versatus,
in omni denique facultate eximius, civibus,
exterisque notissimus, nominis sui famam ad
posteros transmisit; nostræ primum Ecclesiæ
Canonicus ab anno 1547. tum Prior S. Mariæ
de Cava, tandemque Præpositus anno 1560.
mense Decembris die 24. ejusdem Ind. 4. Sub 1560
Nicolao Caracciolo, & Antonio Pharagonio
Catanensibus Episcopis Generalem Vicarium
E egit, quo etiam munere, aliquandiu Messanæ,
illius urbis Archiepiscopi vices gerens, incla-
ruit. Catanensi item Cathedra ob Nicolai Ca-
raccioli captivitatem vacante, cum Guillelmo
Ansalonio Majoris Ecclesiæ Priore ab Apostoli-
ca Sede Generalis Administrator urbis, ac to-
tius Diœcesis præficitur, ex literis Pontificiis
Romæ die 23. Julii 1561. in Cancellaria exscri- 1561
ptis die 26. Augusti ejusdem anni. Post Pharago-
nii mortem Joannis Horosco Catanensis item
Episcopi partes gessit, ejusque nomine possessio-
F nem Episcopatus iniit; S. Mariæ de Novaluce
demum Visitator, ejusque Abbatis Vicarius
fuit. Ecclesiæ suæ studiosissimus, illius jura
strenuè defendit; Anno enim 1573. à solutio-
ne quindenniorum Sedi Apostolicæ exolvendo- 1573
rum pro Ecclesiis Parochialibus S. Catherinæ,
S. Mariæ de Itria, S. Nicolai de Mascalcia, S.
Mariæ de Valle Viridi, S. Philippi de Carcina
S. Mariæ Annunciatæ de Monpilerio, & S. Ni-
colai de Tribus Castaneis, nostro Capitulo jam
ab Eugenio IV. unitis exemptionem omnimo-
dam

[b] De Catan. Ecc. Pan.

Anno Christi

dam obtinuit, in contradictorio judicio rem decernente per definitivam sententiam Romæ die 15. Januarii, Hieronymo Melchiore Episcopo Maceratensi Judice deputato, qua eorumdem quindenniorum Collectori silentium perpetuum fuit indictum [a]. Cum porro Vincentius Cutelli Episcopus Catanensis vellet, ut numerus Canonicorum ad duodenarium redigeretur, atque Canonici, & Dignitates Choro quotidie interessent, juxta Sacrosancti Concilii Tridentini sanctionem, quibusque privilegiis nostræ Ecclesiæ non obstantibus, & a Sacra ejusdem Concilii Congregatione, sub die 24. Augusti
1582 1582. literas sibi directas obtinuisset, quibus Canonicorum suppressione indicta, Illustrissimi Cardinales præcipiebant, ut Dignitates, & primi decem Canonici ad Chori frequentiam singulis diebus compellerentur; immò, & Proregis voluntas idipsum mandantis Messanæ sub die 24. Septembris ejusdem anni accessisset, Præpositus noster validè, atque imperterrito animo se opponens, summa industriæ laude, ne quid gradu excideret, ejus Ecclesia, impetravit, atque antiquas consuetudines, & privilegia illibata successoribus transmisit [b]. Senio tandem confectus, muneribus, dignitatibus, ac meritorum manipulis onustus, post doctissimarum in utroque jure consultationum varias elucubrationes, quibus sibi gloriam non modicam comparavit, condito Testamento, in quo pene omnia bona sua in pietatis opera eroganda dimisit in actis Vincentii de
1586 Fatio die 7. Julii 1586. migravit è vita eodem anno, ac mense; post quem alter

VIII. *Vincentius de Amatore, & Butera* sufficitur. Fuit hic Senensis Patria, animi probitate eximius, atque à Xisto V. PP. dignitate
1588 hac cohonestatus anno 1588. Possessionem post biennium est adeptus; obstabat enim Petrus Roccatagliata, qui è Thesaurario à Canonicis Præpositus electus apud Tab. Vincentii de Fatio die 12. Julii, litem Vincentio intendit, sed hac tandem contestata, ac per transactionem composita, Petrus electionis juri cessit, atque in pacifica dignitatis possessione Butera permansit, quam ad annos duodecim summa pruden-
1595 tiæ laude tenuit. Anno 1595. constitutionem, de consensu, & voluntate sui capituli, edidit, qua, ne in posterum Clerici ad dignitatem Canonicalem deligi possent, statuit. Tum Ecclesiam S. Catharinæ olim Parochialem Rectoribus Montis Pietatis attribuit per acta Laurentii de Xiacca, die 27. Junii Indict. 13. anni
1600 1600. quæ mox nobilium Alborum sodalitati cessit 1617. Decessit eodem sexti decimi sæculi initio, atque in nostra Ecclesia marmoreo contectus lapide tumulatur, hac adjecta inscriptione.

D. O. M. D. Vincentio Butera S. T. D. Collegiatæ Ecclesiæ Præposito, D. Franciscus Abrutio nepos, sumptibus illius, restitui curavit; Obiit anno salutis 1600.

X. *Ludovicus Ferrante* Siculus ex Oppido S. Marci, ditionis Messanensis, Præposituræ di-
1601 gnitate donatus anno 1601. Illam ad 1608. mensemque Decembris administravit; cumque è Drepano Panormum maturaret, equo, quo vehebatur, dejectus, vitam dimisit. Sub ejus
1605 regimine anno 1605. Clericus Michael Fallica Canonicatum à Pontifice Maximo exoravit, ac præbendam in Collegiata, quam dudum jure optionis Franciscus Bartolone obtinuerat; cumque Franciscus apud Pontificem conquestus, suæ possessionis titulum probasset, hic Pactensi Episcopo Delegato Apostolico suis literis præcepit, Romæ die 15. Julii, ut nullo habito respectu ad provisionem favore Michaelis emanatam Franciscum in Canonicatus, & Præbendæ possessionem confirmaret [c]. Jam post Ludovicum Ferrante

XI. *Ludovicum Cælestem* nobilibus ortum Parentibus Patria Ragusanum Paulus V. PP. præpositum declaravit, Romæ apud S. Petrum Idibus Maji 1609. at possessionem nonnisi die 1609
12. Novembris 1611. est assecutus, qui exactis in ea dignitate annis septem circiter, favore successoris illam resignavit. Igitur

XII. *Claudio de Leonibus* ob prædecessoris spontaneam cessionem, dignitas defertur. Fuit Claudius ab anno 1610. nostræ Ecclesiæ Canonicus, S. Theol. ac utriusque Juris laurea in Patrio Catanensi Gymnasio decoratus, ibidemque pluribus annis Sacros Canones, mox Civiles sanctiones magno audientium plausu est interpretatus, Apostolicus Protonotarius nostræ Præposituræ ex Pontificio diplomate 4. Kal. Julii 1616. addictus, sub Innocentio Maxi- 1616
mo Catanensi Episcopo Generalem Vicarium egit, ac præclarissime se gessit. A scientia, dexteritate, forensium usu, literatura, ac moribus spectabilis, plura nostræ Ecclesiæ bono molitus, tandem è vivis excessit, atque in Carmelitano Cœnobio marmoreo contectus tumulo sepelitur, hac marmori adjecta Epigraphe:

D. O. M. D. Claudius de Leonibus V. J. & S. T. D. Protonotarius Apostolicus, & Collegiatæ Ecclesiæ hujus urbis Præpositus, Juris Pontificii nonnullis jam diu annis disertissimus, Publicus Interpres, serotinus Cæsarei Juris speculator, olim etiam Vicarius Generalis jacet hic. Obiit die 1. *Martii, anno Domini* 1643. *ætatis suæ* 58. Post Claudium

XIII. *Aloysius Branciforte* Panormitanus, Herculis Brancifortii Ducis S. Joannis filius, ex satis nota familia, Octavii Catanensis Episcopi frater, Ecclesiæ ejusdem Archidiaconus, à Capitulo communi suffragio Præpositus renunciatur die 3. Martii 1643. Indic. 11. scripto electionis instrumento apud tabulas Joseph de Riera, sed decimo elapso mense dignitati renunciavit. Fuit ejusdem Octavii Generalis Vicarius, tandemque ad Melphiensem Ecclesiam ab Innocentio X. regendam inauguratus anno 1648. maximis virtutibus enituit, a prudentia, pietate in Deum, atque animi magnitudine commendatus. Decessit 1666. in sua Ecclesia, ut Ughellii Continuator scribit [d].

XIV. *Carolus Finichiarus, & Paternò*, Catanensis S. T. & V. J. Doctor, majorum imagi- 1604
nibus,

[a] Ex Tabul. & Chron. Eccl. Coll.

[b] Ibidem.

[c] Ex Tabul. & Chron. Eccl. Coll.

[d] Tom. 1. Ital. Sacr. de Episc. Melphi.

Anno Christi

nibus, & propriâ virtute conspicuus, Dialecticę in Patrio Gymnasio Professor, ac pluribus an. interpres, ab Urb. VIII. Rom. Pontifice ob Claudii de Leone mortem præpositura donatur speciali diplomate Romæ 18. Maji 1643. sed non nisi post renunciationem Aloysii possessionem est assecutus, die nempe 26. Januarii 1644.
1669 Hic an. 1669. die 12. Octobris, una cum suo Capitulo F. Michaeli Angelo Bonadies Catanensi Episcopo supplicavit, ut Rochetti, & Almutii usum, nigri tamen coloris, juxta Eugenii IV. & Nicolai V. privilegia, permittere dignaretur. Renuit Episcopus, decrevitque, ut nihil innovaretur, quod & Tribunal Apostolicæ Legatiæ etiam confirmavit, adjecta clausula: *Salvis tamen Juribus istis Rev. dignitatibus, & Canonicis, si velint habere recursum ad S. Sedem Apostolicam*. Igitur recursu habito ad præfatam Sedem sub die 20. Junii 1670. fuit
1670 dictum; *Collegiata Catanensi super concessione Rocchetti, & Mozzetta committitur Eminentiss. Carpensi, audito Capitulo Cathedralis*. Ac discussa causa, auditis juribus, & mature perpensis, de commissione Eminentiss. Patrum Aloysius de Aquino utriusque signaturæ Referendarius, causarum Apostolicæ Cameræ Generalis Auditor, & Romanæ Curiæ Judex ordinarius Bullarum Eugenii, & Nicolai executorias, ut ajunt, nedum concessit, sed & expressis verbis Insignem ad instar aliarum Siciliæ Collegiatarum nostram declaravit, atque nostri Canonici, & dignitates *honoribus, titulis, insigniis, tam Choralibus, & personalibus, universalibus, specialibus, & particularibus, majoribus, & minoribus, ac communibus, quam etiam Ecclesiasticis, Capitularibus, mixtis, & è contra ad instar, &c.* uti possent, indulsit; contradicentes ad comparendum in Curia compulit intra determinatum tempus, ac singulis denique Ecclesiasticis Viris in dignitate constitutis, ac Judicibus, ne contrarium auderent decernere, aut aliàs nostros molestare, inhibuit, ut ex ejusdem literis sub dat. Romæ anno 1670. Indic. 8. die 25. Junii, Pontificatus autem Clementis Papæ X. anno primo, Panormi exscriptis, atque in contradictorio judicio executioni mandatis, die 10. Feb. 1671 [a].
1671

a In Tabul. & Chron. Eccl. Coll.

Porrò vix acquiescens Episcopus his sacræ Congregationis decretis, novis actus stimulis, apud Clementem X. PP. egit, ac novum Apostolicum rescriptum Romæ sub die 4. Augusti 1673. impetravit, quo numerus Canonicorum
1773 nostræ Ecclesiæ ad duodenarium imminutum voluit Pontifex, atque ad Chori assistentiam singulis diebus eos compulit. Verum industria Caroli præpositi, cum executione id diploma in Regno caruisset, effectu vacuum remansit, ac nostri in possessione jurium suorum perstitere.

His, aliisque laudabiliter gestis, Carolus cum Ecclesiæ sibi commissæ annis pene triginta præfuisset, diem clausit extremum 29. Nov. 1673.

XV. *Andreas Buglio* Carolo successit ex Apostolicô Clementis X. diplomate Kalend. Apri-

Anno Christi

A lis 1674. ac eodem anno die 23. Maji, in possessionem inducitur. Fuit Andreas nedum illu- 1674
strissimi sanguinis claritate, sed & ingenii acumine insignis, V. J. Doctor, atque in humanis literis quam maximè instructus. Andreæ Riggio Catanensis Episcopi, cum aliquamdiù Generalem egisset Vicarium, ab anno 1695. eo 1695
munere se abdicavit, ac suæ Ecclesiæ Terræmotu de anno 1693. dirutæ provehendæ deinceps intendit, eamque Canonicis instruxit, novis, eorum loco, qui ejusdem Terræmotus malis de-
B fecerant, subrogatis; denique cum annum 86. attigisset, senio gravis, ac meritis locuples vita decessit die 18. Junii 1712. in eadem sua Ecclesia honorificè tumulatus.

XVI. *Joannes Rizzari, & Interbartolo*, ex Ducibus Trium misteriorum antiquissimæ prosapiæ germen inclitum V. J. Doctor, ex Canonicorum electione per acta Dominici Zappala, die 6. Julii 1712. Præpositus declaratur, ab 1712
Episcopo de permissione, & consensu Sedis Apostolicæ confirmatur die 18. Octobris, eodem
C anno, ac die 28. ejusdem possessionem iniit. Paucis elapsis mensibus Ecclesiastico interdicto Catana ejusque Diœcesis ab Andrea Riggio Episcopo subjicitur; hinc primo ab eodem Andrea Vicarius Generalis noster Joannes electus, mox de mandato Clementis XI. Pont. Maximi ad idem munus destinatur; quod prudenter ne Proregis incurreret indignationem, respuit.

E Patria, & Regno nihilominus exactus, Romam contendit; ibi ejusdem Pontificis gra- 1718
D tiam meruit, ac virtutem suam, morumque integritatem, & prudentiam adeo omnibus probavit, ut mortuo ibidem Andrea Episcopo, unus Joannes Apostolicus Vicarius, atque ad Interdictum relaxandum Romanæ Sedis Delegatus destinaretur, die 13. Februarii 1718. quin & dignitate Archidiaconatus Cathedralis Ecclesiæ Catanensis donatur. In Patriam rediens, magno exceptus plausu, ac lætitia Vicarii munia, magna cum laude exequi cœpit, ac die 13. Augusti 1719. ingenti populorum concursu in 1719
E Catanensi Cathedrali Ecclesia solemni ritu ad præscriptum Summi Pontificis a diris urbem, ac Diœcesim absolvit, benedictionemque tum populis, tum agro impendit.

Mox officio ultro dimisso, à Canonicis Vicarius Capitularis, communi voto eligitur, facultate ad id faciendum ab Romano Pontifice, ipso Joanne agente, impetrata, tum Prior S. Mariæ de Cava, ac SS. Cruciatæ Commissarius declaratur.

Anno 1725. vacante Catanensi Ecclesia, ob 1725
F renunciationem Albari Cienfuegos, Joannes rursus Vicarius à Capitulo, usque ad adventum futuri Episcopi, postulatur; cui muneri, sibi semper æqualis, per annum, & ultra laudabiliter satisfecit. SS. Inquisitionis quoque Commissarius, denique à Petro Galletti vivente Episcopo Vicarius renunciatur, & Cantor Cathedralis Ecclesiæ anno 1730. nominatur. Com- 1730
mendatur Joannes ab industria, ac in rebus peritia, qua Ecclesiam suam ædificiis in-
struens,

Anno Christi

struendam, picturisque, ac aliis ornamentis decorandam curavit, ejusque jura strenuè defendit.

XVII. *Ignatius Rizzari*, Joannis frater, Prępositi dignitate potitur ex unanimi Canonicorum voluntate die 8. Octob. ejusdem anni, sed mox Salvatorem Peregrino Catanensem à Romano Pontifice Prępositum electum ex Bullis Romæ die 12. Maji an. 1731. adversarium habuit, cum quo in supremis Regni tribunalibus diù litigavit. Verum Joannes supra laudatus, obtenta ad eodem PP. facultate, retinendi simul Præpossituram, ac Cantoris dignitatem in Cathedrali Ecclesia, ex Bullis Romæ pridie Kal. Octob. 1730. in quibus PP. meritis laudibus illum exornat, *Salvatori* etiam sese opposuit. Lis adhuc sub Judice.

Valet Præpositura scutata 100. circiter quotannis, cui Parochi officium etiam est annexum, cum facultate substituendi. Capitulum undeviginti Canonicis, ac tribus Dignitatibus, Præpositura, Thesauraria, & Cantoria instruitur. Hi olim Parœcias habebant, ut ex Eugenii IV. diplomate eruitur; at Oppidanis ab urbis Catanæ obedientia sese subtrahentibus, eas amiserunt. Eorum insignia ex privilegio, Cappa choralis olim, Rocchetum, & Almutium nigri coloris, nunc Mozzeta sine caputio.

Canonicis, & Dignitatibus sex alios, ad augendum Divinum cultum, adscripsit Innocentius Maximus Catanensis Episcopus mense Maji ann. 1630. quorum electio ad eosdem Canonicos spectat. Supernumerarii Canonici olim notabantur, sed hodie ab anno 1667. Mansionarii dicuntur, ac diebus festis, certis muniis obeundis intersunt. Duo præterea adjuncti sunt Personatus, Capellanus scilicet unus, cui animarum cura creditur, ut Prępositi Coadjutori, & Cæremoniarum Magister alius, qui Divinis officiis, atque Ecclesiasticis functionibus ritè celebrandis intendit, Mansionariorum insigniis & ipsi decorantur, ac post eosdem locum in Choro occupant.

Ex hac denique nostra Sanctæ Marię de Eleemosyna Ecclesia, ejusque Canonicorum Collegio viri quamplures pietate, meritis, doctrina, ac muneribus insignes prodierunt, quorum Catalogum summatim exscribimus.

Oliverius Caraffa S. R. E. Cardinalis Episcopus primum Albanensis dehinc Sabinus, Canonicus nostræ Ecclesiæ, cum præbenda S. Mariæ Vallis viridis, ut ex Tabulis Guillelmi Santacroce, sub die 10. Novembris 1499. eruimus. Decessit 1503. de quo Ciaconius.

Philippus Lancea Syracusanus Patria, ob Alberti Tornambene renunciationem, Canonicus primum, mox Thesaurarius, alii sque beneficiis auctus ex diplomate Julii III. Rom. Pont. die 25. Junii 1551. effulsit, denique Liparitanus Episcopus designatus, dignitatem Thesaurarii ad mortem usque retinuit, quam anno 1564. subiit. De eo Pirrus in notitia Ecclesiæ Liparensis.

Bernardus, *sive Berardus Tornambene* nobilissimis Catanæ ortus Parentibus, ab Eugenio IV. in ipsa Collegiatæ institutione electus Thesaurarius, à Guillelmo Bellhomo Catanensi Episcopo Vicarius Generalis designatur, quod munus summa cum laude gessit, mortuus anno 1468.

Honuphrius de Flore Catanensis ab Eugenio eodem inter Canonicos cooptatus, mox verò Cantor electus anno 1458. Sub Aria de Avalos Generalem gessit Vicarium summa prudentiæ laude, obiit anno 1465, de quo Grossi in sua Catana Sacra.

Leotta Bullionius, seu *de Buglio*, Joannis Antonii Burgii Baronis, in Hungaria Apostolici Legati filius, ob Patris promerita, a Clemente VII. Rom. Pont. Archidiaconus Syracusanus anno 1530, mox Messanensis Decanus, Catanæ etiam Archidiaconus, nostræ tandem Ecclesiæ Canonicus, & Thesaurarius anno 1537. adlectus, Thesauraria se abdicavit favore Joannis Mingrini, ac anno 1540. infelici exitu periit.

Theodorus Nepita Catanensis, Canonicus ab anno 1537. mox Vicarius Generalis Joannis M. Caracciolo Catanensis Episcopi, tandemque ejusdem nostræ Collegiatæ Cantor anno 1580. post biennium mortalis esse desiit.

Franciscus de Catanià, de quo suo loco, Alphonsi Regis Ecclesiastes, ab eodem Canonicus postulatus, ut ex ipsius diplomate in Chronico Colleg. Ecclesiæ relato.

Hieronymus la Rosa eximiæ prudentiæ vir, sub Alphonso Carillos de Alburnoz Catanensi Episcopo ann. 1489. sub Francisco Garcia etiam, tandemque sub Joanne Deza Episcopis Vicarii Generalis munere inclaruit, obiitque mense Augusti 1514. De eo Grossi in sua Catana Sacra meminit cum laude.

Petrus Protopapa majorum nobilitate pręcipuus, propria virtute nobilior, & ipse sub Alphonso Carillos Generalem gessit Vicarium anno 1490. Mortalitatem exuit senior 1533.

Vincentius Guglielminus Catanensis V. J. D. insigni rerum agendarum prudentia clarus, nostræ Ecclesiæ Canonicus primum, mox ob vitæ merita Cathedralis Ecclesiæ Canonicatu potitus anno 1614. sequenti decessit.

Vincentius Marchesana illustrissimæ familiæ, primum Collegiatæ nostræ Cantor anno 1615. postmodum ex permutatione cum Vincentio Bonajuto Decanus Ecclesię Majoris, anno 1616.

Ex nostris etiam in Cathedralis Collegium cooptati leguntur: *Bartholomeus de Penna*, qui Cantoriam ad annum 1620. obtinuit;

Anno Christi

Anno Christi

obtinuit; *Erasmus Bonaverso*, *Joannes Baptista Sciacca*, *Joseph Lancillotti* S. T. & U. J. D. *Joseph Tabusius* Canonicatu Cathedralis potiti. *Franciscus Batteato* U. J. D. adhuc vivens, qui & Vicarius etiam Generalis ab Andrea Riggio Catanensi Episcopo fuit designatus, *Petrus Galletta* S. T. D. qui primum Mansionarius nostræ Ecclesiæ, mox Cathedralis Major Capellanus, Canonicus secundarius, denique primarius, vices Vicarii Generalis sæpè sub Petro Galletti Episcopo obivit, *Joseph Petrus Lauria* Mansionarius Collegiatæ, dehinc Beneficiatus, tandemque Canonicus Cathedralis, ac Sede vacante Vicarius Capitularis, omnes virtute, & meritis præcipui. *Innocentius Grasso* U. J. D. Cantor Majoris Ecclesiæ à Camillo de Astalli Sacræ R. E. Cardinali Episcopo Catanensi adlectus anno 1663. *Dominicus Gagliano* ex Canonico nostræ Ecclesiæ Decanus; denique *Joannes Baptista Parisi* Canonicus primùm Collegiatæ, deinde Cathedralis, mox Thesaurarius, & Generalis Vicarius etiam Sede vacante.

Inter illustres scientia viros enumerat *Joannem Baptistam Grossi*, qui unus præ omnibus, nedum seipsum, sed & Patriam vulgatis operibus illustravit, de quo eruditissimus Mongitore in sua Bibliotheca. Fuit Joannes Baptista S. T. ac U. J. Doctor celeberrimus, Canonicus creatus die 18. Julii 1644. Cumque evolvendis antiquis Patriæ monumentis vitam integerrimam produxisset, morte sublatus est die 20. Augusti 1666, & in Ecclesia Collegiata tumulatus, cum hac Epigraphe marmori insculpta:

D. O. M.

Joannes Baptista de Grossis S. T. & U. J. D. Protonotar. Apostolicus, & Regia, & Insignis Collegiata Catanensis Ecclesia Canonicus, ut mente prius, quam corpore ingrederetur saxeam hanc molem, sibi jamjam morituro, suisque vivens, moriens posuit an. 1666. Obiit die 20. Augusti ejusdem. Statuam etiam marmoream illius effigiem referentem posuit Sanctorus Oliva Joannis Nepos, hoc adjecto disticho.

Ossibus erexit tumulum, famaque figuram
Marmoris, ut celebrent Saxa Joannis opus.

U. J. D. Sanctorus Oliva Ecclesia Cathedralis inde Canonicus, Nepos amantissimus anno 1684.

Joannis Baptistæ libri sequentes recensentur. *Agatha Catan. Catana sacra*, *Decacordum Catan. sive Notitia novissima Ecclesia Catan. Tom.* 1. *&* 2. Tomi 2. quæ desunt, MSS. asservantur ab Innocentio Roccaforte. *Abbas vindicatus. De Appulsu Reliquiarum S. Agatha*, *Agatho restitutus MS. Gentilitia Familia Celestris*, *Jura omnia Regia, & insignis Collegiata, seu ejusdem Chronicon*, *Annales Catanenses*, *Diarium Catanense*, *Lyceum Catanense*, *seu de scriptoribus Catanensibus MSS.* etiam. Legalia verò typis edita sunt: *Theoripraxis ad Const. Pragm. Comitis de Castro*, *Controversiarum Forens. Tom. primus. MSS. Comment. ad cap.* 78. *Regni Caroli V. de Contractibus*, *&c. Relectio in §. Divi Severus*, *& Antoninus L. Filius familias ff. de Legatis.*

Jam 2. seriem exornat *Sanctorus Oliva*, *& Grossi* Joannis laudati Nepos ex Sorore, U. J. D. consultissimus, Canonicus nostræ Collegiatæ Ecclesiæ, & pro vitæ meritis, ac doctrinæ singularis præstantia adhuc juvenis annorum 29. Canonicus Cathedralis electus die 14. Novembr. 1672. Edidit *Disceptationem Juridicam ad Intellectum §.* 27. *Pragm. Ducis Sarmoneta anno* 1678. Instructissimæ suæ Bibliothecæ Clericorum Seminarium hæredem scripsit, obiitque 1683. inter Terræmotus ruinas.

Vincentius Cordaro U. J. D. Jura Pontificia, ac Cæsarea pluribus annis in Catanensi Lycæo, magno auditorum plausu, interpretatus, Canonicus anno 1650. & Cantor nostræ Ecclesiæ deligitur. Michaeli Angelo Bonadies Episcopo Catanensi apprimè carus, ejus Vicarius Generalis, & Consultor renunciatur, SS. Inquisitionis Vices gerens, optimè meruit de Ecclesia, atque universa Diœcesi.

Vincentius Raymundus U. J. D. magni nominis Vir, SS. Canonum publicus interpres, muniis præcipuus, ac rerum agendarum prudentia clarus, post adeptam Canonicatus nostri dignitatem, Cathedralis Ecclesiæ Cantor evasit, sed majoris perfectionis studio, Societati Jesu nomen dedit, quo nomine Collegium Catanense laudabiliter administravit, obiitque plenus meritis, & virtutibus anno 1637.

Thomas Buffonius S. T. Doctor, ejusdem facultatis per plures annos in publico Gymnasio moderator, mortale exuit anno 1676.

Natalitius Brunetto in sacris paginis eruditus, S. T. D. ac publicus interpres in Catanensi Academia, insignis denique Theologus Moralis, ac moribus incorruptis præditus, decessit die 11. Januarii 1693. Terræmotus ruinis oppressus.

Denique nonnullos etiam recenset nostra Ecclesia, qui ejusdem studiosissimi proprias facultates, quà ad Divinum Cultum augendum, quà in pauperum solamen, quà ad sacram supellectilem decentissimè cohonestandam in suprema dispositione erogandas mandarunt. Inter hos enumerantur præcipuè, *Bartholomaus Ferrito*, qui licet Cathedralis Ecclesiæ factus Canonicus, suę tamen Collegiatæ memor, eidem bona omnia sua legavit; *Antonius Landolina* profusè etiam facultates suas nostræ Ecclesię, cujus erat Canonicus, dimisit anno 1575.

Alexander Recupero, post varia beneficia proprio ære nostræ Collegiatæ impensa, supremis tabulis eamdem scripsit hæredem anno 1633. nobili prohinc à nostris sepul-

Anno Christi

sepulcrali inscriptione honoratus; *Manfridus Pellegrinus*, qui sua omnia Ecclesiæ devovit, ejusque pavimentum nimis decorè concinnavit. Obiit anno 1644. cujus sepulcro hæc fuit adjecta inscriptio.

D. O. M.

Hac Libitina Sacri Peregrini Corpus in urna
Condet, cum Mundi non Peregrinus erit.
Obiit die 22. *Mensis Junii* 1644.

Vincentius demum *Alexandranus* præcipuus Ecclesiæ S. Mariæ de Eleemosyna Benefactor proprio ære ejusdem tectum, temporis vetustate attritum contabulavit, ac alia quamplurima instituit. Decessit è vivis 1661. De his omnibus mentionem cum laude fecit laudatus Grossi in suo Decacordo.

Sed lineam claudat eximius Vir *Joseph de Raymundo*. Hic S. T. D. Sanctorum scientiam literarum peritiæ copulavit, ac virtutibus maximis enituit; à pueritia norma Christianæ perfectionis, ad senectutem usque illibatis moribus vixit. Eximia in Deum pietate, in pauperes beneficentia, animarum zelo, humilitate, patientia, qua injurias, atque alapam in publica urbis semita à scelesto quodam impactam tacitus dissimulavit, abstinentia, spirituum discretione præditus, omnes in admirationem sui traxit, ac etiam ipsis inferis terribilis evasit, nec miraculorum dono caruit; Canonicus nostræ Ecclesiæ, publicus S. T. in Catanensi Academia Moderator, Episcopis carus, ad 66. ætatis annum pervenit, atque apoplexia correptus, piissimè, ut vixerat, in Domino obdormiit, die 7. Augusti hora 5. noctis 1687, cujus funus in eadem Collegiata Ecclesia splendidè urbis Magistratu, atque universo populo accurrente, curatum est. Corpus verò in arca peculiari locatum. Annua postmodum die recurrente, Senatus etiam, ac totius populi frequentia, nova funebri laudatione de vita, ac gestis habita, ejus memoria honoratur, ac die 20. Octobris ejusdem anni 1688. de licentia Episcopi corpus exhumatum, ac si eadem hora decessisset, inventum, in parte dextera chori, decentiori loco collocatur. Viscera etiam recenti sanguine aspersa die 21. prima ejusdem mensis in vase mundo sunt reposita propè corpus. Quæ omnia ita se vidisse, testatur Joannes Brunzi Ecclesiæ Cantor, ac demum Thesaurarius, oculatissimus scriptor.

Ecclesiæ Collegiatæ structura in dies promovetur; antiqua enim Terræmotu diruta, novam moliri cœperunt, quæ dignitati urbis responderet.

Templi gremium etiamnum imperfectum, & collaterales parietes (Alas vulgus appellat) parastates varia pictura exornatę substinent; Odeum Testudinatum, Tholus, ut & prospectus ultimam expectant manum, SS. Eucharistiæ tabernaculum affabre ex vario marmore, ac viridi antiquo in primis, ex quo sex integræ columellæ, elaboratum, haud aspernandum. Sacrarium quamplurimis Sanctorum Reliquiis, præsertim *Dente Molari S. Apollonia V. & M. Brachio S. Apollinaris Episc. & Mart. Ligno Sacratissima Crucis*, aliisque exornatur, ac varia pretiosa supellectili instruitur.

NOTITIA OCTAVA

REGIÆ CAPELLÆ S. JOANNIS MESSANÆ.

Regium Messanę Palatium ad orientalem celeberrimi Portus plagam ab antiquo exędificatum tradunt gentis Scriptores [a] atque à Rogerio Comite instauratum. Id certum, Fridericum Aragonium hujus nominis II. Siciliç Regem in ampliorem formam, nobilioremque reduxisse anno 1309. ut vetus inscriptio testatur à Samperio lib. 5. cap. 40. allata; Garsiam vero de Toledo Proregem circa annum 1565. antiquo diruto, novum moliri cœpisse, quo nihil habet Sicilia spectabilius. Garsiam ęmulati ejus successores usque ad Philibertum Sabaudię Principem, strenuè opus sunt prosecuti, quod nihilominus vix uno tantum integro prospectu gaudet. In eo vetus Ecclesia erat S. Marię de Gratia dicata, quam ex illis unam Bonfilius credit ab Urbano II. PP. anno circiter 1088. Messanę sacratis, ubi & Missarum solemnia idem Pontifex celebravit ex eodem [b].

a Bonfil. de Mes. l. 1 f. 2. Samp. Icon. l. 5 cap. 40.

b Lib. 1. fol. 19.

1305 Ibidem anno 1305. die 11. Junii Arnaldus Archiepiscopus Montisregalis Michaeli Abbati S. Marię de Altofonte Benedictionem est impertitus, ut Lellus refert ex Privilegio, & libri hujus par. 3. not. 10. habetur. Sed in nova Palatii Instauratione diruta, hodie tribunam servat, estque intra atrium, ubi vincti detinentur, cujus devotissima Imago Virginem Deiparam referens, magna devotione ab illis colitur.

Nova igitur Regii Palatii Ecclesia, seu Capella sub S. Joannis Evangelistę invocatione, minime, ut ex errore scribit Samperius, sub Sancti Petri, minusque, ut notat Bonfilius, sub S. Joannis Baptistę titulo, assurgit, ubi Prorex, & Curię Ministri Divinis officiis interesse solent, cujus Rectores ab antiquis temporibus à Rege nominantur.

Horum seriem, quamvis interruptam, damus ex libris Reg. Cancel. atque ex aliis notitiis. I. N. N.

Anno Christi 1343 I. N. N. à Ludovico Rege electus anno 1343. ut ex Reg. Cancellariæ fol. 127. habemus.

1366 II. *Petrus Monleonis* Regiæ Capellæ Messanensis Rector per Fridericum Regem constitutus anno circiter 1366. ejus precibus idem Rex Straticoto, aliisque Messanę Administris præcepit, ut debitores compellerent, ad illi satis faciendum de pecuniis non solutis, datis literis die 18. Julii Indict. 6. 1368. [a]; in quibus apparet Rectoris Proventus tunc temporis non esse, nisi frumenti salm. 12. ordei verò salm. 11.

[a] Reg. Canc. hoc anno fol. 149.

1393 III. *Cosmas de Cryspo* Messanensis à Martino Rege obtinuit anno 1393. ut ex Reg. Cancell. hoc anno fol. 124.

1415 IV. *Manfrido de Balsamo* nobili Messanensi Rex Ferdinandus S. Joannis Beneficium contulit anno 1415.

V. *Blanchus de Minnulo* nobili etiam genere Messanæ exortus, ob cujus mortem,

1502 VI. *Joannes Petrus Riccio* Canonicus, & Civis Messanensis fuit à Rege nominatus ex literis Hispali 4. Januarii Indict. 5. 1502. Panormi exscriptis 6. Augusti Indict. 7. an. 1504. ex aliis verò secretis literis Proregi commendatur die 22. Junii 1504. De eo Pirrus [b] & nos hujus 4. Part. Notit. 6: fuit enim Joannes ad majorem Regni Capellaniam, mox ad Archimandritatum Messanensem evectus.

[b] Lib. 4. pa. 1. not. 1.

1542 VII. *Cæsar de Pactis* nobilissimis Parentibus Messanæ exortus, Ann. 1542. electus, post quem

1570 VIII. *Andreas de Rubeis* à Rege nominatur anno 1570.

IX. *Sebastianus Ugolinus* inter Rectores S. Joannis enumeratur circa annum 1581. fuit etiam Prior S. Mariæ de Burgitabus anno 1621.

1621 X. *Petrus Petrazza, y Mendoza* An. 1624. ob Ugolini mortem electus.

1630 XI. *Antonius Nuceforus* post Petrum ad Rectoriam assumptus anno 1630.

1633 XII. *Hieronymus Posomia* anno 1633. obtinuit; vixit ad 1664. cui

XIII. *Joseph de Bombel* successit ex Regia præsentatione eodem anno.

1684 XIV. *Placidus Russo* anno 1684. electus, quo decedente

1694 XV. *Lucas Cardili* renunciatur anno 1694.

1708 XVI. *Didacus Angioja*, qui ab anno 1708. ad 1714. administravit.

1714 XVII. *Placidus Guerrera* Messanensis Artium, & Medicinæ Doctor electus ex literis Regiis anno 1714.

Valet Rectoria scutata 105. ut ex Relatione Ecclesiarum de Jure Patronatus ab Joanne Baptista Alias olim Reg. Pat. Rationali concinnata anno 1720. eruimus.

NOTITIA

Regiæ ac Imperialis Capellæ Collegiatæ sacri, & regii palatii Panormitani,

AUCTORE ABB. D. ROCCHO PIRRO,

Cum additionibus D. Antonini Mongitore Canonici Panormitani.

Sancti Petri Apostoli Canonicorum Collegium Regiæ, & Imperialis Capellæ intra Sacrum, & Regale Palatium Urbis Panormitanæ conditum, habet celeberrimum Templum, quod sua pulcritudine, & rerum pretiosissimarum apparatu cæteris, quę in Italia, & forsan extra, nunc usque extant, seu veteribus, seu novis, merito præferri constat: quo nomine ab omnibus, qui Panormum aut inhabitant, aut invisunt, viris non imperitis modo, sed ingenio etiam, doctrinaque præstantibus, summa cum admiratione, ac jucunditate frequentatur. Marmorum enim diversitate, incrustatione, musivo, ac interiori pictura sumptuosissimum est. Pavimentum illius marmoreum, ac porphyreticum, diversique coloris tessellis compactum est; inferior parietum pars marmoreis etiam, ac porphyreticis incrustata tabulis: superior lapillulis quadratis, & eis inauratis insignita, & variantium colorum lapillis, contextam Veteris Testamenti continet historiam, quæ & picturę artificio, & rerum cognitione plurimum delectat. Supremum fastigii tectum bino ex marmore columnarum ordine, arcubusque vermiculato opere splendentibus, ac variegatis subnixum, admirabili rerum cęlatura, arteque insignitum, laqueatumque, ac auro illitum. Specum quoque habet subterraneum religiosissimum, Principum devotioni aptissimum. Valvę sunt ad ejus sacraria geminę ex ære suso, pari, & insigni forma conspicuę. In Templi frontispicio pensilis, & pluribus ex marmore columnis suffulta est porticus; cujus parietum inferiorem partem, licet conditor marmoreis incrustaverit tabulis, superiorem tamen rudem reliquit, quam Joannes Sanchez Sacelli Prophonista anno sal. 1506. musivo opere, & Divorum Novi Testamenti, ac animalium pictura decoravit, ut in eo inscriptum ex musivo hujuscemodi distichon ostendit.

Reg. Re. 6. 2.

Descriptio Templi.

Ex Fazello Dec. 1. l. 8. 1710

Hic rudis interno paries inviderat aurum:

Divi-

Reg. B. 22. 24

Divitiis Cantor fecit, & arte parem.

Quando inceptum.

Quod quidem Templum sumptuosissimum à Rogerio Primo Siciliæ Rege à fundamentis erectum, ab anno sane salutis 1132. ejusdem Rogerii Regni anno secundo fuisse, Petrus Archiepiscopus Panormitanus, & Canonici, eorum diplomate concessionis Parochiæ testantur his verbis.

Concessio Parochiæ.

Prototypum extat in Thesauro Ecclesiæ in Fascel. lus. sessi fol. 373.

Rogerio Dei gratia Siciliæ, & Italiæ Regi Serenissimo, atque invictissimo Domino suo Reverendissimo, suisque Heredibus. Petrus eadem gratia Panormitanæ Sedis Archiepiscopus cum generali ejusdem Ecclesiæ Capituli assensu in perpetuum.

Illi non immerito per recompensationem debitores efficimur, à quo honorificentiam, ac benevolentiam assidua largitione Ecclesia Panormitana recipere cognoscitur. Ea propter, Rex benignissime, vestris postulationibus devotius annuentes, Capellam vestram in honorem S. Petri Apostolorum Principis infra Castellum superius Panormitanum fundatam, exaltare, & Parochiali dignitate irrefragabiliter munire decernimus; præsertim cum jam dicta Capella tam Canonicali honore quam & reliquis beneficiis per vestræ Majestatis munificentiam decorata regaliter resplendeat. Nos igitur voluntati vestræ sincere providentes, Canonicorum Nostrorum, & Capituli communi assensu concedimus, & præsentis privilegii authoritate firmamus supranominatæ Capellæ vestræ Ecclesiam Sancti Andreæ, quæ sita est juxta murum Panormi cum cœmeterio sufficienti habendam illi, & possidendam, & ejusdem Capellæ Canonicis per hujus traditionis paginam jure perpetuo: adiicimus quoque ei in Parochiam totum Castellum Panormitanum cum universo Regali Palatio, & omnibus in eo degentibus Capellanis, Clericis omnibus Capellæ, & Servientibus Castelli cum domesticis suis. Si qua igitur imposterum magna, humilisve persona hujus nostræ concessionis paginam violare tentaverit, à Sanctæ Matris Ecclesiæ gremio se sentiat alienam. Ad hujus autem nostræ concessionis indicium, sigillo nostro insigniri, & subscriptis testibus roborari præcipimus. Facto Panormi anno Dominicæ Incarnationis 1132. ind. x. Anno Regni vestri secundo.

Jam Canonicis decorata eo anno.

Sacellum S. Andreæ erat junctum Sanctæ Mariæ de Itria, quod ruinis affectum est.

Pirri. Dec. a. f. 182.

✠ *Ego Petrus Dei gratia Panormitanus Archiepiscopus qui supra.*
✠ *Ego Henricus Panor. Archidiaconus. ss.*
✠ *Ego Joannes Cantor. ss.*
✠ *Ego Hubertus Canonicus. ss.*
✠ *Ego W. Panormitanus Canon. ss.*
✠ *Ego Robertus Canonicus. ss.*
✠ *Ego Fulcous. ss.*
✠ *Ego Albertus Presbyter. ss.*
✠ *Ego . . lem subscribo. ss.*
✠ *Ego Rogerius Canonicus. ss.*
✠ *Ego Arnulphus Canonicus. ss.*
✠ *Ego Simon Canonicus. ss.*
✠ *Ego Joannes Raven. Canonicus. ss.*
✠ *Ego Stephanus Canonicus. ss.*
✠ *Ego Henricus Canonicus. ss.*
✠ *Ego Thomas Canonicus. ss.*
✠ *Ego Tiberius Canonicus. ss.*
✠ *Ego Petrus Canonicus. ss.*

A ✠ *Ego Guarinus Magister Capellanus Cancellarius.*

Eo utique tempore jam Canonicis, atque aliis Beneficialibus decoratam extitisse ex his constat, quorum, numerus ita describitur in Regio Capibrevio Ecclesiarum apud Regiam Cancellariam: *In prima fundatione constituti sunt Magister, seu Capellanus Major; duæ Dignitates, Cantor, & Thesaurarius, duodecim Canonici, tres Personatus, Subcantor, Magister Scholarum, & Terminator, & duodecim* B *Sacerdotes, quos Chorodatos vocamus, duo Sacristæ, & quatuor Clerici.*

1140.

Consecratio Eccl. an. 1140.

Anno vero salutis 1140. 28. Aprilis 3. Ind. Regni Rogerii anno decimo consecratur, ac multis indulgentiis in die Dedicationis visitantibus concessis amplificatur, ut ex Diplomate per hæc verba constat.

In Privilegio literis aureis exarato apud Thesaurum Ecclesiæ in pergameno.

Privilegium consecrationis extat aliud sub subscriptione omnium Græcorum, & Latinorum sacerdotum in consecratione assistentium, est quæ in libro Ro. in Monatchia f. 68.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Rogerius Divina favente Clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Novere gentes, & populi per mundi climata constituti C *per quot, & quantos sudores bellicos, quantoque vitæ discrimine Prædecessores, & Progenitores nostri, piæ recordationis, & beatæ memoriæ, Robertus Guiscardus patruus noster, Rogerius Comes pater noster, & cæteri patrui nostri, atque consanguinei, ab inimicis Fidei Christianæ Saracenis miserabiliter occupatos universos fines Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ, & Longobardiæ suo dominatui subjugarunt. Quibus Omnipotentis Dei inæstimabilis benignitas misericorditer cooperata, Nobis misericordius, longeque copiosius* D *gratiam suam ampliavit. Non solum eam, quæ Patri nostro contigit acquisitionem, verum etiam omnium eorum labores, & parta nostræ ditioni subjecit, & potestati. Sacrosanctæ igitur Matris nostræ Romanæ Ecclesiæ authoritate, & Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Principum, Comitum, Procerum, Cleri Regni nostri, & totius Populi communi consilio, Regnum, quod multis jam evolutis temporibus dissolutum erat, benignitate Redemptoris diebus nostris rediit in statum pristinum, & formam Regni integram, & perfectam honorificentius decoratam,* E *& magnifice sublimatam. Aspirante itaque nobis septiformi Salvatoris gratia ad honorem Dei, cujus misericordia nostra prosperantur in melius, & Beatæ Virginis Mariæ, omniumque Sanctorum, titulo B. Petri Apostolorum Principis intra nostrum Regale Palatium, quod est in Urbe Panormi, Ecclesiam summa cum devotione fabricari fecimus. Ita quidem, ut nulli Personæ liceat in ea sibi aliquid vendicare, nisi per nos, aut eos, qui nobis in Regno succedent. Nos autem pro* F *salute animarum Prædecessorum nostrorum Roberti Guiscardi, & Rogerii Comitis Patris nostri, & Matris nostræ Adelasiæ, & Alviræ Reginæ Uxoris nostræ, & Filiorum nostrorum, & omnium Parentum nostrorum, & eorum omnium, qui in acquisitione Siciliæ studium impendere, pro nostrorum etiam remedio peccatorum, eorumque omnium, qui prædictam Ecclesiam juverint, & dignitatem ejus custodierint; nomine dotis in præsenti damus ei pro Cœmeterio Ecclesiam Sancti Georgii[a] novam, hoc tenore, ut nulli liceat Personæ*

a Hæc Ecclesia S. Georgii, quæ subtus Regium Palatium extat, à Fidelico in Monasterio S. Mariæ de Altofonte fuit unita, ut in ea notitia.

Præbendæ primæ octo, quo modo constitutæ fuerunt.

a Hoc privilegium deest.

sona aliquid de bonis ejusdem Ecclesiæ subtrahere, aut auferre. Octo autem ibidem Prabendas constituimus: duas earum in redditibus septingentorum tarenorum ad granum unum, cum vineis, & domibus suis, & terris, sicut divisum est in alio Privilegio, a *singulis annis singulos harum duarum accipere frumenti modios sexaginta, & totidem hordei: & singulas itidem harum duarum prabendarum septingentos tarenos accipere. Item quatuor alias prabendas in redditibus quingentorum tarenorum cum vineis, & domibus suis, & terris, sicut divisum est in alio Privilegio, & singulis annis frumenti modios quadraginta, & totidem hordei per singulas. Duas etjam alias, qua cum sint hujus Ecclesia, ordinata, tamen sunt in Capella Regina, bona memoria, Alvira, in redditibus ducentorum tarenorum ad granum unum, cum domibus, & vineis, sicut divisum est in alio Privilegio, & singulis annis frumenti modios viginti duos cuique. In Ecclesia vero confessionaria pro personis ibidem servientibus ancentos, & quinquaginta tarenos, & frumenti modios vigintisex. Et constituimus, ut redditus omnium tarenorum de Molendinis Urbis Panormi proveniat, medietas in Nativitate Domini, & alia medietas in Pasqua; Victualia vero Thermis in mense Augusti. Si qua vero Personarum, cui pradicti redditus sunt statuti, decesserit, prabenda Victualia tam pro Vicario, quam pro cultu vinea, & domus utensilibus interim conserventur. Si quid erit residuum, Christi pauperibus erogetur. Tareni vero prabenda in manu Regis sint, ut aut usibus Ecclesia applicentur, si ita res exigat, aut pauperibus Christi distribuantur. Hoc autem dispositum, & constitutum est pro salute Pradecessorum nostrorum, & peccatorum nostrorum, haredumque nostrorum remedio. Filiis nostris committimus, & commendamus, ut sicut ipsius Dei, & nostram benedictionem, & gratiam promerere desiderant, sic quisque pro sua persona diligentissime studeat custodire. Si qua vero persona de Regno nostro huic nostro privilegio contraire tentaverit; pro qualitate commissi, tanquam sacrilegus, & Regia Majestatis reus, pœna condigna subjaceat. Quod si persona de Regno non fuerit, qua nostra sancita violare prasumpserit, anathematis gladio fodiatur, & Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti iram sentiat sempiternam, nisi resipuerit, & congrua satisfactione correxerit, Amen, Amen, Amen.*

Dotatio Canonicorum.

Nota hanc pinguem Dotationem defuisse.

Pœnas excommunicationis Rex imponit.

Datum Panhormi per manum Roberti Cancellarii die Dedicationis Ecclesia, quarto Kalendas Maii, indictionis tertia, Incarnationis Dominica ann. MCXL. Regni vero Excellentissimi Regis Rogerii anno decimo. Et totum superius apertissime declaratum sigillari, & insigniri fecimus Chrysobullo Regali nostro. Quod quamplurimis Præsulibus, & Primatibus est subscriptum.

Anno post 1142. ultimam perfectionem huic nobilissimo Templo fuisse datam per marmor dexteræ illius muro infixum constat; in quo triplex, Latina, Græca, & Saracenica hujusmodi legitur inscriptio.

Opus Horologii, id est ad horas Sacerdotibus recitandas constitutum.

Hoc opus Horologii pracepit fieri Dominus, & Magnificus Rex Rogerius anno Incarnationis Dominica MCXLII. mense Martio ind. 5. anno Regni ejus XIII. faliciter. Græca, & Saracenica hoc latinis sonant: *O Spectaculum novum. Fortis Dominus Rogerius Rex ex Deo sceptrum tenens, fluxum franat fluentis substantia, cognitionem distribuens à peccato immunem horarum temporis. Mense Martio, ind. 5. salutis anno* 1142. *Regni ejus XIII.* ut bene annotavit Fazellus. b

b Dec. 1. l. 8. c. 1. & dec. 2. lib. 7. c. 3. [illegible]

DE PRIVILEGIIS, ET CANTORIBUS.

Primus Cantor.

ANno salutis 1140. SIMON primus Cantor Regiæ Capellæ S. Petri, à Rege Rogerio electus, qui eidem Ecclesiæ præter alia, ad summam (testibus Jacobo b Arnedo, & Francisco c de Puteo Regiis Visitatoribus) aureorum trium d millium super Gabellas Secretiæ Panormi, & quadraginta aliarum Civitatum, & Oppidorum Regni assignavit, atque ad instar Metropolitanæ Ecclesiæ, ac Cathedralium, obsequium continuum Ecclesiæ præstandum sancivit.

b In sua visitatione Anno 1552.
c Et alia Putei anno 1583.
d apud officium Conservatoris, ù infra declarabitur.

1143.

Anno 1143. mense Decembris Ind. 7. Gualterius Ordinis S. Benedicti, Abbas S. Laurentii de Adversa in Calabria cum consensu viginti septem Monachorum subscriptorum, concessit Regi Rogerio Casale cum Ecclesia S. Laurentii in Sicilia in territorio Saccæ, cum Ecclesia S. Leonardi simul, ac domos, hortos, vineas, agros, &c. quæ omnia Regiæ Capellæ dedit post Rogerius ex privilegio ibidem. Hoc beneficium dicebatur post S. Leonardi de Alsues intra Territoria Saccæ, & Calatabillottæ annexum Regiæ Capellæ. e Deinde hoc beneficium S. Laurentii, qui dicebatur de Sacca, Rex Guillelmus cum Bartholomæo Episcopo Agrigentino, cum alio S. Mariæ de Militellio commutavit, ex Tabulis S. Petri. Hunc Simonem Cantorem commemoravimus *in Notitia Messana Anno* 1159. („ Joannes, sive Julianus, Episcopus Catanensis, ut Rogerio Regi morem gereret, Capellanis regiis, idest Canonicis nostris tertiam partem de omnibus decimis, quas in Castrojoanne, & Aydone Catanensis Ecclesia percipiebat, indulsit, anno 1145. ex Pirro *in Notit. Catan.* ad hunc annum, & Jo. Bapt. de Grossis *in Catana Sacrap.* 22. *f.* 83. qui privilegium exscribit.)

e Ex Tabul. 1190. in Regia Capella.

1164.

§. 2. Anno salutis 1164. EUTROPIUS, qui simul cum suis Canonicis commutavit quasdam domus Cantoriæ Regiæ Capellæ, cum domibus Ansaldi Castellani Regii Palatii, quæ erant in Chalca, & ex uno latere cingebantur Ecclesiæ S. Barbaræ, ex alio vero latere Ecclesiæ S. Mariæ, quæ dicitur Picta, & hoc authoritate Regis Guillelmi II. anno Incarn. Domini 1167. mense Martio, Regni vero anno primo. Eo sane tempore Cantor, & Canonici (inter quos erat Gualterius Decanus Agrigentinus, & Canonicus Regiæ Capellæ testis subscriptus, fuit postea Archiepiscopus Panormitanus) Regis Familiares appellabantur. („ Anno 1177. Joanna Regina Guilielmo II. Regi in hoc regio Sacello fuit desponsata ex Pir- „ ro

Guil. II. R.

„ ro nostro in Chronologia Regum Sic.)

1187. §. 3. Anno 1187. PETRUS, cujus etiam interveniente assensu ex diplomate dato mense Martio ind. 5. eodem anno, Regni vero Guilelmi Secundi anno XII. Corpora Reginarum, & Ducum, quæ jacebant in Capella Regia S. Mariæ Magdalenæ, suffraganea Capellæ S. Petri, conceduntur Ecclesiæ Cathedrali Panormitanæ. Anno 1195. die 10. Jan. 13. ind. Henricus Imperator, & Rex per diploma datum Panormi (cujus originale est in Thesauro Regiæ Capellæ, & in libro ejus fol. 150.) omnia Prædecessorum Regum Rogerii, Guilelmi Primi, & Secundi dona, ac privilegia confirmat, ac præbendas, & jura, & anniversaria tria prædictorum Regum Guilelmi Primi, & Secundi.

Vide per extensum in ... Eccles. Pan. eo anno.

a Hist. Imper. 1195.

Ideo Capella dicitur Imperialis.

(„ MATTHÆUS DE CASTRONOVO, „ qui præerat Cantor in Regia Capella anno „ 1197. Henricus enim Imperator hoc an. pri„ vilegium à se Capellæ S. Petri concessum, & „ à Matthæo Cantore, & capitulo ejusdem ob„ latum, recognovit, & confirmavit, ut infra.

1197.

„ *Henricus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Siciliæ. Notum „ fieri volumus universis Imperii, & Regni Si„ ciliæ Fidelibus, quod Fideles nostri Matthæus „ de Castronovo Precantor Capellæ nostræ Pa„ normi, & ejusdem Capellæ Capitulum, pri„ vilegium ipsius Capellæ sibi à celsitudine nostra „ concessum, juxta generale edictum, quod in „ sollemni Curia nostra Panormi fecimus, in „ manus nostras resignaverunt. Cujus tenore „ diligenter inspecto, ipsum privilegium eis be„ nigne restituimus: ratum habere volentes quic„ quid in eodem privilegio est eis à Nostra Ma„ jestate concessum pariter, & confirmatum, & „ exinde ad majorem notitiam, & securitatem, „ præsentem conscribi jussimus apodixam, sigillo „ nostro cereo communitam. Dat. Panormi XV. Kal. Madii, Indictione XV.*)

In Regia Capella.

1200. §. 4. Anno 1200. BARTHOLOMÆUS, ad cujus, ac Canonicorum requisitionem Fridericus Imperator Secundus, Rex hujus nominis Primus, per privilegium [a] datum Panormi 25. Januarii 13. ind. ann. sal. 1225. Imperii vero ann. 5. Regni tamen 27. Regis Rogerii insertum corroborat per eadem verba, deinde fuit authenticatum in actis Aloysii de Meo die 25. Martii 11. Ind. 1417. [b]. Hic Anno 1215. ad Cathedralem Syracusanam translatus est, cujus promotione has literas scribit Imperator: *Subcantori, & Capitulo Capellæ Palatii Panormitani fidelibus suis. Fridericus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Rex Siciliæ, Subcantori, & Capitulo Capellæ Palatii nostri Panormi fidelibus suis, gratiam suam, & bonam voluntatem. Notum fecimus devotioni vestræ, quod quia cito nobis innotuit de promotione Bartholomæi condam Cantoris ad Episcopium Syracusarum, de gratia nostra, statuimus Jacobum filium Matthæi de Romanis Canonicum in ipsa Capella nostra, concessimus ei præbendam, quam idem Bartholomæus renunciavit cum illo beneficio, quod hactenus nobiscum percipiebat in Molendino Monarchiæ. Quare mandamus vobis, & præcipimus,*

In Tab. S. Petri.

a Extat originale in Eccl. S. Petri cum sigillo in cera communi inter arculam ligneam.

b Authog. in Eccl. S. Petri.

De hoc Molendino nulla notitia.

A *quatenus ipsum Jacobum Canonicum vestrum recipientes, stallum ei assignetis cum præbenda, & tam de communibus, quam de redditibus Molendini de Monachia sicut dictus Bartholomæus hactenus percipiebat, integram eidem Jacobo Canonico vestro detis portionem, anno 1215. 15. Julii 3. ind.* Qua de re scripsit quoque Cardinalis in hac forma [c]. *Dilectis in Christo Fratribus, & Amicis Reverendissimis Capitulo Regiæ Capellæ Palatii Panormi. Octavianus Dei gratia Sanctorum Sergii, & Bacchi Diaconus Cardinalis salutem in vestra salutatione. Novimus per litteras,*

B *quas direxistis nobili viro Matthæo de Movimento Consuli Romanorum, & Comiti Corsiæ, & Calinensis, quod sic Regia gratia concesserat nobili Jacobo viro nato ejusdem nobilis Matthæi, stallum, & locum vobiscum in præfata Capella: vos adimplestis libentissime, ac liberaliter contulistis eidem de societate ejusdem Clerici, sicut de Fratre Reverendissimo non modicum congaudentes. Cum igitur cautum sit tam in Canonico, quam in Jure Civili, quod juste constitit esse factum, perpetuum habeat munimentum, non sit onerosum*

C *vobis prædictum Clericum habere in socium, & in fratrem, cum Pater, & consanguinei sui ad majora possint universitati vestræ respondere in Curia Romana, & in Aula Imperali. Quo circa discretionem vestram, de qua confidimus, attentius deprecamur, quod præfatum nobilem Jacobum accipiatis in socium, & in fratrem: preces nostras taliter admittentes; ut vobis obligati teneamur grata exinde vicissitudine respondere; &c.*

c Ibidem

Quales olim Canonici regiæ Capellæ filii Comitis Corsicæ

§. 5. Anno 1220. NICOLAUS, quando, si-

D cut Rex Rogerius octo Canonicos, quatuor aliis superadditis, è templo D. Mariæ de Admirato, per Georgium Antiochenum Rogerii Comitis primum, & deinde Rogerii etiam Regis Admiratum, extructo, ad D. Petri Apostoli in Palatio sacra servitia transumpsit [d]; ita Fridericus II. Cæsar ad sumptus belli substentandos, de eodem D. Mariæ Templo sacra vasa aurea, & argentea, quibus erat dotatum, omnia abstulit; pro quorum restitutione Casale Scopellum cum suis pertinentiis, excepto

E Portu, & Tonnaria, Templo dedit, ut illius Tabulis dat. Pan. die 15. Augusti 3. ind. Regni anno 21. 1220. [e] liquet. Fuit enim hoc sacellum ab eodem Georgio erectum, ac multis donis auctum anno fere 1134. in eo constitutus Rector, & Sacerdotes Græci, qui græco more psallebant, dicebaturque Clerus Græcus, quod beneficium unitur, ut supra, Ecclesiæ S. Petri. Anno vero fere 1226. auctoritate Apostolica confertur Magistro Matthæo Philosopho scriptori, & interpreti PP. Honorii III. ex

F ejus diplomate dat. Romæ Tertio Idus Decembris anno Pontificatus secundo, atque sub Apostolica protectione destinatur, atque à Græcis serviri tum præcipitur; erat enim hæc Ecclesia adhærens Monasterio S. Mariæ de Aloysia Martoranæ. In Tab. Ecc. S. Petri, quam confirmavit Christophorus Admiratus ex diplomate Honorii Papæ III. anno 1258. Huic Nicolao fuerunt assignata omnia bona Ecclesiæ Cathedralis, & S. Nicolai Africæ, cum Archiepiscopus Africæ Cosmas una cum bonis suæ

d Ex Fazello dec. 1. lib. 8. fol. 181.

e Fazellus ibidem, & originale in Thesauro Eccl.

1307. §. 13. Anno 1307. BERNARDUS DE FORES Cantor, qui interfuit consecrationi F. Michelis Abbatis S. Mariæ Altifontis, factæ in Sacello Regii Palatii Messanensis, ab Arnaldo Archiepiscopo Montisregalis coram Rege Guilelmo Secundo, ut in Privilegiis Parci.

1309. §. 14. Anno 1309. OGERIUS DE VERZOLO, Syracusanus Cantor, Canonicus, & Beneficialis S. Mariæ de Admirato, ut ex multis instrumentis apud Thesaurum Ecclesiæ. Qui anno 1309. obitu Pauli de Vallo Ecclesiæ Thesaurarii ab hæredibus inventarium confecit omnium bonorum, & privilegiorum, ut in actis Notar. Adami Cicalæ 29. Decembris 8. indic. 1309. („ Inventarium etiam bonorum Capel„ læ factum tempore Caroli Regis, in publi„ cas tabulas Bartholomæi de Ioanne 15. Martii „ 1310. [a] redigi curavit. [b]) Anno 1333. cum U. J. D. Damianus de Palicio Magister Capellanus Regum Friderici, & Petri filii, vellet visitare Regiam Capellam tamquam ad suum munus spectaret, eum tamquam Magistrum Capellanum admittere noluerunt Canonici, asserentes, nisi tamquam ad hoc munus maxime deputatum per Regem, & admittere Canonici protestati sunt, [c] ex actis Rogerii Calatabuti die 12. Maii 5. ind. 1322. *Quia de voluntate, & mandato Regis Domini nostri Friderici, cui subest eadem Capella procedit Visitatio, seu Inquisitio Cantoris, & Canonicorum dictæ Capellæ*. Cum autem controversum fuerit ante, an Canonicis Ecclesiæ Parochialis S. Petri deberetur quarta funeralis ex domesticis Regii Palatii obeuntibus extra illud, occasione obitus D. Floderisiæ, Filiæ Regis Friderici, quæ defuncta fuit extra mœnia sacri Regii Palatii, & tumulata in Ecclesia Conventus Sancti Francisci Ordinis Minorum, fuit in favorem Canonicorum jure declaratum, & decisum per Senatorem Maydam Judicem Regiæ Conscientiæ, de relictis, & legatis ad pias causas, tangere dictæ Capellæ Quartam: & deinde anno 1323. 29. Martii 6. ind. per acta Rogerii de Vitali Panor. [d] transumptatum regnantibus regibus Friderico, & Petro II. Fuit litigatum inter hunc Cantorem, & Thesaurarium, cui competeret electio Manigerii Ecclesiæ, & pro Cantore fuit decretum per Senatorem de Mayda Judicem, ut in tabulis Rogerii Zuccaro 28. Iulii 6. ind. 1329. Anno 1333. facto inventario omnium bonorum Sanctæ Mariæ de Admirato per Notar. Henricum de Menna die 7. Sept. 2. ind. adnotantur septem præclaræ reliquiæ. Anno 1337. Episcopus Syracusanus fuit factus, ut in ea notitia.

(„ ALDOINUS DE REYNALDO Cantor „ comperitur anno 1337. in Catalogo M.S. Can„ torum in Regia Capella. Petrus II. Rex, ex „ literis datis Messanæ 4. Januarii 1340. [e] „ præcipit Secretis, & Thesaurariis Panormi, „ ut singulo anno solvant cuilibet Canonico „ Regiæ Capellæ uncias octo de redditibus „ Curiæ.)

1340. §. 15. Anno 1344. ORLANDUS BRUNELLUS Messanensis, Regius Capellanus, seu Magister Capellanus, & Beneficialis Sanctæ Mariæ de Admirato. Rex Ludovicus per privilegium datum Catanæ 1. Novembris 12. indi. ejusdem, cuilibet Canonico super Secretiis annuas uncias octo concessit: atque sub eodem Rege 1346. Prædecessorum donationes, & ordinem Pandectarum die 13. Julii 14. indict. in actis Not. Petri Minardi transumptandas curavit. Fecit transumptare litteras Regis, per quas sanxit, ut solvantur unciæ octo Canonico Aloysio Spina in actis Leonardi de Musco 1. Novembris 13. ind. 1344. Anno 1347. die 28. Septembris ex instrumento Notar. Thomæ de Messina, transumptis mandantur omnes antiquę solutiones Canonicis debitæ, juxta morem Ecclesiarum Cathedralium. Hic fuit etiam Canonicus S. Petri de Palatio, & Sancti Petri de Calaxibetta. Fuit etiam Vicarius Petri Episcopi Pactensis, & Liparensis, & Magister Capellanus Friderici III. [f] Obiit anno 1355. cujus Canonicatu, per præsentationem Regiam, & institutionem F. Francisci de Luca Ordinis S. Augustini, S. T. M. Magistri Capellani, Antonio de Guerreris Messanensi collatus est. [g]

1355. §. 16. Anno 1355. FRANCISCUS DE CATANIA Canonicus Panormitanus, ac Mazariensis, Canonicus major, & Cantor Regiæ Capellæ, ac Beneficialis S. Mariæ de Admirato, Rectorque S. Joannis Regiæ Capellæ Messanæ, fuit Regius Capellanus, ac familiaris: multa præstitit servitia Friderico III. Petro Regibus, ac Reginæ Elisabethæ, ex privilegio apud Regiam Cancellariam, & in Tab. Ecclesiæ S. Petri. Cui, obitu prædecessoris Orlandi, Rex Ludovicus per litteras datas Catanæ 14. Septembris 8. ind. 1355. contulit non solum Canonicatum Regii Palatii dictum de Massari, atque Cantoriam [h] sed etiam beneficium S. Mariæ de Admirato, tamquam ad dictam cantoriam jure spectans, de quo per procuratorem adeptus fuit fructus feudi Scopelli, siti, & positi infra territoria Drepani, Montis Drepani, ac Castri ad Mare de Gulfo, spectantes pleno jure ad cantoriam. Fuit etiam Beneficialis S. Basilii, & Archipresbyter S. Mariæ de Alto Paternionis, quæ fuerat collata ab Abbate Licodiæ, & Vicario Sede vacante Ecclesiæ Catanensis [k] F. Jacobo de Soris. Anno 1361. Episcopus à capitulo Mazariensi postulatus, deinde Offeriensis [l] electus est.

1363. §. 17. An. 1363. FRANCISCUS DE VITALI Panormitanus, Filius Joannis Vitalis Magistri Notarii Prothonotarii, Cantor cum unione S. Mariæ de Admirato eligitur, ex diplomate Regis Friderici III. dato Catanæ 5. Septembris 2. ind. 1363. obitu Francisci de Catania, ob servitia avunculi Gerardi Bonzalli Militis, & Magistri Joannis de Vitali ejus Patris, Magistri Notarii Prothonotarii. [m] Canonicus erat Regiæ Capellę obitu Gerardi Maticii per Regem Fridericum III. præsentatus, anno scilicet 1356. Cantori vero per litteras datas 9. Martii 1369. concedit omnimodam potestatem in dicta Capella in civilibus, & criminalibus super omnibus Clericis dictæ Capellæ, ac ibidem concedit potestatem per triennium studendi in jure Canonico Bononiæ, & eligere

Beneficiū S. Marię de Admirato cum feudo Scopelli unicum Cantoriæ.

Marginal notes: Scribae in Cap. Archiep. [illegible] — a in [illegible] in Eccles. b ex Tab. S. Petri. — c in Archivio Eccles. — d in Thes. Eccl. & ejus lib. [illegible] — Ludovic. Re. — e ex Tabulis S. Petri. — f ut lib. R. Canc. an. 1350. & 1366. fol. [illegible] — g lib. Proth. fol. [illegible] — h lib. Proth. an. [illegible] f. 39. — i ibid. f. 188. — k ibid. an. 1360. [illegible] — l In not. 6. [illegible] & Proth. an. 1362. f. [illegible] & 39. — Fridérici Re. — m Ex lib. Proth. an. 1315. f. 350. Reg. Canc. an. 1360. & fol. 301.

latii fel. Urbis Panormi, ut duodenus numerus consuetus Canonicorum Capellæ ejusdem Palatii adimplaretur, ob mortem Domini Francisci Calabruci duximus ordinandum, cum singulis honoribus, prærogativis, & juribus hactenus consuetis, prout in dictis litteris hæc, & alia plenius continentur, cujus Canonicatus (poscente natura) laudabilis, & antiqua consuetudo huc usque inviolabiliter observata est, ut quilibet videlicet duodecim dictorum Canonicorum non nisi coram nostro Magistro Capellano quantumque in eadem Urbe non extat conveniri debeat pro quibuscumque causis, & non coram alio quocumque Prælato, nisi suo Ordinario, quod observari ex antiquo privilegio nostrorum illustrium Prædecessorum Regum recor. fel. ejusdem Capellæ Canonicis dudum consuevit. Insectantes vos Reverendum electum Panormitanum, & alios quoscumque Prælatos requirimus, & hortamur, quatenus eumdem Dominum Michaelem unum ex duodecim Canonicis dictæ Capellæ nostræ, pro quibusvis causis, & domandis contra eum motis, & de cætero movendis, ad petitionem alicujus coram vobis convenire nullatenus præsumatis, sed eum ad dictum nostrum Magistrum Capellanum, vel ejus locumtenentem, quem propterea in dicta nostra Urbe Panormi ordinari volumus, & jubemus, protinus remittatis, & si quid (quod non credimus) contrarium feceritis, aliis nostris litteris inscribemus Capitaneo, & aliis officialibus ejusdem Urbis, quod ad ipsius Domini Michaelis instantiam, & favorem nostri sæcularis brachii consilium, & similia sibi tribuant opportuna, qui ab omni vestra jurisdictione stabiliter excludant, ut tandem præeminentiis, privilegiis, exemptionibus, observantiis dicti sui Canonicatus gaudere possit, sine molestia, & obstaculo quocumque. Dat. Catanæ sub anno Domini 1406 die 2. Julii 14. Ind. sub nostro sigillo secreto. Rex Martinus. Present. 12. Julii 14. Ind. Contra quem Archiepiscopum per publicum instrumentum die 15. Novembris ejusdem anni [a] protestatus est idem Canonicus de Cancellario; sed Archipræsul volens eum cognoscere, saltem tamquam Beneficialem Sancti Jacobi de Mazzara, & non tanquam Canonicum (allegante Cancellario, illud Beneficium esse de jure patronatus Regio, & de suffraganeis Regiæ Capellæ) de communi consensu causæ cognitionem Abbati S. Mariæ de Altofonte, [b] & post Capitulo Panormitano remisit.

a Per Honorium Galleti Gallonem extat in Thesauro Eccles. Metropol.

b Ibidem.

§. 22. Anno 1406. ANTONIUS DE COLERS Cantor, regebat per procuratorem Andream de Argento Archidiaconum Panor. ut in tabulis Eccl. Panorm. Maragm.

1410.

§. 23. Anno 1410. SIMON DE RUBEO Regius Capellanus, Cantor Regiæ Capellæ, & Canonicus Panorm. à Rege Martino præsentatus, cui fuit familiaris, & gratus, & ab eo quamplurima consecutus est Ecclesiastica beneficia, ut sparsim in suis locis adnotavimus. Hic anno 1417. 20. Januarii Nicolao de Simone providit officium Magistri Scholæ Regiæ Capellæ, [c] ut sui erat juris, ac omnium privilegiorum præsertim Regis Martini, & Mariæ confirmationem in publica instrumenta Aloysii de Meo die 25. Maii 11. Ind. [d] ejusdem reduxit. Obiit anno 1427. Fuerat hic anno 1392. Canonicus dictæ Regiæ Capellæ, ac Regis Martini Capellanus [e].

c In processu apud Tribun. R. Monarch.

d In Thesauro Eccl. Sancti Petri.

e Lib. Reg. Canc. f. 90. 1417.

§. 24. Anno 1427. VASSALLUS SPECIALIS Netinus Canonicus Panorm. in Cantoriæ possessionem inductus per Proregem Nicolaum Specialem, ex litteris datis Panormi 1. Septembris [*] 7. ind. ejusdem, virtute expectativæ per Regem Alphonsum concessæ, dat. Barcinonæ 1. Octobris anno 1424. sed creditur à Rege successorem fuisse deinde electum.

§. 25. Anno 1428. F. ANTONIUS DE LEONTINO Cantor Regiæ Capellæ & Abbas S. Mariæ de Angelis in Bayda, qui mox in manibus Regis Alphonsi renunciavit.

1430.

§. 26. Anno 1430. GULIELMUS VITALIS Panormitanus, Cantor Regiæ Capellæ, & Beneficialis S. Mariæ de Admirato, quam quidem S. Mariæ de Admirato Ecclesiam Regiam Rex Alphonsus per privilegium datum Panormi ultimo Septembris 15. ind. anno sal. 1434. sui Regni 19. dismembravit, seu separavit ab antiqua unione Cantoriæ Regii Palatii: hac tamen conditione, ut Scopelli feudum pro Cantore remaneat, & ipsa S. Mariæ Ecclesia singulo anno in festo Purificationis dicto Cantori, & Successoribus, ceræ rotulum solvere teneatur, quod Papa Eugenius IV. per diploma directum Abbati S. Spiritus propè muros Panormi, datum Florentiæ octavo Kalendas Augusti an. 1435. Pontificatus anno quinto, confirmavit, in quo Cantor nuncupatur Capellanus Major Regius.

Divisio Eccles. S. Mariæ de Admirato ab Ecclesia S. Petri de Palatio.

1436.

§. 27. Anno 1436. ALEMANNUS DE SISCAR, qui ob litteras Regis Alphonsi datas Caetæ die 21. Octobris 15. ind. ejusdem [f] assensum præbuit, ut post mortem Michaelis de Cancellario Canonici Regiæ Capellæ, ac Beneficialis Sancti Jacobi de Mazzara, dicta Ecclesia suffraganea Regiæ Capellæ fit, & esse debeat Henrici de Simone S. T. D presbyteri Panormitani, ac Successorum, ut in ea constitueretur Collegium Clericorum Sæcularium, qui viverent sub ritu, & observantia S. Petri Apostolorum Principis, quod ab Eugenio IV. ex Bulla data Bononiæ Kal. Junii 1437. Pontificatus anno septimo, confirmatum fuit [g]. Anno 1438. Rex Alphonsus ex privilegio Caetæ 11. Januarii dedit uncias viginti annuales pro fabricis ex redditibus Curiæ [h]. Hic constituit Vicarium Generalem in spiritualibus, ac Procuratorem Robertum de Stephano Canonicum dictæ Capellæ, qui anno 1449. die 10. Augusti 12. Ind. contulit officium Magistri Scholæ Andreæ de Seraphinis [i], qui Subcantor appellatur, & terminator. Et anno 1450. commutavit cum Beneficio, seu Canonicatu tunc nuncupato S. Luciæ de Plano Milatii, quod successor tenebat de licentia Regis Alphonsi ex litteris datis eo anno. [k]

f Excel. in R. Cancel. f. 171.

g In Archivio S. Jacobi.

h In visitatione Arnoldi 1556. 14. ind.

i Ut in Archivio R. Monarchiæ anno 1560. & in actis Gerlandi de Virgillecto in Thes. Eccl. 8. Augusti 13. ind. & 1450. Pontificatus Nicolai V anno 4.

k Ex lib. Proth. anno 1450. f. 183.

1451.

§. 28. Anno 1453. NICOLAUS DE JOXA per Regem Alphonsum. [l]

l Proth. f. 97. 1455.

§. 29. Anno 1455. JACOBUS GALLARAT, sive DE SANCTIS, V. J. D. Cantor, & Beneficialis S. Mariæ de Admirato, ob commutationem cum Prædecessore, cui data est possessio per Magistrum Capellanum Regni ad litteras Regis

Canonici Capellæ pari passu cum Canonicis Metrop. incedunt.

in Processionibus pari passu incedant declarare fecit, ut in actis Curiæ Archiepiscopalis f. 152 eodem anno.

1525. §. 41. Anno 1525. 20. Septembris MARTINUS DE ANTIGUERREN Hispanus Cantabrensis, Promotor Fiscalis Tribunalis S. Officii, in minoribus tantum constitutus, qui accusatus de stupro in Archiepiscopali Curia fuit conventus, & ob Bullas Apostolicas declaratur exemptus ab ordinaria jurisdictione tamquam Cantor. [a] Anno 1526. uxorem duxit.

a In Archiep. Curiæ Archiepiscopalis.

1526. §. 42. Anno 1526. FERDINANDUS RODORIQUEZ Hispalensis, cui Ferdinandus II. Rex per litteras datas Barcinonæ 15. Junii 2. ind. 1529. execut. Panor. 15. Septembris 3. ind. [b] antiquam jurisdictionem super Inquilinos Feudi Achæ, sive de Ciantro, Cantoriæ subditos, confirmavit. Eo Cantore in Regia Capella extabat Musica Regiis sumptibus, [c] cui annuæ unciæ viginti solvebantur. Obiit anno 1536. quoniam Capitulum sede vacante die 2. Septembris x. ind. Presbyterum Petrum la Presti Canonicum in Thesaurarium eligit. [d] Qua quidem tempestate Claramontanorum (qui etiam Panormo multis annis potiti sunt, & cuncta bona Ecclesiastica usurparunt, diripueruntque) rebellione, redditus, præbendæ pingues, & alii fructus prædictæ Capellæ direpti erant; Canonici, ac alii Presbyteri quasi solo nomine sine præbendis remansere, ut Prorex, & Consilium Carolo V. per suas litteras datas Panormi ultimo Martii 9. indict. [e] enumerando omnia antiqua Capellæ privilegia, rescripsit. Interim à Prorege Cantor JOANNES DE BONONIA Canonicus Panormitanus eligitur.

b In Reg. Cancell. f. ... & 30.
c Protb. 91.
d In processu Reg. Mon. ann. 1536.
Claramontanorum tempore Præbendæ S. Petri direptæ fuerunt.
e In lib. Eccl. fol. 73.

1537. §. 43. Anno 1537. JOANNES RODORICUS de Portocartero Camerarius Papalis, ætatis annorum 23. cum Pontificia dispensatione etiam ob natalium defectum ex apostolico rescripto dat. Romæ sexto Kalendas Martii 1536. Pontificatus 3. in quo Canonicorum Congregatio *Capitulum S. Petri* nuncupatur, ex litteris Regiis datis in oppido Vallisoleti 23. Martii 1537. executor. Messanæ 13. Augusti 10. ind. ejusdem. [f] Anno 1552. ind. 11. Jacobus Arnedus Visitator Regius præfatam Ecclesiam S. Petri Sacri Regii Palatii visitavit, & invenit Canonicos, & Correndatos, sed vix in die S. Petri accedebant propter tenuitatem præbendarum: habebant enim solum pisces Tonnariæ S. Georgii, & Solanti. Anno 1559. erant Canonici 1. Bernardus de Sinaldo, 2. D. Paulus de Soris, 3. Ioannes Bellumvia, 4. Marianus de Mileto, 5. Franciscus Fornaya, 6. Petrus de Oliva, 7. Nicolaus de Ferraro, 8. Aloysius de Amato, &c. Magister Scholæ Iacobus de Girgunti, Subcantor Stephanus de Sori, & alii Correndati.

f Prot. Lipp.

1559. §. 44. Anno 1559. BENEDICTUS LOMELLINUS Ianuensis V.I.D. Referendarius utriusque signaturæ suæ Sanctitatis. Post titulo S. Sabinæ Presbyter Cardinalis Lomellinus nuncupatus, quo Romæ degente Regiam Capellam sub uno amovibili Capellano, qui in diebus festivis tantum in ea celebrabat, cum mercede annualium unciarum sex invenisse testatur Iacobus Arnedus Regius Visitator; [g] („ Ex „ actis Io. Thomæ Carisano Romani Tabellio„ nis Benedictus Lomellinus S. R. E. Cardina„ lis, & Cantor Regiæ Capellæ 1. Martii 1574. „ concessit Feudum Achiæ, vulgo *dell' Accia* „ Nicolao Antonio Spatafora, ad emphyteu„ sim pro annuis unciis centum viginti: quam „ concessionem exinde ratam habuit idem Spa„ tafora Panormi, ex tabulis Iacobi Galassi 7. „ Aprilis 1574. [h] prævia Pontificis licentia:) sed vigore Paulinæ directæ Archiepiscopo Panor. de utilitate Ecclesiæ non constitit: & eidem de Spatafora in actis Iacobi Galassi 2. Aprilis 3. ind. 1577. pro annuis unciis octo quamdam magnam massariam habere permisit. Anno 1579. 22. Ianuarii 7. ind. Francisco de Sinaldo beneficia piscium providit. [i] Obiit anno 1580. quando Capitulum, solo nomine potius, sede vacante, eligere voluit Thesaurarium Ecclesiæ, inter quos erat Simon Gambinus electus Canonicus à Prorege; & anno 1574 a Cantore prædicto institutus. [*]

g In visitatione apud offic. Conser.
h In arch. Tabel. Pan.
i In offic. 2. Mens. anno 1580.
* Ibidem.

1581. §. 45. Anno 1581. JOANNES ANTONIUS VIPERANUS nobilis Messanensis, à Philippo Viperano illustri Medicinæ Doctore originem traxit sub Rege Martino, [k] Regius Capellanus ex præsentatione Regis, dat. Ulyssipone 17. Julii ejusdem, execut. [l] Messanæ. Fuit etiam Canonicus Agrigentinus ob resignationem Aloysii de Penna Hispalensis, ex Bulla Romæ 7. Kal. Martii 1587. [m] Quo apud Regiam Curiam agente anno 1582. Franciscus de Puteo Regius Visitator aliquos Canonicos solo nomine, qui solum quater in Regia Capella intererant, videlicet die 29. Junii festo SS. Petri, & Pauli, die 22. Februarii in Cathedra S. Petri, primo Augusti festo S. Petri ad Vincula, & in die Ascensionis Domini ad processiones celebrandas, quæ è Templo prædictæ Capellæ exire (teste dicto Visitatore) consueverant, atque Capellanum cum mercede unciarum duodecim, cui nomine Cantoris tota animarum cura remanserat, reperiit. Quamobrem considerans hanc Ecclesiam vinculo obligationis, ac titulo oneroso ob beneficia à Deo accepta, & pro animarum salute, peccatorumque remedio à Rege primo Siciliæ Rogerio fundatam esse, & consequenter successores Reges ea adimplere in conscientia teneri, scripsit Regi Philippo Secundo, ut ad pristinum reduceret statum, & Marco Antonio Columnæ tunc Proregi consulit, ut penitus Canonici cum præbendis ad sacra munia exequenda eligerentur. Interim Cantoris procurator Gaspar Viperanus frater providebat officium Correndatorum. Tunc Thesaurarius erat Thomas de Afflicto Cantor Metropolitanæ Ecclesiæ, & Capellanus, & habebat pro missa, & administratione Sacramentorum uncias 12. Introitus Cantoris unc. 157. 6. cum onere solvendi pro dandis regiis unc. 38. pro cera, & oleo, & Capellano unc. 18. pro candelis unc. 2. 12. pro festis Ecclesiæ unc. 5. 6. in totum unc. 63. 18. Pro Cantore unc. 95. 2. Anno 1584. per eumdem Marcum Antonium Proregem electi sunt aliqui Canonici

k Lib. Concell. ... 1587.
l Prot. f. 6...
m In Reg. Cancell.

cujus virtute Judex Regiæ Monarchiæ injunxit alios Canonicos, ut Sacramenta non administrarent, sed ipsi de Anastasio tantum liceret tamquam Vicario Ordinarii: sed deinde, re bene considerata, Judex cancellavit injunctionem die . . . . & Canonici eligerunt ipsi, ad quos spectabat, Capellanum Sacramentorum eumdem de Anastasio, & sic exercuit vigore electionis Canonicorum, & mercedem assequutus est unciarum viginti annualium à Regio Patrimonio, ex litteris Messanæ die 24. Augusti 1598. directis Thesaurario à Duce Maquedæ, ut ei solvantur uti Capellano electo à Capitulo Canonicorum die 21. Aprilis. Et injunctio Judicis Regiæ Monarchiæ Torres 3. Junii eodem anno 1598. fuit cancellata, quia electio spectat ad Capitulum. Anno 1598. dum piissimus Rex Philippus Secundus moreretur, inter alios Codicillos, constituit Capellanum Majorem Militiæ: non secus egit Carolus Magnus, & Ludovicus filius, qui in suarum legum lib. 5. cap. 2. & lib. 8. cap. 91. unum, vel duos Episcopos cum Capellanis Presbyteris Princeps secum in bello habeat, & unusquisque Præfectus Presbyterorum, decrevere.

§. 48. Anno 1599. 3. Februarii AUGUSTINUS DE BASILI Calabrensis Oppidi S. Severini, qui dum in Regia Curia in Ministerio Hospitalis Italorum existeret, per litteras datas in Monasterio S. Hieronymi die 14. Octobris 1598.[a] fuit præsentatus. Vir penitus indoctus, ita ut sæpissime confessus fuerit, numquam litteras didicisse. Iterum ex commissione Proregis D. Bernardini de Cardines Ducis Machedæ ob litteras datas Panormi 10. Decembris eodem anno 1599. Ioannes Torres Iudex Regiæ Monarchiæ Capellam visitavit. („ Litem intentavit Augustinus Basilius contra „ Nicolaum Antonium Spatafora, ob Feudum „ prædictum, & inde ex transactione in actis „ Viti Ferrari 20. Septembris 1601.[b] idem Spatafora se obligavit solvere annuatim dicto „ Cantori uncias 200. pro dicto Feudo. Philippus Iordi Regiam Capellam visitavit an. „ 1604.[c]) Anno 1608. per me Ecclesiæ Thesaurarium, & Canonicum, Sacellum siquidem inferius Imagine Divæ Mariæ de Gratia, cujus Altare Pontificio permissu Gregorii XIII. est privilegiatum ad animæ Purgatorii liberationem, ac aliis ornamentis auctum, nobilitatumque est; ad quod die Veneris, & Sabathi magna devotione mulieres confugiunt. Anno 1612. per litteras Regis Philippi III. dat. Madriti 20. Augusti, exequut. Panormi 1. Decembris, numerus Canonicorum ad duodecim juxta primævam institutionem redactus est. Chorodati ad numerum octo, Diaconi ad sex, cum annuis aureis mille in augmentum Præbendarum. Anno 1613. cum ad gratiarum actiones Deo, Beatæque Mariæ agendas Dux Ossunæ Prorex sollemnissimam Processionem ab Ecclesia S. Petri de Palatio ad S. Mariæ de Pedegructa ordinandam curaret, in lætitiæ signum pro septem Turcarum Triremibus ab Octavio de Aragona Siciliensium Triremium Duce captis, atque 1300. Christianorum

[a] Exequut. 18. Januarii 1599. Protho fol. 75.

[b] Ibidem.

[c] in offic. Conservatorie, & in Regia Capella.

Numerus Canonicorum auctus ad 12. Processio de Regia Capella ad S. Mariam de Pedegructa ad gratiarum actionem pro captione septem Triremium.

A liberatione in qua Dominus Cardinalis Doria Archiepiscopus Panormitanus Pontificaliter, ejusque ac S. Petri Capitula intercessere; per publicum instrumentum sui Magistri Notarii Antonini Camalis die 26. Septemb. ejusdem confectum, non obstante Canonicorum Metropolitanæ oppositione declaravit: *Die 26. Septembris XII. Ind. 1613. Cum sit celebranda sollemnis Processio obtenta Victoria à Triremibus hujus Regni Siciliæ, in qua Capitulum, Clerus & omnes Religiones intervenire debeant ad effectum gratias reddendi Deo, Beataeque semper Virgini Mariæ, prout est ordinatum hoc fieri cum omnibus sollemnitatibus ad hunc effectum ordinatis; Et quia principium processionis est ab Ecclesia D. Petri Regii Palatii, Illustrissimus Dominus Cardinalis voluit, quod in dicta processione interveniant Canonici, & Clerus Regii Palatii modo, & forma ut concordatum est cum Illustrissimo Domino Cardinali Archiepiscopo, videlicet: Minor Canonicus Regii Palatii cum Minore Majoris Ecclesiæ, Secundus, cum Secundo, Tertius cum Tertio, & sic successive, ita ut ordo incipiat à minoribus, & successive subsequatur: & circa vestimenta Canonici Palatii induant ea vestimentorum genera, quæ induunt eorum Socii Majoris Panormitanæ Ecclesiæ, quibus associantur, & Cantor Regii Palatii incedat ultimus ad sinistram Cantoris Majoris Panormitanæ Ecclesiæ, nec ullus alius Canonicus nec à dextris, nec à sinistris interveniat; & quod ex causa dictæ ordinatæ processionis nullum intelligatur, nec sit præjudicium generatum, nec generandum utrique parti, sed semper sit remotus omnis consensus ab actu in præjudicialibus, & non aliter, nec alio modo. Unde de mandato Illustrissimi Domini Cardinalis factus est præsens actus hodie die quo supra suis die, loco, & tempore valiturus. Unde, &c. Scribatur Bissus Vicarius Generalis* [d]. Quæ quidem æqualitas non secus servata fuit inter Clerum Regiæ Capellæ, cum Clero Majoris Ecclesiæ. Anno 1614. Mandato Regio dato Madriti 9. Januarii ejusdem[e], exequut. Panormi 4. Martii: Magistro Cæremoniarum Proregis tunc Alphonso Gonzales Hispano in futurum super spoliis Ecclesiasticis, more Regiæ Capellæ, assignati fuere quolibet mense aurei viginti. Anno vero 1617. die 22. Octobris p. indict. Idem Cardinalis omnes Palatii Familiares, etiam si extra eum infirmitatis causa curarentur, & obirent, tamquam Parochianos Regiæ Capellæ ad eos pleno jure spectare sancivit hoc modo [f]: *Die 22. Octobris 1. ind. 1617. Quia superioribus diebus quidam ex familia Excellentissimi Domini Proregis hujus Siciliæ Regni, qui Domicilium in Regio Palatio constitutum habebat, sicut & cæteri de ejus familia, qui in eodem Palatio degunt, & alimentis, ac stipendio ipsius Excellentissimi Domini Proregis vivunt, in morbum incidit, & ut commodius curaretur, transtulit se in Domum quamdam constitutam, & deputatam à dicto Excellentissimo Domino ad hunc effectum tantum, ibique fuerunt illi ministrata Sacramenta, Sancti[...]i scilicet Viatici, & Extremæ Unctionis per [...]gistrum Capellanum Cathedralis Ecclesiæ, [...] ejus Parochiæ Regione sita est prædicta*

[d] In libr. Injunctionum die, & an. quo supra.

[e] Lib. Reg. f. 150.

Merces Magistri Cæremoniarum Proregis.

[f] In actis Cur. Archiep.

Proregibus præsentarentur, per litteras Regis Philippi II. directas Comiti Albædelista dat. 18. Octobris 5. indict. 1591. fuit vetitum: & solum Thesaurarii Ecclesiæ nominationem, Sacristam, & Subsacristam, ipsumque Thesaurarium, Organistam, Musicosque omnes ipse Prorex eligit, & creat.

Eorum autem institutiones per Capellanum Majorem, ipsum capitulum, vel aliam Ecclesiasticam personam à Regibus electam faciebant: ab anno vero 1582. semper ab Archiepiscopo Panormitano, loci Ordinario, conceduntur.

Ipsa Regia Capella, ejusque Ecclesiastici Ministri intra claustra ab ipsa fundatione illibatè, & intactè ad hanc usque diem Regię jurisdictioni, vel personę Ecclesiasticæ per Regem designatę subjecere: extra tamen claustra aliquot ab hinc annis turbate inter Ordinarium, & Judicem Regiæ Monarchię datur locus præventionis; cum olim solius Regis vicem subeuntis fuisset jurisdictionis.

Ex Regio privilegio collectis, & spolio non subsunt. Pręter excellentium Musicorum ad 30. numerum Capellam, cui Magister, & eo absente locumtenens pręest, quibus annui aurei assignati sunt 1900. sunt 38. Ministri, scilicet Cantor, qui est Prima dignitas Ecclesiæ, in omnibus pręest, & ei animarum cura incumbit, atque Capellanum ad Sacramenta ministranda habere est impositum. In processionibus suis baculo aureo utitur. Insignia ex consuetudine est doctoralis stola. Ex duobus Feudis de Scopello, ac de Achia, seu del Ciantro, aliisque proventibus annuatim valet unc. 350.

Duodecim Canonici, quatuor qui dicuntur majores, & pro quolibet unc. 50.

Quatuor minores, & singulis unc. 40. & quatuor inferiores, unc. 30. qui inter se optionem servant. Almutio nigri coloris cum fasceis sericis rubeis utuntur more Metropolitanæ: sed ab anno 1609. Metropolitanis Canonicis Muzecta, & Rochettum indulto Pauli V. concessa sunt, & eadem Canonicis hujus Capellæ instante Principe Philiberto anno 1623. à PP. Urbano VIII. fuerunt obtenta, quod defectu bullarum expeditionis suum non sortita sunt effectum. Hi sane cum Cantore constituunt Capitulum. Appellantur Regii Capellani, Canonici regales. Unus ex his est Thesaurarius cum unc. 6. annuatim hodie officium, antea secunda dignitas.

Item duo Personati, Primus Subcantor, ad quem spectat chori dispositio in diebus non canonicalibus. Secundus Magister Scholarum, ejus muneris est pueros docere: cujuslibet valor sunt unciæ 24. Almutio utuntur, & præcedunt omnes ex Clero. Item octo chorrendati, id est choro dati, ex antiquo nomine deducti: in prima enim institutione erant Regii Capellani, qui Regiis functionibus assistebant, & dicebantur Canonici. Hi in Regia Capella Hispanica dicuntur Capellani de honore. Alii vero divinis officiis cantandis assistebant, ideo Chorodati: sunt iidem ac Capellani de cantu. Eorum merces sunt aurei 50. pro quolibet annuatim. Item sex Diaconi, cum aureis 30. Duo Sacristæ; major, & minor; major scilicet cum aureis 45. Minor cum 30. & sex Clerici. Unus Capellanus. Hæ omnes mercedes super spoliis Prælatorum, curiæ Regiæ debitis, quolibet mense solvuntur: quibus plane Ministris dantur distributiones quotidianæ, jura piscium, anniversariorum, ac mortuorum cuilibet annuatim aurei 20. Addendum etiam est pro cultu Divino assignatos fuisse etiam annuales aureos 858. 6.

Olim erant quidam Sacerdotes servientes dictæ Capellæ, dicti Tertiarii. Tertiariam unam ex terris habebant.

ECCLESIÆ SUFFRAGANEÆ REGIÆ Capella, quæ Canonicis dari consueverant.

1. OLim in eodem Palatio erat Ecclesia S. Joannis, quæ deinde destructa fuit, quæ collata fuerat per Regem Martinum ann. 1396. lib. Reg. Cancell. fol. 107.

2. Ecclesia S. Pancratii in Diœcesi Messanæ, cujus beneficium Canonicatus appellabatur, anno 1392. Cantoriæ unitum. [a] Hodie ad nutum Regium confertur, ut nos supra. [b]

3. Ecclesia S. Mariæ Superioris ejusdem Capellæ; cujus Sacellum musivo à Roberto Guiscardo structum, Hierusalem nuncupabatur, quod ætate Fazelli [c] deformatum ad profanos mutatum est usus.

4. Ecclesia S. Nicolai de Confessione („ erat „ in Feudo Achiæ, vulgo *Accia*, ex visitatio. „ ne Francisci Putei anno 1583. & Philippi „ Jordi an. 1604.) quæ an. 1437. die 12. Aprilis per litteras Regis Alphonsi data Caætæ, directas Cantori, Canonicis, & Gubernatori Capellæ, fuit concessa presbytero Arduino de Bancherio Canonico, obitu Michaelis de Cancellario. Quænam hæc sit, non mihi constat.

5. Ecclesia S. Fidei. Est hodie altare in Templo S. Jacobi de Mazzara.

6. S. Angeli de Castroveteri.

7. S. Stephani,

8. Et S. Andreæ de Ribiliminæ: per Proregem obitu presbyteri Andreæ Scalfio conceduntur Andreę Abraimo Canonico per litteras datas an. 1532. [d] Earum non habeo notitiam hodie. Hæc etiam, ac S. Marię, & S. Nicolai de Confessione per Regem Alphonsum ex litteris datis Neapoli 1445. 8. Julii [e] Bancherio Canonico Panormitano conceduntur: eadem ejus obitu anno 1476. Jacobo Antonio de Leofante, qui post fuit Episcopus Pactensis.

9. Ecclesia S. Marię de Stollis, de qua in Capibrevio: nescitur, quę sit.

10. Ecclesia S. Marię Magdalenę, quæ sæpissime fuit à Regibus collata Canonicis, sed hodie est Cœnobium Fratrum S. Francisci de Observantia; & anno 1583. die 29. Julii tamquam de jure patron. Regio a Francisco Puteo visitatur, („ Fratres S. Francisci de Obser„ vantia an. 1649. [f] relicta Ecclesia S. Mariæ „ Magdalenæ, ad Ecclesiam SS. Cosmæ, & Da„ miani transiere.)

[a] In Reg. Canc. f. 120.
[b] In Abbatia S. Basilii.
[c] Fazellus Dec. 1. l. 8.
[d] Proth. f. 16.
[e] Ibid. in l. an. 1476. fol. 85.
[f] August. Inveges in ap. par. Panor. sac. f. 60.

sonarum Ecclesiasticarum in illis Altissimo famulantium decori, & ornamento divini cultus celebritate per amplius consulitur, libenter intendere, ac in iis sui Pastoralis officii partes favorabiliter impartiri, prout locorum, & personarum hujusmodi, circumstantiis debite pensatis, ad devotionis Christi fidelium propagationem, nec non Altissimi laudem, & gloriam prospicit, in Domino salubriter expedire: exhibita siquidem nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Cantoris, & Canonicorum Imperialis, & Regiæ Capellæ intra septa Regii Palatii Civitatis Panormi, sic petitio continebat; quod cum dicta Capella, quam dudum de anno Domini millesimo centesimo trigesimo secundo claræ memoriæ Rogerius, Regni Siciliæ Primus Rex, post varios labores, bellicosque sudores, non sine propria sua, & suorum vitæ discrimine perpessos, victricibus ejus armis, debellatis, & generose fugatis, ac etiam trucidatis immanissimis Fidei Catholicæ, dictum Regnum, ac partem Italiæ, & Trinacriæ ea tempestate occupantibus, & devastantibus Saracenis, eodem Regno in pristinum statum restituto, laudabilem, & apud Principes Christiani nominis gloria claros receptum morem, quo sive occupatis, & acquisitis novis, sive pristinis recuperatis Provinciis, & Regnis, sese ad propagandam in primis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Religionem convertere, Templa Altissimo erigere, destructa reparare, eaque multa supellectile ornare, ac possessionibus locupletare solebant, lætari cupiens pro parte victoriæ gratiarum actione, ad Dei Omnipotentis gloriam, Beatæque semper Virginis Mariæ, & totius Curiæ Cælestis laudem, & honorem, intra septa Palatii Urbis hujusmodi, auctoritate Sedis Apostolicæ, ac de communi Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Principum, Comitum, & aliorum Procerum, totiusque Cleri, & Populi, ejusque Regni consilio, eleganti, & egregia structura fabricari curavit, illamque sua pulchritudine, & elegantia, ac rerum, & materiarum præstantissimarum apparatu, cæterisque omnibus in dicto Regno existentibus Ecclesiis merito præferendam, Beato Petro Apostolorum Principi summa devotione dicavit, amplissimisque Privilegiis decoravit, Parochialis, & Ecclesiæ Collegiatæ insignis dignitate, & denominatione, de consensu, & generali consilio Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Panormitanæ ad instantiam ejusdem Rogerii legitime assumpserit, ac tam ratione horarum Canonicarum, ac Missarum, quæ inibi decantantur, quam etiam aliarum functionum peragendarum, ad instar ejusdem Ecclesiæ Panormitanæ, Apostolica auctoritate erecta, successive ab Imperatoribus, & aliis dicti Regni Regibus locupletissime dotata; nec non Præbendis, Feudis, Terris, Locis, Paghis, Domibus, Vineis, Decimis, Tonnariis, Terragiis, & licet temporum injuria, & antiquitate amissa fuerunt, Primitiis, ac multis Sanctorum, & Sanctarum reliquiis sacris, nec diversis privilegiis tam Latine, quam Græce conscriptis, aliisque exemptionibus, etiam ab eadem Sede, & Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris confirmatis, ac sub vigili custodia in illius Archivio custoditis, & obseratis donata, & jam una Cantoriæ dignitate, & duodecim Canonicatis, eadem Apostolica auctoritate erectis, illius Capitulum facientibus, nec non pro ejus Clero, Subcantore, Magistro Scholarum, & octo Correndatis, & sex Diaconis, duobusque Sacristis, & sex pueris Clericis, & duobus Organistis, nec non viginti Musices peritis eidem Regiæ Capellæ inservientibus decorata fuerit, & ad eam ejusdem Regni Proreges cum Magistratibus, Titulis, ac nobilibus dicti Regni pro tempore concurrere soleant, multaque alia tam in Civitate prædicta, quam per totum hujusmodi Regnum consistentes Ecclesiæ, tanquam ejus suffraganeæ, ad hoc ut ipsa, ne quid illius Majestati deesset, & æqualis Cathedrali foret, per Sedem Apostolicam prædictam assignata reperiantur, ejusque Cantor, & Canonici prædicti omnes eodem habitu quo Dignitates, & Canonicatus, & Præbendas in dicta Ecclesia Panormitana obtinentes uti soliti fuerunt, similiter uti & gestare, omnesque in sollemnioribus Processionibus, ac etiam funeralibus Defunctorum, ex antiquissima, hactenusque pacifica observantia consuetudine, æque simul, & pari passu incedere, & in Synodalibus Conciliis eodem modo assidere, ac Cruces similes æquis passibus, ita ut semper, & ubique locorum æqualitas inter eos servetur; cum hoc tamen, ut Dignitates obtinentes, & Canonici dictæ Ecclesiæ Metropolitanæ primum dextrum videlicet, ac Cantor nec non Canonici dictæ Regiæ Capellæ sinistrum latus obtineant, prout sententia Judicis competentis, servatis servandis, lata desuper definitum fuit, ab inde citra pacifice deferre consueverint; Dignitates vero, & Canonicatus, & Præbendas in dicta Ecclesia Panormitana obtinentes, ex indulto felicis recordationis Pauli Papæ V. prædecessoris nostri, eis ad instantiam dilecti filii nostri Joannettini, ejusdem S. R. E. Cardinalis ab Aurea nuncupati, dictæ Ecclesiæ Panormitanæ concessione, ac dispensatione Apostolicæ Præsulis concessit Rocchettum, & Mozzettam violacei coloris holosericeo, & rubeo colore suffultam, & consutam, ut ad præsens deferunt, ac propterea moderni Cantor, & Canonici Imperialis, & Regiæ Capellæ hujusmodi in plena, quieta, & pacifica præmissæ possessione existunt, ne qua disparitas inter eos, & dignitates, & Canonicatus, & Præbendas in dicta Ecclesia Panormitana obtinentes præfatos adsit, plurimum cupiant sibi, ut infra, per Nos provideri; quare pro parte modernorum Cantoris, & Canonicorum Capellæ hujusmodi Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ejusdem Capellæ decori, ac venustati consulere, aliasque in præmissis ad petitionem providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem modernos Cantorem, & Canonicos, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, sub quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, nostrarum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Cantorem videlicet, & Canonicos dictæ Capellæ, ut ex nunc in poste[rum] perpetuis futuris temporibus ipsos, eorumque

sunt celebratæ: ejus vero Interanea in inferiori Templi Sacello sepulta hac inscriptione indicantur.

D. O. M.
Marti Hispanico,
Partenopea Minerva,
Humani generis delicio,
Liberalitatis, prudentia, integritatis
Prototypo,
Virtutum omnium epitome,
Trinacria a Gallis exagitata
Unica Spei,
Pramatura morte sublato,
D. Anello de Moura, & Guzman
Marchioni Castri Rodrico, comiti de Luminares,
Duci Nocera, Domino Terra nova,
Gubernatori, & Capitaneo Generali hareditario
Insularum S. Iorge, Fayal, & Pico,
Arcis nova Neapolis Prefecto,
Proregi, & capitaneo Generali in hoc Sicilia regno
D. Aleonora de Moura, & Guzman Viro
Suo amantissimo, Marens
Posuit.
Obiit 16. Kal. Majas Ætatis XXXV.
Mens. II. Die XXVIII. M. DC. LXXVII.

Ex litteris Caroli II. Regis datis Madriti 28. Augusti 1682. præcipitur, ut ea, quæ Canonicis, Chorrendatis, aliisque Regiæ Capellæ inservientibus debentur, persolvantur singulo mense ex primis pecuniis, quæ ex spoliis Sedium vacantium pervenerint, & in earum defectu ex dandis Ecclesiasticis. Diu Ioannes Cantor Regiæ Capellæ præfuit; an. 1691. Pro-Iudicem Regiæ Monarchiæ egit; ac pietate, morumque integritate claruit. Dierum plenus obiit Panormi 12. Februarii 1713.

D. FRANCISCUS CATENA, ET NATOLI Panormitanus, utriusque Juris, & Sacræ Theologiæ Doctor, D. Antonini Catena Jurisconsulti eximii, pluries in supremis Siciliæ subselliis emeriti Judicis filius, è Siculis Tribunalibus, in quibus cum laude causarum patrocinium egerat, secedens, Clericali militiæ nomen dedit. Cum in Hispaniam se transtulisset à Catholico Rege Philippo V. inter suos Regiæ Aulæ Capellanos adscriptus est anno 1702. die 23. Februarii. Exinde Parochus Ministrator Regii Xenodochii Madritensis, cui nomen vulgo: Ospital de la Corte del Buonsuceso, electus est per literas supremi Consilii Realis Castellæ anno 1700. die 27. Septembris. Jurisconsultor etiam supremi Tribunalis Hispanæ Inquisitionis, ex literis D. Antonii Ibagnes de la Riva Herrera Inquisitoris Generalis Supremæ Inquisitionis anno 1710. die 26. Februarii, & Abbas Commendatarius S. Mariæ de Bordonaro. Demum anno 1713. Cantoria Regiæ Capellæ cohonestatus est, ex literis datis Madriti 15. Mensis Junii anno 1713. exequutis Panormi die 8. Octobris 1713. In patriam regressus nonnullis insignitus honoribus sui æstimationem promeruit; nam Judex Appellationis Tribunalis Regiæ Monachiæ in Consistorio Sacræ Regiæ Conscientiæ, & Causarum Delegatarum Magnæ Regiæ Curiæ constitutus fuit, ex literis datis Panormi 2. Nov. 1713.

Ab eodem Victorio Amedeo Siciliæ Rege in suum Capellanum honoris delectus est; & Capellanus Major pro exactione mensium Ecclesiasticorum Siciliæ, vigore Epistolæ dat. Messanæ die 25. Julii anno 1714.

Cum Sabaudiæ Dux Victorius Amedeus Panormum appulisset, Siculi Regni Coronam suscepturus, ut more Majorum in Cathedrali Ecclesia faustissime accepit 24. Decembris 1713. eo tempore, quo Panormum inhabitavit simul & illustravit, hanc sui Palatii Capellam frequentare consuevit, in eaque pietatis suæ egregia edidit argumenta: ac ut Templi majestatem, divinumque cultum magnificentius amplificaret, retroactis assignationibus, quas confirmavit, alia annua aurea 423. addidit, aliaque constituit ad majorem Capellę gloriam, ut ex literis datis Panormi 1. Aprilis 1714. liquet. Has Italice, ut prodiere, hic subnectere placuit.

VICTORIUS AMEDEUS
REX SICILIÆ, CIPRI, &c.

R*Ev. Orat. Dev. Reg. Fid. Dil. Con suo Real Dispaccio hà ordinato la Maestà Sua lo che siegue. Magnifici, fedeli, ed amati nostri Presidente, Mastri Razionali, Conservatore, ed Avvocato Fiscale del nostro Tribunale del R. P. Nel mentre aspettiamo opportuna congiontura per accertare la Dote fissa alla nostra Capella di San Pietro di questo Palazzo, habbiamo fatto riconoscere li stabilimenti, che di tempo in tempo sono seguiti per essa, ed essendo risultati, che il suo ristabilimento fù fatto dalla felice memoria del Rè Filippo Secundo con sue lettere de 12. Decembre 1586. per le quali le assignò sopra l'introito di spogli, frutti di Chiese, Sedevacanti scudi tre mila cinquecento l'anno, cioè scudi mille cento venticinque per salarii del Capitolo, e Clero; scudi cinquecento trenta quattro per spese del Culto Divino, fabriche, e giogali detta Capella, e scudi mille ottocento quarant'uno per li Musici; e doppo dal Rè Filippo Terzo con altre lettere di 20. Agosto 1612. le fù fatto aumento d'altri scudi mille l'anno, cioè scudi ottocento novanta cinque per il Capitolo, e Clero, e scudi cento cinque per il Culto Divino dell'Altare privilegiato della Vergine di tutte le Grazie sotto il Coro, per il canto di litanie in tutti li Sabbati dell'anno, e celebrazione di Messe; e susseguentemente dal Rè Filippo Quarto con lettere de' 17. Decembre 1638. e 10. Octobre 1641. li furono constituiti altri scudi quattrocento sessanta l'anno, cioè scudi trecento in aumento de salarii de' 12. Canonici, e scudi cento sessanta alli Personati, Correndati, e Diaconi, e per ultimo dal Rè Carlo Secondo con altre lettere di 30. Agosto 1668. se li aumentorono altri scudi mille ducento diecisette annui à favor del Capitolo, e Clero, cioè scudi novecento diecisette da prender si sopra li spogli, e frutti di Chiese, Sedevacanti, e scudi trecento di pensione perpetua sopra il Vescovato di Catania, che in tutto fanno la somma di scudi cinque mila ottocento settanta sette, cioè scudi tre mila trecento*

novanta

volta, che si eliggerà il nuovo Tesoriero per dargliene carico, e che del contenuto di queste nostre deliberazioni ne passiate la notizia al Ciantro di essa Capella, il quale vogliamo, che specialmente resti incaricato di far eseguire quanto in esse si contiene, facendoli ancor notare ne' libri di cotesto Tribunale, ufficio di Conservatore, ed altre parti, ove conoscerete convenire, ad effetto, che in ogni tempo se ne habbia la dovuta notizia, e se ne curi la puntuale esecuzione, perche tale è il nostro volere. Palermo il primo Aprile 1714. VITTORIO AMEDO. Il Marchese di San Tomaso. In dorso del quale provittimo. Panormi die 10. Aprilis 1714. Registretur, exequatur, & detur ordo. Perciò li passiamo alla notizia del preinserto Real ordine, affinchè in esecuzione delle Reali deliberazioni di Sua Maestà resti a Voi specialmente incaricata la cura di fare eseguire quanto in esse si contiene, facendolo registrare nelli libri di cotesta Real Cappella per haversene in ogni tempo la notizia, si come ci lo compromettiamo dalla vostra sperimentata vigilanza, e zelo.

Dat. Pan. die decimo nono Maii 1714. in tridno.

Fernandez P.
Valguarnera M. R.
Nigri M. R.
Sapellani Cons.
Perlongo F. P.
D Bernardinus Denti Sec. & M. N.

Registretur, & exequatur

Abbas Doctor D. Franciscus Catena, & Natoli Cantor.

Al Reverendissimo Ciantro della Real Capella di San Pietro di questo Sagro Regio Palazzo, se gli passa la notizia del preinserto Real ordine, attinente allo stabilimento di detta Capella, acciochè resti incaricato di far eseguire quanto in esso si contiene come sopra.

Registrato al libro della Cancellaria della Real Capella a foglio 396.

Peloso Coad.

Canonico D. Angelo Ragonisi Cancelliere.

Hanc vero dotem juxta Regis dispositionem distributam, prout sequitur constituit Regius Ratiocinator.

STATO DE SALARII, che devono sodisfarsi alli Canonici, Personati, Correndati, Diaconi, Musici, ed altri della Real Capella di S. Pietro di questo Regio Palazzo di Palermo, spese per servizio del Culto Divino, e Festività da celebrarsi in detta Chiesa con l'introiti de' spogli, e frutti di Chiese Sedevacanti.

A *AL Capitolo, e Clero di detta Capella per conto di Salarii scudi tre mila cinquecento sessanta. sette l'anno di mese, in mese per tanti, che le sono stati assignati in più volte come siegue.*

Per Regie lettere de' 12. Decem. 1586. scudi mille cento venticinque concesseli in somma di scudi 3500. poiche l'altri sc. 2375. furono designati, cioè sc. 534. per spese del Culto Divino, e sc. 1841. per li Musici B *di detta Capella.* sc. 1125.

E più scudi ottocento novantacinque concesseli d' aumento per altre regie lettere die 20. Agosto 1612. in somma di sc. 1000. poiche l'altri sc. 105. furono designati per Culto dell' Altare della Vergine sotto il Coro di detta Capella. sc. 895.

E più altri scudi quattrocento sessanta concesseli d' aumento per altre C *Regie lettere di 15. Decembre 1636. e 10. Ottobre 1641. cioè sc. 300. per li Canonici, e sc. 160. per li personati, Correndati, e Diaconi.* sc. 460.

E più altri scudi novecento diecesette concesseli d' aumento per virtù d' altre Regie lettere di 30. Agosto 1668. in somma di sc. 1217. stante che l'altri sc. 300. furono assignati di pensione perpetua sopra il Vescovato di Catania. sc. 917.

D *E più altri scudi cento settanta, che li furono assignati in somma di sc. 230. dalli Governi passati delli sc. 534. che erano stati designati per il Culto Divino, cioè sc. 90. per salario di sei Jaconi, e sc. 30. ad un Massaro, sc. 10. al Mastro, che accommoda l'Organo, sc. 15. al Tesoriero di detta Chiesa, sc. 15. à dui Falteri, e sc. 10. l'anno d' aumento all' Organista del Coro compresi li* E *restanti sc. 60. assignati alli due Aggiuntati del Mastro di Ceremonie notati in appresso.* sc. 170.

In tutto sc. 3567.

Quali scudi 3567. si ripartino nella forma seguente.

A quattro Canonici Maggiori à ragione di scudi duecento sei, tarì 5. 16. l'anno per cadanno sc. 825. 11. 4.

A quattro Canonici Minori à F *ragione di scudi cento settantadue, e grana 16. per cadanno l'anno.* sc. 688. 3. 4.

A quattro Canonici Inferiori à ragione di scudi cento trentasette, tarì 7. grana 1. 3. Cadanno l'anno. sc. 550. 7. 12.

A due Personati, cioè Mastro di Scuola, e Sottociantro à scudi novantasei, tarì 4. 6. l'anno Cadauno. sc. 192. 8. 12.

A otto Correndati con scudi ottantadue, tarì 7. 2. Cadanno l'anno. sc. 660. 8. 16.

A sei

A sei Diaconi con scudi cinquantacinque, grana 14. Cadauno l'anno. sc. 330. 4. 4.
Al Sacristano Maggiore scudi sessant' uno, tarì 11. 6. l'anno. sc. 61. 11. 6.
All' Aggiuntate di Sacristano scudi quarant' uno, tarì 3. e grana 10. l'anno. sc. 41. 3. 10.
All'Organista del Coro scudi cinquantacinque l'anno. sc. 55.
Al Tesoriere di detta Cappella scudi quindeci l'anno. sc. 15.
A due Falteri con scudi sette, e tarì 6. Cadauno l'anno. sc. 15.
A sei Chierici con scudi quindeci Cadauno l'anno. sc. 90.
Al Maestro, che accorda l'Organo scudi dieci l'anno. sc. 10.
Al Massaro di detta Chiesa scudi trenta l'anno. sc. 30.

In tutto sc. 1566. 10. 8.

E più alla detta Cappella Reale scudi settecento ventidue l'anno, che se li devono corrispondere a ragione di scudi sessanta, e tarì 2. il mese per doverli erogare nelle spese del Culto Divino, e Culto dell' Altare sotto il Coro, da depositarsi nella cassa di due Chiavi per spendersi in dette occorrenze, ed altre necessarie del sopra più, che avanzerà ogn' anno comprarsene giogali, cioè.
Per consumo di cera per celebrazione di Messe, e Candelora, compra di Vino per dette Messe, Oglio per Lampadi, che si tengono accese, ed Anniversarii de' Serenissimi Rè Defonti, compresi li scudi trenta l'anno per giogali, scudi ducento sessanta. sc. 260.
Per consumo di Cera, e spesa della Machina del Sepolcro il Giovedi Santo scudi cento sessantacinque. sc. 165.
Per prezzo di dodeci Torcie per associare il Santissimo Viatico quando si và communicare l'Infermi. sc. 12.
Per prezzo delli sei rubboni, ed altre per li sei Clerici scudi cinquanta. sc. 50.
Per la Festa delli tre Rè scudi venti. sc. 20.
Per la Festa di S. Rosalia scudi quindeci. sc. 15.
Per la Festa del Santissimo in tutta l'Ottava, e Processione della Domenica di detta Ottava scudi quaranta. sc. 40.
Per la Festa di S. Pietro scudi trenta. sc. 30.
Per la spesa delle 40. Ore, che vengono ogni tre anni, scudi settantacinque, che corrispondono à scudi venticinque l'anno. sc. 25.
Per il Culto dell' Altare della Beatissima Vergine delle Grazie sotto il Coro per celebrazione di Messe, e canto di Litanie in tutti li Sabbati dell' anno cento cinque. sc. 105.

In tutto sc. 722.

A
Alli Musici della Cappella Reale scudi mille ottocento trent' otto per quanto si stanno attualmente pagando della somma delli sc. 1841. assignateli per lettere Reali de' 12. Decemb. 1586. che nell' avvenire secondo le piazze anderanno vacando, si dovranno ridurre come siegue.
B
Al Mastro di Cappella scudi ducento settanta sei l'anno. sc. 276.
All' Organista scudi cento venti l'anno. sc. 120.
Al primo Soprano scudi cento quarantaquattro l'anno. sc. 144.
Al secondo Soprano scudi cento venti l'anno. sc. 120.
Al primo Contralto scudi cento quarantaquattro l'anno. sc. 144.
C
Al secondo Contralto scudi cento venti l'anno. sc. 120.
Al primo Basso scudi cento venti l'anno. sc. 120.
Al secondo Basso scudi novantasei l'anno. sc. 96.
Al primo Tenore scudi cento venti l'anno. sc. 120.
Al secondo Tenore scudi novanta l'anno. sc. 90.
D
Al primo Violino scudi cento venti l'anno. sc. 120.
Al secondo Violino scudi novanta l'anno. sc. 90.
Al terzo Violino scudi settanta l'anno. sc. 70.
Ad un Arcileuto scudi settanta l'anno. sc. 70.
Alla Violetta scudi settanta l'anno. sc. 70.
Alla Viola Grossa scudi sessant' otto. sc. 68.

E
In tutto sc. 1838.

Pagabili detti stipendii con la deduzione delle falte secondo il solito.
A due Aggiuntati di Mastri di Ceremonie sc. 180. l'anno à ragione di sc. 90. per ogn' uno per le medesime, che li furono situati, cioè sc. 60. in virtù di lettere Viceregie di ultimo Agosto 1606. e sc. 120. per lettere Regie di 17. Maggio 1682. qual somma si dovrà corrispondere quando alla fine d'ogn' anno sopravanzeranno somme delli sudetti introiti di spogli, e frutti di Chiese, Sedevacanti per essere stati situati in ultimo luogo. sc. 180.
F
Che in tutto fanno scudi sei mila trecento sei, tarì 10. 8. sc. 6306. 10. 8.

Fontana.

Registretur,

Ab-

Abbas Doctor D. Franciscus Catena, & Natoli Cantor.

Registrato al libro della Cancellaria della Real Cappella à foglio 402.

Canonico D. Angelo Ragonisi Cancelliero.

Anno quo hæc typis traduntur Franciscus Cantor, Sacellum, in quo Sanctissima Eucharistia asservatur, Ciborio, aliisque ornamentis expolivit, ad majorem Regis Regum cultum.

Reliquiæ in Regia, & Imperiali Capella S. Petri Palatii Panormitani asservatæ.

CEleberrimum S. Petri Templum, tanquam singulare Christiani Orbis Sanctuarium, peculiari veneratione recolendum, nedum insignes Sanctorum Reliquiæ, quæ in eo religiosissime asservantur, verum etiam ipsius Templi primordia permaxime suadent. Divum etenim Petrum Apostolorum Principem Panormum appulsum, & Catholicæ Fidei rudimenta in interiori Templi hujus Sacello disseminasse, tum traditio docet, tum etiam antiquissimi Scriptoris testimonium confirmat. Joannes Baptista Aurelius, qui sub Nortmannis Principibus Roberto, & Rogerio claruit, *in historia Siciliæ*, græce scripta, quam anno 1286. Bartholomæus Neocastrus Messanensis in Italicam linquam vertit: & anno 1636. Antonius de Amico etiam Messanensis Hispanam fecit, liquido testatur, S. Petrum Apostolum in eo recessu cum discipulis suis Evangelii facem instituisse. Ideoque ad hujusce rei memoriam servandam, Sacellum eodem in loco ædificatum est: ac Rogerius cum supra vetustissimum ędiculam Templum excitasset, hac ex causa, non alii quam Divo Petro dicandum censuit. Aurelii verba Hispanice exscribunt Martius Albergus, [a] & Petrus Antonius Tornamira. [b]

Ab antiquis etiam civibus, veram Religionem excolentibus, summa veneratione prosequutus fuit semper locus iste: ideoque furente immaniter in Christianos Tyrannorum, Saracenorumque sævitia, ad hanc Ædiculam, tanquam ad Fidei arcem confugere consuevere Panormitani, ut tradit eruditissimus Vincentius Auria, [c] & Martius Albergo, qui ait: *ubi primævi illi Christicolæ ob persecutionem, & Saracenorum metum in unum clandestine accurrentes sacra faciebant, suasque preces Deo fundebant*. Extructo exinde à Rogerio Rege magnificentissime Templo, Christiani, & Religiosissimi Siciliæ Reges multis ditare Sanctorum Reliquiis studuere, quarum Catalogum subnectimus, juxta visitationem Philippi Jordi Regii Visitatoris facta an. 1604. [d]

[a] in Magistro schol. vind. ff. 18.
[b] in prog. S. Rosaliæ disc. 3. c. 20 fol. 285.
[c] in Chronolog. Archiep. Panorm. in calc. hist. Crucif. Ecclesiæ Panor. 1. edit. f. 144.
[d] in offic. Conservat.

R E L I Q U I Æ.

PArticulæ tres ligni Sanctissimæ Crucis Domini Nostri Jesu Christi, quarum una in Cruce parvula argentea inclusa honorifice conservatur; reliquæ autem in quadam arcula eburnea.

A Reliquia S. Petri Apostoli theca argentea inclusa.

Reliquia de Brachio S. Pauli Apostoli, theca etiam argentea deaurata recondita.

Reliquiæ SS. Apostolorum Philippi, & Jacobi in una, eademque theca argentea deaurata decenter locatæ.

Reliquiæ S. Nymphæ Virginis, & Martyris in theca argentea.

In Arcula ex lapide Porphyretico Reliquiæ.

S. Stephani Papæ, & Martyris.

B S. Laurentii.

S. Longini.

Sanctorum quatuor Martyrum.

In Arca Magna eburnea ovalis figuræ.

Reliquiæ S. Pantaleonis.

S. Nicolai.

S. Stephani Papæ, & Martyris.

In Arcula eburnea serico rubeo ornata, quam Reverendissimus Visitator mandavit signari hoc numero 2.

Ex Reliquiis S. Matthæi Apostoli particulæ quatuor.

C Ss. Simonis, & Judę Apostolorum,

Ss. Bartholomæi Apostoli.

S. Barnabæ Apostoli.

S. Jacobi Minoris Apostoli.

S. Andreæ Apostoli.

S. Thomæ Apostoli.

In Arca eburnea Signata de mandato Domini Visitatoris n. 3.

Reliquiæ S. Joannis Baptistæ.

S. Samuelis Prophetæ.

D S. Abdię Prophetę dens unus.

S. Elisæi Prophetę dens unus.

In alia Arcula eburnea signata n. 4.

Reliquia S. Annæ Matris Dominæ.

Sanctæ Marię Jacobi.

S. Helenæ Matris S. Constantini Imperatoris.

In Arcula eburnea signata n. 5.

S. Antonii Abbatis.

S. Antonii Eremitæ.

S. Mauri Abbatis.

S. Benedicti Abbatis.

S. Ulinaris Abbatis.

E S. Sabæ Abbatis.

S. Macarii Abbatis dens unus.

In alia Arca ad modum Sepulchri signata n. 6.

S. Magniritiæ duæ Particulę.

S. Rosignarii Confessoris.

S. Basilii Confessoris.

S. Alexii particula quędam brachii.

S. Nicodemi Presbyteri.

S. Antonii Hieracis.

S. Leonardi Confessoris.

S. Dominici Confessoris.

F S. Joannis Eremitę.

S. Nicolai Tolentini.

S. Abdię Confessoris.

In alia Arca eburnea signata n. 7.

S. Nicolai Episcopi Syracusani Brachii opiculum.

S. Fortunati Episcopi.

S. Juliani Episcopi, & Confessoris.

S. Lucini Episcopi.

S. Nicolai Episcopi, & Confessoris.

S. Mar-

S. Martini Episcopi, & Confessoris.
S. Gregorii Episcopi Agrigentini.
S. Paulini Episcopi, & Confessoris.
S. Leonis Episcopi.
S. Magni Episcopi.
S. Augentii Episcopi, & Confessoris.
S. Athanasii Episcopi, & Martyris de Baculo.
S. Cataldi pars suprema.
S. Agathę Virginis, & Martyris in brachio ligneo absque crystallis, & ex vetustate consumpto.

In Arca eburnea signata n. 8.

De Brachio S. Vincentii, & de mandibula,
S. Blasii Episcopi.
S. Cornelii Papę, & Martyris.
Duę ampullæ cum sanguine Ss. Martyrum,
De Reliquiis S. Laurentii.
S. Pampilii Episcopi, & Martyris,
Reliquię S. Georgii Martyris.
S. Stephani Papę, & Martyris.
S. Mennę Martyris.
S. Christophori.
Ss. Cyriaci, & Blasii.
S. Justini, qui sepelivit Beatum Laurentium,
S. Apollinaris,
S. Ermanii Martyris.
S. Laurentii Martyris in quinque chartulis,
S. Mercurii Martyris.
S. Pantaleonis Martyris.
S. Matthæi Martyris,
S. mornelii Centurionis Martyris.
S. Artionis Martyris de Teba intincta sanguine plurimorum Sanctorum,
S. Chrysanti.
S. Alexandri Martyris.
S. Thirsi Diaconi, & Martyris.
S. Joannis Martyris.
S. Apollinaris Episcopi, & Martyris.
S. Stephani Martyris.
S. Stephani Prothomartyris.
S. Magni Episcopi, & Martyris.
S. myrilli Martyris.
S. Nicodemi Presbyteri, & Martyris.
S. Antonii.
S. Ermetis Martyris.
S. Felicis Episcopi Nolani, & monfessoris.
S. Eleutherii.
S. Nicolai Martyris.
S. Xisti Episcopi, & Martyris.
S. Basilidis Martyris.
S. Felicis Papæ, & Martyris.
S. Pontii Martyris.
S. Porphyrii Martyris.
S. Januarii Episcopi, & Martyris.
S. Pigenii Presbyteri, & Martyris.
S. Donati Episcopi, & Martyris.
S. Longini Martyris.
S. Bonifacii.
S. Petri Alexandrini Episcopi, & Martyris.
S. Valentini Presbyteri, & Martyris.
S. mallisti Papæ & Martyris
S. Nerei Martyris.
S. Isidori.
De sanguine S. Demetrii Martyris.
S. Simplicii Martyris.
S. Alexandri Papæ, & Martyris.

A S. Bacchi.
De Brachio S. Blasii Martyris.
S. Marci.

In alia Arca eburnea parvula signata n. 9.

S. Gervasii, & Prothasii Mart. in Vase vitreo.
S. Ioannis Baptistæ.
De Sudario S. Stephani.
Ss. Chrysanti, & Dariæ Martyrum.
Ss. Georgii, & Bacchi.
S. Athanasii.
B S. Agrippini.
S. Eutitii.
S. Chrysanti.
S. Darii.
S. Accursii.
S. Eublesii.
S. Agnetis.
S. Januarii Martyris.
S. Festi Martyris.
S. Desiderii Martyris.
S. Aldoni.
C S. Simonis.
S. Epimachii.
S. Giordani.
Ss. Cosmę, & Damiani.
S. Senatoris Martyris.
S. Viatoris Martyris.
S. Cassiodori Martyris.
S. Tiburtii Martyris.
S. Valentini Martyris.
S. Cosmæ Martyris.
S. Salini Episcopi, & Martyris.
Ss. Eustatii, Uxoris, & Filiorum ejus.
D Ss. Senatoris, & Sociorum.
S. Lucii Martyris.
S. Juvenalis Martyris.
S. Vincentii Martyris.
S. Athanasii Martyris.
Ss. Quatuor Coronatorum.
S. momedii.
S. wypriani.
Ss. Dionysii, & sociorum.
S. Felicissimi, & Agapiti.
S. Martii.
E S. Marcelliani.
S. Viatoris.
S. Cassiodori.
S. Senatoris.
Beati Georgii.
S. Chrysanti, & S. Dariæ.
S. Mauri.
S. Callisti Martyris.
S. Secundini Martyris.
S. Mauritii.
S. Fosæ.
F S. Dionysii Martyris.
S. Pancratii.
S. Giordani Martyris.
S. Epicomii Martyris.
S. Algundi Martyris.
S. Cerenei Martyris.

In quodam Arcula eburnea signata n. 10.

De Brachio S. Brigittæ.
De Brachio S. Margarithæ V. & Mart.
Sanctæ Luciæ V. & Mart.

S. Nym-

S. Nymphæ V. & Martyris.
S. Emerentianæ V. & Martyris.
S. Barbaræ V. & Martyris.
S. Dariæ Virginis.
S. Theclæ V. & Martyris.
S. Catharinę.
S. Ulitę V. & Martyris.
S. Felicitatis Virginis.
S. Ubulæ Brundæ.
S. Cæciliæ Virg. & Mart.
S. Pelagiæ Virginis.
S. Scholasticæ Virginis.
S. Abrahæ Virginis.
S. Marinæ Virginis.

In alia Arcula signata n. 11.

De Tunica Domini inconsutili.
De Pane Domini.
De Petra, ubi Christus natus fuit.
De Petra de quadragesimali jejunio.
De Petra Montis Calvarii.
De Petra Præsepii Domini.
De Petra Sepulchri Ss. Virginis Mariæ.
De Pulvere, ubi Sanguis Domini cecidit de Cruce.
De Pulvere Petræ scrissæ.
De Petra, ubi Crux fixa fuit.
Pulvis Petræ, ubi Christus jacuit.
Particula Ligni Ss. Crucis.
Papyrus, in qua sunt Reliquiæ incognitæ.
Quædam Fragmenta ignorata.
De Petra Getsemani, ubi Christus captus fuit.
Lapis de Præsepio Domini, in quadam crumena.
De Cathedra Domini.
De Petra, ubi Dominus sedit, cum jejunavit quadraginta diebus.
Quædam particulæ Ligni absque nomine.
De Mensa, ubi Dominus saturavit quinque millia.
De Mensa Bethlehem.
Quædam particulæ ligni absque nomine.
Magnus lapis de Sepulchro Domini.
Lapis alius Magnus de Sepulchro Domini.
Particulæ ligni.
Lapides ex Monte Calvario.
De lapide, super quo Dominus oravit, Sanguinemque sudavit.

A Quatuor gemmæ, seu margaritæ falsæ de quodam baculo.
Quatuor petræ loci Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi.
De Petra de Monte Olivarum.
Particula ligni absque nomine.
Lapides de Sepulchro ex Templo Domini.
Covilia quædam ligni de pulvere Reliquiarum plurimorum Martyrum.

In Arcula eburnea signata n. 12.

Quædam Petræ de locis Sanctis Jerusalem.
B De Sepulchro S. Lazari, ex quo suscitavit eum Dominus.
De Sepulchro S. Nicolai.
De Sepulchro Hismaelis lapis.
De Petra Sancta intitulata Moysi.
Lapis intitulatus Sancti Stephani Prothomartyris.

In Arcula lignea signata n. 13.

Particula Reliquiæ S. Christophori.

In Arcula signata n. 14.

Cum in Visitatione istarum Sanctarum Reliquiarum Dominatio sua Reverendissima inve- C nisset in quadam ampulla vitrea particulam Carnis, quæ grani lentis magnitudinem non excedebat, gossipio involuta, inscriptione DE CARNE DOMINI, & à Canonicis didicisset prædictam sacram Reliquiam à tempore supra hominum memoriam ibi semper extitisse, Dominatio sua Reverendissima ob tanti nominis reverentiam, mandavit fieri Tabernaculum argenteum, in forma pretiosi Reliquiarii, in quo propriis manibus collocavit dictam sacram Reliquiam cum antiqua inscriptione DE D CARNE DOMINI, quod in nobiliori loco inter ipsas sacras Reliquias decenter collocavit.

In Arcula signata n. 15.

Cum in prædictis arculis, & thecis inventæ fuissent nonnullæ sacræ Reliquiæ sine nomine, & inscriptione, nec non etiam ampullæ aliquæ cum sanguine aliquorum Sanctorum, & multi lapides ex locis sacris Civitatis Sanctæ Jerusalem, prædictus Reverendiss. Dominus mandavit, ea omnia in una, eademque arca collecta conservari, in qua præter numerum de- E super impositum 15. fuit facta inscriptio, Reliquiæ Sanctorum, quorum nomina ignorantur, debito ordine divisæ, & sericis pannis decenter, & honorifice involutæ.

SYLLABUS ERRORUM,

Quos in Alberti Piccoli libello deprehensos refellunt Notitiæ.

SCripsit Albertus Piccolus Messanensis Dissertationem de antiquo Jure Ecclesiæ Siculæ eleganter quidem, & eruditè; sed tam sæpe falsa admiscet, quæ Messanensem Ecclesiam evehant, reliquas vero, ac præsertim Panormitanam deiiciant, ut non tam de antiquo jure, quam de recentibus injuriis cudendis cogitasse videatur: refellere errores omnes, quos ille errat, numquam in animum induxi; necesse tamen fuit, dum in meis Notitiis proce- F derem, pro veritate decertare, ac falsitatis arguere quæ scripsisset ille contra scriptorum incorrupta testimonia, Regum, Pontificumve diplomata; sed nunc tandem adverti pauca, & quę sunt levioris momenti in ea Dissertatione remanere, quę, dum id consilium sequor, non refutaverim; non injucundum ergo lectori esse opinor breviter hic ob oculos ponere, ubinam, quæ ille in quolibet Dissertationis capite erraverit, dijiciam; nam ob mearum Noti-

Notitiarum methodum haud facile lector in confutationem incidet, nisi hunc indicem ducem habeat.

In Prima Dissertationis Parte,

Cap. V. (ibi primum ad res Siculas accedit) Cronienſem Ecclesiam in Sicilia negat vide lib. 3. Not. 9.

Metropoles Siculas hoc ordine recenset, Messanensem, Panorm. Montereg. vide in Not. Messan. ad an. 1183.

Messanensis Eccles. à D. Petro instituta, ab exordio Christianæ religionis Bacchylum habuit primum Episcopum. Vide in Not. Messanensis initio, & deinceps: Troinensis Ecclesia Messanensi unita est. De ea re in Not. Messan.

Cap. VI. Messanensis Ecclesia, inquit, secundo à Troina loco Episcopatus honore insignita. Vide Not. primam ad anno 1071. num. 3. & 4.

Cap. VII. & VIII. Nicodemum Archiepiscopum Panormitanum suæ Ecclesiæ restitutum negat, cùm recepta Panormus est à Saracenorum imperio. Vide in Not. Panormit. ad anno 1071.

Ibid. cap. 7. negat ab anno 820. ullum in Sicilia superstitem Episcopum. Vide in Notit. Panor. in Messan. in Taurom.

Ibid. cap. 8. ante Saracenos negat Regem in Sicilia fuisse. Vide in Not. Pan.

Cap. IX. & X. Donum Messanensem Antistitem, & pallium ei datum à D. Gregorio Metropoliticę dignitatis indicium esse contendit. Vide in Not. Mess.

Cap. XI. ex epigraphe Epistolæ à D. Gregorio conscriptæ ad Felicem Messanensem Præsulem, Metropoliticum jus ejus Ecclesiæ suadet. Vide in Not. Pan. in Not. Mess.

Cap. XII. ad XXII. idem jus suadet ex epistola Felicis ad Gregorium, & D. Greg. ad Felicem. Vide in locis laudatis supra.

Cap. XXII. Justinum, seu Justinianum Messanensem Metropolitam credit. Vide in Panor. Not. ad an. 480.

Cap. XXIII. Petri de Lombardo testificatione Felicem eumdem fuisse Metropolitam probat. Vide in Not. Mess. ad an. 594. n. 4.

Cap. XXV. Messanensem Ecclesiam Siculam negat à Patriarcha C. P. Archiepiscopali honore auctam. Vide in Not. Mess. ad an. 868. n. 2.

Cap. XXVII. & XXIX. Hugonem ab anno 1131. Metropolitam statuit in Mess. Ecclesia. Vide in Not. Mess. ab an. 1130 ad 1139.

Ibid. negat Nicolaum fuisse primum Archiepiscopum Messanensem. Vide in Messan. Not. ad an. 1166.

In Secunda Dissertationis Parte.

A Cap. I. fere ad IX. Felicem Præsulem cum Maximiano Syracusano confert, huic à Pontifice vices demandatas pro monachis tantum, illi vero pro Episcoporum etiam caussis contendit, atque ad Metropoliticum jus collimat. Vide in Not. Mess. ad an. 594.

Ibid. C. 4. Peregrinum fuisse Messan. Episcopum docet, Eucarpum vero Metropolitam etiam. Vide in Not. Messan. ad anno 505. & ad annum 649.

C. X. Eleutherium Messanensem dicit Episcopum, & Alexandrum, qui Sardicensi interfuit Con. Vide in Not. Mess.

Cap. XII. & Cap. XIV. Panormum carpit, dum ad ejus Cives in officio continendos, & non ut in Principe urbe constitutum ibi Inquisitionis tribunal docet, eodemque consilio Reges in ea consedisse, aliasque intorquet injurias. Vide in Not. Panorm. ad ann. 1513. n. 2. sed meum institutum nonrequirebat, ut omnes disjicerem.

Cap. XVI. Joanni Panormitano Antistiti primum, aut inter primos pallium fuisse datum suspicatur. Vide in Not. Pan. ad an. 603.

Ibid. Victorem fuisse Africæ Primatem negat. Vide in Not. Pan. ad an. 590. n. 1. 2. 3.

Cap. XVII. & XVIII. Paschalis epistolam negat transmissam Panormitano Antistiti, illius vero auctorem Paschalem II. facit. Vide Not. Pan. ad an. 819.

Ibid. Milonem vellet fuisse Siculæ Messanæ Præsulem. Vide in Not. Pan. & ad an. 819.

Cap. XIX. & XX. refellit rursus Nicodemum, uti fecerat 1. p. c. 7. & 8. Vide in Notit. Pan. ad an. 1071.

Cap. XXI. suffraganeum alterius Præsulis putat Pan. Præsulem. Vide in Not. Pan. ad an. 1083. n. 2. 3. 4.

Ibid. Hugonem fuisse primum Panor. Archiepiscopum. Vide in Not. Panorm. ad ann. 1154. n. 4. & 5.

Cap. XXIII. Ab Anacleto pseudo pontifice Metropoliticam dignitatem in Ecclesiam Panormit. profectam dicit. Vide in Not. Pan. & ad an. 1126. n. 3.

Cap. XXIV. Messanensi Præsuli suffragabantur Liparensis, & Cephaludensis Antistites docet; nam subticet, cujus Pontificis auctoritate id sit factum. Vide in Not. Mess. ad an. 1131.

Ibid. ait, vix unum Fridericum II. ab Panor. Præsule coronatum, neque id jus esse Panorm. Ecclesiæ in Not. Pan.

Cap. XXV. Legatum Sed. Apost. Messanensi Ecclesiæ subjecisse Panormitanam contendit. Vide in Not. Pan. ad an. 1201.

Cap. XXVI. Miletensem, & S. Marci Episcopales Calabriæ sedes Messanensi subjectas fuisse ait. Vide auctar. Mess.

Cap. Ultimo meminit epistolæ, quæ à B. Virgine ad Messanenses scripta dicitur. Vide in Not. Mess.

Antilogias, parachronismos, mutilationes diplomatum, aliaque hujusmodi, dum hæc refello, adverti.

INDEX

INDEX TITULORUM
TOTIUS OPERIS.

De Abbatiis Ordinis S. Bernardi.

De Abbatiis & Prioratibus Ord. S. Augustini.

INDEX CHRONICUS
SICILIENSIUM EPISCOPORUM.

Archiepiscoporum Panormitanorum.

1320

Archiepiscoporum Messanensium.

Archiepiscoporum Monteregalensium.

EPIS-

INDEX ALPHABETICUS

EPISCOPORUM SICILIENSIUM PER EORUM NOMINA.

Al-

Hie-

Iu-

Pa-

R

S

T

Valte-

INDEX ALPHABETICUS

COGNOMINUM EPISCOPORUM SICULORUM.

Car-

D

E

F

G

H

I

Roma-

INDEX
RERUM NOTABILIUM.

A

Abba-

omnes

Aposto-

Archi-

B

F

Fran-

B. Jo.

L

S. Lucię

Messa-

Mona-

N

O

P

S. Pan-

Q

R

Re-

S

FINIS.

